Digitized by Google

37
47 G
4


TERTVLLIANI
OMNILOQVIVM ALPHABETICVM SIVE,
TERTVLLIANI OPERA OMNIA IN ORDINEM
Alphabeticum, et rationalem exactiſſimè digeſta,
breuibus Scholiis ad ſingula obſcura expoſita, et vtrāq
per ſelectiſſimos ex medulla S Auguſtini locos illuſtrata.
Cum altero Alphabeto errorum, et hæreſeon, per eoſdem refutatum.
Operâ Fratris Caroli Moreau, Ord Erem. S Aug Comunit.
Bitur. Conuent Reg Margar. Paris
Cum priuileg Reg Approbat Doct. Sorbon et permiſſ Sup.
Illuſtriſs. Senatus Principi Pomponio de Bellieure
Dicatum.
Vela dabant naues, perit hæc petit altera portum
Hoc non [redacted]
Tertulliani Opera.
Hermogen.
Arrians.
Marcionitæ
Valentin. Gnoſtici
Tertullianus et S. Auguſtinus.
Duo in Africa Ingenij monſtra, totiusq Doctrinæ, et Eloquentiæ Genij de Palma certant.
[redacted]

TERTVLIANI
OMNILOQVIVM
ALPHABETICVM
RATIONALE TRIPARTITVM.

SIVE

TERTVLLIANI OPERA OMNIA IN NOVVM ordinem, hactenus intentatum, & facilem, omnibus vtriuſque fori Oratoribus, Rerum humanarum Diuinarumque Profeſſoribus ac Scriptoribus vtilem, diſpoſita, expoſita, illuſtrata.

Operâ Fratris CAROLI MOREAV *Auguſtiani Ordinis Eremitarum, Communit. Bituricenſ. Conuentus Reginæ Margaritæ, in ſuburbijs. S. Germani Pariſ.*

QVID NOVI PRÆSTITERIT AVTHOR, IN hoc Opere Summam Theologiæ Scholaſticæ, Poſitiuæ, & Moralis, ex Scriptura S. Patribus, & Tertulliano & Auguſtino maximè decerptæ, complectente, ſequens pagina indicabit.

Reſpicite quoniam non mihi ſoli laboraui, ſed omnibus exquirentibus diſciplinam. Eccli. 33. 18.

PARISIIS,
Apud IACOBVM DALLIN, viâ Iacobæâ, ſub ſigno S. Stephani.

M. DC. LIX.

Cum Priuilegio Regis, Approbatione Doctorum, & licentia Superiorum.

31 47 44

SVMMA RERVM QVAS DE NOVO contulit Author ad Illuſtrationem TERTVLLIANI.

OPVS hoc nouum Tripartitum, tribus tomis abſoluitur.

Primus hic tres partes complectitur. Prima quidem omnes libros Tertulliani, in ordinem alphabeticum digeſtos profert, ſupplens quatuor defectus notabiles, in omnibus hactenus editionibus prætermiſſos, in præfatiuncula præmittenda notatos.

Secunda, pacificè, & abſque contentioſa controuerſia, tacito etiam aduerſarij cuiuſcumque nomine, nudo veritatis, & Pietatis S. Patri Auguſtino debitæ, nec non totius operis, ex eius ſententiis lectiſſimis contexti, ab omni æmulationis iniuria tutandi reſpectu, diluit alphabetum Errorum perperam imputatorum Auguſtino, Tertulliani in omnibus ſanis Illuſtratori, in peruerſis correctori. Vbi tota eius Doctrina, maximè verò de Prædeſtinatione, Gratia, & Libero Arbitrio, non priuata vnius Doctoris, ſed CATHOLICA, & ad S. Scripturæ, Patrum, Conciliorum, SS. Pontificum, & Tridentinæ quammaximè Synodi, & Conſtitutionis Innocentij X. In quinque Propoſit. cenſura, regulas, exactè reducta; & per 27. quæſtiones curioſè diſcuſſa, orthodoxa prorſus eſſe conuincitur.

Tertia pars, Erroneas, hæreticas, dureoreſque ſententias Tertulliani, à ſana eius Doctrinâ ſeparatas, ordine pariter alphabetico contextas euoluit, explicat, & Catholicâ S P. Auguſtini Doctrinâ diſſoluit.

Cum gemino ſecundæ & tertiæ partis proprio Indice; altero locorum ſelectioris ſcripturæ ibidem explicatæ, altero rerum notabiliũ.

SECVNDVS, ET TERTIVS TOMVS partiuntur omnia ſana eiuſdem Tertulliani Opera, in locos communes ordine nouo & hactenus intentato, non tantùm alphabetico, ſed etiam rationali exactiſſimè diſtincta, breuibus Scholiis ad ſingula quæque obſcura, ad litteram expoſita, & vbique per ſelectiores ex medulla S. Scripturæ, Conciliorum, Patrum, & S. Auguſtini præſertim, nullibi prætermiſſi, aliorum item probatiſſimorum authorum cuiuſque Diſciplinæ locos illuſtrata.

Cum triplici Indice locupletiſſimo in fine tomi tertij collocando; primo quidem Scripturæ ſacræ explicatæ ter millenis & amplius locis. 2. rerum ac verborum. 3. Concionum per annum.

De Operis inſcriptione, diſpoſitione, vtilitate, ſoliditate, curioſitate, & in tanta Rerum diuerſarum abundantia, conjunctâ breuitate, perſpicua: necnon Tabellæ Emblematicæ fronti operis impoſitæ expoſitione; Synopſi quoque vitæ Tertulliani, & Auguſtini, deque ſymbolicis eorum, ac diſſymbolicis proprietatibus, & Elogiis: De vſu tamdem & praxi totius Operis, habet, quam attentè, examinet Lector, vt ſibi neceſſariam, Præfationem generalem, poſt nuncupatoriam Epiſtolam immediatè ſubſequentem.

SVMMA PRIVILEGII.

REGIO Ludouici XIV. Chriſtianiſſimi Regis diplomate cautum eſt, ſub mulctis ibidem expreſſis, ne quis in ſuo Regno, aut aliis quibuſcunque locis ditioni Majeſtatis ſuæ ſubditis, intra proximos nouem annos à die editionis primæ computandos, excudat, vendat, excudendum, vendendumque quoquo modo tradat librum inſcriptum, *Tertulliani Omniloquium Alphabeticum breuibus ſcholiis ad ſingula obſcura expoſitum; & vbique per ſelectiſſimos ex medulla S. Auguſtini locos illuſtratum, in omnibus dicendi ſcribendique materiis*, à F. CAROLO MOREAV *Auguſtiniano compoſitum*, præter IACOBVM DALLIN Bibliopolam Pariſienſem, cui dictus author jus ſui Priuilegij ceſſit, Datum Pariſiis anno Domini 1653. menſis Februarij tertio.

Signatum, de mandato Regis,

GVYOT.

Quod regiſtratum eſt in libro Communitatis Bibliopolarum per BALARD *Syndicum.*

ILLVSTRISSIMO VIRO D. D.

POMPONIO DE BELLIEVRE

EQVITI, AC SVPREMI SENATVS PARISIENSIS PRINCIPI,

S.

PRINCEPS SENATVS ILLVSTRISSIME,

Diuturnæ grande opus operæ, nouum prorſus ordine, formâ, & in plurimis hactenus intractatis argumentis, ipsâ materiâ, Auguſto Nomini Tuo dicaturum, tot circumfuſæ rerum ſingularium ſpecies ambiunt, tanta meritorum ſe ingerit turba dicturo; tot firmamento virtutis Tuæ aſtra micantia, nuſquam errantia, ſed fixa,[1] velut inter lapides igneos demoranti, inter gemmantes ſiderum ardentium radios, *obuerſantur; vt coruſcante crebrius fulgetro repercuſſi nictitent oculi, mens ſtupeat, hæreat calamus, lingua muteſcat.* [1] Tertull. 2. contra Marc. c. 10

Quid faciam? Tot circumſonantibus theſium foliis, librorum voluminibus concrepantibus, opuſculis ſimul & operibus Tibi certatim nuncupatis, laudes vndique tuas buccinantibus; ſilebo ſolus,[2] Et conceptum de Te ſermonem potero retinere? *An non magè*[3] quaſi vter mero plenus, quod lagunculas diſrumpit, *cæteris vocalior erumpam; Et diu retentum*[4] verbum bonum, *Deo primùm bonorum omnium in Te locupletiſſimo largitori, dehinc Tibi*[5] præ conſortibus oleo lætitiæ participi, abſconditum eructabo? [2] Iob. 4. 2. [3] Iob. 32. 19. [4] Pſal. 44. 1. [5] Pſal. 44. 8.

Enimuerò quid abſconſum in propatulo, & peruio[6] facto mundo, Angelis, & hominibus ſpectaculo? *Ecquid in* Sole juſtitiæ in ſigno Libræ poſito; *jus ex æquo, diei, & noctis horas, pro meritis; pœnas, & præmia, probis ac reprobis diuidente, publicæ notitiæ ſe ſubducere poſſit occultum?* [6] 1. Cor. 4. 9.

Diu exercitato Infulati Præſidis Clariſſimâ dignitate, Legationibus ad Batauos, Britannos, Italos, ipſoſque Romanos rerum Dominos, muneribus honorificentiſſimis laudatiſſimè perfuncto, ad Summum tandem Supremi Senatus Pariſienſis Principatum, à Chriſtianiſſimo Rege, Electo[7] ex millibus, *quid vitâ ſoſpite, quam perennet Deus, quid inquam* [7] Cant. 5. 10.

anteactæ vitæ tot obitæ non communia munia, ſortis vltra proſperæ non auſpicatiſſimè portendunt?

Et quidem ſi in Summo[8] Iudice ſpectari deber fortuna & dignitas: [9] ſi lege Pompeïa ſancitum eſt, vt Ampliſſimo ex Cenſu Iudices legerentur: *Ne videlicet aut contracta ignobilitate generis, animi vilitas, aut rei inopia domeſticæ, ius vendere, & muneribus vitæ ſuſtinendæ neceſſariis, corruptioni cedere cogeretur: Tibi in vtroque vigilantiſſimè prouidentia diuina proſpexit; Cui & Splendidiſſimus eſt Natalium Illuſtrium Cenſus; Patre Inſulato Præſide, & Vtroque Auo Primariâ Cancellarij Franciæ Dignitate Glorioſiſſimè potito: & Opulentiſſimâ Fortunâ gratulatur; nec parcâ vſpiam vſo, nec prodigâ; nec effuſâ turpiter, nec auarè repoſitâ; ſed munificè, aut diuinis, aut publicis curandis Ædibus; nunc feſtiuè excipiendis amicis, nunc viris de re Litteraria benè meritis munerandis; ſed quammaximè pauperibus alendis, miſericorditer impensâ.*

[10] Spiritualis rrapeziræ hæc menſa eſt, theſaurum vitæ ſtruens præſentis parirer & æternæ. [11] *Arte omnium quæſtuoſiſſimâ, multiplicato in centuplum fœnore innocenti,* [12] *honorans Dominum de Tua ſubſtantia, miſertus inopi, Domino fœneraris: cui diuino ſubſcriptum ſanguine chirographum cautio Euangelica datur.*[13] Et ſi non tenes pauperem redditorem, idoneum tenes fideijuſſorem. *Taceo quæ me clamare delectarent. Oblitero quæ juſſioni tuæ parens, & inſigni parcens modeſtiæ, non tam garrulus Tuæ in pauperes largitatis buccinator, quàm exempli Optimatibus Regni ſectandi ſincerus hortator, in authographo præſcripſeram; Tuo admonitus, quinimò diuino ædificatus oraculo:* [14] Neſciat ſiniſtra Tua quod facir dextera Tua. [15] Putas quàm vult neſcire alterum, qui Teipsũ qui facis, aliqua Tui parte vult neſcire? *Sed qui* [16] *nomen Tuum in terra ſcribi refugis,* [17] *gaude Solis radio exaratum in cœlis.* [18] Et qui non ad Tuam famam erogas, ſed ad pauperis famem; [19] nec tubâ vis ante Te cani, [20] ab auditione mala ne time, dum [21] oleum dexteræ, cœleſtis participem regni proclamabir. [22] Quòd Abel paſſus ſir, quòd ſeruauit mundum Noé, quòd Abraham fidem ſuſcepit, quòd Moyſes legem tulit, quòd Petrus crucem reſupinus aſcendit, Deus in iudicio tacer; & hoc ſolùm clamat, quòd comedit pauper. In cœlo prima eſt eſurientis annona, prima ſtipendia pauperis rractantur in cœlo, erogario pauperis prima diuinis ſcribirur in diurnis. Beatus cuius nomen toties Deo legitur, quoties ratio pauperis recitatur in cœlo![23] Dicturus, *Judicum Princeps*, cauſam in iudicio, parronam Tibi miſericordiam, per quam liberari poſſis, aſſumis: qui de parrocinio miſericordiæ certus es, de venia ſis ſecurus. Miſericordem neſcit diuinus ignis exurere. Miſericordia non ſolùm cauſam præuenit, anticipat cognirorem; ſed etiam ſenrenriam reuocat, abſoluit addictos.

Ad hæc, in Te, ſummi viuorum atque mortuorum Judicis prototypo conformi, quidquid in tanti Senatus Principe virtutis exigitur, velut omnium Præceſſorum corollario mirificè congeſtum diuinâ pietate reperitur. [24] Iuſtitiæ ſiquidem Antiſtitem oporter eſſe grauem, ſanctum, ſe-

[8] Cicero in Anton.
[9] Aſcon.
[10] Paulinus.
[11] Chryſo.
[12] Prou. 3. 9.
[13] Aug. in Pſal. 36.
[14] Matt. 6. 3.
[15] Chryſol. ſer. 9.
[16] Iere. 17. 13.
[17] Luc. 10. 20.
[18] Chryſol. ſer. 9.
[19] Matt. 6. 2.
[20] Pſal. 111. 6.
[21] Prouer. 27. 16.
[22] Chryſol. ſer. 14.
[23] Chryſol. ſer. 8.
[24] Bud. in l. iuſtitia de iuſt. & iur.

uerum, incottuptum, inadulabilem, contraque improbos, nocenteſque immiſericordem atque inexorabilem, etectum, atduum, & potentem vi, & maieſtate, æquitatis, vetitatiſque terrificum zelatorem. *Sed nec inter hæc iuſtitiæ improbis inflexibilis argumenta, congrua deeſt viduis, orphanis, miſeris, oppreßis quibuſcumque facilitas aditus, & vſquequaque vrbanus affabilitatis acceſſus.*

Nec vanam hic retexo Valentinianorum fabulam, quâ Æones omnes velut [25] Ex ære collatitio, in honorem & gloriam Pattis, pulcerrimum Pleromatis ſidus, fructumque perfectum compingunt, ex omnium defloratione conſtructum; Pandoram Heſiodi, Neſtoris Cocetum, Miſcellaneam Ptolomæi, aut de Atticis Pancatpon hiſtoriis. *Malim Te, veritati propius, illi Apocalypſeos Angelo pariari,* [26] qui Ioanni apparuit Iridis ambitu coronatus, cœleſti prato. *Tanta omnigeni floris, virtutum omnium varietate reſpergeris! Sic in te ſingulæ animi pariter & corporis dotes elucent; ingenij perſpicacitas, judicij ſagacitas,* jus cuique ſuum teddendi conſtans ac petpetua voluntas; *juris vtriuſque peritia, Eloquentia ſermonis, venuſtas oris, hilaris & modeſta vultus grauitas, inaffectata & inconſulta Æquanimitas.*[27] Adeò vt ipſa exterioris hominis ſpecies, ſimulacrum ſit mentis, figura probitatis.

[25] Tertull. cont. Valent. c.12.
[26] Tertul. de Corona cap. 15.
[27] Ambr. l.2. de Vir. ſub init

Neque verò cum Stoïcis [28] Philoſophis, gloriæ animalibus, [29] vanitati ſeruit Tuarum ſoliditas fitmitaſque virtutum. In his nihil prouidebat prudentia, nihil diſtribuebat iuſtitia, nihil fottitudo toletabat, nihil temperantia moderabatur, niſi vnde placeretur hominibus, & ventoſæ gloriæ ſeruitetur. *Tibi verò, Princeps Illuſtrißime, veras & Chriſtianas virtutes colenti,* [30] magna virtus eſt contemnere gloriam; quia contemptus eius in conſpectu Dei eſt; judicio autem non aperitur humano. [31] Virtus potro aliud non eſt, niſi diligete quod diligendum eſt. Id eligete, prudentia eſt: nullis inde auerti moleſtiis, fottitudo eſt: nullis illecebtis, tempetantia eſt: nullâ ſuperbiâ, juſtitia eſt. *Et quid iuſtius, quàm vt* [32] Deo virtutum Domino, & Regi gloriæ ſuæ zeloti, *bonorum omnium fonti curſu refluo, honor & gloria refundatur? Quid Æquius, quàm vt de* commutabilibus fortunæ membris, *Chriſti pauperibus, membris eius magnificè* [33] diſpergentis, juſtitia manens in ſæculũ ſæculi, *magno tranſitoriæ & æternæ fœlicitatis cumulo diſpungatur?*

[28] Tertull. de Anim. cap. 1.
[29] Aug. li. 5. de Ciui. c 20.
[30] Aug. 5. de Ciuit. cap. 9.
[31] Aug. ep. 52. ad Maced.
[32] Pſal. 23. 10.
[33] Pſal 111. 8.

Quam procul ab auaritiæ ſordibus, proprij patrimonij ſplendidus erogator! Quàm non acceptator perſonarum aut munerum, qui ne Tabularij forenſes, pro dicundæ clientibus cauſæ, prærogatiua temporis, accepto munere venderetur, æquitate prouidâ ſeuerißimè ac iuſtißimè cauit: totus [34] juſtitiâ cum magno inter Orientales principe Iob indutus, [35] patet orphanorum, judex viduarum, [36] pro galea ſalutis judicium certum tectus caput, & pectus, ſcutum inexpugnabile æquitatem.

[34] Iob. 1. 3.
[35] Pſal. 67. 6.
[36] Sap. 5. 19.

Ad typum Scuti Gentilitij, quod attinet, triplex in Nobiliſſimæ Gentis Symbolica teſſera Trifolium cetnitur, abs Te inuiolabiliter cuſtoditum: *quod nec Leo geminus, aut Gryphus, Pardus, aut Vnicornis ſuperbè repens ſuſtinet, ſed puritatis amatrix, & cuſtos innocentiæ Muſtela Pontica ſuo vellere circumueſtit, tacito, licet congruentißimo Iudici-*

bus alienis à munerum corruptela, Symbolo: malo mori, quàm fœdari.

Atenim, quid Trifolio *ſimplicius in plantis? ſed quid eius virtute fœcundius?* [17] *Sexies falce demeſſum, repullulat toties, inexhauſtâ fœcunditate radicis. Vt de ipſo lubeat cum Septimio exclamare;* [18] Proh miſeranda incredulitas, quæ denegas Deo proprietates ſuas, ſimplicitatem, & poteſtatem!

[39] Trifolium aureum, ſiue hepaticum, Trinitatis herba vocatur; *indubium, Auitæ Maiorum Tuorum, circa auguſtiſſimum Chriſtianæ myſterium fidei argumentum. Nec gratìs* [40] herba medica, non tam quòd per bella Perſarum quæ Darius intulit, aduecta ſit à Medis, *quàm à remediis dicta medicis. Plura illi medicamenta, quàm folia.* [41] Herba optima in prato Trifolij. [42] *Grana eius & folia Pleuriticis, Epilepticis, hydropicis, hepaticiſque medentur. Sitim arcet, ac refrigerat.* [43] *Ælij Galli, Zenonis, Eudemi, Heraclidis theriacam, inter cætera componit: Et eam maximè;* [44] quâ magnus Antiochus Rex aduerſus omnia venena vſus traditur, vnici vel pondere denarij.

Et quæ non venena, Galliæ Rex Chriſtianiſſimus, operâ Tuâ, Iuſtitiæ Tuæ librâ medicatur? Quam ſitim, æquiſſimus Princeps Ludouicus, digniſſimus Ludouici juſtitiæ ſitientiſſimi filius, Trifolio tuo non extinguit?

Trifolij viribus indagandis, Hippocratis, Galeni, Dioſcoridis, Matthioli, Dodonæi, tota medicorum ſchola deſudat: [45] Cui & Amphilocus librum etiam ſpecialem dedicauit. *Quidni & ego ter ducenta, ne ſeptingenta dixerim, folia in Tertullianum elaborata, Tuo longè dignius,* Trifolio *conſecrarim?*

[46] In nuce incluſam Iliada, Homeri carmen in membrana ſcriptum tradidit [47] Cicero. [48] Myrmecides quidam ſtatuarius inclaruit, à quo quadrigam ex Ebore ſculptam legimus, quam muſca integeret alis: fabricatam & nauem, quam apicula pinnis abſconderet. *Ego verò arte non abſimili, iam non* [49] Homeri in pauum, *Pythagoricâ metempſychoſi demutati Iliadem, vario fabularum colore conſperſam; ſed Tertullianum & Auguſtinum, totius eloquentiæ & doctrinæ ſolida veritate, & varietate refertos, duas Euangelij Dominici quadrigas, duas onerarias naues ſimul & bellicas, in operis fronte, ſub* Trifolij Tui vmbraculo, *ſecurus pelagi, & naufragij; tuta velut ſtatione, repono, & Tui pectoris*, altero [50] Themiſtis aſylo, fas cuicumque poſcenti, *recondo.* [51] Trifolium inhorreſcere, & folia contra tempeſtatem ſurrigere certum eſt. *Et quæ liuoris procella, nouo fors operi imminens* [52] ſcuto bonæ voluntatis Tuæ coronato, [52] nam coronat & Trifolium: *audeat inſurgere?* Trifolio *certiſſimè contractâ fronte, rigido ſupercilio, contra ſæuientis maris, aut aëris æſtus, horridè ac tremendè ſurrecturo.*

: *Quid pluribus miras proſequar eius vires?* [54] Oxis eius ſpecies putridis ac fœtidis oris medetur vlceribus: ſerpentum ac ſcorpionum virus abigit & curat. [55] Scio præterea celebratis authoribus contra omnia venena pro antidoto ſufficere, ſerpenteſque nunquam in Trifolio adſpici. *Procul ab Illuſtriſſima Belleuræa ſtirpe dolus omnis & ſerpentina*

[17] Plin. li. 18. cap. 16.
[18] Tertull. de Baptiſmo c. 2.
[39] Dodonæus Pemptad. 4. li. 4. c. 24. Matthiol. in Dioſc. lib. 3. c. 6.
[40] Plin. li. 18. c. 16.
[41] Ibid. c. 28.
[42] Dioſc. & Matthiol. in Trifolio.
[43] Galenus item.
[44] Plin. li. 20. cap. 13.
[45] Plin. li. 18 cap. 16.
[46] Plin. li. 7. cap. 21.
[47] 4 Acad.
[48] Plin. ſupra.
[49] Tertul de anima. c. 33.
[50] Feſtus. Cic in Piſon.
[51] Plin. li. 18. cap. 35.
[52] Pſal. 5. 15.
[53] Plin. li. 21. cap. 9.
[54] Dioſco. & Matthiol. in Trifol. l. 3. c. 6.
[55] Plin. li. 21. cap. 21. Dodonæus li. 4.

nequitia. Procul ab hoc opere ſub vmbra Trifolij carpendo, putrida ac fœtida ſerpentini afflatus, aut ſibili peſtilentis aura; procul hinc calami venenoſi vlcera, vel ſcorpij prima adblandiens ſpecies, & cauda pungentis.

Pemptad. 4. cap. 23. ex Galeno lib. 4 de Simplic.

Audio pone me monentem Patrem, [56] ouo tuo ſcorpionem time. *Tertullianum Scorpiacè ſcribentem lego:* [57] magnum de modico malum, Scorpium rerra ſuppurat. Tor venena, quot ingenia: tot pernicies, quor & ſpecies: tor dolores, quot & colores. Er tamen vnus omnium violentiæ geſtus, de cauda nocere. Familiare periculi tempus æſtus. Auſtro, & Africo ſæuitia velificat. *Blandâ palpat primùm facie Scorpius, ſed* arcuaro impetu inſurgens, hamarile ſpiculum in ſummo, tormenti ratione ſtringit. *Mira temporum ratio. Auſtrum & Africum, duos, intellige, Auſtralis plagæ doctißimos Afros. Vno ambos complector in opere. Erit pro tempeſtatis peruerſitate qui Tertulliani palpet errores Scorpius, qui manifeſto blandiatur hæretico. Et erit qui Auguſtino, ſincerißimæ licet, ac Catholicißimæ veritatis irreprehenſibili Doctori, Errorum vulnus multiplex imponat. Erit qui caudæ* [58] ſpiculo, virus quâ figit, effundat. In remediis, naturalia plurimùm. Aliquid & magia circumligat. Medicina cum ferro & poculo occurrir. Præbibunt quidam, feſtinando rurelam. *Præſentißimum mihi ſit, vt prælatum & prælectum omnibus, contra ſingula Scorpij venena* Trifolij *Antidotum.*

[56] August. ferm. 29. de verb. Dom.
[57] Tertull. Scorp. c. 1.
Tertul. ib.
[58] Tertull. ſupra.

Benè herclè, quòd Tibi, Princeps Illuſtrißime, Voluſiâno pari genere, Eloquio ſimili, Præfecturâ non impari, in [59] Auguſtinum, virum rorius gloriæ capacem, *affectu conſimili, opus hoc conſecraui, omnibus vtriuſque fori Oratoribus & Cauſidicis, quos ſinu foues, vtilißimum. Huius in primæ partis calce, ſi fortè* calcaneum meum *ſerpens aliquis, aut Scorpius inſidiator* [60] obſeruer; *hæreditario primùm iure traditam, & ſeruatam in Eccleſia, orthodoxam S. Patris Auguſtini doctrinam, ab omnium errorum labe perperam impoſita, Te Iudice purgabo: dehinc omnes Tertulliani hæreſes, & Errores, Auguſtino Cenſore, Te quoque Arbitro ſagacißimo, confutabo: in duobus ſequentibus tomis edendis proximè, ſana vbique Tertulliani dogmata, ſelectißimis eiuſdem argumenti ſententiis Auguſtini ſuffulturus. Vbi quicquid Eloquentiâ floret, ingenij ſublimitate & ſuggeſtu eminet, ſapientiæ profunditate tumet, hinc inde diſperſum, lectorum omnium honeſtæ atque vtili voluptati, ordine hactenus intentato colligam.*

[59] Voluſ. ep 2. apud Aug.
[60] Pſal. 55. 6.

[61] Partum excludit prægnantium vtero Trifolium. [62] Species eius Engalacton lac reuocat extinctum. [63] Acetoſum inſuper Alleluya vocatur, quòd dum in Eccleſia canitur, oriarur, & Chriſto mortuis rediuiuo conſurgat. *Apage nænias, feraleſque cantus lamentatricum, Præficarumque ſingultus. Rei Typographicæ inopia, & affecta valetudo compreſſerat mammas, & penè lac excoctum paruulis, & ex ſolidiore Authoris difficillimi pane liquatum extinxerat, poſthumandi fœtus haud leui periculo. Ter ducentis vt minimum foliis excludendis opportunum occurrit* Trifolium. *Gemello totius Eloquentiæ & doctrinæ Africanæ mon-*

[61] Hippocrates de ſimpl. medic. in Trifol.
[62] Dodonæus Pemptadis 4. l. 4 c. 21.
[63] Ibid c. 23. iuxtà Plin. lib. 27. c. 19.

Tertull. l. de Anima c. 37. *ſtro parturiundo, non commentitia Lucina, vel Partula, ſed munifica manus veſtra obſtetrix, & opitulatrix accurrit.*

Excipe manu, ſuſcipe ſinu, foue partum benignus amplexu, faue, Princeps Senatus Illuſtriſſime, omnis Encyclopædiæ decus & ornamentum; huic operi, humanæ ac diuinæ ſcientiæ, omniumque optimarum artium breuiario. Euentu proſpero, Tui ſub vmbra Trifolij *procedat in lucem.* [64] Tanta dos eius eſt, vt vno ſatu, amplius quàm tricenis annis duret: *Tuum verò trecentis retroſius ſæculis, in hodiernum vſque perdurans, huius in Operis fronte radicatum, in exitum ſæculi perſeueret. Omniloquium Auguſto Tuo inſcriptum Nomini, linguis omnibus, & populis, Belleureæ Gentis famam, toto orbe, quò ſe longè latèque Tertulliani & Auguſtini gloria porrigit, circumquaque diſſeminet.*

Faxit diuina prouidentia, [65] cuius eſt fortuna, & gloria, *vt* [66] purpurei Trifolij flores, *vtique Regij, ſtent vegeti; donec poſt longæuum fælixque ſenium, Tuæ in parentes* [67] *pietati exhibitæ repromiſſum,* [68] repoſitam à juſto judice, juſtitiæ ſimul & miſericordiæ [69] coronam accipias. Ita vouet. Sic indefeſſus ſacris ſupplicat adgeniculatus aris,

[64] Plin li. 18. cap. 16.
[65] Prou. 8. 18
[66] Plin. li. 17. c. 9.
[67] 1. Tim. 4. 8.
[68] 2. Tim. 4. 8.
[69] Pſal. 102 4.

PRINCEPS SENATVS ILLVSTRISSIME,

Tuus humillimus & deuotiſſimus
Orator F. CAROLVS MOREAV
Auguſtinianus.

PRÆFATIO
GENERALIS TOTIVS OPERIS,
ABSOLVTE NECESSARIA, AD EIVS VSVM ET INTELLIGENTIAM.

In qua quid Author novi in Tertulliani Opera præſtiterit, in hac Editione, declarat.

SYNOPSIS PRÆFATIONIS.

De huius Operis diſpoſitione difficili. §. 1.
De vtilitate Operis, ad ædificationem, & ornamentum Eccleſiæ. §. 2.
De armis, quibus hoc opus munit Eccleſiam, ad Gentiles, Iudæos, Hæreticos, Atheos evertendos, & convertendos peccatores. §. 3.
Cur huic Operi Omniloquij nomen ſit impoſitum. §. 4.
De ſoliditate, ordine, perſpicuitate, curioſitate, & brevitate Operis: Et quid eius Scholia commentariuſque complectantur. §. 5.
De Indicibus primi, & tertij Tomi. §. 6.
De explicatione Tabellæ emblematicæ fronti Operis appoſitæ. §. 7.
De Synopſi vitæ, geſtorum, & elogiorum Tertulliani & Auguſtini, quibus ex maiori parte Opus conſertum eſt. §. 8.
Epilogus Præfationis. §. 9.

De huius Operis difficultate. §. 1.

INTENTATVM hactenus opus id generis aggreſſus, præ diſpoſitione difficili, tædio ſæpè confectus internuſi. Quis enim, obſecro, Lector erudite, omnes Tertulliani latebras, ſalebras, vada, ſcopulos, nullo in multis præferente facem, inoffenſo pede, rotâ, vel rate, decurrat? & quidem ſi fors illuni nocte, denſatiſque tenebris, ab Authoris obſcuriſſimi ſcopo aberra-
vero, veniabilis occurram lectori ſapienti, & cum Habacuc *pro* Habac. 3. in
ignorantijs canticum decantabo. tit.

Enimverò quis tam idoneus, & inexhauſti ſpiritus *Vrinator*, Plin. lib. 11.
qui profundos tanti maris gurgites, & receſſus, abſque reſumpta identidem anima cap. 37.
perſcutetur? *os meum* ſæpius orando, *aperui, & attraxi ſpiritum*: vt qui *intellectum dat,* Pſal 118. 131.
& ſapientiam præſtat parvulis, mihi ſcriptorum omnium minimo *ſenſum aperiret, vt ſcrip-* Epheſ. 3. 5. 6.
turam profundi ſermonis intelligerem, opertam aperirem, involutam evoluerem, inviam Luc. 24. 45.
plurimis, perviam omnibus facerem, ſalebroſam excaudicarem; *altum puteum* Catho- Ezech. 3. 5. 6.
licæ veritatis, *unde hauriant non habentibus, fontem patentem domus David* exhiberem. Io. 4. 11. Zach. 13. 1.

Heù quotiens huic affixus Caucaſo, ceu Prometheo condelinquens, hoc vulturis vngue diſſectus, & roſtro, immiti laniena depaſtus, meæ, vt fatear, pœnas temeritatis exſolvi? Sed renaſcenti ſubinde jecori vires ſuffecit agnitus meus ipſe defectus; & vt in-
fectum, imperfectumque totiens opus perficerem, *Verbi, ſine quo factum eſt nihil*, gratia Io. 1. 3.
opitulatrix effecit. Publicæ itaque me vtilitati victimam vovi, vnicam multi ſudoris Columella

lib. 3. cap. 8. ſpongiam, feraciſſimi quidem, ſed rudis, & ſpinoſi ſoli *repaſtinam & ſpinenſem*, fœcun-
Aug. lib. 4. de Civit. cap. 21. diſſimæ ventilabrum ſegetis, conchiliorum divitum piſcatorem.

De vtilitate Operis in ædificationem & ornamentum Eccleſiæ. §. 2.

Tertull. lib. 1. de Cultu fem. cap. 5. QVID pluribus immorer, multaque dehauſta faſtidia commemorem? quibus Tertullianicas margaritas *non ſtupori mulierum ædificando, ſed fundamentis* fidei & morum precioſè *demandandis, aut parietibus moliendis, aut faſtigijs ſuſtinendis, aut tectis denſandis*, pluribus annis deſudavi: *quia tardè teruntur hi lapilli, vt niteant; & ſubdolè ſubſtruuntur vt floreant; & anxiè forantur, vt pendeant*: & materiâ prędivite, formâ præpollente, *lenocinium mutuum præſtant*.

Cant. 1. 10. Tertul. Scorp. cap. 3. Neque verò mollia feminis aurium ornamenta gemmata, ſed *murenulas aureas vermiculatas argento fecimus*; Eloquia Dei: *Dei voces, vera fidelium aurium ornamenta: quæ amiſſuri erant Iſraëlitæ in iudicium ſibi, dum vrgetur Aaron, & iubet in aures feminarum ſuarum in igne conferri*, vitulumque conflari: armillas autem operis indeſeſſi, manibus;
1. Pet. 3. 4. Eſther. 2. 9. collo inſuper torques obedientiæ circumnecto; cultum denique omnem *interioris hominis in conſpectu Domini locupletem*, Ediſſæ, puta animæ iuſtæ, ſi fortè Eunuchus accerſor; Aſſuero, Chriſto dico ſponſo cultius paratiuſque aptandæ circumpono.

Eandem Eccleſiam, eiuſque Prædicatores, Doctores, & Scriptores, armis fortiſſimis munit, ad Gentiles, Iudæos, Hæreticos, Atheos evertendos, & peccatores convertendos. §. 3.

APAGESIS omnem muliebris paraturæ mollitiem. Aggredere maſculæ armaturæ
Cant. 4. 4. Gen. 32. 2. militiam. Hinc prome, Lector, velut ex arce Eccleſiæ munitiſſima, *ex turri David fortiſſima, omnem armaturam fortium, mille clypeos*, gladios, mille tela *decem millibus multiplicia* militibus. *Caſtra Dei ſunt hæc*.

Eſa. 41. 15. 2. Cor. 10. 4. Situ, pulvere, rubigine exſoleta jacuerint hactenùs Tertulliani *noſtra ſerrentia: arma militiæ noſtræ*: iam deterſa Lector arripe, & inſolitâ luce coruſcantia. Nec eſt qui nunc cum Davide ſub armorum Saülis gravantium pondere ſatiſcens, audeat cauſſari tardi
1. Reg. 17. 39. gradus; *non poſſum ſic incedere, quia vſum non habeo*. Expeditus enim & facilis eſt Authoris aliàs difficillimi vſus; & fundâ, lapide, baculo paſtoris Hebræi levior hæc ſarcina
1. Reg. 25. 29. Rom. 10. 15. Habac. 3. 11. Thren. 3. 13. 1. Reg. 17. 36. 40. 51. militaris; quâ *anima inimicorum rotabitur, velut in circulo, & impetu fundæ. Ibunt pulchri pedes ſuper montes Evangelizantium pacem, ſic calceati in præparationem Evangelij*. Bellum indicent ſæciales, *in luce ſagittarum, filiarum pharetræ* Tertullianicæ; *& in ſplendore fulgurantis haſtæ eius*, omnes hoſtium tenebricoſorum cuneos diſſipabunt. Hoc velut Davidico *lapide, iam limpidiſſimo, Dei nomine inſignito Gentilem incircumciſum* Eccleſiaſtes elidet, & proprio Sophiæ ſæcularis gladio detruncabit.

Num. 21. 7. Io. 3. 14. Gal. 3. 13. Deut. 21. 23. Hoc Iudæum, igneo ſerpente ictum, ad filium hominis, delineatum in æneo, exaltato in ſtipite, *factum pro nobis maledictum, pendentem in ligno, regnantem à ligno*, convertet, vt ſanet.

Pſal. 95. 10. Pſal. 73. 13. Hoc tanquam Herculeo igne, Lernææ belluæ ſepticipitis, omnis inquam hæreſeos capita ſemel interitura cinerabit; omnia ſimul: *Draconum capita contribulans in aquis ſapientiæ ſalutaris*.

Gen. 3. 24. Cant. 3. 7. Ibid. Hoc fulmineo, non mollibus Nervæ enervis faſciis involuto, ſed exerto, ſed *verſatili, ſed bis acuto gladio, cum Cherub oſtium paradiſi Eccleſiæ cuſtodiens cum ſexaginta fortibus lectulum ambiens Salomonis*, inordinatas vitiorum acies expugnabit, & ordinata virtutum caſtra propugnabit Prædicator, Doctor & Scriptor *ad bella doctiſſimus*.

Zozomen. lib. 5. cap. 2. Metaphr. 21 Oct. Act. 6. 9. Matth. 24. 15. Pſal. 78. 20. Hoc demùm fulmine, Iuliano apoſtatæ nil diſparem Atheum, & *de ſecta quæ appellatur libertinorum*, ganeonem hodiernum, impietatis ſtatuam, veram *abominationem deſolationis*, pro Chriſto, ab Hæmoroïſſa ſuis in foribus collocato, *in loco ſancto, anima iniquam ſua, & corde ſtatuentem, ad nihilum rediget*.

Cur huic operi Omniloquij nomen ſit impoſitum. §. 4.

Prov. 10. 19. Matth. 6. 7. 1. Tim. 1. 6. 2. Tim. 2. 16. NON nova, nec peregrina vox hæc compoſita quâ opus inſcripſi: & ſi quid in ea novum aut peregrinum ſonat, id ex imitatione Scripturæ & Patrum licitum duxi, cùm & in Proverbiis, & Evangeliis, & Epiſtolis Apoſtoli, & ipſius Auguſtini ſcriptis *multiloquium, vaniloquium, mendaciloquium* ſcriptum inveniam.

Aug. in Prolog. retract. OMNILOQVIVM hoc opus inſcripſi: tum quòd nullam prorsùs in eo ſententiam vel lineam Tertulliani prætermiſerim: tum quòd ex hoc ſolo opere, magnam in omni cauſa dicendi, ſcribendive copiam, cuicumque oratori, ſcriptorique proſpexerim.

Præter enim humaniores, Philoſophicas, iuriſque diſciplinas; quidquid habet de Deo, eiuſque notitia, & eſſentia, Divinis ſingillatim attributis, de ſanctiſſima Trinitate, diviniſque perſonis, de Verbi incarnati verâ carne, nativitate, cæteriſque vitæ eius, doctrinæ, virtutum, miraculorum, elogiorum, paſſionis, mortis, ſepulturæ, reſurrectionis, aſcenſionis, vtriuſque adventus myſteriis: De matre eius ſanctiſſima, Angelorum bonorum, & malorum conditione, ſtatu, & lapſu, adjutorio, & tentamento; de ſanctis Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, Diſcipulis, Martyribus, Doctoribus, Confeſſoribus; Virginibus, conjugatis, viduis: de Scriptura ſacra, legibus, religione Chriſtianâ, & de Chriſtiani debito: de Eccleſiæ Sacramentis, de virtutibus Theologicis, & moralibus, de vitiis; de Animæ rationalis, & carnis humanæ dignitate, reſurrectionis eius gloriâ; quatuorque noviſſimis: Cætera purrò de prædeſtinatione, gratia, libero arbitrio, infidelium operibus, argumenta, vbicumque de his expreſſæ Tertulliani ſententiæ exponendæ fuerint, id totum, citra vllam omninò controverſiam, indemnatâ vtraque hodiè diſceptantium parte (quarum neutram, nè verbulo quidem, paci conſulens, attigi) intra omnis modeſtiæ terminos, per meraciſſimos, nullaque gloſsâ adulteratos, Auguſtini, Gregorij magni, D. Thomæ, aliorumque Patrum locos, ad exactiſſimam ſacroſancti Concilij Tridentini, & nuperrimæ Innocentij decimi Conſtitutionis, in quinque propuſitionum condemnatione, amuſſim, expoſui. Hoc vno contentus, quod in Privilegio præſcriptum eſt, Auguſtinum cum Tertulliano, in omnibus indiſcriminatim argumentis componere: cuius rei teſtes, indifferentes, neutriſque faventes partibus, lector adhibitos eſſe Cenſores.

Denique quicquid pro fide orthodoxa, & catholica diſciplina, contra Gentiles, Iudæos, Hæreticos, Atheos, peccatores; vel intellectui ſanæ rationis, & fidei ſuggeri, vel voluntati, & moribus probè informandis, reformandiſque congeri poteſt; id totum in hocce *Omniloquio* congeſtum, & digeſtum invenies: Summamque Theologiæ Scholaſticę, Poſitiuæ, & Moralis, ex Scripturâ ſacrâ, Tertulliano ſimul, & Auguſtino excerptam: & in his omnibus, cum materiæ ſoliditate, ordinem, perſpicuitatem, curioſitatem, cum brevitate conjunctam.

De ſoliditate, ordine, perſpicuitate, curioſitate, brevitate Operis: §. 5.

SOLIDITAS per ſe liquet, cùm hoc opus totâ penè Scripturâ conſtet, omnibus Tertulliani operibus, lectiſſimâ ex omnibus S. Auguſtini operibus, & aliorum paſſim Patrum depromptâ originali medullâ. Et cùm hac ætate concionatores, & ſcriptores, ſua ſcripta, dictaque ratiociniis fulciant: hi duo Patres, firmioribus ſua, præ cæteris, munire ſuliti argumentis, hodierno magis vſui reſpondebunt. Et quamvis omnis textus Tertulliani fuerit in Omniloquio rationali diſtributus, plus tamen inveniet in eo Lector ex S. Auguſtini operibus impenſum; ſeu reſpondeat in doctrinâ ſanâ, Tertulliani menti; ſeu Tertulliani emendet errores.

Ordo operis ex eius diviſione patebit. Illud tripartitum habes. In primo tomo Textum omnium emendatiſſimum elegi, quem & ordine Alphabetico digeſſi; & quatuor inſignes ſupplevi defectus, in cæteris hactenus editionibus relictos. De quibus conſule Præfationem ſpecialem infrà præfixam Tertulliani operibus.

In calce huius primi tomi, Textus hæreticos, & erroneos ordine alphabetico redegi, & brevibus ſcholiis expoſui, ac per ſanam S. Auguſtini doctrinam emendavi.

In duobus ſequentibus tomis, Omniloquium Alphabeticum rationale continentibus; textus omnes Tertulliani, in locos communes, non ſolùm exactiſſimo alphabetico ordine, ſed & rectæ rationi, & diſpoſitioni conſono; & res ſub eadem voce contentas digeſſi; in quorum ſingulis, brevia argumenta ſummam difficultatis aperientia præfixi, cum fideli citatione libri, & capitis, principio, medio, fine, ex quibus deſumptus eſt textus. In quo quidem, ſicut & in hoc primo tomo perfeci, omnes ſcripturæ locos à Tertulliano relatos, diverſo charactere deſcribi curavi, ſicut & ad margines, libros, capita, verſuſque Scripturæ.

Advertat Lector, quoties in argumentis capitum primi tomi viderit aliquid remitti ad aliquod Verbum Alphabeti Errorum, toties noverit, in ſequenti textu aliquam inſertam hæreſim, vel errorem. In duobus autem locorum communium tomis, ſi offenderit in principio argumenti Aſteriſcum, ibidem in textu aliquem ex dictis erroribus, ſive hæreſibus inſinuatum.

VT PERSPICVITATI Authoris omnium difficillimi conſulerem, præter argumenta textibus ſive integris, ſive diſſectis apposita, & obſcuritatem ex parte lucidantia, primò quidem in Scholiis, ſive Commentariis diverſas plurium editionum

lectiones retuli, vt ſingulis exemplaribus ſatisfacerem.

Secundò omnes Scripturæ locos à Tertulliano relatos, ſupra ter millenos, tam iuxta tranſlationem Septuaginta interpretum, quam per omnia ſequitur Author, quàm ſecundùm vulgata Biblia, integros retuli. Et vbi lectio Hebraïca, vel paraphraſis Chaldaïca, diſtant à vulgatis, & lucem aliquam afferunt in prædictis locis veteris teſtamenti, ſubjeci; ſicut & tranſlationem Syriacam, noſtrâ plerumque clariorem, in textibus novi. Denique vbicumque loci difficiles occurrerunt, iuxta ſanctos Patres, & per S. Auguſtinum maximè explicati ſunt.

Tertiò Scholia brevi, & planâ, vt par eſt, latinitate conſcripſi; nè ſubtiliori vſus, profundi Authoris tenebras, non tam illuminaturus, quàm obſcuraturus accederem. In his nullam ſententiam, nec vocem difficilem, non expoſitam prætermiſi. Verba Tertulliani obſcura minuſculis capitalibus exaravi, inter quæ noſtra clariora, Italico charactere, dant lucem nocti; nec ſic prolixa, vt attædient doctum; nec ſic brevia, vt præ-
Rom.1.14. tereant indoctum. *Sapientibus enim, & inſipientibus me debitorem agnovi.* In Scholiis litteralem, quantùm rimari licuit, ſenſum attigi; & terminos Iuris, iuxta Iuriſconſultos; Theologiæ, ſecundùm Scholaſticos; & ſingularum diſciplinarum, in quibus verſatiſſimus erat, excellentiſſimos Magiſtros. In quibus omnibus Lector prudens advertet, me omnia ſummatim, & dilucidè, ab omnibus præcedentibus Tertulliani commentatoribus dicta tractaſſe, & quàmplurima ab iis omiſſa, ſcitu digniſſima, racemaſſe: Et novâ prorsùs methodo, ac pro magnitudine operis compendioſâ, facili, & clarâ atque vtili & iucundâ brevitate, poſtremam hanc editionem publici Iuris feciſſe.

Curioſitas tandem hìc non futilis & vana, ſed vtilis ac ſolida reperitur; cùm innumeræ & pulcherrimæ quæſtiones paſſim in hoc opere, de ſacris, & prophanis diſciplinis, per Tertullianum, & S. Auguſtinum propoſitæ diſſolvantur.

Ad hæc, vt in Scholiis oculorum tædio parcerem, cùm aſſidua penè ſint, vel Scripturæ, vel Auguſtini, vel aliorum Patrum, & probatiſſimorum Authorum teſtimonia; malui in his quæ maximam partem operis continent, Ciceroniano, quàm Italico vti charactere. Cætera quæ de meo breviter profero, vel in parentheſibus interſero, elucidationis gratiâ, Italico.

Quoties porro in dictis Scholiis prætermiſſus fuerit aliquis Scripturæ locus in textu Tertulliani, eiuſvè margine contentus, noverit Lector, iam alibi fuiſſe relatum, & expoſitum, eumque requirat in indice locorum Scripturæ, vbi fuerit aſteriſco notatus; alij enim loci ſimpliciter ad probationem alicuius veritatis allati, & non expoſiti, aſteriſco carebunt.

Similiter vbi vox aliqua Tertulliani difficilis, in Scholiis fuerit præterita; ſciat aliàs explicatam, eamque in rerum & vocum indice requirat. Si quem Scripturæ, vel Patrum locum offenderit repetitum, ſentiat me huius operis Cenſoribus, vt adverterent, & monerent, ſupplicem commendaſſe. Si quis autem, vel eorum, vel meos oculos fugerit, non eſt quòd gravem mihi delicatulus Lector inde notam inurat; cùm frequenter Patribus, & ipſi Tertulliano non ſemel acciderit, non modò ſententias, ſed & paginas iiſdem verbis retexere.

Quantùm ad expoſitionem librorum contra Marcionem, & Hermogenem, neceſſè fuit, ob diffuta & diſperſa hinc inde, pro ratione Alphabeti eorum capita, ſæpius mentem Authoris inculcare, quam ſemel aperuiſſe ſuffecerat, ſi vno contextu omnes eius libros expoſuiſſem. Sæpè enim fieret, vt concionator, aut ſcriptor aliquo indigens in rem ſuam, in multos incideret locos, in quibus omiſſa fuiſſet neceſſaria explicatio, cuius occurri otio, vt ad aperturam libri, quidquid requiſierit, immediatè poſt textum Authoris illuſtratum inveniat.

Quod attinet ad vocem *Marcion, Marcionitæ, Marcionis Deus, Marcionis Chriſtus*; contentus ſui pauca difficilia breviter explicare; & propter ſterilitatem materiæ ſupervacuum duxi, Scripturæ, vel Patrum locis, Scholia non tam ornare, quàm onerare. Quia tamen aliàs quinque libri contra Marcionem ſcripti ſacrâ Scripturâ eiuſque myſteriis pleniſſimi ſunt, & maiori ex parte ab aliis commentatoribus neglecti, humanioribus, & hiſtoricis, ac floridioribus delectatis, Scholia proinde refertiſſima, & vt ſenſi, Lectoribus vtiliora compoſui.

Quoad librum contra Valentinianos, ab ipſo Tertulliano totius operis vaniſſimum reputatum, ſuffecit locos eius obſcuros, pauciſſimis exponere, & indicem Alphabeticum nominum Æonum cum interpretatione in fronte Scholiorum præmittere. Si quid autem in eo per ſenſum accommodationis potuit ad mores, vel myſterium aliquod referri, retuli.

Librum *de Habitu mulierum*, iudicium Rigaltij ſecutus, ſicut editionem poſtremam,

quam etiam in mulus cacographis, & interpunctionibus emendavi, ſub nomine libri *de Cultu mulierum* inſcripſi.

Libros ad Nationes, poſt multam hæſitationem, & ob plurimos hiatus, magnamque rerum & verborum cum Apologetico conſonantiam, nè quid deeſſet texui, cum cæteris eius libris, propriis eorum, & ſingulorum capitum argumentis, & ſuo Alphabeti ordine edi volui: ſed in locos Omniloquij Alphabetici rationalis diſſecari nolui, licet propriis Scholiis, vnà cum Apologetici reſpondentibus locis eos illuſtraverim.

De Indicibus in primo, & tertio tomo contentis. §. 6.

IN hoc primo tomo tres indices neceſſarios putavi. Quorum prior eſt, omnium librorum Tertulliani, Alphabeticus, antè librum de Anima poſitus. Secundus eſt ſub calcem eiuſdem tomi, antè Alphabetum errorum & hæreſeon Tertulliani, poſt eius Præfationem. Tertius in Scholia propria eiuſdem Alphabeti.

Alios indices tres diſtuli in finem tertij tomi; quorum primus erit locorum Scripturæ veteris, ac novi teſtamenti, ſive citatæ à Tertulliano primo tomo, ſive expoſitæ ſecundo, & tertio. In cuius indicis Præfatione, peritiam, & artem brevem, ac facilem tradam, inquirendæ & inveniendæ omnis Scripturæ ſacræ. Secundus erit vniverſalis, rerum toto opere contextarum, cum brevi Dictionario vocum, & verborum difficilium. Tertius concionatoribus aperiet, quomodo facilè textum Tertulliani, & eius Commentarium, Dominicis, Feſtis, & Quadrageſimæ texendis ſermonibus poſſint impendere.

Tabellæ emblematicæ frontiſpicio Operis impoſitæ expoſitio. §. 7.

AD hæc tibi, Lector, Tertulliani ſimul, & Auguſtini ſtudioſe, in huiuſce operis veſtibulo, horum adpendo tabulam, quorum in toto voluminis excurſu ſolidiſſimam expendo doctrinam.

Et hìc quidem idem mihi contigit Auguſtinum habitu monachali veſtienti, quod Tertulliano pallium induenti. Sicut enim illi de pallio Carthaginenſes, ſic mihi de Auguſtini cucullo, & ſacco Pariſienſes inſultarunt. Huic *à togâ ad pallium*; Auguſtino ab inſulis, & tutulis Epiſcopalibus, ad Bardocucullum tranſitus irridetur. Nec novum ludibrium. Olim Auguſtinum Donatiſtæ, quaſi vitæ monaſticæ ſomniculoſum artificem ſuggillarunt; quam tamen ſe profeſſum, nil dedignatus. *Hi*, inquit, *etiam inſultare nobis audent. Meritò inſultant nomini vnitatis, qui ſe ab vnitate præciderunt. Meritò illis diſplicet nomen monachorum, quia illi nolunt habitare in vnum cum fratribus; ſed ſequentes Donatum, Chriſtum dimiſerunt, &c. quare & nos non appellemus monachos, cùm dicat Pſalmus, Ecce quàm bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum?* & de repente in Clericatu, & Epiſcopatu humili monachi habitu; *monachum ſe profiteri non erubuit.* Conſtat & *monachum fuiſſe, & in Epiſcopali domo cum Clericis monaſticam vitam duxiſſe.* Cachinnos certè iactatos in ſe patientiſſimè tulit: *Vulgares*, inquit, *dicunt; malus choraula, bonus ſymphoniacus eſt: ita idem ipſi vulgares de nobis mirabuntur, dicentes: malus monachus, bonus clericus eſt, &c. In quorum numero ſumus.* Sed in fratres hæc iaculari, propter quoſdam incompoſitos ingemuit. *Sub generali*, ait, *nomine (monachi ſcilicet) veſtrum* PROPOSITVM *blaſphematur, tam bonum, tam ſanctum, quod in Chriſti nomine cupimus, ſicut per alias terras, ſic per totam Africam pullulare.* Nec eſt quòd Illuſtriſſimi Domini Epiſcopi, quos, vt debeo, veneror & ſuſpicio, tanquam viros Apoſtolicos, monachos ablegent ab Eccleſiaſtica Hierarchia; cùm & numeroſos Summorum Pontificum, Cardinalium, Prælatorum greges, ad ſublimiores quoſque apices evectos à monachatu numerent; & aſſumptos ex Laïcis monachos in Clerum, Clericos; & maximos quoſque Eccleſiæ Doctores, Chryſoſtomum, Baſilium, Nazianzenum, Epiphanium, Gregorium magnum, Hieronymum, Paulinum, Fulgentium, Bernardum, Bonaventuram, Doctorem Angelicum, alioſque innumeros, Clericos, vel Epiſcopos, monachos diffiteri non poſſint. Et nullâ quidem inde Prælatorum injuriâ; cùm, teſte Hieronymo, *Sacerdotium* PROPOSITO, & PROPOSITVM *ornetur Sacerdotio.* Vbi Hieronymi, Auguſtini, Paulini, Gregorij magni, D. Thomæ ſenſu, communi phraſi vſuque dicendi PROPOSITI, SERVORVM DEI, & FRATRVM nomina pro monachis vſurpari ſolita præmonebo.

Aug cont. lit. Petill. lib 3. c. 4.
Aug. in Pſal. 132.
Antonin. 3. p. c. 14. §. 2.
Bellarm. de ſcript. Eccl.
Aug. Ep. 76. ad Aurelium.
Aug. de opere monach. c. 28
Hiero. Ep. ad Nepoti.

Mihi itaque ex frequentibus expoſitæ in Bibliopolæ noſtri officinæ menſâ, emblematicæ tabellæ, operis huius capiti præfixæ cachinnis incubuit, rationem huius Iconis, cuicumque poſcenti reddere. Et cùm opus ipſum, Tertulliano ſimul, & Auguſtino conflatum ſit, operæ pretium duxi Tertulliano conformari: vt ſicut ille pro ſuo pallio libellum, ſic ego pro Auguſtini veſtimento, brevem Apologeticum ſcriberem, & à capite

ad calces, hinc inde vellicatum, deriſumque propugnatem. Alter capitio ſubſannat;
ſubridet alter largis manicis, & ſcorteo cingulo; barbam alter promittere, calceoſque
detrahere mallet, quàm mento raſum, & pede cernere calceatum, Nigellum alter co-
lórem averſatus, niveis optaret ac lacteis illuſtrem in tunicis, & toto amictu Pontificio
Baro. an. 504. reſulgentem. Quid facerem? vt author vitæ S. Fulgentij, iuxta Baronium, imitatoris
Surius ex Au- Auguſtini; ſic de ipſo prototypo dicam: *Nec ita factus eſt Epiſcopus, vt eſſe deſineret mo-*
thore vitæ *nachus. Numquam denique pretioſa veſtimenta quæſivit. Vna tantùm viliſſimâ tunicâ indutus*
eius. *fuit. Orario quidem, (ſtolâ pretioſâ, & oras purpureas, pro paramentis habente) nullatenùs vte-*
batur; pelliceo cingulo, tanquàm monachus vtebatur. Et cingulum quidem pelliceum com-
mune monachis, quos Romæ, & Mediolani viderat Auguſtinus, ipſum præcinctum,
Baſil. in Reg. reliquoque habitu conformatum, quis dubitet? De cingulo Baſilius: *Zonæ,* inquit, *vſum*
fuſius diſput. *neceſſarium eſſe, & qui ætate nobis ſuperiores fuerunt, ſancti viri declarant. Ioannes quidem, qui*
cap. 23. *Zonâ pelliceâ ſolitus eſſet præcingere lumbos ſuos, & antè ipſum etiam Elias, quando de eius ve-*
luti peculiari quodam inſigni ſcriptum eſt illud: Vir piloſus, & Zona pellicea circa renes eius. Quin
Petrus etiam Zonâ oſtenditur vſus fuiſſe, quemadmodùm ex verbis Angeli apparet, ſic dicentis:
præcingere, & calcea te caligas tuas. Similiterque Beatum Paulum, ex Agabi in ipſum vati-
cinio Zonâ conſtat vſum fuiſſe. Sanèque diſcipulis etiam Domini familiarem fuiſſe Zonæ vſum,
ex eo etiam intelligitur, quòd interdictum ipſis fuerit, nè æs haberent in Zonis.

D. Anton. 3. p. De toto habitu eiuſque formâ poſt multorum annorum lapſum, *quoniam inter fratres*
tit. 24. cap. 14. *ſimplices dubitabatur, quis eſſet verus habitus eorum, hinc eſt quòd ſedes Apoſtolica aſpiciens ad*
§. 5. iuxta *primariam Ordinis originem, habitum ſuperiorem eis determinavit, ſeu iam veriùs dudum per*
Bull. Greg. 9. *S. Auguſtinum determinatum declaravit: ſtatuendo videlicet quod eorumdem Fratrum Ordinis*
& Alexãd. 4. *Eremitarum S. Auguſtini habitus exterior, eſſet cuculla nigra, & nullius alterius coloris, cum*
longis & protenſis manicis, deſuper corrigia ampla cincta, &c. & calceamenta ſubtùs appareant.
Poſſid. in eius De quibus Poſſidius *veſtimenta eius & calceamenta ex moderato & competenti habitu erant.*
vita. Et ipſe de ſe ſic fatur: *Calceamenta quid ſunt? calceamenta quibus vtimur, nobis tegmina*
Aug. Ser. 1. de *pedum ſunt, &c. De his calceamentis, quibus calceati ambulamus, conſolatur me idem ipſe Do-*
Apoſtolis in *minus meus, qui ſi calceatus non eſſet, non de illo Ioannes diceret, non ſum dignus ſolvere corrigiam*
Luc. 10. *calceamentorum eius. Ego, inquis, Evangelium impleo, quia nudo pede ambulo, tu potes, ego non*
poſſum. De capitio bipedaliter fuſo & pyramidaliter acuminato nil lego. Hoc ſolum à
Poſſid. in eius Poſſidio teneo *quod ex moderato & competenti habitu erant, nec nitida nimiùm, nec abjecta*
vita, cap. 22. *plurimùm: quia his plerumque vel jactare ſe inſolenter homines ſolent, vel abjicere: at iſte beatus*
medium tenebat, &c. At nî fallor longè latèque fuſa cum capitio barba, media, mode-
rata, competens non eſt, licet Religioſis cæteris ex inſtituto primo congrua; non con-
veniebat Auguſtino, nec ſuis pariter monachis.

Tertullianum itaque vt nemo dubitat palliatum; nullus deinceps Auguſtinum hæ-
ſitet cucullatum.

Hunc cernis abjectâ togâ, philoſophico, quin etiam Chriſtiano circumamictum pal-
lio; illum Epiſcopalibus pariter inſignibus clarum, & veſtibus nihilominùs monacha-
libus, iuxta morem, & ſacros Canones, etiam poſt promotionem ſervatis, indutum.
Nec Clerum, aut Illuſtriſſimos Dominos Epiſcopos offendat hic habitus, ſtatuſque
monachalis, quaſi fictitius, & gratis adſcriptus. Quòd enim verè Religioſam vitam
Poſſid. in eius fuerit amplexatus, tam ipſe propriâ manu, quàm Poſſidius individuus vitæ eius per qua-
vita in f. draginta ferme annos comes, tam expreſſis verbis conteſtantur, ſicut fuſiſſimè in Theſi
Apologetica, & Vindiciis quadripartitis comprobavi; vt verè cæcutiat, & Auguſtinum
ſe, & Poſſidium vel legiſſe neutiquàm, vel non intellexiſſe convincatur, quicumque
huic veritati tam apertæ refragatur. Quid enim clarius, quàm quod habet libro nono
Aug. lib. 9. Confeſſionum, vbi poſt deſcriptum cap. 6. monaſterium Mediolanenſe ſub Ambroſio
Confeſſ. c. 6. nutritore, codicem vitæ Antonij, Potitiani narrationem, Auguſtinus ad Alipium con-
verſus, in hæc verba prorupit: *Quid eſt hoc,* inquit? *quid audiſti? ſurgunt indocti & rapiunt*
Lib. 9. Conf. *cælos, &c. an quia præceſſerunt, pudet ſequi? & non pudet, nec ſaltem ſequi?* Tum cap. 12.
cap. 12. eiuſdem libri, *Convertiſti,* inquit, *ita me ad te, vt nec* VXOREM *quærerem,* NEC ALIQVAM
SPEM SÆCVLI HVIVS. Cui certè, nec Epiſcopi, nec Clerici ſpei renuntiant. Idipſum
Lib. 9. Conf. inducit paulò ſupra cap. 10. S. Monicam matrem Deo confitentem. *Vnum,* inquit, *erat,*
cap. 10. *propterquod in hac vitâ aliquantulùm immorari cupiebam, vt te Chriſtianum Catholicum vi-*
derem, priuſquàm morerer: cumulatiùs hoc mihi Deus præſtitit: (& quid deerat cumulo?
an vt fieret Clericus? imò verò vt omni ſpei ſæculi nuntium mitteret.) *Vt te etiam*
CONTEMPTA FŒLICITATE TERRENA SERVVM EIVS VIDEAM. Id profectò retexens
Lib. 9. Conf. quod ibid. cap. 9. de Evodio & ſociis: *Simul eramus, ſimul habitabamus* IN PLACITO
cap. 9. SANCTO. *Quærebamus quiſnam locus nos haberet vtilius* SERVIENTES TIBI. Poſt reditum
autem in patriam, longè antequam Presbyter fieret, profeſſum monachiſmum in ſtatu

laïco teſtatur in Ep. 223. ad Albinam. *Si*, inquit, *in me dilexerunt, quod audierunt, paucis agellulis paternis contemptis ad Dei liberam ſervitutem fuiſſe converſum, quantò flagrantius, &c.* Et in Ep. 89. ad Hilarium. *Ego qui hæc ſcribo, perfectionem de qua Dominus locutus eſt, quando ait diviti adoleſcenti, vade vende omnia quæ habes, &c. vehementer adamavi, & non meis viribus, ſed gratiâ ipſius adjuvante ſic feci. Quantum autem in hac* PERFECTIONIS VIA PROFECERIM, *magis quidem novi ego quàm quiſquam alius homo, ſed magis Deus quàm ego, & ad hoc* PROPOSITVM, *quantis poſſum viribus alios exhortor, & in nomine Domini habeo conſortes, quibus, hoc per meum miniſterium perſuaſum eſt.* In quibus Domini verbis, tota, vſu Patrum, Evangelica, Regularis, monaſtica profeſſio, & perfectio fundata eſt. Quibus auditis magnus Antonius omnia dereliquit. Ad cuius vitæ famam, poſt Narrationem Potitiani de duobus aulicis, ad eius imitationem Auguſtinus exarſit. Quem Antonium & ipſe verè monachus Hieronymus, monachorum principem agnovit. *Nobis*, inquit, *in Monaſterio, hoſpitalitatis cura eſt.* Et rurſum: *De cibis, & potu taceo: cùm etiam languentes monachi aquâ frigidâ vtantur, & coctum aliquid accepiſſe, luxuria ſit.* Et iterum: *Habet vnumquodque propoſitum principes ſuos: Nos autem habemus* PROPOSITI NOSTRI *principes Paulos, Antonios, Hilariones, Macarios.* Sed Auguſtinum rurſum de ſuo PROPOSITO ſcribentem expreſſius audiamus Serm. 49. de diverſis, qui primus eſt de communi vita Clericorum, à Concilio Aquiſgranenſi, Venerabili Beda, Cenſoribus Lovanienſibus, & ipſo monachis infenſiſſimo Eraſmo, tanquàm legitimo Auguſtini partu recognito. Cùm adhuc laïcus de ſuo Hipponem adventu ſcriberet: *Veni*, inquit, *ad iſtam Civitatem propter videndum amicum quem putabam me poſſe lucrari Deo, vt* NOBISCVM ESSET IN MONASTERIO, (ergò iam habebat Monaſterium, & adhuc laïcus in eo cum fratribus habitabat.) *Securus perveni, quia locus habebat Epiſcopum. Apprehenſus Presbyter factus ſum. Et quia hic diſponebam* ESSE IN MONASTERIO CVM FRATRIBVS MEIS (monaſticam vtique vitam quam iam triennio iuxta Baronium Tagaſtæ coluerat, vt & inſinuat Poſſidius, propagaturus.) COGNITO INSTITVTO, *& voluntate mea beatæ memoriæ ſenex Valerius dedit mihi hortum illum in quo nunc eſt* MONASTERIVM, (quærant iam monachomachi, quo approbante vitam monaſticam coluerit Auguſtinus: proprio certè Epiſcopo, etiam ad novum in vrbe Epiſcopali Monaſterium, hortum largiente.) *Cœpi* BONI PROPOSITI FRATRES *colligere* COMPARES MEOS, *nihil habentes, ſicut nihil habebam, & imitantes me; vt quemadmodùm tenuem paupertatem meam vendidi, & pauperibus erogavi, ſic facerent illi, qui mecum eſſe voluiſſent, vt de communi viveremus.* Hæc iam Presbyter, necdum Epiſcopus, de Monaſterio monachorum in horto Valerij conſtructo, in territorio Eccleſiæ Hipponenſis. Ex quo rogante Aurelio Epiſcopo Carthaginenſi, miſit S. Alipium, ad inſtruendos exemplo ſuo monachos Carthaginenſes, vt conſtat ex titulo Epiſtolæ 64. qui ſic habet. *Auguſtinus Presbyter, Aurelio Epiſcopo* In Epiſtola autem ſic habet: *Quòd fratrem Alipium in noſtra conjunctione manſiſſe, vt exemplo ſit fratribus curas huius mundi vitare cupientibus, benevolentiſſimè accepiſti, ago gratias, quas nullis verbis explicare poſſim. Omnis itaque fratrū cœtus, qui apud nos coaleſcere cœpit, tantâ tibi prærogativâ obſtrictus eſt, &c. Agrum fratribus datum proviſione, & liberalitate tuâ didicimus per ſanctum fratrem, & conſervum noſtrum Parthenium.* Vnde conſtat Auguſtinum, ante Epiſcopatum, monachum fuiſſe, fratres monachos in Monaſterio primo Tagaſtenſi, dehinc Hipponenſi habuiſſe: Clericos autem nuſquàm niſi factum Epiſcopum, in Epiſcopali Monaſterio collegiſſe: quod apertè docet in præmiſſo Sermone, vbi ſic proſequitur. *Perveni ad Epiſcopatum; vidi neceſſè habere Epiſcopum exhibere humanitatem quibuſque venientibus, ſive tranſeuntibus: quod ſi non feciſſem, Epiſcopus inhumanus dicerer: ſi autem conſuetudo iſta in Monaſterio* (ſcilicet horti) *permiſſa eſſet, indecens eſſet,* (ob tumultum quieti contemplationis adverſum,) *& ideo volui in iſta domo Epiſcopali habere Monaſterium Clericorum.* Quid clarius?

Aug. Ep 223. ad Albinam, in ſuppl. p 1. Ep. 89. ad Hilar. in f.

Hiero. in Ep. ad Pammachium, lib. 1. ad Ruffin. Ep. ad Euſtoch. Ep. ad Paulin.

Aug. Ser. 49. de diverſis, ſive 1. de communi vita Clericorum.

Baro. an. 389. 1.

Poſſid. in vita S. Aug cap. 3.

Aug. Ep. 64. ad Aurel.

Serm. 1. de comm. vita Cler.

Et huic plenè conſonat Poſſidius in eius vita: cuius in proœmio ſic præloquitur. MEI MEMOR PROPOSITI, *quo per gratiam* SALVATORIS *ſervire decrevi, & ante in vita* LAICORVM, *& nunc in officio Epiſcoporum.* Tum de Auguſtino ab Ambroſio baptizato, ſtatimque pòſt renuntiante ſæculo. *Mox*, inquit, *ex intimis cordis medullis, ad Deum converſus*, (an non erat dum fuit baptizatus, converſus ad Deum?) *Spem omnem quam habebat in ſæculo dereliquit: iam non vxorem, non filios carnis, non divitias, non honores ſæculi quærens, ſed ſoli Deo cum ſuis* SERVIRE *ſtatuit.* (Nota nomen ſervi Dei tunc in vſu fuiſſe ſicut & fratris ad ſignificandos monachos) *illud quod dicit Dominus idem vir ſanctus ſervare cupiens: ſi vis perfectus eſſe, &c. & erat tunc annis major triginta ſolâ ſuperſtite matre nomine Monicâ, & de ſuſcepto eius* PROPOSITO SERVIENDI DEO *amplius quàm de carnis nepotibus exultante, &c. renuntiavit etiam Scholaſticis, eo quòd* SERVIRE DEO *ipſe decreviſſet.* Subjungit iuxta præfatum Sermonem de amico Hipponenſi, quem ſecum cupiebat abducere in Monaſterium: qui viciſſim amicus Hipponenſis, vt ait Poſſidius, *Optabat*

Poſſidius in vita S. Aug. in principio.

Ita cap. vt lex 27. 9. 1. Concil. Gangrenſe Can. 1.. Hier. D. Tho. & alij.

Poſſidius in vita S. Aug. cap. 3.

eum videre, promittens ſe poſſe mundi huius omnes contemnere cupiditates, atque illecebras, ſi aliquando ex ore eius Dei verbum audire meruiſſet. Triennio igitur, vt habet, apud agros Tagaſtenſes cum fratribus exacto, iuxta dictum Sermonem, Hipponem adventaſſe, & invitum ac lacrymabundum, à Valeriu creatum Presbyterum. *Factus ergo Presbyter, Monaſterium intra Eccleſiam, mox inſtituit, & cum* DEI SERVIS *vivere cœpit, ſecundùm modum & regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam. Maximè vt nemo quidquam proprium haberet, &c. quod iam ipſe fecerat, dùm dè tranſmarinis ad propria remeaſſet.* Hìc quæro an illi Dei ſervi, Clerici eſſent ? an illud Monaſterium intra Eccleſiam, poſſit aliud intelligi, quàm quod in territorio Eccleſiæ ſupra dixit Auguſtinus, ſe à Valerio accepiſſe? An vnquam potuerit, niſi poſtquàm factus eſt Epiſcupus, ſecundum illud Monaſterium, in domo Epiſcopali erigere ? Tandem cùm factus eſſet Epiſcopus, ex Monaſterio horti Valerij, fratres promovit in Clerum. Ita Poſſidius: *Proficiente*, inquit, *doctrinà divinà ſub ſancto, & cum S. Auguſtino, in Monaſterio Deo ſervientes, Eccleſiæ Hipponenſi Clerici ordinari cœperunt, &c. Sanctorum ſervorum Dei propoſito, continentià, & paupertate profundà, ex Monaſterio, quod per illum venerabilem virum, & eſſe, & creſcere cœperat, magno deſiderio poſcere, atque accipere Epiſcopos, & Clericos, pax Eccleſiæ atque vnitas, & cœpit primò, & poſteà conſecuta eſt.*

Cap. 5. ibid.

Cap. 11.

Greg. 9 Cóſt. 5. in Archiu. Ord. Erem. num. 5. & in Bullar. p. 126. Alex. 4. Cóſt. 21. in Archiu. Ord. num. 21. & in Bullar. p. 126. & ex Arch. & Annal. authent. Papienſibus Tolet. & Mátuan. & Regiſtr. Vatic. & Archiu. Ord. nu. 5. Bullar. p. 40.

Sed quæritur, an hoc habitu, & barbâ raſâ, pingendus ſit Auguſtinus. Reſpondeo, Summos Pontifices, Gregorium 9. & Alexandrum 4. iuxta Bullas in Archivio Ordinis noſtri aſſervatas talem fratribus Eremitis habitum determinaſſe ſecundùm Ordinis originem, talemque ſæpius Auguſtinum in monachi ſimul, & Pontificis veſte, ſpectante ſimul vniverſo populo Ticinenſi, & Tolerano, viſum, ſicut & Marchioni Mantuano, eum Liguribus, & Duce Mediolanenſi Galeacio certaturo. Nec phantaſmate illuſos populos ſubſannent adverſarij noſtri. Hæ ſiquidem Apparitiones ex originalibus authenticis, Ticinenſibus & Toletanis ſunt depromptæ. In quibus Auguſtinus non Canonicorum, aut fratrum excalceatorum, ſed noſtro protsùs Eremitano habitu apparuit. Tali denique in habitu, Alexander ſextus ſub cenſuris Apoſtolicis, voluit perantiquam S. Auguſtini imaginem ſculptam ; *provt prius, ſub eiſdem habitu, modo & forma reincidi, nec aliquid deſuper innovari, contradictores per cenſuras Apoſtolicas, omni appellatione poſtpoſità compeſcendo.*

Baro. an. 398.

Greg Papa 7. in Ep. ad Orzochum Sardiniæ principem.

De barbà miror dubitari, cùm extet Canon 44. quarti Concilij Carthaginenſis, cui Auguſtinus interfuit, ac ſubſcripſit; quo prohibentur Clerici nutrire comam aut barbam: Cæterùm ex Baroniu, anno 398. ſub nomine Clericorum, comprehenduntur & monachi, qui iam tunc aſſumebantur in Clerum: Ad hæc, in dicta capilli, & barbæ raſura, Eccleſiæ Occidentalis mos, ab Orientali diſcrepabat. Gregorius item Papa ſeptimus ſcribens de Iacobo, quem nuper Capuæ exiſtens, ordinaverat Archiepiſcopum Calaritanum, raſuram barbæ Occidentali Eccleſiæ conſuetam, quin & primævæ, maniſeſtè declarat his verbis. *Nolumus prudentiam tuam moleſtè accipere, quòd Archiepiſcopum veſtrum Iacobum, conſuetudini S. Romanæ Eccleſiæ, matris omnium Eccleſiarum, veſtræque ſpecialiter, obedire coëgimus: ſcilicet, vt quemadmodum totius Occidentalis Eccleſiæ Clerus, ab ipſis Chriſtianæ fidei primordijs, barbam radendi morem tenuit, ita & ipſe frater noſter, veſter Archiepiſcopus raderet. Vnde Eminentiæ quoque tuæ præcipimus, vt ipſum ceu Paſtorem & ſpiritualem Patrem ſuſcipiens, & auſcultans, cum conſilio eius, omnem tuæ poteſtatis Clerum, barbas radere facias, atque compellas.* Nicolaus etiam Papa primus Hincmaro Rhemenſi Epiſcopo ſcribens, de Photio aliiſque Græcis, Occidentalium raſuram arguentibus: *Reprehendere*, inquit, *ſatagunt, quod penès nos Clerici barbas radere non abnuunt.* Abeant ergò Eremitæ Lungobarbi, ad Orientales Baſilianos: nam raſos inſtituit Auguſtinus Occidentales, & implevit ipſe quod Can. 44. Concil. Carthag. 4. ſubſcripſit, *Clericus nec comam nutriat, nec barbam.* Caveant porrò nè Auguſtini ipſius volſellâ depilentur, ſicut illi Meſopotamiæ monachi, comati pariter, & barbati. *Illi*, inquit, libro de opere monachorum, c. 31. *venalem circumferentes hypocriſim, timent nè vilior habeatur tonſa ſanctitas, quàm comata: vt videlicet qui eos videt, antiquos illos, quos legimus cogitet, Samuelem, & cæteros qui non tondebantur, &c. An ita vacandum eſt, vt nec tonſores operentur? An quia Evangelicas volucres* (nun congregantes in horrea ex labore) *imitari ſe dicunt? quaſi depilari timent, ne volare non poſſint?*

Nicolaus 1. in Ep. ad Hincmarum.

Aug. Ser. 49. de diverſis: & Ser. 50. In Ep. ad Euſtach. Naz. in Orat. funeb. Baſilij, cap. 18.

Supereſt, vt vno verbo ſatisfaciam querentibus, Auguſtinum iam Epiſcopum, in habitu monachali repræſentari. Sed ipſe primò iam Epiſcopus, eadem veſtimenta demonſtrans ſuis auditoribus; *Non veni*, inquit, *ad hanc Eccleſiam niſi cum ijs indumentis, quibus illo tempore veſtiebar.* Et iterùm: *De pretioſa veſte erubeſco, quia non decet hanc profeſſionem.* Dehinc id conſtat ex vſu monachorum ad Epiſcopatum promotorum; Baſilij, Nazianzeni, Martini, Fulgentij; Quid, quod & Concil. 4. Lateranenſe generale

ſub

ſub Innocentio 3. cap. 16. *Pontifices in publico, & in Eccleſia ſuperindumentis lineis omnes*
vtantur, niſi monachi fuerint; quos oportet deferre habitum monachalem. Et octava Synodus Octava Syn.
Generalis ſub Adriano 2. *Monachi qui vita & doctrina, vt Epiſcopi creentur meruerint, non* general.
mutent habitum, veſtiſque rationem ob novam dignitatem, &c. quiſquis ergo Epiſcopus, præter
definita tempora, ſe pallio induerit, aut monaſticam veſtem depoſuerit, aut corrigatur, aut à Pa-
triarcha proprio deponatur. Ita & D. Thomas 2. 2. *Religioſus*, inquit, *etiam factus Epiſcopus,* D. Thom. 2. 2.
obligatur ad portandum habitum ſuæ religionis. Diſcalceatum fuiſſe Auguſtinum, aut Ordi- q. 185. a. 8. in
nem diſcalceatorum primitus inſtitniſſe, nè verbulo quidem ipſe Auguſtinus, aut Poſſi- corpore.
dius, aut vllus fide dignus author commemorat. Quinimò expreſſis verbis calceatum ſe
teſtatur, & merum Commentum eſſe convici, tam in Theſi apologetica, quàm fuſius
in Vindiciis quadripartitis, quidquid novella ff. excalceatorum inſtitutio confixerit,
tam libris, quàm picturis ſuper hoc negotio editis. Quid quod & Authenticum breve in
dictis Vindiciis inſerui Vrbani 8. p. 245. quo, citatis, & auditis partibus, confirmat De-
cretum S. Congr. Cardinalium, quo dicti ff. diſcalceati, ſub gravibus pœnis prohibentur
imagines S. Auguſtini, & Sanctorum eius Ordinis ſuo in habitu pingere, aut imprimere;
impreſſaſque, aut pictas ſuſpendere, & abolere iubētur vt ſcandaloſas, & in poſterùm ab
huiuſmodi invaſionibus abſtinere. Et hæc adversùs obtrectatores monachiſmi S. Augu-
ſtini dicta ſufficiant, nunc ad reliquam tabellæ emblematicæ explanationem redeamus.

Viden Lector Tertulliani pariter, & Auguſtini pedibus, attrita varia librorum vo-
lumina, ſuis inſcripta nominibus? Noſti vtrumque infenſiſſimum hæreſeon ſui tempo-
ris hoſtem, & invictiſſimum Orthodoxæ fidei defenſorem?

Cernis illius navem, alto ſed æquo arbitri omnium Dei iudicio, poſt multas Syrtes,
& ſcopulos prætervectos, miſerè naufragantem: Iſtius, poſt varia nautica prœlia, ma-
gnaque commercia, remis, antennis, velis, clavo, cæterâque ſupellectile ſalvâ, proſpero
ſemper gratiæ vento, portum fœliciter appulſam, navali certè coronâ donandam.

En vt geminæ illæ cœli volucres, *repoſitam, & reddendam in illa die à juſto judice, juſtitiæ* 2. Tim. 4. 8.
ſimul, & miſericordiæ coronam, Auguſtino, *de Apoſtolo armato, certanti legitimè, & in finem* Pſal. 102. 4.
vſque perſeveranti, curſumque conſummanti, victori ſuſpendunt, de Tertulliano militiæ Tertull. de
Chriſtianæ deſertore, per omnia triumphanti: Corona, c. 1.
2. Tim. 2. 5.
Matth. 10. 21.

Synopſis vitæ, & geſtorum Tertulliani & S. Auguſtini, tam ſymbolicorum, quàm
diſſymbolorum. §. 8.

ET quoniam totum hoc opus noſtrum, maxima ex parte Tertulliani, & Auguſtini
doctrinâ & eloquentiâ conſertum eſt; vis amborum exordia, proceſſum, exitum
brevi compendio perſtringam?

Africa monſtrorum ferax, nil his duobus eloquentiæ, ac doctrinæ geniis, & monſtris,
edidit portentoſius. Carthago Tertulliani ortu, Tagaſta Auguſtini natali gloriatur.
Ille Centurione patre Proconſulari, hoc eſt cohortis Proconſularis centum militum
Præfecto, & matre Gentili: hic Patricio Curiali Ethnico, matre Chriſtianiſſimâ ſan-
ctiſſimaque Monicâ natus.

Vterque à puero liberalibus diſciplinis eruditus, & coætaneis ingenio præſtans: ſed
præcelluit Auguſtinus. Anno ſiquidem ætatis decimonono, Tagaſtæ primum, dehinc
viceſimoquinto Carthagini, tandem Mediolani vigeſimo nono, omnium plauſu Rheto-
ricam docuit. *Annos natus fermè viginti, Categorias decem Ariſtotelicas, & omnes libros ar-* Aug. lib. 4.
tium quas liberales vocant, quidquid de arte loquendi & differendi, quicquid de dimenſionibus fi- Conf. cap. 16.
gurarum, & de muſicis, & de numeris, ſine magna difficultate, nullo hominum tradente intellexit.
Sed his humilis ſe ſuperbè abuſum confitetur. *Scis tu, Domine Deus meus, quia & cele-* Aug. ibid.
ritas intelligendi, & diſputandi acumen donum tuum eſt; ſed non inde ſacrificabam tibi, &c.
Nam quid mihi proderat bona res non vtenti bene? Non enim ſentiebam illas artes etiam ab ſtu-
dioſis, & ingenioſis difficillimè intelligi, niſi cùm eis eaſdem conabar exponere, & erat ille excel-
lentiſſimus in eis, qui me exponentem non tardius ſequerêtur, &c. Quid mihi tunc proderat inge-
nium per illas doctrinas agile, & nullo adminiculo humani Magiſterij, tot nodoſiſſimi Libri eno-
dati, cùm deformiter, & ſacrilegâ turpitudine in doctrina pietatis errarem? Aut quid tantùm
oberat parvulis tuis longè tardius ingenium, cùm à te longè non recederent, vt in nido Eccleſiæ tuæ
tuti plumeſcerent, & alas charitatis alimento ſanæ fidei nutrirent?

Tertullianus, vt fertur, Agrippini Carthaginienſis Epiſcopi; Auguſtinus Ambroſij
ſanctitate, doctrinâ; ſed interiore quàm maximè gratiâ, converſus ad fidem; cuius myſ-
teria, iſte gentium, hic Manichæorum fabulis & erroribus faſcinatus ſubſannaverat.

Hanc, inquit Septimius, *& nos riſimus aliquando; de veſtris ſumus: fiunt, non naſcuntur* Apol. 18.
Chriſtiani.

Lib. 3. Conf. cap. 10.

Huic conſonat Auguſtinus: *Hæc ego neſciens, irridebam illos ſanctos ſervos, & prophetas tuos. Et quid agebam, cùm irridebam eos, niſi vt irriderer abs te; ſenſim atque paulatim perductus ad eas nugas, vt crederem ficum plorare, cùm decerpitur, & matrem ejus arborem, lacrymis lacteis?* Tertullianus ab inſantia, ad vſque virilem ætatem, Ethnicis ſuperſtitionibus imbutus: Noſter Aurelius, à fide quam à teneris cum lacte ſuxerat, ad Manichæos primùm, dehinc ad Academicos tranſiens, ſeductum ſe, & ſeductorem aliorum, ingenuè confitetur.

Lib. 4. Conf. cap. 1.

Per idem tempus annorum novem ab vndeviceſimo anno ætatis meæ, vſque ad duodetriceſimum ſeducebamur, & ſeducebamus, falſi, atque fallentes, in varijs cupiditatibus, & palam per doctrinas, quas liberales vocant; occultè autem falſo nomine Religionis: hìc ſuperbi, ibi ſuperſtitioſi, vbique vani, ac popularis gloriæ ſectantes inanitatem, vſque ad theatricos plauſus, & contentioſa certamina, & agonem coronarum fœnearum, & ſpectaculorum nugas, & intemperantium libidinum.

Baro. tom. 4. An Chr 388. & in notis poſter. ad Martyrol. Rom.

Septimius ætate virili baptizatus, à Toga tranſijt ad Pallium. Aurelius noſter anno triceſimoquarto lavacro ſalutati in Chriſto renatus; paulò poſt ex condicto cum ſocijs dum eſſet Catechumenus, congruum Monaſticæ vitæ, cum ſcorteo cingulo, pullum ſuſcepit amictum.

Tertullianus nil renitens, in Presbyterum à Clero Carthaginienſi aſſumitur: Auguſtinus, licet invitus, Hippunenſis Eccleſiæ Presbyter ordinatur.

Baro. An. Ch. 201. Hiero. de Script. Eccl. Sabel. Ennea. lib. 6. Vincent. Lir. lib. de proph. voc. novit.

Ille Carthaginienſis Cathedræ poſt obitum Agrippini, repulſam vix paſſus; Inde Victorem gentilem ſuum, ſibi in Epiſcopatu Romano Prælatum ægrè ſuſtinens: *Cùm vſque ad mediam ætatem Presbyter Eccleſiæ permanſiſſet, invidià poſtea, & contumelijs Clericorum Romanæ Eccleſiæ, ad Montani dogmata dilapſus eſt.* A Proclo quippe partium Montani primario duce abreptus eſt, ob rigidiorem eius vitæ normam, in quam toto naturæ ſeverioris impetu ferebatur. *Hic, inquam, Tertullianus, Catholici dogmatis, ac vetuſtæ fidei parum tenax, ac deſertor: adversùs Eccleſiam texuit volumina, de Pudicitia, de Perſecutione, de Iejunijs, de Monogamia.*

Hiero. de Script. Eccl.

Auguſtinus Epiſcopatum Hipponenſem, arte Valerij clanculum obtentis ab Aurelio Primate Carthaginienſi litteris, ne ab aliqua ſede vacante præventus in Præſulem poſceretur; compulſus, onus angelicis humeris formidabile ſubiit; à Megalio Numidiæ Metropolitano conſecratus; ad clavum Eccleſiæ flectendum indignum ſe ratus, qui vix remo dignum ſe in Chriſti rate ſarebatur.

Aug. Ep. 148. ad Valerium.

Eo tempore quo diſcere cœperam, vis mihi facta eſt merito peccatorum meorum. Nam quid aliud exiſtimem neſcio, vt ſecundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noveram.

Hiero. contra Helvid.

De Tertulliano, nihil amplius dico, quàm Eccleſiæ hominem non fuiſſe, de Auguſtino nihil magnificentius, quàm Hieronymi arbitrio, *Antiquæ rurſum fidei conditorem* extitiſſe.

Hiero. Ep 25. apud Aug. tom. 2. Tertul. de Ieiun. cap. 1. Aug. lib. de Hære. 86.

Iſtum, vt hæreticum Zephyrinus Pontifex Maximus Anathemate percuſſit; & puſt meritam Apoſtaſiæ cenſuram, hæretici notam ac nomen, ſubſcribentibus multis Patribus Auguſtino, promeritus incurrit. *Tertullianus factus eſt hæreticus; quia tranſiens ad Cataphryges, quos antea deſtruxerat; cœpit etiam ſecundas nuptias contra Apoſtolicam doctrinam, tanquam ſtupra damnare, & poſtmodum etiam ab ipſis diviſus, ſua conventicula propagavit.*

Pacianus Ep. 3 ad Sympron. Iſid. lib. 8. orig. cap. 5.

Auguſtinum ex adverſo pręter Innocentium, Bonifacium, Celeſtinum primos, Gelaſium, Hormiſdam, Felicem quartum, Boniſacium, & Ioannem ſecundum, Gregorium magnum, Concilio Florentino teſtante, *quinta Synodus conſecravit.*

D. Thom. 1. cont. gent. cap. 10.

Sed quoniam hìc tam fidei, & morum, quàm eloquentiæ & doctrinæ, inter Auguſtinum, & Tertullianum, de palma certamen eſt; quantus vterque fuerit, Doctiſſimorum arbitrio diſcutiamus.

Hiero. de Script Eccl. Et Ep. 65. ad Pammach. Aug. de Bono viduit cap. 5.

Tertullianus Cypriano Latinorum Scriptorum Princeps habitus, Hieronymo eruditiſſimus, acri & vehementi ingenio præditus; omnium ſcientiarum peritiſſimus, ſui temporis Oratorum diſertiſſimus; cuius abſque lectione nullum diem præteribat Cyprianus, dicere ſolitus cubiculario, *da Magiſtrum.* Enimverò, *quid Tertulliano eruditius? quid acutius? Apologeticus ejus, & contra Gentes libri, cunctam ſæculi continent diſciplinam.*

Lact. l. 5. inſt. c. 1. Euſeb. l. 2. Hiſt. Ec. c. 2. Nic. l 4. c. 34. Beda to. 2. de de ſexta æt. mũdi, n. 4170.

Auguſtinus item diſertiſſimum vocat. Lactantius, virum omni literarum genere peritum. Euſebius νομικὸν, legum, & rerum Romanorum ſcientià clarum. Nicephorus, eloquentià præpollentem. Beda, apud omnes Eccleſias celebratiſſimum.

Vin. Lyr. l. de pro. voc. nov.

Vincentius tandem Lirinenſis, non multò poſt Concilium Epheſinum ſcribens, cùm de Origenis lapſu dixiſſet, Tertulliano hoc Elogium inſcribit. *Tertulliani quoque eadem ratio eſt. Nam ſicut ille apud Græcos, ita hic apud Latinos, noſtrorum omnium facilè Princeps, judicandus eſt. Quid enim hoc viro doctius? quid in divinis atque humanis rebus exercitatius?*

Nempe omnem Philoſophiam, & cunctas Philoſophorum ſectas, authores, adſertoreſque ſectarum, omneſque eorum diſciplinas, omnem hiſtoriarum, ac ſtudiorum varietatem, una quadam mentis capacitate complexus eſt. Ingenio verò nonne tam gravi ac vehementi excelluit, vt nihil ſibi penè ad expugnandum propoſuerit, quod non aut acumine irruperit, aut pondere eliſerit. Iam porro orationis ſuæ laudes quis exequi valeat? quæ tantâ neſcio quâ rationum neceſſitate conferta eſt, vt ad conſenſum ſui, quos ſuadere non potuerit, impellat. Cujus quot penè verba ſunt, tot ſententiæ ſunt: quot ſenſus, tot victoriæ. Sciunt hoc Marciones, Apelles, Praxeæ, Hermogenes, Iudæi, Gentiles, Gnoſtici, cæterique, quorum ille blaſphemias, multis ac magnis voluminum ſuorum molibus, velut quibuſdam fulminibus evertit.

Quo tempore, quâ cauſâ ſingulos libros ſcripſerit, dicam in ſingulis omnium librorum fronti præfixis argumentis.

De Auguſtino quid minus, quàm de Tertulliano Vincentius? Quotquot poſt eum ſcripſere Patres, Eccleſiæque Doctores, tot eius extitere præcones.

Supervacuum huc duco retexere laudatiſſimorum virorum Elogia, in Vindiciis noſtris fusè relata, vnico Martini quinti Pontificis Maximi teſtimonio contentus. *Omnes dudum noverant filij* (ſcilicet B. Monicæ) *nomen, quicumque de Chriſto, de fide, de Religione aliquid ſaperent. Omnibus in ore erat Auguſtinus, vt nihil penè ex ſacris literis poſſit, niſi eo duce, intelligi; niſi, eo interprete, explicari. Eo jam authore factum, vt nec Philoſophus ſapientiam invideamus, non Oratorum eloquentiam deſideremus, non ſtudioſorum ingenia requiramus; non denique nobis acumen Ariſtotelis neceſſarium ſit: non Platonis eloquentia, non prudentia Varronis, non gravitas Socratis, non authoritas Pythagoræ, non Empedoclis ſolertia, non cujuſquam illius generis hominum ſcientia ac virtus, exemplo, aut documento nobis eſſe debeat. Idem nobis Prophetarum oracula, idem Apoſtolorum voces refert: Idem omnem omnium Scripturarum ſenſum exprimit: unus poſtremò omnium Patrum ſapientumque ingenia ac ſtudia exhibet. Si veritatem quæris, ſi doctrinam, ſi pietatem; quis doctior, quis juſtior, quis ſanctior Auguſtino? &c. Quid verò ipſe carius habere poſſem, quàm inter cæteros ſanctos, uni beatiſſimo Auguſtino gratificari? Cuius tanta extant erga omnem Eccleſiam Catholicam beneficia, vt nulli penè, ita dicam, ſanctorum, majora debita debeamus. Quidquid enim ſimul omnes Apoſtoli plantaverunt, quidquid Apollo, atque alij Apoſtolorum ſectatores rigaverunt, hic coronavit, hic tetendit, hic velut circumpoſito aggere materiam præbuit, quâ ex Deo fœliciora crementa ſuſciperet. Totus itaque iam Auguſtini ſio, meque illi quibus poſſum deſiderijs voveo, cujus opem capiti mihi, inprimis neceſſariam arbitror.*

Pag. 1. q. 1.

Martinus 5. Ser. in tranſlat. S. Monicæ.

Sanctum Proſperum huc iubet adducere. *Beatiſſimus Auguſtinus, præcipua utique in hoc tempore portio Domini Sacerdotum, copioſè & pulchrè in multis voluminum diſputationibus has verſutias quibus ſe filij tenebrarum, in ſimilitudinem filiorum lucis voluerunt transfigurare, deſtruxit. Vtpote inter multa Dei dona, quibus illum abundantiſſimè Spiritus veritatis implevit, habens etiam hanc ſcientiæ, & ſapientiæ ex Dei charitate virtutem, vt non ſolùm iſtam adhuc in ſuis detruncationibus palpitantem, ſed etiam multas prius hæreſes invicto verbi gladio debellaret. Cui inter tot certaminum palmas, inter tot triumphorum coronas, ad illuminationem Eccleſiæ, & ad gloriam Chriſti, quâ ipſe illuſtratus eſt, præfulgenti, quidam noſtrorum, quod de ipſis multùm dolendum eſt, occultis, ſed non incognitis inſuſurrationibus obloquuntur.* Cui & Beatus Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus magnum Ordinis Eremitani Decus accinit. *Præ omnibus ſtudium gerite libros S. Auguſtini quos ad Proſperum & Hilarium ſcripſit, memoratis fratribus legendos ingerere: quorum mentionem B. memoriæ Hormiſda, Sedis Apoſtolicæ glorioſus Antiſtes, in Epiſtola quam conſulenti ſe ſancto fratri, Conſacerdotique noſtro Poſſeſſori reſcripſit, cum magno præconio Catholicæ laudis inſeruit. Cujus hæc verba ſunt. De arbitrio libero, & gratia Dei, quid Romana, hoc eſt Catholica ſequatur & ſervet Eccleſia, licet in varijs libris B. Auguſtini, & maximè ad Proſperum & Hilarium, abundè poſſit agnoſci, tamen & in ſcrinijs Eccleſiaſticis expreſſa capitula continentur.*

In Ep. ad Ruffinum.

D. Fulg. in Ep. Synod. Epiſcop. Africæ.

Nec præteribo illuſtriſſimum ejuſdem D. Fulgentij teſtimonium. *Hæc Catholicorum Patrum Apoſtolicis Inſtitutionibus tradita permanet in Eccleſia ſine aliqua dubitatione doctrina, quam Græci Latinique Pontifices, ſancti Spiritus infuſione firmati, vno atque indiſſonabili ſemper tenuere conſenſu. In qua B. Auguſtinus indutus virtute ex alto, abundantius illis omnibus laboravit: non autem ipſe, ſed gratia Dei cum illo. Ipſius enim miniſterio Dominus uberiorem hujus rei fidelibus ſuis inſtructionem præbuit. Quippe adhuc ipſo in corpore conſtituto, Pelagiana hæreſis adverſus gratiam Dei mortiferis auſibus rebellavit. Nec defuit in vita benignitas miſerantis Dei, quo militem ſuum ſpiritalis gratiæ armis tanto fortius præcingeret, quanto acrius adversùs eandem vaſa iræ diabolus inſtigaret. Proinde memoratus Dei Pontifex, turrim fortitudinis ipſam gratiam tenens, & exinde cuncta hoſtilium machinamenta telorum, cæleſtis juvaminis virtute confringens, non ſolùm ipſe de hoſte victoriam referens triumphavit: quin etiam poſteris*

Libro 1. de verit Prædeſt. cap. 18.

Luc. 24. 49.

1. Cor. 15. 10.

certandi & vincendi ordinem, ſi quando victa pravitas reciduo auſu infandum caput erigere niteretur, oſtendit. SENSVM QVIPPE CHRISTI HABENS, *tam gratiæ Dei, quam humani arbitrij, & officia diſcrevit, & merita, ſemper divinis humana ſubijciens, & veraciter docens, divinitus homini & gratuitò iuſtificationis Donum, & bonæ voluntatis, & plenum tribui glorificationis effectum. Hunc legat omnis qui ſalutem æternam adipiſci deſiderat, humiliter orans miſericordiæ Dominum, vt eundem ſpiritum intelligentiæ legens accipiat, quem ille accepit, vt ſcriberet: & eandem illuminationis gratiam adipiſcatur, vt diſcat, quam ille adeptus eſt, vt doceret. Miramur autem non abſque magna triſtitia, iſtos fratres noſtros, qui gratiam Dei, quantùm intelligi datur, ignorantes, evacuare contendunt.*

Subjiciam & tacitum hactenus Magnificentiſſimum (Claudij Epiſcopi Altiſſiodorēſis creditur) de D. Auguſtino Elogium: quod mihi ex Autographo octingentorum annorum, ſolitâ ſuâ in omnes benignitate Venerabilis P. Dominus Lucas Regij Monaſterij S. Germani de Pratis Bibliothecarius, antiquitatis ſtudioſiſſimus indagator, ex manuſcripto Floriacenſi excerpendum indulſit. *Amantiſſimus Domini, Sanctiſſimus Auguſtinus,* THALAMVS TRINITATIS, LINGVA SPIRITVS SANCTI, *terrenus homo, ſed Cœ*LESTIS ANGELVS: *olim terram pedibus ambulans, ſed* CŒLVM SEMPER MERITIS POSSIDENS: *corruptibilique atque mortali adhuc carne circumdatus,* INCORRVPTIBILI ANGELICAQVE VISIONE ATQVE IMMORTALI INTVITVS SEMPER EST DOMINVM. *Acer ingenio, ſuavis eloquio, ſæcularis literaturæ peritus. In Eccleſiaſticis laboribus operoſus, in quotidianis diſputationibus clarus, in omni ſua actione compunctus.* IN EXPOSITIONE FIDEI NOSTRÆ CATHOLICVS. *In quæſtionibus ſolvendis acutus, in revincendis hæreticis circumſpectus, in explanandis Scripturis Canonicis cautus.*

Ex manuſcripto Bibliot. S Germani de Pratis Pariſ.

Hiero. de ſcript. Eccl.

Supereſt, vt cœptas Tertulliani cum Auguſtino collationes abſolvam. *Tertullianus circa annum Domini ducenteſimum claruit, ſub Severo Principe, & Antonino Caracalla; ad decrepitam vſque vixit ætatem.* Auguſtinus anno 395. vigere cœpit ſub Theodoſio, famâ crevit ſub Honorio; & anno ætatis 76. exceſſit è vivis. *Verbum Dei vſque ad ipſam ſuam extremam ægritudinem, imprætermiſſè, alacriter, & fortiter, ſana mente, ſanoque conſilio in Eccleſia prædicavit.*

Poſſid. in eius vita cap. 31.

Tanti ſanctiſſimum hunc Eccleſiæ Doctorem habuit Theodoſius Iunior, vt eum literis Auguſtæ majeſtatis, ad Concilium Epheſinum, cui morte præventus adeſſe non potuit, invitaverit. Harum inſcriptio fuit: *Sancto & Venerabili Auguſtino, Epiſcopo Hipporegienſi, Theodoſius Imperator.* Sic incipit: *Pulchritudo librorum tuorum, poteſtas tibi data ad prædicandum Dei verbum, & fructus vniverſam per Eccleſiam à te facti, cauſa fuerunt, vt nomineris vbique gentium. Deo gratias, qui temporibus adeo calamitoſis, noſtros labores videns ex alto, tantum conceſſit Eccleſiæ Doctorem, &c. Hæretici Pelagiani per ſancta Concilia condemnati ex Doctiſſimis tuis libris contra ipſos conſcriptis, adhuc cervicem conantur erigere. Te igitur, qui omnibus in rebus* LVX ES TOTIVS MVNDI, *& præterea admiratio, terrorque hæreticorum, qui ante te non audent apparere, maximopere rogamus, vt vrbi Epheſo, ad quam Concilium convocatum eſt, intereſſe velis; & poſſis dicere, reliquum vitæ conſumptum eſſe, ſicut & præteritum, in gloria & honore Domini noſtri Dei, &c. Proſper finis tuo adventu expectatur. Ebagnius Magiſtrianus ad te profectus eſt; ipſe alia dicet, quibus petitioni noſtræ magis annuas,* OB TOTIVS ECCLESIÆ BONVM. *Noſtra omnia, & Imperium ipſum tuis commendamus orationibus: ſcimus enim* QVANTVM MEREARIS ET VALEAS APVD INDIVIDVAM TRINITATEM. *Datum in noſtro Palatio novæ Romæ, quarto idus Auguſti. Coſſ. Baſſo, & Antiocho.* Quid ad commendationem Auguſtini illuſtrius? quem Summi Pontifices, Imperatores, Patres, & Doctores famoſiſſimi, vno omnes ore, multò ſupra Tertullianum cõmendavere.

Hiero. Rom. lib. 1. hiſt. ſancti Aug. cap. 33. iuxta Autographũ Monaſt. Patau. S. Iuſtinæ & Liberati in Breviario cap. 5.

Atque vt de exitu vtriuſque concludam. Tertullianus reliquit ſui nominis, & perverſi Dogmatis ſectatores: quorum meminit. S. Auguſtinus: *Tertullianiſtæ,* inquit, *à Tertulliano, cuius multa leguntur opuſcula eloquentiſſimè ſcripta, vſque ad noſtrum tempus paulatim deficientes, in extremis reliquijs durare potuerunt in vrbe Carthaginenſi: me autem ibi poſito ante aliquot annos, quod etiam te* (Quoduultdeum alloquitur) *meminiſſe arbitror, omni ex parte conſumpti ſunt. Pauciſſimi enim qui remanſerunt, in Catholicam tranſierunt, ſuamque baſilicam, quæ nunc etiam notiſſima eſt, Catholicæ tradiderunt.*

Aug. lib de hæreſibus, hæreſi 86.

Auguſtinus poſt ſe conſignavit Eccleſiæ Eremitarum, & Clericorum à ſe inſtitutos Ordines, itemque Monialium: præter Præmonſtratenſes, Dominicanos, Servitas aliosque magno numero tam militantium quam Regularium, ſua ſub Regula ſexus vtriuſque ſanctè ac piè viventium greges. Teſti oculato Poſſidio credamus hæc veraciter ſimpliciterque narranti: *Fermè decem, quos ipſe novi, ſanctos ac venerabiles viros, continentes & doctiſſimos, Beatus Auguſtinus diverſis Eccleſiis, nonnullis quoque eminentioribus rogatus dedit. Similiterque & ipſi ex* ILLORVM SANCTORVM PROPOSITO *venientes,*

Poſſid. in eius vita, cap. 11.

(Monaſterium horti Valerij intelligit, de quo ſupra.) *Domini Eccleſijs propagatis*, & MONASTERIA INSTITVERVNT, *& ſtudio creſcente ædificationis verbi Dei, cæteris Eccleſiis* PROMOTOS SRATRES AD SVSCIPIENDVM SACERDOTIVM *tradiderunt.* Sic autem ſub
finem vitæ eius concludit: *Sanè ille ſanctus in vita ſua prolixa, pro vtilitate, & fælicitate* Poſſid. in eius
Eccleſiæ diuinitus condonata, vixit annis ſeptuaginta ſex, in Clericatu autem vel Epiſcopatu vita, cap. 31.
annis fermè quadraginta. Io Monachatu laïco, vno circiter ante reditum in patriam, anno; ante Clericatum, vt ſupra dixit Poſſidius, triennio; Presbyter jam factus, ante
ſuſceptum Epiſcopatum, vt ſupputat Baronius, Clericomonachus, quadriennio. *Dicere* Poſſid. ibid.
autem nobis inter familiaria colloquia conſueverat, poſt perceptum baptiſmum, etiam laudatos Chriſtianos & Sacerdotes, abſque digna & competenti pænitentia exire de corpore non debere. Quod etiam ipſe fecit vltima qua defunctus eſt ægritudine, &c. Clerum ſufficientiſſimum & Monaſteria virorum ac fæminarum continentium, cum ſuis præpoſitis, plena Eccleſiæ dimiſit; vnà cum Bibliothecis libros & tractatus, vel ſuos, vel aliorum ſanctorum habentibus. In quibus dono Dei, qualis quantuſque in Eccleſia fuerit, noſcitur, & in his ſemper vivere à fidelibus invenitur, &c. & in ſuis quidem ſcriptis, ILLE DEO ACCEPTVS ET CHARVS SACERDOS, *quantum lucente veritate videre conceditur,* RECTÈ AC SANÈ, FIDEI, SPEI, ET CHARITATIS, CATHOLICÆ ECCLESIÆ VIXISSE *manifeſtatur. Quod agnoſcunt, qui eundem de Divinis ſcribentem, legentes proficiunt.* Habes hoc in opere Lector quo proficias. Defæcatiſſimam enim, & labore impigro decerptam ex originalibus eius, & ſelectiſſimis libris medullam in eſcam appono.

Præfationis Epilogus.

NIHIL proinde vtilitati publicæ, & Oratorum vtriuſque fori, & cuiuſcumque generis ſcriptorum vſui acceptius potui pertentare, quàm vno in npere, magnâ curâ concinnato, non modò Alphabeti, ſed & rectæ rationis ordine Digeſtum Omniloquium edere; in quo profundiſſimam, ſublimiſſimam, diſertiſſimamque ſupellectilem, dicendi ſcribendique omni in cauſa; ex lectioribus vtriuſque Teſtamenti locis, ex integro Tertulliani textu, vna cum Patrum, & Auguſtini quammaximè, per ſingulos titulos Alphabeti diſtributâ medullâ propono. Præmandi cupiere ex doctis amicis plurimi, ſolidiorem hunc cibum; ſi fortè me non injuriâ dignum ſenſerint, qui Eccleſiæ
dentibus annumerarer, de quibus in Canticis; *dentes tui ſicut greges tonſarum quæ aſcen-* Cant. 4. 2.
derunt de lavacro: omnes gemellis fætibus, & ſterilis non eſt inter eas: Qui juxta Bernardum, Ber. Ser. 63.
toti corpori maſticant cibum. ex parvis.

Accipe igitur, Lector benevole, tria ſimul Omniloquia. *Promptuaria eorum plena,* Pſal. 147. 11.
eructantia ex hoc in illud. Horum de plenitudine accipiant vniverſi, humanæ, ac divinæ
literaturæ ſtudioſi; & quantum cupiunt, per me licet, pleniſſimè hauriant. *Sic mandu-* Aug. in Pſal.
cent, vt eructent: ſic accipiant, vt dent. Nec ſibi ſolis, ſed ſaluti proximi, & divinæ mecum 144.
gloriæ aſſiduò collaborent. Nec in Scholiis noſtris oitidi & elaborati ſtili artem expectent; ſed brevem ſimul ac claram, & literalem, Authoris difficillimi explanationem, quem fortè elegantiori potuiſſem; ſed oè tenebras condenſarem, ſimpliciori malui, & prudeotiorum Scholiaſtum more, rebus potius & ſententiis gravibus ex Scriptura, Patribus, probatiſſimiſque Authoribus, quàm verborum phaleris adornare. Nihil hìc ſupervacuum, nil hiulcum.

Sic factum eſt, vt non fruſtra dixerim hoc opus hactenus intentatum, ſive operis difficillimi vſum facillimum, & omnibus ſacris & prophanis, Oratoribus & Scriptoribus vtiliſſimum, in omnibus ſcribendi dicendique materiis, Humanioribus, Philoſophicis, Theologicis literis, ſecundùm Scripturam, Tertullianum, Auguſtinum, alioſque graviſſimos Authores, abſque alterius libri recurſu; vt patebit in praxi, vnum hoc volumeo evoluenti.

Vtere, Lector, ſudore meo plurimo, nil laborans; meis fruere fructibus, meis ornare Margaritis, meis certa, & vince armis; immò tuis, quinimò divinis; Deique Optimi Maximi, munificâ largitate, mihi tibiquè præſtitis.

Huic omnis ſapientiæ mari, perenni Doctrinæ fonti, vnico limpidiſſimæ veritatis
Soli, *eruditis cogitationibus præſidenti, omnia gratiarum flumina*, radij, cooceptuſque re- Prou. 8. 12.
fluant reduces, & reflexi. Huic vni Deo, & trino, tot coronas floreas, aureas, gem- Eccl. 1. 7.
meas, tot animas Concionatorum, & Scriptorum Eccleſiaſticorum, Omniloquio noſtro vtentium zelo converſas exopto; quot paginæ, quot ſyllabæ, quot puncta toto hoc
volumine exarata legentur. *Vt omnis lingua & populus, & natio*, dicat; quòd non ars Apoc. 7. 9.
noſtra, Doctrina noſtra, *manus noſtra; ſed manus omnipotentis Dei, fecit hæc omnia. Ipſi* Deut. 32. 27.
gloria in ſæcula ſæculorum. Ameo. Rom. 11. 36.

Quòd autem plenè promiſſa perſolverim, nec vacuâ ſpe Lectorem præmiſſâ Præfatione deluſerim, abundè teſtantur Sacræ Facultatis Pariſienſis Doctores Sorbonici & ſponſionem me propriam, non exiguè ſuperaſſe, Lectoris experientia comprobabit.

Permiſſio Reverendiſſimi Patris Vicarij Apoſtolici totius Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, poſt lectam Doctorum Facultatis Pariſienſis ejuſdem Ordinis, ab eo deputatorum approbationem.

MAGISTER Frater Salvator Severinus Fabrianenſis, totius Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Vicarius Apoſtolicus, licet indignus.

Venerabili nobis in Chriſto Patri, Fratri Carolo Moreau Provinciæ noſtræ S. Guilielmi, aliàs Communitatis Bituricenſis, eiuſdem Ordinis, & voti. Salutem.

Vt Opus inſcriptum, *Omniloquium Alphabeticum Tertulliani*, per ſelectiſſimos ex medulla S. P. Auguſtini locos illuſtratum, à te elucubratum, & à RR. PP. MM. Hieronymo Morel, & Iohanne Simon, Facultatis Pariſienſis Doctoribus, per nos deputatis recognitum & approbatum, typis dare poſſis, harum vi litterarum, & noſtri muneris authoritate, quantum ad nos ſpectat, & ſervatis ſervandis, licentiam impartimur.

Datum Romæ 12. Maij, anno Domini 1649.

F. SALVATOR SEVERINVS FABRIANENSIS, Vicarius Apoſtolicus, licet indignus.

Noſtri muneris affixo ſigillo F. Angelus Fabrianenſis, pro Secret. Regiſtrata libro primo.

Approbatio Doctorum Sorbonicorum à ſacra Facultate Pariſienſi ad examen hujus Operis deputatorum.

NON abs re, *Omniloquium Tertulliani*, inſcriptum eſt Opus Reverendi admodum Patris F. Caroli Moreau Pariſini, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini ex Communitate Bituricenſi; eſt enim omnibus materijs refertum, omnibus cuiuſvis literaturæ viris maximè vtile, methodo ab omnibus hactenus intentatâ commendabile, per omnia verò putoque, ſi vnquam, Tertulliani ſenſui conſonum, omnibus in Præfatione ab Authore promiſſis fideliter reſpondens, in omnibus Catholicam, Apoſtolicam, ac Romanam, doctrinam propalans, Opus denique omni luce dignum, ſicut Author omni laude, hoc & amplius de illo Opere, & eius Authore, futurum ab omnibus iudicium ſperamus, & interim tale noſtrum eſſe teſtamur. Nos in ſacra Theologiæ Facultate Pariſienſi Doctores Sorbonici, die prima Octobris, anni 1649.

DE FLAVIGNY. F. HERON. I. BANNERET.

Approbatio Reverendi admodum Patris Provincialis, Communitatis Bituricenſis, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini.

OPVS, cui titulus eſt, *Tertulliani Omniloquium, &c.* Authore R.P.F. Carolo Moreau, eiuſdem Ordinis & voti, Ego F. Polycarpus Minault, eiuſdem Ordinis, ac Provinciæ S Guillelmi Franciæ, aliàs Communitatis Bituricenſis Provincialis, magnâ equidem animi voluptate, vidi Opus mirâ eruditione, ingenio, & doctrinâ, refertum & fidei Orthodoxæ, & Chriſtianæ pietati, per omnia conſonum; novum inſuper, nec vſpiam tentatum, quibuſcumque Scriptoribus, & Oratoribus, perutile, nec fruſtra Omniloquiũ inſcriptum; ſed per omnia, & in omnibus, in Præſatione ad Lectorem neceſſaria, promiſſis reſpondens; meritò propterea Approbatum à Sapientiſſimis Magiſtris, & Dominis Doctoribus Sorbonicis, D. D. de Flavigny, Heron, & Banneret, à ſacratiſſima Facultate, ad illius examen deputatis, & permiſſum à Reverendiſſimo Patre Vicario Apoſtolico, & Generali totius noſtri Ordinis, vt typis mandetur. Quibus & ego Approbationem meam ſubjicio, ac licentiam pro mea parte, facultatemque, vt in lucem prodeat. Pariſijs in noſtro Regio S. Nicolai Tolentinatis Conventu, anno Domini 1654. die 26. Februarij. F. POLYCARPVS MINAVLT, Provincialis.

EGo F. Raphael Aloncle Exprovincialis, Doctor Theologus, olim à R. P. Magiſtro Petrello Ordinis Eremitici Generali, deputatus cum Magiſtro Alipio Rouſſel Doctore Pariſienſi, ad examinanda quæcumque Opera R. P. F. Caroli Moreau, Doctorum Sorbonicorum, & R. P. Provincialis Approbationi lubens, viſa & recognita Omniloquij Tertulliani, Operis vtiliſſimi omnique orthodoxa doctrina refertiſſimi veritate, ſubſcribo, in eodem Conventu, anno, ac die.

F. RAPHAEL ALONCLE, Exprovincialis.

INDEX ALPHABETICVS LIBRORVM TERTVLLIANI.

ET QVOT SINGVLI CAPITA HABEANT.

A *De Anima habet, capita 58.*
A *De Animæ teſtimonio, cap. 6.*
A *Apologeticus, cap. 50.*
B *De Baptiſmo, cap. 20.*
C *De Carne Chriſti, cap. 25.*
C *De Caſtitatis Exhortatione, cap. 13.*
C *De Corona militis, cap. 14.*
C *De Cultu Feminarum, lib. 1. cap. 8.*
C *De Cultu Feminarum, lib. 2. cap. 13.*
F *De Fuga in perſecutione, cap. 14.*
H *Adversùs Hermogenem, cap. 45.*
I *De Idololatria, cap. 24.*
I *De Ieiunijs, cap. 17.*
I *Adversùs Iudæos, cap. 14.*
M *Adversùs Marcionem, lib. 1. cap. 30.*
M *Adversùs Marcionem, lib. 2. cap. 29.*
M *Adversùs Marcionem, lib. 3. cap. 24.*
M *Adversùs Marcionem, lib. 4. cap. 43*
M *Adversùs Marcionem, lib. 5. cap. 21.*
Ad Martyras, cap. 6. M
De Monogamia, cap. 17. M
Ad Nationes, lib. 1. c. 20. Lib. 2. c. 17. N
De Oratione, cap. 14. O
De Pallio, cap. 6. P
De Patientia, cap. 16. P
De Pœnitentia, cap. 12. P
De Præſcriptione Hæreticorum, c. 53. P
Adversùs Praxean, cap 31. P
De Pudicitia, cap. 22. P
De Reſurrectione Carnis, cap. 63. R
Ad Scapulam, cap. 5. S
Scorpiacè adversùs Gnoſticos, cap. 15. S
De Spectaculis, cap. 30. S
Adversùs Valentinianos, cap. 39. V
De Virginibus Velandis, cap. 17. V
Ad Vxorem, lib. 1. cap. 8. V
Ad Vxorem, lib. 2. cap. 9. V

SERIES OPERVM TERTVLLIANI, PROVT ea diviſit in Tomos diverſos Pamelius.

TOMVS primus continet Libros adversùs Gentes, & Iudæos. Primum, de Pallio. Secundum, Apologet. adversùs Gentes. Tertium, de Teſtimonio Animæ adversùs Gentes. Quartum, ad Scapulam. Quintum, adversùs Iudæos.

Tomus ſecundus habet Libros Paræneticos, ſive admonitorios ad Chriſtianos. De Pœnitentia. De Oratione. Ad Martyras. De Patientia. De Spectaculis. De Idololatria. De Habitu Muliebri. De Cultu Feminarum. Ad Vxorem, lib. 1. Ad Vxorem, lib. 2. De Corona Militis. De Velandis Virginibus.

Tomus tertius complectitur Libros adversùs Hæreſes. De Præſcriptionibus adverſus Hæreticos. De Baptiſmo adversùs Quintillam. Adversùs Hermogenem. Adversùs Valentinianos. De Anima adversùs Philoſophos & Hæreticos. De Carne Chriſti, adversùs quatuor hæreſes. De Reſurrectione Carnis. Aduersùs Marcionem, lib. 5. Adversùs Gnoſticos Scorpiacum. Adversùs Praxean.

Vltimus exponit Opera quæ factus hæreticus contra Eccleſiam ſcripſit. De Exhortat. caſtitatis. De Monogamia. De Fuga in perſec. De Iejuniis. De Pudicitia.

Tomo autem 4. redigit Poëmata, quæ cum Doctiſſimo Rigaltio indigna Tertulliano cenſui, nec proinde typis edenda ſub Tertulliani nomine, cùm ſint incerti au-

thoris. Hi autem ſunt Libri quinque contra Marcionem. Item de judicio Domini. Geneſis. Sodoma. Ad Senatorem ex Gentilitate converſum.

Libri autem ab ipſo Tertulliano, vel à gravibus Authoribus citati, ordine Alphabetico, ſunt ſequentes.

DE Animæ cenſu contra Hermogenem. Cuius ipſe meminit Libro de Anima, cap.1. 3. 11. 22. & 24.

De Animalibus mundis & immundis. Cuius mentionem facit Hieronymus, Ep.125. ad Damaſum.

Contra Appellatianos, ipſemet Tertull. libro de Carne Chriſti, cap.8.

Apologetici Græcè ab eo ſcripti contra Gentes, cap.2. Euſeb. Hiſt. Eccl. lib.3. cap. 33. aliàs 27. Et Nicephorus, lib.3. cap.17. & ex cap.5. Euſeb. lib.2. Et Niceph. lib.2. cap. 8. Et ex eodem cap.5. Euſeb.lib.2.cap.24.Niceph.lib.2.cap.37 Item ex eodem cap.5. Euſeb. lib.3. cap. 20. aliàs q.15. Et Niceph. lib.3. cap.10. Quæ omnia reſpondent ijs quæ habemus in Apologetico Latino.

Contra Appollonium Hieronymus in Catalogo.

De Baptiſmo Librum ſcripſiſſe ipſemet recolit Libro de Baptiſmo, cap.15.

De Circumciſione ſcripſiſſe teſtis eſt Hieronymus in præcitata Epiſt. 125. ad Damaſum, quem Librum Latino ſermone editum commendat.

De Ecſtaſi fit mentio ab Hieronymo ſex Librorum de hac re ſcriptorum, vt habet in Catal. Script. Eccl. Et Niceph. lib.4. cap.22. & 34.

De Fato, ipſe Tertullianus reminiſcitur, lib. de Anima, cap.20. Et Fulgentius Placiades de vocibus antiquis.

De Paradiſo, ipſe recolit. lib. de Anima, cap.55.

De Spe fidelium, idem memoratur, lib.3. contra Marcionem, cap. vlt. Et Hiero. in cap.36. Ezech. & lib. 18. in Eſa. Et Catal. Script. Eccleſ. Et Gennad. lib. de Dogmat. Eccl. quem Bibliotheca quædam Italica Tertulliano affingit, ſub titulo *Libri de definitionibus fidei*, quem Bibliothecæ Belgicæ, Fulgentio vel Iſidoro, vel B. Greg. magno, falsò adſcribunt. Et reperitur apud Auguſtinum, tom.3. poſt Enchir. ad Laur.

De Spectaculis ſe Græcè ſcripſiſſe teſtatur, lib. de Corona Militis, cap.6.

De Trinitate ſive Epitome Operis eius à Novatiano facta ſcribit Hieronymus in Catal. Script. Eccl. quod ait à neſcientibus Cypriano imputatum.

De Veſtibus Aaron idem Hieronymus, Ep.128. ad Fabiolam, quem tamen non adhuc ſe reperiſſe fatetur.

De Virginibus Velandis ſcripſiſſe Græcè teſtis eſt ipſe lib. de Velandis Virg. cap.1.

De Virginitate, ſive de Nuptiarum anguſtiis. Hieronymus lib.1. contra Iovin. Et Ep. 128. ad Euſtochium tractat.

Eſt & Tabula præfixa vetuſtiſſimo exemplari Agobardi Librorum, qui hodie in eodem non extant.

De Animæ ſummiſſione.

De Carne & Anima.

De Paradiſo.

De Patientia.

De Pœnitentia.

De Spe fidelium.

De Superſtitione ſæculi.

De Virginibus Velandis.

IN OMNILOQVIVM
ALPHABETICVM
TERTVLLIANI.

PRÆFATIVNCVLA NECESSARIA LECTORI.

CVM *pro ſuo hactenùs genio ac libito, Tertulliani commentatores eximij, Operum eius ordinem diverſimodè texuerint; mihi non inlicitum duxi, vtilitati publicæ, & vſus difficillimi Authoris facilitati multifariàm conſulenti, eius Libros primò quidem integros Alphabetico ordine texere, vt quiſque prout voluerit ad aperturam Libri, poſſit eligere quem priùs, aut poſteriùs legat. Dehinc etiam duobus ſequentibus tomis, eoſdem Libros Alphabeto rationali in locos communes digeſtos, per ſelectiſſimos ex Scriptura ſacra, Patribus, & S. Auguſtini quammaximè medullâ decerptos, aliorumque paſſim probatiſſimorum Authorum textus, illuſtratos, expoſitis inſuper ad litteram obſcuris quibuſque verbis ac ſententijs, commentari.*

Cùm enim Tertullianum, alij quibus ex otio vacat, vno contextu decurrere præeligant; alij verò quibus ex officio, Scriptoris, Concionatoris, Cauſidici, Doctoris munus incumbit, quæcumque in vnam cauſam faciunt, in promptu, non confusè, ſed distinctè, & rationali methodo congeſta, magno temporis lucro reperire geſtiant; vtriuſque labore meo non exiguo, hoc in opere tripartito favere ſtudui.

. Primùm, *Itaque in hoc primo volumine, Tertulliani Libros integros ſtudioſo lectori præmiſi. In quorum textu innumera etiam in emendatioribus editionibus menda correxi; virgularum, punctorum, accentuum defectus, intellectum obſcuriſſimi Authoris obnubilantes ſupplevi; cacographias quamplurimas emendavi; & ſi Typographi cura Autographi purgatiſſimi ſollicitudini reſponderit, & Correctori vigilantiſſimo paruerit, nihil erit quod in hoc textu cenſoris oculus, ſeveriſſimi licet, arguendum offendat.*

Secundò, *Scripturæ locos à Tertulliano relatos, ſupra ter millenos, diverſo ab eius textu charactere diſcrevi, quod prorsùs vtraque Rigaltij editio neglexerat, Tertulliani ſententias, cum Scriptura ſacra promiſcuè confundens, magno, vt liquet intelligentiæ Authoris profundiſſimi, & argumenti eius in Scriptura fundati diſpendio. Quod & in millibus ipſe Pamelius, & in omnibus, cæteræ quoque aliorum textuum editiones, non impœnitendâ incuriâ prætermiſerant.*

Tertiò, *Ad marginem, non capita tantùm, libroſque Scripturæ à Tertulliano citatos, (quod quidem præſtitit Pamelius, & penitùs, nudo ac ſimplici textu Authoris contentus, cum cæteris omiſerat Rigaltius;) ſed & ſingulos verſus Scripturæ ſacræ fideliſſimè ad originale collatos attexui; quod nullus hactenùs. In quo non parùm conſulendæ Biblio-*

rum Concordantiæ, lectoris otio, & anxietati peperci. Litterulæ tàm in corpore, quàm in margine appoſitæ, locum ſcripturæ ſignant: Vbi autem omiſſæ ſunt, ſolam ſcripturæ ſubſtantiam denotant.

Quartò, Omnium Librorum fronti ſua propria argumenta præfixi, plana ac brevia, in quibus, quâ causâ, quid, quo tempore ſingulos ſcripſerit, quoad rimari ac conijcere licuit, compendioſè expoſui.

Quintò, Vt animorum, oculorumque tædio parcerem, (quod prolixa contextus vnius libri lectio, maximè ſalebroſi parere ſolet) ſingulos libros in ſua capita diſtribui, & cum ſuis itidem argumentis mentem Authoris aperientibus, à textu diviſi.

Sextò, Iiſdem argumentis ſubtexui, quo loco, obſcura Tertulliani verba & ſententiæ, à nobis expoſitæ in duobus ſequentibus tomis Omniloquium rationale Alphabeticum continentibus, & errores maximè & hæreſes in calce huius primi tomi refutatæ, ad aperturam libri inveniri poſſint; quod quidem ſequentibus notis indigitavi lectori.

Principium, medium, & finem cuiuſque capitis, & libri, in Scholijs noſtris hoc modo prænotatum habes. p. principium. à. p. poſt principium. m. medium, circa m. circa medium. à. m. poſt medium. circa f. circa finem. in f. in fine, Capitis ſignificat. V. porro littera, Verbum, ſive vocem in Omniloquio rationali, vel Errorum, & hæreſeon alphabeto contentam: quam ſtatim, (vt ex vſu patebit) circa finem huius tomi, & in ſecundo, & tertio, in cuiuſque paginæ capite præſcriptam invenies, cum ſuis numeris 1. 2. 3. &c. per ſuos textus, & eorum pariter Scholia appoſitis. Si quæ itaque difficultas occurrerit Tertullianum vno contextu legenti, in principio, medio, vel fine cuiuſcunque capitis, videat in calce argumenti quo Verbo & numero dicti Alphabeti, Errorum, & Omniloquij rationalis, parte prima, vel ſecunda, & quo Verbi numero ſit expoſitionem difficultatis, Scripturæ locum, Auguſtini rationem & conceptum, ſivè doctrinæ ſanæ Tertulliani reſpondentem, ſivè aliquem eius errorem corrigentem, aut alterius Patris, Authoriſvè illuſtrationem, in Scholijs & Commentario inventurus. Quoties porrò nihil in argumentis de principio, medio, vel fine capitis fuerit ad aliquem dictum numerum locumque remiſſum, noverit Lector illud, vel per ſe clarum, vel alibì iam expoſitum, vel exponendum.

Poſtremò ſi Lector moram aliquam, & difficultatem in apertura Libri offenderit, in reperiendis copioſioribus verbis, & ideo in ſuas claſſes in Omniloquio rationali diſtributis; maioris compendij gratiâ, recurrat ad Indices tàm Scripturæ ſacræ, quàm rerum, & verborum, in calce tertij tomi contentos; in quibus & verba difficilia, facilioribus terminis breviter exponuntur, & ordo ac ſeries rerum exactiſſimè texitur; & tum præcisè, ac determinatè invenies vocem, eiuſque numerum, in ſingulis argumentis prænotatum; cuius Indices fideliſſimè (ſi Typographus non erraverit, vel errorem correxerit) paginam denotabunt.

Q. SEPTIMII FLOR. TERTVLLIANI DE ANIMA LIBER.

IN LIBRVM DE ANIMA.

ARGVMENTVM.

Tertullianus Scripto prius contra Hermogenem Libro de Cenſu ſiue origine Animæ, qui nunc non extat; hunc de omni Animæ ſtatu, cum Philoſophis diſputans, aggreditur. Huius & ipſe meminit Libro de Reſurrectione carnis cap. 2. vbi de Lucano hæretico dicente Animam diſſolui poſt mortem: Habet, inquit, & iſte à nobis pleniſſimum de omni ſtatu Animæ ſtylum. *Et ibidem cap.* 17. Nos autem Animam corporalem & hìc profitemur, & in ſuo volumine probamus. *Et iterum cap.* 45. Nam & exinde à benedictione geniture, caro atque anima ſimul fiunt, &c. quod docuimus in Commentario Animæ. *Quem Errorem cum alijs in* Omniloquij *calce diſcutiemus. Scripſit Librum de Anima propter apparitionem animarum ſanctarum Martyrum Perpetuæ, & Felicitatis, vt conijcit Pamelius in eius vita, & hoc eius opus Editum cenſet Anno Christi ducenteſimo ſeptimo. Zephyrini octauo, Seueri decimo quarto. Sed prætereà quòd hunc Annum Chri. Baron. quinto Zephyrini, & decimo tertio Seueri connectit; Errores eiuſdem Authoris circa Animam refert ad Ann. Chriſti ducenteſimum decimum ſextum, Zephyrini decimum quartum, Antonini Caracallæ quartum.*

CAPVT PRIMVM.

Animæ Immortalitas à Deo & vera eius ſcriptura, non verò à Socrate ediſcenda eſt. Cùm nulli comperta ſit veritas, ſine Deo, Deus ſine Chriſto, Chriſtus ſine Spiritu ſancto, nec hic ſine fidei Sacramento.

In p. V. Anima, 5. A. p. ad m. V. Animæ Immortalitas, 2. In m. V. Socrates, 1. A. m. V. Chriſt. Religio, 9. In f. V. Anima, 8. Et V. Ignorantia, 1.

DE ſolo cenſu animæ congreſſus Hermogeni, quatenus & iſtum ex materiæ potius ſuggeſtu, quàm ex Dei ſtatu conſtitiſſe præſumpſit; nunc ad reliquas conuerſus quæſtiones, plurimùm videbor cum Philoſophis dimicaturus. Etiam in carcere Socratis, de animæ ſtatu velitatum eſt. Neſcio iam hoc primum, an opportuno in tempore; Magiſtri, etſi nihil de loco, intereſt. Quid enim liquidò ſaperet anima tunc Socratis, iam ſacro nauigio regreſſo, iam cicutis damnationis exhauſtis, iam morte præſente, vtique conſternata ad aliquem motum ſecundùm naturam, aut exſternata, ſi non ſecundùm naturam. Quamuis enim placida atque tranquilla, quam

nec conjugis fletus ſtatim viduæ, nec liberorum conſpectus exinde pupillorum, lege pietatis inflexerat, vel in hoc tamen mota, nè moueretur; ipſa conſtantia concuſſa eſt, aduerſus inconſtantiæ concuſſionem. Quid autem aliud ſaperet vit quilibet iniuria damnatus, præter iniuriæ ſolamen? nedum philoſophus, glotiæ animal; cui nec conſolanda iniuria, ſed potius inſultanda. Denique, poſt ſententiam, obuiæ coniugi, & muliebriter inclamanti; Iniuſtè damnatus es Socrates; iam & de gratulatione reſponderat; Volebas autem iuſtè? Nihil mirandum, ſi & in carcere lemniſcatas Anyti, & Meliti palmas geſtiens infringere, ipſa morte coram, immortalitatem vindicat animæ, neceſſaria præſumptione, ad injuriæ fruſtrationem. Adeò omnis illa tunc ſapientia Socratis, dè induſtria venetat conſultæ æquanimitatis, non dè fiducia compertæ vetitatis. Cui enim veritas comperta ſine Deo? cui Deus cognitus ſine Chriſto? cui Chriſtus exploratus ſine Spiritu ſancto? cui Spiritus ſanctus accommodatus ſine fidei ſacramento? Sanè Socrates facilius diuerſo ſpiritu agebatnr. Siquidem aiunt dæmonium illi à puero adhæſiſſe, peſſimum reuerà pædagogum, etſi poſt deos, & cum deis dæmonia deputantur, penès poëtas, & philoſophos. Nondum enim Chriſtianæ poteſtatis documenta ptoceſſerant, quæ vim iſtam petnicioſiſſimam, nec vnquam bonam, antiqui erroris artificem, omnis veritatis auocatricem, ſola traducit. Quòd ſi idcirco ſapientiſſimus Socrates, ſecundùm Pythij quoque dæmonis ſuffragium, ſcilicet negotium nauantis ſocio ſuo; quantò dignior, atque conſtantior Chriſtianæ ſapientiæ aſſertio, cuius adflatui tota vis dæmonum cedit? Hæc ſapientia de ſchola cœli, deos quidem ſæculi negare liberior, quæ nullum Æſculapio gallinaceum reddi iubens, præuaricetur; nec noua inſerens dæmonia, ſed vetera depellens: nec adoleſcentiam vitians, ſed omni bono pudoris informans; ideoque non vnius vrbis, ſed vniuerſi orbis iniquam ſententiam ſuſtinens, pro nomine veritatis; tantò ſcilicet peroſioris, quantò plenioris; vt & mortem, non de poculo per habitum iocunditatis abſorbeat; ſed de patibulo, & viuicomburio per omne ingenium crudelitatis exhauriat; interea in iſto tenebtoſiore carcere ſæculi, inter ſuos Cebetas, & ſuos Phædonas, ſi quid de anima examinandum eſt, ad Dei regulas dirigat. Certè nullum alium potiorem animæ demonſtratorem, quàm auctorem reperiet: à Deo diſcat, quod à Deo habeat; aut nec ab alio, ſi nec à Deo. Quis enim reuelabit quod Deus texit? inde ſciſcitandum eſt, vnde & ignorare tutiſſimum eſt: præſtat per Deum neſcire, quia non reuelaucrit, quàm per hominem ſcire, quia ipſe præſumpſerit.

CAPVT II.

Licet lumine naturali multa noſcamus, Philoſophi tamen quædam à prophetis vera, aut aliunde ſumpſerunt, aut aliorſum detorſerunt in ſenſus rectæ fidei contrarios.

In p. V. Philoſophi, 4. A. p. V. Philoſophi, 1. Circa m. V. Philoſophi, 2. Et V. Anima, 1. A. m. V. Philoſophi, 2. in f. Circa f. V. Anima, 3. In f. V. Anima, 9.

PLANE' non negabimus aliquando philoſophos iuxta noſtra ſenſiſſe, teſtimonium eſt veritatis, etiam euentus ipſius. Nonnumquam & in procella, confuſis veſtigijs cœli, & freti, aliqui portus offenditur, proſpero errore: nonnunquam & in tenebris, aditus quidam, & exitus deprehenduntur, cœca felicitate, ſed & naturâ pleraque ſuggeruntur, quaſi de publico ſenſu, quo animam Deus dotare dignatus eſt. Hunc nacta philoſophia, ad gloriam propriæ artis inflauit, præ ſtudio (non mirum ſi iſtud ita dixerim) eloquij, quiduis ſtruere, atque deſtruere eruditi, magìſque dicendo perſuadentis, quàm docendo. Formas rebus imponit; eas nunc peræquat, nunc priuat; de certis incerta præiudicat; prouocat ad exempla, quaſi comparanda ſint omnia; omnia præſcribit, proprietatibus etiam inter ſimilia diuerſis; nihil diuinæ licentiæ ſeruat; leges naturæ, opiniones ſuas facit: ſerrem, ſi naturalis ipſa, vt compos naturæ, de conditionis conſortio probaretur. Viſa eſt quidem ſibi & ex ſacris (quas putant) litteris hauſiſſe, quia pleroſque auctores etiam deos exiſtimauit antiquitas, nedum diuos: vt Mercurium Ægyptium, cui præcipuè Plato adſueuit: vt Silenum Phrygem, cui à paſtoribus perducto, ingentes aures ſuas Midas tradidit; vt Hermotimum, cui Clazomenij mortuo templum contulerunt; vt Orpheum, vt Muſæum, vt Pherecydem Pythagoræ magiſtrum. Quid autem ſi philoſophi etiam illa incurſauerunt, quæ penès nos apocryphorum confeſſione damnantur; certos nihil recipiendum, quod non conſpiret germanæ, & ipſo iam æuo pronatæ propheticæ paraturæ;
Matth. 24. 24. quando & pſeudoprophetarum meminerimus, & multò prius apoſtatarum ſpiri-
Gen. 6. 2. tuum, qui huiuſmodi quoque ingeniotum calliditate, omnem faciem ſæculi inſtru-

xerint? Poſtremò, ſi etiam ad ipſos Prophetas adiſſe credibile eſt indagatorem quemque ſapientiæ, ex negotio curioſitatis, tamen plus diuerſitatis inuenias inter philoſophos quàm ſocietatis, cùm & in ipſa ſocietate diuerſitas eorum deprehendatur. Siquidem vera quæque & conſonantia Prophetis, aut aliunde commendant, aut aliorſum ſubornant, cùm maxima injuria veritatis, quam efficiunt aut adjuuari falſis, aut patrocinari. Hoc itaque commiſerit nos & philoſophos in iſta præſertim materia, quòd interdum communes ſententias proprijs argumentationibus veſtiant, contrarijs alicubi regulæ noſtræ: interdum ſententias proprias communibus argumentationibus muniant, conſentaneis alicubi regulæ illorum: vt propè ſit excluſa veritas à philoſophia, per veneficia in illam ſua; & ideò vtroque titulo ſocietatis, aduerſario veritatis vrgemur; & communes ſententias ab argumentationibus philoſophorum liberare; & communes argumentationes à ſententijs eorum ſeparare; reuocando quæſtiones ad Dei litteras; exceptis planè, quæ ſine laqueo alicuius præiudicij, ad ſimplex teſtimonium licebit adſumere: quia & ex æmulis nonnunquam teſtimonium neceſſarium, ſi non æmulis proſit. Nec ignoro quanta ſit ſilua materiæ iſtius apud philoſophos, pro numero etiam ipſorum commentatorum; quot varietates ſententiarum, quot palæſtræ opinionum, quot propagines quæſtionum, quot implicationes expeditionum. Sed & Medicinam inſpexi, ſororem (vt aiunt) Philoſophiæ, ſibi quoque hoc negotium vindicantem; vt ad quam magìs animæ ratio pertinere videatur, per corporis curam, vnde & plurimùm ſorori refragatur, quòd animam quaſi coram in domicilio ſuo tractando magìs norit. Sed viderit vtriuſque præſtantiæ ambitio. Habuit & Philoſophia libertatem ingenij, & Medicina neceſſitatem artificij, ad extendendos de anima retractatus: latè quæruntur incerta, latius diſputantur præſumpta: quanta difficultas probandi, tanta operoſitas ſuadendi: vt meritò Heraclitus ille tenebroſus, vaſtiores caligines animaduertens apud examinatores animæ, tædio quæſtionum pronuntiarit; terminos animæ nequaquam inueniſſe, omnem viam ingrediendo. Chriſtiano autem paucis ad ſcientiam huius rei opus eſt: nam & certa ſemper in paucis; & amplius illi quærere non licet, quàm quod inueniri licet, [a] *infinitas enim quæſtiones* Apoſtolus prohibet. Porro non amplius inueniri licet, quàm quod à Deo diſcitur, quod autem à Deo diſcitur, totum eſt. [a] 1. Tim. 1. 4.

CAPVT III.

Si non oportuiſſet hæreſes eſſe, nil nobis diſputandum eſſet cum Philoſophis hæreticorum Patriarchis. Cùm autem illi nidoribus paſti philoſophiæ, eius fumo aërem veritatis obnubilent, nobis euertenda ſunt argumenta quibus hæretici à philoſophis decipiuntur; & etiam illa quibus fideles ab hæreticis concutiuntur.

In p. V. Philoſophi, 3. In m. V. Philoſophi, 3. inf. Et V. Anima, 2. Inf. V. Anima, 7.

ATQVE vtinam nullas [a] *hæreſes oportuiſſet exiſtere, vt probabiles quique emicarent,* [a] 1. Cor. 11. 19
nihil omnino cum philoſophis ſuper anima quoque experiremur, patriarchis (vt ita dixerim) hæreticorum. Siquidem & ab Apoſtolo iam tunc philoſophia concuſſio veritatis prouidebatur. Athenis enim expertus linguatam ciuitatem, cùm Coloſſ. 2. 8.
omnes illic ſapientiæ atque facundiæ caupones deguſtaſſet, inde concepit præmonitorium illud edictum. Proinde enim & animæ ratio, per philoſophatas doctrinas hominum, miſcentes aquas vino. Alij immortalem negant animam, alij pluſquam immortalem adfirmant: alij de ſubſtantia, alii de forma, alii de vnaquaque diſpoſitione diſceptant: hi ſtatum eius aliunde ducunt, hi exitum aliorſum abducunt, provt aut Platonis honor, aut Zenonis vigor, aut Ariſtotelis tenor, aut Epicuri ſtupor, aut Heracliti mœror, aut Empedoclis furor perſuaſerunt. Deliquit, opinor, diuina doctrina, ex Iudea potius quàm ex Græcia oriens: errauit & Chriſtus, piſcatores citius quàm ſophiſtas ad præconium emittens. Si qua igitur in hunc modum de nidoribus philoſophiæ candidum & purum aërem veritatis infuſcant, ea erunt Chriſtianis enubilanda, & percutientibus argumentationes originales, id eſt philoſophicas, & opponentibus definitiones cœleſtes, id eſt Dominicas: vt & illa quibus ethnici à philoſophia capiuntur, deſtruantur, & hæc quibus fideles ab hæreſi concutiuntur, retundantur. Vna iam congreſſione deciſa aduerſus Hermogenem, vt præfati ſumus; quia animam ex Dei flatu, non ex materia vindicamus; muniti & illic diuinæ determinationis inobſcurabili regula, [b] *Et flauit, inquit, Deus flatum vitæ in faciem hominis,* [b] Gen. 2. 7.
& factus eſt homo in animam viuam, vtique ex Dei flatu, de iſto nihil amplius reuoluendum; habet ſuum titulum, & ſuum hæreticum: cæteris hinc exordium inducam.

CAPVT IV.

Contra Platonem probat Animam ex Dei flatu factam, ac natam.

Per totum V. Anima, 7.

POſt definitionem cenſus, quæſtionem ſtatus patitur. Conſequens enim eſt, vt ex Dei flatu animam profeſſi, initium ei deputemus. Hoc Plato excludit, innatam & infectam animam volens: & natam autem docemus & factam, ex initii conſtitutione. Nec ſtatim errauimus, vtrumque dicentes; quia ſcilicet aliud ſit natum, aliud factum, vt pote illud animalibus competens. Differentiæ autem, ſua habendo loca & tempora, habent aliquando & paſſiuitatis commercia. Capit itaque & facturam dici generari, pro, in eſſe poni, ſiquidem omne quod quoquo modo accipit eſſe, generatur. Nam & factor ipſe parens facti poteſt dici; ſic & Plato vtitur. Igitur quantum ad fidem noſtram, factæ natæuè animæ, depulſa eſt philoſophi opinio, auctoritate prophetiæ quoque.

CAPVT V.

Plures philoſophi, contra Ariſtotelem & Platonem, Animam corpoream aſſerunt.

A. p. ad f. In Alphab. Errorum. V. Anima corporea, 2. Et in m. V. filij, 3. Et circa f. V. Animæ paſſibilitas, 2.

ACCERSERIT Eubulum aliquem, & Critolaum, & Xenocratem, & iſto in loco amicum Platonis Ariſtotelem. Fortaſſean exſtruentur magìs ad auferendam animæ corpulentiam, ſi non alios è contrario inſpexerint, & quidem plures corpus animæ vindicantes: nec illos dico ſolos qui eam de manifeſtis corporalibus effingunt; vt Hipparchus & Heraclitus ex igni: vt Hippon & Thales ex aqua: vt Empedocles & Critias ex ſanguine: vt Epicurus ex atomis, ſi & atomi corpulentias de coïtu ſuo cogunt: vt Critolaus & Peripatetici eius, ex quinta neſcio qua ſubſtantia, ſi & illa corpus, quia corpora includit: ſed etiam Stoïcos allego, qui ſpiritum prædicantes animam, penè nobiſcum, quà proxima inter ſe flatus & ſpiritus, tamen corpus animam facilè perſuadebunt. Denique Zeno conſitum ſpiritum definiens animam, hoc modo inſtruit. Quo, inquit, digreſſo animal emoritur, corpus eſt: Conſito autem ſpiritu digreſſo, animal emoritur: ergo conſitus ſpiritus corpus eſt: conſitus autem ſpiritus anima eſt: ergo corpus eſt anima. Vult & Cleanthes non ſolùm corporis lineamentis, ſed & animæ notis, ſimilitudinem parentibus in filios reſpondere, de ſpeculo ſcilicet morum, & ingeniorum, & adfectuum: Corporis autem ſimilitudinem, & diſſimilitudinem capere & animam: Itaque corpus ſimilitudini, vel diſſimilitudini obnoxium. Item corporalium & incorporalium paſſiones inter ſe non communicare. Porro & animam compati corpori, cui læſo ictibus, vulneribus, vlceribus condoleſcit; & corpus animæ, cui afflictæ cura, angore, amore, coægreſcit, per detrimentum ſcilicet vigoris, cuius pudorem, & pauorem, rubore atque pallore teſtetur. Igitur anima corpus, ex corporalium paſſionum communione. Sed & Chryſippus manum ei porrigit, conſtituens corporalia ab incorporalibus derelinqui omnino non poſſe, quia nec contingantur ab eis. Vnde & Lucretius, *Tangere enim & tangi, niſi corpus nulla poteſt res:* derelicto autem corpore ab anima, affici morte. Igitur corpus anima, quæ, niſi corporalis, corpus non derelinqueret.

CAPVT VI.

Platonicorum argumenta contra corporalitatem Animæ, quam ipſe tuetur erroneè, frigidè, ſatis, friuoleque refutat.

Per totum. In Alphab. Errorum. V. Anima corporea, 2. à p. & A. p. V. Animæ Vis, 1. Et à m. ad circa f. V. alimenta. Et circa f. V. Philoſophi, 5. Et in f. V. mulier, 6.

HÆc Platonici, ſubtilitate potius, quàm veritate conturbant. Omne, inquiunt, corpus, aut animale ſit neceſsè eſt, aut inanimale. Et ſiquidem inanimale eſt, extrinſecus mouebitur: ſi verò animale, intrinſecus. Anima autem nec extrinſecus mouebitur, vt quæ non ſit inanimalis; nec intrinſecus, vt quæ ipſa potius moueat corpus. Itaque non videri eam corpus, quæ non corporalium forma, ex aliqua regione moueatur. Ad hoc nos mirabimur incongruentiam primò definitionis, prouocantis ad ea quæ in animam non conueniunt. Non enim poteſt anima animale

corpus dici, aut inanimale; cùm ipſa ſit quæ aut faciat corpus animale, ſi adſit; aut
inanimale, ſi abſit ab illo. Itaque quod facit, non poteſt eſſe ipſa; vt dicatur animale,
vel inanimale. Anima enim dicitur ſubſtantiæ ſuæ nomine. Quòd ſi non capit, ani-
male corpus dici, aut inanimale, quod eſt anima; quomodò provocabitur ad anima-
lium, & inanimalium corporum formam? Dehinc, ſi corporis eſt moveri extrinſecùs
ab aliquo; oſtendimus autem ſuprà moveri animam & ab alio, cùm vaticinatur, cum
furit, vtique extrinſecùs, cùm ab alio: meritò quod movebitur extrinſecùs ab alio,
ſecundùm exempli propoſitionem, corpus agnoſcam. Enimverò, ſi ab alio moveri
corporis eſt, quantò magis movere aliud? Anima autem movet corpus, & conatus eius
extrinſecùs foris parent. Ab illa eſt enim impingi & pedes in inceſſum, & manus in
contactum, & oculos in conſpectum, & linguam in effatum, velut ſigillario motu ſu-
perficiem intùs agitante. Vnde hæc vis incorporali animæ? vnde vacuæ rei, ſolida
propellere? Sed quomodò diviſi videntur in homine ſenſus corporales, & intel-
lectuales? Corporalium aiunt rerum qualitates, vt terræ, vt ignis, corporalibus ſen-
ſibus renuntiari, vt tactu, vt viſu: Incorporalium verò, intellectualibus conveniri, vt
benignitatis, vel malignitatis. Itaque incorporalem eſſe animam conſtat, cuius qua-
litates non corporalibus, ſed intellectualibus ſenſibus comprehendantur. Planè, ſi
non huius definitionis gradum excluſero. Ecce enim incorporalia oſtendo corporali-
bus ſenſibus ſubjici; ſonum auditui, colorem conſpectui, odorem odoratui: quorum
exemplo, etiam anima corpori accedit; nè dicas idcircò ea per corporales renuntiari
ſenſus, quia corporalibus accedant. Igitur ſi conſtat incorporalia quoque à corpora-
libus comprehendi, cur non & anima quæ corporalis, ab incorporalibus renuntietur?
Certè definitio excluſa ſit. De inſignioribus argumentationibus erit etiam illa, quòd
omne corpus, corporalibus ali iudicant. Animam verò vt incorporalem, incorpo-
ralibus, ſapientiæ, ſcilicet ſtudiis. Sed nec hic gradus ſtabit, etiam Sorano methodicæ
medicinæ inſtructiſſimo auctore reſpondente, animam corporalibus quoque ali: deni-
que deficientem eam, cibo plerumque ſulciri. Quidni? quo adempto in totum dila-
bitur ex corpore. Ita etiam ipſe Soranus pleniſſimè ſuper anima commentatus qua-
tuor voluminibus, & cum omnibus philoſophorum ſententiis expertus, corporalem
animæ ſubſtantiam vindicat, etſi illam immortalitate fraudavit. *a Non enim omnium eſt* a 2. Theſſ 3. 2.
credere, quod Chriſtianorum eſt. Sicut ergò Soranus ipſe rebus oſtendit animam cor-
poralibus ali, proinde & philoſophus exhibeat illam incorporalibus paſci: ſed nemo
vnquàm cunctanti de exitu animæ mulſam aquam de eloquio Platonis infudit; aut mi-
cas de minutiloquio Ariſtotelis inferſit. Quid autem facient tot ac tantæ animæ rupi-
cum & baronum, quibus alimenta ſapientiæ deſunt, tamen indoctæ prudentia pollent,
& ſine academiis & porticibus Atticis, & carceribus Socratis: denique ieiunantes phi-
ſophia, nihilominùs vivunt. Non enim ſubſtantiæ ipſi alimenta proficiunt ſtudiorum,
ſed diſciplinæ; quia nec opimiorem animam efficiunt, ſed ornatiorem. Benè autem
quod & artes Stoïci corporales adfirmant. Adeò ſic quoque anima corporalis, ſi &
artibus ali creditur. Sed enormis intentio philoſophiæ ſolet plerumque nec proſpi-
cere pro pedibus: ſic Thales in puteum. Solet & ſententias non intelligendo, vale-
tudinis corruptelam ſuſpicari: ſic Chryſippus ad elleborum. Tale aliquid opinor ei
accidit, quùm duo, vnum, corpora negavit, alienatus à proſpectu & recogitatu præ-
gnantum, quæ non ſingula quotidie corpora, ſed & bina & terna in vnius vteri ambitu
perferunt. Invenitur etiam in iure civili, Græca quædam, quinionem enixa filiorum,
ſemel omnium mater, vnici fœtus parens muliplex, vnici vteri puerpera numeroſa,
quæ tot ſtipata corporibus, penè dixerim populo, ſextum ipſa corpus fuit. Vniverſa
conditio teſtabitur corpora de corporibus proceſſura, iam illic eſſe vnde procedunt:
ſecundùm ſit neceſsè eſt, quod ex alio eſt: nihil porrò ex alio eſt, niſi dùm gignitur,
duo ſunt,

CAPVT VII.

Animæ corporalitatem fruſtra ex Evangelio probare contendit.

In p. V. Divitis & Lazari hiſtoria, 3. & V. Infernus, 4. Et per totum. In Alphab. Errorum.
V. Anima corporea, 2. in m.

QVANTVM ad philoſophos, ſatis hæc; quia quantùm ad noſtros, ex abundantia
quibus corporalitas animæ in ipſo Evangelio relucebit. Dolet apud inferos ani- Luc. 16. 23.
ma cuiuſdam, & punitur in flamma, & cruciatur in lingua, & de digito animæ fæli- & ſeq.
cioris implorat ſolatium roris. Imaginem exiſtimas exitum illum pauperis lætantis,

& divitis mœrentis? & quid illic *Lazari* nomen, ſi non veritate res eſt? Sed etſi imago credenda eſt, teſtimonium erit veritatis. Si enim non haberet anima corpus, non caperet imago animæ, imaginem corporis: nec mentiretur de corporalibus membris ſcriptura, ſi non erant. Quid eſt autem illud quod ad inferna transfertur poſt divortium corporis? quod detinetur? quod in diem iudicij reſervatur? Ad quod & Chriſtus moriendo deſcendit? puto ad animas Patriarcharum. Sed quamobrem ſi nihil anima ſub terris? Nihil enim, ſi non corpus; incorporalitas enim ab omni genere cuſtodiæ libera eſt, immunis à pœna, & à fovela: per quod enim punitur, aut ſovetur, hoc erit corpus. Reddam de iſto plenius & oportunius. Igitur ſi quid tormenti ſivè ſolatij anima præcepit in carcere ſeù diverſorio inferûm, in igni, vel ſinu Abrahæ, probata erit corporalitas animæ. Incorporalitas enim .nihil patitur non habens per quod pati poſſit: aut ſi habet, hoc erit corpus. Inquantùm enim omne corporale, paſſibile eſt, intantùm, quod paſſibile eſt, corporale eſt.

CAPVT VIII.

Alia rurſùm Platonicorum argumenta refellit, corporalitatem animæ impugnantia.

Per totum. In Alphab. Errorum V. Anima corporea, 2. in m. Et à p. V. contrarium, 1.

ABRVPTVM alioquin & abſurdum, idcircò quid de corporalium eximere cenſit quia cæteris corporalibus exemplis non adæquet; vbi proprietatum privata diſcrimina, per quæ magnificentia auctoris, ex operum eorundem diverſitate ſignatur: vt ſint tàm diſcreta, quàm paria; tàm amica, quàm & æmula. Siquidem & ipſi philoſophi ex contrariis vniverſa conſtare condicunt, ſecundùm amicitiam, & inimicitiam Empedoclis. Sic igitur etſi corporalia incorporalibus objacent, ipſa quoque inter ſe differunt, vt differentia ſpecies eorum ampliet, non genus mutet: vt ſint corporalia, ſic multa in Dei gloriam, dum varia: ſic varia, dum diverſa: ſic diverſa, dum his alij qualitatum ſenſus, alij illis: dùm his alia alimenta, alia illis; dùm hæc inviſibilia, illa viſibilia: dum hæc gravia, illa levia. Aiunt enim & idcircò animam incorporalem renunciandam, quia digreſſâ eâ, graviora efficiantur corpora deſunctorum, cùm leviora eſſe deberent, vnius corporis pondere exempto, ſi anima corpus. Quid enim, inquit Soranus, ſi mare negent corpus, quia extra mare, immobilis & gravis navis efficitur? Quantò ergo validius corpus animæ, quod tanti poſteà ponderis corpus leviſſimâ mobilitate circumfert? Cæterùm eſt inviſibilis anima & pro conditione corporis ſui, & pro proprietate ſubſtantiæ, & pro natura etiam eorum, quibus inviſibilis eſſe ſortita eſt. Solem noctuæ neſciunt oculi; aquilæ ita ſuſtinent, vt natorum ſuorum generoſitatem, de pupillarum audacia iudicent, alioqui non educabunt, vt degenerem, quem ſolis radius averterit. Eſt adeò alteri quid inviſibile, alteri non, quod non ideò incorporale ſit, quia non ex æquo vis valet. Sol enim corpus, ſiquidem ignis: ſed quod aquila confiteatur, neget noctua, non tamen præiudicans aquilæ: tamtumdem & animæ corpus inviſibile, carni ſi fortè, ſpiritui verò viſibile: ſic Ioannes in ſpiritu
Apoc. 6. 9. Dei factus, animas martyrum conſpicit.

CAPVT IX.

Animæ effigiem, coloremque aëreum lucidumque inducit.

Per totum. In Alphab. Errorum. V. Anima corpor. & effigiata, 2. à m. Et à. p. V. Animæ dignitas, 3. Et circa f. V. Homo vetus & novus, 2. Et in f. in Alphab. Errorum. V. Anima ex traduce, 1.

QVVM animæ corpus adſerimus propriæ qualitatis, & ſui generis, iam hæc conditio proprietatis de cæteris accidentibus corpulentiæ præiudicauit, aut hæc adeſſe ei, quam corpus oſtendimus, ſed & ipſa ſui generis, pro corporis proprietate; aut etſi non adſint, hoc eſſe proprietatis, non adeſſe corpori animæ, quæ corporibus cæteris adſint. Et tamen non inconſtanter profitebimur, ſolemniora quæque, & omnimodo debita corpulentiæ, adeſſe animæ quoque; vt habitum, vt terminum, vt illud triſariàm diſtantivum, longitudinem dico, & latitudinem, & ſublimitatem, quibus metantur corpora philoſophi. Quid nunc, quod & effigiem animæ damus? Platone nolente, quaſi periclitetur de animæ immortalitate? Omne enim effigiatum compoſitum & structile adfirmat: diſſolubile autem omne compoſititium & structile: ſed animam immortalem; igitur indiſſolubilem quà immortalem; & ineffigiatam, quà indiſſolubilem; cæterùm compoſititiam & ſtructilem, ſi effigiatam, tanquàm

alio eam modo effigians intellectualibus formis; pulcram, iuſtitia, & diſciplinis philoſophiæ; deformem verò, contrarijs artibus. Sed nos corporales quoque illi inſcribimus lineas, non tantùm ex fiducia corporalitatis, per æſtimationem; verum & ex conſtantia gratiæ, per reuelationem. Nam quia ſpiritalia chariſmata agooſcimus, poſt Ioannem quoque, prophetiam meruimus conſequi. Eſt hodie ſoror apud nos, reuelationum chariſmata ſortita, quas in Eccleſia inter Dominica ſolemnia per ecſtaſin in ſpiritu patitur; conuerſatur cum angelis, aliquando etiam cum Domino, & videt & audit ſacrameota, & quorundam corda dignoſcit, & medicinas deſiderantibus ſubmittit. Iam verò provt ſcripturæ leguntur, aut pſalmi canuntur, aut adlocutiones proferuotur, aut petitiones delegantur, ita inde materiæ viſionibus ſubminiſtrantur: fortè neſcio quid de anima diſſeruetamus, cùm ea ſoror in ſpiritu eſſet. Poſt tranſacta ſolennia dimiſſa plebe, quo vſu ſolet nobis renunciare quæ viderit (nam & diligentiſſimè digeruntur, vt etiam probentur:) Inter cætera, inquit, oſtenſa eſt mihi anima corporaliter, & ſpiritus videbatur, ſed non inanis & vacuæ qualitatis, immò quæ etiam teneri repromitteret, tenera, & lucida, & aërij coloris, & forma per omnia humana. Hoc viſio, & Deus teſtis, & Apoſtolus chariſmatum in Eccleſia futurorum idoneus ſponſor; tu nec ſi res ipſa de ſingulis perſuaſerit, credas? Si enim corpus anima, ſine dubio inter illa quæ ſuprà ſumus profeſſi. Proinde & coloris proprietas omni corpori adhæret; quem igitur alium animæ æſtimabis colorem, quam aërium ac lucidum? non vt aër ſit ipſa ſubſtantia eius, etſi hoc Æneſidemo viſum eſt, & Anaximeni, puto ſecundùm quoſdam & Heraclito; nec vt lumen, etſi hoc placuit Pontico Heraclidi. Nam & ceraunεis gemmis non ideo ſubſtantia ignita eſt, quòd coruſcent rutilato rubore; nec beryllis ideo aquoſa materia eſt, quòd fluctuent colato nitore. Quanta enim & alia color ſociat, oatura diſſociat? Sed quoniam omne tenue atque perlucidum, aëris æmulum eſt; hoc erit anima, quà flatus eſt, & ſpiritus tradux. Siquidem præ ipſa tenuitatis ſubtilitate, de fide corporalitatis periclitatur. Sic & effigiem de ſenſu iam tuo concipe, non aliam animæ humanæ deputandam, præter humanam, & quidem eius corporis quod vnaquæque circumtulit. Hoc nos ſapere interim primordij contemplatio inducat. Recogita enim, cùm [a] *Deus flaſſet in faciem hominis flatum vitæ, & factus eſſet homo in animam vivam*, totum vtique per faciem ſtatim flatum illum in interiora tranſmiſſum, & per vniuerſa corporis ſpatia diffuſum, ſimulque diuina aſpiratione denſatum, omni intus linea expreſſum eſſe, quam deoſatus impleuerat, & velut in forma gelaſſe. Inde igitur & corpulentia animæ, ex denſatione ſolidata eſt, & effigies expreſſione formata. Hic erit homo interior, alius exterior, dupliciter vnus: habens & ille oculos, & aures ſuas, quibus populus Dominum audire & videre debuerat; habens & cæteros artus, per quos & in cogitatibus vtitur, & in ſomnijs fungitur. Sic & diuiti apud inferos lingua eſt, & pauperi digitus, & ſinus Abrahæ. Per has lineas & animæ Martyrum ſub altari intelliguntur. A primordio enim in Adam concreta, & configurata corpori anima, vt totius ſubſtantiæ, ita & conditionis iſtius ſemen effecit.

1. Cor. 12. 8. & ſeq.

a Gen. 2. 7.

Luc 16. 24. Apoc. 6. 9. Gen. 1. 5.

CAPVT X.

Anima & ſpiritus, viuere & ſpirare, vnum atque idem eſt. Simplicem quippe Animam, ſecundùm Platonem determinare, rectæ fidei conſonat.

A. p. ad vltra. m. V. Dei potentia, 3. Et V. Anatomia. A. m. ad f. V. hominis dignitas, 2.

PERTINET ad ſtatum fidei, ſimplicem animam determinare, ſecundùm Platonem, id eſt, vniformem duntaxat, ſubſtantiæ nomine. Viderint artes & diſciplinæ, viderint & hæreſes. Quidam enim volunt, aliam illi ſubſtantiam naturalem ineſſe, ſpiritum: quaſi aliud ſit viuere, quod venit ab anima; aliud ſpirare, quod fiat à ſpiritu. Nam & animalibus non omnibus vtrumque adeſſe. Pleraque enim viuere ſolummodò, non etiam ſpirare, eò quòd non habeant organa ſpiritus, pulmones, & arterias. Quale eſt autem, in examinatione humanæ animæ, culicis, atque formicæ argumenta reſpicere? quando & vitalia pro cuiuſque generis diſpoſitione, omnibus propria animalibus temperauerit artifex Deus, vt nulla inde conjectura captanda ſit. Nam neque homo, ſi pulmonibus, & arterijs ſtructus eſt, idcirco aliunde ſpirabit, aliunde viuet: neque formica, ſi membris huiuſmodi caret, idcirco negabitur ſpirare, quaſi ſolummodò viuens. Cui verò tantùm patuit in Dei opera, vt alicui hæc deeſſe præſumpſerit? Herophilus ille, medicus, aut lanius, qui ſexcentos exſecuit vt naturam ſcrutaretur, qui hominem odit, vt noſſet, neſcio an omnia interna eius liquidò explo-

rarit, ipſa morte mutante quæ vixerant, & morte non ſimplici, ſed ipſa inter artificia exſectionis errante. Philoſophi pro certo renunciauerunt, culicibus, & formicis, & tineis deeſſe pulmones, & arterias: dic mihi inſpector curioſiſſime, oculos habent ad videndum? atquin & pergunt quo volunt,& vitant, & adpetunt quæ videndo ſciunt; deſigna oculos, denota pupulas: ſed & exedunt tineæ; demonſtra mandibulas, depromegenuinos: ſed & perſonant culices, nè in tenebris quidem aurium cæci; tubam pariter, & lanceam oris illius oſtende: quodvis animal vnius licet puncti, aliquo alatur neceſsè eſt; exhibe pabuli tranſmittendi, decoquendi, deſæcandique membra. Quid ergo dicemus? Si per hæc viuitur, erunt hæc in omnibus vtique quæ viuent, etſi non videntur, etſi non adprehendunrur pro mediocritate: hòc magis credas, ſi Deum recogites rantum artificem in modicis, quantum & in maximis. Si verò non putas capere tam minuta corpuſcula Dei ingenium,ſic quoque magnificentiam eius agnoſcas, quòd modicis animalibus, ſine neceſſarijs membris nihilominus viuere inſtruxerit, ſaluo etiam viſu ſine oculis, & eſu ſine denticulis, & digeſtu ſine alueis: quemadmodum & incedunt quædam ſine pedibus,manante impetu,quod angues; & inſurgente conatu, quod vermes; & ſpumante reptatu,quod limaces. Ita & ſpirari cur non putes, ſine pulmonum ſollibus, & ſine fiſtulis arteriarum? vt pro magno amplectaris argumento, idcirco animæ humanæ ſpiritum accedere,quia ſint quæ ſpiritu careant; & idcirco ea ſpiritu carere, quia flaturalibus artubus ſtructa non ſint. Viuere ſine ſpiritu exiſtimas aliquid, ſpirare ſine pulmonibus non putas? Quid eſt, oro te, ſpirare? flatum, opinor, ex ſemetipſo agere. Quid eſt non viuere? flatum, opinor, ex ſemetipſo non agere. Hoc enim reſpondere debebo, ſi non idem eſt ſpirare, quod viuere. Sed mortui erit, non agere flatum: ergo viuentis eſt, agere flatum. Sed & ſpirantis eſt,agere flatum: ergo & ſpirare,viuentis eſt. Vtrumque ſi ſine anima decurrere potuiſſet, non fuiſſet animæ ſpirare, ſed ſolummodò viuere. Atenim viuere, ſpirare eſt; & ſpirare,viuere eſt. Ergo totum hoc,& ſpirare & viuere,eius eſt,cuius & viuere,id eſt animæ. Denique, ſi ſeparas ſpiritum, & animam, ſepara & opera: agant in diſcreto aliquid ambo, ſeorſum anima, ſeorſum ſpiritus: anima ſine ſpiritu, viuat; ſpiritus ſine anima ſpiret; alterum relinquat corpora, alterum remaneat, mors & vita conueniant. Si enim duo ſunt, anima, & ſpiritus,diuidi poſſunt, vt diuiſione eorum,alterius diſcedentis,alterius immanentis,mortis, & vitæ concurſus eueniat. Sed nullo modo eueniet: ergo duo non erunt,quæ diuidi non poſſunt; quæ diuidi poſſent, ſi fuiſſent. Sed licet & duo, eſſe concreta. Sed non erunt concreta, ſi aliud eſt viuere, aliud ſpirare: diſtinguunt ſubſtantias opera: & quantò nunc firmius eſt, vt vnum credas, cùm diſtantiam non das, vt ipſa ſit anima ſpiritus, dum ipſius eſt ſpirare, cuius & viuere. Quid enim,ſi diem aliud haberi velis,aliud lucem quæ accidat diei? cùm dies ipſa lux ſit. Planè erunt & alia genera lucis,vt ex ignium miniſterio. Erunt enim & aliæ ſpiritus ſpecies, vt ex Deo, vt ex diabolo. Ita cùm de anima & ſpiritu agitur, ipſa erit anima ſpiritus, ſicut ipſa dies lux. Ipſum eſt enim quid, per quod eſt quid.

CAPVT XI.

Anima ita ſpiritus dicitur, vt tamen non ſit Dei ſpiritus, vt inſinuat Hermogenes: neque ſit illud neſcio quod Valentinianorum ſpiritale ſemen Animæ collatum.

In p. V. Hominis dignitas, 2. Et in Alphab. Errorum. V. Anima corporea, 1. A. p. V. Anima, 6. In m. V. Spiritus, 7. A. m. V. Somnus, 6. Circa f. V. peccatum veniale, 3.

SED vt animam ſpiritum dicam, præſentis quæſtionis ratio compellit, quia ſpirare alij ſubſtantiæ adſcribitur: hoc dum animæ vindicamus, quam vniformem, & ſimplicem agnoſcimus; ſpiritum neceſsè eſt certa conditione dicamus; non ſtatus nomine,ſed actus; nec ſubſtantiæ titulo, ſed operæ; quia ſpirat, non quia ſpiritus propriè eſt: nam & flare, ſpirare eſt. Ita & animam,quam flatum ex proprietate defendimus, ſpiritum nunc ex neceſſitate pronuntiamus. Cæterùm aduerſus Hermogenem, qui eam ex materia, non ex Dei flatu contendit, flatum proprie tuemur. Ille enim,aduerſus ipſius ſcripturæ fidem, *flatum,in ſpiritum* vertit: vt dum incredibile eſt, ſpiritum Dei in delictum,& mox in iudicium deuenire, ex materia potius anima credatur,quàm ex Dei ſpiritu. Idcirco nos & illic flatum eam defendimus,non ſpiritum ſecundùm ſcripturam, & ſecundùm ſpiritus diſtinctionem: & hîc ſpiritum ingratis pronuntiamus, ſecundùm ſpirandi & flandi communionem: illic de ſubſtantia quæſtio eſt: ſpirare enim, ſubſtantiæ actus eſt. Nec diutius de iſto, niſi propter hæreticos, qui neſcio quod ſpiritale ſemen inſulciunt animæ, de Sophiæ matris occulta

liberalitate conlatum, ignorante ſactore, quum Scriptura ſactoris magìs Dei ſui conſcia, nihil amplius promulgauerit, quàm [a] *Deum flantem in faciem hominis flatum vitæ, & hominem factum in animam viuam*; per quam exinde & viuat, & ſpiret: ſatis declarans differentias ſpiritus & animæ, inſequentibus inſtrumentis, ipſo Deo pronuntiante: [b] *Spiritus ex mè prodiuit, & flatum omnem ego feci*: & anima enim flatus factus ex ſpiritu. Et rurſus, [c] *Qui dedit flatum populo ſuper terram, & ſpiritum calcantibus eam.* Primò enim anima, id eſt flatus, populo in terra incedenti, id eſt in carne carnaliter agenti; poſtea ſpiritus, eis qui terram calcant, id eſt opera carnis ſubigunt: quia & Apoſtolus, [d] *non primùm quod ſpiritale eſt, ſed quod animale, poſtea ſpiritale.* Nam etſi Adam ſtatim prophetauit [e] *magnum illud ſacramentum in Chriſtum & Eccleſiam, Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adglutinabit ſe vxori ſuæ, & erunt duo in carnem vnam*, accidentiam ſpiritus paſſus eſt: cecidit enim ecſtaſis ſuper illum, ſancti Spiritus vis, operatrix prophetiæ: nam & malus ſpiritus accidens res eſt. Denique Saülem tam Dei ſpiritus poſtea *vertit in alium virum*, id eſt in propheten, cùm dictum eſt, [f] *Quid hoc filio Cis? an & Saul in Prophetis?* quàm & malus ſpiritus poſtea vertit in alium virum, in apoſtatam ſcilicet. Iudam quoque aliquandiu cum electis deputatum, vſque ad loculorum officium, &, ſi iam fraudatorem, traditorem tamen nondum, poſtea diabolus intrauit. Igitur ſi neque Dei, neque diaboli ſpiritus ex natiuitate conſeritur animæ, ſolam eam conſtat, antè euentum ſpiritus vtriuſque: ſi ſolam, & ſimplicem, & vniformem ſubſtantiæ nomine, atque ita non aliunde ſpirantem, quàm ex ſubſtantiæ ſuæ ſorte.

[a] Gen. 2. 7.
[b] Eſa. 57. 16.
[c] Eſa. 42. 5.
[d] Epheſ. 5. 32
[e] Gen. 2. 23.
[f] 1. Reg. 10. 12
Io. 12. 6.
Io. 13. 2.

CAPVT XII.

Animus cùm ſit quidam ornatus, & ſuggeſtus animæ, quo ipſa ſapit, ab Anima non diſtinguitur: licet Anaxagoras animum commiſcibilem, Ariſtoteles paſſibilem eſſe negauerit.

In p. V. Animæ vis, 9. A. p. V. Animæ paſſibilitas, 1.

PROINDE, & animum, ſiue mens eſt, ΝΟΥϹ apud Græcos; non aliud quid intelligimus, quàm ſuggeſtum animæ ingenitum, & inſitum, & natiuitùs proprium, quo agit, quo ſapit, quem ſecum habens, ex ſemetipſa ſe commoueat in ſemetipſa, atque ita moueri videatur ab illo, tanquam ſubſtantia alia, vt volunt qui etiam vniuerſitatis motatorem animum decernunt, illum deum Socratis, illum Valentini Monogenem ex patre Bytho, & matre Sige. Quàm Anaxagoræ turbata ſententia eſt? Initium enim omnium commentatus animum, & vniuerſitatis oſcillum, de illius axe ſuſpendens, purumque eum adfirmans, & ſimplicem, & incommiſcibilem, hoc vel maximè titulo ſegregat ab animæ commiſtione; & tamen eundem alibi animæ addicit. Hoc etiam Ariſtoteles denotauit, neſcio an ſua paratior implere, quàm aliena inanire. Denique & ipſe definitionem animi quum differret, interim alterum animi genus pronuntiauit, illum diuinum, quem rurſus & impaſſibilem ſuboſtendens, abſtulit & ipſe eum à conſortio animæ. Cùm enim animam paſſibilem conſtet, eorum quæ ſortita eſt pati; aut per animum, & cum animo patietur: ſi concreta eſt animo, non poteſt animus impaſſibilis induci; aut ſi non per animum, nec cum animo patietur anima, non erit concreta illi, cum quo nihil, & qui nihil patitur. Porro ſi nihil per illum, & cum illo anima patietur, iam nec ſentiet; nec ſapiet, nec mouebitur per illum, vt volunt. Nam & ſenſus, paſſiones facit Ariſtoteles. Quidni? & ſentire enim, pati eſt, quia pati ſentire eſt. Proinde & ſapere ſentire eſt, & moueri ſentire eſt: ita totum pati eſt. Videmus autem nihil iſtorum animam experiri, vt non & animo deputetur, quia per illum, & cum illo tranſigatur. Iam ergo & commiſcibilis eſt animus, aduerſus Anaxagoram; & paſſibilis, aduerſus Ariſtotelem. Cæterùm, ſi diſcretio admittitur, vt ſubſtantia duæ res ſint, animus atque anima, alterius erit & paſſio, & ſenſus, & ſapor omnis, & actus, & motus: alterius autem otium, & quies, & ſtupor, & nulla iam cauſa; & aut animus vacabit, aut anima. Quod ſi conſtat ambobus hæc omnia reputari, ergo vnum erunt vtrumque, & Democritus obtinebit, differentiam tollens, & quæretur quomodo vnum vtrumque; ex duarum ſubſtantiarum confuſione, an ex vnius diſpoſitione. Nos autem animum ita dicimus animæ concretum, non vt ſubſtantiâ alium, ſed vt ſubſtantiæ officium.

CAPVT XIII.

Principalitas, ſiue præcellentia Animæ tribuenda, non animo. Nec enim Deus animum, ſed Animam alloqui legitur.

Per totum V. Animæ vis, 10.

AD hoc diſpicere ſupereſt, principalitas vbi ſit, id eſt, quid cui præeſt, vt cuius principalitas apparuerit, illa ſit ſubſtantiæ maſſa; id autem cui maſſa ſubſtantiæ præerit, in officium naturale ſubſtantiæ deputetur. Enimverò, quis non animæ dabit ſummam omnem, cuius nomine totius hominis mentio titulata eſt. Quantas animas paſco, ait diues, non animos: Et animas ſaluas optat gubernator, non animos: Et ruſticus in opere, & in prœlio miles, animam ſe, non animum ponere adfirmat. Cuius nominatiora pericula aut vota ſunt? animi an animæ? Quid autem agere dicuntur moribundi? animum an animam? Ipſi poſtremò Philoſophi, ipſique Medici, quamuis de animo quoque diſputaturi, faciem tamen operis, frontemque materiæ, *de anima* vnuſquiſque proſcripſit. Vt autem & à Deo diſcas, animam Deus ſemper adloquitur, animam compellat atque aduocat, vt animum ſibi aduertat. a *Illam ſaluam venit facere Chriſtus, illam perdere in gehennam comminatur, illam pluris fieri vetat, illam & ipſe bonus paſtor pro pecudibus ſuis ponit.* Habes animæ principalitatem, habes in illa & ſubſtantiæ vnionem, cuius intelligas inſtrumentum eſſe animum, non patrocinium.

a Leuit. 4.2. 27. Leuit. 5. 1. 2. Eſa. 49. 7. Matth. 10. 28. 37. 39. Io 10. 11. 18. Luc. 14. 26.

CAPVT XIV.

Cùm Plato, & alij Animam diuidunt in partes; per eas, non diuerſas animas, ſed vires, efficatias, operationes intelligunt: vt etiam de quibuſdam cenſuit Ariſtoteles, cum multis, vnitatem Animæ recognoſcens.

Per totum. V. Animæ Immortal. 13.

SINGVLARIS alioquin & ſimplex, & de ſuo tota eſt non magìs inſtructilis aliunde, quam diuiſibilis ex ſe, quia nec diſſolubilis. Si enim ſtructilis, & diſſolubilis; ſi diſſolubilis, iam non immortalis. Itaque quia non mortalis, neque diſſolubilis, neque diuiſibilis. Nam & diuidi diſſolui eſt, & diſſolui mori eſt. Diuidetur autem in partes, nunc in duas à Platone, nunc in tres à Zenone, nunc in quinque, & in ſex à Panætio, in ſeptem à Sorano, etiam in octo penès Chryſippum, etiam in nouem penès Apollophanem, ſed & in decem apud quoſdam Stoïcorum, & in duas amplius apud Poſidonium, qui à duobus exorſus titulis, principali, quod aiunt ἡγεμονικὸν, & à rationali, quod aiunt λογικὸν, in duodecim exinde proſecuit: ita aliæ ex aliis ſpecies diuidunt animam. Huiuſmodi autem, non tam partes animæ habebuntur, quàm vires, & efficaciæ, & operæ, ſicut de quibuſdam & Ariſtoteles iudicauit. Non enim membra ſunt ſubſtantiæ animalis, ſed ingenia: vt motorium, vt actorium, vt cogitatorium, & ſi qua in hunc modum diſtinguunt; vt & ipſi illi quinque notiſſimi ſenſus, viſus, auditus, guſtus, tactus, odoratus. Quibus omnibus, etſi certa ſingulis domicilia in corpore determinauerunt, non idcirco hæc quoque diſtributio animæ, ad animæ ſectiones pertinebit; quando nè ipſum quidem corpus ita diuidatur in membra, vt iſti volunt animam. Atquin ex multitudine membrorum vnum corpus efficitur, vt concretio ſit potius ipſa diuiſio. Specta portentoſiſſimam Archimedis munificentiam, organum hydraulicum dico, tot membra, tot partes, tot compagines, tot itinera vocum, tot compendia ſonorum, tot commercia modorum, tot acies tibiarum, & vna moles erunt omnia. Sic & ſpiritus, qui illic de tormento aquæ anhelat, non ideo ſeparabitur in partes, quia per partes adminiſtratur, ſubſtantiâ quidem ſolidus, operâ verò diuiſus. Non longè hoc exemplum eſt à Stratone, & Æneſidemo, & Heraclito: nam & ipſi vnitatem animæ tuentur, quæ in totum corpus defuſa, & vbique ipſa velut flatus in calamo per cauernas, ita per ſenſualia variis modis emicet, non tam conciſa, quàm diſpenſata. Hæc omnia quibus titulis nuncupentur, & quibus ex ſe diuiſionibus detineantur, & quibus in corpore metationibus ſequeſtrentur, Medici potius cum Philoſophis conſiderabunt, nobis pauca conuenient.

CAPVT XV.

Hegemonicon, id eſt ſummus Animæ gradus ſapientialis, agnoſcitur à Chriſtianis in receſſu cordis, idque cum Ariſtotele & Platone, contra Aſclepiadem, & Dicæarchum.

Per totum. V. Animæ vis, 11.

IN primis, an ſit aliqui ſummus in anima gradus vitalis, & ſapientialis, quod ἡγεμονικὸν appellant, id eſt principale. Si negetur, totus animæ ſtatus periclitatur. Denique qui negant principale, ipſam prius animam nihil cenſuerunt. Meſſenius aliqui Dicæarchus, ex Medicis autem Andreas, & Aſclepiades, ita abſtulerunt principale, dum in animo ipſo volunt eſſe ſenſus, quorum vindicatur principale. Aſclepiades etiam illa argumentatione vectatur, quòd pleraque animalia, ademptis eis partibus corporis, in quibus plurimum exiſtimatur principale conſiſtere, & inſuperviuant aliquatenus, & ſapiant nihilominus: vt muſcæ, & veſpæ, & locuſtæ, ſi capita decideris: vt capræ, & teſtudines, & anguillæ, ſi corda detraxeris: itaque principale non eſſe: quod ſi fuiſſet, amiſſo cum ſuis, vigor animæ non perſeueraret. Sed plures & Philoſophi aduerſus Dicæarchum, Plato, Strato, Epicurus, Democritus, Empedocles, Socrates, Ariſtoteles: & Medici aduerſus Andream, & Aſclepiadem, Herophilus, Eraſiſtratus, Diocles, Hippocrates, & ipſe Soranus: Iamque omnibus plures Chriſtiani, qui apud Deum de vtroque ducimur, & eſſe principale in anima,
& certo in corporis receſſu conſecratum. Si enim [a] *ſcrutatorem, & diſpectorem cordis* [a] Sap. 1. 6.
Deum legimus; [b] *ſi etiam Prophetes eius occulta cordis traducendo probatur*: ſi Deus ipſe re- [b] 4 Reg. 5. 26
cogitatus cordis in populo præuenit, [c] *Quid cogitatis in cordibus veſtris nequam?* ſi & [c] Matth. 9. 4.
Dauid, [d] *Cor mundum conde in me Deus*: & Paulus, [e] *Corde, ait, credi in iuſtitiam*: & [d] Pſal. 50. 11.
Ioannes, [f] *Corde, ait, ſuo vnumquemque reprehendi*: ſi poſtremò, [g] *Qui viderit fœminam* [e] Rom. 10. 10. [f] 1. Io. 3. 21.
ad concupiſcendum, iam adulterauit in corde; ſimul vtrumque dilucet: & eſſe principale [g] Matth. 5. 28
in anima, quo intenſio diuina conueniat, id eſt, vim ſapientialem, atque vitalem; quod enim ſapit, viuidum eſt; & in eo theſauro corporis haberi, ad quem Deus reſpicit: vt neque extrinſecus agitari putes principale iſtud ſecundùm Heraclitum, neque per totum corpus ventilari ſecundùm Moſchionem, neque in capite concludi ſecundùm Platonem, neque in vertice potius præſidere ſecundùm Xenocratem, neque in cerebro cubare ſecundùm Hippocratem: ſed nec circa cerebri fundamentum vt Herophilus, nec in membranulis vt Strato, & Eraſiſtratus, nec in ſuperciliorum meditullio, vt Strato Phyſicus, nec in tota lorica pectoris vt Epicurus; ſed quod & Ægyptij renuntiauerunt, & qui diuinarum commemoratores videbantur, vt & ille verſus Orphei, vel Empedoclis: Namque homini ſanguis circumcordialis eſt, ſenſus. Etiam Protagoras, etiam Apollodorus & Chryſippus hæc ſapiunt, vt vel ab iſtis retuſus Aſclepiades capras ſuas quærat ſine corde balantes, & muſcas ſuas abigat ſine capite volitantes: & omnes iam ſciant ſe potius ſine corde, & cerebro viuere, qui diſpoſitionem animæ humanæ de conditione beſtiarum præiudicarint.

CAPVT XVI.

Plato fidei noſtræ conſentit, in eo quòd partitur animam, in rationalem, & irrationalem: Ita tamen vt quod rationale eſt in Anima, naturæ primò conditæ imputetur; quod autem irrationale eſt, tranſgreſſioni. Diſplicet tamen diuiſio irrationalis, in indignatiuum, & concupiſcitiuum; quòd vtrumque animæ rationali competat, etiam ipſi Chriſto.

In p. V. peccati mortalis grauitas, 1. In m. ad circa f. V. appetitus. In f. V. Diabolus, 12.

EST & illud ad fidem pertinens, quòd Plato bifariam partitur animam, per rationale, & irrationale. Cui definitioni & nos quidem adplaudimus, ſed non vt
naturæ deputetur vtrumque. Naturale enim rationale credendum eſt, quod animæ
à primordio ſit ingenitum, à rationali videlicet auctore. Quid enim non rationale, Gen. 2. 3.
quod Deus iuſſu quoque ediderit, nedum id quod propriè adflatu ſuo emiſerit? Irra-
tionale autem poſterius intelligendum eſt, vt quod acciderit ex ſerpentis inſtinctu, Gen. 3. 3. &
ipſum illud tranſgreſſionis admiſſum, atque exinde inoleuerit, & coadoleuerit in ſeq.
anima, adinſtat iam naturalitatis; quia ſtatim in naturæ primordio accidit. Cæterùm, quum idem Plato ſolum rationale dicat, vt in anima Dei ipſius, ſi nos etiam irrationale naturæ adſcribimus, quam à Deo anima noſtra ſortita eſt, æquè irrationale de Deo erit, vtpote naturale, quia naturæ Deus auctor eſt. Sed enim à diabolo im-

miſſo delicti: Irrationale autem omne delictum: Igitur à diabolo irrationale, à quo & delictum; extraneum à Deo, à quo eſt irrationale alienum. Proinde diuerſitas horum, ex diſtantia auctorum. Proinde cùm Plato ſoli Deo ſegrègans rationale, duo genera ſubdiuidit ex rationali: indignatiuum quod appellant θυμικὸν, & concupiſcentiuum quod vocant ἐπιθυμητικὸν: vt illud quidem commune ſit nobis & leonibus, iſtud vero cum muſcis, rationale porro cum Deo: video & de hoc mihi eſſe retractandum, propter ea quæ in Chriſto deprehenduntur. Ecce enim tota hæc trinitas & in domino: rationale quo docet, quo differit, quo ſalutis vias ſternit; indignatiuum, quo inuehitur in Scribas & Phariſæos; & concupiſcentiuum, quo paſcha cum diſcipulis ſuis edere concupiſcit. Igitur apud nos non ſemper ex irrationali cenſenda ſunt, indignatiuum, & concupiſcentiuum, quæ certi ſumus in Dominum rationaliter decucurriſſe. Indignabitur Deus rationaliter, quibus ſcilicet debet; & concupiſcet Deus rationaliter, quæ digna ſunt ipſo. Nam & malo indignabitur, & bono con-
a 1. Tim. 3. 1. cupiſcet ſalutem. Dat & Apoſtolus nobis concupiſcentiam. [a] *Si quis epiſcopatum concupiſcit, bonum opus concupiſcit:* & bonum opus dicens, rationalem concupiſcentiam
b Gal. 5. 12. oſtendit. Concedit & indignationem. Quidni, quam & ipſe ſuſcepit? [b] *Vtinam & præcidantur,* inquit, *qui vos ſubuertunt.* Rationalis & indignatio, quæ ex affectu diſci-
c Epheſ. 2. 3. plinæ eſt. At quum dicit: [c] *Fuimus aliquando natura filij iræ,* irrationale indignatiuum ſuggillat, quod non ſit ex ea natura quæ à Deo eſt, ſed ex illa quam diabolus induxit,
d Matth. 6. 24. dominus & ipſe dictus ſui ordinis, [d] *Non poteſtis duobus dominis ſeruire:* pater & ipſo cognominatus, [e] *Vos ex diabolo patre eſtis:* nè timeas & illi proprietatem naturæ alte-
e Io. 8. 44. Matth. 13. 25. rius adſcribere, poſterioris & adulteræ, quem legis auenarum ſuperſeminatorem, & frumentariæ ſegetis nocturnum interpolatorem.

CAPVT XVII.

Reijciendus cum Academicis Plato, quinque ſenſus irrationales, errori & deceptioni ſubijciens, nè & in ipſo Chriſto de eorum fide & probatione dubitetur.

Per totum. V. Senſus externi, 3.

CONTINGIT nos illorum etiam quinque ſenſuum quæſtio, quos in primis literis diſcimus, quoniam & hinc aliquid hæreticis procuratur. Viſus eſt, & auditus, & odoratus, & guſtus, & tactus. Horum fidem Academici durius damnant; ſecundùm quoſdam, & Heraclitus, & Diocles, & Empedocles; certè Plato in Timæo, irrationalem pronuntians ſenſualitatem, & opinioni coimplicitam. Itaque mendacium viſui objicitur, quòd remos in aqua inflexos vel infractos adſeuerat, aduerſus conſcientiam integritatis; quòd turrem quadrangulatam de longinquo rotundam perſuadeat, quòd æqualiſſimam porticum, anguſtiorem in vltimo infamet; quòd cœlum tanta ſublimitate ſuſpenſum mari iungat. Perinde auditus fallaciæ reus: vt cùm cœleſte murmur putamus, & plauſtrum eſt; vel tonitru meditante, pro certo de plauſtro credimus ſonitum. Sic & odoratus, & guſtus arguuntur; ſiquidem eadem vnguenta, eademque vina, poſteriore quoque vſu depreciantur. Sic & tactus reprehenditur; ſiquidem eadem pauimenta manibus aſperiora, pedibus leuiora creduntur; & in lauacris, idem calidæ lacus feruentiſſimus primò, dehinc temperatiſſimus renuntiatur. Adeò inquiunt, ſic quoque fallimur ſenſibus, dum ſententias vertimus. Moderantius Stoïci, non omnem ſenſum, nec ſemper, de mendacio onerant. Epicurei conſtantius, parem omnibus atque perpetuam defendunt veritatem, ſed alia via: non enim ſenſum mentiri, ſed opinionem: ſenſum enim pati, non opinari: animam enim non opinari. Abſciderunt & opinionem à ſenſu, & ſenſum ab anima. Et vnde opinio, ſi non à ſenſu? Denique niſi viſus rotundam ſenſerit turrem, nulla opinio rotunditatis. Et vnde ſenſus, ſi non ab anima? Denique carens anima corpus, carebit & ſenſu. Ita & ſenſus ex anima eſt, & opinio ex ſenſu, & anima totum. Cæterùm, optimè proponetur, eſſe vtique aliquid, quod efficiat aliter quid à ſenſibus renuntiari, quàm ſit in rebus. Porro ſi poteſt id renuntiari quod non ſit in rebus, cur non perinde poſſit per id renuntiari, quod non ſit in ſenſibus, ſed in eis rationibus quæ interueniant ſuo nomine? Atque adeò licebit eas recognoſci. Nam vt in aqua remus inflexus, vel infractus appareat, aqua in cauſa eſt. Denique extra aquam, integer viſui remus. Teneritas autem ſubſtantiæ illius, qua ſpeculum ex lumine efficitur, prout icta ſeu mota eſt, ita & imaginem vibrans, euertit lineam recti. Item vt turris habitus eludat, interualli conditio compellit in aperto; æqualitas enim circumfuſi aëris, pari luce veſtiens angulos, oblitterat lineas.

Sic & vniformitas porticus acuitur in fine, dum acies in concluſo ſtipata, illic tenuatur quò & extenditur. Sic & cœlum mari vnitur, vbi viſio abſumitur; quæ quamdiu viget, tamdiu diuidit. Auditum verò quid aliud decipiet, quàm ſonorum ſimilitudo? Et, ſi poſtea minus ſpirat vnguentum, & minus ſapit vinum, & minus lacus ſeruet, in omnibus fermè prima vis tota eſt. Cæterùm, de ſcabro ac læui, meritò manus ac pedes, tenera ſcilicet, & calloſa membra diſſentiunt. Igitur hoc modo, nulla ſenſuum fruſtratio cauſa carebit. Quòd ſi cauſæ fallunt ſenſus, & per ſenſus opiniones, iam nec in ſenſibus conſtituenda fallacia eſt, qui cauſas ſequuntur, nec in opinionibus, quæ à ſenſibus diriguntur, ſequentibus cauſas. Qui inſaniunt, alios in alijs vident, vt Oreſtes matrem in ſorore, & Ajax Vlyſſem in armento, vt Athamas, & Agaue in filijs beſtias. Oculiſne hoc mendacium exprobrabis, an furijs? Qui redundantia fellis auruginant, amara ſunt omnia. Num ergo guſtui præuaricationem exprubrabis, an valetudinem? Omnes itaque ſenſus euertuntur, vel circunueniuntur ad tempus, vt proprietate fallaciæ careant. Immò iam nè ipſis quidem cauſis adſcribendum eſt fallaciæ elogium. Si enim ratione hæc accidunt, ratio fallacia perhiberi non meretur. Quod ſic fieri oportet, mendacium non eſt. Itaque ſi & ipſæ cauſæ infamia liberantur, quantò magìs ſenſus, quibus iam & cauſæ liberè præeunt: cùm hinc potiſſimum & veritas, & fides, & integritas ſenſibus vindicanda ſit, quòd non aliter renuntient, quàm quod illa ratiu mandauit, quæ efficiat aliter quid à ſenſibus renuntiari, quàm ſit in rebus. Quid agis, Academia procaciſſima? totum vitæ ſtatum euertis, omnem naturæ ordinem turbas, ipſius Dei prouidentiam excæcas, qui cunctis operibus ſuis intelligendis, incolendis, diſpenſandis, fruendiſque fallaces, & mendaces dominos præfecerit ſenſus. An non iſtis vniuerſa conditio ſubminiſtratur? An non per iſtos ſecunda quoque mundo inſtructio acceſſit? tot artes, tot ingenia, tot ſtudia, negotia, officia, cummercia, remedia, conſilia, ſolatia, victus, cultus, ornatuſque omnia? totum vitæ ſaporem condierunt, dum per hos ſenſus, ſolus omnium homo animal rationale dignoſcitur, intelligentiæ capax, & ipſius Academiæ. Sed enim Plato, nè quod teſtimonium ſenſibus ſignet, propterea & in Phædro ex Socratis perſona, negat ſe cognoſcere poſſe ſemetipſum, vt monet Delphica inſcriptio. Et in Theæteto adimit ſibi ſcire, atque ſentire. Et in Phædro, poſt mortem differt ſententiam, veritatis poſtumam ſcilicet: & tamen nondum mortuus, philoſophabatur. Non licet, non licet nobis in dubium ſenſus iſtos deuocare, nè & in Chriſto de fide eorum deli-
beretur: nè fortè dicatur, quod falſò [a] *Satanam proſpectarit de cœlo præcipitatum:* aut [a] Luc. 10. 18.
falſò vocem Patris audierit de ipſo teſtificatam: aut deceptus ſit cùm Petri ſocrum Matth. 3. 17.
tetigit: aut alium poſtea vnguenti ſenſerit ſpiritum, quod in ſepulturam ſuam acce- Matth. 8. 15.
ptauit: alium poſtea vini ſaporem, quod in ſanguinis ſui memoriam conſecrauit. Sic Matth. 26. 7.
enim & Marcion phantaſma eum maluit credere, totius corporis in illo dedignatus
veritatem. Atquin nè in Apoſtolis quidem eius ludificata natura eſt. Fidelis fuit & Matth. 17.
viſus, & auditus in monte: fidelis & guſtus vini illius, licet aquæ antè, in nuptijs Ga- 2. 6.
lilææ: fidelis & tactus, exinde creduli Thomæ. Recita Ioannis teſtationem: [b] *Quod* Io. 2. 8.
vidimus, inquit, *quod audiuimus, oculis noſtris vidimus, & manus noſtræ contrectauerunt, de* Io. 20. 29. [b] 1. Io. 1. 1.
ſermone vitæ. Falſa vtique teſtatio, ſi oculorum, & aurium, & manuum ſenſus natura mentitur.

CAPVT XVIII.

Reprobat Hæreticos, qui res intellectuales, faciunt veritates, ſicut Plato Ideas ſuas: ſenſuales autem volunt eſſe ſolùm imagines veritatis. Anima enim ita per corpus ſentit corporalia, ſicut per animum intelligit incorporalia: Ita tamen vt etiam ſentiat, dum intelligit.

In p. V. Anima ſeparata, 2. A. p. V. Plato, 1. Circa m. V. animæ vis, 2. A. m. V. Mors, 14.
In f. V. Senſus internus & externus, 1.

CONVERTOR ad intellectualium partem, quemadmodum illam Plato à corporalibus ſeparatam hæreticis commendauerit, agnitionem antè mortem conſecutus. Ait enim in Phædone: Quid tum erga ipſam prudentiæ poſſeſſionem? Vtrumnè impedimentum erit corpus, an non, ſi quis illud ſocium adſumpſerit in quæſtionem? Tale quid dico, habetnè veritatem aliquam viſio, & auditio hominibus, an non? An non etiam Poëtæ hæc nobis ſemper obmuſſant, quòd neque audiamus certum, neque videamus? Meminerat ſcilicet & Epicharmi Comici: Animus cernit, animus audit, reliqua ſurda & cæca ſunt. Itaque rurſus, illum ergo ait ſuperſapere, qui mente maximè ſapiat, neque viſionem proponens, neque vllum eiuſmodi ſenſum attrahens animo, ſed ipſa mente ſincera vtens in recogitando, ad capiendum

ſincerum quodque rerum; ſegreſſus potiſſimum ab oculis, & auribus, &, quod dicen-
dum ſit, à toto corpore, vt turbante, & non permittente animæ poſſidere veritatem,
atque prudentiam, quando communicat. Videmus igitur aduerſus ſenſus corporales
aliam portendi paraturam, vt multò idoniorem, vires ſcilicet animæ, intellectum
operantes eius veritatis, cuius res non ſint coràm, nec ſubjaceant corporalibus ſenſi-
bus, ſed abſint longè à communi conſcientia, in arcano, & in ſuperioribus, & apud
ipſum Deum. Vult enim Plato eſſe quaſdam ſubſtantias inuiſibiles, incorporales, ſu-
permundiales, diuinas & æternas; quas appellat Ideas, id eſt formas, exempla, &
cauſas naturalium iſtorum manifeſtorum, & ſubjacentium corporalibus ſenſibus; &
illas quidem eſſe veritates, hæc autem imagines earum. Relucentnè iam hæretica
ſemina Gnoſticorum, & Valentinianorum? Hinc enim arripiunt differentiam cor-
Matth. 25. 1. poralium ſenſuum, & intellectualium virium, quam etiam parabolæ decem virgi-
& ſeq. num adtemperant: vt quinque ſtultæ, ſenſus corporales figurauerint, ſtultos vide-
licet, quia deceptui faciles: ſapientes autem, intellectualium virium notam expreſ-
ſerint, ſapientium ſcilicet, quia contingentium veritatem illam arcanam & ſuper-
nam, & apud pleroma conſtitutam, hæreticarum idearum ſacramenta: hoc enim
ſunt & æones, & genealogiæ illorum. Itaque & ſenſum diuidunt: & intellectualibus
quidem, à ſpiritali ſuo ſemine: ſenſualibus verò, ab animali, quia ſpiritalia nullo
modo capiat: & illius quidem eſſe inuiſibilia: huius verò viſibilia, & humilia, &
temporalia quæ ſenſu conueniantur, in imaginibus conſtituta. Ob hæc ergo præſtru-
ximus, neque animum aliud quid eſſe, quàm animæ ſuggeſtum & ſtructum: neque
ſpiritum extraneum quid, quàm quod & ipſa per flatum. Cæterùm acceſſioni depu-
tandum, quod aut Deus poſtea, aut diabolus adſpiraret. Et nunc ad differentiam ſen-
ſualium, & intellectualium, non aliud admittimus, quàm rerum diuerſitates: corpo-
ralium, & ſpiritalium; viſibilium, & inuiſibilium; publicatarum, & arcanarum;
quòd illæ ſenſui, iſtæ intellectui adtribuantur; apud animam tamen, & iſtis, & illis
obſequio deputatis, quæ perinde per corpus corporalia ſentiat, quemadmodum per
animum incorporalia intelligat, ſaluo eo, vt etiam ſentiat, dum intelligit: Non
enim & ſentire intelligere eſt, & intelligere ſentire eſt? Aut quid erit ſenſus, niſi
eius rei quæ ſentitur intellectus? quid erit intellectus, niſi eius rei quæ intelligitur
ſenſus? Vnde iſta tormenta cruciandæ ſimplicitatis, & ſuſpendendæ veritatis? Quis
mihi exhibebit ſenſum non intelligentem quod ſentit? aut intellectum non ſentien-
tem quod intelligit? vt probet alterum ſine altero poſſe? Si corporalia quidem ſen-
tiuntur, incorporalia verò intelliguntur, rerum genera diuerſa ſunt, non domicilia
ſenſus & intellectus, id eſt, non anima & animus. Denique, à quo ſentiuntur corpo-
ralia? Si ab animo, ergo iam & ſenſualis eſt animus, non tantùm intellectualis: nam
dum intelligit, ſentit: quia ſi non ſentit, nec intelligit. Si verò ab anima corporalia
ſentiuntur, iam ergo intellectualis eſt vis animæ, non tantùm ſenſualis: nam dum
ſentit, intelligit: quia ſi non intelligit, nec ſentit. Proinde, à quo intelliguntur in-
corporalia? ſi ab animo, vbi erit anima? ſi ab anima, vbi erit animus? Quæ enim
diſtant, abeſſe inuicem debent, cùm ſuis muneribus operantur. Putabis quidem
abeſſe animum ab anima, ſi quando animo ita afficimur, vt neſciamus nos vidiſſe
quid, vel audiſſe, quia alibi fuerit animus; adeò contendam, immò ipſam animam
nec vidiſſe, nec audiſſe, quia alibi fuerit cum ſua vi, id eſt animo. Nam & quum de-
mentit homo, dementit anima; non peregrinante, ſed compatiente tunc animo.
Cæterùm, animæ principaliter caſus eſt. Hoc inde firmatur, quod anima digreſſa,
nec animus in homine inueniatur: ita illam vbique ſequitur, à qua nec in fine ſubre-
manet: quum verò ſequitur & addicitur, perinde intellectus animæ addicitur, quam
ſequitur animus, cui addicitur intellectus. Sit nunc & potior ſenſu intellectus, & po-
tior cognitor ſacramentorum, dummodò & ipſe propria vis animæ, quod & ſenſus:
nihil mea intereſt, niſi cùm idcirco præfertur ſenſui intellectus, vt ex hoc quoque
ſeparatior habeatur, quo potior adfirmatur. Tunc mihi poſt differentiam, etiam præ-
latio retundenda eſt, peruenturo vſque ad potioris Dei perſuaſionem. Sed de Deo,
ſuo quoque campo experiemur cum hæreticis. Nunc de anima titulus, & intellectu
non inſidioſè præferendo, locus. Nam etſi potiora ſunt quæ intellectu attinguntur,
vt ſpiritalia, quàm quæ ſenſu, vt corporalia; rerum erit prælatio, ſublimiorum ſci-
licet aduerſus humiliores, non intellectus aduerſus ſenſum. Quomodo enim præfe-
ratur ſenſui intellectus, à quo informatur ad cognitionem veritatum? Si enim veri-
tates per imagines adprehenduntur, id eſt inuiſibilia per viſibilia noſcuntur, quia &
a Rom. 1. 20. Apoſtolus nobis ſcribit, [a] *Inuiſibilia enim eius à conditione mundi, de factitamentis intel-
lecta*

lecta viſuntur: & Plato hæreticis, Facies occultorum, ea quæ apparent; & neceſsè eſt omnino hunc mundum imaginem quandam eſſe alterius alicuius. Videtur intellectus duce vti ſenſu, & auctore, & principali fundamento; nec ſine illo veritates poſſe contingi: quomodo ergo potior erit eo per quem eſt, quo eget, cui debet totum quod attingit? Ita vtrumque concluditur; neque præferendum ſenſui intellectum: per quem enim quid conſtat, inferius ipſo eſt: neque ſeparandum à ſenſu; per quod enim quid eſt, cum ipſo eſt.

CAPVT XIX.

Intellectus ſemper ineſt Animæ, ſicut & cætera quæ ſunt Animæ naturalia.

In p. ad circa f. V. Infantes, 1. In m. In Alphab. Errorum. V. Anima ex traduce, 1. In f. V. Infantes, 2.

SED nè illi quidem prætereundi, qui vel modico temporis viduant animam intellectu. Proinde enim viam ſternunt poſtea inducendi eius, ſicut & animi, à quo ſcilicet proveniat intellectus. Volunt infantiam ſola anima contineri, qua tantummodò vivat, non vt pariter ſapiat; quia nec omnia ſapiant, quæ vivant: denique, arbores vivere, nec tamen ſapere, ſecundùm Ariſtotelem, & ſi quis alius ſubſtantiam animalem in vniverſa communicat, quæ apud nos in homine privata res eſt, non modò vt Dei opus, quod & cætera, ſed vt Dei flatus, quod hæc ſola; quam dicimus, cum omni inſtructu ſuo naſci. Et ſi ad arbores provocamur, amplectemur exemplum: ſiquidem & illis, necdum arbuſculis, ſed ſtipitibus adhuc, & ſurculis etiam nunc, ſimul de ſcrobibus oriuntur, ineſt propria vis animæ. Verùm pro temporis ratione remoratur, coaleſcens & coaduleſcens robori ſuo, donec ætas impleat habitum, quo natura fungatur. Aut vnde mox illis & frutices inoculantur, & folia formantur, & germina inflantur, & floſculi inornantur, & ſucci condiuntur; ſi non in ipſis omnis paratura generis quieſcit, & partibus promota grandeſcit? Inde igitur & ſapiunt, vnde vivunt, tam vivendi quàm ſapiendi proprietate, & quidem ab infantia & ipſæ ſua. Video enim & vitem adhuc teneram & impuberem, intelligentem tamen iam opera ſua, & volentem alicui adhærere, cui inniſa & innexa proficiat: denique, non expectata ruſtica diſciplina, ſine arundine, ſine cervo, ſi quid attigerit, vitro ambibit, & quidem vitioſius de ſuo ingenio, quàm de tuo arbitrio: properat eſſe ſecura. Video & hederas, quantùm velis primas, ſtatim ad ſuperna conari, & nullo præeunte ſuſpendi: quod malint parietibus inuehi, textili ſilva, quàm humi teri, voluntaria injuria: contrà, quibus de ædificio male eſt, vt creſcendo recedunt? vt refugiunt? ſentias ramos aliorſum deſtinatos, & animationem arboris de divortio parietis intelligas; contenta eſt parvitate, quam ex primordio providentiſſimi fruticis edidicit, timens etiam ruinam. Has ego ſapientias & ſcientias arborum, cur non contendam? Vivant vt philoſophi volunt, ſapiant vt philoſophi nolunt, intelligat & infantia ligni; quò magìs hominis? cuius anima, velut ſurculus quidam ex matrice Adam in propaginem deducta, & genitalibus fæminæ foveis commendata cum omni ſua paratura, pullulabit tam intellectu, quàm & ſenſu? Mentior, ſi non ſtatim infans vt vitam vagitu ſalutavit, hoc ipſum ſe teſtatur ſenſiſſe atque intellexiſſe, quod natus eſt, omnes ſimul ibidem dedicans ſenſus, & luce viſum, & ſono auditum, & humore guſtum, & aëre odoratum, & terra tactum. Ita prima illa vox de primis ſenſuum, & de primis intellectuum pulſibus cogitur. Plus eſt quod de proſpectu lacrimabilis vitæ, quidam augurem incommodorum vocem illam flebilem interpretantur; quò etiam præſciens habenda ſit ab ingreſſu nativitatis, nedum intelligens. Exinde & matrem ſpiritu probat, & nutricem ſpiritu examinat, & gerulam ſpiritu agnoſcit, fugiens extranea vbera, & recuſans ignota cubilia, & neminem appetens niſi ex vſu. Vnde illi iudicium novitatis, & moris, ſi non ſapit? vnde illi & offendi, & demulceri, ſi non intelligit? Mirum ſatis, vt infantia naturaliter animoſa ſit, non habens animum; & naturaliter adfectioſa ſit, non habens intellectum. At enim Chriſtus [a] *ex ore lactentium & parvulorum experiendo laudem*, nec pueritiam, nec in- a Pſal. 8. 3.
fantiam hebetes pronuntiavit: quarum altera cum ſuffragio occurrens, teſtimonium Matth. 21. 16
ei potuit offerre, altera pro ipſo trucidata, vtique vim ſenſit. Matth. 2. 16.

CAPVT XX.

Quamquam Anima, ſit Vniformis omni homini, multiformis tamen ingeniorum diverſitate, pro diverſa conditione ſoli, cœli, exercitij, curæ, temporum, caſuum, valetudinum, præter fatum de quo Librum ſcripſit, qui non extat.

Per totum. V. Animæ vis, 4.

ET hic itaque concludimus, omnia naturalia animæ, vt ſubſtantiva eius, ipſi ineſſe, & cum ipſa procedere atque proficere, ex quo ipſa cenſetur: ſicut & Seneca ſæpè noſter: Inſita ſunt nobis omnium artium & ætatum ſemina; magiſterque ex occulto Deus producit ingenia: ex ſeminibus ſcilicet inſitis, & occultis per infantiam, quæ ſunt & intellectus: ex his enim producuntur ingenia. Porro, vt frugum ſeminibus vna generis cuiuſque forma eſt, proceſſus tamen varij; alia integro ſtatu euadunt, alia etiam meliora reſpondent, alia degenerant pro conditione cœli & ſoli, pro ratione operis & curæ, pro temporum eventu, pro licentia caſuum: ita & animam licebit, ſemine vniformem, fœtu multiformem: nam & hîc etiam de locis intereſt. Thebis hebetes & brutos naſci relatum eſt; Athenis ſapiendi dicendique acutiſſimos; vbi penes Colytum pueri menſe citius eloquuntur, præcoce lingua. Siquidem & Plato in Timæo, Minervam adfirmat, cùm vrbem illam moliretur, nihil aliud quàm regionis naturam proſpexiſſe, talia ingenia pollicitam. Vnde & ipſe in legibus, Megillo, & Cliniæ præcipit condendæ civitati locum procurare. Sed Empedocles, cauſam argutæ indolis & obtuſæ, in ſanguinis qualitate conſtituit; perfectum ac profectum dè doctrina diſciplinaque deducit. Tamen vulgata iam res eſt gentilium proprietatum. Comici Phrygas timidos illudunt; Salluſtius vanos Mauros, & feroces Dalmatas pulſat; [a] *mendaces Cretas* etiam Apoſtolus inurit. Fortaſſean & de corpore, & de valetudine aliquid accedat: opimitas ſapientiam impedit, exilitas expedit: paralyſis mentem prodigit, phtiſis ſeruat: quantò magis dè accidentibus habebuntur, quæ citra corpulentiam & valentiam, vel acuunt, vel obtundunt: acuunt doctrinæ, diſciplinæ, artes, & experientia, negotia, ſtudia: obtundunt inſcitiæ, ignaviæ, deſidiæ, libidines, inexperientiæ, otia, vitia. Super hæc, ſi & alia, quæ præſunt, poteſtates: enimverò præſunt, ſecundùm nos quidem Deus Dominus, & diabolus æmulus; ſecundùm communem autem opinionem, providentiæ, fatum, & neceſſitas; & fortunæ, arbitrij libertas: nam hæc, & philoſophi diſtinguunt, & nos ſecundùm fidem differenda ſuo iam vovimus titulo. Apparet quanta ſint quæ vnam animæ naturam variè collocarint, vt vulgò naturæ deputentur, quando non ſpecies ſint, ſed ſortes naturæ & ſubſtantiæ vnius; illius ſcilicet, quam Deus in Adam contulit, & matricem omnium fecit; atque adeò ſortes erunt, non ſpecies ſubſtantiæ vnius; vt & varietas iſta moralis quanta nunc eſt, tanta non fuerit in ipſo principe generis Adam. Debuerant enim fuiſſe hæc omnia in illo, vt in fonte naturæ, atque inde cum tota varietate manaſſe, ſi varietas naturæ fuiſſet.

a ad Tit. 1. 12.

CAPVT XXI.

Quidquid dicant Valentiniani, Anima convertibilis eſt, liberi arbitrij poteſtate, ſicut alibi Hermogeni, & Marcioni probavit.

In p. V. Somnus, 5. In m. V. gratiæ Dei vis, 3. Et V. mutatio, 3. In f. V. mutatio, 1.

QVòD ſi vniformis natura animæ ab initio in Adam, ante tot ingenia: ergo non multiformis, per tot ingenia; nec quà triformis, vt adhuc trinitas Valentiniana cædatur, quæ nec ipſa in Adam recognoſcitur. Quid enim ſpiritale in illo? Si quia prophetavit [a] *magnum illud ſacramentum in Chriſtum & Eccleſiam*: [b] *Hoc os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea, vocabitur mulier; propterea relinquet homo patrem & matrem, & adglutinabitur mulieri ſuæ, & erunt duo in carnem vnam*; hoc poſtea obvenit, quum in illum Deus amentiam immiſit, ſpiritalem vim, qua conſtat prophetia. Si & malum in eo apparuit tranſgreſſionis admiſſum, nec hoc naturale deputandum eſt, quod inſtinctu ſerpentis operatus eſt; tam non naturale; quàm nec materiale; quia & materiæ fidem iam excluſimus. Quod ſi nec ſpiritale, nec quod dicitur materiale, proprium in illo fuit (nam ſi ex materia, fuiſſet mali ſemen) supereſt vt ſolum in illo & vnicum fuerit naturale, quod cenſetur animale; quod ſtatu ſimplex, & vniforme defendimus. De hoc planè relinquitur quæri, an demutabile debeat credi, quod naturale dicatur. Iidem enim convertibilem negant naturam, vt trinitatem ſuam in ſingulis proprietatibus figant: quia

a Epheſ. 5. 32.
b Gen. 2. 23.
Gen. 3. 6.

[c] *arbor bona, malos non ferat fructus, nec mala bonos*; [d] *& nemo de ſpinis metat ficus, & de* c Matth. 7. 18
tribulis vuas. Ergo ſi ita eſt, neque [e] *de lapidibus filios Abrahæ ſuſcitare poterit Deus*; *nec* d Matth. 7. 16
genimina viperarum, facere pœnitentiæ fructus; & erravit Apoſtolus ſcribens, [f] *Eratis &* e Matth. 3. 9.
vos aliquando tenebræ, & fuimus & nos aliquando natura filij iræ, [g] *& in his vos quoque fui-* f Epheſ. 2. 3.
ſtis, ſed abluti eſtis. Sed nunquam diſcordabunt ſententiæ ſanctæ. *Non dabit enim arbor* & 5. 8.
mala bonos fructus, ſi non inſeratur; *& bona malos dabit*, ſi non colatur; *& lapides filij* g 1. Cor. 6. 11.
Abrahæ fient, ſi in fidem Abrahæ formentur; & [h] *genimina viperarum fructum pœni-* Matth. 7. 18. h Matth. 3. 9.
tentiæ facient, ſi venena malignitatis expuerint. Hæc erit vis diuinæ gratiæ, potentior Ibid. 7.
vtique natura, habens in nobis ſubjacentem ſibi liberam arbitrij poteſtatem, quod ἀντεξούσιον dicitur: quæ cùm ſit & ipſa naturalis atque mutabilis, quoquo vertitur, natura convertitur. Ineſſe autem nobis τὸ ἀντεξούσιον naturaliter, iam & Marcioni oſtendimus, & Hermogeni. Quid nunc, ſi & naturæ conditio ſic erit definienda, vt duplex determinetur, natorum, & innatorum; factorum, & infectorum? atque ita quod natum factumque conſtiterit, eius natura capiet demutationem; & renaſci enim poterit, & refici. Innatum autem, & infectum immobile ſtabit: quod cùm ſoli Deo competat, vt ſoli innato & infecto, & idcirco immortali & inconvertibili, abſolutum eſt, cæterorum omnium natorum atque factorum convertibilem & demutabilem eſſe naturam; vt & ſi trinitas animæ adſcribenda eſſet, ex mutatione accidentiæ, non ex inſtitutione naturæ deputaretur.

CAPVT XXII.

Anima definitur à Tertulliano, Dei flatu nata, immortalis, corporalis, effigiata, ſubſtantia ſimplex, de ſuo patiens, variè procedens, arbitrij libera, accidentiis obnoxia, per ingenia mutabilis, rationalis, dominatrix, diuinatrix.

In m. In Alphab. Errorum. V. Animæ corp. & effigies, 3.

CÆTERA animæ naturalia iam à nobis audijt Hermogenes, cum ipſorum defenſione & probatione, per quæ Dei potius, quàm materiæ propinqua cognoſcitur. Hic ſolummodò nominabuntur, nè præterita videantur. Dedimus enim illi & libertatem arbitrij, vt ſuprà ſcripſimus, & dominationem rerum, & divinationem interdum, ſepoſita quæ per Dei gratiam obvenit ex prophetia. Itaque iam ab iſto diſpoſitionis retractatu recedam, vt ordinem eius expungam. Definimus animam, Dei flatu natam, immortalem, corporalem, effigiatam, ſubſtantia ſimplicem, de ſuo ſapientem, variè procedentem, liberam arbitrij, accidentijs obnoxiam, per ingenia mutabilem, rationalem, dominatricem, divinatricem, ex vna redundantem. Sequitur nunc, vt quomodo ex vna redundet, conſideremus, id eſt vnde, & quando, & qua ratione ſumatur.

CAPVT XXIII.

Quidam hæretici, quorum Plato condimentarium eſt, originem animæ de cœlo petunt.

Per totum. V. Anima, 4. Et in p. In Alphab. Errorum. V. Anima ex traduce, 3. Et à m. V. Plato, 2.

QVIDAM dè cœlis deveniſſe ſe credunt, tanta perſuaſione, quanta & illuc indubitatè regreſſuros repromittunt; vt Saturninus Menandri Simoniani diſcipulus induxit, hominem affirmans ab angelis factum, primòque opus futile, & invalidum, & inſtabile, in terra vermis inſtar palpitaſſe, quòd conſiſtendi vires deeſſent. Dehinc ex miſericordia ſummæ poteſtatis, ad cuius effigiem, nec tamen plenè perſpectam, temerè ſtructus fuiſſet, ſcintillulam vitæ conſecutum, quæ illud exſuſcitarit, & erexerit, & conſtantius animarit, & poſt deceſſum vitæ ad matricem relatura ſit. Sed & Carpocrates tantundem ſibi de ſuperioribus vindicat, vt diſcipuli eius animas ſuas iam & Chriſto, nedum Apoſtolis, & peræquent, & cùm volunt præferant; quas perinde de ſublimi virtute conceperint, deſpectrice mundi potentium principatuum. Apelles ſollicitatas refert animas terrenis eſcis, dè ſupercœleſtibus ſedibus, ab igneo angelo, Deo Iſraël & noſtro, qui exinde illis peccatricem circunfinxerit carnem. Examen Valentini, ſemen Sophiæ infulcit animæ, per quod hiſtorias, atque Mileſias Æonum ſuorum ex imaginibus viſibilium recognoſcunt. Doleo bona fide, Platonem omnium hæreticorum condimentarium factum. Illius eſt enim & in Phædone, quòd animæ hinc euntes ſint illuc, & inde huc. Item in Timæo, quòd genimina Dei, delegata ſibi mortalium genitura, accepto initio animæ immortali, mortale ei circumgelaverint corpus. Tum quòd mundus hic, imago ſit alterius alicuius. Quæ omnia vt

fidei commendet, & animam retro in ſuperioribus cum Deo egiſſe in commercio Idearum, & inde huc tranſvenire, & hìc quæ retro norit de exemplaribus recenſere, novum elaboravit argumentum, μαθήσεις ἀναμνήσεις, id eſt, diſcentias reminiſcentias eſſe. Venientes enim inde huc animas, obliviſci eorum in quibus prius fuerint, dehinc ex his viſibilibus edoctas recordari. Cùm igitur huiuſmodi argumento illa inſinuentur à Platone, quæ hæretici mutuantur, ſatis hæreticos repercutiam, ſi argumentum Platonis elidam.

CAPVT XXIV.

Platonem refellit dicentem diſcentias, reminiſcentias eſſe: quaſi diceret, Animas è cœlo venientes ad corpora, obliviſci eorum quæ prius noverant: deinde ex his viſibilibus, priorum reminiſci.

In p. V. Animæ dignitas, 1. Et V. Oblivio Platonica, 1. A. p. ad circa m. V. Animæ vis, 13. Et V. Ira, 4. A. m. ad f. V. Obliuio Platonica, 2.

PRIMÒ quidem oblivionis capacem animam non cedam, quia tantam illi conceſſit divinitatem, vt Deo adæquetur: innatam eam facit, quod & ſolum armare potuiſſem ad teſtimonium plenæ divinitatis: adjicit immortalem, incorruptibilem, incorporalem, quia hoc & Deum credidit, inuiſibilem, ineffigiabilem, vniformem, principalem, rationalem, intellectualem. Quid amplius proſcriberet animam, ſi eam Deum nuncuparet? Nos autem qui nihil Deo appendimus, hoc ipſo animam longè infra Deum expendimus, quòd natam eam agnoſcimus, ac per hoc dilutioris divinitatis, & exilioris fælicitatis, vt flatum, non vt ſpiritum, & ſi immortalem, vt hoc ſit divinitatis, tamen paſſibilem, vt hoc ſit nativitatis: ideoque & à primordio exorbitationis capacem, & inde etiam oblivionis affinem. Satìs de iſto cum Hermogene. Cæterùm, quæ, vt haberi meritò poſſit ex peræquatione omnium proprietatum Deus, nulli paſſioni ſubjacebit, ira nec oblivioni, quum tanta ſit injuria, obliuio; quanta eſt gloria eius, cuius injuria eſt, memoria ſcilicet; quam & ipſe Plato, ſenſuum & intellectuum ſalutem, & Cicero, theſaurum omnium ſtudiorum prædicavit. Nec hoc iam in dubium deducetur, an tam divina anima memoriam potuerit amittere, ſed an quam amiſerit, recuperare denuò poſſit. Quæ enim non debuit obliviſci, ſi oblita ſit, neſcio an valeat recordari: ita vtrumque meæ animæ, non Platonicæ congruet. Secundo gradu opponam: Naturâ compotem animam facis idearum illarum, an non? Immò naturâ, inquis. Nemo ergo concedet naturalem ſcientiam naturalium excidere artium: excidet ſtudiorum, excidet doctrinarum, diſciplinarum: excidet fortaſsè & ingeniorum, & affectuum: quæ naturæ videntur, non tamen ſunt, quia, vt præmiſimus, & pro locis, & pro inſtitutionibus, & pro corpulentijs, ac valetudinibus, & pro poteſtatibus dominatricibus, pro libertatibus arbitrij, ex accidentibus conſtant. Naturalium verò ſcientia, nè in beſtijs quidem deficit. Planè obliviſcetur feritatis leo, manſuetudinis eruditione præventus, & cum toto ſuggeſtu iubarum, delicium fiet Berenices alicuius reginæ, lingua genas eius emaculans: mores beſtiam relinquent, ſcientia naturalium permanebit: non obliviſcetur idem naturalium pabulorum, naturalium remediorum, naturalium terrorum: & ſi de piſcibus, & ſi de placentis regina ei obrulerit, carnem deſiderabit: & ſi languenti theriacam compoſuerit, ſimiam leo requiret: & ſi nullum illi venabulum obfirmabit, gallum tamen formidabit. Perinde & homini omnium forſitan obliviosiſſimo, inoblitterata perſeverabit ſola ſcientia naturalium, vt ſola ſcilicet naturalis, memor ſemper manducandi in eſurie, & bibendi in ſiti, & oculis videndum, & auribus audiendum, & naribus odorandum, & ore guſtandum, & manu contrectandum. Hi ſunt certè ſenſus, quos philoſophia depreciat, intellectualium prælatione. Igitur ſi naturalis ſcientia ſenſualium permanet, quomodo intellectualium, quæ potior habetur, intercidit? Vnde nunc ipſa vis oblivionis antecedentis recordationem? Ex multitudine, ait, temporis. Satìs improſpectè. Quantitas enim temporis non pertinebit ad eam rem quæ innata dicatur, ac per hoc potiſſimum æterna credatur. Quod enim æternum eſt, eò quia & innatum eſt, neque initium, neque finem temporis admittendo, nullum modum temporis patitur; cui temporis modus nullus eſt, nec vlla demutatione tempori ſubeſt, nec ea dè multitudine temporis vis eſt. Si tempus in cauſa eſt oblivionis, cur ex quo anima corpori inducitur, memoria delabitur, quaſi exinde tempus anima ſuſtineat, quæ ſine dubio prior corpore, non fuit vtique ſine tempore? Ingreſſa verò corpus, ſtatimnè obliviſcitur, an aliquanto pòſt? Si ſtatim, & quæ erit temporis nondum ſupputandi multitudo? infantia ſcilicet. Si aliquanto pòſt, ergo illo in ſpatio,

antè tempora oblivionis, memor adhuc aget anima; & quale eſt, vt poſtea obliviſcatur, & rurſus poſtea recordetur? Quoquo autem tempore illam oblivio irruerit, quantus hic etiam habebitur modus temporis? tota opinor vitæ decurſio, ſatis non erit ad euertendam memoriam tanti ante corpus ævi. Sed rurſus Plato, cauſam demutat in corpus: quaſi & hoc fide dignum, vt nata ſubſtantia innatæ vim extinguat. Magnæ autem & multæ differentiæ corporum, pro gentilitate, pro magnitudine, pro habitudine, pro ætate, pro valetudine. Num ergo & oblivionum differentiæ æſtimabuntur? Sed vniformis oblivio eſt; ergo non erit corporalitas multiformis in cauſa exitus vniformis. Multa item documenta, teſte ipſo Platone, divinationem animæ probaverunt, quæ propoſuimus iam Hermogeni. Sed nec quiſquam hominum, non & ipſe aliquando præſagam animam ſuam ſentit, aut ominis, aut periculi, aut gaudij augurem. Si divinationi non obſtrepit corpus, nec memoriæ opinor officiet. In eodem certè corpore & obliviſcuntur animæ, & recordantur. Si qua corporis ratio incutit oblivionem, quomodo contrariam eius admittet recordationem? quia & ipſa poſt oblivionem recordatio, memoria recidiua eſt: quod ptimæ memoriæ aduerſatur, cur non & ſecundæ refragatur? Poſtremò, qui magis reminiſcerentur quàm pueruli, vt recentiores animæ, vt nondum immerſæ domeſticis, ac publicis curis, vt ipſis ſolis deditæ ſtudijs, quorum diſcentiæ reminiſcentiæ fiunt? Immò cur non ex æquo omnes recordamur, cùm ex æquo omnes obliviſcamur? Sed tantummodò philoſophi: nè hi quidem omnes. Plato ſcilicet ſolus in tanta gentium ſilva, in tanto ſapientium prato, idearum & oblitus, & recordatus eſt. Igitur ſi nullo modo conſiſtit argumentatio iſta præcipua, totum illud pariter everſum eſt, cui accommodata eſt, vt animæ & innatæ, & in cœleſtibus converſatæ, & conſciæ divinorum illic, & inde delatæ, & hìc recordatæ crederentur, ad occaſiones planè hæreticis ſubminiſtrandas.

CAPVT XXV.

Arguit Stoicos, & ipſum Platonem, dicentes, poſt partum, animam induci in corpus, expulſu frigidi aëris, aut primæ ſpiratione.

In p. ad circa f. V. fœtus, 1. Et circa f. V. Animæ vis, 14. & 5.

IAM nunc regrediar ad cauſam huius exceſſus, vt reddam quomodo animæ ex vna redundent, quando, & vbi, & qua ratione ſumantur: de qua ſpecie nihil refert, à philoſopho, an ab hæretico, an à vulgo quæſtio occurrat. Nulla intereſt profeſſoribus veritatis de adverſarijs eius, maximè tam audacibus, quam ſunt primò iſti qui præſumunt non in vtero concipi animam, nec cum carnis figulatione compingi atque produci; ſed effuſo iam partu, nondum viuo infanti extrinſecus imprimi: cæterùm, ſemen ex concubitu muliebribus locis ſequeſtratum, motuque naturali vegetatum compingueſcere in ſolam ſubſtantiam carnis: eam editam, & de vteri fornace fumantem, & calore ſolutam, vt ferrum ignitum, & ibidem frigidæ immerſum, ita aëris rigore percuſſam, & vim animalem rapere, & vocalem ſonum reddere. Hoc Stoïci cum Æneſidemo, & ipſe interdum Plato, quum dicit, Perinde animam extraneam aliàs, & extorrem vteri, prima adſpiratione naſcentis infantis adduci, ſicut exſpiratione nouiſſima educi. Videbimus an ſententiam finxerit. Nè ex Medicis quidem defuit Hiceſius, & naturæ, & artis ſuæ prævaricator. Puduit, opinor, illos hoc ſtatuere, quod fœminæ agnoſcerent. At quantò ruboratior exitus, à fœminis reuinci, quàm probari? In iſta namque ſpecie nemo tam idoneus magiſter, arbiter, teſtis, quàm ſexus ipſius. Reſpondete matres, voſque prægnantes, voſque puerperæ; ſteriles & maſculi taceant; veſtræ naturæ veritas quæritur, veſtræ paſſionis fides convenitur; an aliquam in fœtu ſentiatis vivacitatem, alienam de veſtro? de quo palpitent ilia, micent latera, tota ventris ambitio pulſetur, vbique ponderis regio mutetur? an hi motus gaudia veſtra ſint, & certa ſecuritas, quòd ita infantem & viuere confidatis, & ludere? an ſi defierit inquies eius, illi prius pertimeſcatis? an & audiat iam in vobis, quum ad novum ſonum excutitur? an & ciborum vanitates illi deſideretis, illi etiam faſtidiatis? an & valetudinibus invicem communicetis? ille quidem vſque eò, de contuſionibus veſtris, quibus & ipſe intus per eadem membra ſignatur, rapiens ſibi injurias matris. Si liuor, ac rubor ſanguinis paſſio eſt, ſine anima non erit ſanguis: ſi valetudo animæ acceſſio eſt, ſine anima non erit valetudo: ſi alimonia, inedia, crementa, decrementa, pavor, motus, tractatio eſt animæ, his qui fungitur, vivet: denique deſinit vivere, qui deſinit fungi: denique & mortui eduntur, quomodo, niſi & vivi? qui autem & mortui, niſi qui prius vivi? Atquin & in ipſo

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

adhuc vtero infans trucidatur, neceſſaria crudelitate, quum in exitu obliquatus denegat partum; matricida, ni moriturus. Itaque & inter arma medicorum & organon eſt, quo prius pateſcere ſecreta coguntur, tortili temperamento, cum anulocultro, quo intus membra cæduntur, anxio arbitrio; cum hebete vnco, quo totum facinus extrahitur, violento puerperio. Eſt etiam æneum ſpiculum, quo jugulatio ipſa dirigitur, cæco latrocinio: ἐμβρυοσφάκτην appellant, de infanticidii officio, vtique viventis infantis peremptorium: hoc & Hippocrates habuit, & Aſclepiades, & Eraſiſtratus, & maiorum quoque proſector Herophilus, & mitior ipſe Soranus, certi animal eſſe conceptum, atque ita miſerti infeliciſſimæ huiuſmodi infantiæ, vt prius occidatur, nè viva lanietur. De qua ſceleris neceſſitate nec dubitabat credo Hiceſius, iam natis animam ſuperducens ex aëris frigidi pulſu, quia & ipſum vocabulum animæ penès Græcos, de refrigeratione reſpondeat. Num ergo Barbaræ Romanæque gentes aliter animantur, quia animam aliud quid, quàm ψυχὴν cognominaverunt? Quantæ verò nationes ſub ferventiſſimo axe cenſentur, colorem quoque excoctæ? Vnde illis anima, quibus aëris rigor nullus? Taceo cubiculares æſtus, & omnem illic caloris paraturam enitentibus neceſſariam, quas adflari vel maximè periculum eſt. In ipſis penè balneis fœtus elàbitur, & ſtatim vagitus auditur. Cæterùm, ſi aëris rigor theſaurus eſt animæ, extra Germanias, & Scythias, & Alpes, & Argæos nemo debuit naſci. Atquin & populi frequentiores apud orientalem, & meridialem temperaturam, & ingenia expeditiora, omnibus Sarmatis etiam mente torpentibus. Et animi enim de rigoribus ſcitiores provenirent, ſi animæ de friguſculis evenirent: cum ſubſtantia enim & vis. His ita præſtructis, poſſumus illos quoque recogitare, qui exſecto matris vtero vivi aërem hauſerunt, Liberi aliqui & Scipiones. Quod ſi qui, vt Plato, perinde non putat duas animas in vnum convenire, ſicut nec corpora, ego illi non modo duas animas in vnum congeſtas oſtendiſſem, ſicut & corpora in fœtibus, verum & alia multa cum anima conſerta, dæmonis ſcilicet,
Luc. 8. 2. nec vnius, vt in Socrate ipſo; verùm & ſeptenarij ſpiritus, vt in Magdalena; &
Marc 16. 9. legionarij numeri, vt in Geraſeno, quò facilius anima cum anima conſeretur ex
Marc. 5. 1. 9. ſocietate ſubſtantiæ, quàm ſpiritus nequam ex diverſitate naturæ. At idem in ſexto Legum, monens cavere ne vitiatio ſeminis ex aliqua vilitate concubitus, labem corpori & animæ ſupparet, neſcio de priſtinis magìs, an dè iſta ſententia ſibi exciderit. Oſtendit enim animam de ſemine induci, quod curari monet, non dè prima aſpiratione naſcentis. Vnde, oro te, ſimilitudine animæ quoque parentibus de ingeniis reſpondemus, ſecundùm Cleanthis teſtimonium, ſi non ex animæ ſemine educimur? Cur autem & veteres Aſtrologi genituram hominis ab initio conceptus digerebant, ſi non exinde & anima eſt, ad quam æquè pertinet ſi quid eſt ſtatus?

CAPVT XXVI.

Præfatam Stoïcorum ſententiam, Scripturæ ſanctæ Authoritate refellit.

In p. V. Philoſophi, 2 in m. Per totum. V. fœtus, 2.

SED omnis inæqualitas ſententiæ humanæ vſque ad Dei terminos: in noſtras iam lineas gradum colligam, vt quod Philoſophis Mediciſque reſpondi, Chriſtiano probem. Dè tuo, frater, fundamento fidem ædifica: Aſpice viventes vteros ſanctiſſimarum fæminarum, nec modò ſpirantes iam illic infantes, verùm etiam prophe-
Gen. 25. 22. tantes. Ecce viſcera Rebeccæ inquietantur, & longè adhuc partus, & aëris nullus impulſus. Ecce duplex fœtus in locis matris tumultuatur, & nuſquam adhuc populi duo. Portentoſa forſitan petulantia infantiæ, antè certantis quàm viventis, antè animoſæ quàm animatæ, ſi tantummodò matrem ſubſultando turbaſſet. At cùm partus aperitur, & numerus inſpicitur, & auguratus recognoſcitur, puto iam non animæ ſo-
Gen. 25. 25. lummodò probantur infantium, ſed & pugnæ. Detinebatur qui prævenerat naſci à prævento, nec dum plenius edito, tantùm manu nato. Et ſi ipſe animam de prima aſpiratione putabat Platonico more, aut de aëris rigore carpebat Stoïca forma, quid ille qui expectabatur, qui adhuc intus detinebatur, & foris iam detinebat? Nondum opinor ſpirans plantam fratris invaſerat, etiam nunc calens matre, ſe priorem prodiſſe cupiebat. O infantem & æmulum, & validum, & olim contentioſum, credo quia vivum. Aſpice etiam ſingulares conceptus, & quidem monſtroſiores, ſterilis, & virginis, quæ vel hoc ipſo imperfectos edere potuiſſent pro everſione naturæ, vt altera ſemini ſtupida, altera intacta. Decebat, ſi fortè, ſine anima naſci, qui fuerant
Luc. 1. 7. 31. non ritè concepti: ſed & illi vivunt, in ſuo quiſque vtero: exultat Elizabeth, Ioannes

intus impulerat: glorificat Dominum Maria, Chriſtus intus inſtinxerat. Agnoſcunt matres ſuos invicem fœtus, agnitæ mutuò ab ipſis vtique viventibus, qui non tantùm animæ erant, verùm & ſpiritus. Sic & ad Hieremiam legis Dei vocem: [a] *Prius quam te in vtero fingerem, novi te.* Si fingit Deus in vtero, & afflat ex primordij forma, [b] *Et finxit Deus hominem, & flavit in eum flatum vitæ.* Nec noſſet autem hominem Deus in vtero, niſi totum, [c] *Et priuſquam exires de vulva, ſanctificavi te*: & mortuum adhuc corpus? vtique nequaquam. [d] *Deus enim vivorum, non mortuorum.*

[a] Hier. 1. 5. [b] Gen. 2. 7. [c] Hier. 1. 5. [d] Marc. 12. 27. Luc. 20. 38.

CAPVT XXVII.

Animæ corporiſque ſubſtantiam ſimul concipi, & confici, & perfici, definit erroneè; Animam dicens ortam ex traduce.

Per totum. In Alphab. Errorum. V. Anima ex traduce, 4. Et in m. V. Luxuria, 6. Et V. Luxuria, 11.

QVOMODO igitur animal conceptum? ſimulnè conflata vtriuſque ſubſtantia corporis animæque, an altera earum præcedente? immò ſimul ambas & concipi, & confici, & perfici dicimus, ſicut & promi, nec vllum intervenire momentum in conceptu, quo locus ordinetur. Recogita enim de noviſſimis prima: ſi mors non aliud determinatur, quàm disjunctio corporis animæque; contrarium morti vita non aliud definietur, quàm coniunctio corporis animæque: ſi disjunctio ſimul vtrique ſubſtantiæ accidit per mortem, hoc debet coniunctionis forma mandaſſe pariter obvenientis per vitam vtrique ſubſtantiæ. Porro vitam à conceptu agnoſcimus, quia animam à conceptu vindicamus. Exinde enim vita quo anima: pariter ergo in vitam compinguntur, quæ pariter in mortem ſeparantur. Tunc ſi alteri primatum damus, alteri ſecundatum, ſeminis quoque diſcernenda ſunt tempora, pro ſtatu ordinis; & quando collocabitur corporis ſemen, quando animæ? immò ſi tempora ſeminum dividentur, & materiæ diverſæ habebuntur, ex diſtantia temporum. Nam etſi duas ſpecies confitebimur ſeminis, corporalem & animalem; indiſcretas tamen vindicamus, & hoc modo contemporales, eiuſdemque momenti. Nè itaque pudeat neceſſariæ interpretationis: natura veneranda eſt, non erubeſcenda: concubitum libido, non conditio fœdavit: exceſſus, non ſtatus eſt impudicus. Siquidem benedictus ſtatus apud Deum: [a] *Creſcite, & in multitudinem proficite.* Exceſſus verò maledictus, adulteria, & ſtupra, & lupanaria. In hoc itaque ſolenni ſexuum officio, quod marem ac fœminam miſcet, in concubitu dico communi, ſcimus & animam & carnem ſimul fungi; animam concupiſcentia, carnem opera; animam inſtinctu, carnem actu. Vnico igitur impetu vtriuſque, toto homine concuſſo deſpumatur ſemen totius hominis, habens ex corporali ſubſtantia humorem, ex animali calorem. Et ſi frigidum nomen eſt anima Græcorum, quare corpus exempta ea friget? Denique, vt adhuc verecundia magis pericliter, quàm probatione, in illo ipſo voluptatis vltimo æſtu, quo genitale virus expellitur, nonnè aliquid de anima quoque ſentimus exire? atque adeò marceſcimus, & devigeſcimus cum lucis detrimento? Hoc erit ſemen animale protinus ex animæ deſtillatione, ſicut & virus illud corporale ſemen, ex carnis defæcatione. Fideliſſima primordij exempla. De limo caro in Adam: quid aliud limus, quàm liquor opimus? inde erit genitale virus. Ex adflatu Dei anima: quid aliud adflatus Dei, quàm vapor ſpiritus? inde erit quod per virus illud efflamus. Quum igitur in primordio duo diverſa atque diviſa, limus & flatus, vnum hominem coëgiſſent, confuſæ ſubſtantiæ ambæ, iam in vno ſemina quoque ſua miſcuerunt, atque exhinde generi propagando formam tradiderunt; vt & nunc duo licet diverſa, etiam vnita pariter effluant, pariterque inſinuata ſulco, & arvo ſuo, pariter hominem ex vtraque ſubſtantia effruticent, in quo rurſus ſemen ſuum inſit ſecundùm genus, ſicut omni conditioni genitali præſtitutum eſt. Igitur ex vno homine tota hæc animarum redundantia agitur; obſervante ſcilicet natura Dei edictum, [b] *Creſcite, & in multitudinem proficite.* Nam & in ipſa præfatione operis vnius, *Faciamus hominem*, vniverſa poſteritas pluraliter prædicata eſt: *Et præſint piſcibus maris*: nihil mirum, repromiſſio ſegetis in ſemine.

[a] Gen. 1. 28. Gen. 2. 7. [b] Gen. 1. 28. Ibid. 26.

CAPVT XXVIII.

Metempſycoſin ſive revolubilem Animarum in corpora tranſmigrationem à Platone iuxta Pythagoram aſſertam impugnat.

Per totum. V. Metempſychoſis, 1. Et in p. V. verbum Dei, 1. Et à. m. V. mendax. Et in f. V. magia, 3.

QVIS ille nunc vetus ſermo apud memoriam Platonis, de animarum reciproco diſcurſu; quòd hinc abeuntes eånt illuc, & rurſus huc veniant & vivant, & dehinc è vita abeant: rurſus ex mortuis effici vivos? Pythagoricus, vt volunt, quin & divinus, vt Albinus exiſtimat, aut Mercurij ſorſitan Ægyptij. Sed nullus ſermo divinus, niſi Dei vnius, quo Prophetæ, quo Apoſtoli, quo ipſe Chriſtus intonuit: multò antiquior Moyſes etiam Saturno, nongentis circiter annis, nedum pronepotibus eius; certè divinior multò, qui decurſus generis humani, ab exordio mundi quoque, per ſingulas nativitates nominatim temporatimque digeſſit; ſatis probans divinitatem operis, ex divinatione vocis. Si verò Samius Sophiſta Platoni auctor eſt, animarum de recidivatu revolubili ſemper ex alterna mortuorum, atque viventium ſuffectione, certè ille Pythagoras, etſi bonus cætera, tamen vt hanc ſententiam extrueret, non turpi modo, verum etiam temerario mendacio incubuit. Cognoſce qui neſcis, & crede nobiſcum: mortem ſimular, ſubterraneo latitat, ſeptenni ſe illic patientia damnat, intereà quæ de poſteris defunctis ad ſidem rerum eſſet relaturus, ab vnica conſcia & miniſtra matre cognoſcit: vt ſatìs ſibi viſus eſt corpulentiam interpolaſſe, ad omnem mortui veteris horrorem; de adytis fallaciæ emergit, vt ab inferis redditus: quis non crederet revixiſſe, quem crediderat obiſſe? audiens præſertim ab eo, quæ de poſteris mortuis, niſi apud inſeros, non videretur cognoſcere potuiſſe: ſic ex mortuis vivos effici ſenior ſermo eſt: quid enim ſi & iunior? neque veritas deſiderat vetuſtatem, neque mendacium devitat novellitatem. Teneo planè falſum, antiquitate generoſum; quidni falſum, cuius teſtimonium quoque ex falſo eſt? quomodo credam non mentiri Pythagoram, qui mentitur vt credam? quomodo mihi perſuadebit Æthalidem, & Euphorbum, & Pyrrhum piſcatorem, & Hermotimum ſe retro antè Pythagoram fuiſſe, vt perſuadeat vivos ex mortuis effici, qui iterum ſe Pythagoram peieravit? Quantò enim credibilius ipſe ex ſemetipſo ſemel rediſſet in vitam, quàm totiens alius atque alius? tantò & in durioribus fefellit, qui molliora mentitus eſt. Sed clypeum Euphorbi olim Delphis conſecratum recognovit, & ſuum dixit, & de ſignis vulgo ignotis probavit. Reſpice ad hypogeum eius, &, ſi capit, crede. Nam qui talem commentus eſt ſtropham, cum injuria bonæ valetudinis, cum fraude vitæ ſeptennio excruciatæ infra terram inedia, ignavia, vmbra; cui tanti fuit faſtidium cœli; quam non acceſſerit temeritatem? quam non tentaverit curioſitatem? vt ad notam clypei illius perveniret? Quid autem, ſi in hiſtoriis aliquibus occultioribus reperit? quid ſi defectæ iam traditionis ſuperſtites aliquas famæ aurulas hauſit? quid ſi ab æditus redempta clam inſpectione cognovit? Scimus etiam Magiæ licere explorandis occultis per catabolicos, & paredros, & Pythonicos ſpiritus. Non enim & Pherecydes Pythagoræ magiſter, his forſan artibus divinabat, nè dicam ſomniabat? Quid ſi idem dæmon in illo fuit, qui & in Euphorbo res ſanguinis geſſit? Denique, qui ſe Euphorbum ex argumento clypei probarat, cur neminem Trojanorum commilitonum æquè recognovit? Nam & illi iam revixiſſent, ſi viui ex mortuis fierent.

CAPVT XXIX.

Licet ex vivis, mortui fiant; non tamen ideo vivi renaſcuntur ex mortuis.

Per totum. V. Metempſychoſis, 1.

MORTVOS quidem ex vivis effici conſtat, non ideo tamen & ex mortuis vivos. Ab initio enim, vivi priores; vnde ab initio æquè mortui poſteriores: non aliunde quàm ex vivis: illi habuerunt vnde potius orirentur, dum nè ex mortuis: iſti non habuerunt vnde magìs deducerentur, niſi ex vivis. Igitur ſi ab initio vivi non ex mortuis, cur poſtea ex mortuis? Defecerat ille quicunque eſt origini fons? An formæ pœnituit? & quomodo in mortuis ſalva eſt? Non quia ab initio mortui ex vivis, idcirco ſemper ex vivis? Aut enim in vtraque parte forma initij perſeveraſſet, aut in vtraque mutaſſet. Si vivos ex mortuis poſtea fieri oportuerat, perinde oporteret etiam non ex vivis effici mortuos. Si non peræquare deberet fides

inſtitutionis,

inſtitutionis, non vſquequaque contraria ex contrarijs reformari alternant. Et nos enim opponemus contrarietates nati & innati, viſualitatis & cæcitatis, iuuentæ & ſenectæ, ſapientiæ & inſipientiæ: nec tamen ideo innatum de nato prouenire, quia contrarium ex contrario fiat: nec viſualitatem iterum ex cæcitate, quia de viſualitate cæcitas accidat: nec iuventam rurſus de ſenecta reviviſcere, quia ex iuventa ſenecta marceſcat: nec inſipientiam ex ſapientia denuò obtundi, quia ex inſipientia ſapientia acuatur. Hæc & Albinus Platoni ſuo veritus, ſubtiliter quærit contrarietatum genera diſtinguere: quaſi non & hæc tam abſolutè in contrarietatibus poſita ſint, quàm & illa quæ ad ſententiam magiſtri ſui interpretatur, vitam dico & mortem: nec tamen ex morte vita reddatur, quia ex vita mors deferatur.

CAPVT XXX.

Si ex mortuis hominibus, ſemper vivi reproducuntur, oportet vnum prorſus eundemque fuiſſe hominum numerum: Cùm tamen inveniamus paulatim multiplicatum eſſe genus humanum, ſicut etiam paulatim deficit moriendo.

Per totum. V. Metempſychoſis, 1.

QVID autem ad cætera reſpondebimus? Primò enim, ſi ex mortuis vivi, ſicut mortui ex viuis, vnus omnino & idem numerus ſemper hæſiſſet omnium, ille ſcilicet numerus qui primus vitam introïſſet. Priores enim mortuis vivi, dehinc murtui ex viuis, & rurſus ex mortuis vivi. Et dum hoc ſemper ex iiſdem, ita totidem ſemper, qui ex iiſdem: neque plures, aut pauciores exiſſent, quàm redirent. Inuenimus autem apud commentarios etiam humanarum antiquitatum, paulatim humanum genus exuberaſſe, dum Aborigines, vel vagi, vel extorres, vel glorioſi quique occupant terras, vt Scythæ Parthicas, vt Amyclæ Peloponneſum, vt Athenienſes Aſiam, vt Phryges Italiam, vt Phœnices Africam, dum ſolennes etiam migrationes, quas ἀποικίας appellant, conſilio exonerandæ populatitatis, in alios fines examina gentis eructant. Nam & Aborigines nunc in ſuis ſedibus permanent, & alibi amplius gentilitatem fœneraverunt. Certè quidem ipſe orbis in promptu eſt, cultior de die, & inſtructior priſtino. Omnia iam peruia, omnia nota, omnia negotioſa; ſolitudines famoſas retro fundi amœniſſimi oblitteraverunt; ſilvas arva domuerunt; feras pecora fugaverunt; arenæ ſeruntur, ſaxa panguntur, paludes eliquantur; tantæ vrbes iam, quantæ non caſæ quondam. Iam nec inſulæ horrent, nec ſcopuli terrent; vbique domus, vbique populus, vbique reſpublica, vbique vita. Summum teſtimonium frequentiæ humanæ, oneroſi ſumus mundo, vix nobis elementa ſufficiunt, & neceſſitates artiores, & querelæ apud omnes, dum iam nos natura non ſuſtinet. Reuerà lues, & fames, & bella, & voragines ciuitatum, pro remedio deputanda, tanquam tonſura inoleſcentis generis humani; & tamen quum eiuſmodi ſecures maximam mortalium vim ſemel cædant, nunquam reſtitutionem eius vivos ex mortuis reducentem, poſt mille annos, ſemel orbis expauit. Et hoc enim ſenſibile feciſſet æqua vis amiſſionis, & reſtitutionis, ſi vivi ex mortuis fierent. Cur autem mille annis pòſt, & non ſtatim, ex mortuis vivi? quum ſi non ſtatim ſuppatetur quod erogatur, in totum abſumi periclitetur, præueniente reſtitutionem defectione: quia nec pariaſſet commeatus hic vitæ milliario tempori, longè ſcilicet breuior, & idcirco facilior ante extingui, quàm redaccendi. Igitur quæ huc modo intercidiſſet, ſi vivi ex mortuis fierent, quando non intercidit, non erit credendum vivos ex murtuis fieri.

CAPVT XXXI.

Si ſingulæ Animæ in ſingula corpora reuerterentur, vt vult Pythagoras, eadem ætate, inſtituto, ingenio, arte, ſexu, dignitate, & gente, reuerti deberent, qua moriendo deceſſerunt; quod tamen ipſe non admittit.

Per totum. V. Metempſychoſis, 1.

IAM verò ſi ex mortuis vivi, vtique ſinguli ex ſingulis. Singulorum ergo corporum animas, vt ſingulas in ſingula corpora reuerti oportuerat. Porro ſi & binæ, & trinæ, & quinæ vſque vno vteru reſumuntur, non erunt ex mortuis vivi, quia non ſinguli ex ſingulis. Et hoc autem modo primordij forma ſingulatur, quum & nunc plures animæ de vna proferuntur. Item, quum varia ætate decedant animæ, cur vna revertuntur? omnes enim ab infantia imbuuntur. Quale eſt autem vt ſenex defunctus, infans reuertatur? ſi decreſcit foris anima retrogtada ætate quantò

magìs erat vt progreſſior reverteretur mille pòſt annis? Certè vel coætanea ſuæ mortis, vt ævum quod reliquiſſet, iterum recepiſſet. Sed & ſi eædem ſemper revoluerentur, licet non corporum quoque ſormas eaſdem, tamen vel ingeniorum, & ſtudiorum, & adſectionum priſtinas proprietates ſecum referre deberent; quoniam temerè eædem haberentur, carentes iis per quæ eædem probarentur. Vnde ſcias, inquis, an ita quidem fiat occultè, ſed conditio milliarij ævi interimat ſacultatem recenſendi, quia ignotæ tibi revertuntur. Atquin, ſcio non ita fieri, quum Pythagoram, Euphorbum mihi opponis: ecce enim, Euphorbum militatem & bellicam animam ſatis conſtat, vel de ipſa gloria clypeorum conſecratorum: Pythagoram verò tam reſidem & imbellem, vt prœlia tunc Græciæ vitans, Italiæ maluerit quietem; Geometriæ, & Aſtrologiæ, & Muſicæ deuotus, alienus ſtudio & affectu Euphorbi. Sed & Pyrrhus ille fallendis piſcibus agebat; Pythogoras contrà nec edendis, vt animalibus abſtinens. Æthalides autem, & Hermotimus ſabam quoque in pabulis communibus intuerat; Pythagoras verò nè per ſabalia quidem tranſeundum diſcipulis ſuis tradidit. Quomodo ergo eædem animæ recuperantur, quæ nec ingeniis, nec inſtitutis iam, nec victibus eædem probabuntur. Iam nunc, de tanto Græciæ cenſu, quatuor ſolæ animæ recenſentur. Sed & quid vtique de ſolo Græciæ cenſu, vt non ex omni gente, ex omni ætate, ac dignitate, ex omni denique ſexu, & μετεμψυχώσεις & μετενσωματώσεις quotidie exiſtant, cur ſolus Pythagoras alium atque alium ſe recognoſcat, non & ego? aut ſi priuilegium philoſophorum eſt, & vtique Græcorum, quaſi non & Scythæ, & Indi philoſophentur, cur neminem ſe retro meminit Epicurus, neminem Chryſippus, neminem Zeno, ne ipſe quidem Plato, quem forſitan Neſtorem credidiſſemus, ob mella facundiæ.

CAPVT XXXII.

Empedoclis error maior Pythagoreo: beſtias enim ex hominibus, & homines ex beſtijs reformari ſenſit.

Per totum. V. Metempſychoſis, 1.

SED ENIM Empedocles, quia ſe deum delirarat, idcirco opinor dedignatus aliquem ſe heroum recordari, Thamnus, & piſcis fui, inquit: cur non magìs & pepo, tam inſulſus; & chamæleon, tam inflatus? Planè vt piſcis, nè aliqua ſepultura conditiore puteſceret, aſſum ſe maluit, in Ætnam præcipitando: atque exinde in illo finita ſit metenſomatoſis, vt æstiva cœna poſt aſſum. Perinde igitur & hìc dimicemus neceſsè eſt aduerſus portentoſiorem præſumptionem, beſtias ex hominibus, & homines ex beſtijs revolventem. Viderint thamni. Licebit & raptim; ne plus ridere, quàm docere cogamur. Dicimus animam humanam nullo modo in beſtias, poſſe transferri, etiamſi ſecundùm philoſophos, ex elementicijs ſubſtantijs cenſeretur. Sive enim ignis anima, ſive aqua, ſive ſanguis, ſive ſpiritus, ſive aër, ſive lumen, recogitare debemus contraria quæque ſingulis ſpeciebus animalia: igni quidem ea quæ rigent; colubros, ſtelliones, ſalamandras; & iam quæcunque de æmulo producentur elemento, de aqua ſcilicet; perinde contraria, vtique illa, quæ arida & exſuccida: denique ſiccitatibus gaudent locuſtæ, papiliunculi, chamæleontes. Item contraria ſanguini, quæ carent purpura eius, cochleas, vermiculos, & maiorem piſcium cenſum. Spiritui verò contraria, quæ ſpirare non videntur, carentia pulmonibus & arterijs, culices, ſormicas, tineas, & hoc genus minutalia. Item aëri contraria, quæ ſemper ſubterraneum, & ſubaquaneum viventia, carent hauſtu eius. Res magis quàm nomina noveris. Item contraria lumini, quæ cæca in totum, vel ſolis tenebris habent oculos, talpas, veſperugines, noctuas. Hæc, vt ex apparentibus, & maniſeſtis ſubſtantijs doceam. Cæterùm, ſi & atomos Epicuri tenerem, & numeros Pythagoræ viderem, & ideas Platonis offenderem, & entelechias Ariſtotelis occuparem, inuenirem fors his quoque ſpeciebus animalia, quæ nomine contrarietatis opponerem. Contendo enim, ex quacunque ſubſtantia ſupradicta conſtitiſſet humana anima, non potuiſſe eam in tam contraria vnicuique ſubſtantiæ animalia reformari, & cenſum eis de ſua tranſlatione conferre, à quibus excludi ac reſpui magìs haberet, quàm admitti, & capi; nomine huius primæ contrarietatis, quæ ſubſtantivi ſtatus diverſitatem committit, tunc & reliquæ per conſequentem ordinem cuiuſque naturæ. Nam & ſedes alias humana anima ſortita eſt, & victus, & inſtructus, & ſenſus, & adfectus, & concubitus, & fœtus: item ingenia; tum opera, gaudia, tædia, vitia, cupidines, voluptates, valetudines, medicinas; ſuos poſtremò, & vitæ modos, & exitus mortis.

Quomodo igitur illa anima quæ terris inhærebat, nullius ſublimitatis, nullius profunditatis intrepida, aſcenſu etiam ſcalarum fatigabilis, ſubmerſu etiam piſcinarum ſtrangulabilis, aëri poſtea inſultabit in aquila, aut mari poſtea deſultabit in anguilla? Quomodo item pabulis liberalibus, & delicatis, atque curatis educata, non dico paleas, ſed ſpinas, & agreſtes amaritudines frondium, & beſtias ſterquiliniorum, vermium etiam venena ruminabit, ſi in capram tranſierit, vel in coturnicem: immò & cadaverinam, immò & humanam, ſui vtique memor in vrſo, & leone? Sic & cætera ad incongruentiam rediges, nè ſingulis perorandis immoremur. Ipſius animæ humanæ quiſquis modus, quæcunque menſura, quid faciet in amplioribus longe vel minutioribus animalibus? Neceſsè eſt enim & corpus omne anima compleri, & animam omnem corpore obduci. Quomodo ergo anima hominis complebit elephantum? quomodo item obducetur in culice? Si tantum extendetur aut contrahetur, profectò periclitabitur. Et ideo adjicio, ſi nulla ratione capax eſt huiuſmodi tranſlationis in animalia, nec modulis corporum, nec cæteris naturæ ſuæ legibus adæquantia, nunquid ergo demutabitur ſecundùm qualitates generum, & vitam eorum contrariam humanæ vitæ, facta & ipſa contraria humanæ per demutationem? Enimverò ſi demutationem capit amittens quod fuit, non erit quæ fuit; & ſi quæ fuit, non erit, ſoluta eſt metenſomatoſis, non adſcribenda ſcilicet ei animæ, quæ ſi demutabitur, non erit. Illius enim metenſomatoſis dicetur, quæcunque eam in ſuo ſtatu permanendo pateretur. Igitur ſi nec mutari poteſt, nè non ſit ipſa, nec permanere in ſtatu, quia contraria non capit, quæro adhuc cauſam aliquam fide dignam huiuſmodi tranſlationis. Nam etſi quidam homines beſtijs adæquantur, pro qualitatibus morum, & ingeniorum, & adfectuum, quia & Deus, [a] *Adſimilatus eſt*, inquit, *homo irrationabilibus iumentis*; non ideo milui ex rapacibus fient, & canes ex ſpurcis, & pantheræ ex acerbis, aut oves ex probis, & hirundines ex garrulis, & columbæ ex pudicis; quaſi eadem ſubſtantia animæ vbique naturam ſuam in animalium proprietatibus repetat. Aliud eſt autem ſubſtantia, aliud natura ſubſtantiæ. Siquidem ſubſtantia propria eſt rei cuiuſque, natura verò poteſt eſſe communis. Suſcipe exemplum. Subſtantia eſt lapis, ferrum: duritia lapidis & ferri, natura ſubſtantiæ eſt. Duritia communicat, ſubſtantia diſcordat. Mollitia lanæ, mollitia plumæ, pariant naturalia earum, ſubſtantiva non pariant. Sic & ſi ſæva beſtia, vel proba vocetur homo, ſed non eadem anima. Nam & tunc naturæ ſimilitudo notatur, cùm ſubſtantiæ diſſimilitudo conſpicitur. Ipſum enim, quòd hominem ſimilem beſtiæ iudicas, confiteris animam non eandem; ſimilem dicendo, non ipſam. Sic & divina pronuntiatio ſapit, pecudibus adæquans hominem natura, non ſubſtantia. Cæterùm, nec Deus hominem hoc modo notaſſet, ſi pecudem de ſubſtantia noſſet.

[a] Pſal. 48. 21.

CAPVT XXXIII.

Perperam volunt hoc dogma fulcire, divini iudicij exercendi prætextu. Magis quippe euacuatur & contemnitur ſi nulla alia bonis merces, & malis pœna taxatur, quàm reſtitutio in animalium corpora.

In p. V. Metempſychoſis, 1. A. p. V. animæ Immortalitas, 6. Et V. Metempſychoſis, 4. A. m. ad circa f. ibid 5. In f. V. Iudicium extremum æternum, 2.

ETIAM quum iudicij nomine vindicatur hoc dogma, quòd animæ humanæ, pro vita, & meritis genera animalium ſortiantur, iugulandæ quæque in occiſorijs, & ſubigendæ quæque in famulatorijs, & fatigandæ in operarijs, & fœdandæ in immundis; perinde honorandæ, & diligendæ, & curandæ, & adpetendæ in ſpecioſiſſimis, & probiſſimis, & vtiliſſimis, & delicatiſſimis. Et hîc dicam: Si demutantur, non ipſæ diſpungentur, quæ merebuntur: euacuabitur ratio iudicij, ſi meritorum deerit ſenſus: deerit autem ſenſus meritorum, ſi ſtatus verterit animarum: vertit autem ſtatus animarum, ſi non eædem perſeveraverint. Æquè ſi perſeveraverint in iudicium: quod & Mercurius Ægyptius novit, dicens animam digreſſam à corpore, non refundi in animam vniverſi, ſed manere determinatam, vti rationem (inquit) patri reddat eorum quæ in corpore geſſerit. Volo iudicij vtique divini iuſtitiam, gravitatem, maieſtatem, dignitatem recenſere; ſi non ſublimiore faſtigio præſidet humana cenſura, plenior vtriuſque ſententiæ honore, pœnarum, & gratiarum; ſeverior in vlciſcendo, & liberalior in largiendo. Quid putas futuram animam homicidæ? aliquod credo pecus, laniena & macello deſtinatum, vt perinde iuguletur, quia & ipſa iugulaverit; perinde decorietur, quia & ipſa deſpoliaverit; perinde in pabulum proponatur, quia

& ipſa beſtijs objecerit eos, quos in ſylvis, & aviis trucidaverit. Si ita iudicabitur,
nonnè illa anima plus ſolatij, quam ſupplicij relatura eſt? quòd funus inter cocos pre-
tioſiſſimos invenit, quòd condimentis Apicianis, & Lurconianis humatur, quòd
menſis Ciceronianis inſertur, quòd lancibus ſplendidiſſimis Syllanis effertur, quòd
exequias convivium patitur, quòd à coæqualibus devoratur potius, quàm à miluis, &
lupis; vt in hominis corpore tumulata, & in ſuum genus regreſſa, reſurrexiſſe videa-
tur, exultans adverſus humana iudicia, ſi ea experta eſt. Namque illa ſicarium variis,
& exquiſitis, & iam præter naturam eruditis ſeris diſſipant, & quidem viventem,
immò nec facilè morientem, curata mora finis ad plenitudinem pœnæ: ſed & ſi ani-
ma præfugerit, vltimo gladio; nè corpus quoque evaſerit ferrum, nihilominus iu-
gulo, ventreque confoſſis, coſtiſque transfixis, compenſatio proprij facinoris exigi-
tur: inde in ignem datur, vt & ſepultura puniatur: aliter denique non licet: nec
tamen tanta eſt rogi cura, vt reliquias aliæ beſtiæ inveniant: certè nec oſſibus parci-
tur, nec cineribus indulgetur, nuditate plectendis. Tanta eſt apud homines homi-
Rom.13.4. cidij vindicta, quanta ipſa quæ vindicatur natura. Quis non præferat ſæculi iuſti-
tiam, quam & Apoſtolus non fruſtra gladio armatam conteſtatur, quæ pro homine,
ſæuiendo religioſa eſt? Si cæterorum quoque ſcelerum mercedem cogitemus, pati-
bula, & vivicomburia, & culleos, & vncos, & ſcopulos, cui non expediat apud Py-
thagoram, & Empedoclem ſententiam pati? Nam & qui laboribus, atque ſervitiis
puniendi, in aſinos vtique, & mulos recorporabuntur, quantum ſibi de piſtrinis, &
aquilegis rotis gratulabuntur, ſi metallorum, & ergaſtulorum, & operum publico-
rum, ipſorumque carcerum, licet otioſorum, recordentur. Perinde qui integrè mo-
rati commendaverint iudici vitam, quæro præmia; ſed potius invenio ſupplicia.
Nimirum magna merces bonis, in animalia quæcunque reſtitui. Pavum ſe meminit
Homerus, Ennio ſomniante: ſed poëtis nec vigilantibus credam. Et, ſi pulcerrimus
pavus, & quo velit colore cultiſſimus; ſed tacent pennæ, ſed diſplicet vox: & poëtæ
nihil aliud quàm cantare malunt. Damnatus eſt igitur Homerus in pavum, non ho-
noratus. Plus de ſæculi remuneratione gaudebit, pater habitus liberalium diſcipli-
narum, vt malit famæ ſuæ ornamenta, quàm caudæ. Age nunc, vt poëtæ in pavos,
vel in cycnos tranſeant, ſi vel cycnis decora vox eſt; quod animal indues viro iuſto
Æaco; quam beſtiam integræ feminæ Didoni? quam volucrem patientia, quam pe-
Pſal. 8.7. cudem ſanctimonia, quem piſcem innocentia ſortientur? Omnia ſamula ſunt homi-
nis, omnia ſubiecta, omnia mancipata. Si quid horum futurus eſt, diminoratur. Illic
ille cui ob merita vitæ imagines, ſtatuæ, & tituli, honores publici, privilegia repen-
duntur? cui curia, cui populus ſuffragiis immolat? O iudicia divina, poſt mortem
humanis mendaciora, contemptibilia de pœnis, faſtidibilia de gratis, quæ nec peſſimi
metuant, nec optimi cupiant; ad quæ magis ſceleſti, quàm ſancti quique propera-
buntque: illi, vt iuſtitiam ſæculi citius evadant; iſti, vt tardius eam capiant. Bene phi-
loſophi docetis, vtiliter ſuadetis, leviora poſt mortem ſupplicia, vel præmia; cùm ſi
quod iudicium animas manet, gravius debeat credi in diſpunctione vitæ, quàm in
adminiſtratione: quia nihil plenius, quàm quod extremius; nihil autem plenius,
quàm quod divinius. Deus itaque iudicabit plenius, quia extremius, per ſententiam
æternam, tam ſupplicij, quàm refrigerij; nec in beſtias, ſed in ſua corpora reverten-
a Matth.24. tibus animabus: & hoc ſemel, & in eum a *diem quem ſolus Pater novit*, vt pendula ex-
36. pectatione ſollicitudo fidei probetur; ſemper diem obſervans, dum ſemper ignorat;
quotidie timens, quod quotidie ſperat.

CAPVT XXXIV.

*Similis Simonis Samaritæ hæretici ſententia confunditur, qui Helenam ſuam per varios ha-
bitus fœmineos revolutam, fingebat ipſam fuiſſe Priamo exitioſiſſimam.*

Per totum. V. Metempſychoſis, 2.

NVLLA quidem in hodiernum dementiæ huiuſmodi ſententia erupit ſub no-
mine hæretico, quæ humanas animas refingat in beſtias. Sed neceſſariè hanc
quoque ſpeciem intulimus, & excluſimus; vt ſuperioribus cohærentem; quò perinde
in pavo retunderetur Homerus, ſicut in Pythagora Euphorbus: atque ita hac etiam
metempſychoſi, ſive metenſomatoſi repercuſſa, illa rurſus cæderetur, quæ aliquid
Act.8.18. hæreticis ſubminiſtravit. Nam & Simon Samarites in Actis Apoſtolorum redem-
ptor Spiritus ſancti, poſteaquàm damnatus ab ipſo, cum pecunia ſua in interitum,
fruſtra flevit, converſus ad veritatis expugnationem, quaſi pro ſolatio vltionis; ſul-

tus etiam artis ſuæ viribur, ad præſtigias virtutis alicuius, Helenam quandam Ty-
riam, de loco libidinis publicæ eadem pecunia redemit, dignam ſibi mercedem pro
Spiritu ſancto: & ſe quidem finxit ſummum patrem, illam verò iniectionem ſuam
primam, qua iniecerat angelos, & archangelos condere: huius eam propoſiti com-
potem exiliſſe de patre, & in inferiora deſultaſſe; atque illic prævenio patris propo-
ſito, angelicas poreſtates genuiſſe, ignaras patris, artificis mundi huius: ab his verò
per invidiam retentam, nè digreſſa ea, alterius genimina viderentur: & idcirco
omni contumeliæ addictam, vt nuſquam diſcedere depreciatam liberet, humanæ
quoque formæ ſuccidiſſe, velut vinculis carnis coërcendam: ita multis ævis per alios
atque alios habitus ſemininos volutatam, etiam illam Helenam fuiſſe, exitioſiſſimam
Priamo, & Steſichori poſtea oculis, quem & excæcaſſet ob convicium carminis, de-
hine reluminaſſet ob ſatisfactionem laudis: proinde migrantem eam de corporibus
in corpora, poſtrema dedecoratione, ſub titulo proſtitiſſe Helenam viliorem. Hanc Luc. 15. 4.
igitur eſſe ovem perditam, ad quam deſcenderit pater ſummus, Simon ſcilicet, &
primùm recuperata ea & revecta, neſcio humeris an feminibus, exinde ad hominum
reſpexerit ſalutem, quaſi per vindictam liberandorum ex illis angelicis poteſtatibus;
quibus fallendis, & ipſe configuratus æquè, & hominibus hominem ementitus, in
Iudæa quidem filium, in Samaria verò patrem geſſerit. O Helenam inter poëtas, &
hæreticos laborantem! tunc adulterio, nunc ſtupro infamem! niſi quòd de Troja
glorioſius eruitur, quàm de lupanari: mille navibus de Troja, nec mille denariis
forſitan de lupanari. Erubeſce Simon, tardior in requirendo, inconſtantior in re-
trahendo. At Menelaüs ſtatim inſequitur amiſſam, ſtatim repetit ereptam, decenni
prœlio extorquet, non latens, non fallens, non cavillabundus. Vereor nè ille magis
pater fuerit, qui circa Helenæ recuperationem & vigilantius, & audentius, & diu-
tius laboraverit.

CAPVT XXXV.

Carpocrates fruſtra in Heliæ reditu promiſſo, hæreſim ſuam fulcit, qua toties volebat animam in corpora reuolui, quoties minus pro delictis ſatisfeciſſet.

Per totum. V. Metempſychoſis, 3. ad circa f. Et circa m. V. Purgatorium, 1. In f. V. Ioannes Bapt. 5.

SED non tibi ſoli metempſychoſis hanc fabulam inſtruxit: inde etiam Carpo-
crates vtitur pariter magus, pariter fornicarius: etſi Helena minus: quidni?
cùm propter omimodam diuinæ, & humanæ diſciplinæ euerſionem conſtituendam,
recorporari animas adſeveraverit: nulli enim vitam iſtam ratò fieri, niſi vniverſis,
quæ arguunt eam, expunctis: quia non natura quid malum habeatur, ſed opinione:
itaque metempſychoſin neceſſariè imminere, ſi non in primo quoque vitæ huius
commeatu omnibus inlicitis ſatisfiat: ſcilicet facinora tributa ſunt vitæ: cæterùm to-
tiens animam reuocari habere, quotiens minus quid intulerit, reliquatricem delicto-
rum, [a] *donec exſolvat noviſſimum quadrantem*, detruſa identidem in carcerem corporis. a Matth. 5. 26
Huc enim temperat totam illam allegoriam Domini certis interpretationibus relu-
centem: & primò quidem ſimpliciter intelligendam: nam & ethnicus homo aduer-
ſarius noſter eſt, incedens eandem viam vitæ communis: cæterùm, [b] *oportebat nos de* b 1. Cor. 5. 10.
mundo exire, ſi cum illis conuerſari non liceret. Huic ergo bonis animi præſtes iubet,
[c] *Diligite inimicos veſtros*, inquit, *& orate pro maledicentibus vos*, nè aliquo com- c Luc. 6. 35.
mercio negotiorum iniuria provocatus, abſtrahat te ad ſuum iudicem, & in cuſto-
diam delegatus ad exſolutionem totius debiti arteris. Tum ſi in diabolum transfer- Matth. 5. 25.
tur aduerſarij mentio, ex obſeruatione comitante, cum illo quoque moneris eam
inire concordiam, quæ deputetur ex fidei conventione: pactus es enim renuntiare
ipſi, & pompæ, & angelis eius: convenit inter vos de iſto: hæc erit amicitia obſerua-
tione ſponſionis, nè quid eius poſtea reſumas ex his quæ eieraſti, quæ illi reddidiſti,
nè te vt fraudatorem, vt pacti transgreſſorem iudici Deo objiciat, ſicut eum legimus
alibi [d] *ſanctorum criminatorem, & de ipſo etiam nomine delatorem*, [e] *& iudex te tradat angelo* d Apoc 12. 10.
executionis, & ille te in carcerem mandet infernum, vnde non dimittaris, niſi modico quoque e Matth. 5.
delicto mora reſurrectionis expenſo. Quid his ſenſibus aptius? quid his interpreta- 25. 26.
tionibus verius? Cæterùm, apud Carpocratem, ſi omnium facinorum debitrix anima
eſt, quis erit inimicus & aduerſarius eius intelligendus? credo mens melior, quæ
illam in aliquid innocentiæ impegerit, adigendam rurſus ac rurſus in corpus, donec
in nullo rea deprehendatur bonæ vitæ. Hoc eſt [f] *ex malis fructibus bonam arborem* in- f Matth. 7. 17.
telligi. Id eſt, ex peſſimis præceptis, doctrinam veritatis agnoſci. Spero huiuſmodi
hæreticos, Heliæ quoque invadere exemplum, tanquam in Ioanne repræſentati, vt

g Matth.17. 12. metempſychoſi patrocinentur, prænuncio Domini: g *Helias iam venit, & non cognouerunt eum.* Et alibi, h *Et ſi vultis audire, hic eſt Helias qui venturus eſt.* Nunquid ergo &
h Matth. 11. 14. Iudæi ex opinione Pythagorica conſulebant Ioannem, i *Tu es Helias?* & non ex
i Io.1.21. prædicatione diuina, l *Et ecce mittam vobis Heliam Thesbiten?* Sedenim metempſy-
l Malach.4.5. choſis illorum, reuocatio eſt animæ iampridem morte functæ, & in aliud corpus
4.Reg.2.11. 12. iteratæ, Helias autem non ex deceſſione vitæ, ſed ex tranſlatione venturus eſt; nec corpori reſtituendus, de quo non eſt exemptus; ſed mundo reddendus, de quo eſt tranſlatus; non ex poſtliminio vitæ, ſed ex ſupplemento prophetiæ; idem & ipſe, & ſui nominis, & ſui hominis. Sed quomodo Helias Ioannes? Habes angeli vocem,
m Luc 1.17. m *Et ipſe*, inquit, *præcedet coram populo in virtute, & ſpiritu Heliæ*, non in anima eius, nec in carne. Hæ enim ſubſtantiæ ſui cuiuſque ſunt hominis. Spiritus verò, & virtus
Num.11.17. extrinſecus conferuntur ex Dei gratia, ita & transferri in alterum poſſunt ex Dei voluntate, vt factum eſt retro de Moſis ſpiritu.

CAPVT XXXVI.

Stultè Tertullianus animæ ſexum tribuit, quem ſimul cum corpore naſci putat, Anima ſcilicet effigiem ſuam à corpore deſumente, ſicut Imago cerea modulo conformatur.

A. p. In Alphab. Errorum. V. Anima ex traduce, 5. Et ad f. In Alphab. Errorum V. Animæ ſexus. Circa f. V. Maſculus.

IN has quæſtiones, inde opinor exceſſimus, quò nunc revertendum eſt. Conſtituetamus animam in ipſo, & ex ipſo ſeri homine, & vnum eſſe à primordio ſemen, ſicut & carnis in totum generis examen, propter æmulas ſcilicet opiniones philoſophorum, & hæreticorum, & illum ſermonem Platonis veternoſum. Nunc ordinem ſequentium exinde tractatuum teximus. Anima in vtero ſeminata pariter cum carne, pariter cum ipſa ſortitur & ſexum, ita pariter vt in cauſa ſexus, neutra ſubſtantia teneatur. Si enim in ſeminibus vtriuſque ſubſtantiæ, aliquam intercapedinem eorum conceptus admitteret, vt aut caro, aut anima prior ſeminaretur, eſſet etiam ſexus proprietatem alteri ſubſtantiæ adſcribere, per temporalem intercapedinem feminum; vt aut caro animæ, aut anima carni inſculperet ſexum quoniam & Apelles, non pictor, ſed hæreticus, antè corpora conſtituens anima viriles, ac muliebres, ſicut ab Philumena didicit; vtique carnem, vt poſteriorem, ab anima facit accipere ſexum. Et qui animam poſt partum carni ſuperducunt, vtique antè formatæ, marem, aut feminam, de carne ſexum præiudicant animæ. Vtriuſque autem ſubſtantiæ indiſcreta ſemina, & vnita ſuffuſio eorum, communem ſubeunt generis euentum,
Gen.1.27. quà lineas duxerit quæcunque illa eſt ratio naturæ. Certè & hîc ſe primordiorum forma teſtatur, cùm maſculus temporiùs effingitur: prior enim Adam: fæmina aliquanto ſeriùs, poſterior enim Eva. Ita diu caro informis eſt, qualis ex Adæ latere decerpta eſt; animal tamen & ipſa iam, quia & illam tunc Adæ portionem animatam agnoſcam: cæterùm, & ipſam Dei adflatus animaſſet, ſi non vt carnis, ita & animæ ex Adam tradux fuiſſet in fœmina.

CAPVT XXXVII.

Omnem hominis in vtero formandi & compingendi poteſtatem à Deo Angelo alicui commiſſam tradit: dicitque Animam creſcere & proficere ingenio & ſenſu: corpus autem ſuo modulo, & habitu.

In p V. Angelus, 4. A. p. V. Homicidium, 2. Et V. numerus, 2. In m. V. numerus, 1. Et in Alphabeto Errorum. V. Anima ex traduce, 6. In f. V. Animæ vis, 7.

OMNEM autem hominis in vtero ſerendi, ſtruendi, fingendi paraturam, aliqua vtique poteſtas divinæ voluntatis miniſtra modulatur, quamcunque illa rationem agitare ſortita. Hæc æſtimando, etiam ſuperſtitio Romana deam finxit Alemonam, alendi in vtero fœtus; Et Nonam & Decimam, à ſollicitioribus menſibus, & Partulam, quæ partum gubernet; & Lucinam, quæ producat in lucem: nos officia diuina angelos credimus. Ex eo igitur fœtus in vtero homo, à quo forma completa
Exo.21.22. eſt. Nam & Moyſis lex tunc aborſus reum talionibus iudicat, quum iam hominis eſt cauſa, quum iam illi vitæ, & mortis ſtatus deputatur, quum & fato iam inſcribitur, etſi adhuc in matre vivendo, cum matre plurimùm communicat ſortem. Dicam aliquid & de temporibus animæ naſcentis, vt ordinem decurram. Legitima nativitas fermè decimi menſis ingreſſus eſt. Qui numeros ratiocinantur, & decurialem nu-

merſum vt exinde reliquorum parentem colunt, denique perfectorem nativitatis humanæ. Ego ad Deum potius argumentabor hunc modum temporis, vt decem menſes decalogo magìs inaugurent hominem, vt tanto temporis numero naſcamur, quanto diſciplinæ numero renaſcimur. Sed & cùm ſeptimo menſe nativitas plena eſt, facilius quàm octavo, honorem ſabbati agnoſcam, vt quo die dedicata eſt Dei conditio, eo menſe interdum producatur Dei imago: conceſſum eſt properare nativitati, & tam idoneè occurrere in hebdomadem, in auſpicia reſurrectionis, & requietis, & regni: ideo ogdoas nos non creat: [a] *tunc enim nuptiæ non erunt*. Societatem carnis, atque animæ iamdudum commendavimus à concretione ſeminum ipſorum, vſque ad figmenti perfectionem: perinde nunc, & à nativitate defendimus: imprimis quòd ſimul creſcunt, ſed diviſa ratione, pro generum conditione; caro modulo, anima ingenio; caro habitu, anima ſenſu: cæterùm, animam ſubſtantia creſcere negandum eſt, nè etiam decreſcere ſubſtantia dicatur, atque ita & defectura credatur: ſed vis eius, in qua naturalia peculia conſita retinentur, ſalvo ſubſtantiæ modulo quo à primordio inflata eſt, paulatim cum carne producitur. Conſtitue certum pondus auri, vel argenti, rudem adhuc maſſam; collectus habitus eſt illi, & futuro interim minor, tamen continens intra lineam moduli totum quod natura eſt auri, vel argenti: dehinc, cùm in laminam maſſa laxatur, maior efficitur initio ſuo, per dilatationem ponderis certi, non per adjectionem; dum extenditur, non dum augetur: etſi ſic quoque augetur, dum extenditur: licet enim habitu augeri, cùm ſtatu non licet: tunc exſplendor ipſe provehitur auri, vel argenti, qui fuerat quidem & in maſſa, ſed obſcurior, non tamen nullus: tunc & alij atque alij habitus accedunt pro facilitate materiæ, quà duxerit eam qui agit, nihil conferens modulo, niſi effigiem. Ita & animæ crementa reputanda, non ſubſtantiva, ſed provocatiua.

a Matth. 22. 30.

CAPVT XXXVIII.

Animæ pubertatem ſenſus augmento exurgere, ſicut & in corpore: Animam item abſque immortalitatis præiudicio, nec ſui, ſed corporis ſuſtinendi cauſa, cibos concupiſcere.

In p. V. Animæ vis, 7. A. p. V. oculus, 1. Et à: p. ad m. V. Animæ vis, 8. In m. ad f. V. Animæ immort. 12.

QVANQVAM autem & retro præſtruxerimus, omnia naturalia animæ ipſi ſubſtantiæ ineſſe pertinentia ad ſenſum, & intellectum, & ex ingenito animæ cenſu, ſed paulatim per ætatis ſpatia procedere, & variè per accidentia evadere, pro artibus, pro inſtitutis, pro locis, pro dominatricibus poteſtatibus: quod tamen faciat ad carnis animæque propoſitam nunc ſocietatem, pubertatem quoque animalem cum carnali dicimus convenire, pariterque & illam ſuggeſtu ſenſuum, & iſtam proceſſu membrorum exſurgere, à quarto decimo ferè anno: non quia Aſclepiades inde ſapientiam ſupputat, nec quia iura civilia ab hinc agendis rebus adtemperant, ſed quoniam & hæc de primordio ratio eſt. Si enim [a] *Adam & Eua ex agnitione boni & mali pudenda tegere ſenſerunt*, ex quo idipſum ſentimus, agnitionem boni & mali profitemur. Ab his autem annis, & ſuffuſior, & veſtitior ſexus eſt, & concupiſcentia oculis arbitris vtitur, & communicat placitum, & intelligit quæ ſint, & fines ſuos adinſtar ficulneæ, contagionis prurigine accingit, & hominem de paradiſo integritatis educit, exinde ſcabida etiam in cæteras culpas, & delinquendi non naturales, cùm iam non ex inſtituto naturæ, ſed ex vitio. Cæterùm, propriè naturalis concupiſcentia vnica eſt, alimentorum ſolummodò, quam Deus & in primordio contulit: [b] *Ex omni ligno*, inquit, *edetis*; & ſecundæ poſt diluvium geniturae ſupermenſus eſt, [c] *Ecce dedi vobis omnia in eſcam, tanquam olera fœni*; proſpectans, non tam animæ, quàm carni, etſi propter animam. Auferenda eſt enim argumentatoris occaſio; qui, quòd anima deſiderare videatur alimenta, hinc quoque mortalem eam intelligi cupit, quæ cibis ſuſtineatur: denique derogatis eis evigeſcat: poſtremò ſubtractis intercidat. Porro, non ſolùm proponendum eſt, quiſnam ea deſideret, ſed & cui: & ſi propter ſe, ſed & cur, & quando, & quonam vſque; tum quòd aliud naturâ deſideret, aliud neceſſitate; aliud ſecundùm proprietatem, aliud in cauſam. Deſiderabit igitur cibos anima, ſibi quidem ex cauſa neceſſitatis, carni verò ex natura proprietatis. Certè enim domus animæ caro eſt, & inquilinus carnis anima. Deſiderabit itaque inquilinus ex cauſa, & neceſſitate huius nominis, profutura domui, toto inquilinatus ſui tempore; non vt ipſe ſubſtruendus, nec vt ipſe loricandus, nec vt ipſe tibicinandus; ſed tantummodo continendus: quia non aliter contineri poſſit, quam domo fulta: alioquin li-

a Gen. 3. 7.

b Gen. 1. 16.

c Gen. 9. 3. 4.

cebit animæ, dilapſa domo ex deſtitutione propriorum ſubſidiorum, incolumi abire, habenti ſua firmamenta, & propriæ conditionis alimenta, immortalitatem, rationalitatem, ſenſualitatem, intellectualitatem, arbitrij libertatem.

CAPVT XXXIX.

Nullam ferè ethnicorum Animam ſine dæmonio eſſe, donec in Chriſto renaſcatur.

In p. V. Animæ immort. 12. Et V. Diabolus, 3. A. m. In Alphab. Errorum. V. Anima ex traduce, 7.

QVæ omnia nativitùs animæ conlata, idem qui in primordio invidit, nunc quoque obumbrat atque depravat, quominus aut vltro proſpiciantur, aut quà oportet adminiſtrentur. Cui enim hominum non adhærebit ſpiritus nequam, ab ipſa etiam ianua nativitatis animas aucupabundus, vel quà invitatus, tota illa puerperij ſuperſtitione? ita omnes idololatria obſtetrice naſcuntur, dum ipſi adhuc vteri infulis apud idola confectis redimiti, genimina ſua dæmoniorum candidata profitentur: dum in partu, Lucinæ, & Dianæ eiulatur: dum per totam hebdomadam Iunoni menſa proponitur: dum vltima die Fata ſcribunda advocantur: dum prima etiam conſtitutio infantis ſuper terram, Statinæ deæ ſacrum eſt. Quis non exinde aut totum filij caput reatui vovet, aut aliquem excipit crinem, aut tota novacula proſecat, aut ſacrificio obligat, aut ſacro obſignat, pro gentica, pro avita, pro publica aut privata devotione? Sic igitur & Socratem puerum adhuc ſpiritus dæmonicus invenit. Sic & omnibus Genij deputantur, quod dæmonum nomen eſt. Adeò nulla fermè
a 1. Cor. 7. 14. nativitas munda eſt: vtique ethnicorum. Hinc enim & Apoſtolus, [a] *ex ſanctificato alterutro ſexu, ſanctos procreari*, ait, tam ex ſeminis prærogativa, quàm ex inſtitutionis
Ibid. diſciplina. *Cæterùm*, inquit, *immundi naſcerentur*, quaſi deſignatos tamen ſanctitati, ac per hoc etiam ſaluti, intelligi volens fidelium filios; vt huius ſpei pignore, matrimoniis, quæ retinenda cenſuerat, patrocinaretur. Alioquin meminerat Dominicæ de-
b Io. 3. 5. finitionis, [b] *Niſi quis naſcetur ex aqua, & ſpiritu, non ibit in regnum Dei*, id eſt, non erit ſanctus.

CAPVT XL.

Immunda in Adam omnis anima cenſetur ex carnis ſocietate, & tam Anima, quàm caro peccatrix dicitur.

In p. V. peccati diviſio, 1. A. p. V. caro inſtrumentum animæ, 7.

ITA omnis anima eouſque in Adam cenſetur, donec in Chriſto recenſeatur: tamdiu immunda, quamdiu recenſeatur. Peccatrix autem, quia immunda, recipiens
a Gal. 5. 17. & ſeq. 1. Cor. 3. 1. 3. ignominiam ex carnis ſocietate. Nam etſi [a] *caro peccatrix, ſecundùm quam incedere prohibemur, cuius opera damnantur concupiſcentis adverſus ſpiritum, ob quam carnales notantur*, non tamen ſuo nomine caro infamis. Neque enim de proprio ſapit quid, aut ſentit, ad ſuadendam, vel imperandam peccatelam. Quidni, quæ miniſterium eſt? & miniſterium, non quale ſervus, vel minor amicus, animalia nomina; ſed quale calix, vel quid aliud eiuſmodi corpus, non anima. Nam & calix miniſterium ſitientis eſt; niſi tamen qui ſitit, calicem ſibi accommodarit, nihil calix miniſtrabit. Adeò nulla proprietas hominis in choïco; nec ita caro homo, tanquam alia vis animæ, & alia perſona; ſed res eſt alterius planè ſubſtantiæ, & alterius conditionis, addicta tamen animæ, vt ſupellex, vt inſtrumentum in officia vitæ. Caro igitur increpatur in ſcripturis, quia nihil anima ſine carne in operatione libidinis, gulæ, vinolentiæ, ſæuitiæ, idololatriæ, cæteriſque carnalibus, non ſenſibus, ſed effectibus. Denique, ſenſus
b Matth. 5. 28 delictorum, etiam ſine effectibus, imputari ſolent animæ. [b] *Qui viderit mulierem ad concupiſcentiam, iam adulteravit in corde.* Cæterùm, quid caro ſine anima? perinde in operatione probitatis, iuſtitiæ, tolerantiæ, pudicitiæ. Porro quale eſt, vt cui nec bona documenta propria ſubſcribas, ei crimina adpingas? ſed ea per quam delinquitur, convenitur; vt illa à qua delinquitur, oneretur, etiam in miniſterij accuſationem. Gravior invidia eſt in præſidem, cùm officia pulſantur: plus cæditur qui iubet, quando nec qui obſequitur, excuſatur.

CAPVT XLI.

Malum animæ, ſiue peccatum, non tantùm venit ex occurſu maligni Spiritus, à quo extipitur, cùm primùm oritur: ſed ex ipſa origine & conceptu, quo bonum eius prius, hoc eſt innocentia data Adæ & gratia offuſcatur, peccati originalis nigredine, donec ex Aqua & Spiritu ſancto renaſcatur, à quo, abactio maligno Spiritu, excipitur.

In p.V.Animæ vis,15. A.m.V.Animæ vis,6. Et V. Chri.virtutes,1. In f.V. Baptiſmi effectus,4.

MALVM igitur animæ, præter quod ex obventu ſpiritus nequam ſuperſtruitur, ex originis vitio antecedit, naturale quodammodo. Nam vt diximus, naturæ corruptio, alia natura eſt, habens ſuum deum, & patrem: ipſum ſcilicet corruptionis auctorem; vt tamen inſit & bonum animæ, illud principale, illud divinum atque germanum, & propriè naturale. Quod enim à Deo eſt, non tam extinguitur, quàm obumbratur. Poteſt enim obumbrari, quia non eſt Deus; extingui non poteſt, quia à Deo eſt. Itaque,ſicut lumen aliquo obſtaculo impeditum, manet, ſed non comparet, ſi tanta denſitas obſtaculi fuerit; ita & bonum in anima à malo oppreſſum, pro qualitate eius, aut in totum vacat, occultata luce, aut qua datur radiat, inventa libertate. Sic peſſimi, & optimi quidam, & nihilominus vnum omnes animæ genus: ſic & in peſſimis aliquid boni, & in optimis nonnihil peſſimi. Solus enim Deus ſine peccato, & *a ſolus homo ſine peccato Chriſtus*, quia & Deus Chriſtus. Sic & divinitas animæ in *a* Io. 8. 46. præſagia erumpit, ex bono priore; & conſcientia Dei in teſtimonium prodit: *Deus* 1. Petri 2. 22. *bonus. Deus videt, & Deo commendo*: propterea nulla anima ſine crimine, quia nulla ſine boni ſemine. Proinde cùm ad fidem pervenit, reformata per ſecundam nativitatem ex aqua, & ſuperna virtute, detracto corruptionis priſtinæ aulæo, totam lucem ſuam conſpicit. Excipitur etiam à Spiritu ſancto, ſicut in priſtina nativitate à ſpiritu profano. Sequitur animam nubentem ſpiritui caro, vt dotale mancipium, & iam non animæ famula, ſed ſpiritus. O beatum connubium, ſi non admiſerit adulterium!

CAPVT XLII.

Mortis tractatus, ab Animæ mentione non eſt extraneus, quia ibi anima conſummat opera vitæ in corpus exercita.

Per totum. V. Mors, 2.

DE morte iam ſupereſt, vt illic materia ponat, vbi ipſa anima conſummat: quamquam Epicurus vulgari ſatìs opinione negarit mortem ad nos pertinere. Quod enim diſſolvitur, inquit, ſenſu caret; quod ſenſu caret, nihil ad nos. Diſſolvitur autem, & caret ſenſu, non ipſa mors, ſed homo, qui eam patitur. At ille ei dedit paſſionem, cuius eſt actio. Quod ſi hominis eſt pati mortem, diſſolutricem corporis, & peremptricem ſenſus; quàm ineptum, vt tanta vis ad hominem non pertinere dicatur. Multò coactius Seneca: *Poſt mortem, ait, omnia finiuntur, etiam ipſa*. Hoc ſi ita eſt, iam & mors ad ſemetipſam pertinebit, ſi & ipſa finitur: eò magis ad hominem, in quo inter omnia finiendo, & ipſa finitur. Mors nihil ad nos: ergo & vita nihil ad nos. Si enim quo diſſolvimur, præter nos; etiam quo compingimur, extra nos. Si ademptio ſenſus nihil ad nos, nec adeptio ſenſus quicquam ad nos. Sed mortem quoque interimat, qui & animam. A nobis, vt de poſtuma vita, & de alia provincia animæ, ita de morte tractabitur, ad quam vel ipſi pertinemus, ſi ad nos illa. Denique, nec ſpeculum eius ſomnus, aliena materia eſt.

CAPVT XLIII.

De ſomno etiam, vt mortis imagine dicendum, qui teſte Scriptura & ratione, naturalis eſt.

In p. ad m. V. Somnus, 2. A. p. V. Animæ immort. 10. A. m. ad f. V. Somnus, 3. Circa f. V. Animæ immort. 9.

DE ſomno prius diſputemus; pòſt mortem, qualiter anima decurrat. Non vtique extra naturale eſt ſomnus, vt quibuſdam philoſophis placet, cum ex his eum deputant cauſis, quæ præter naturam haberi videntur. Stoïci ſomnum reſolutionem ſenſualis vigoris affirmant, Epicurei deminutionem ſpiritus animalis, Anaxagoras cum Xenophane defetiſcentiam, Empedocles & Parmenides refrigerationem, Strato ſegregationem conſati ſpiritus, Democritus indigentiam ſpiritus, Ariſtoteles marcorem circumcordialis caloris. Ego me nunquam ita dormiſſe præ-

ſumo, vt ex his aliquid agnoſcam. Neque ènim credendum eſt, defetiſcentiam eſſe ſomnum, contrarium potius defetiſcentiæ, quam ſcilicet rollit. Siquidem homo ſomno magìs reficitur quàm fatigatur. Porro, nec ſemper ex fatigatione concipitur ſomnus, & tamen cùm ex illa eſt, illa iam non eſt. Sed nec refrigeſcentiam admittam, aut marcorem aliquem caloris, cùm adeò corpora ſomno concaleſcant, vt diſpenſatio ciborum per ſomnum non facile procederet calore properabili, & rigore tardabili; ſi ſomno refrigeraremur. Plus eſt etiam. Sudor, digeſtionis æſtuantis eſt index. Denique, concoquere dicimur; quòd caloris, non frigoris operatio eſt. Proinde deminutionem animalis ſpiritus, aut indigentiam ſpiritus, aut ſegregationem conſati ſpiritus, immortalitas animæ non ſinit credi. Perit anima ſi minoratur. Supereſt, ſi fortè, cum Stoïcis, reſolutionem ſenſualis vigoris, ſomnum determinemus; quia corporis ſolius quietem procuret, non & animæ. Animam enim vt ſemper mobilem & ſemper exercitam, nunquam ſuccidere quieti, alienæ ſcilicet à ſtatu immortalitatis: nihil enim immortale finem operis ſui admittit: ſomnus autem finis eſt operis. Denique corpori, cui mortalitas competit, ei ſoli quies finem operis adulatur. Qui ergo de ſomni naturalitate dubitabit, habet quidem dialecticos in dubium deducentes totam naturalium, & extranaturalium diſcretionem, vt quæ putaverit citra naturam eſſe, naturæ vindicari ſciat poſſe, à qua ita eſſe ſortita ſunt, vt citra eam haberi videantur, & vtique aut natura omnia, aut nulla natura. Apud nos autem id poterit audiri, quod Dei contemplatio ſuggerit, auctoris omnium de quibus quæritur. Credimus enim, ſi quid eſt natura, rationale aliquid opus Dei eſſe. Porro, ſomnum ratio præit, tam aptum, tam vtilem, tam neceſſarium, vt abſque illo nulla anima ſufficiat; recreatorem corporum, redintegratorem virium, probatorem valetudinum, pacatorem operum, medicum laborum; cui legitimè fruendo dies cedit, nox legem facit, auferens rerum etiam colorem. Quod ſi vitale, ſalutare, auxiliare ſomnus, nihil eiuſmodi non rationale, nihil non naturale. Sic & medici omne contrarium vitali, ſalutari, auxiliari, extra naturæ cardines relegant. Nam & æmulas ſomno valetudines, phreneticam, atque cardiacam, præter naturam iudicandu, naturalem ſomnum præiudicaverunt: etiam in lethargo non naturalem notantes teſtimonio naturali reſpondent, cùm in ſuo temperamento eſt. Omnis enim natura, aut defraudatione, aut enormitate reſcinditur, proprietate menſuræ conſervatur. Ita naturale erit ſtatu, quod non naturale effici poteſt deceſſu, vel exceſſu. Quid ſi & eſum, & potum de naturæ ſortibus eximas? nam & in his plurima ſomni præparatura eſt. Certè his à primordio naturæ ſuæ homo imbutus eſt. Si apud Deum diſcas, ille
Gen. 2. 21. fons generis Adam, antè ebibit ſoporem, quàm ſitiit quietem; antè dormiit, quàm laboravit; immo quàm & edit; immò quàm & profatus eſt; vt videant naturalem indicem ſomnum, omnibus naturalibus principaliorem. Inde deducimur, etiam ima-
Io 19. 30. ginem mortis iam tunc eum recenſere. Si enim Adam de Chriſto figuram dabat, ſomnus Adæ mors erat Chriſti dormituri in mortem, vt de iniuria perinde lateris eius vera mater viventium figuraretur Eccleſia. Ideo & ſomnus tam ſalutaris, tam rationalis, etiam in publicæ & communis iam mortis effingitur exemplar. Voluit enim Deus, & aliàs nihil ſine exemplaribus in ſua diſpoſitione molitus, paradigmate Platonico, plenius humani vel maximè initij, ac finis lineas quotidie agere nobiſcum, manum porrigens fidei, facilius adiuvendæ per imagines & parabolas, ſicut ſermonum, ita & rerum. Proponit igitur tibi corpus amica vi ſoporis eliſum, blanda quietis neceſſitate proſtratum immobile ſitu, quale ante vitam iacuit, & quale poſt vitam iacebit, vt teſtationem plaſticæ, & ſepulturæ, expectans animam, quaſi nondum conlatam, & quaſi iam ereptam. Sed & illa ſic patitur, vt alibi agere videatur, diſſimulatione præſentiæ, futuram abſentiam ediſcens; & tamen interim ſomniat, nec quieſcit, nec ignaveſcit omnino, nec naturam immortalitatis ſervam ſopori addicit: probat ſe mobilem ſemper; terra, mari, peregrinatur, negotiatur, agitatur, laborat, ludit, dolet, gaudet, licita atque inlicita perſequitur; oſtendit quod ſine corpore etiam plurimum poſſit, quod & ſuis inſtructa ſit membris, ſed nihilominus neceſſitatem habeat rurſus corporis agitandi. Ita cùm evigilaverit corpus, redditum officijs eius, reſurrectionem mortuorum tibi adfirmat. Hæc erit ſomni, & ratio naturalis, & natura rationalis. Etiam per imaginem mortis, fidem initiaris, ſpem meditaris, diſcis mori & viuere, diſcis vigilare dum dormis.

CAPVT XLIV.

Hermotimus fingitur anima in ſomno caruiſſe: adeòvt ſomnus illi non tantùm otium animæ, ſed ipſa ſeceſſio putaretur.

In p. V. Somnus, 1. In m. V. Somnium, 2. In f.

CÆTERÙM, de Hermotimo; Anima, vt aiunt, in ſomno carebat, quaſi per occaſionem vacaturi hominis proficiſcente de corpore: Vxor hoc prodidit: inimici dormientem nacti, pro defuncto cremaverunt: regreſſa anima tardius, credo, homicidium ſibi imputavit: ciues Clazomenij Hermotimum templo conſolantur: mulier non adit, ob notam vxoris. Quorſum iſtud? Nè, quia facilè eſt vulgo exiſtimare, ſeceſſionem animæ eſſe ſomnium, hoc quoque Hermotimi argumento credulitas ſubornetur. Genus fuerat gravioris aliquanto ſoporis, vt de incubone præſumptio eſt, vel valetudinis, quam Soranus opponit, excludens incubonem, aut tale quid vitij, qnod etiam Epimenidem in fabulam impegit, quinquaginta penè annos ſomniculoſum. Sed & Neronem Suetonius, & Thraſimedem Theopompus, negant vnquam ſomniaſſe: niſi vix Neronem, in vltimo exitu, poſt pavores ſuos. Quid ſi & Hermotimus ita fuit, vt otium animæ nihil operantis in ſomnis, divortium crederetur? Omnia magìs coniectes, quàm iſtam licentiam animæ ſine morte fugitivæ, & quidem ex forma, continuam. Si enim tale quid ſemel accidere dicatur, vt deliquium ſolis, aut lunæ, ita & animæ; ſanè perſuaderer diuinius factum; congruere enim hominem ſeu moneri, ſeu terreri à Deo, velut fulgure rapido, momentaneæ mortis ictu; ſi non magìs in proximo eſſet ſomnium credi, quòd vigilanti potius accidere deberet.

CAPVT XLV.

Quomodo ſomnus, eiuſque accidentia ab ecſtaſi differunt. Quibus agnoſcitur, animam ſemper eſſe in actu, quod eſt immortalitatis indicium. Nulla porro merces, aut pœna manet ex viſis, aut actis, per ſomnium.

In p. ad m. V. animæ immort. 11. In m. V. Somnus, 4. Et V. Somnium, 1. In f. V. Somnium, 5.

TENEMVR hìc, de ſomniis quoque Chriſtianam ſententiam expromere, vt de accidentibus ſomni; & non modicis iactationibus animæ, quam ediximus negotioſam, & exercitam ſemper ex perpetuitate motationis, quod divinitatis & immortalitatis eſt ratio. Igitur, cùm quies corporibus evenit, quorum ſolatium proprium eſt, vacans illa à ſolatio alieno, non quieſcit; & ſi caret opera membrorum corporalium, ſuis vtitur. Concipe gladiatorem ſine armis, vel aurigam ſine curriculis, geſticulantes omnem habitum artis ſuæ atque conatum: pugnatur, certatur; ſed vacua iactatio eſt: nihilominus tamen fieri videntur, quæ fieri tamen non videntur: actu enim fiunt, effectu verò non fiunt. Hanc vim ecſtaſin dicimus, exceſſum ſenſus, & amentiæ inſtar: ſic & in primordio, ſomnus cum ecſtaſi dedicatus, [a] *Et miſit Deus ecſtaſin in Adam, & obdormivit:* ſomnus enim, corpori provenit in quietem; ecſtaſis, animæ acceſſit adverſus quietem; & inde iam forma, ſomnum ecſtaſi miſcens, & natura de forma. Denique, & oblectamur, & contriſtamur, & conterremur in ſomniis, quàm adfectè, & anxiè, & paſſibiliter, cùm in nullo permoveremur, à vacuis ſcilicet imaginibus, ſi compotes ſomniaremus. Denique & bona ſacta gratuita ſunt in ſomnis, & delicta ſecura: non magìs enim ob ſtupri viſionem damnabimur, quàm ob martyrij, coronabimur. Et quomodo, inquis, memor eſt ſomniorum anima, ſcilicet quam compotem eſſe non licet? Hoc erit proprietas amentiæ huius, quia non fit ex corruptela bonæ valetudinis, ſed ex ratione naturæ: nec enim exterminat, ſed avocat mentem. Aliud eſt concutere, aliud movere; aliud evertere, aliud agitare. Igitur quod memoria ſuppetit, ſanitas mentis eſt; quod ſanitas mentis ſalva memoria ſtupet, amentiæ genus eſt. Ideo non dicimur furere, ſed ſomniare: ideo & prudentes, ſi quando ſumus: ſapere enim noſtrum licet obumbretur, non tamen extinguitur: niſi quòd & ipſum poteſt videri vacare tunc; ecſtaſin autem hoc quoque operari de ſuo proprio, vt ſic nobis ſapientiæ imagines inferat, quemadmodum & erroris.

[a] Gen. 2, 21.

CAPVT XLVI.

Fruſtra cenſuit Epicurus contra plurimos Authores, vana in totum eſſe ſomnia.

In p. V. mors, 10. A. p. V. Somnium, 6. Et V. Somnium, 3. Et ad vltra m. V. Somnium, 7. A. m. V. Somnium, 10. In f. V. Diabolus, 9.

Ecce rurſus vrgemur, etiam de ipſorum ſomniorum retractatu, quibus anima iactatur, exprimere. Et quando perveniemus ad mortem? & hìc dixerim, cùm Deus dederit: nullæ longæ moræ eius quod eveniet. Vana in totum ſomnia Epicurus iudicavit, liberans à negotiis divinitatem, & diſſolvens ordinem rerum, & in paſſivitate omnia ſpargens, vt eventui expoſita, & fortuita. Porro, ſi ita eſt, ergo erit aliquis & veritatis eventus, quia non capit ſolam eam, eventui omnibus debito eximi. Humerus duas portas diviſit ſomniis, corneam veritatis, fallaciæ eburneam. Reſpicere eſt enim, inquiunt, per cornu, ebur autem cæcum eſt. Ariſtoteles, maiore ſententiam mendacio recitans, agnoſcit & veram. Telmeſſenſes, nulla ſomnia evacuant, imbecillitatem coniectationis incuſant. Quis autem tam extraneus humanitatis, vt non aliquam aliquando viſionem fidelem ſenſerit? Pauca de inſignioribus perſtringens, Epicuro pudorem imperabo. Aſtyages Medorum regnator, quòd filiæ Mandanæ adhuc virginis veſicam, in diluvionem Aſiæ fluxiſſe ſomnio viderit, Herodotus refert. Item anno poſt nuptias eius ex hiſdem locis vitem exortam toti Aſiæ incubaſſe. Hoc etiam Charon Lampſacenus Herodoto prior tradit. Qui filium eius tanto operi interpretati ſunt, non fefellerunt. Siquidem Aſiam Cyrus & merſit, & preſſit. Philippus Macedo nondum pater, Olympiadis vxoris naturam obſignaſſe viderat anulo: leo erat ſignum: crediderat præcluſam genituram: opinor quia leo ſemel pater eſt. Ariſtodemus, vel Ariſtophon coniectans, immò nihil vacuum obſignari: filium, & quidem maximi impetus, portendi. Alexandrum qui ſciunt, leonem anuli recognoſcunt: Ephorus ſcribit. Sed & Dionyſij Siciliæ tyrannidem Himeræa quædam ſomniavit: Heraclides prodidit. Et Seleuco regnum Aſiæ, Laodice mater nondum eum enixa prævidit: Euphorion provulgavit. Mithridatem quoque ex ſomnio, Ponti potitum à Strabone cognoſco. Et Baralirem Illyricum, à Moloſſis vſque Macedoniam ex ſomnio dominatum, de Calliſthene diſco. Noverunt & Romani veritatis huiuſmodi ſomnia. Reformatorem imperij, puerulum adhuc & privatum loci, & Iulium Octavium tantùm, & ſibi ignotum Marcus Tullius iam & Auguſtum, & civilium turbinum ſepultorem, de ſomnio norat: In Vitellij commentariis conditum eſt. Nec hæc ſola ſpecies erit, ſummarum prædicatrix poteſtatum, ſed & periculorum & exitiorum; vt cùm Cæſar in prœlio perduellium Bruti, & Caſſij, Philippis æger, maius tamen aliàs diſcrimen, Artorij viſione, deſtituto tabernaculo, evadit: vt quum Polycrati Samio filia crucem proſpicit, de Solis vnguine, & lauacro Iovis. Revelantur & honores, & ingenia per quietem, præſtantur & medelæ, produntur & furta, conferuntur & theſauri. Ciceronis denique dignitatem, parvuli etiam nunc, gerula iam ſua inſpexerat. Cycnus de ſinu Socratis, demulcens homines, diſcipulus Plato eſt. Cleonymus pyctes, ab Achille curatur in ſomnis. Coronam auream quum ex arce Athenæ perdidiſſent, Sophocles tragicus ſomniando redinvenit. Neoptolemus tragœdus, apud Rheteum Trojæ, ſepulcrum Ajacis, monitus in ſomnis ab ipſo, ruina liberat; & quum lapidum ſenia deponit, dives inde auro redit. Quanti autem commentatores & adfirmatores in hanc rem? Artemon, Antiphon, Strato, Philochorus, Epicharmus, Serapion, Crattippus, & Dionyſius Rhodius, Hermippus, tota ſæculi litteratura. Solùm, ſi forte, ridebo, qui ſe exiſtimavit perſuaſurum quod prior omnibus Saturnus ſomniarit: niſi ſi & prior omnibus vixit Ariſtoteles: ignoſce ridenti. Cæterùm, Epicharmus etiam ſummum apicem, inter divinationes, ſomniis extulit, cum Philochoro Athenienſi. Nam & oraculis hoc genus, ſtipatus eſt orbis; vt Amphiaraï apud Oropum, Amphilochi apud Mallum, Sarpedonis in Troade, Trophonij in Bœotia, Mopſi in Sicilia, Hermionæ in Macedonia, Paſiphææ in Laconica. Cætera cum ſuis & originibus, & ritibus & relatoribus, cum omni deinceps hiſtoria ſomniorum, Hermippus Berytenſis quinione voluminum ſatiatiſſimè exhibebit. Sed & Stoïci, Deum malunt, providentiſſimum humanæ inſtitutioni, inter cætera præſidia divinatricum artium, & diſciplinarum, ſomnia quoque nobis indidiſſe, peculiare ſolatium naturalis oraculi. Hæc quantum ad fidem ſomniorum à nobis quoque conſignandam, & taliter interpretandam. Nam de oraculis etiam cæteris, apud quæ nemo dormitat, quid aliud pronuntiabimus,

quàm dæmoniacam eſſe rationem eorum ſpirituum, qui iam tunc in ipſis hominibus habitaverint, vel memorias eorũ affectaverint, ad omnem malitiæ ſuæ ſcenam, in iſta æquè ſpecie divinitatem mentientes, eademque induſtria etiam per beneficia fallentes medicinarum, & admonitionum, & prænunciationum, quæ magìs lædant iuvando, dum per ea quæ iuvant, ab inquiſitione veræ divinitatis abducunt, ex inſinuatione falſæ: & vtique non clauſa vis eſt, nec ſacrariorum circumſcribitur terminis; vaga & pervolatica, & interim libera eſt: quo nemo dubitaverit, domus quoque dæmoniis patere; nec tantùm in adytis, ſed in cubiculis homines imaginibus circumvenire.

CAPVT XLVII.

Vera fidelium ſententia eſt, à dæmonibus frequenter immitti ſomnia, & interdum vera: à Deō autem honeſta, ſancta, prophetica, revelatoria, ædificatoria, vocatoria; quædam etiam ex circumſtantiarum inſpectu, fingit anima. Reliqua ſunt ecſtaſi tribuenda.

In p. ad m. V. Somnium, 8. A. m. ad f. V. Somnium, 9.

DEFINIMVS enim à dæmoniis plurimum incuti ſomnia, etſi interdum vera & gratioſa, ſed, de qua induſtria diximus, affectantia atque captantia: quantò magis vana, & fruſtratoria, & turbida; ludibrioſa, & immunda. Nec mirum ſi eorum ſunt imagines, quorum & res. A Deo autem, pollicito ſcilicet & [a] *gratiam Spiritus ſancti in omnem carnem, & ſicut prophetaturos, ita & ſomniaturos ſervos ſuos & ancillas ſuas*, ea deputabuntur, quæ ipſi gratiæ comparabuntur, ſi qua honeſta, ſancta, prophetica, revelatoria, ædificatoria, vocatoria; quorum liberalitas ſoleat & in prophanos deſtillare; [b] *imbres etiam, & ſoles ſuos peræquante Deo iuſtis, & iniuſtis*. Siquidem & Nabuchodonoſor divinitus ſomniat; & maior penè vis hominum ex viſionibus Deum diſcunt. Sicut ergo dignatio Dei & in ethnicos, ita & tentatio Mali & in ſanctos, à quibus nec interdiu abſiſtit, vt vel dormientibus obrepat quà poteſt, ſi vigilantibus non poteſt. Tertia ſpecies erunt ſomnia, quæ ſibimet ipſa anima videtur inducere, ex intentione circunſtantiarum. Porro, quoniam non eſt ex arbitrio ſomniare, (nam & Epicharmus ita ſenſit) quomodo ipſa erit ſibi cauſa alicuius viſionis? Num ergo hæc ſpecies naturali formæ relinquenda eſt, ſervans animæ etiam in ecſtaſi res ſuas perpeti? Ea autem quæ neque à Deo, neque à dæmonio, neque ab anima videbuntur accidere, & præter opinionem, & præter interpretationem, & præter enarrationem facultatis, ipſi propriè ecſtaſi & rationi eius ſeparabuntur.

[a] Ioel. 2, 28.
[b] Matth. 5. 45
Dan. 2. 1.

CAPVT XLVIII.

Plato ingenioſè, magìs quàm ſolidè, putat ſomnia æſtimari, à noctis, & Anni temporibus; quietis ſitu, ciborum delectu, vel ſubſtractione.

In p. V. Somnium, 4. In m. ad f. V. Ieiunij effectus, 4.

CERTIORA & colatoria ſomniari affirmant ſub extimis noctibus, quaſi iam emergente animarum vigore, prodacto ſopore: ex temporibus autem anni, verno magìs quieta; quòd æſtas diſſolvat animas; & hyems quodammodo obduret; & autumnus, tentator aliàs valetudinum, ſuccis pomorum vinoſiſſimis diluat. Item ex ipſius quietis ſitu; ſi neque reſupina, neque dextero latere decumbat, neque conreſupinatis internis, quaſi refuſis loculis, ſtatio ſenſuum fluitet, aut compreſſa iecoris, angina ſit mentis. Sed hæc ingenioſè æſtimari, potius, quàm conſtanter probari putem; etſi Plato eſt qui ea æſtimavit; & fortaſſean caſu procedant. Alioquin ex arbitrio erunt ſomnia, ſi dirigi poterunt. Nam quod & de cibis diſtinguendis, vel decurandis, nunc præſumptio, nunc ſuperſtitio diſciplinam ſomniis præſcribit, examinandum eſt. Superſtitio, vt cùm apud oracula incubaturis, ieiunium indicitur, vt caſtimoniam inducat: præſumptio, vt cùm Pythagorici ob hanc quoque ſpeciem fabam reſpuunt, oneroſum & inflatui pabulum. Atquin trina illa cum Daniele fraternitas, legumine ſolo contenti, nè regiis ferculis contaminarentur, præter ſapientiam reliquam, ſomniorum præcipuè gratiam à Deo redemerunt, & impetrandorum & differendorum. Ieiuniis autem, neſcio an ego ſolus, plurimum ita ſomniem, vt me ſomniaſſe non ſentiam. Nihil ergo ſobrietas, inquis, ad hanc partem? immò tantò magìs ad hanc, quantùm & ad omnem: ſi & ad ſuperſtitionem, multò amplius ad religionem. Sic enim & dæmonia, expoſtulant eam à ſuis ſomniatoribus, ad lenocinium ſcilicet divinitatis, quia familiarem Dei norunt: quia & Daniel rurſus trium hebdomadum ſtatione aruit victu: ſed vt Deum inliceret humiliationis officiis, non vt

Dan. 1. 8.
Dan. 9. 20.

animæ ſomniaturæ ſenſum & ſapientiam ſtrueret, quaſi non in ecſtaſi acturæ: ita non ad ecſtaſin ſubmovendam ſobrietas proficiet, ſed ad ipſam ecſtaſin commendandam, vt in Deo fiat.

CAPVT XLIX.

Infantes etiam, & Atlantes ſomniant. Et Euangelio vbique ſeminato, nulla gens extranea eſt Deo, à quo ſomnia bona immittuntur.

Per totum. V. Somnium, 2.

INFANTES qui non putant ſomniare, cùm omnia animæ pro modo ætatis expungantur in vita, animadvertant ſuccuſſus, & nutus, & renidentias eorum per quietem, vt ex re comprehendant, motus animæ ſomniantis facilè per carnis teneritatem erumpere in ſuperficiem. Sed & quòd Libyca gens Atlantes, cæco ſomno noctem tranſigere dicuntur, animæ vtique natura taxatur. Porro, aut Herodoto fama mentita eſt, nonnunquam in Barbaros calumnioſa, aut magna vis eiuſmodi dæmonum in illo climate dominatur. Si enim & Ariſtoteles, heroem quendam Sardiniæ notat, incubatores fani ſui viſionibus privantem, erit & hoc in dæmonum libidinibus, tam auferre ſomnia quàm inferre, vt Neronis quoque feri ſomniatoris, & Thraſimedis inſigne inde proceſſerit. Sed & à Deo deducimus ſomnia. Quid ergo, nec à Deo Atlantes ſomniarent, vel quia nulla iam gens Dei extranea eſt, *a in omnem* a Pſal. 18. 4. *terram, & in terminos orbis Euangelio coruſcante?* Num ergo aut fama mentita eſt Ariſtoteli, aut dæmonum adhuc ratio eſt, dum nè animæ aliqua natura credatur immunis ſomniorum?

CAPVT L.

Mors omnis hominis debitum eſt, contra Epicurum, & Menandrum hæreticum ſuo baptiſmo lotos morte eximentem, nec pro Deo mori ſuos ſtatuentem. Cùm Enoch & Elias ſint morituri, & Ioannes Euangeliſta ſit mortuus.

Per totum. V. Mors, 4. Et in m. V. Aqua, 1. In f. V. Baptiſmi effectus, 2.

SATIS de ſpeculo mortis, id eſt de ſomno; tum etiam de negotiis ſomni, id eſt de ſomniis. Nunc ad originem huius exceſſus, id eſt ad ordinem mortis; quia nec ipſam ſine quæſtionibus, licet finem omnium quæſtionum. Publica totius generis humani ſententia, mortem naturæ debitum pronuntiamus. Hoc ſtipulata eſt Dei vox: hoc ſpopondit omne quod naſcitur: vt iam hinc non Epicuri ſtupor ſuffundatur, negantis debitum iſtud ad nos pertinere; ſed hæretici magìs Menandri Samaritani furor conſpuatur, dicentis mortem ad ſuos non modò non pertinere, verùm nec pervenire. In hoc ſcilicet ſe à ſuperna & arcana poteſtate legatum, vt immortales, & incorruptibiles, & ſtatim reſurrectionis compotes fiant, qui baptiſma eius induerint. Legimus quidem pleraque aquarum genera miranda. Sed aut ebrioſos reddit Lynceſtarum vena vinoſa, aut lymphaticos efficit Colophonis ſcaturigo dæmonica, aut Alexandro accidit Nonacris Arcadiæ venenata. Fuit & Iudææ lacus medicus antè Chriſtum. Planè Stygias paludes poëta tradidit mortem diluentes. Sed & Thetis filium planxit. Quanquam ſi & Menander in Stygem mergit, moriendum erit nihilominus, vt ad Stygem venias. Apud inferos enim dicitur. Quænam, & vbinam iſta fælicitas aquarum, quas nec Ioannes baptizator præminiſtravit? nec Chriſtus ipſe diſcipulis demonſtravit? Quod hoc Menandri balneum? magicum credo. Sed cur tam infrequens, tam occultum, quo pauciſſimi lavant? Suſpectam enim faciam tantam raritatem ſecuriſſimi, atque tutiſſimi ſacramenti, apud quod nec pro Deo ipſo mori lex eſt; cùm contrà, omnes iam nationes *a aſcendant in montem* a Eſa. 2. 3. *Domini, & in ædem Dei Iacob*, mortem per martyrium quoque flagitantis, quam de Chriſto etiam ſuo exegit? Nec magiæ tantum dabit quiſquam, vt eximat mortem, aut repaſtinet vitis modo vitam, ætate renovata. Hoc enim nè Medeæ quidem licuit in hominem, etſi licuit in veruecem. Tranſlatus eſt Enoch, & Helias, nec mors eorum reperta eſt, dilata ſcilicet: cæterùm, morituri reſervantur, vt Antichriſtum ſanguine ſuo extinguant. Obiit & Ioannes, quem in adventum Domini remanſurum fruſtra fuerat ſpes. Ferè enim hæreſes ad noſtra exempla proſiliunt, inde ſumentes præſidia, quò pugnant. Poſtremò, compendium eſt; Vbi ſunt illi quos Menander ipſe perſudit? quos in Stygem ſuam merſit? Apoſtoli perennes veniant, adſiſtant; videat illos meus Thomas, audiat, contrectet, & credidit.

CAPVT LI.

Mors Animam ſeparat à corpore, contra philoſophos quoſdam, dicentes quaſdam animas etiam poſt mortem hærere corporibus.

Per totum. V. Mors, 1. Et à. p. V. Carnis dignitas in ordine ad gloriam, 1. Et à. m. V. Purgatorij pœnæ, 6.

OPVS autem mortis in medio eſt, diſcretio corporis animæque: ſed quidem ad immortalitatem animæ, quam quidam non à Deo edocti infirmè tuentur: ita argumentationes emendicant, vt velint credi, etiam poſt mortem quaſdam animas adhærere corporibus. Ad hoc enim & Plato, etſi, quas vult animas ad cœlum ſtatim expedit; in Politia tamen cuiuſdam inſepulti cadaver opponit, longo tempore ſine vlla labe, præ animæ ſcilicet individuitate, ſervatum. Ad hoc & Democritus, crementa vnguium, & commarum in ſepulturis aliquanti temporis denotat. Porro & aëris qualitas, corpori illi potuit tutela fuiſſe. Quid enim, ſi aridior aër, & ſolum ſalſius? quid ſi & ipſius corporis ſubſtantia exſuccior? quid ſi & genus mortis, antè iam corruptelæ materias erogarat? Vngues autem, cùm exordia nervorum ſint, meritò nervis reſolutione porrectis, provectiores, & quotidie deficiente carne expelli videntur. Comæ quoque alimenta de cerebro, quod aliquandiu durare præſtat ſecreta munitio. Denique in viventibus etiam pro cerebri vbertate, vel affluit capilago, vel deſerit. Habes medicos. Sed nec modicum quid animæ ſubſidere in corpore eſt, deceſſurum quandoque & ipſum, cùm totam corporis ſcenam tempus aboleverit. Et hoc enim in opinione quorundam eſt: propterea nec ignibus funerandum aiunt, parcentes ſuperfluo animæ. Alia eſt autem ratio pietatis iſtius, non reliquijs animæ adulatrix, ſed crudelitatis, etiam corporis nomine, averſatrix; quòd & ipſum homo non vtique mereatur, pænali exitu impendi. Cæterùm, anima indiviſibilis, vt immortalis, etiam mortem indiviſibilem exigit credi: non quaſi immortali, ſed quaſi indiviſibili animæ indiviſibiliter accidentem. Diuidetur autem mors, ſi & anima ſuperfluo ſcilicet animæ quandoque morituro: ita portio mortis, cum animæ portione remanebit. Nec ignoro aliquod eſſe veſtigium opinionis iſtius. De meo didici. Scio fœminam quandàm, vernaculam Eccleſiæ, forma & ætate integra functam: poſt vnicum & breve matrimonium, cùm in pace dormiſſet, & morante adhuc ſepultura, interim oratione presbyteri componeretur, ad primum halitum orationis, manus à lateribus dimotas in habitum ſupplicem conformaſſe, rurſumque condita pace, ſitui ſuo reddidiſſe. Eſt & alia relatio apud noſtros. In cœmeterio corpus corpori iuxta collocando, ſpatium receſſu communicaſſe. Si & apud ethnicos tale quid traditur, vbique Deus poteſtatis ſuæ ſigna proponit, ſuis in ſolatium, extraneis in teſtimonium. Magìs enim credam ex Deo factum, quàm ex vllis animæ reliquijs: quæ ſi ineſſent, alia quoque membra moviſſent; & ſi manus tantùm, ſed non in cauſam orationis: corpus etiam illud non modò fratri ceſſiſſet; verùm & aliàs, mutatione ſitus ſibimet ipſi refrigeraſſet. Certè vnde vnde ſunt iſta, ſignis potius & oſtentis deputanda, naturam facere non poſſunt: mors ſi non ſemel tota eſt, non eſt: ſi quid animæ remanſerit, vita eſt: non magìs vitæ miſcebitur mors, quàm diei nox.

CAPVT LII.

Quæcumque mors, non ex natura, ſed ex culpa, etiam ipſa non naturali, procedit.

Per totum. V. Mors, 9.

HOc igitur opus mortis, ſeparationem carnis atque animæ, ſepoſita quæſtione fatorum & fortuitorum, biſariam diſtinxit humanus adfectus; in ordinariam, & extraordinariam formam. Ordinariam quidem, naturæ deputans placidæ cuiuſque mortis: extraordinariam verò, præter naturam iudicans, violenti cuiuſque finis. Qui autem primordia hominis novimus, audenter determinamus, mortem non ex natura ſecutam hominem, ſed ex culpa, nè ipſa quidem naturali: facilè autem vſurpari naturæ nomen, in ea quæ videntur à nativitate, ex accidentia adhæſiſſe. Nam ſi homo in mortem directò inſtitutus fuiſſet, tunc demum mors, naturæ adſcriberetur. Porro non in mortem inſtitutum eum; probat, ipſa lex, conditionali comminatione ſuſpendens, & arbitrio hominis addicens mortis eventum. Denique, ſi non deliquiſſet, nequaquam obiiſſet. Ita non erit natura, quod ex oblationis poteſtate accidit, per voluntatem, non ex inſtituti auctoritate, per neceſſitatem. Proinde, etſi varij exitus mortis, vt eſt multimoda conditio cauſarum, nullum ita dicimus lenem,

vt non vi agatur. Ipſa illa ratio operatrix mortis, ſimplex licet, vis eſt: quid enim? quæ tantam animæ & carnis ſocietatem, tantam à conceptu concretionem ſororum ſubſtantiarum, diuellit ac dirimit. Nam etſi præ gaudio quis ſpiritum exhalet, vt Chilon ſpartanus, dum victorem Olympiæ filium amplectitur; etſi præ gloria, vt Clidemus Athenienſis, dum ab hiſtrionibus, ob præſtantiam, auto coronatur; etſi per ſomnium vt Plato; etſi per riſum, vt P. Craſſus; multò violentior mors, quæ per aliena graſſatur, quæ animam per commoda expellit; quæ tunc mori adfert, cùm iucundius vivere eſt, in exultatione, in honore, in requie, in voluptate. Vis eſt & illa nauigijs, cùm longè à Caphareis ſaxis, nullis depugnata turbinibus, nullis quaſſata decumanis, adulante flatu, labenre curſu, lætante comitatu, inteſtino repentè perculſu, cum tota ſecuritate deſidunt: non ſecus naufragia ſunt vitæ, etiam tranquillæ mortis eventus: nihilò refert integram abire corporis navem, an diſſipatam, cùm animæ navigatio evertatur.

CAPVT LIII.

Excedit Anima, deficientibus paulatim corporis organis, ipſa autem non deficit, ſed acrius viget inſtante morte. Et tunc aſpectu Angeli dignoſcens ſui, poſt exitum, præparationem diuerſorij, aut trepidat, aut exultat.

In p. ad m. V. Mors, 5. In m. V. Mors, 6. Circa f. V. Anima ſeparata, 1. Inf. V. Angelus, 7.

SED quò deinde anima nuda & exploſa divertit, ſine dubio proſequemur ex ordine: prius tamen quod eſt loci huius explebimus, nè quia varios exitus mortis ediximus, expectet quis à nobis rationes ſingulorum, medicis potius relinquendas, proprijs arbitris omnium letalium rerum, ſive cauſarum, & ipſarum corporalium conditionum. Planè ad immortalitatem animæ hic quoque protegendam, in mentione mortis, aliquid de eiuſcemodi exitu interſtruam, in quo paulatim ac minutatim anima dilabitur: habitum enim ſuſtinens defectionis, abducitur, dum abſumi videtur, & coniecturam præſtat interitus, de exceſſus temperatura. Tota autem in corpore, & ex corpore eſt ratio: nam quiſquis ille exitus mortis, ſine dubio aut materiarum, aut regionum, aut viarum vitalium everſio eſt: materiarum, vt fellis, vt ſanguinis: regionum, vt cordis, vt iecoris: viarum, vt venarum, vt arteriarum. Dum igitur hæc ex propria quaque iniuriæ cauſa vaſtantur in corpore, aduſque vltimam everſionem, & reſciſſionem vitalium, id eſt naturalium finium, ſituum, officiorum; neceſſario & anima, dilabentibus paulatim inſtrumentis, & domicilijs, & ſpatijs ſuis paulatim & ipſa migrare compulſa, deducitur in diminutionis effigiem; non alio modo quàm quo & aurigam ipſum quoque defeciſſe præſumitur, cùm vires, equorum defatigatio denegavit; quantum de diſpoſitione deſtituti hominis, non de paſſionis veritate. Perinde auriga corporis ſpiritus animalis deficientis vectaculi nomine, non ſuo, deficit; opere decedens, non vigore; actu elanguens, non ſtatu; conſtantiam non ſubſtantiam decoquens, quia comparere ceſſat, non quia eſſe. Sic & rapida quæque mors, vt cervicum meſſis, ſemel, ac tantam iannuam pandens; aut ruinæ vis ſemel omnia vitalia clidens, vt apoplexis, interior ruina, nullam animæ moram præſtat, nec diceſſium eius in momenta diſcruciat. At vbi longa mors, provt deſeritur anima, ita & deſerit; non tamen conciditur hac facie, ſed extrahitur; & dum extrahitur, poſtremitatem ſuam, partem videri facit. Non omnis autem pars ſtatim & abſciſſa eſt; quia poſtera eſt; nec quia exigua eſt, ſtatim & ipſa peritura eſt. Sequitur ſeriem ſuus finis, & mediocritas trahitur ad ſumma, & reliquiæ vniverſitati cohærentes, expectantur ab illa, non derelinquuntur, atque ita auſim dicere, totius vltimum, totum eſt: quia licet minus, atque poſterius ſit, ipſius eſt. Hinc denique evenit, ſæpe animam in ipſo divortio potentius agitari, ſollicitiore obtutu, extraordinaria loquacitate, dum ex maiore ſuggeſtu, iam in libero conſtituta, per ſuperfluum quod adhuc cunctatur in corpore, enuntiat, quæ videt, quæ audit, quæ incipit noſſe.

1. Cor. 3. 16. & ſeq. Si enim corpus iſtud Platonica ſententia carcer, cæterùm Apoſtolica, [a] *Dei templum*, cùm in Chriſto eſt; ſed interim animam conſepto ſuo obſtruit, & obſcurat, & concretione carnis infæcat; vnde illi, velut per corneum ſpecular, obſoletior lux rerum eſt, proculdubiò, cùm vi mortis exprimitur de concretione carnis, & ipſa expreſſione colatur, certè de oppanſo corporis erumpit in apertum, ad meram, & puram, & ſuam lucem; ſtatim ſemetipſam in expeditione ſubſtantiæ recognoſcit, & in divinitatem ipſa libertate reſipiſcit, vt de ſomno emergens, ab imaginibus ad veritates:

tunc

tunc & enuntiat quæ videt, tunc exultat, aut trepidat, provt paraturam deverſorij ſui ſentit, de ipſius ſtatim angeli facie, vocatoris animarum, Mercurij poëtarum.

CAPVT LIV.

Philoſophi diverſimodè ſentiunt de locis animarum, poſt obitum. Stoïci Animas Sapientum in ſupernis manſionibus locant, alias in inferis, quos non in gremio terræ ſicut Plato, ſed in imis viſceribus eſſe credimus.

In p. V. Anima ſeparata, 3. In f. V. Infernus, 3.

QVò igitur deducetur anima, iam hinc reddimus. Omnes fermè philoſophi, qui immortalitatem animæ, qualiter volunt, tamen vindicant, vt Pythagoras, vt Einpedocles, vt Plato, quique aliquod illi tempus indulgent, ab exceſſu, vſque in conflagrationem vniverſitatis, vt Stoïci, ſuas ſolas, id eſt ſapientum animas, in ſupernis manſionibus collocant. Plato quidem non temerè philoſophorum animabus hoc præſtat, ſed eorum qui philoſophiam ſcilicet exornaverint amore puerorum. Adeò etiam inter philoſophos magnum habet privilegium impuritas. Itaque apud illum in ætherem ſublimantur animæ ſapientes: apud Arium, in aërem; apud Stoïcos, ſub lunam. Quos quidem miror, quòd imprudentes animas circa terram proſternant, cùm illas à ſapientibus multò ſuperioribus erudiri adfirment. Vbi erit ſcholæ regio, in tanta diſtantia diverſoriorum? qua ratione, diſcipulæ ad magiſtras convenrabunt, tanto diſcrimine invicem abſentes? quis autem illis poſtumæ eruditionis vſus ac fructus, iamjam conflagratione perituris? Reliquas animas ad inferos dejiciunt. Hos Plato velut gremium terræ deſcribit, in Phædone, quò omnes labes mundialium ſordium confluendo, & ibi deſidendo exhalent, & quaſi cœno immunditiarum ſuarum, craſſiorem hauſtum, & privatum illic aërem ſtipent.

CAPVT LV.

Erroneè credit, quòd Martyrum tantummodò animæ in cœlum poſt exitum admittantur, ſive paradiſum, de quo Librum, qui non extat, ſe ſcripſiſſe commemorat: reliquas autem apud inferos foveri, aut torqueri ad diem vſque iudicij.

In p. V. Infernus, 5. In p. V. Chri. deſcenſus ad inferos. A. p. ad f. in Alphab. Errorum. V. Animæ iuſtorum, non martyrum, non adeunt cœlum. Niſi poſt reſurr. 2. Circa f. in Alphab. Errorum. V. Paracletus, 1. In f. V. Gloria cœli, 4.

NObis inferi, non nuda cavoſitas, nec ſubdivalis aliqua mundi ſentina creduntur: ſed in foſſa terræ, & in alto vaſtitas, & in ipſis viſceribus eius abſtruſa pro-
funditas. *Siquidem Chriſto in corde terræ triduum mortis legimus expunctum, id Matth. 12. 40
eſt in receſſu intimo, & interno, & in ipſa terra operto, & intra ipſam clauſo, & infe-
rioribus adhuc abyſſis ſuperſtructo. Quòd ſi Chriſtus Deus, quia & homo, mortuus
ſecundùm ſcripruras, & ſepulrus ſecus eaſdem, huic quoque legi ſatisfecit, forma hu-
manæ mortis apud inferos ſunctus; [a] *nec antè aſcendit in ſublimiora cœlorum, quàm deſ-* a Epheſ. 4. 9.
cendit in inferiora terrarum, vt illic Patriarchas, & Prophetas compotes ſui faceret;
habes & regionem inferûm ſubterraneam credere, & illos cubito pellere, qui ſatis
ſuperbè, non putant animas fidelium inferis dignas: [b] *ſervi ſuper dominum, & diſcipuli* b Matth. 10.
ſuper magiſtrum, aſpernati ſi fortè in Abrahæ ſinu, expectandæ reſurrectionis ſolatium 24.
capere. Sed in hoc, inquiunt, Chriſtus inferos adiit, nè nos adiremus: cæterùm,
quòd diſcrimen ethnicorum, & Chriſtianorum, ſi carcer mortuis idem? Quo ergo
anima modo exhalabir in cœlum, [c] *Chriſto illic adhuc ſedente ad dexteram Patris, non-* c Marc. 16. 19.
dum Dei iuſſu per tubam archangeli audito, nondum illis quos Domini adventus in ſæculo in- 1. Theſſ. 4.
venerit obviam ei ereptis in aërem, cum his qui mortui in Chriſto primi reſurgent? Nulli 16. 17.
patet cœlum, terra adhuc ſalva, nè dixerim clauſa. Cum tranſactione enim mundi,
reſerabuntur regna cœlorum. Sed in æthere dormitio noſtra, cum puerarijs Platonis;
aut in aëre, cum Ario; aur circa lunam, cum Endymionibus Stoïcorum. Immò, in-
quis, in paradiſo, quò iam tunc & Patriarchæ, & Prophetæ, appendices Dominicæ
reſurrectionis, ab inferis migraverint. Et, quomodo Ioanni in ſpiritu, paradiſi regio Apoc. 6. 9.
revelata, quæ ſubijcitur altari, nullas alias animas apud ſe, præter martyrum, oſten-
dit? quomodo Perpetua fortiſſima martyr, ſub die paſſionis in revelatione paradiſi
ſolos illic commartyres ſuos vidit; niſi quia nullis romphæa, paradiſi ianitrix cedit,
niſi qui in Chriſto deceſſerint; non in Adam? Nova mors pro Deo, & extraordina-
ria pro Chriſto, alio & privato excipitur hoſpitio. Agnoſce itaque differentiam

ethnici, & fidelis in morte. Si pro Deo occumbas, vt Paracletus monet, non in mollibus ſebribus, & in lectulis, ſed in martyriis; ſi crucem tuam tollas, & ſequaris Dominum, vt ipſe præcepit, tota paradiſi clavis, tuus ſanguis eſt. Habes etiam de paradiſo à nobis libellum, quo conſtituimus omnem animam apud inſeros ſequeſtrari, in diem Domini.

CAPVT LVI.

Vanas explodit opiniones Gentilium, credentium ſolutas carne Animas in terris detineri, donec iuſta eis vivi perſolvant; aut immaturè excuſſas, hic vagari, donec compleant annos, quibus vixiſſent ſuperſtites.

In p. ad f. V. Sepultura, 1.

OCCVRRIT diſceptatio, an hoc ab exceſſu ſtatim fiat, an quaſdam animas aliqua ratio detineat hic interim, an etiam receptas, liceat poſtea ab inferis, ex arbitrio vel ex imperio intervenire: nec harum enim opinionum ſuaſoriæ deſunt. Creditum eſt, inſepultos non antè ad inſeros redigi quàm iuſta perceperint, ſecundùm Homericum Patroclum, ſunus in ſomnis dè Achille flagitantem, quòd non aliàs adire portas inſerûm poſſet, arcentibus eum longè animabus ſepultorum. Novimus autem, præter poëtica iura, pietatis quoque Homericæ induſtriam. Tantò magis enim curam ſepulturæ collocavit, quantò etiam moram eius iniurioſam animabus incuſavit; ſimul & nè quis deſunctum domi detinens, ipſe amplius cum illo maceretur enormitate ſolatij, dolore nutriti. Ita querelas animæ inſepultæ ad vtrumque
* mœror confinxit; vt inſtantia funeris, & honor corporum ſervetur, & * memoria adſectuum temperetur. Cæterùm, quàm vanum, vt anima corporis iuſta ſuſtineat, quaſi aliquid ex illis ad inſeros auehat? Multò vanius, ſi iniuria deputabitur animæ, ceſſatio ſepulturæ, quàm pro gratia deberet amplecti. Vtique enim tardius ad inſeros abſtrahi malet, quæ nec mori voluit. Amabit impium hæredem, per quem adhuc paſcitur luce: aut ſi qua pro certo iniuria eſt, tardius ſub terram detrudi, titulus autem iniuriæ, ceſſatio eſt ſepulturæ, perquàm iniquum eam iniuria adfici, cui non imputabitur ceſſatio ſepulturæ, ad proximos ſcilicet pertinens. Aiunt & immatura morte præventas, eòvſque vagari iſthic, donec reliquatio compleatur ætatum, quas tum pervixiſſent, ſi non intempeſtivè obüſſent. Porro, aut conſtituta ſunt tempora vnicuique, & conſtituta præripi poſſe non credam: aut ſi conſtituta ſunt quidem, Dei tamen voluntate vel aliqua poteſtate mutilantur, ſruſtra mutilantur, ſi iam impleri ſuſtinentur: aut ſi non ſunt conſtituta, nulla erit reliquatio temporum non conſtitutorum. Adhuc addam. Ecce obüt (verbi gratia) infans ſub vberum fontibus, puta nunc puer Inveſtis, puta veſticeps, qui tamen octoginta annos victurus fuiſſet: hos præreptos, vt anima ejus hìc poſt mortem tranſigat, quale eſt? *Ætatem enim non poteſt capere ſine corpore; quia per corpora operantur ætates. Noſtri autem, illud quoque recogitent, corpora eadem recepturas in reſurrectione animas, in quibus deceſſerunt. Iidem ergo ſperabuntur & corporum modi, & eædem ætates, quæ corporum modos faciunt. Quo ergo pacto poteſt infantis anima hic tranſigere prærepta tempora, vt octogenaria reſurgat in corpore, menſis vnius? Aut ſi hìc neceſſe erit ea tempora impleri quæ fuerant deſtinata, num & ordinem vitæ, quem ſortita ſunt tempora, pariter cum illis hic deſtinatum, pariter hìc anima decurret, vt & ſtudeat ab infantia, pueritiæ delegata; & militet ab adoleſcentia, iuventæ excitata; & cenſeat à iuventa, ſenectæ ponderata; & fœnus exprimat, & agrum vrgeat, naviget, litiget, nubat, laboret, ægritudines obeat; & quæcunque illam cum temporibus manebant triſtia, ac læta? Sed hæc ſine corpore quomodo tranſigentur? vita ſine vita? Sed vacua erunt tempora, ſolo decurſu adimplenda. Quid ergo prohibet apud inferos ea impleri, vbi perinde nullus eſt vſus illorum? Ita dicimus omnem animam quaqua ætate deceſſerit, in ea ſtare ad eum diem, vſque quo perſectum illud repromittitur, ad angelicæ plenitudinis menſuram temperatum. Proinde nec extorres inferûm habebuntur, quas vi ereptas arbitrantur, præcipua atrocitate ſuppliciorum, crucis dico, & ſecuris, & gladij, & feræ: nec iſti porro exitus violenti, quos iuſtitia decernit, violentiæ vindex. Et ideo, inquies, ſceleſtę quæque animæ inferis exulant. Alterum ergo conſtituas compello, aut bonos inferos, aut malos. Si malos placet, & iam præcipitari illuc animæ peſſimæ debent: ſi bonos, cur idem, animas immaturas, & innuptas, pro conditione ætatis puras & innocuas, interim indignas inferis iudicas?

CAPVT LVII.

Animæ non educuntur ab inferis arte magica quacunque, ſiue Imperio dæmonum, nec proprio inde exeunt arbitrio, vt ad nos redeant.

In p. V. Sepultura, 1. A. p. V. Magia, 2. Et V. Exorciſmus. In m. V. Diabolus, 5. Circa f. V. Sepultura, 2.

AVT optimum eſt hîc retineri, ſecundùm aoros; aut peſſimum, ſecundùm biæothanatos, vt ipſis iam vocabulis vtar, quibus auctrix opinionum iſtarum Magia ſonat, Hoſtanes, & Typhon, & Dardanus, & Damigeron, & Nectabis, & Berenice. Publica iam littera eſt, quæ animas etiam iuſta ætate ſopitas, etiam proba morte diſjunctas, etiam prompta humatione diſpunctas, evocaturam ſe ab inferûm incolatu pollicetur. Quid ergo dicemus Magiam? quod omnes penè, fallaciam: ſed ratio fallaciæ ſolos non fugit Chriſtianos, qui [a] *ſpiritalia nequitiæ*, non quidem ſocia conſcientia, ſed inimica ſcientia novimus: nec invitatoria operatione, ſed expugnatoria dominatione tractamus; multiformem luem mentis humanæ, totius erroris artificem, ſalutis pariter, animæque vaſtatricem ſcientiam magiæ; ſecundæ ſcilicet idololatriæ, in qua ſe dæmones perinde mortuos fingunt, quemadmodum in illa deos: quidni? cùm & dij mortui. Itaque invocantur quidem aori, & biæothanati, ſub illo fidei argumento, quòd credibile videatur, eas potiſſimum animas ad vim, & injuriam facere, quas per vim & injuriam ſævus & immaturus finis extorſit, quaſi ad vicem offenſæ. Sed dæmones operantur ſub obtentu earum: & hi vel maximè, qui in ipſis tunc fuerunt cùm adviverent, quique illas in huiuſmodi impegerunt exitus. Nam & ſuggeſſimus nullum penè hominem carere dæmonio: & pluribus notum eſt, dæmoniorum quoque operâ, & immaturas, & atroces effici mortes, quas incurſibus deputant. Hanc quoque fallaciam ſpiritus nequam, ſub perſonis defunctorum deliteſcentis, niſi fallor, etiam rebus probamus, quum in exorciſmis interdum aliquem ſe ex parentibus hominem ſuis affirmat, interdum gladiatorem, vel beſtiarium, ſicut & alibi Deum: nihil magìs curans, quàm hoc ipſum excludere quod prædicamus, nè facilè credamus animas vniverſas ad inferos redigi, vt & iudicij, & reſurrectionis fidem turbet. Et tamen ille dæmon, poſtquam circumſtantes circumvenire tentavit, inſtantia divinæ gratiæ victus, id quod in vero eſt, invitus confitetur. Sic & in illa alia ſpecie magiæ, quæ iam quieſcentes animas evellere ab inferis creditur, & conſpectui exhibere, non alia fallaciæ vis eſt operatior: plane, quia & phantaſma præſtatur; quia & corpus adſingitur: nec magnum illi, exteriores oculos circumſcribere, cui interiorem mentis aciem excæcare perfacilè eſt. Corpora denique videbantur Pharaoni, & Ægyptijs, magicarum virgarum dracones: ſed Moyſis veritas mendacium devoravit. Exo. 7. 12.
Multa vtique & adverſus Apoſtolos Simon, & Elymas magi: ſed plaga cæcitatis de præſtigijs non fuit: quid novi, æmulatio veritatis à ſpiritu immundo? Act. 13. 11.
Ecce hodie eiuſdem Simonis hæreticos tanta præſumptio artis extollit, vt etiam prophetarum animas ab inferis movere ſe ſpondeant. Et credo quia mendacio poſſunt: 1. Reg 18. 15.
nec enim pythonico tunc ſpiritui minus licuit animam Samuelis effingere, poſt Deum mortuos conſulente Saüle. Abſit alioquin vt animam cuiuslibet ſancti, nè dum prophetæ, à dæmonio credamus extractam, edocti, quòd [b] *ipſe Satanas transfiguretur in angelum lucis*, nedum in hominem lucis, etiam Deum ſe adſeveraturus in fine, ſignaque portentoſiora editurus, ad evertendos, ſi fieri poſſit, electos. Dubitavit, ſi fortè, tunc prophetam ſe Dei aſſeverare, & vtique Saüli, in quo iam ipſe morabatur? Nè putes alium fuiſſe qui phantaſma adminiſtrabat, alium qui commendabat; ſed eundem ſpiritum & in pſeudoprophetide, & in apoſtata facilè mentiri, quod fecerat, credi; per quem, Saülis [c] *theſaurus illic erat, vbi & cor ipſius*, vbi ſcilicet Deus non erat. Et ideo per quem viſurum ſe credidit, vidit: quia per quem vidit, & credidit. Si & de nocturnis imaginibus opponitur, ſæpè non fruſtra mortuos viſos, (nam & Naſamonas, propria oracula apud parentum ſepulcra manſitando captare, vt Heraclides ſcribit, vel Nymphodorus, vel Herodotus: & Celtas apud virorum fortium buſta, eâdem de cauſa abnoctare, vt Nicander adfirmat) non magìs mortuos verè patimur in ſomnis, quàm vivos, ſed eadem ratione mortuos, quâ & vivos, & omnia quæ videntur. Non enim quia videntur, vera ſunt, ſed quia adimplentur. Fides ſomniorum de effectu, non de conſpectu renuntiatur. Nulli autem animæ omnino inferos patere, ſatìs Dominus in argumento illo pauperis requieſcentis, & divitis ingemiſcentis, ex perſona Abrahæ ſanxit, non poſſe inde relegari renuntiatorem diſpoſitionis infernæ; quod vel tunc licere potuiſſet, vt Moyſi, & prophetis cre-

[a] Epheſ. 6. 12.
[b] 2. Theſſ. 2. 4. Matth. 24. 24. 1. Reg. 28. 15.
[c] Matth. 6. 21.

deretur. Sed etſi quaſdam revocavit in corpora Dei virtus, in documenta iuris ſui, non idcirco communicabitur fidei, & audaciæ magorum, & fallaciæ ſomniorum, & licentiæ pictarum. Atquin in reſurrectionis exemplis, cùm Dei virtus, ſive per Prophetas, ſive per Chriſtum, ſive per Apoſtolos in corpora animas repræſentat, ſolida, & contrectabili, & ſatiata veritate, præiudicatum eſt hanc eſſe formam veritatis, vt omnem mortuorum exhibitionem incorporalem præſtigias iudices.

CAPVT LVIII.

Ad diem vſque reſurrectionis erroneè dicit Animas innocentium apud inferos lætari, malorum autem etiam pro peccatis cogitatu commiſſis pœnas luere. Rectè autem ſentit ſecundùm Evangelium, modica quæque delicta, vſque ad iudicij tempus in carcere purgatorij plecti. Errat in hoc tantùm, ſi poſt exactam ibi pœnitentiam, in locum refrigerij ſub terra ſitum, non ad cœli gloriam ſtatim tranſire intelligat ſecundùm præfatum eius errorem. Cæterùm in fine capitis, errorem ſuum de paracleto Montano inſinuat.

In p. ad circa f. V. Animæ paſſibilitas, 3. Et in p. In Alphab. Errorum. V. Animæ iuſtorum, non martyrum, cœlum non adeunt ante reſurr. 3. Circa f. In Alphab. Errorum. V. Paracletus, 2. Et V. cogitatio. Et V. Purgatorium, 2. In f. V. curioſitas.

OMNES ergo animæ penès inferos? inquis. Velis, ac nolis, & ſupplicia iam illic, & refrigeria: habes pauperem, & divitem: & quia diſtuli neſcio quid ad hanc partem, iam opportunè in clauſula reddam. Cur enim non putes, animam & puniri, & foueri in inferis interim, ſub expectatione vtriuſque iudicij, in quadam vſurpatione, & candida eius? Quia ſalvum debet eſſe, inquis, in iudicio divino negotium ſuum, ſine vlla prælibatione ſententiæ: tum quia & carnis operienda eſt reſtitutio, vt conſortis operarum, atque mercedum. Quid ergo fiet in tempore iſto? dormiemus? Atenim animæ nec in viventibus dormiunt: corporum enim eſt ſomnus, quorum & ipſa mors, cum ſpeculo ſuo ſomno. Aut nihil vis agi illic, quò vniverſa humanitas trahitur? quò ſpes omnis ſequeſtratur? Delibari putas iudicium, an incipi? præcipitari, an præminiſtrari? Iam verò, quàm iniquiſſimum etiam apud inferos, ſi & nocentibus adhuc illic benè eſt, & innocentibus nondum? Quid? ampliationem vis eſſe poſt mortem, confuſa ſpe, & incerta expectatione ludentem, an vitæ recenſum iam, & ordinationem iudicij inhorrentem? Semper autem expectat anima corpus, vt doleat, aut gaudeat? nonnè & de ſuo ſufficit ſibi ad vtrumque titulum paſſionis? Quotiens illæſo corpore anima ſola torquetur bile, ira, tædio plerumque nec ſibi noto? quotiens item corpore adflicto, furtivum ſibi anima gaudium exquirit, & à corporis importuna tunc ſocietate ſecedit? Mentior, ſi non de ipſis cruciatibus corporis & gloriari, & gaudere ſola conſuevit. Reſpice ad Mutij animam, cùm dexteram ſuam ignibus ſolvit. Reſpice ad Zenonis, cùm illam Dionyſij tormenta prætereunt. Morſus ferarum, ornamenta ſunt iuventutis, vt in Cyro, vrſi cicatrices. Adeò novit & apud inferos anima & dolere, & gaudere ſine carne; quia & in carne illæſa, ſi velit dolet, & læſa ſi velit gaudet. Hoc ſi ex arbitrio ſuo in vita, quantò magìs ex iudicio Dei poſt mortem? Sed nec omnia opera cum carnis miniſterio anima partitur; nam
a Matth. 5. 28 & ſolos cogitatus, & nudas voluntates cenſura divina perſequitur: [a] *Qui viderit ad concupiſcendum, iam adulteravit in corde.* Ergo propter hoc congruentiſſimum eſt, animam, licet non exſpectata carne, puniri, quod non ſociata carne commiſit. Sic & ob cogitatus pios, & benevolos, in quibus carne non eguit, ſine carne recreabitur. Quid nunc, ſi & in carnalibus prior eſt, quæ concipit, quæ diſponit, quæ mandat, quæ impellit? Et, ſi quando invita, prior tamen tractat, quod per corpus actura eſt: nunquam denique conſcientia poſterior erit facto: ita huic quoque ordini competit, eam priorem penſare mercedes, cui priori debeantur. In ſumma, quum carcerem illum, quem
b Matth. 5. 25. & ſeq. Evangelium demonſtrat, inferos intelligamus, [b] *& nouiſſimum quadrantem, modicum quodque delictum* mora reſurrectionis illic luendum interpretemur, nemo dubitabit animam aliquid penſare penès inferos, ſalva reſurrectionis plenitudine, per carnem quoque. Hoc etiam Paracletus frequentiſſimè commendavit, ſi quis ſermones eius, ex agnitione promiſſorum chariſmatum, admiſerit. Ad omnem, vt arbitror, humanam ſuper anima opinionem ex doctrina fidei congreſſi, iuſtæ dumtaxat, ac neceſſariæ curioſitati ſatisfecimus: enormi autem & otioſæ, tantum deerit diſcere, quantum libuerit inquirere.

Q. SEPTIMII FLOR. TERTVLLIANI DE ANIMÆ TESTIMONIO.

IN LIBRVM DE TESTIMONIO ANIMÆ.

ARGVMENTVM.

Cùm adverteret Tertullianus, doctiſſimis opuſculis pro Chriſtiana fide tuenda editis, incredulitatem, & duritiem Gentilem non emolliri, novum hoc ad eos convincendos, Librum edidit, in quo fuſius tractat quæ perſtrinxerat paucis in Apologetico, cap.17. de Animæ ipſius Teſtimonio. Huius Libri meminit ipſe Libro de Carne Chriſti, vbi ait: plenius hæc proſequitur libellus, quem ſcripſimus de Teſtimonio Animæ. *Hunc Librum vult Pamelius in eius vita editum An. Chri. 201. Zephyrini Pontificis 3. Severi Imperatoris 8. Verùm Baronius hunc Annum Chri. non Zephyrino, ſed Victoris Papæ 8. & Severi ſeptimo adiudicat.*

CAPVT PRIMVM.

Non iam ex Libris Gentilium, quibus nec in cauſa noſtra fidem Gentiles adhibent, niſi cùm nobis adverſantur, argumenta depromimus, ſed ab ipſius Animæ ipſis nobiſque communis Teſtimonio, hanc in teſtem advocamus pro Chriſtianorum fide, rudem adhuc & impolitam.

Per totum. V. Fides, 2. A. p. V. Gentilium probra, 5.

MAGNA curioſitate, & maiore longè memoria, opus eſt adſtudendum, ſi qui velit ex literis receptiſſimis quibuſque philoſophorum, vel poëtarum, vel quorumlibet doctrinæ, ac ſapientiæ ſecularis magiſtrorum teſtimonia excerpere Chriſtianæ veritatis, vt æmuli perſecutoreſque eius de ſuo proprio inſtrumento, & erroris in ſe, & iniquitatis in nos rei revincantur. Nonnulli quidem, quibus de priſtina literatura & curioſitatis labor, & memoriæ tenor perſeveravit, ad gentes opuſcula penes nos condiderunt; commemorantes & conteſtificantes in ſingula rationem, & originem, & traditionem, & ſententiarum argumenta, per quæ recognoſci poſſit; nihil nos aut novum, aut portentoſum ſuſcepiſſe, de quo non etiam communes & publicæ literæ ad ſuffragium nobis patrocinentur, ſi quid aut erroris ejecimus, aut æquitatis admiſimus. Sed nè ſuis quidem magiſtris, aliàs probatiſſimis atque lectiſſimis, ſidem inclinavit humana de incredulitate duritia, ſicubi in argumenta Chriſtianæ defenſionis impingunt: tunc vani poëtæ, cùm deos humanis paſſionibus & fabulis deſignant: tunc philoſophi duri, cùm veritatis fores pulſant: hactenus ſapiens & prudens habebitur, qui propè Chriſtianum pronuntiaverit; cùm ſi quid prudentiæ aut ſapientiæ affectaverit, ſeu ceremonias deſpuens, ſeu ſeculum revincens, pro Chriſtiano denotetur. Iam igitur nihil nobis erit cum literis & doctrina perverſæ felicitatis, cui in falſo potius creditur, quàm in vero: viderint ſi qui de vnico & ſolo Deo pronuntiaverunt: immò nihil omnino relatum ſit, quod agnoſcat Chriſtianus, nè exprobrare poſſit. Nam & quod relatum eſt, neque omnes ſciunt, neque qui ſciunt, conſtare confidunt: tantò abeſt vt noſtris literis annuant homines, ad quas nemo venit niſi iam Chriſtianus. Novum teſtimonium advoco, immò omni litera-

tura notius, omni doctrina agitatius, omni editione vulgatius, toto homine maius, id eſt, totum quod eſt hominis. Conſiſte in medio Anima, ſeu divina & æterna res es, ſecundùm plures philoſophos, eò magis non mentiens: ſeu minimè divina, quoniam quidem mortalis, vt Epicuro ſoli videtur, eò magis mentiri non debens, ſeu de cœlo exciperis, ſeu de terra conciperis, ſeu numeris, ſeu atomis concinnaris, ſeu cum corpore incipis, ſeu poſt corpus induceris, vnde vnde & quoquo modo hominem facis animal rationale, ſenſus & ſcientiæ capaciſſimum. Sed non eam te advoco, quæ ſcholis formata, bibliothecis exercitata, academiis & porticibus Atticis paſta, ſapientiam ructas. Te ſimplicem, & rudem, & impolitam, & idioticam compello, qualem te habent qui te ſolam habent, illam ipſam de compito, de trivio, de textrino totam. Imperitia tua mihi opus eſt, quoniam aliquantulæ peritiæ nemo credit. Ea expoſtulo, quæ tecum homini infers, quæ aut ex temetipſa, aut ex quocunque auctore tuo ſentire didiciſti. Non es, quod ſciam, Chriſtiana: fieri enim, non naſci ſoles Chriſtiana. Tamen nunc à te teſtimonium flagitant Chriſtiani, ab extranea adverſus tuos, vt vel tibi erubeſcant, quod nos ob ea oderint & irrideant, quæ te nunc conſciam detineant.

CAPVT II.

Plures loquendi formulas refert, quas paſſim nobiſcum ex naturæ viſceribus promunt, quibus nobiſcum Deum vnicum ethnici confitentur.

In f. V. Fides, 2. In m. V. Deus iudex, 1.

NON placemus, Deum prædicantes hoc nomine vnico vnicum, à quo omnia, & ſub quo vniverſa. Dic teſtimonium ſi ita ſcis. Nam te quoque palam & tota libertate, qua non licet nobis, domi ac foris audimus ita pronuntiare, *Quod Deus dederit*, & *Si Deus voluerit*. Ea voce & aliquem eſſe ſignificas, & omnem illi confiteris poteſtatem, ad cuius ſpectas voluntatem, ſimul & cæteros negas deos eſſe, dum ſuis vocabulis nuncupas, Saturnum, Iovem, Martem, Minervam: ſolum Deum confirmas, quem tantùm Deum nominas: vt & cùm illos interdum deos appellas, de alieno, & quaſi pru mutuo vſa videaris. De natura quoque Dei quam prædicamus, nec te latet. *Deus bonus, Deus benefacit*, tua vox eſt. Planè adjicis, *Sed homo malus*: ſcilicet, contraria propoſitione obliquè, & figuraliter exprobrans, ideo malum hominem, quia à Deo bono abſceſſerit. Etiam, quod penès Deum bonitatis & benignitatis omnis benedictio, inter nos ſummum fit diſciplinæ, & converſationis ſacramentum, *Benedicat te Deus*, tam facile pronuntias, quàm Chriſtiano neceſſe eſt. At cùm in maledictum convertis benedictionem, Dei perinde dicto, omnem ſuper nos poteſtatem eius conſiſtere, ſecundùm nos confiteris. Sunt qui etſi Deum non negent, diſpectorem planè, & arbitrum, & iudicem non putent, (in quo vtique nos maximè rejiciunt, qui ad iſtam diſciplinam metu prædicati iudicij tranſvolamus.) ſic Deum honorantes, dum curis obſervationis, & moleſtiis animadverſionis abſolvunt, cui nè iram quidem adſcribunt: nam ſi Deus, (inquiunt) iraſcitur, corruptibilis, & paſſionalis eſt: porro quod patitur, quodque corrumpitur, etiam interitum poteſt capere, quem Deus non capit. At ijdem alibi animam divinam, & à Deo conlatam confitentes, cadunt in teſtimonium ipſius animæ retorquendum adverſus opinionem ſuperiorem. Si enim anima aut divina, aut à Deo data eſt, ſine dubio datorem ſuum novit. Et ſi novit, vtique & timet, & tantum poſtremò adauctorem. An non timet, quem magis propitium velit, quàm iratum? Vnde igitur naturalis timor animæ in Deum, ſi Deus non vult iraſci? Quomodo timetur, qui neſcit offendi? Quid timetur, niſi ira? Vnde ira, niſi ex animadverſione? Vnde animadverſio, niſi de iudicio? Vnde iudicium, niſi de poteſtate? Cuius poteſtas ſumma, niſi Dei ſolius? Hinc ergo tibi, Anima, de conſcientia ſuppetit domi ac foris, nullo irridente, vel prohibente prædicare, *Deus videt omnia*, & *Deo commendo*, & *Deus reddet*, & *Deus inter nos iudicabit*. Vnde tibi hoc non Chriſtiana? atque adeò plerunque & vitta Cereris redimita, & pallio Saturni coccinata, & Iſidis linteata. In ipſis denique templis Deum iudicem imploras, ſub Æſculapio ſtans; Iunonem in ære exaurans, Minervam calceans furvis galeam formis, & neminem de præſentibus deis conteſtaris: in tuo foro aliunde iudicem appellas: in tuis templis alium deum pateris. O teſtimonium veritatis, quæ apud ipſa dæmonia teſtem efficit Chriſtianorum!

CAPVT III.

Eſſe dæmones, execrationes publicæ teſtantur, quidquid Chryſippi aſſentator irrideat.

Per totum. V. Diabolus, 2.

ENimverò cùm dæmonia adfirmamus eſſe, ſanè quaſi non & probemus, qui ea ſoli de corporibus exigimus, aliqui Chryſippi adſentator inludit. Et eſſe, & abominationem ſuſtinere, execrationes tuæ reſpondent. Dæmonium vocas, hominem aut immunditia, aut malitia, aut inſolentia, aut quacunque macula, quam nos dæmoniis deputamus, aut ad neceſſitatem odij, importunum. Satanam denique in omni averſatione, & aſpernatione, & deteſtatione pronuntias, quem nos dicimus malitiæ angelum, totius erroris artificem, totius ſæculi interpolatorem, per quem homo à primordio circumventus, vt præceptum Dei excederet, & proptereà in mortem datus, exinde totum genus de ſuo ſemine infectum, ſuæ etiam damnationis traducem fecit. Sentis igitur perditorem tuum. Et licet ſoli illum noverint Chriſtiani, vel quæcunque apud dominum ſecta, & tu tamen eum noſti, dum odiſti.

CAPVT IV.

Poſt mortem, Animam ſupereſſe immortalem, mortuorum ſuorum memores Gentiles atteſtantur, dum eis parentant, eorum cineribus terram gravem, & inferorum tormenta vel refrigeria precantur: quòd hos miſeros alios felices dicant. Quòd ipſi famam poſt mortem appetant. Quòd de recens mortuo, quaſi redituro dicant: Abiit iam, reverſurus.

Per totum. V. Animæ immortal. 7. Et in p. iii Alphab. Errorum. V. Anima nil patitur ſine corpore, 2. A. m. V. Mors, 13.

IAm nunc quod ad neceſſariorem ſententiam tuam ſpectet, quantum & ad ipſum ſtatum tuum tendit, affirmamus te manere poſt vitæ diſpunctionem, & exſpectare diem iudicij, proque meritis aut cruciatui deſtinari, aut refrigerio, vtroque ſempiterno. Quibus ſuſtinendis neceſſariò tibi ſubſtantiam priſtinam, eiuſdemque hominis materiam, & memoriam reverſuram, quod & nihil mali ac boni ſentire poſſis, ſine carnis paſſionalis facultate, & nulla ratio ſit iudicij, ſine ipſius exhibitione, qui meruit iudicij paſſionem. Ea opiniono Chriſtiana, etſi honeſtior multo Pythagorica, quæ te non in beſtias transfert: etſi plenior Platonica, quæ tibi etiam dotem corporis reddit: etſi Epicurea gravior, quæ te ab interitu defendit: tamen propter nomen ſolum vanitati, & ſtupori, &, vt dicitur, præſumptioni deputatur. Sed non erubeſcimus, ſi tecum erit noſtra præſumptio. Primò enim cùm alicuius defuncti recordaris, miſellum vocas eum: non vti de bono vitæ ereptum, ſed vt pœnæ & iudicio iam aſcriptum: cæterùm aliàs ſecuros vocas defunctos. Profiteris & vitæ incommodum, & mortis beneficium. Vocas porro ſecuros, ſi quando extra portam cum obſoniis, & matteis tibi potius parentans ad buſta recedis, aut à buſtis dilutior redis. At ego ſobriam tuam ſententiam exigo: miſellos vocas mortuos, cùm de tuo loqueris, cùm ab eis longè es: nam in convivio cùm quaſi præſentibus & conrecumbentibus ſortem ſuam exprobrare non poſſis, debes adulari propter quos lautius vivis. Miſellum ergo vocas, qui nihil ſentit? quid quòd vt ſentienti maledicis cuius memoriam cum alicuius offenſæ morſu facis? terram gravem imprecaris, & cineri penès inferos tormentum: æque ex bona parte, cui gratiam debes, oſſibus & cineribus eius refrigerium comprecaris, & vt benè requieſcat apud inferos cupis. Si nihil paſſionis eſt tibi poſt mortem, ſi nulla ſenſus perſeverantia, ſi denique nihil es ipſa, vbi corpus reliquiſti, cur mentiris in te, quaſi aliquid vltra pati poſſis? immò cur in totum times mortem, ſi nihil eſt tibi timendum poſt mortem, qua nec experiundum poſt mortem? Nam etſi dici poteſt, ideo mortem timeri, non vltra quid minantem, ſed vt commodum vitæ amputantem: atquin cùm & incommoda longè plura vitæ pariter excedant, lucratione gravioris partis metum diluit: nec iam timenda eſt amiſſio bonorum, quæ altero bono, id eſt, incommodorum pace, penſatur. Non eſt timendum quod nos liberat ab omni timendo. Si times vita decedere, quia optimam noſti: certè mortem timere non debes, quam malam neſcis. At cùm times, ſcis malam. Non ſcires autem malam, quia nec timeres, ſi non ſcires aliquid eſſe poſt mortem, quod eam malam faciat vt timeas. Omittamus nunc naturalem formam timendi mortem. Nemo timeat quod evadere non poteſt. Ex altera parte congredior, lætioris ſpei poſt mortem. Nam omnibus ferè ingenita eſt famæ poſt mortem cupido. Lon-

gum eſt retexere Curtios, & Regulos, vel Græcos viros, quorum innumera elogia ſunt contemptæ mortis, propter poſtumam famam. Quis non hodie memoriæ poſt mortem frequentandæ ita ſtudet, vel vt litteraturæ operibus, vel ſimplici laude morum, vel ipſorum ſepulcrorum ambitione nomen ſuum ſeruet? Vnde animæ hodie affectare aliquid quod velit poſt mortem, & tantopere præparare quæ ſit vſura poſt obitum? Nihil vtique de poſtero curaret, ſi nihil de poſtero ſciret. Sed forſitan de ſenſu poſt exceſſum tui certior es, quàm de reſurrectione quandoque, cuius non præſumptores denotamur. Atquin hoc quoque ab anima prædicatur. Nam ſi de aliquo iampridem defuncto, tanquam de vivo quis requirat, præ manu occurrit dicere, *Abijt iam, & reuerti debet.*

CAPVT V.

Magiſtrà naturà, à Deo doctà teſte, non debent eius teſtimonia friuola deputari: Cùm anima ſit prior quàm littera, & homo quàm philoſophus. Quod ſi hæc teſtimonia de litteris hauſerit; de diuinis certè prius, quàm humanis. Vt dixerat, Apol. cap. 19.

Per totum. V. fides, 3. In m. V. Animæ vis, 3. In f. V. Scriptura S. 2.

HÆc teſtimonia animæ quantò vera, tantò ſimplicia: quantò ſimplicia, tantò vulgaria: quantò vulgaria, tantò communia: quantò communia, tantò naturalia: quantò naturalia, tantò divina. Non puto cuiquam frivolum & frigidum videri poſſe, ſi recogitet naturæ majeſtatem, ex qua cenſetur auctoritas animæ. Quantum dederis magiſtræ, tantum adiudicabis diſcipulæ. Magiſtra natura, anima diſcipula. Quicquid aut illa edocuit, aut iſta perdidicit, à Deo traditum eſt, magiſtro ſcilicet ipſius magiſtræ. Quid anima poſſit de principali inſtitutore præſumere, in te eſt æſtimare de ea quæ eſt in te. Senti illam, quæ vt ſentias efficit: recogita in præſagijs vatem in omnibus augurem, in eventibus proſpicem. Mirum ſi à Deo data novit homini divinare. Tam mirum, ſi eum à quo data eſt, novit. Etiam circumventa ab adverſario, meminit ſui auctoris, & bonitatis, & decreti eius, & exitus ſui, & adverſatij ipſius. Sic mirum, ſi à Deo data, eadem canit, quæ Deus ſuis dedit noſſe. Sed qui eiuſmodi eruptiones animæ non putavit doctrinam eſſe naturæ congenitæ, & ingenitæ conſcientiæ tacita commiſſa, dicet potius diventilatis in vulgus opinionibus publicatarum litterarum vſum iam, & quaſi vitium corroboratum taliter ſermocinandi. Certè prior anima quàm litera, & prior ſermo quàm liber, & prior ſenſus quàm ſtilus, & prior homo ipſe quàm philoſophus & poëta. Nunquid ergo credendum eſt, ante literaturam & divulgationem eius, mutos ab huiuſmodi pronuntiationibus homines vixiſſe? Nemo Deum & bonitatem eius, nemo mortem, nemo inferos loquebatur: mendicabat ſermo, opinor, immò nec vllus eſſe poterat, ceſſantibus etiam tunc, ſine quibus etiam hodie beatior, & locupletior, & prudentior eſſe non poteſt, ſi ea quæ tam facilia, tam aſſidua, tam proxima hodie ſunt in ipſis quodammodo labijs parta, retro non fuerunt, antequam literæ in ſeculo germinaſſent, antequam Mercurius (opinor) natus fuiſſet. Et vnde ordo ipſis literis contingit, noſſe, & in vſum loquelæ diſſeminate, quæ nulla vnquam mens conceperat, aut lingua protulerat, aut auris exceperat? Atenim cùm divinæ ſcripturæ, quæ penès nos, vel
a Rom. 11. 17 24. Iudæos ſunt, [a] *in quorum olea, ex oleaſtro inſiti ſumus*, multò ſecularibus literis, non modica tantùm ætate aliqua, antecedant, vt loco ſuo edocuimus, ad fidem earum demonſtrandam; & ſi hæc eloquia de literis vſurpavit anima, vtique de noſtris credendum erit non de veſtris: quia potiora ſunt ad inſtruendam animam priora, quàm poſtera, quæ & ipſa à prioribus inſtrui ſuſtinebant; cùm etſi de veſtris inſtructam concedamus, ad originem tamen principalem traditio pertineat, noſtrumque omnino ſit, quodcunque de noſtris ſumpſiſſe, & tradidiſſe contigit vobis. Quod cùm ita ſit, non multum refert, à Deo formata ſit animæ conſcientia, an à literis Dei. Quid igitur vis homo, de humanis ſententijs literarum tuarum exiſſe hæc in vſus communis calloſitatem.

CAPVT VI.

Animæ, & communi naturæ, & Dei vnici vbique regnantis, omnique lingua pronuntiati teſtimonio credendum eſt; ne exprobretur in iudicio ipſi animæ, eam adverſum agnitam Dei, iudicij, diaboli, veritatem, egiſſe.

In p. ad circa f. V. Fides, 3. Et V. Scriptura ſancta, 2. In f. Et in f. V. Iudicij ordo & ſpectaculum, 2.

CREDE itaque tuis, & de commentarijs noſtris tantò magìs erede divinis: ſed de animæ ipſius arbitrio perinde crede naturæ. Elige quam ex his fidelius ſororem obſerves veritatis. Si de tuis literis dubitas, neque Deus, neque natura mentitur: vt & naturæ, & Deo credas, crede animæ: ita fiet, vt & tibi credas. Illa certè eſt quam tanti facis, quantum illa te facit, cuius es totus, quæ tibi omnia eſt; ſine qua nec vivere potes, nec mori, propter quam Deum negligis. Cùm enim times fieri Chriſtianus, eam conveni; cur alium colens, Deum nominat? cur, cùm maledicendos ſpiritus denotat, dæmonia pronuntiat? cur ad cœlum conteſtatur, & ad terram deteſtatur? cur alibi ſervit, alibi vindicem convenir? cur de mortuis iudicat? cur verba habet Chriſtianorum, quos nec auditos viſoſque vulr? cur aut nobis dedir ea verba, aut accepit à nobis? cur aut docuit, aut didicit? Suſpectam habe convenientiam prædicationis, in tanta diſconvenientia converſationis. Vanus es, ſi huic linguæ ſoli, aut Græcæ, quæ propinquæ inter ſe habentur, reputabis eiuſmodi, vt neges naturæ vniverſitatem. Non Latinis, nec Argivis ſolis anima de cœlo cadit: omnium gentium vnus homo, varium nomen eſt: vna anima, varia vox: vnus ſpiritus, varius ſonus: propria cuique genti loquela, ſed loquelæ materia communis. Deus vbique, & bonitas Dei vbique; dæmonium vbique, & maledictio dæmonij vbique; iudicij divini invocatio vbique, mors vbique, & conſcientia mortis vbique, & teſtimonium vbique: omnis anima ſuo iure proclamat, quæ nobis nec mutire conceditur. Meritò igitur omnis anima & rea & teſtis eſt: in tantum & rea erroris, in quantum & teſtis veritatis, & ſtabit ante aulas Dei die iudicij, nihil habens dicere. Deum prædicabas, & non requirebas: dæmonia abominabaris, & illa adorabas: iudicium Dei appellabas, nec eſſe credebas: inferna ſupplicia præſumebas, & non præcavebas: Chriſtianum nomen ſapiebas, & Chriſtianum perſequebaris.

Q. SEPTIMII FLOR. TERTVLLIANI APOLOGETICVS.

IN LIBRVM APOLOGETICVM ADVERSVS GENTES.

ARGVMENTVM.

Apologias pro Chriſtianis multas à viris doctis, & pijs, ante, & poſt tempora Tertulliani ſcriptas, meminit Eminentiſſimus Cardinalis Cæſar Baronius in Annalibus. Præceſſit enim Apologeticus Quadrati Athenienſis Epiſcopi, & Ariſtidis philoſophi, oblati Hadriano Imperatori Anno eius nono; Chriſti autem 128. & Quadratus Apoſtolorum Diſcipulus, Athenis coram ipſo orationem pro Chriſtianis habuit; tantùmque profecit, vt perſecutionem graviſſimam ſedaverit. Quo etiam tempore, literis Serenij Graniani Aſiæ Proconſulis placatus eſt; quibus iniquiſſimum eſſe demonſtravit, innocentiſſimos homines clamore vulgi delatos, nominis tantùm & ſectæ cauſa, nullius criminis reos crudeliſſimè torqueri: Quibus commotus Hadrianus, Minutio Fundano reſcripſit Sereni ſucceſſori, ſicut & alijs præſidibus provinciarum, vt teſtis eſt Melito Sardenſis Epiſcopus, in Libello quem obtulit Marco Aurelio Imperatori; ſine obiectu criminum, Chriſtianos non eſſe condemnandos. Iuſtinus etiam Philoſophus & Martyr, Apologeticum ſcripſit Antonino Pio, Anno Chri. 150. eiuſque filijs adoptivis, Marco, & Lucio philoſophis, ac denique ipſi Senatui, populoque Romano illum obtulit. Et rurſum idem ſanctus Martyr, aliam Apologiam ſcripſit occaſione perſecutionis obortæ, propter calumniam publicam Creſcentis cuiuſdam philoſophi Cynici, quam Imperatoribus Marco Aurelio, & Lucio vero præſentavit, Anno Chriſti 164. Aliam refert Baronius à Melitone Sardenſi in Aſia Epiſcopo ſcriptam, & Marco Aurelio oblatam Anno Chriſti 172. Item aliam Apollinaris Hierapolitani Epiſcopi, & Miltiadis Theologi, eidem Marco Aurelio Anno 172. Bardeſanis Syri, ſub eodem Marco Anno 175. cuius eximium opus laudat Hieronymus libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Athenagoræ Athenienſis philoſophi, ad eundem Imperatorem Anno Chriſti 179. Apollonij Senatoris ſub Commodo Auguſto coram Senatu recitatam Anno 189. Has legimus ante Tertullianum ſcriptas Apologias. Tertullianus itaque ſub Severo Imperatore ſuam ſcripſit ad Magiſtratus Romanos Anno Chriſti 201. & ſecundam ad Scapulam Proconſulem Africæ Anno Chriſti 203. poſt hunc ſcripſis ſuam Minutius Fælix ſub eodem Severo Anno 209. Cyprianus Martyr & Epiſcopus Carthaginenſis pariter ſuam contra Demetrianum Africæ Proconſulem Anno Chriſti 256. Eulogius Cordubenſis adverſus detractores Martyrij à Saracenis fidelibus eius Eccleſiæ illati Anno Ch. 857.

Sed his omnibus præſtat Tertulliani noſtri Apologeticus, quem veteres patres & hiſtorici graves mirificè commendant. Lactantius enim lib. 5. Inſtit. cap. 4. dicit, Tertullianum hanc cauſam plenè peroraſſe. *Hieronymus Epiſt. ad Ma-*

gium. Apologeticus, *inquit,* eius, & adverſus Gentes libri, cunctam ſeculi continent diſciplinam. *Nicephorus lib. 4. hiſt. Eccleſ. cap. 12. Euſebius diverſis in locis hiſtoriæ & in Chronicis, &c.*

Qua cauſa autem ſcripſerit, refert Baronius Anno Chriſti 201. Severi Imperatoris ſeptimo, Victoris Papæ octavo; non autem Zephyrini 2. vt ſcripſerat Pamelius in Chronico ferè ſemper diſcors à Baronio, quod adhæc attinet tempora quibus ſuos edidit libros Tertullianus, ſicut ſuis locis videbimus. Dum Severus cum Antonino filio Romanum Imperium gereret, & videret Tertullianus Chriſtianum nomen exoſum Gentilibus, & in eorum contumeliam, Romæ publicatam picturam, cum inſcriptione: Deus Chiiſtianorum Ononychites. *Quiquidem erat auribus Aſininis, altero pede vngulatus, librum geſtans, & togatus: eoſque de infantium cæde, eſu humanarum carnium, & promiſcuo concubitu, iactatis olim calumnijs, denuò infamari: factum tandem vt nomen ipſum Chriſtianum ſufficeret, vt abſque altera inveſtigatione delicti, tot horrendorum ſcelerum rei haberentur, quotquot Chriſtiani nomen & fidem profiterentur: quod aliàs tamen Traianus, Hadrianus, & Marcus Aurelius prohibuerant, vt ſupra diximus; cùm inquam cerneret Tertullianus zelantiſſimus Chriſtiani nominis propugnator, immanem in Chriſtianos perſecutionem Romæ excitatam, qua à Magiſtratibus, abſente Severo vnà cum filijs in Orientem profecto, & relicto Romæ omnium curam agente Lucio Septimio Plautiano, innoxij & inauditi, vel crucibus, vel beſtijs, vel ignibus, vel metallis crudeliſſimè damnabantur, & caſtiſſimæ fœminæ Lenonibus & proſtibulis tradebantur, immò & poſt obitum de tumulis avulſi proijciebantur; dum Romæ ipſe ageret, tacito ſuo nomine, pro Chriſtianis ſcripſit Apologeticum, ad Magiſtratus ſiue Antiſtites Romanos inſcriptum, in quo prædictas omnes calumnias diluit, & innocentiſſimam, & Reipublicæ vtiliſſimam, & Imperatorum obſervantiſſimam, ſuiſque deprecationibus apud Deum ſollicitam probat. Religionem Chriſtianam.*

CAPVT PRIMVM.

Primùm occulta litterarum via captat benevolentiam, attentionemque iudicum, cùm id palam facere non liceret; & id ſolùm agit ne cauſa Chriſtianorum ab ipſis inaudita damnetur, ob merum odium Nominis. Indeque probat, bonam eſſe cenſendam Chriſtianorum ſectam, quòd eam profitentes latere non cupiant, quod rei omnes facere ſolent: ſed potius vltro ſe Chriſtianos eſſe confiteantur interrogati.

Per totum. V. Chriſtiana Religio, 14. Et in f. V. peccati mortalis gravitas, 2.

SI non licet vobis, Romani imperij antiſtites, in aperto & edito, in ipſo ferè vertice civitatis præſidentibus ad iudicandum, palàm diſpicere, & coram examinare, quid ſit liquidò in cauſa Chriſtianorum; ſi ad hanc ſolam ſpeciem auctoritas veſtra, de iuſtitiæ diligentia, in publico aut timet, aut erubeſcit inquirere; ſi denique, quod proximè accidit, domeſticis iudicijs nimis operata ſectæ huius infeſtatio obſtruit defenſioni; liceat veritati vel occulta via tacitarũ literarum ad aures veſtras pervenire: nihil de cauſa ſua deprecatur, quia nec de conditione miratur: ſcit ſe peregrinam in terris agere; inter extraneos facilè inimicos invenire: cæterùm, genus, ſedem, ſpem, gratiam, dignitatem in cœlis habere: vnum geſtit interdum, ne ignorata damnetur: quid hìc deperit légibus in ſuo regno dominantibus, ſi audiatur? an hoc magìs gloriabitur poteſtas earum, quò etiam auditam damnabunt veritatem? cæterùm inauditam ſi damnent, præter invidiam iniquitatis, etiam ſuſpicionem merebuntur alicuius conſcientiæ, nolentes audire, quod auditum damnare non poſſint. Hanc itaque primam cauſam apud vos collocamus, iniquitatis odij erga nomen Chriſtianorum: quam iniquitatem idem titulus & onerat, & revincit, qui videtur excuſare, ignorantia ſcilicet: quid enim iniquius, quàm vt oderint homines, quod ignorant, etiam ſi res meretur odium? tunc etenim meretur, cùm cognoſcitur an mereatur: vacante autem meriti notitia, vnde

odij iuſtitia defenditur? quæ non de eventu, ſed de conſcientia probanda eſt. Cùm ergò proptereà oderint homines, quia ignorant quale ſit quod oderunt, cur non liceat eiuſmodi illud eſſe, quod non debeant odiſſe? ità vtrumque ex alterutro redarguimus, & ignorare illos, dum oderunt; & iniuſtè odiſſe, dum ignorant. Teſtimonium ignorantiæ eſt, quæ iniquitatem dum excuſat, condemnat; cùm omnes qui retrò oderant, quia ignorabant, ſimul deſinunt ignorare, ceſſant & odiſſe. Ex his fiunt Chriſtiani: vtique de comperto, & incipiunt odiſſe quod fuerant, & profiteri quod oderant; & ſunt tanti, quanti & denotamur. Obſeſſam vociferantur civitatem in agris, in caſtellis, in inſulis, Chriſtianos: omnem ſexum, ætatem, conditionem, & iam dignitatem tranſgredi ad hoc nomen, quaſi detrimento mœrent: nec tamen hoc ipſo modo ad æſtimationem alicuius latentis boni promovent animos: non licet rectiùs ſuſpicari, non libet propius experiri: hìc tantùm curioſitas humana torpeſcit: amant ignorare, cùm alij gaudeant cognoviſſe. Quantò magìs hos Anacharſis denotaſſet imprudentes de prudentibus iudicantes, quàm immuſicos de muſicis? malunt neſcire, quia iam oderunt: adeò quod neſciunt, præiudicant id eſſe, quod ſi ſciant, odiſſe non poterant; quandò ſi nullum odij debitum deprehendatur optimum vtique ſit deſinere iniuſtè odiſſe: ſi verò de merito conſtet, non modò nihil odii detrahatur, ſed ampliùs acquiratur ad perſeverantiam, etiam iuſtitiæ ipſius auctoritate. Sed non ideo, inquit, bonum, quia multos convertit; quanti enim ad malum performantur? quanti transfugæ in perverſum? Quis negat? tamen quod verè malum eſt, nè ipſi quidem, quos rapit, defendere pro bono audent: omne malùm aut timore, aut pudore natura perfudit: denique malefici geſtiunt latere, trepidant deprehenſi, negant accuſati, ne torti quidem facilè, aut ſemper confitentur: certè damnati mœrent: dinumerant in ſemetipſos, mentis malæ impetus vel fato, vel aſtris imputant: nolunt enim ſuum eſſe, quod malum agnoſcunt. Chriſtianus verò quid ſimile? neminem pudet, neminem pœnitet, niſi planè retrò non fuiſſe: ſi denotatur, gloriatur; ſi accuſatur, non defendit: interrogatus, vel vltrò confitetur; damnatus, gratias agit. Quid hoc mali eſt, quod naturalia mali non habet? timorem, pudorem, tergiverſationem, pœnitentiam, deplorationem: quid hoc mali eſt cuius reus gaudet? cuius accuſatio votum eſt, & pœna felicitas? non potes dementiam dicere, quod revinceris ignorare.

CAPVT II.

Fusè proſequitur quod ſolum nomen, non autem crimen in Chriſtianis, magna iudicum perverſitate damnetur: quibus ſolis tormenta ingeruntur, vt negent ipſum quod ſunt, cùm alij rei torqueantur, vt crimen ſuum confiteantur, arguit & decretum Traiani quo iuſſerat non interrogandos, puniendos tamen oblatos iudicibus Chriſtianos.

In p. ad circa m. V. Chriſt. Religio, 17. A. p. ad circa f. V. Chriſt. Religio, 15.
In f. V. Chriſt. Religio, 16.

SI certum eſt denique, nos nocentiſſimos eſſe, cur à vobis ipſis aliter tractamur, quàm pares noſtri, id eſt ceteri nocentes? cum eiuſdem noxietatis eadem tractatio deberet intervenire. Quodcunque dicimur, cùm alij dicuntur, & proprio ore, & mercenariâ advocatione vtuntur, ad innocentiæ ſuæ commendationem: reſpondendi, altercandi facultas patet; quandò nec liceat indefenſos, & inauditos omnino damnari. Sed Chriſtianis ſolis nihil permittitur loqui, quod cauſam purget, quod veritatem defendat, quod iudicem non faciat injuſtum: ſed illud ſolum expectatur, quod odio publico neceſſarium eſt, confeſſio nominis, non examinatio criminis; quandò ſi de aliquo nocente cognoſcitis, non ſtatim confeſſo eo nomen homicidæ, vel ſacrilegi, vel inceſti, vel publici hoſtis (vt de noſtris elogijs loquar) contenti ſitis ad pronuntiandum, niſi & conſequentia exigatis, qualitatem facti, locum, modum, tempus, conſcios, ſocios: de nobis nihil tale: cùm æquè extorqueri oporteret quodcunque falſò iactatur; quot quiſque iam infanticidia deguſtaſſet; quot inceſta contenebraſſet; qui coqui; qui canes affuiſſent: ô quanta illius præſidis gloria, ſi eruiſſet aliquem qui centum iam infantes comediſſet. Atquin invenimus inquiſitionem quoque in nos prohibitam. Plinius enim Secundus, cùm provinciam regeret, damnatis quibuſdam Chriſtianis, quibuſdam gradu pulſis, ipſâ tamen multitudine perturbatus, quid de cætero ageret conſuluit tunc Trajanum imperatorem, allegans, præter obſtinationem non ſacrificandi, nihil aliud ſe de ſacramentis eorum comperiſſe, quàm cœtus antelucanos ad canendum Chriſto & Deo, & ad conſœderandam diſciplinam: homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, & cœtera ſcelera prohibentes. Tunc Trajanus reſcripſit, hoc genus inquirendos quidem non eſſe, oblatos verò puniri oportere: ô ſententiam neceſſitate

confuſam negat inquirendos, vt innocentes, vt mandat puniendos, & nocentes: parcit, & ſævit: diſſimulat, & animadvertit. Quid temetipſam cenſura circumvenis? Si damnas, cur non & inquiris? Si non inquiris, cur non & abſolvis? Latronibus veſtigandis per vniverſas provincias militaris ſtatio ſortitur: in reos maieſtatis, & publicos hoſtes omnis homo miles eſt: ad ſocios, ad conſcios vſque inquiſitio extenditur: ſolum Chriſtianum inquiri non licet; offerri licet: quaſi aliud eſſet actura inquiſitio, quàm oblationem. Damnatis ergo oblatum, quem nemo voluit requiſitum; qui puto iam non ideò meruit pœnam quia nocens eſt, ſed quia, non requirendus, inventus eſt. Itaque nec in illo ex forma malorum iudicandorum agitis erga nos, quòd cœteris negantibus adhibetis tormenta ad confitendum, ſolis Chriſtianis ad negandum; cùm ſi malum eſſet, nos quidem negaremus, vos verò confiteri tormentis compelleretis. Neque enim ideò non putaretis requirenda quæſtionibus ſcelera, quia certi eſſetis admitti ea ex nominis confeſſione, qui hodie de confeſſo homicida, ſcientes homicidium quid ſit, nihilominùs ordinem extorquetis admiſſi: quò perverſiùs, cùm præſumatis de ſceleribus noſtris, ex nominis confeſſione cogitis tormentis de confeſſione decedere, vt negantes nomen, pariter vtique negemus & ſcelera, de quibus ex confeſſione nominis præſumpſeratis. Sed opinor non vultis nos perire, quos peſſimos creditis: ſic enim ſoletis dicere homicidæ, Nega; laniari iubere ſacrilegum, ſi confiteri perſeveraverit. Si non ita agitis circa nos nocentes, ergo nos innocentiſſimos iudicatis, cùm quaſi innocentiſſimos non vultis in ea confeſſione perſeverare, quam neceſſitate, non iuſtitiâ damnandam à vobis ſciatis. Vociferatur homo, Chriſtianus ſum: quod eſt, dicit: tu vis odire quod non eſt. Veritatis extorquendæ præſides de nobis ſolis mandacium elaboratis audire. Hoc ſum, inquit, quod quæris an ſim. Quid me torques in perverſum? confiteor, & torques: quid faceres, ſi negarem? Planè alijs negantibus non facilè fidem accommodatis: nobis, ſi negaverimus, ſtatim creditis. Suſpecta ſit vobis iſta perverſitas, ne qua vis lateat in occulto, quæ vos adverſùs formam, adverſùs naturam iudicandi, contra ipſas quoque leges miniſtret. Niſi enim fallor, leges malos erui iubent, non abſcondi: confeſſos damnari præſcribunt, non abſolvi: hoc ſenatuſconſulta, hoc principum mandata definiunt. Hoc imperium, cuius miniſtri eſtis, civilis, non tyrannica dominatio eſt; apud tyrannos enim tormenta etiam pro pœna adhibentur: apud vos, ſoli quæſtioni temperantur: veſtram illis ſeruate legem vſque ad confeſſionem: ſi confeſſione præveniantur, vacabunt: ſententiâ opus eſt: debito pœnæ nocens expungendus eſt, non eximendus: denique nemo illum geſtit abſolvere: non licer boc velle: ideo nec cogitur quiſquam negare. Chriſtianum hominem omnium ſcelerum reum, deorum, imperatorum, legum, morum, naturæ totius inimicum exiſtimas, & cogis negare vt abſolvas; quem non poteris abſolvere niſi negaverit: prævaricaris in leges: vis ergò neget ſe nocentem, vt eum facias innocentem; & quidem invitum iam, nec de præterito reum: vnde iſta perverſitas? vt etiam illud non recogitetis, ſponte confeſſo magis eredendum eſſe, quàm per vim neganti; vel ne compulſus negare, non ex fide negarit; & abſolutus, ibidem poſt tribunal, de veſtra rideat æmulatione iterùm Chriſtianus. Cùm igitur in omnibus nos aliter diſponitis quàm cæteros nocentes, id vnũ contendendo, vt de eo nomine excludamur, (excludimur enim, ſi facimus quæ faciunt non Chriſtiani,) intelligere poteſtis, non ſcelus aliquod in cauſa eſſe, ſed nomen, quod quædam ratio æmulæ operationis inſequitur, hoc primum agens vt homines nolint ſcire pro certo, quod ſe neſcire pro certo ſciunt: ideò & credunt de nobis quæ non probantur, & nolunt inquiri, ne probentur non eſſe, quæ malunt credi eſſe, vt nomen illius æmulæ rationis inimicum, præſumptis, non probatis criminibus, de ſua ſola confeſſione damnetur: ideò torquemur confitentes, & punimur perſeverantes, & abſolvimur negantes, quia nominis prœlium eſt. Denique, quid de tabella recitatis illum Chriſtianum, cur non & homicidam? ſi homicida Chriſtianus, cur non & inceſtus? vel quodcũque aliud eſſe nos creditis? in nobis ſolis pudet aut piget ipſis nominibus ſcelerum pronuntiare. Chriſtianus, ſi nullius criminis nomen eſt, valde ineptum; ſi ſolius nominis crimen eſt.

CAPVT III.

Inculcat præmiſſa contra Nominis ſolius exprobrationem in ſuo teſtimonio proferentes, quod tamen Nomen nil maledicum, aut impudicum ſonet: nec novum eſſe quod de Magiſtris ſuis, diſciplinæ Nomina ſortiantur.

In p. V. Chriſtiana Religio, 16. In f. V. Nomen, 1.

QVID? quod ita plerique clauſis oculis in odium eius impingunt, vt bonum alicui teſtimonium ferentes, admiſceant nominis exprobrationem, Bonus vir Caius

Seius, tantùm quòd Chriſtianus. Item alius. Ego miror Lucium ſapientem virum, repente ſactum Chriſtianum. Nemo retractat, ne ideò bonus Caius, & prudens Lucius, quia Chriſtianus: aut ideò Chriſtianus, quia prudens & bonus. Laudant, quæ ſciunt; vituperant, quæ ignorant: & id quod ſciunt, eò quòd ignorant, corrumpunt: cùm ſit iuſtius occulta de manifeſtis præiudicare, quàm manifeſta de occultis prædamnare. Alij, quos retrò ante hoc nomen vagos, viles, improbos noverant, ex ipſo denotant quo laudant: cæcitate odij in ſuffragium impingunt. Quæ mulier! quàm laſciva, quàm feſtiva! Qui iuvenis! quàm luſius! quàm amaſius! facti ſunt Chriſtiani. Ita nomen emendationi imputatur. Nonnulli etiam de vtilitatibus ſuis cum odio iſto paciſcuntur, contenti iniuriâ, dum ne domi habeant quod oderunt. Vxorem iam pudicam, maritus iam non zelotypus eiecit: filium iam ſubiectum, pater retrò patiens abdicavit: ſervum iam fidelem, dominus olim mitis ab oculis relegavit. Vt quiſque hoc nomine emendatur, offendit. Tanti non eſt bonum, quanti eſt odium Chriſtianorum. Nunc igitur, ſi nominis odium eſt, quis nominum reatus? quæ accuſatio vocabulorum? niſi ſi aut barbarum ſonat aliqua vox nominis, aut inſauſtum, aut maledicum, aut impudicum. Chriſtianus verò, quantum interpretatio eſt, de vnctione deducitur. Sed & cùm perperam Chreſtianus pronuntiatur à vobis (nam nec nominis certa eſt notitia penes vos) de ſuavitate, vel benignitate compoſitum eſt. Oditur itaque in hominibus innocuis etiam nomen innocuum. Atenim ſecta oditur, in nomine vtique ſui auctoris. Quid novi, ſi aliqua diſciplina de magiſtro cognomentum ſectatoribus ſuis inducit? nonne philoſophi de auctoribus ſuis nuncupantur, Platonici, Epicurei, Pythagorici? etiam à locis conventiculorum, & ſtationum ſuarum, Stoïci, Academici? æquè medici ab Eraſiſtrato, & grammatici ab Ariſtarcho, coqui etiam ab Apicio? nec tamen quemquam offendit profeſſio, nominis cum inſtitutione tranſmiſſi ab inſtitutore. Planè ſi qui probavit malam ſectam, & ita malum & auctorem, is probabit & nomen malum, dignum odio de reatu ſectæ, & auctoris: ideoque ante odium nominis, competebat prius de auctore ſectam recognoſcere, vel auctorem de ſecta. At nunc vtriuſque inquiſitione & agnitione neglectâ, nomen detinetur, nomen expugnatur: & ignotam ſectam, ignotum & auctorem vox ſola prædamnat, quia nominantur, non quia revincuntur.

CAPVT IV.

Nec legum contra veritatem recipienda eſt authoritas, cùm ab hominibus conceptæ errare potuerint, & proinde meritò corrigi poſſint, ſicut Lacedæmones & Romani fecerunt, quin & ipſe Severus leges Papias de ſuſcipiendis liberis, vaniſſimè latas abrogavit.

In p. V. Gentilium probra, 9. A. p. V. Lex humana, 2. In m. V. Lex humana, 4.
In f. V. Lex humana, 3.

ATQVE adeò quaſi præfatus hæc ad ſugillandam odij erga nos publici iniquitatem, iam de cauſa innocentiæ conſiſtam: nec tantùm refutabo quæ nobis obijciuntur, ſed etiam in ipſos retorquebo qui obijciunt; vt ex hoc quoque ſciant omnes in Chriſtianis non eſſe, quæ in ſe non neſciunt eſſe, ſimul vti erubeſcant accuſantes, non dico peſſimi optimos, ſed iam, vt volunt, compares ſuos. Reſpondebimus ad ſingula, quæ in occulto admittere dicimur, quæ palàm adinveniuntur, in quibus ſceleſti, in quibus vani, in quibus damnandi, in quibus irridendi deputamur. Sed quoniam, cùm ad omnia occurrit veritas noſtra, poſtremò legum obſtruitur auctoritas adverſus eam, vt aut nihil dicatur retractandum eſſe poſt leges, aut ingratis neceſſitas obſequij præferatur veritati, de legibus priùs conſiſtam vobiſcum, vt cum tutoribus legum. Iam primùm, cùm durè definitis, dicendo; Non licet eſſe vos, & hoc ſine vllo retractatu humaniore præſcribitis, vim profitemini, & iniquam ex arce dominationem, ſi ideò negatis licere, quia vultis; non quia debuit, non licere. Quòd ſi quia non debet, ideò non vultis licere, ſine dubio id non debet licere, quod malè fit, & vtique hoc ipſo præiudicatur licere, quod benè fit. Si bonum invenero eſſe, quod lex tua prohibuit, nonne ex illo præiudico prohibere eam non poſſe, quod, ſi malum eſſet, iure prohiberet? Si lex tua erravit, puto ab homine concepta eſt: neque enim de cœlo ruit. Miramini hominem aut errare potuiſſe in lege condenda, aut reſipuiſſe in reprobanda? Non enim & ipſius Lycurgi leges à Lacedæmoniis emendatæ, tantum auctori ſuo doloris incuſſerunt, vt in ſeceſſu inedia de ſemetipſo iudicarit? Nonne & vos quotidie experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis, totam illam veterem & ſqualentem ſilvam legum, novis principalium reſcriptorum, & edictorum ſecuribus ruſtatis, & cæditis? Nonne vaniſſimas Papias leges, quæ antè liberos ſuſcipi cogunt, quàm Iuliæ matrimonium con-

trahi, poſt tantæ auctoritatis ſenectutem, heri Severus conſtantiſſimus principum excluſit? Sed & iudicatos retrò in partes ſecari à creditoribus, leges erant: conſenſu tamen publico crudelitas poſteà eraſa eſt; in pudoris notam, capitis pœna converſa: bonorum adhibita proſcriptio ſuffundere maluit hominis ſanguinem, quàm effundere. Quot adhuc vobis repurgandæ latent leges? quas neque annorum numerus, neque conditorum dignitas commendat, ſed æquitas ſola: & ideò, cùm iniquæ recognoſcuntur, meritò damnantur, licet damnent. Quomodò iniquas dicimus? immò ſi nomen puniunt, etiam ſtultas: ſi verò facta, cur in nobis de ſolo nomine puniunt ſacta, quæ in aliis de admiſſo, non de nomine probanda definiunt? Inceſtus ſum; cur non requirunt? infanticida; cur non extorquent? in Deos, in Cæſares aliquid committo; cur non audior, ſi quid habeo quo purger? nulla lex vetat diſcuti, quod prohibet admitti: quia neque iudex iuſtè vlciſcitur, niſi cognoſcat admiſſum eſſe quod non licet: neque civis fideliter legi obſequitur, ignorans quale ſit quod vlciſcitur. Nullà lex ſibi ſoli conſcientiam iuſtitiæ ſuæ debet, ſed eis, à quibus obſequium expectat. Ceterùm ſuſpecta lex eſt, quæ probari ſe non vult: improba autem, ſi non probata dominetur.

CAPVT V.

Legum in Chriſtianos latarum iniuſtitiam ab origine repetit, quod turpis, impius, iniuſtus Nero in Chriſtianos ſævierit, quem imitatus Domitianus, coeptam tamen perſecutionem repreſſerit. Poſt quem, vix aliquis Chriſtianorum perſecutor, huc vſque reperiatur.

In p. V. Dij Gentilium, 1. A. p. ad f. V. Chriſtiana Religio, 3. A. m. V. Orationis dignitas, 3.

VT de origine aliquid retractemus eiuſmodi legum; vetus erat decretum, ne qui deus ab imperatore conſecraretur, niſi à ſenatu probatus. Scit M. Æmilius de deo ſuo Alburno. Facit & hoc ad cauſam noſtram, quod apud vos de humano arbitratu divinitas penſitatur: niſi homini deus placuerit, deus non erit: homo iam deo propitius eſſe debebit. Tiberius ergo, cuius tempore nomen Chriſtianum in ſeculum intravit, Luc. 3. 1
annuntiata ſibi ex Syria Palæſtina, quæ illic veritatem iſtius divinitatis revelarant, detulit ad ſenatum cum prærogativa ſuffragij ſui. Senatus, quia non ipſe probaverat, reſpuit: Cæſar in ſententia manſit, comminatus periculum accuſatoribus Chriſtianorum. Conſulite commentarios veſtros: illic reperietis primum Neronem in hanc ſectam cummaximè Romæ orientem Cæſariano gladio ſerociſſe. Sed tali dedicatore damnationis noſtræ etiam gloriamur. Qui enim ſcit illum, intelligere poteſt non niſi grande aliquod bonum à Nerone damnatum. Tentaverat & Domitianus, portio Neronis de crudelitate; ſed qua & homo, facilè ceptum repreſſit, reſtitutis etiam quos relegaverat. Tales ſemper nobis inſecutores, iniuſti, impij, turpes, quos & ipſi damnare conſueſtis, à quibus damnatos reſtituere ſoliti eſtis. Ceterùm de tot exinde principibus ad hodiernum, divinum, humanumque ſapientibus, edite aliquem debellatorem Chriſtianorum. At nos è contrario edimus protectorem; ſi literæ Marci Aurelij graviſſimi imperatoris requirantur, quibus illam Germanicam ſitim, Chriſtianorum fortè militum precationibus impetrato imbri diſcuſſam conteſtatur. Sicut non palàm ab eiuſmodi hominibus pœnam dimovit, ita alio modo palàm diſperſit, adjectà etiam accuſatoribus damnatione, & quidem detriore. Quales ergò leges iſtæ, quas adverſùs nos ſoli exequuntur impij, iniuſti, turpes, truces, vani, dementes? quas Traianus ex parte fruſtratus eſt, vetando inquiri Chriſtianos: quas nullus Hadrianus, quamquam curioſitatum omnium explorator; nullus Veſpaſianus, quamquam Iudæorum debellator; nullus Pius; nullus Verus impreſſit. Faciliùs vtique peſſimi ab optimis quibuſque, vt ab æmulis, quàm à ſuis ſocijs eradicandi iudicarentur.

CAPVT VI.

Probat Romanos ipſos à ſuorum veterum morum legibus deſciviſſe.

In p. V. Chriſtiana Religio, 3. A. p. V. Abſtinentia, 1. Circa m. V. Mulierum ornatus, 4. Circa f. V. Novitas. In f. V. Dij Gentilium, 2.

NVnc religioſiſſimi legum & paternorum inſtitutorum protectores & cultores reſpondeant velim, de ſua fide, & honore, & obſequio erga maiorum conſulta, ſi à nullo deſciverunt? ſi in nullo exorbitaverunt? ſi non neceſſaria, & aptiſſima quæque diſciplinæ, obliteraverunt? Quônam illæ leges abierunt, ſumptum, & ambitionem comprimentes? quæ centum æra non amplius in cœnam ſubſcribi iubebant, nec ampliùs quàm vnam inſerri gallinam, & eam non ſaginatam? quæ patricium, quòd decem

pondo argenti habuiſſet, pro magno titulo ambitionis ſenatu ſummovebant? quæ theatra ſtuprandis moribus orientia ſtatim deſtruebant? quæ dignitatum, & honeſtorum natalium inſignia non temerè nec impunè vſurpari ſinebant? Video enim & centenarias cœnas, à centenis iam ſeſtertijs dicendas: & in lances (parùm eſt ſi ſenatorum, & non libertinorum, vel adhuc flagra rumpentium) argentaria metalla producta. Video & theatra, nec ſingula ſatis eſſe, nec nuda. Nam ne vel hieme voluptas impudica frigeret, primi Lacedæmonij odium pænulæ ludis excogitaverunt. Video & inter matronas, atque proſtibulas nullum de habitu diſcrimen relictum. Circa feminas quidem etiam illa maiorum inſtituta eeciderunt, quæ modeſtiæ, quæ ſobrietati patrocinabantur; cùm aurum nulla norat, præter vnico digito quem ſponſus oppigneraſſet pronubo annulo; cùm mulieres vſquadeò vino abſtinerentur, vt matronam, ob reſignatos cellæ vinariæ loculos, ſui inedia necarint: ſub Romulo verò quæ vinum attigerat, impunè à Mecenio marito trucidata eſt: idcireò & oſcula propinquis offerre neceſſitas erat, vt ſpiritu iudicarentur. Vbi eſt illa felicitas matrimoniorum de moribus vtique proſperata, quâ per annos fermè ſexcentos ab Vrbe condita nulla repudium domus ſcripſit? Nunc in ſeminis præ auro nullum leve eſt membrum: præ vino nullum liberum eſt oſculum: repudium verò, iam & votum eſt, quaſi matrimonij fructus. Etiam circa ipſos deos veſtros quæ proſpectè decreverant pattes veſtri, ijdem vos obſequentiſſimi reſcidiſtis. Liberum patrem cum myſterijs ſuis conſules ſenatus auctoritate non modo vrbe, ſed vniverſa Italia eliminaverunt. Serapidem, & Iſidem, & Harpocratem eum ſuo cynocephalo, Capitolio prohibitos, id eſt, curia Deotum pulſos, Piſo, & Gabinius Coſſ. non vtique Chriſtiani, everſis etiam aris eorum abdicaverunt, turpium, & otioſarum ſuperſtitionum vitia cohibentes. His vos reſtitutis ſummam majeſtatem contuliſtis. Vbi religio? vbi veneratio maioribus debita à vobis? habitu, victu, inſtructu, cenſu, ipſo denique ſermone proavis renunciaſtis. Laudatis ſemper antiquos, ſed nouè de die vivitis. Per quod oſtenditur, dum à bonis maiotum inſtitutis deceditis, ea vos retinere, & cuſtodire, quæ non debuiſtis, cùm quæ debuiſtis non cuſtoditis. Adhuc quod videmini fideliſſimè tueri à patribus traditum, in quo principaliter reos tranſgreſſionis Chriſtianos deſtinatis, ſtudium dico deorum colendorum, quo maximè erravit antiquitas, licet Serapidi iam Romano aras reſtruxeritis; licet Baccho iam Italieo furias veſtras immolaveritis, ſuo loco oſtendam proinde deſpici, & negligi, & deſtrui à vobis, adverſus maiorum auctoritatem. Nunc enim ad illam occultorum ſacinorum inſamiam reſpondebo, vt viam mihi ad manifeſtiora purgem.

CAPVT VII.

Fuſiſſimè proſequitur, numquam, niſi ſola fama, quæ vt plurimum mendax eſt, de graviſſimis criminibus, infanticidij, ſanguinis humani pabuli, inceſtus, accuſatos Chriſtianos, potuiſſe convinci.

Per totum. V. Chriſt. Religio, 18.

DICIMVR ſceleratiſſimi de ſacramento infanticidij, & pabulo, inde & poſt convivium inceſto, quòd everſores luminum canes, lenones ſcilicet, tenebras, tum & libidinum impiarum inverecundiam procurent. Dicimur tamen ſemper, nec vos quod tamdiu dicimur, eruere curatis. Ergo aut eruite, ſi creditis, aut nolite credere, qui non eruiſtis. De veſtra vobis diſſimulatione præſcribitur, non eſſe, quod nec ipſi audetis eruere. Longè aliud munus carnifici in Chriſtianos imperatis, non vt dicant quæ faLuc. 3. 1. ciunt, ſed vt negent quod ſunt. Cenſus iſtius diſciplinæ, vt iam edidimus, à Tiberio eſt. Cum odio ſui, cepit vetitas ſimul atque apparuit, inimica eſſe. Tot hoſtes eius, quot extranei, & quidem proprie ex æmulatione Iudæi; ex concuſſione milites; ex natura ipſi etiam domeſtici noſtri. Quotidie obſidemur, quotidie prodimur: in ipſis plurimum cœtibus & congregatinnibus noſtris opprimimur: quis vnquam taliter vagienti inſanti ſupervenit? quis cruenta, vt invenerat, Cyclopum, & Sirenarum ora iudici reſervavit? quis vel in vxoribus aliqua immunda veſtigia deprehendit? quis talia ſacinora, cùm inueniſſet, eelavit, aut vendidit, ipſos trahens homines? Si ſemper latemus, quando proditum eſt quod admittimus? Imò à quibus prodi potuit? Ab ipſis enim reis. Non vtique; cùm vel ex forma, omnibus myſteriis ſilentij fides debeatur. Samothracia, & Eleuſinia reticentur: quantò magìs talia, quæ prodita interim etiam humanam animadverſionem provocabunt, dum divina ſervatur? Si ergo non ipſi proditores ſui, ſequitur vt extranei: & vnde exttaneis notitia? cùm ſemper etiam piæ initiationes arceeant proſanos, & arbitris caveant: niſi ſi impij minus metuunt. Natura ſamæ omnibus

nibus

nibus nota eſt: veſtrum eſt, *Fama malum, quo non aliud velocius vllum.* Cur malum ſama? quia velox? quia index? an quia plurimùm mendax? quæ nè tunc quidem, cùm aliquid veri adſert, ſine mendacij vitio eſt, detrahens, adjiciens, demutans de veritate. Quid? quòd ea illi conditio eſt, vt non, niſi cum mentitur, perſeveret: & tamdiu viuit, quamdiu non probat ſiquidem vbi probavit, ceſſat eſſe, & quaſi officio nuntiandi functa, rem tradit, & exinde res tenetur, res nominatur, nec quiſquam dicit, verbi gratia; Hoc Romæ aiunt factum, aut, Fama eſt illum provinciam ſortitum: ſed, Sortitus eſt ille provinciam: &, Hoc ſactum eſt Romæ. Fama, nomen incerti, locum non habet vbi certum eſt. An verò famæ credat, niſi inconſideratus? quia ſapiens non credit incerto. Omnium erit æſtimare, quantacunque illa ambitione diffuſa ſit, quantacunque aſſeveratione conſtructa, quòd ab vno aliquando principe exorta ſit, neceſsè eſt: exinde in traduces linguarum, & aurium ſerpat: & ita modici ſeminis vitium, cætera rumoris obſcurat, vt nemo recogitet, ne primum illud os mendacium ſeminaverit; quòd ſæpè fit, aut ingenio æmulationis, aut arbitrio ſuſpicionis, aut non nova, ſed ingenita quibuſdam mentiendi voluptate. Benè autem, quod omnia tempus revelat, teſtibus etiam veſtris proverbiis, atque ſententiis, ex diſpoſitione naturæ, quæ ita ordinavit, vt nihil diu lateat, etiam quod fama non diſtulit. Meritò igitur ſama tamdiu conſcia ſola eſt ſcelerum Chriſtianorum. Hanc indicem adverſus nos profertis, quæ, quod aliquando iactavit, tantoque ſpatio in opinionem corroboravit, vſque adhuc probare non valuit.

CAPVT VIII.

Non tantum falſa, ſed & contra naturæ fidem, non credenda de Chriſtianis tam horrenda crimina.

Per totum. V. Chriſt. Religio, 18.

VT fidem naturæ ipſius appellem adverſus eos qui talia credenda eſſe præſumunt, ecce proponimus horum facinorum mercedem: vitam æternam repromittunt: credite interim: de hoc enim quæro, an & qui credideris, tanti habeas ad eam tali conſcientia pervenire? Veni, demerge ferrum in infantem nullius inimicum, nullius reum, omnium filium; vel ſi alterius officium eſt, tu modò aſſiſte morienti homini, antequàm vixit; fugientem animam novam expecta; excipe rudem ſanguinem: eo panem tuum ſatia: veſcere libenter: interea diſcumbens dinumera loca, vbi mater, vbi ſoror; nota diligenter, vt cùm tenebræ ceciderint caninæ, non erres: piaculum enim admiſeris, niſi inceſtum feceris: talia initiatus, & conſignatus vivis in æuum. Cupio reſpondeas, ſi tanti æternitas? Aut ſi non, ideo nec credenda. Etiam ſi credideris, nego te velle. Etiam ſi volueris, nego te poſſe. Cur ergo alij poſſint, ſi vos non poteſtis? cur non poſſitis, ſi alij poſſunt? Aliâ nos, opinor, naturâ. Cynopæne, aut Sciapodes? alij ordines dentium? alij ad inceſtam libidinem nervi? Qui iſta credis de homine, potes & facere: homo es & ipſe, quod & Chriſtianus: qui non potes facere, non debes credere: homo eſt enim & Chriſtianus, & quod & tu. Sed ignorantibus ſubjicitur, & imponitur. Nihil enim tale de Chriſtianis aſſeverari ſciebant, obſervandum vtique ſibi, & omni vigilantia inveſtigandum. Atquin volentibus initiari moris eſt, opinor, prius patrem illum ſacrorum adire, quæ præparanda ſint deſcribere: tum ille; Inſans tibi neceſſarius, adhuc tener, qui neſciat mortem, qui ſub cultro tuo rideat: item panis, quo ſanguinis iurulentiam colligas: præterea candelabra, & lucernæ, & canes aliqui, & offulæ, quæ illos ad everſionem luminum extendant: ante omnia, cum matre, & ſorore tua venire debebis. Quid ſi noluerint? vel nullæ fuerint? quid denique ſingulares Chriſtiani? Non erit, opinor, legitimus Chriſtianus, niſi frater, aut filius. Quid nunc & ſi iſta omnia ignaris præparantur? Certè poſtea cognoſcunt, & ſuſtinent, & ignoſcunt. Timent plecti: qui, ſi proclament, defendi merebuntur, qui etiam vltro perire malint, quàm ſub tali conſcientia vivere. Age nunc, timeant; cur etiam perſeverant? Sequitur enim ne vltra velis id te eſſe, quod ſi prius ſciſſes, non fuiſſes.

CAPVT IX.

Eadem crimina falsò Chriſtianis impoſita, verè in Gentiles, vt ab his perpetrata retorquet.

In p. V. Chriſt. Religio, 18. A p. V. Homicidium, 3. Et V. Sanguis humanus, 2. Circa m. V. Sanguis humanus, 1. & 3. In m. V. Gentilium probra, 10. A. m. ad circa f. Gentilium probra, 7. In f. V. gentilium probra, 8.

HÆc quò magis refutaverim, à vobis fieri oſtendam, partim in aperto, & partim in occulto, per quod forſitan & de nobis crediditis. Infantes penes

Africam Saturno immolabantur palam vſque ad proconſulatum Tiberij, qui ipſos ſacerdotes in eiſdem arboribus templi ſui obumbratricibus ſcelerum, votiuis crucibus expoſuit, teſte militia patriæ noſtræ, quæ idipſum munus illi proconſuli functa eſt. Sed & nunc in occulto perſeueratur hoc ſacrum facinus. Non ſoli vos contemnunt Chriſtiani, nec vllum ſcelus in perpetuum eradicatur, aut mores ſuos aliqui Deus mutat. Cum propriis filiis Saturnus non pepercit, extraneis vtique non parcendo perſeuerabat, quos quidem ipſi parentes ſui offerebant, & libentes reſpondebant, & infantibus blandiebantur, ne lacrimantes immolarentur. Et tamen multum homicidio parricidium differt. Maior ætas apud Gallos Mercurio proſecabatur. Remitto Tauricas fabulas theatris ſuis. Ecce in illa religioſiſſima vrbe Æneadarum piorum, eſt Iupiter quidam, quem ludis ſuis humano proluunt ſanguine. Sed beſtiarij, inquitis. Hoc opinor minus quàm hominis: an hoc turpius, quòd mali hominis? certè tamen de homicidio funditur: ô Iouem Chriſtianum, & ſolum patris filium de crudelitate. Sed quoniam de infanticidio nihil intereſt, ſacro, an arbitrio perpetretur, licet de parricidio interſit, conuertar ad populum. Quot vultis ex his circunſtantibus, & in Chriſtianorum ſanguinem hiantibus, ex ipſis etiam vobis iuſtiſſimis & ſeueriſſimis in nos præſidibus, apud conſcientias pulſem, qui natos ſibi liberos enecent? Siquidem & de genere necis differt, vtique crudelius in aqua ſpiritum extorquetis, aut frigori, & fami, & canibus exponitis: ferro enim mori ætas quoque maior optauerit: nobis verò homicidio ſemel interdicto, etiam conceptum vtero, dum adhuc ſanguis in hominem deliberatur, diſſoluere non licet: homicidij feſtinatio eſt, prohibere naſci: nec refert, natam quis eripiat animam, an naſcentem diſturbet: homo eſt, & qui eſt futurus: etiam fructus omnis iam in ſemine eſt. De ſanguinis pabulo, & eiuſmodi tragicis ferculis, legite necubi relatum ſit, (eſt apud Herodotum, opinor) defuſum brachiis ſanguinem ex alterutro deguſtatum, nationes quaſdam fœderi comparaſſe: neſcio quid & ſub Catilina tale deguſtatum eſt: aiunt & apud quoſdam gentiles Scytharum, defunctum quemque à ſuis comedi. Longè excurro. Hodie iſtic Bellonæ ſacratos, ſanguis de femore proſciſſo in palmulam exceptus, eſui datus ſignat: item illi, qui munere in arena noxiorum iugulatorum ſanguinem recentem, auida ſiti, comitiali morbo medentes auferunt, vbi ſunt? item illi, qui de arena ferinis obſoniis cœnant? qui de apro, qui de ceruo petunt? Aper ille quem cruentavit, colluctando detergit, ceruus ille in gladiatoris ſanguine iacuit: ipſorum vrſorum alvei appetuntur cruditantes adhuc de viſceribus humanis: ructatur proinde ab homine caro paſta de homine. Hæc qui editis, quantum abeſtis à conviviis Chriſtianorum? Minus autem & illi faciunt, qui libidine fera humanis membris inhiant, quia viuos vorant? minus humano ſanguine ad ſpurcitiam conſecrantur, quia futurum ſanguinem lambunt? non edunt infantes plane, ſed magis puberes. Erubeſcat error veſter Chriſtianis, qui ne animalium quidem ſanguinem in epulis eſculentis habemus; qui propterea quoque ſuffocatis, & morticinis abſtinemus, ne quo ſanguine contaminemur, vel intra viſcera ſepulto: denique inter tentamenta Chriſtianorum, botulos etiam cruore diſtentos admovetis, certiſſimi ſcilicet illicitum eſſe penes illos, per quod exorbitare eos vultis. Porro quale eſt, vt quos ſanguinem pecoris horrere confiditis, humano inhiare credaris? niſi fortè ſuaviorem eum experti: quem quidem & ipſum proinde examinatorem Chriſtianorum adhiberi vt foculum, vt acerram, oportebat: proinde enim probarentur ſanguinem humanum appetendo, quemadmodum ſacrificium reſpuendo: alioquin necandi ſi guſtaſſent, quemadmodum ſi non immolaſſent, & vtique non deeſſet vobis in auditione cuſtodiarum, & damnatione, ſanguis humanus. Proinde inceſti qui magis, quàm quos ipſe Iupiter docuit? Perſas cum ſuis matribus miſceri Cteſias refert: ſed & Macedones ſuſpecti, quia cùm primum OEdipum tragœdiam audiſſent, ridentes inceſti dolorem, ΗΛΑΥΝΕ, dicebant, ΕΙΣ ΤΗΝ ΜΗΤΕΡΑ. Iam nunc recogitate quantum liceat erroribus, ad inceſta miſcenda, ſuppeditante materias paſſiuitate luxuriæ. In primis filios exponitis ſuſcipiendos ab aliqua prætereunte miſericordia extranea, vel adoptandos melioribus parentibus emancipatis. Alienati generis neceſſe eſt quandoque memoriam diſſipari. & ſimul error impegerit, exinde iam tradux proficiet inceſti, ſerpente genere cum ſcelere. Tunc deinde quocunque in loco, domi, peregrè, trans freta comes eſt libido: cuius vbique ſaltus facilè poſſunt alicubi ignaris filios pangere, velut ex aliqua feminis ſparſione; vt ita ſparſum genus per

commercia humana concurrat in memorias ſuas, neque eas cœtus inceſti ſanguinis agnoſcat. Nos ab iſto eventu diligentiſſima, & fideliſſima caſtitas ſepſit; quantùmque ab ſtupris, & ab omni poſt matrimonium exceſſu, tantùm & ab inceſti caſu tuti ſumus: quidam multo ſecuriores totam vim huius erroris virgine continentia depellunt, ſenes pueri. Si hæc in vobis eſſe conſideraretis, proinde in Chriſtianis non eſſe perſpiceritis: iydem oculi renuntiaſſent vtrumque: ſed cæcitatis dux ſpecies facilè concurrunt, vt qui non vident, quæ ſunt, & videre videantur, quæ non ſunt. Sic per omnia oſtendam. Nunc de manifeſtis.

CAPVT X.

Refellit obiectionem, quòd Chriſtiani Deos non colerent; eo quòd ipſa Gentilium conſcientia negare non poſſit, eos homines fuiſſe, & non Deos.

In p. V. Chriſt. Religio, 19. A. p. ad f. V. Dij Gentilium, 3.

DEos, inquitis, non colitis, & pro imperatoribus ſacrificia non impenditis. Sequitur, vt eadem ratione pro aliis non ſacrificemus, quia nec pro nobis ipſis, ſemel deos non colendo: itaque ſacrilegij, & maieſtatis rei convenimur. Summa hæc cauſa, imò tota eſt, & vtique digna cognoſci; ſi non præſumptio, aut iniquitas iudicet; altera, quæ deſperat; altera quæ recuſat veritatem. Deos veſtros colere deſinimus, ex quo illos non eſſe cognoſcimus. Hoc igitur exigere debetis, vti probemus non eſſe illos deos, & idcirco non colendos, quia tunc demum coli debuiſſent, ſi dij fuiſſent: tunc & Chriſtiani puniendi, ſi quos non colerent, quia putarent non eſſe, conſtaret illos deos eſſe. Sed nobis, inquitis, dij ſunt. Appellamus, & provocamus à vobis ad conſcientiam veſtram: illa nos iudicet, illa nos damnet, ſi poterit negare omnes iſtos deos veſtros homines fuiſſe: ſi & ipſa inficiàs ierit, de ſuis antiquitatum inſtrumentis revincetur, de quibus eos didicit; teſtimonium perhibentibus ad hodiernum, & civitatibus in quibus nati ſunt; & regionibus in quibus aliquid operati veſtigia reliquerunt, in quibus etiam ſepulti demonſtrantur. Nec ego per ſingulos decurram, tot ac tantos, novos, veteres, barbaros, Græcos, Romanos, peregrinos, captivos, adoptivos, proprios, communes, maſculos, feminas, ruſticos, vrbanos, nauticos, militares: otioſum eſt etiam titulos perſequi, vt colligam in compendium, & hoc non quò cognoſcatis, ſed recognoſcatis: certè enim oblitos agitis. Antè Saturnum deus penes vos nemo eſt: ab illo cenſus totius, vel potioris, vel notioris divinitatis: itaque quod de origine conſtiterit, id & de poſteritate conveniet. Saturnum itaque, quantùm literæ docent, neque Diodorus Græcus, aut Thallus, neque Caſſius Severus, aut Cornelius Nepos, neque vllus commentator eiuſmodi antiquitatum, aliud quàm hominem promulgaverunt: ſi quantùm rerum argumenta, nuſquam invenio fideliora, quàm apud ipſam Italiam, in qua Saturnus, poſt multas expeditiones, poſtque Attica hoſpitia, conſedit exceptus ab Iano, vel Iane, vt Salij volunt: mons quem incoluerat, Saturnius dictus: civitas, quam depalaverat, Saturnia vſque nunc eſt: tota denique Italia poſt Oenotriam, Saturnia cognominabatur: ab ipſo primum tabulæ, & imagine ſignatus numus, & inde ærario præſidet. Tamen ſi homo Saturnus, vtique ex homine: & quia ab homine, non vtique de cœlo, & terra. Sed cuius parentes ignoti erant, facilè fuit eorum filium dici, quorum & omnes poſſumus videri: quis enim non cœlum, & terram, matrem, ac patrem venerationis & honoris gratia appellet, vel ex conſuetudine humana, quà ignoti, vel ex inopinato apparentes de cœlo ſuperveniſſe dicuntur? proinde Saturno repentino vbique cœlitem contigit dici: nam & terræ filios vulgus vocat, quorum genus incertum eſt: taceo quòd ita rudes adhuc homines agebant, vt cuiuſlibet novi viri aſpectu quaſi divino commoverentur: cùm hodie iam politi, quos ante paucos dies luctu publico mortuos ſint confeſſi, in deos conſecrent. Satis iam de Saturno, licet paucis. Etiam Iovem oſtendemus tam hominem, quàm ex homine, & deinceps totum generis examen tam mortale, quàm ſeminis ſui par.

CAPVT XI.

Et quidem, perperam poſt mortem homines Dij facti creduntur, cùm Gentiles digniſſimos inferis deputaverint, & peſſimos quoſque inter Deos tranſcripſerint.

A. p. V. Dei vnius notitia, 7. Et ad circa m. V. Dij Gentilium, 4. In m. ad f. V. Dij Gentilium, 5. A. m. V. Infernus, 1.

ET quoniam ſicut illos homines fuiſſe non audetis negare, ita poſt mortem deos factos inſtituiſtis aſſeverare, cauſas quæ hoc exegerint retractemus. In primis quidem neceſſe eſt concedatis eſſe aliquem ſublimiorem deum, & mancipem quendam

divinitatis, qui ex hominibus deos ſecerit: nam neque ſibi illi potuiſſent ſumere divinitatem, quam non habebant, nec alius præſtare eam non habentibus, niſi qui propriè poſſidebat: cæterùm ſi nemo eſſet, qui deos faceret, fruſtra præſumitis deos factos, auferendo factorem: certè quidem ſi ipſi ſe facere potuiſſent, nunquam homines fuiſſent, poſſidentes ſcilicet melioris conditionis poteſtatem. Igitur ſi eſt qui faciat deos, revertor ad cauſas examinandas faciendorum ex hominibus deorum: nec vllas invenio, niſi ſi miniſteria, & auxilia officijs divinis deſideravit ille magnus Deus. Primò indignum eſt, vt alicuius opera indigeret, & quidem mortui, cùm dignius ab initio deum aliquem feciſſet, qui mortui erat operam deſideraturus. Sed nec operæ locum video: totum enim hoc mundi corpus, ſive innatum & infectum ſecundùm Pythagoram, ſive natum & factum ſecundùm Platonem, ſemel vtique in iſta conſtructione diſpoſitum, & inſtructum, & ordinatum, cum omni rationis gubernaculo inventum eſt: imperfectum non potuit eſſe, quod perficit omnia: nihil Saturnum, & Saturniam gentem expectabat. Vani erunt homines, niſi certi ſint, à primordio & pluvias de cœlo ruiſſe, & ſydera radiaſſe, & lumina floruiſſe, & tonitrua mugiſſe, & ipſum Iovem, quæ in manu eius ponitis, fulmina timuiſſe: item omnem frugem, ante Liberum, & Cererem, & Minervam, immò ante illum aliquem principem hominem, de terra exuberaſſe; quia nihil continendo, & ſuſtinendo homini proſpectum, poſt hominem potuit inferri. Denique inveniſſe dicuntur, neceſſaria iſta vitæ, non inſtituiſſe: quod autem invenitur, fuit; & quod fuit, non eius deputabitur qui invenit, ſed eius qui inſtituit: erat enim antequàm inveniretur: cæterùm ſi propterea Liber deus, quòd vitem demonſtravit, malè cum Lucullo actum eſt, qui primus ceraſa ex Ponto Italiæ promulgavit, quòd non eſt propterea conſecratus, vt novæ frugis auctor, quia inventor, & oſtenſor. Quamobrem ſi ab initio & inſtructa, & certis exercendorum officiorum ſuorum rationibus diſpenſata vniverſitas conſtitit, vacat ex hac parte cauſa allegendæ humanitatis in divinitatem; quia quas illis ſtationes, & poteſtates diſtribuiſtis, tam fuerunt ab initio, quàm & fuiſſent, etiam ſi deos iſtos non creaſſetis. Sed convertimini ad cauſam aliam, reſpondentes collationem divinitatis, meritorum, remunerandorum fuiſſe rationem: & hinc conceditis, opinor illum deum deificum iuſtitia præcellere, qui nec temerè, nec indignè, nec prodigè tantum præmium diſpenſarit. Volo igitur merita recenſere, an eiuſmodi ſint, vt illos in cœlum extulerint, & non potius in imum tartarum merſerint, quem carcerem pœnarum infernarum, cùm vultis, affirmatis: illuc enim abſtrudi ſolent impij quique in parentes, & in ſorores inceſti, & maritarum adulteri & virginum raptores, & puerorum contaminatores, & qui ſæviunt, & qui occidunt, & qui furantur, & qui decipiunt, & quicunque ſimiles ſunt alicuius dei veſtri, quem neminem integrum à crimine aut vitio probare poteritis, niſi hominem negaveritis. Atquin vt illos homines fuiſſe non poſſitis negare, etiam iſtæ notæ accedunt, quæ nec deos poſtea factos credi permittunt. Si enim talibus vos puniendis præſidetis; ſi commercium, colloquium, convictum malorum & turpium probi quique rèſpuitis, horum autem pares deus ille maieſtatis ſuæ conſortio aſcivit, quid ergo damnatis, quorum collegas adoratis? ſuggillatio eſt in cœlo veſtra iuſtitia: deos facite criminoſiſſimos quoſque, vt placeatis diis veſtris: illorum eſt honor, conſecratio coæqualium. Sed, vt omittam huius indignitatis retractatum; probi, & integri, & boni fuerint: quot tamen potiores viros apud inferos reliquiſtis? aliquem de ſapientia Socratem, de iuſtitia Ariſtidem, de militia Themiſtoclem, de ſublimitate Alexandrum, de felicitate Polycratem, de copia Crœſum, de eloquentia Demoſthenem: quis ex illis diis veſtris gravior & ſapientior Catone? iuſtior & militarior Scipione? quis ſublimior Pompeio? felicior Sylla? copioſior Craſſo? eloquentior Tullio? quanto dignius iſtos deos ille aſſumendos expectaſſet, præſcius vtique potiorum? properavit, opinor, & cœlum ſemel cluſit, & nunc vtique melioribus apud inferos muſſitantibus erubeſcit.

CAPVT XII.

Deos, nomina eſſe vana mortuorum, vel ſimulacra facta ex communi vaſorum aliorum materia, quorum fatum conſecratio vana demutat. Quæ quidem vt ab artificibus formentur, eadem à rotis, ignibus, malleis patiuntur, quæ Chriſtiani iniuſtè perpeti coguntur.

Per totum. V. Dij Gentilium, 6. Et in f. V. Dij Gentilium, 17.

CEſſo iam de iſtis, vt qui ſciam me ex ipſa veritate demonſtraturum quid non ſint, cùm oſtendero quid ſint. Quantùm igitur de diis veſtris, nomina ſolummodò video quorūdam veterum mortuorum, & fabulas audio, & ſacra de fabulis recognoſco:

quantùm autem de ſimulacris ipſis, nihil aliud deprehendo, quàm materias, ſorores eſſe vaſculorum, inſtrumentorumque communium, vel ex iiſdem vaſculis, & inſtrumentis, quaſi fatum conſecratione mutantes, licentia artis tranſfigurante, & quidem contumelioſiſſimè, & in ipſo opere ſacrilegè: vt reverà nobis, maximè qui propter deos ipſos plectimur, ſolatium pœnarum eſſe poſſit, quod eadem & ipſi patiuntur, vt fiant. Crucibus, & ſtipitibus imponitis Chriſtianos: quod ſimulacrum non prius argilla deformat, eruci, & ſtipiti ſuperſtructa? in patibulo primum corpus dei veſtri dedicatur. Vngulis deraditis latera Chriſtianorum: at in deos veſtros per omnia membra validius incumbunt aſciæ, & runcinæ, & ſcobinæ. Cervices ponimus: ante plumbum, & glutinum, & gomphos ſine capite, ſunt dii veſtri. Ad beſtias impellimur: certè quas Libero, & Cybele, & Cœleſti applicatis. Ignibus vrimur: hoc & illi à prima quidem maſſa. In metalla damnamur: inde cenſentur dii veſtri. In inſulas relegamur: ſolet & in inſula aliqui deus veſter aut naſci, aut mori. Si per hæc conſtat divinitas aliqua, ergo qui puniuntur, conſecrantur, & numina erunt dicenda ſupplicia. Sed planè non ſentiunt has iniurias, & contumelias ſuæ fabricationis dii veſtri, ſicut nec obſequia. O impiæ voces! ô ſacrilega convicia! Infrendite, inſpumate, iidem eſtis, qui Senecam aliquem pluribus & amarioribus de veſtra ſuperſtitione perorantem probatis. Igitur ſi ſtatuas & imagines frigidas mortuorum ſuorum ſimillimas non adoramus, quas milvi, & mures, & araneæ intelligunt, nonnè laudem magis, quàm pœnam merebatur repudium agniti erroris? poſſumus enim videri lædere eos, quos certi ſumus omnino non eſſe? quod non eſt, nihil ab vllo patitur, quia non eſt.

CAPVT XIII.

Perbellè refellit obiectionem Gentilium, quæ ſibi Deos eſſe, reſpondebant. Quod pulcherrimè retundit, adductis ipſorum ludibrijs in Deos, tam publicos, quàm domeſticos iactatis.

In p. ad circa f. V. Dii Gentilium, 17. In m. V. Templum, 2. In f. V. Dii Gentilium, 10.

SED nobis dii ſunt, inquis. Et quomodo vos è contrario impij, & ſacrilegi, & irreligioſi erga deos veſtros deprehendimini? qui quos præſumitis eſſe, negligitis; quos timetis, deſtruitis; quos etiam vindicatis, illuditis. Recognoſcite ſi mentior. Primò, quia cùm alij alios colitis, vtique quos non colitis, offenditis: prælatio alterius, ſine alterius contumelia non poteſt procedere, quia nec electio, ſine reprobatione: iam ergo contemnitis, quos reprobatis, quos reprobando offendere non timetis: nam vt ſupra perſtrinximus, ſtatus dei cuiuſque in ſenatus æſtimatione pendebat: deus non erat, quem homo conſultus noluiſſet, & nolendo damnaſſet. Domeſticos deos, quos Lares dicitis, domeſtica poteſtate tractatis, pignerando, venditando, demutando, aliquando in cacabulum, de Saturno, aliquando in trullam, de Minerva, vt quiſque contritus, atque contuſus eſt, dum diu colitur; vt quiſque deum ſanctiorem expertus eſt domeſticam neceſſitatem. Publicos æquè, publico iure fœdatis, quos in haſtario vectigales habetis: ſic capitolium, ſic olitorium forum petitur: ſub eadem voce præconis, ſub eadem haſta, ſub eadem annotatione quæſtoris, divinitas addicta conducitur: ſed enim agri tributo onuſti, viliores: hominum capita ſtipiendio cenſa, ignobiliora: nam hæ ſunt notæ captivitatis: dii verò, qui magìs tributarij, magìs ſancti: immò qui magìs ſancti, magìs tributarij: maieſtas quæſtuaria efficitur, circuit cauponas religio mendicans: exigitis mercedem pro ſolo templi, pro aditu ſacri: non licet deos noſſe gratìs: venales ſunt. Quid omnino ad honorandos eos facitis, quod non etiam mortuis veſtris conſeratis? ædes proinde, aras proinde: idem habitus, & inſignia in ſtatuis: vt ætas, vt ars, vt negotium mortui fuit, ita deus eſt: quo differt ab epulo Iovis, ſilicernium? à ſimpulo obba? ab aruſpice, pollinctor? nam & aruſpex mortuis apparet. Sed dignè imperatoribus defunctis honorem divinitatis dicatis, quibus & viventibus eum addicitis: accepto ferent dii veſtri, immò gratulabuntur, quòd pares eis fiant domini ſui: ſed cùm Larentinam publicum ſcortum, velim ſaltem Laidem, aut Phrynen; inter Iunones, & Cereres, ac Dianas adoratis; cùm Simonem magum ſtatua, & inſcriptione ſancti dei inauguratis; cùm de pædagogijs aulicis, neſcio quem ſynodi deum facitis, licet non nobiliores dii veteres, tamen contumeliam à vobis deputabunt, hoc & aliis licuiſſe, quod ſoli ab antiquitate præceperant. Volo & ritus veſtros recenſere, non dico quales ſitis in ſacrificando; cùm enecta, & tabidoſa, & ſcabioſa quæque mactatis: cùm de opimis, & integris, ſupervacua quæque truncatis, capitula, & vngulas, quæ domi quoque pueris, vel canibus deſtinaſſetis; cùm de decima Herculis, nec tertiam partem in aram eius imponitis: laudo magìs ſapientiã, quòd de perdito aliquid eripitis:

CAPVT XIV.

Quæ ludibria Deorum apud Poëtas, & Philoſophos eorum legantur.

Per totum. V. Dii Gentium, 10.

SED converſus ad litteras veſtras, quibus informamini ad prudentiam, & liberalia officia, quanta invenio ludibria! Deos inter ſe propter Trojanos & Achivos, vt gladiatorum paria congreſſos depugnaſſe. Venerem humana ſagitta ſauciatam. Martem tredecim menſibus in vinculis penè conſumptum. Iovem ne eandem vim à cæteris cœlitibus experiretur, operâ cuiuſdam monſtri liberatum: & nunc flentem Sarpedonis caſum: nunc fœdè ſubantem in ſororem, ſub commemoratione non ita dilectarum iam pridem amicarum. Exinde, quis non Poëta ex auctoritate principis ſui, dedecorator invenitur deorum? hic Apollinem Admeto regi paſcendis pecoribus addicit: ille Neptuni ſtructorias operas Laomedonti locat: eſt & ille de Lyricis, Pindarum dico, qui Æſculapium canit, avaritiæ merito, quia medicinam nocenter exercebat; fulmine iudicatum: malus Iupiter, ſi fulmen illius eſt, impius in nepotem, invidus in artificem: hæc neque vera prodi, neque falſa confingi apud religioſiſſimos oportebat. Nec tragici quidem, aut comici parcunt, & non ærumnas, vel errores domus alicuius dei præfantur: taceo de Philoſophis, Socrate contentus, qui in contumeliam deorum quercum, & hircum, & canem deierabat. Sed propterea damnatus eſt Socrates; quia deos deſtruebat. Planè olim, id eſt, ſemper, veritas odio eſt: tamen cùm pœnitentia ſententiæ Athenienſes, & criminatores Socratis poſtea afflixerint, & imaginem eius auream in templo collocarint, reſciſſa damnatio teſtimonium Socrati reddidit. Sed & Diogenes neſcio quid in Herculem ludit: & Romanus Cynicus Varro trecentos Ioves, ſive Iupiteres dicendum, ſine capitibus introducit.

CAPVT XV.

Quàm pudenda de dijs impunè ac liberè, Mimographi in ſcenis & theatris repræſentent.

In p. ad circa. f. V. Dii Gentium, 10. Circa f. V. Templum, 1. In f. V. Chriſtiana Religio. 6.

CÆTERA laſciviæ ingenia etiam voluptatibus veſtris per deorum dedecus operantur: diſpicite Lentulorum, & Hoſtiliorum venuſtates, vtrum mimos, an deos veſtros in iocis & ſtrophis rideatis: mœchum Anubim, & maſculum Lunam, & Dianam flagellatam, & Iovis mortui teſtamentum recitatum, & tres Hercules famelicos irriſos. Sed & hiſtrionum literæ omnem fœditatem eorum deſignant: luget Sol filium detractum de cœlo lætantibus vobis: & Cybele paſtorem ſuſpirat faſtidioſum non erubeſcentibus vobis: & ſuſtinetis Iovis elogia cantari, & Iunonem, Venerem, Minervam à paſtore iudicari. Quid, quod imago dei veſtri ignominioſiſſimum caput & famoſum veſtit? quod corpus impurum, & ad iſtam artem effeminatione productum Minervam aliquam, vel Herculem repræſentat? nonne violatur maieſtas, & divinitas conſtupratur plaudentibus vobis? Planè religioſiores eſtis in cavea, vbi ſuper ſanguinem humanum, ſuper inquinamenta pœnarum proinde ſaltant dii veſtri, argumenta & hiſtorias noxiis miniſtrantes, niſi quòd & ipſos deos veſtros ſæpè noxii induunt: vidimus aliquando caſtratum Atyn illum deum ex Peſſinunte: & qui vivus ardebat, Herculem induerat: riſimus & inter ludicras meridianorum crudelitates, Mercurium mortuos cauterio examinantem: vidimus & Iovis fratrem gladiatorum cadavera cum malleo deducentem. Singula iſta quæque adhuc inveſtigare quis poſſet: ſi honorem inquietant divinitatis, ſi maieſtatis faſtigia adſolant, de contemptu vtique cenſentur, tam eorum qui eiuſmodi factitant, quàm eorum quibus factitant. Sed ludicra iſta ſint. Cæterùm ſi adiiciam, quæ non minus conſcientiæ omnium recognoſcent, in templis adulteria componi, inter aras lenocinia tractari, in ipſis plerunque æditu orum & ſacerdorum tabernaculis, ſub iiſdem vittis & apicibus, & purpuris, ture flagrante libidinem expungi, neſcio ne plus de vobis dii veſtri, quàm de Chriſtianis querantur, certè ſacrilegi de veſtris ſemper apprehenduntur. Chriſtiani enim templa nec interdiu norunt: ſpoliarent forſitan ea & ipſi, ſi & ipſi ea adorarent. Quid ergo colunt, qui talia non colunt? iam quidem intelligi ſubiacet veritatis eſſe cultores, qui mendacii non ſint: nec errare amplius in eo, in quo erraſſe ſe recognoſcendo ceſſaverint. Hoc prius capite. & omnem hinc ſacramenti noſtri ordinem haurite, repercuſſis ante tamen opinionibus falſis.

CAPVT XVI.

De Ononichite Chriſtianorum Deo, crucis, & Solis cultu dicta confutat, in eoſque retorquet, & crucem, ab ipſis Gentibus, in deorum ſimulacris, tropæis, ſignis & vexillis excultam. Solem autem non adoratum à Chriſtianis, licet diem Solis, hoc eſt Dominicam obſervent, & orent ad Orientem converſi.

In p. V. Chriſt. Religio, 6. In m. V. Crux, 16. Circa f. V. Sol, 1. In f. V. Dij Gentilium, 7.

NAM & quidam ſomniaſtis caput aſininum eſſe deum noſtrum: hanc Cornelius Tacitus ſuſpicionem eiuſmodi inſeruit: is enim in quinta hiſtoriarum ſuarum bellum Iudaïcum exorſus ab origine gentis, etiam de ipſa tam origine, quàm de nomine & religione gentis, quæ voluit, argumentatus, Iudæos refert Ægypto expeditos, ſive, vt putavit, extorres, vaſtis Arabiæ in locis aquarum egentiſſimis, cùm ſiti macerarentur, onagris, qui fortè de paſtu potum petituri æſtimabantur, indicibus fontis vſos, ob eam gratiam conſimilis beſtiæ ſuperficiem conſecraſſe: atque ita inde præſumptum opinor, nos quoque, vt Iudaïcæ religionis propinquos, eidem ſimulacro initiari. At enim idem Cornelius Tacitus, ſanè illa mendaciorum loquaciſſimus, in eadem hiſtoria refert, Cn. Pompeium, cùm Hieruſalem cepiſſet, proptereaque templum adiſſet, ſpeculandis Iudaïcæ religionis arcanis, nullum illic reperiſſe ſimulacrum. Et vtique ſi id colebatur, quod aliqua effigie repræſentabatur, nuſquam magìs quàm in ſacrario ſuo exhiberetur, eò magis, quia nec verebatur extraneos arbitros, quanquam vana cultura: ſolis enim ſacerdotibus adire licitum: etiam conſpectus cæterorum velo oppanſo in- Exo. 26. 1.
terdicebatur. Vos tamen non negabitis, & iumenta omnia, & totos cantherios cum ſua & ſeq.
Epona coli à vobis. Hoc forſitan improbamur, quòd inter cultores omnium pecudum beſtiarumque, aſinarij tantùm ſumus. Sed & qui crucis nos religioſos putat, conſecraneus erit noſter, cùm lignum aliquod propitiatur: viderit habitus, dum materiæ qualitas eadem ſit; viderit forma, dum id ipſum Dei corpus ſit: & tamen, quantò diſtinguitur à crucis ſtipite, Pallas Attica? & Ceres Pharia, quæ ſine effigie, rudi palo, & informi ligno proſtat? pars crucis eſt omne robur, quod erecta ſtatione defigitur: nos, ſi fortè, integrum, & totum deum colimus. Diximus originem deorum veſtrorum à plaſtis de cruce induci: ſed & victorias adoratis, cùm in tropæis, cruces inteſtina ſint tropæorum: religio tota caſtrenſis ſigna veneratur, ſigna iurat, ſigna omnibus deis præponit: omnes illi imaginum ſuggeſtus inſignes, munilia crucum ſunt: ſiphara illa vexillorum, & cantabrorum, ſtolæ crucum ſunt: laudo diligentiam, noluiſtis nudas & incultas cruces conſecrare. Alij planè humanius & veriſimilius Solem credunt deum noſtrum: ad Perſas, ſi fortè, deputabimur, licet Solem non in linteo depictum adoremus, habentes ipſum vtique in ſuo clypeo: denique inde ſuſpicio, quòd innotuerit, nos ad orientis regionem precari: ſed & plerique veſtrum affectatione aliquando & cœleſtia adorandi, ad Solis ortum labia vibratis. Æquè ſi diem Solis lætitiæ indulgemus, alia longè ratione quàm religione Solis, ſecundo loco ab eis ſumus, qui diem Saturni, otio, & victui decernunt, exorbitantes & ipſi ab Iudaïco more, quem ignorant. Sed nova iam Dei noſtri in iſta proximè civitate editio publicata eſt, ex quo quidam fruſtrandis beſtiis mercenarius noxius, picturam propoſuit cum eiuſmodi inſcriptione, DEVS CHRISTIANORVM ONOCHOETES: is erat auribus aſininis, altero pede vngulatus, librum geſtans, & togatus. Riſimus & nomen, & formam. Sed illi debebant adorare ſtatim biforme numen, quia & canino, & leonino capite commiſtos, & de capro & de ariete cornutos, & à lumbis hircos, & à cruribus ſerpentes, & planta, vel tergo alites deos receperunt. Hæc ex abundanti, ne quid rumoris irrepercuſſum quaſi de conſcientia præteriſſemus. Quæ omnia converſi iam ad demonſtrationem religionis noſtræ repurgavimus.

CAPVT XVII.

Deum verum vnum eſſe, tam ex operibus divinis, quàm ex animæ teſtimonio probat ex ipſis deorum cultoribus.

Per totum. V. Dei vnius notitia, 3. In m. ad f. V. Athei, 1.

QVOD colimus, [a] *Deus vnus eſt*, qui totam molem iſtam cum omni inſtrumento [a] Deut. 6. 4.
elementorum, corporum, ſpirituum, verbo quo iuſſit, ratione qua diſpoſuit, virtute qua potuit, de nihilo expreſſit, in ornamentum maieſtatis ſuæ, vnde & Græci nomen mundo ΚΟΣΜΟΝ accommodaverunt. *Inviſibilis eſt, etſi videatur:* incomprehenſi- Eſa. 40. 28.
bilis, etſi per gratiam repræſentetur: inæſtimabilis, etſi humanis ſenſibus æſtimetur:

ideo verus & tantus eſt: cæterùm quod videri communiter, quod comprehendi, quod æſtimari poteſt, minus eſt & oculis quibus occupatur, & manibus quibus contaminatur, & ſenſibus quibus invenitur: quod verò immenſum eſt, ſoli ſibi notum eſt: hoc eſt quod Deum æſtimari facit, dum æſtimari non capit: ita eum vis magnitudinis, & notum hominibus objicit, & ignotum. Et hæc eſt ſumma delicti, nolentium recognoſcere, quem ignorare non poſſunt. Vultis ex operibus ipſius tot actalibus quibus continemur, quibus ſuſtinemur, quibus oblectamur, etiam quibus exterremur? vultis ex animæ ipſius teſtimonio comprobemus? quæ licet carcere corporis preſſa, licet inſtitutionibus prauis circunſcripta, licet libidinibus ac concupiſcentijs evigorata, licet falſis deis exancillata, cùm tamen reſipiſcit, vt ex crapula, vt ex ſomno, vt ex aliqua valetudine & ſanitatem ſuam potitur, Deum nominat, hoc ſolo nomine, quia proprio Dei veri. *Deus magnus, Deus bonus*, &, *Quod Deus dederit*, omnium vox eſt: iudicem quoque conteſtatur illum, *Deus videt*, *&*, *Deo commendo*, *&*, *Deus mihi reddet*: ô teſtimonium animæ naturaliter Chriſtianæ! denique pronuntians hæc non ad capitolium, ſed ad cœlum reſpicit: novit enim ſedem Dei vivi: ab illo, & inde deſcendit.

CAPVT XVIII.

Præter præmiſſa vnius divinitatis teſtimonia, Scripturam Sacram id plenius docentem tradidit Deus; quam & Ptolomæus Philadelphus Ægypti Rex Gentilis iuſſit in Græcum ex Hebræo transferri, quod nec ipſi ignorant.

In p. ad m. V. Dei vnius notitia, 3. A. p. ad f. V. Scriptura ſacra, 1.

SED quò plenius & impreſſius tam ipſum, quàm diſpoſitiones eius, & voluntates adiremus, inſtrumentum adiecit litteraturæ, ſi qui velit de Deo inquirere, & inquiſito invenire & invento credere, & credito deſervire. Viros enim iuſtitia, & innocentia dignos, Deum noſſe, & oſtendere à primordio in ſeculum emiſit ſpiritu divino inundatos, quo prædicarent Deum vnicum eſſe, qui vniverſa condiderit, qui hominem

Gen. 1. per totum. de humo ſtruxerit, (hic enim eſt verus Prometheus) qui ſeculum certis temporum diſpoſitionibus, & exitibus ordinaverit; exinde qui ſigna maieſtatis ſuæ iudicantis ediderit per imbres, per ignes; qui demerendo ſibi diſciplinas determinaverit, quas ignoratis, aut deſeritis, ſed obſervantibus præmia deſtinarit; qui producto ævo iſto iudicaturus ſit ſuos cultores in vitæ æternæ retributionem, profanos in ignem æquè perpetem & iugem, ſuſcitatis omnibus ab initio defunctis, & reformatis, & recenſitis ad vtriuſque meriti diſpunctionem. Hæc & nos riſimus aliquando: de veſtris fuimus: fiunt, non naſcuntur Chriſtiani. Quos diximus prædicatores, prophetæ de officio præſandi vocantur: voces eorum, itemque virtutes, quas ad fidem divinitatis edebant, in theſauris literarum manent, nec iſtæ nunc latent. Ptolemæorum eruditiſſimus, quem Philadelphum ſupernominant, & omnis literaturæ ſagaciſſimus: eum ſtudio bibliothecarum Piſiſtratum, opinor, æmularetur, inter cætera memoriarum, quibus aut vetuſtas, aut curioſitas aliqua ad famam patrocinabatur, ex ſuggeſtu Demetrij Phalerei grammaticorum probatiſſimi, cui præfecturam mandaverat, libros à Iudæis quoque poſtulavit, proprias atque vernaculas literas, quas ſoli habebant: ex ipſis enim, & ad ipſos ſemper prophetæ peroraverant, ſcilicet ad domeſticam dei gentem, ex patrum gratia. Hebræi retrò, qui nunc Iudæi. Igitur & literæ Hebrææ, & eloquium. Sed ne notitia vacaret, hoc quoque Ptolemæo à Iudæis ſubſcriptum eſt, ſeptuaginta & duobus interpretibus indultis, quos Menedemus quoque philoſophus providentiæ vindex, de ſententiæ communiune ſuſpexit. Affirmavit hæc vobis etiam Ariſtæus, ita in Græcum ſtilum exaperto monumenta reliquit. Hodie apud Serapeum: Ptolemæi bibliothecæ, cum ipſis Hebraicis literis exhibentur. Sed & Iudæi palam lectitant: vectigalis libertas vulgo aditur ſabbatis omnibus: qui adierit, inveniet Deum: qui etiam ſtuduerit intelligere, cogetur & credere.

Gen. 7. 21.

Gen. 19. 24.

Matth. 24. & 30.

CAPVT XIX.

Scripturæ ſacræ authoritatem commendat antiquitas, cùm Moyſes eius ſcriptor, omnes alias, & Gentes, & pleraſque vrbes, ipſos etiam Gentium Deos ætate præceſſerit.

Per totum. V. Scriptura S. 1.

PRIMAM inſtrumentis iſtis auctoritatem ſumma antiquitas vindicat, apud vos quoque religionis eſt inſtar, fidem de temporibus aſſerere. Omnes itaque ſubſtantias, omneſque materias, origines, ordines, venas veterani cuiuſque ſtili veſtri, gentes etiam pleraſque, & vrbes inſignes, & canas memoriarum, ipſas denique effigies literarum indices,

indices cuſtodeſque rerum, & puto adhuc minus dicimus, ipſos inquam deos veſtros, ipſa templa, & oracula, & ſacra, vnius interim prophetæ ſcrinium ſeculis vincit, in quo videtur theſaurus collocatus totius Iudaïci ſacramenti, & inde etiam noſtri. Si quem audiſtis interim Moyſem, Argivo Inacho pariter ætate eſt: quadringentis penè annis, nam & ſeptem minus, Danaum & ipſum apud vos vetuſtiſſimum prævenit, mille circiter eladem Priami antecedit: poſſem etiam dicere quingentis amplius & Homerum, habens quos ſequar: cæteri quoque prophetæ, etſi Moyſi poſtumant, extremiſſimi tamen eorum, non retroſiores deprehenduntur primoribus veſtris ſapientibus, & legiferis, & hiſtoricis. Hæc quibus ordinibus probari poſſint, non tam difficilè eſt nobis exponere, quàm enorme; nec arduum, ſed interim longum: multis inſtrumentis, cum digitorum ſupputariis geſticulis adſidendum eſt: reſeranda antiquiſſimarum etiam gentium archiva, Ægyptiorum, Chaldæorum, Phœnicum: advocandi municipes eorum, per quos notitia ſubminiſtrata eſt, aliqui Manethon Ægyptius, & Beroſus Chaldæus, ſed & Iromus Phœnix Tyri rex; ſectatores quoque eorum, Mendeſius Ptolemæus, & Menander Epheſius, & Demetrius Phalereus, & rex Iuba, & Appion, & Thallus, & qui iſtos aut probat, aut revincit Iudæus Ioſephus antiquitatum Iudaïcarum vernaculus vindex; Græcorum etiam cenſuales conferendi, & quæ quando ſint geſta, vt concatenationes temporum aperiantur, per quæ luceant annalium numeri: peregrinandum eſt in hiſtorias, & literas orbis. Et tamen quaſi partem iam probationis intulimus, cùm per quæ probari poſſint, aſperſimus: verùm differre præſtat, nè vel minus perſequamur feſtinando, vel diutius evagemur perſequendo.

CAPVT XX.

Scriptura ſacra exordium & finem mundi, & quidquid medio tempore agitur, annuntians, & prædicens, alias omnes, maieſtate, & divinitate præcedit.

In p. ad vltra m. V. Scriptura S. 1. in f. In m. V. Prophetia, 1.

PLVS iam offerimus pro iſta dilatione, maieſtatem ſcripturarum, ſi non vetuſtatem: divinas probamus, ſi dubitatur, antiquas: nec hoc tardius, aut aliunde diſcendum: coram ſunt quæ docebunt, mundus, & ſæculum, & exitus: quicquid agitur, prænuntia- Matth. 24.
batur: quicquid videtur, audiebatur: quòd terræ vorant vrbes, quòd inſulas maria 6. 7.
fraudant, quòd externa, atque interna bella dilaniant, quòd regnis regna compulſant, quòd fames, & lues, & locales quæque clades, & frequentiæ pleraque montium vaſtant; quod humiles ſublimitate, ſublimes humilitate mutantur, quòd iuſtitia rareſcit, & iniquitas increbreſcit, bonarum omnium diſciplinarum cura torpeſcit, quòd etiam officia temporum, & elementorum munia exorbitant, quòd & monſtris, & portentis naturalium forma turbatur, providenter ſcripta ſunt: dum patimur, leguntur; dum recognoſcimus, probantur: idoneum, opinor, teſtimonium divinitatis, veritas divinationis. Hinc igitur apud nos futurorum quoque fides tuta eſt, iam ſcilicet probatorum: quia cum illis, quæ quotidie probantur, prædicebantur: eædem voces ſonant, eædem literæ notant, idem ſpiritus pulſat: vnum tempus eſt divinationi, futura præſandi: apud homines, ſi fortè, diſtinguitur, dum expungitur: dum ex futuro præſens, dehine ex præſenti præteritum deputatur. Quid delinquimus, oro vos, futura quoque credentes, qui iam didicimus illis per duos gradus credere?

CAPVT XXI.

Licet vetuſtiſſimis Iudæorum Libris Chriſtiana Religio ſuffulta ſit, longè tamen diſtat à Secta Iudæorum, qui iam patrij ſoli ſui exules, per orbem vagantur: ſed iuxta prophetias, ex omni populo, & gente collecta eſt ex veris Dei veri cultoribus, ex quo Chriſtus Dominus, verus Deus, & homo verus, Sermo Dei, atque ratio, mundi opifex, natus ex Virgine, ſub Pilato paſſus, ſuſcitatus à mortuis, Diſcipulis ad prædicandum Evangelium deputatis, aſcendit in cælum. Nec mirum ſi à Chriſto cultum Dei acceperit, cùm Iudæi, Romani, & Græci cultum Dei ab hominibus hauſerint.

A. p. V. Iudæi, 8. In m. V. Chri. adventus duplex, 3. A. m. V. Sol, 3. Et V. Chri. Magnalia, 9. & V. Fides, 13. Et V. Iudæi, 6. Circa f. V. Chriſtiana Religio, 2. Et V. Chriſtiana Religio, 4. Et V. Chriſt. Religio, 21. Et V. Mendacium, 1. In f. V. Chriſt. Religio, 8.

SED quoniam edidimus antiquiſſimis Iudæorum inſtrumentis ſectam iſtam eſſe ſuf-
ſultam, quam aliquanto novellam, vt Tiberiani temporis, plerique ſciunt, profi- Luc. 3. 1.
tentibus nobis quoque; fortaſſean hoc nomine de ſtatu eius retractetur, quaſi ſub vmbraculo inſigniſſimæ religionis, certè licitæ, aliquid propriæ præſumptionis abſcondat;

vel quia præter ætatem, neque de victus exceptionibus, neque de ſolemnitatibus die-
rum, neque de ipſo ſignaculo corporis, neque de conſortio nominis, cum Iudæis agimus,
quod vtique oporteret ſi eidem Deo manciparemur. Sed & vulgus iam ſcit Chriſtum,
vt aliquem hominum, qualem Iudæi iudicaverunt, quò facilius quis nos hominis culto-
res exiſtimaverit. Verùm neque de Chriſto erubeſcimus, cùm ſub nomine eius deputari
& damnari iuvat, neque de Deo aliter præſumimus. Neceſſe eſt igitur pauca de Chriſto,
vt Deo. Tantùm Iudæis erat apud Deum gratia, ob inſignem iuſtitiam & fidem origi-
nalium auctorum, vnde illis & generis magnitudo, & regni ſublimitas floruit, & tanta
fælicitas, vt Dei vocibus, de promerendo Deo, & non offendendo præmonerentur.
Sed quanta deliquerint, fiducia patrum inflati, deviantes ab diſciplina in profanum
modum, etſi ipſi non confiterentur, probaret exitus hodiernus ipſorum: diſperſi, pala-
bundi, & cœli, & ſoli ſui extorres vagantur per orbem, ſine homine, ſine Deo rege,
quibus nec advenarum iure, terram patriam ſaltem veſtigio ſalutare conceditur. Cùm
hæc illis ſanctæ voces præminarentur, eædem ſemper omnes ingerebant fore, vti ſub
extimis curriculis ſæculi, ex omni iam gente, & populo, & loco cultores ſibi allegeret
Deus multo fideliores, in quos gratiam transferret, pleniorem quidem ob diſciplinæ
auctoris capacitatem. Huius igitur gratiæ, diſciplinæque arbiter & magiſter, illu-
minator atque deductor generis humani filius Dei annuntiabatur: non quidem ita
genitus, vt erubeſcat in filij nomine, aut de patris ſemine; non de ſororis inceſto, nec
de ſtupro filiæ, aut conjugis alienæ, deum patrem paſſus eſt ſquamatum, aut cor-
nutum, aut plumatum amatorem, aut in aurum converſum. Iovis enim iſta ſunt
numina veſtri: cæterùm Dei filius nullam de impudicitia habet matrem: etiam
quam videtur habere, non nupſerat. Sed prius ſubſtantiam ediſſeram, & ita nati-
Gen. 1.1. uitatis qualitas intelligetur. Iam ediximus, Deum vniverſitatem hanc mundi, verbo,
Io. 1.1. & ratione, & virtute molitum. Apud veſtros quoque ſapientes, ΛΟΓΟΝ, id eſt, ſer-
monem atque rationem conſtat artificem videri vniverſitatis: hunc enim Zeno de-
terminat factitatorem, qui cuncta in diſpoſitione formaverit: eundem & fatum vo-
cari, & deum, & animum Iovis, & neceſſitatem omnium rerum. Hæc Cleanthes
in ſpiritum congerit, quem permeatorem vniverſitatis affirmat: & nos etiam ſermoni,
atque rationi, itemque virtuti, per quæ omnia molitum Deum ediximus, propriam
ſubſtantiam ſpiritum inſcribimus, cui & ſermo inſit prænuntianti, & ratio adſit diſ-
ponenti, & virtus præſit perficienti. Hunc ex Deo prolatum didicimus, & prola-
tione generatum, & idcirco filium Dei, & Deum dictum ex vnitate ſubſtantiæ:
nam & Deus ſpiritus: & cùm radius ex ſole porrigitur, portio ex ſumma; ſed Sol
erit in radio, quia ſolis eſt radius, nec ſeparatur ſubſtantia, ſed extenditur: ita de
ſpiritu ſpiritus, & de deo deus, vt lumen de lumine accenſum: manet integra &
indefecta materiæ matrix, etſi plures inde traduces qualitatum mutueris: ita &
quod de deo profectum eſt, deus eſt, & dei filius, & vnus ambo: ita & de ſpi-
ritu ſpiritus, & de deo deus: modulo alterum, non numero; gradu, non ſtatu fe-
cit: & à matrice non receſſit, ſed exceſſit. Iſte igitur dei radius, vt retrò ſemper
prædicabatur, delapſus in virginem quandam, & in vtero eius caro figuratus naſci-
tur homo deo miſtus: caro ſpiritu inſtructa nutritur, adoleſcit, affatur, docet, operatur,
& Chriſtus eſt. Recipite interim hanc fabulam, ſimilis eſt veſtris, dum oſtendimus
quomodo Chriſtus probetur. Sciebant qui penes vos fabulas ad deſtructionem veri-
Matth. 2. 4. tatis iſtius æmulas præminiſtraverunt; ſciebant & Iudæi venturum eſſe Chriſtum,
ſcilicet quibus prophetæ loquebantur: nam & nunc adventum eius expectant, nec
alia magis inter nos & illos compulſatio eſt, quàm quòd iam veniſſe non credunt:
duobus enim adventibus eius ſignificatis; primo, qui iam expunctus eſt in humilitate
conditionis humanæ; ſecundo, qui concludendo ſæculo imminet in ſublimitate divi-
nitatis exertæ, primum non intelligendo, ſecundum, quem manifeſtius prædicatum
ſperant, vnum exiſtimaverunt: ne enim intelligerent priſtinum, credituri ſi intelle-
xiſſent, & conſecuturi ſalutem ſi credidiſſent, meritum fuit delictum eorum. Ipſi
Eſa. 6. 10. legunt ita ſcriptum, *Multatos ſe ſapientia, & intelligentia, & oculorum, & aurium fruge.*
Io. 12. 40. Quem igitur ſolummodo hominem præſumpſerant de humilitate, ſequebatur vti ma-
Matth. 4. 23. gum æſtimarent de poteſtate, cum ille verbo dæmonia de hominibus excuteret, cæcos
& 9. 6. & 20. reluminaret, leproſos purgaret; paralyticos reſtringeret, mortuos denique verbo red-
25. 33. deret vitæ, elementa ipſa famularet, compeſcens procellas; & freta ingrediens, oſ-
tendens ſeſe ΛΟΓΟΝ Dei, id eſt, verbum illud primordiale, primogenitum; virtute
& ratione comitatum, & ſpiritu fultum: ad doctrinam verò eius quia revinceban-
tur magiſtri primoreſque Iudæorum, ita exaſperabantur, maximè quòd ad eum

ingens multitudo defle&ctererer, vt poſtremò oblatum Pontio Pilato Syriam tunc ex parte Matth.27.2.
Romana procuranti, violentia ſuffragiorum in crucem dedi ſibi extorſerint. Prædixe- & ſeq.
rat & ipſe ita facturos. Parum hoc, ſi non & prophetæ retro. Et tamen ſuffixus ſpiri-
tum eum verbo dimiſit, prævento carnificis officio. Eodem momento dies medium or- Matth.27.50
bem ſignante ſole ſubducta eſt: deliquium vtique putaverunt, qui id quoque ſuper
Chriſto prædicatum non ſcierunt: ratione non deprehenſa, negaverunt: & tamen
eum mundi caſum relatum in arcanis veſtris habetis. Hunc Iudæi detractum, & ſe- Matth.27.62
pulcro conditum, magna etiam militaris cuſtodiæ diligentia circunſederunt, nè quia Matth. 28.11.
prædixerat tertia die reſurrecturum ſe à morte, diſcipuli furto amoliti cadaver ſalle- & ſeq.
rent ſuſpectos. Sed ecce die tertia concuſſa repente terra, & mole revoluta quæ ob-
ſtruxerat ſepulcrum, & cuſtodia pavore disjecta, nullis apparentibus diſcipulis, nihil in
ſepulcro repertum eſt, præterquàm exuviæ ſepulcri: nihilominus tamen primores,
quorum intererat & ſcelus divulgare, & populum vectigalem & famularem ſibi à fide
revocare, ſurreptum à diſcipulis iactitaverunt: nam nec ille ſe in vulgus eduxit, ne
impij errore liberarentur, vt & fides non mediocri præmio deſtinata, difficultate conſ-
taret: eum diſcipulis autem quibuſdam apud Galilæam Iudææ regionem ad 40. dies Marc.16.19
egit, docens eos quæ docerent: dehinc ordinatis eis ad officium prædicandi per or- Luc.24.51.
bem, circumfuſa nube in cœlum eſt ereptus, multò melius quàm apud vos aſſeverare Act.1.9.
de Romulis Proculi ſolent. Ea omnia ſuper Chriſto Pilatus, & ipſe iam pro ſua con-
ſcientia Chriſtianus, Cæſari tunc Tiberio nuntiavit: ſed & Cæſares crediſiſſent ſuper
Chriſto, ſi aut Cæſares non eſſent ſeculo neceſſarij, aut ſi & Chriſtiani potuiſſent eſſe
Cæſares: diſcipuli quoque diffuſi per orbem, præcepto magiſtri Dei paruerunt, qui & Marc.16.
ipſi à Iudæis inſequentibus multa perpeſſi, vtique pro fiducia veritatis libenter, Romæ
poſtremò per Neronis ſævitiam ſanguinem Chriſtianum ſeminaverunt. Sed monſtra-
uimus vobis idoneos teſtes Chriſti, ipſos illos, quos adoratis: multum eſt, ſi eos adhi-
beam, vt credatis Chriſtianis, propter quos non creditis Chriſtianis: interim hic eſt
ordo noſtræ inſtitutionis: hunc edidimus & ſectæ, & nominis cenſum cum ſuo auctore:
nemo iam infamiam incutiat, nemo aliud exiſtimet, quia nec fas eſt vlli de ſua religione
mentiri: eò enim, quod aliud à ſe coli dicit, quàm colit, negat quod colit, & culturam
in alterum transſert, & transſerendo iam non colit quod negavit. Dicimus, & palàm
dicimus, & vobis torquentibus: lacerati & cruenti vociferamur, Deum colimus per
Chriſtum: illum hominem putate: per eum, & in eo ſe cognoſci vult Deus, & coli.
Vt Iudæis reſpondeamus, & ipſi Deum per hominem Moyſem colere didicerunt: vt
Græcis occurram, Orpheus Pieriæ, Muſæus Athenis, Melampus Argis, Trophonius
Bœotiæ, initiationibus homines obligaverunt: vt ad vos quoque dominatores gentium
aſpiciam, homo fuit Pompilius Numa, qui Romanos operoſiſſimis ſuperſtitionibus
oneravit: licuerit & Chriſto commentari divinitatem, rem propriam: non qui rupi-
ces, & adhuc feros homines multitudine tot numinum demerendorum attonitos effi-
ciendo, ad humanitatem temperaret, quod Numa: ſed qui iam expolitos, & ipſa vr-
banitate deceptos, in agnitionem veritatis ocularet. Quærite ergo, ſi vera eſt iſta divi-
nitas Chriſti: ſi ea eſt, qua cognita ad bonum quis reſormatur, ſequitur vt falſa renun-
tietur quævis alia contraria comperta: in primis illa, quæ delitеſcens ſub nominibus, &
imaginibus mortuorum, quibuſdam ſignis, & miraculis, & oraculis fidem divinitatis
operatur.

CAPVT XXII.

Dæmones à Philoſophis, Poëtis, Magis, Socrate, Platone, vulgo etiam indocto cogniti, id vnum ſatagunt, vt vnus Deus non quæratur, & pro eo lapides pro dijs habeantur.

In p. V. Diabolus, 1. A. p. in Alphab. Error. V. Angeli amat. fœmin. 1. Et V. Angelus, 1.
Et V. Diabolus, 15. In m. ad f. V. Diabolus, 10.

ATQVE adeò dicimus eſſe ſubſtantias quaſdam ſpiritales: nec nomen novum eſt. Sciunt dæmonas philoſophi, Socrate ipſo ad dæmonij arbitrium expectante: quidni? cùm & ipſi dæmonium adhæſiſſe à pueritia dicatur, dehortatorium planè à bono: dæmonas ſciunt poëtæ, & iam vulgus indoctum in vſum maledicti frequentat: nam & Satanam principem huius mali generis, proinde de propria conſcientia animæ, eadem execramenti voce pronuntiat: angelos quoque etiam Plato non negavit: vtriuſque nominis teſtes eſſe, vel magi adſunt. Sed quomodo de angelis quibuſdam ſua ſponte corruptis, corruptior gens dæmonum evaſerit damnata à Deo cum generis auctoribus, & cum eo, quem diximus, principe, apud literas ſanctas ordine cognoſcitur. Nunc de operatione eorum ſatis erit exponere. Operatio eorum eſt hominis everſio:

ſic malitia ſpiritalis à primordio auſpicata eſt in hominis exitium : itaque corporibus quidem & valetudines infligunt, & aliquos caſus acerbos ; animæ verò repentinos, & extraordinarios per vim exceſſus : ſuppetit illis ad vtramque ſubſtantiam hominis adeundam, ſubtilitas, & tenuitas ſua. Multum ſpiritalibus viribus licet, vt inviſibiles, & inſenſibiles in effectu potius, quàm in actu ſuo appareant ; ſi poma, ſi fruges, neſcio quod auræ latens vitium in flore præcipitat, in germine exanimat, in pubertate convulnerat ; ac ſi cæca ratione tentatus aër, peſtilentes hauſtus ſuos offundit. Eadem igitur obſcuritate contagionis, aſpiratio dæmonum, & angelorum, mentis quoque corruptelas agit, furoribus, & amentiis fœdis, ac ſævis libidinibus, cum erroribus variis; quorum iſte potiſſimus, quo Deos iſtos,*captis, & circunſcriptis hominum mentibus commendat, vt & ſibi pabula propria nidoris, & ſanguinis procuret ſimulacris, & imaginibus oblata. Et quæ illis accuratior paſcua eſt, quàm vt hominem à recogitatu veræ divinitatis avertant præſtigiis falſæ divinationis ? quas & ipſas quomodo operentur expediam. Omnis ſpiritus ales : hoc & angeli, & dæmones : igitur momento vbique ſunt : totus orbis, illis locus vnus eſt, quid vbi geratur, tam facilè ſciunt, quàm enuntiant : velocitas, divinitas creditur, quia ſubſtantia ignoratur : ſic & auctores interdum videri volunt eorum, quæ annuntiant : & ſunt planè malorum nonnunquam, bonorum tamen nunquam : diſpoſitiones etiam Dei, & tunc prophetis concionantibus exceperunt, & nunc lectionibus reſonantibus carpunt : ita & hinc ſumentes quaſdam temporum ſortes, æmulantur divinitatem, dum furantur divinationem. In oraculis autem, quo ingenio ambiguitates temperent in eventus, ſciunt Crœſi, ſciunt Pyrrhi. Cæterum teſtudinem decoqui cum carnibus pecudis, Pythius eo modo renuntiavit, quo ſupra diximus : momento apud Lydiam fuerat. Habent de incolatu aëris, & de vicinia ſiderum, & de commercio nubium, cœleſtes ſapere paraturas, vt & pluvias, quas iam ſentiunt, repromittant. Benefici planè & circa curas valetudinum : lædunt enim primò, dehinc remedia præcipiunt, ad miraculum nova, ſive contraria, poſt quæ deſinunt lædere, & curaſſe creduntur. Quid ergo de cæteris ingeniis, vel etiam viribus fallaciæ ſpiritalis ediſſeram ? phantaſmata Caſtorum, & aquam cribro geſtatam, & navem cingulo promotam, & barbam tactu irrufatam ; vt numina lapides crederentur, & Deus verus non quæreretur.

CAPVT XXIII.

Cùm Magi eadem phantaſmata illuſioneſque præſtent, cum dæmonibus, eos ſua poteſtate aſſiſtentibus, qui eadem quoque cum Dijs Gentium operentur ; facilè ſuadetur, ipſos dæmones eſſe, qui volunt ſe coli vt Deos, vtpote qui ea ipſa faciant, quæ deluſis hominibus, Deos eſſe perſuadent. Qui tamen in energumenis, à Chriſtianis adjurati, fatentur ſe non eſſe Deos.

In p. V. Diabolus, 14 A. p ad f. V. Chriſtiana Religio, 5. In f. V. Athei, 2.

PORRÒ ſi & Magi phantaſmata edunt, & iam defunctorum infamant animas, ſi pueros in eloquium oraculi elidunt, ſi multa miracula circulatoriis præſtigiis ludunt, ſi & ſomnia immittunt, habentes ſemel invitatorum angelorum, & dæmonum aſſiſtentem ſibi poteſtatem, per quos & capræ, & menſæ divinare conſueverunt; quantò magìs ea poteſtas de ſuo arbitrio, & pro ſuo negotio ſtudeat totis viribus operari, quod alienæ præſtat negotiationi ? aut ſi eadem & angeli, & dæmones operantur, quæ & dij veſtri, vbi eſt ergo præcellentia divinitatis, quam vtique ſuperiorem omni poteſtate eredendum eſt ? Non ergo dignius præſumetur ipſos eſſe, qui ſe deos faciant, cùm eadem edant, quæ faciant deos credi, quàm pares angelis, & dæmonibus, deos eſſe ? Locorum differentia diſtinguitur, opinor, vt à templis deos æſtimetis, quos alibi deos non dicitis : vt aliter dementire videatur qui ſacras turres pervolat, aliter qui tecta viciniæ tranſilit : & alia vis pronuntietur in eo qui genitalia, vel lacertos, alia, qui ſibi gulam proſecat. Compar exitus furoris, & vna ratio eſt inſtigationis. Sed hactenus verba ; iam hinc demonſtratio rei ipſius, qua oſtendemus vnam eſſe vtriuſque nominis qualitatem. Edatur hìc aliquis ſub tribunalibus veſtris, quem dæmone agi conſtet : iuſſus à quolibet Chriſtiano loqui ſpiritus ille, tam ſe dæmonem confitebitur de vero, quam alibi deum de falſo : æquè producatur aliquis ex iis, qui de deo pati exiſtimantur, qui aris inhalantes, numen de nidore concipiunt, qui ructando conantur, qui anhelando profantur : iſta ipſa virgo Cœleſtis pluviarum pollicitatrix, iſte ipſe Æſculapius medicinarum demonſtrator, alia die morituris Socordio, & Thanatio, & Aſclepiodoto vitæ ſumminiſtrator, niſi ſe dæmones confeſſi fuerint, Chriſtiano mentiri non audentes, ibidem illius Chriſtiani procaciſſimi ſanguinem fundite. Quid iſto opere manifeſtius ? quid hac probatione fidelius ? ſimplicitas veritatis in medio eſt : virtus

illi ſua aſſiſtit: nihil ſuſpicari licebit: magia, aut aliqua eiuſmodi fallacia fieri dicetis, ſi oculi veſtri & aures permiſerint vobis. Quid autem inijci poteſt adverſus id, quod oſtenditur nuda ſinceritate? Si altera parte verè Dei ſunt, cur ſeſe dæmonia mentiuntur? an vt nobis obſequantur? iam ergo ſubiecta Chtiſtianis divinitas veſtra: nec divinitas deputanda eſt, quæ ſubdita eſt homini, &, ſi quid ad dedecus facit, æmulis ſuis. Si altera parte dæmones ſunt, vel angeli, cur ſe alibi pro dijs agete reſpondent? nam ſicut illi qui dij habentur, dæmones ſe dicere noluiſſent, ſi verè dij eſſent, ſcilicet nè ſe de maieſtate deponerenr: ita & iſti, quos directò dæmonas noſtis, non auderent alibi pro diis agere, ſi aliqui omnino dij eſſent, quorum nominibus vtuntur: vererentur enim abuti maieſtate ſuperiorum ſine dubio, & timendorum. Adeò nulla eſt divinitas iſta, quam tenetis: quia ſi eſſet, neque à dæmoniis affectaretur, neque à diis negaretur. Cùm ergo vtraque pars concurrit in confeſſionem, deos eſſe negans, agnoſcite vnum genus eſſe, id eſt, dæmonas. Verùm vtrobique iam deos quærite: quos enim præſumpſeratis, dæmonas eſſe cognoſcitis. Eadem verò opera noſtra, ab eiſdem diis veſtris non tantùm hoc detegentibus, quod neque ipſi dij ſint, neque vlli alij, etiam illud in continenti cognoſcitis, qui ſit verè Deus, & an ille, & an vnicus, quem Chriſtiani profitemur, & an ita credendus colenduſque, vt fides, vt diſciplina diſpoſita eſt Chriſtianorum. Dicant ibidem, Ecquis ille Chriſtus, cum ſua fabula? ſi homo communis conditionis? ſi magus? ſi poſt mortem de ſepulcro à diſcipulis ſurreptus? ſi nunc denique penes inferos? ſi non in cœlis potius, & inde venturus cum totius mundi motu, cum horrore orbis, cum planctu omnium, ſed non Chriſtianorum, vt Dei virtus, & Dei ſpiritus; & ſermo, & ſapientia, & ratio, & Dei filius? quodcunque ridetis, rideant & illi vobiſcum: negent Chriſtum omnem ab æuo animam reſtituto corpore iudicaturum: dicant hoc, pro tribunali ſi forte, Minoën, & Radamanthum, ſecundùm conſenſum Platonis, & Poëtarum, eſſe ſortitos: ſuæ ſaltem ignominiæ, & damnationis notam refutent: renuant ſe immundos ſpiritus eſſe, quod vel ex pabulis eorum, ſanguine, & fumo, & putidis rogis pecorum, & impuratiſſimis linguis ipſorum vatum intelligi debuit: renuant ob malitiam prædamnatos ſe in eundem iudicij diem, cum omnibus cultoribus, & operatoribus ſuis. Atqui omnis hæc noſtra in illos dominatio, & poteſtas, de nominatione Chriſti valet, & de commemoratione eorum, quæ ſibi à Deo per arbitrum Chriſtum imminentia expectant. Chriſtum timentes in Deo, & Deum in Chriſto, ſubjiciuntur ſervis Dei & Chriſti: ita de contactu, dèque afflatu noſtro, contemplatione, & repræſentatione ignis illius correpti, etiam de corporibus noſtro imperio excedunt inviti, & dolentes, & vobis præſentibus erubeſcentes. Credite illis cùm verum de ſe loquuntur, qui mentientibus creditis: nemo ad ſuum dedecus mentitur, quin potius ad honorem: magìs fides proxima eſt adverſus ſemetipſos confitentes, quàm pro ſemetipſis negantes. Hæc denique teſtimonia deorum veſtrorum Chriſtianos facere conſuerunt, quia plurimùm illis credendo, in Chriſto domino credimus: ipſi literarum noſtrarum fidem accendunt: ipſi ſpei noſtræ fidentiam ædificant: colitis illos, quod ſciam, etiam de ſanguine Chriſtianorum: nollent itaque vos, tam fructuoſos, tam officioſos ſibi amittere, vel nè à vobis quandoque, an Chriſtianis fugentur, ſi illis ſub Chriſtiano, volente vobis veritatem probare, mentiri liceret.

CAPVT XXIV.

Licet conſtaret dæmones eſſe Deos, non tamen deberent invidere Chriſtianis, qui ſummum Deum, etiam Platoni cognitum colunt; cùm licuerit non tantùm Romanis, ſed & ſingulis provincijs, & urbibus proprios Deos habere & colere.

In p. V. Chriſt. Religio, 5. A. p. ad f. V. Chriſtiana Religio, 7.

OMNIS iſta confeſſio illorum, qua ſe deos negant eſſe, quaque non alium Deum reſpondent, præter vnum cui nos mancipamur, ſatis idonea eſt ad depellendum crimen læſæ maximè Romanæ religionis. Si enim non ſunt Dei pro certo, nèc religio pro certo eſt. Si religio non eſt, quia nec Dei pro certo, nec nos pro certo rei ſumus læſæ religionis. At è contrario in vos exprobratio reſultavit, qui mendacium colentes, veram religionem veri Dei non modò negligendo, quin inſuper expugnando, in verum committitis crimen veræ irreligioſitatis. Nam, vt conſtaret illos deos eſſe, nonne conceditis de æſtimatione communi aliquem eſſe ſublimiorem, & potentiorem, velut principem mundi, perfectæ potentiæ & maieſtatis? nam & ſic plerique diſponunt diuinitatem, vt imperium ſummæ dominationis eſſe penes vnum, officia eius penes multos velint; vt Plato Iovem magnum in cœlo, comitatum exercitu deſcribit deorum

pariter & dæmonum : itaque oportere & procurantes, & pręfectos, & præſides pariter ſuſpici : & tamen, quod facinus admittit, qui magìs ad Cæſarem promerendum, & operam ,.& ſpem ſuam transſert ? nec appellationem Dei, ita vt Imperatoris, in alio quàm principe confitetur ? cùm capitale eſſe iudicetur,alium præter Cæſarem & dicere & audire ? Colat alius Deum, alius Iovem : alius ad cœlum ſupplices manus rendat, alius ad aram Fidei : alius, ſi hoc putatis, nubes numeret orans, alius lacunaria : alius ſuam animam Deo ſuo voveat, alius hirci. Videte enim, nè & hoc ad irreligioſitatis elogium concurrat, adimere libertatem religionis, & interdicere optionem divinitatis, vt non liceat mihi colere quem velim, ſed cogar colere quem nolim. Nemo ſe ab inuito coli volet, nè homo quidem : atque ideo & Ægyptiis permiſſa eſt tam vanæ ſuperſtitionis poteſtas, avibus, & beſtiis conſecrandis, & capite damnandis, qui aliquem huiuſmodi deum occiderint. Vnicuique etiam provinciæ,& civitati ſuus deus eſt ; vt Syriæ Aſtartes, vt Arabiæ Diſares, vt Noricis Belenus, vt Africæ Cœleſtis, vt Mauritaniæ Reguli ſui. Romanas, vt opinor, provincias edidi, nec tamen Romanos deos earum, quia Romæ non magìs coluntur, quàm qui per ipſam quoque Italiam municipali conſecratione cenſentur, Caſinienſiųm Delnentinus, Narnienſium Viſidianus, Æſculanorum Ancaria, Volſinienſium Nurſia, Ocriculanorum Valentia, Sutrinorum Nortia, Faliſcorum, in honorem patris Curris, & accepit cognomen Iuno. Sed nos ſoli arcemur à religionis proprietate : lædimus Romanos, nec Romani habemur, quia non Romanorum Deum colimus. Benè quod omnium Deus eſt, cuius velimus, aut nolimus, omnes ſumus : ſed apud vos quodvis colere ius eſt, præter Deum verum, quaſi non hic magis omnium ſit, cuius omnes ſumus.

CAPVT XXV.

Romani Imperio potiti præſumuntur, quòd Deos præ cæteris Gentibus coluerint : quibus tamen ſimulacra, vel templa non niſi poſt Reges exactos erexerunt.

A. p. ad m. V. Dij Gentilium, 13. In m. ad f. V. Dij Gentilium, 15.

SATIS mihi quidem videor probaſſe de falſa, & vera divinitate, cùm demonſtravi, quemadmodum probatio conſiſtat, non modò diſputationibus, nec argumentationibus, ſed ipſorum etiam teſtimoniis, quos deos creditis, vt nihil iam ad hanc cauſam ſit retractandum : quoniam tamen Romani nominis propriè mentio occurrit, non omittam congreſſionem, quam provocat illa præſumptio dicentium, Romanos pro merito religioſitatis diligentiſſimæ in tantum ſublimitatis elatos, vt orbem occuparint, & adeò deos eſſe, vt præter cæteros floreant, qui illis officium præter cæteros faciant : ſcilicet iſta merces à Romanis deis pro gratia expenſa eſt. Srerculus, & Mutunus, & Larentina provexit imperium : peregrinos enim deos non putem extraneæ genti magis fautum voluiſſę quàm ſuæ ; & patrium ſolum, in quo nati, adulri, nobilitati, ſepultique ſunt, transfretanis dediſſe. Viderit Cybele, ſi vrbem Romanam, vt memoriam Trojani generis adamavit, vernaculi ſui ſcilicet adverſus Achivorum arma protecti, ſi ad vltores tranſire proſpexit, quos ſciebat Græciam Phrygiæ debellatricem ſubacturos. Itaque maieſtatis ſuæ in vrbem collatæ grande documentum noſtra etiam ætate propoſuit, cùm M. Aurelio apud Sytmium reipublicæ exempto die ſextodecimo calendarum Aprilium, Archigallus ille ſanctiſſimus die nono calendarum earundem, quo ſanguinem impurum, lacertos quoque caſtrando libabat, pro ſalute Marci iam intercepti ſolita æquè imperia mandavit. O nuntios tardos, ô ſomniculoſa diplomata, quorum vitio exceſſum imperatoris non antè Cybele cognovit. Næ deam talem riderent Chriſtiani. Sed non ſtatim & Iupiter Cretam ſuam Romanis faſcibus concuti ſineret, oblitus antrum illud Idæum, & æra Corybantia, & iucundiſſimum illic nutricis ſuæ odorem. Nonne omní capitolio tumulum illum ſuum præpoſuiſſet, vt ea potius orbi terra præcelleret, quæ cineres Iovis texit ? Vellet Iuno Punicam vrbem, poſthabita Samo dilectam, ab Æneadarum vtique gente deleri ? quod ſciam, *hic illius arma, Hic currus fuit ; hoc regnum dea gentibus eſſe, Si qua fata ſinant, iam tum tenditque fovetque :* miſera illa conjux Iovis, & ſoror, adverſus fata non valuit : planè *fato ſtat Iupiter ipſe :* nec tantum tamen honoris fatis Romani dicaverunt, dedentibus ſibi Carthaginem adverſus deſtinatum votumque Iunonis, quantum proſtitutiſſimæ lupæ Larentinæ. Plures deos veſtros regnaſſe certum eſt : igitur ſi conferendi imperij tenent poteſtatem, cùm ipſi regnarent, à quibus acceperant eam gratiam? quem coluerat Saturnus, & Iupiter? aliquem, opinor, Sterculum, ſed Romæ poſtea cum indigenis : etiam ſi qui non regnarunt, tamen regnabatur ab aliis nondum cultoribus ſuis, vt qui nondum dij habe-

bantur: ergo aliorum eſt regnum dare, quia regnabatur multò ante quàm iſti dij inciderentur. Sed quàm vanum eſt faſtigium Romani nominis, religioſitatis meritis deputare, cùm poſt imperium, ſive adhuc regnum, auctis iam rebus religio profecerit: nam etſi à Numa concepta eſt curioſitas ſuperſtitioſa, nondum tamen aut ſimulacris, aut templis res divina apud Romanos conſtabat, frugi religio, & pauperes ritus, & nulla capitolia certantia cœlo, ſed temeraria de ceſpite altaria, & vaſa adhuc Samia, & nidor exilis, & deus ipſe nuſquam: nondum enim tunc ingenia Græcorum, atque Tuſcorum fingendis ſimulacris vrbem innundaverant. Ergo non ante religioſi Romani, quàm magni: ideoque non ob hoc magni, quia religioſi. Atqui quomodo ob religionem magni, quibus magnitudo de irreligioſitate provenit? Ni fallor enim omne regnum, vel imperium bellis quæritur, & victoriis propagatur. Porro bella & victoriæ, captis & everſis plurimùm vrbibus conſtant: id negotium ſine deorum iniuria non eſt: eædem ſtrages mœnium, & templorum: pares cædes civium, & ſacerdotum: nec diſſimiles rapinæ ſacrarum divitiarum, & profanarum. Tot igitur ſacrilegia Romanorum, quot trophæa: tot de deis, quot de gentibus triumphi: tot manubiæ, quot manent adhuc ſimulacra captivorum deorum. Et ab hoſtibus ergo ſuis ſuſtinent adorari, & illis imperium ſine fine decernunt, quorum magis injurias, quàm adorationes remuneraſſe debuerant. Sed qui nihil ſentiunt, tam impunè læduntur, quàm fruſtra coluntur. Certè non poteſt fidei convenire, vt religionis meritis excreviſſe videantur, qui, vt ſuggeſſimus, religionem aut lædendo creverunt, aut creſcendo læſerunt. Etiam illi, quorum regna conflata ſunt in imperij Romani ſummam, cùm ea amitterent, ſine religionibus non fuerunt.

CAPVT XXVI.

Solus verus Deus regna diſpenſare credendus eſt, cuius eſt mundus in quo regnant Reges. Quod patet ex Imperijs, qui ante Romanum floruerunt.

In p. V. Rex, 1. A. p. ad f. V. Dij Gentilium, 14.

VIDETE igitur nè ille regna diſpenſet, cuius eſt & orbis qui regnatur, & homo ipſe qui regnat: ne ille vices dominationum ipſis temporibus in ſæculo ordinaverit, qui antè omne tempus fuit, & ſeculum corpus temporum fecit: ne ille civitates extollat aut deprimat, ſub quo fuit aliquando ſine civitatibus gens hominum. Quid erratis? prior eſt quibuſdam diis ſuis ſilveſtris Roma: antè regnavit, quàm tantum ambitum capitolij extrueret: regnaverunt & Babylonij ante Pontifices, & Medi ante Quindecim viros, & Ægyptij ante Salios, & Aſſyrij ante Lupercos, & Amazones ante virgines Veſtales: poſtremò ſi Romanæ religiones regna præſtant, nunquam retrò Iudæa regnaſſet deſpectrix communium iſtarum divinitatum, cuius & deum victimis, & templum donis, & gentem fœderibus aliquandiu honoraſtis, nunquam dominaturi eius, ſi non vltimò deliquiſſet in Chriſtum.

CAPVT XXVII.

Non ſunt ergo criminandi Chriſtiani, quaſi rei læſæ divinitatis, ſi Dijs ſacrificare nolunt, quos non Deos ſciunt eſſe, ſed dæmones, à quibus ſacrilega iſta ſacrificia exiguntur.

A. p. V. Diabolus, 16.

SATIS hæc adverſus intentationem læſæ divinitatis, quò non videamur lædere eam, quam oſtendimus non eſſe. Igitur provocati ad ſacrificandum, obſtruimus gradum pro fide conſcientiæ noſtræ, qua certi ſumus, ad quos iſta perveniant officia, ſub imaginum proſtitutione, & humanorum nominum conſecratione. Sed quidam dementiam exiſtimant, quòd cùm poſſimus & ſacrificare in præſenti, & illæſi abire, manente apud animum propoſito, obſtinationem ſaluti præferamus. Datis ſcilicet conſilium, quo vobis abutamur: ſed agnoſcimus vnde talia ſuggerantur, quis totum hoc agitet, & quomodo nunc aſtutia ſuadendi, nunc duritia ſæviendi, ad conſtantiam noſtram dejiciendam operetur. Ille ſcilicet ſpiritus dæmoniacæ, & angelicæ paraturæ, qui noſter ob divortium æmulus, & ob Dei gratiam invidus, de mentibus veſtris adverſus nos prœliatur, occulta inſpiratione modulatis & ſubornatis ad omnem, quam in primordio exorſi ſumus, & iudicandi perverſitatem, & ſæviendi iniquitatem: nam licet ſubjecta ſit nobis tota vis dæmonum, & eiuſmodi ſpiritus, vt nequam tamen ſervi, metui nonnunquam contumaciam miſcent, & lædere geſtiunt, quos aliàs verentur: odium enim etiam timor ſpirat: præterque & deſperata conditio eorum ex prædamnatione, ſolatium reputat fruendæ interim malignitatis, de pœnæ mora: & tamen apprehenſi ſubiguntur, & conditionj ſuæ ſuccidunt, & quos de longinquo oppugnant, de proximo ob-

ſecrant. Itaque cùm vice rebellantium ergaſtulorum, ſiue carcerum, vel metallorum, vel hoc genus pœnalis ſeruitutis, erumpunt adverſum nos, in quorum poteſtate ſunt, certi impares ſe eſſe, & hoc magis, perditos, ingratis reſiſtimus vt æquales, & repugnamus perſeuerantes in eo quod oppugnant, & illos nunquam magis detriumphamus, quàm cum pro fidei obſtinatione damnamur.

CAPVT XXVIII.

Gentiles in Deos impij conuincuntur, quòd Dijs ſuis, & ipſi Iovi minus honoris, quàm ſuis Imperatoribus exhibeant.

Per totum. V. Dij Gentilium, 16.

QVONIAM autem facilè iniquum videretur, liberos homines inuitos vrgeri ad ſacrificandum, nam & aliàs diuinæ rei faciundæ libens animus indicitur, certè ineptum exiſtimaretur, ſi quis ab alio cogeretur ad honorem deorum, quos vltro ſui cauſa placare deberet, ne præ manu eſſet, iure libertatis dicere, Nolo mihi Iouem propitium: tu qui es? me conueniat Ianus iratus ex qua velit fronte: quid tibi mecum eſt? Formati eſtis ab iiſdem vtique ſpiritibus, vt nos pro ſalute imperatoris ſacrificare cogatis: & impoſita eſt tam vobis neceſſitas cogendi, quàm nobis obligatio periclitandi. Ventum eſt igitur ad ſecundum titulum læſæ auguſtioris maieſtatis: ſiquidem maiore formidine, & callidiore timiditate Cæſarem obſeruatis, quàm ipſum de Olympo Iouem: & meritò, ſi ſciatis: quid enim? ex viuentibus quilibet, non mortuo potior? ſed nec hoc vos ratione facitis, potius quàm reſpectu præſentaneæ poteſtatis: adeò & in iſto irreligioſi erga deos veſtros deprehendimini, cùm plus timoris humano dominio dicatis: citius denique apud vos per omnes deos, quàm per vnum genium Cæſaris pejeratur.

CAPVT XXIX.

Quærit an Dij quibus volunt Gentiles ſacrificari, poſſint ſalutem præſtare Imperatoribus; cum Dij ipſi ſua templa, aras, ſtatuas, tueri non valeant, niſi vigilibus Cæſarum excubijs.

Per totum. V. Dij Gentilium, 16.

CONSTET igitur prius, ſi iſti quibus ſacrificatur, ſalutem imperatoribus, vel cuilibet homini impertiri poſſunt, & ita nos crimini addicite. Si angeli, aut dæmones, ſubſtantia peſſimi ſpiritus, beneficium aliquod operantur, ſi perditi conſeruant, ſi damnati liberant, ſi denique, quod in conſcientia veſtra eſt, mortui viuos tuentur, iam vtique ſuas primo ſtatuas, & imagines, & ædes tuerentur, quæ, vt opinor, Cæſarum milites excubiis ſuis ſalua præſtant: puto autem hæ ipſæ materiæ de metallis Cæſarum veniunt; & tota templa de nutu Cæſaris conſtant: multi denique dij habuerunt Cæſarem iratum: facit ad cauſam, ſi & propitium; cùm illis aliquid liberalitatis, aut priuilegij confert: ita qui ſunt in Cæſaris poteſtate, cuius & toti ſunt, quomodo habebunt ſalutem Cæſaris in poteſtate, vt eam præſtare poſſe videantur, quam facilius ipſi à Cæſare conſequantur? Ideo ergo committimus in maieſtatem imperatorum, quia illos non ſubjicimus rebus ſuis? quia non ludimus de officio ſalutis ipſorum, qui eam non putamus in manibus eſſe plumbatis? ſed vos religioſi, qui eam quæritis vbi non eſt, petitis à quibus dari non poteſt, præterito eo, in cuius eſt poteſtate: inſuper eos debellatis, qui eam ſciunt petere, qui etiam poſſint impetrare, dum ſciunt petere.

CAPVT XXX.

Iuſtius, & vtilius Chriſtianos Deum æternum, viuum & verum, expanſis manibus, nudo capite, medullitus deprecari pro Imperatorum ſalute; quem ipſimet vt omnium ſummum, & optimum ſibi eſſe propitium exoptant.

Per totum. V. Imperator, 2. A. m. V. Orationis dignitas, 1.

1. Tim. 2. 1. 2. NOS enim pro ſalute imperatorum Deum invocamus æternum, Deum verum, Deum viuum, quem & ipſi imperatores propitium ſibi, præter ceteros malunt: ſciunt quis illis dederit imperium. ſciunt quà homines, quis & animam: ſentiunt eum eſſe Deum ſolum, in cuius ſolius poteſtate ſunt, à quo ſunt ſecundi, poſt quem primi, ante omnes, & ſuper omnes deos: quidni? cùm ſuper omnes homines, qui vtique viuunt, & mortuis antiſtant: recogitant quouſque vires imperij ſui valeant, & ita Deum intelligunt, aduerſus quem valere non poſſunt; per eum valere ſe cognoſcunt: cœlum denique debellet imperator: cœlum captiuum triumpho ſuo invehat: cœlo mittat

excubias:

excubias: cœlo vectigalia imponat: non poteſt: ideo magnus eſt, quia cœlo minor eſt;
illius enim eſt ipſe, cuius & cœlum eſt, & omnis creatura: inde eſt imperator, vnde &
homo, ante quàm imperator: inde poteſtas illi, vnde & ſpiritus: illuc ſuſpicientes
Chriſtiani manibus expanſis, quia innocuis; capite nudo, quia non erubeſcimus; de-
nique ſine monitore, quia de pectore, oramus pro omnibus imperatoribus, vitam illis
prolixam, imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, ſenatum fidelem, po-
pulum probum, orbem quietum, & quæcunque hominis & Cæſaris vota ſunt: hæc ab
alio orare non poſſum, quàm à quo ſcio me conſecuturum, quoniam & ipſe eſt qui ſolus
præſtat, & ego ſum cui impetrare debetur; famulus eius, qui eum ſolus obſervo, qui
propter diſciplinam eius occidor, qui ei offero opimam & maiorem hoſtiam, quàm
ipſe mandavit, orationem de carne pudica, de anima innocenti, de ſpiritu ſancto profe-
ctam: non grana turis vnius aſſis, non Arabicæ arboris lacrimas, nec duas meri guttas,
nec ſanguinem reprobi bovis mori optantis, & poſt omnia inquinamenta, etiam con-
ſcientiam ſpurcam: vt mirer, cùm hoſtiæ probantur penes vos à vitioſiſſimis ſacerdo-
tibus, cur præcordia potius victimarum, quàm ipſorum ſacrificantium examinantur? Sic
ita nos ad Deum expanſos vngulæ fodiant, cruces ſuſpendant, ignes lambant, gladij
guttura detruncent, beſtiæ inſiliant, paratus eſt ad omne ſupplicium ipſe habitus orantis
Chriſtiani. Hoc agite, boni præſides; extorquete animam Deo ſupplicantem pro im-
peratore.

CAPVT XXXI.

Credant Gentiles, Chriſtianos Imperatoribus eſſe devotos, etiam perſecutoribus; quibus divinæ litteræ iubent orare pro perſequentibus, maximè pro Regibus.

Per totum. V. Imperator, 2.

ADVLATI nunc ſumus imperatori, & mentiti vota quæ diximus, ad evadendam
ſcilicet vim. Planè proficit iſta fallacia: admittitis nos enim probare quodcun-
que defendimus. Qui ergo putaveris nihil nos de ſalute Cæſarum curare, inſpice
Dei voces, litteras noſtras, quas neque ipſi ſupprimimus, & plerique caſus ad extraneos
transferunt: ſcitote ex illis præceptum eſſe nobis, ad redundantiam benignitatis, etiam
pro inimicis Deum orare, & perſecutoribus noſtris bona precari: qui magis inimici & Matth.5.44.
perſecutores Chriſtianorum, quàm de quorum maieſtate convenimur in crimen? ſed
etiam nominatim atque manifeſtè, [a] *Orate*, inquit, *pro regibus, & pro principibus, & po-* [a] 1.Tim.2.1.2
teſtatibus, vt omnia tranquilla ſint vobis: cùm enim concutitur imperium, concuſſis etiam
cæteris membris eius; vtique & nos, licet extranei à turbis, in aliquo loco caſus inve-
nimur.

CAPVT XXXII.

Chriſtianos quidem non iurare per Genios, id eſt dæmones quos adjurant, & pellunt ab energumenis, ſed Deum verum Imperatori propitium velle, & orare, & pro Romano maximè Imperio, cuius duratione pendet extremi iudicij dies.

In p. ad m. V. Imperator, 2. In f. V. Iuramentum, 3.

EST & alia maior neceſſitas nobis orandi pro imperantoribus, etiam pro omni ſtatu
imperij, rebuſque Romanis, qui vim maximam vniverſo orbi imminentem, ipſam-
que clauſulam ſeculi, acerbitates horrendas comminantem, Romani imperij com- 2.Theſſ.2.3.
meatu ſcimus retardari: itaque nolumus experiri, & dum precamur differri, Romanæ
diuturnitati favemus. Sed & iuramus, ſicut non per genios Cæſarum, ita per ſalutem
eorum, quæ eſt auguſtior omnibus geniis: neſcitis genios dæmonas dici, & inde di-
minutiva voce dæmonia: nos iudicium Dei ſuſpicimus in imperatoribus, qui gentibus
illos præfecit: id in eis ſcimus eſſe, quod Deus voluit, ideoque & ſalvum volumus eſſe
quod Deus voluit, & pro magno id iuramento habemus: cæterùm dæmonas, id eſt ge-
nios, adjurare conſuevimus vt illos de hominibus exigamus, non dejerare vt illis ho-
norem divinitatis conferamus.

CAPVT XXXIII.

Imperatorem à Chriſtianis Deum non appellari, cùm in ipſis etiam triumphis, illi à tergo ſuggeratur, vt hominem ſe eſſe meminerit.

In p. ad m. V. Imperator, 5. In f. V. Imperator, 1.

SED quid ego amplius de religione atque pietate Chriſtiana in imperatorem? quem
neceſſe eſt ſuſpiciamus, vt eum quem Dominus noſter elegit: & meritò dixerim,
Noſter eſt magis Cæſar, à noſtro Deo conſtitutus. Itaque & in eo plus ego illi operor

in ſalutem, quòd non ſolùm ab eo poſtulo eam qui poteſt præſtare, aut quod talis poſtulo, qui merear impetrare: ſed etiam quòd temperans maieſtatem Cæſaris infra Deum, magìs illum commendo Deo, cui ſoli ſubjicio: ſubjicio autem cui non adæquo. Non enim Deum imperatorem dicam, vel quia mentiri neſcio, vel quia illum deridere non audeo, vel quia nec ipſe ſe deum volet dici: ſi homo ſit, intereſt homini Deo cedere: ſatìs habet appellari imperator: grande & hoc nomen eſt, quod à Deo traditur: negat illum imperatorem, qui Deum dicit: niſi homo ſit, non eſt imperaror: hominem ſe eſſe etiam triumphans in illo ſublimiſſimo curru admonetur: ſuggeritur enim ei à tergo, Reſpice poſt te, Hominem te memento: & vtique hoc magis gaudet, tanta ſe gloria coruſcare, vt illi admonitio conditionis ſuæ ſit neceſſaria: minor erat, ſi tunc deus diceretur, quia non verè diceretur: maior eſt, qui revocatur ne ſe deum exiſtimet.

CAPVT XXXIV.

Imperatorem Dominum dicere, prout Deum ſonat, nefas eſt Chriſtianis, cùm nec Augustus Cæſar, Dominum ſe vocari ſit paſſus.

In p. V. Dominus, 1. In m. ad f. V. Imperator, 6.

AVGVSTVS, imperij formator, ne dominum quidem dici ſe volebat. Et hoc enim Dei eſt cognomen. Dicam planè imperatorem dominum: ſed quando non cogor, vt dominum, dei vice, dicam. Cæterùm liber ſum illi. Dominus enim meus vnus eſt, Deus omnipotens, & æternus, idem qui & ipſius. Qui pater patriæ eſt, quomodo dominus eſt? Sed & gratius nomen eſt pietatis, quàm poteſtatis. Etiam familiæ magìs patres, quàm domini vocantur: tantò abeſt vt imperator Deus debeat dici; non modò turpiſſima, ſed & pernicioſa adulatione: tanquam ſi habens imperatorem, alterum appelles: nonnè maximam & inexorabilem offenſam contrahes eius, quem habuiſti, etiam ipſi timendam, quem appellaſti? Eſto religioſus in Deum, qui vis illum propitium imperatori: deſine alium deum credere, atque ita & hunc deum dicere, cui Deo opus eſt. Si non de mendacio erubeſcit adulatio, eiuſmodi hominem deum appellans, timeat ſaltem de infauſto: maledictum eſt, ante apotheoſin deum Cæſarem nuncupare.

CAPVT XXXV.

Chriſtianos dici non debère hoſtes publicos, ſi Imperatorum ſolemnia non Gentili more, ſed modeſtè & pudicè celebrent: cùm Gentiles etiam dum fauſta acclamant Cæſari, immò & ſub ipſis ſacris, in Cæſarem conſpirent, teſtibus Caßys, Nigris, & Albinis.

In p. ad circa f. V. Imperator, 4. In p. V. Feſtorum obſervatio, 2. In f. V. Aſtrolog. 3.

PROPTEREA igitur publici hoſtes Chriſtiani, quia imperatoribus neque vanos, neque mentientes, neque temerarios honores dicant, quia veræ religionis homines etiam ſolemnia eorum, conſcientia potius quam laſcivia celebrant. Grande videlicet officium! focos & toros in publicum educere, vicatim epulari, civitatem tabernæ habitu abolefacere, vino lutum cogere, catervatim curſitare ad injurias, ad impudentias, ad libidinas illecebras. Siccine exprimitur publicum gaudium, per publicum dedecus? Hæccine ſolemnes dies principum decent, quæ alios dies non decent? Qui obſervant diſciplinam de Cæſaris reſpectu, hi eam propter Cæſarem deſerent? & malorum morum licentia, pietas erit? occaſio luxuriæ, religio deputabitur? O nos merito damnandos! cur enim vota, & gaudia Cæſarum, caſti, & ſobrij, & probi expungimus? cur die læto non laureis poſtes obumbramus? nec lucernis diem infringimus? honeſta res eſt ſolemnitate publica exigente, induere domui tuæ habitum alicuius novi lupanaris. Velim tamen in hac quoque religione ſecundæ maieſtatis, de qua in ſecundum ſacrilegium convenimur Chriſtiani, non celebrando vobiſcum ſolemnia Cæſarum, quo more celebrari, nec modeſtia, nec verecundia, nec pudicitia permittunt, fidem & veritatem veſtram demonſtrare, nè fortè & iſtic deteriores Chriſtianis deprehendantur, qui nos nolunt Romanos haberi, ſed hoſtes principum Romanorum. Ipſos Quirites, ipſam vernaculam ſeptem collium plebem convenio, an alicui Cæſari ſuo parcat illa lingua Romana? teſtis eſt Tiberis, & ſchola beſtiarum. Iam ſi pectoribus ad tranſlucendū quandam ſpecularem materiam natura obduxiſſet, cuius non præcordia inſculpta apparerent novi, ac novi Cæſaris ſcenam, congiario dividundo præſidentis? etiam illa hora qua adclamant, DE NOSTRIS ANNIS TIBI IVPITER AVGEAT ANNOS: hæc Chriſtianus tam

enuntiare non novit, quàm de novo Cæſare optare. Sed vulgus, inquis, vt vulgus. Tamen Romani: nec vlli magis depoſtulatores Chriſtianorum quàm vulgus. Planè cæteri ordines pro auctoritate religioſi ex fide: nihil hoſticum de ipſo ſenatu, de equite, de caſtris, de palatiis ipſis ſpirant. Vnde Caſſij, & Nigri, & Albini? vnde qui inter Duas laurus obſident Cæſarem? vnde qui faucibus eius exprimendis palæſtricam exercent? vnde qui armati palatium irrumpunt, omnibus Sigerijs atque Parthenijs audaciores? de Romanis (niſi fallor) id eſt, de non Chriſtianis: atque adeò omnes illi ſub ipſa vſque impietatis eruptione, & ſacra faciebant pro ſalute imperatoris, & genium eius dejerabant; alij foris, alij intus; & vtique publicorum hoſtium nomen Chriſtianis dabant. Sed & qui nunc ſceleſtarum partium ſocij, aut plauſores quotidie revelantur, poſt vindemiam paricidarum racematio ſuperſtes, quàm recentiſſimis & ramoſiſſimis laureis poſtes præſtruebant? quàm elatiſſimis & clariſſimis lucernis veſtibula nebulabant? quàm cultiſſimis & ſuperbiſſimis toris forum ſibi dividebant? non vt gaudia publica celebrarent, ſed vt vuta propria iam edicerent in aliena ſolemnitate, & exemplum atque imaginem ſpei ſuæ inaugurarent, nomen principis in corde mutantes. Eadem officia dependunt & qui aſtrologos, & aruſpices, & augures, & magos de Cæſarum capite conſultant, quas artes vt ab angelis deſertoribus proditas, & à Deo interdictas, nè ſuis quidem cauſis adhibent Chriſtiani. Cui autem opus eſt perſcrutari ſuper Cæſaris ſalute, niſi à quo aliquid adverſus illam cogitatur, vel optatur? aut poſt illam ſperatur, & ſuſtinetur? non enim ea mente de caris conſulitur, qua de dominis: aliter curioſa eſt ſolicitudo ſanguinis, aliter ſervitutis.

CAPVT XXXVI.

Chriſtianos longè abeſſe ab conſpirationibus in Cæſaream majeſtatem, quibus ex . . ſit cautum, cuiquam malè velle, aut de aliquo temerè iudicare.

Per totum. V. Chriſt. Religio, 10.

SI hæc ita ſunt, vt hoſtes deprehendantur, qui Romani vocabantur, cur nos, qui hoſtes exiſtimamur, Romani negamur, non poſſumus & Romani eſſe, & hoſtes non eſſe? cum hoſtes reperiantur, qui Romani habebantur? adeò pietas, & religio, & fides imperatoribus debita, non in huiuſmodi officijs conſiſtit, quibus & hoſtilitas magis ad velamentum ſui poteſt fungi, ſed in iis moribus, quibus civilitas tam verè in imperatorem, quàm circa omnes neceſſe habet exhiberi: neque enim hæc opera bonæ mentis ſolis imperatoribus debentur à nobis: nullum bonum ſub exceptione perſonarum adminiſtramus, quia nobis præſtamus, qui nun ab homine, aut laudis, aut præmij expenſum captamus, ſed à Deo exactore, & remuneratore indifferentis benignitatis: iidem ſumus imperatoribus, qui & vicinis noſtris: malè enim velle, malè facere, malè dicere, malè cogitare de quoquam ex æquo vetamur: quodcunque non licet in imperatorem, id nec in quemquam: quod in neminem, eo forſitan magis nec in ipſum, qui per Deum tantus eſt.

CAPVT XXXVII.

Si nec læſi Chriſtiani vicem rependere ſua lege ſinuntur, in privatas quoque perſonas vlciſcendo, quomodo ſævirent in Reges, qui tot iniurijs laceſſiti, quamvis numeroſiſſimi, ab vltione & conſpiratione prorſus abſtinuerunt?

In p. V. Chriſt Religio, 10. Et V. Vltio, 3. Circa f. V. Chriſtianus, 3. In f. V. Chriſtianus, 21.

SI inimicos, vt ſupra diximus, iubemur diligere, quem habemus odiſſe? Item ſi læſi Matth. 5.44.
vicem referre prohibemur, nè de facto pares ſimus, quem poſſumus lædere? Nam de iſto ipſi recognoſcite. Quoties enim in Chriſtianos deſævitis, partim animis propriis, partim legibus obſequentes? quoties etiam præteritis vobis, ſuo iure nos inimicum vulgus invadit lapidibus & incendiis? ipſis Bacchanalium furiis, nec mortuis parcunt Chriſtianis, quin illos de requie ſepulturæ, de aſylo quodam mortis, iam alios, iam nec totos, avellant, diſſecent, diſtrahant. Quid tamen vnquam denotaſtis de tam conſpiratis, de tam animatis ad mortem vſque, pro injuria repenſatum? quando vel vna nox pauculis faculis largiter vltionis poſſet operari, ſi malum malo diſpungi penès nos liceret. Sed abſit vt aut igni humano vindicetur divina ſecta, aut doleat pati in quo probatur. Si enim & hoſtes exertos, non tantùm vindices occultos agere vellemus, deeſſet nobis vis numerorum & copiarum? Plures nimirum Mauri, & Marcomanni, ipſique Parthi, vel quantæcunque, vnius tamen loci, & ſuorum finium, gentes, quàm totius orbis. Heſterni ſumus, & veſtra omnia implevimus, vrbes, inſulas, caſtella,

municipia, conciliabula, caſtra ipſa, tribus, decurias, palatium, ſenatum, forum: ſola vobis relinquimus templa. Cui bello non idonei, non prompti fuiſſemus, etiam impares copiis, qui tam libenter trucidamur, ſi non apud iſtam diſciplinam magis occidi liceret, quàm occidere? Potuimus & inermes, nec rebelles, ſed tantummodò diſcordes, ſolius divortij invidià adverſus vos dimicaſſe. Si enim tanta vis hominum in aliquem orbis remoti ſinum abrupiſſemus à vobis, ſuffudiſſet vtique dominationem veſtram tot qualiumcunque amiſſio civium, immò etiam & ipſa deſtitutione puniſſet: proculdubiò expaviſſetis ad ſolitudinem veſtram, ad ſilentium rerum, & ſtuporem quendam quaſi mortui orbis: quæſiſſetis quibus imperaretis: plures hoſtes, quàm cives vobis remanſiſſent: nunc enim pauciores hoſtes habetis præ multitudine Chriſtianorum. Quis autem vos ab illis occultis, & vſquequaque vaſtantibus mentes, & valetudines veſtras hoſtibus raperet? à dæmoniorum incurſibus dico, quæ de vobis ſine præmio, ſine mercede depellimus. Suffeciſſet hoc ſolum noſtræ vltioni, quòd vacua exinde poſſeſſio immundis ſpiritibus pateret. Porro nec tanti præſidij compenſationem cogitantes, non modò non moleſtum vobis genus, verùm etiam neceſſarium, hoſtes iudicare maluiſtis, qui ſumus planè, non generis humani tamen, ſed potius erroris.

CAPVT XXXVIII.

Falsò imponitur Chriſtianis quælibet factio; cùm ab omni prorſus publico cœtu & ſpectaculo abſtineant.

In p. ad f. V. Chriſtianus, 14.

PRoinde nec paulò lenius inter licitas factiones, ſectam iſtam deputari oportebat, à qua nihil tale committitur, quale de illicitis factionibus timeri ſolet. Niſi fallor enim, prohibendarum factionum cauſa de providentia conſtat modeſtiæ publicæ, ne civitas in partes ſcinderetur, quæ res facilè comitia, concilia, curias, conciones, ſpectacula etiam, æmulis ſtudiorum compulſationibus inquietaret, cùm iam & in quæſtu habere cœpiſſent venalem, & mercenariam homines violentiæ ſuæ operam. At enim nobis ab omni gloriæ, & dignitatis ardore frigentibus, nulla eſt neceſſitas cœtus, nec vlla magis res aliena, quàm publica: vnam omnium rempublicam agnoſcimus, mundum: æquè ſpectaculis veſtris in tantum renuntiamus, in quantum originibus eorum, quas ſcimus de ſuperſtitione conceptas: quin & ipſis rebus de quibus transfiguntur, prætersumus: nihil eſt nobis cum inſania circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenæ, cum xyſti vanitate. Licuit Epicureis aliquam decernere voluptatis veritatem. Quo vos offendimus, ſi alias præſumimus voluptates? Si oblectari noviſſe nolumus, noſtra injuria eſt; ſi fortè, non veſtra. Sed reprobamus quæ placent vobis, Nec vos noſtra delectant.

CAPVT XXXIX.

Si quis cœtus ſit inter Chriſtianos, Orationis pro Imperatoribus maximè faciendæ cauſa ſit, ad Scripturæ, & verbi Divini auditum, exhortationes, cenſuras, quibus ob delicta, per res ſanctæ præſides, indigni à communione fidelium arceantur. Illic Eleemoſynas conferri, egenis, & exulibus diſpenſandas. Fratres dici communi natura cauſa, maximè ob Deum Patrem, & ſubſtantiam communem, excepto coniugio, & Cœnas ſobrias, Agapes, oratione præmiſſa fieri.

In p. V. Chriſt. Religio, 11. Et V. Orationis conditiones, 12. A. p. V. Excommunicatio, 1. Et V. Iudex, 1. Et V. Simonia. Et V. Eleemoſyna, 3. In m. V. Vxor, 3. Circa m. V. Charitas proximi, 4. Circa f. V. Cœna, 2. In f. V. Chriſt. Religio, 12.

EDam iam nunc ego ipſe negotia Chriſtianæ factionis, vt qui mala refutaverim, bona oſtendam. Corpus ſumus de conſcientia religionis, & diſciplinæ vnitate, & ſpei fœdere. Coimus ad Deum, quaſi manu facta precationimus ambiamus. Hæc vis Deo grata eſt. Oramus etiam pro imperatoribus, pro miniſtris eorum, ac poteſtatibus, pro ſtatu ſeculi, pro rerum quiete, pro mora finis. Coimus ad literarum divinarum commemorationem; ſi quid præſentium temporum qualitas, aut præmonere cogit, aut recognoſcere: certè fidem ſanctis vocibus paſcimus, ſpem erigimus, fiduciam figimus, diſciplinam præceptorum nihilominus inculcationibus denſamus. Ibidem etiam exhortationes, caſtigationes, & cenſura divina. Nam & iudicatur magno cum pondere, vt apud certos de Dei conſpectu; ſummumque futuri iudicij præiudicium eſt, ſi quis ita deliquerit, vt à communicatione orationis, & conventus, & omnis ſancti commercij relegetur. Præſident probati quique ſeniores, honorem iſtum non pretio, ſed

teſtimonio adepti; neque enim pretio vlla res Dei conſtat. Etiam ſi quod arcæ genus eſt, non dehonoraria ſumma quaſi redemptæ religionis congregatur: modicam vnuſquiſque ſtipem menſtrua die, vel cùm velit, & ſi modò velit, & ſi modò poſſit, apponit: nam nemo compellitur, ſed ſponte confert. Hæc quaſi depoſita pietatis ſunt. Nam inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis vorattrinis diſpenſatur, ſed egenis alendis, humandiſque, & pueris ac puellis re ac parentibus deſtitutis, iamque domeſticis ſenibus, item naufragis: & ſi qui in metallis, & ſi qui in inſulis, vel in cuſtodiis, dumtaxat ex cauſa Dei ſectæ, alumni confeſſionis ſuæ fiunt. Sed eiuſmodi vel maximè dilectionis operatio, notam nobis inurit penes quoſdam. Vide, inquiunt, vt invicem ſe diligant. Ipſi enim invicem oderunt. Et, vt pro alterutro mori ſint parati. Ipſi enim ad occidendum alterutrum paratiores. Sed & quòd fratrum appellatione cenſemur, non aliàs, opinor, infamant, quàm quòd apud ipſos omne ſanguinis nomen de affectione ſimulatum eſt. Fratres autem etiam veſtri ſumus iure naturæ matris vnius, etſi vos parum homines, quia mali fratres. At quantò dignius fratres & dicuntur, & habentur, qui vnum patrem Deum agnoverunt, qui vnum ſpiritum biberunt ſanctitatis, qui de vno vtero ignorantiæ eiuſdem, ad vnam lucem expaverunt veritatis? Sed eò fortaſſe minus legitimi exiſtimamur, quia nulla de noſtra fraternitate tragœdia exclamat, vel quia ex ſubſtantia familiari fratres ſumus, quæ penes vos ferè dirimit fraternitatem. Itaque qui animo, animaque miſcemur, nihil de rei communicatione dubitamus. Omnia indiſcreta ſunt apud nos, præter vxores. In iſto ſolo conſortium ſolvimus, in quo ſolo cæteri homines conſortium exercent, qui non amicorum ſolummodò matrimonia vſurpant, ſed & ſua amicis patientiſſimè ſubminiſtrant; ex illa, credo, maiorum & ſapientiſſimorum diſciplina, Græci Socratis, & Romani Catonis, qui vxores ſuas amicis communicaverunt, quas in matrimonium duxerant, liberorum cauſa, & alibi creandorum: neſcio quidem an invitas: quid enim de caſtitate curarent, quam mariti tam facilè donaverant? O ſapientiæ Atticæ, ô Romanæ gravitatis exemplum. Lenones Philoſophus, & Cenſor. Quid ergo mirum ſi tanta caritas convivatur? Nam & cœnulas noſtras præterquàm ſceleris infames, vt prodigas ſuggillatis. De nobis ſcilicet Diogenis dictum eſt, Megarenſes obſonant, quaſi craſtina die morituri; ædificant verò quaſi nunquam morituri. Sed [a] *ſtipulam quis in alieno oculo facilius perſpicit, quàm in ſuo trabem.* Tot tribubus, & curiis, & decuriis ructantibus aceſcit aër. Saliis cœnaturis creditor erit neceſſarius. Herculanarum decimarum, & polluctorum ſumptus tabularij ſupputabunt. Apaturiis, Dionyſiis, myſteriis Atticis coquorum dilectus indicitur. Ad ſumum cœnæ Serapiacæ, ſparteoli excitabuntur. De ſolo triclinio Chriſtianorum retractatur. Cœna noſtra de nomine rationem ſui oſtendit: id vocatur quod dilectio penès Græcos. Quantiſcunque ſumptibus conſtet, lucrum eſt pietatis nomine facere ſumptum: ſiquidem inopes quoſque refrigerio iſto iuvamus, non quà penes vos paraſiti affectant, ad gloriam famulandæ libertatis, ſub auctoramento ventris inter contumelias ſaginandi; ſed quà penes Deum major eſt contemplatio mediocrium. Si honeſta cauſa eſt convivij, reliquum ordinem diſciplinæ æſtimate qui ſit, de religionis officio: nihil vilitatis, nihil immodeſtiæ admittit: non prius diſcumbitur, quàm oratio ad Deum præguſtetur: editur quantum eſurientes capiunt: bibitur quantum pudicis eſt vtile: ita ſaturantur, vt qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum ſibi eſſe: ita fabulantur, vt qui ſciant Dominum audire: poſt aquam manualem & lumina, vt quiſque dè ſcripturis ſanctis vel dè proprio ingenio poteſt, provocatur in medium Deo canere: hinc probatur quomodo biberit: æquè oratio convivium dirimit: inde diſceditur non in catervas cæſionum, neque in claſſes diſcurſationum, nec in eruptiones laſciviarum, ſed ad eandem curam modeſtiæ & pudicitiæ, vt qui non tam cœnam cœnaverint, quàm diſciplinam. Hæc coïtio Chriſtianorum meritè ſanè illicita, ſi illicitis par; meritò damnanda, ſi non diſſimilis damnandis, ſi quis dè ea queritur eo titulo, quo dè factionibus querela eſt. In cuius perniciem aliquando convenimus? hoc ſumus congregati, quod & diſperſi: hoc vniverſi, quod & ſinguli; neminem lædentes, neminem contriſtantes. Cùm probi, cùm boni coëunt, cùm pij, cùm caſti congregantur, non eſt factio dicenda, ſed curia.

[a] Matth. 7. 3.

CAPVT XL.

Factioſos dici debere potius cœtus Gentilium, in quibus cædes Christianorum conclamantur, quaſi ſint publicæ calamitatis Authores, & Deorum hoſtes; cùm ante Chriſti adventum maiores Romam, orbemque concuſſerint, & Capitolium Senones in ipſo Deorum cultu invaſerint; nec templa ſua à communi vrbium ruina præſervare potuerint.

In p. ad circa f. V. Chriſt. Religio, 12. Circa m. V. Hypocrita, 1. A. m. V. Annulus, 2.
In f. V. Chriſt. Religio, 13. Et V. Dij Gentilium, 11.

AT è contrario illis nomen factionis accommodandum eſt, qui in odium bonorum & proborum conſpirant, qui adverſum ſanguinem innocentium conclamant, prætexentes ſanè ad odij defenſionem illam quoque vanitatem, quòd exiſtiment omnis publicæ cladis, omnis popularis incommodi Chriſtianos eſſe cauſam. Si Tiberis aſcendit ad mœnia, ſi Nilus non aſcendit in arua, ſi cœlum ſtetit, ſi terra movit, ſi fames, ſi lues, ſtatim, CHRISTIANOS AD LEONEM. Tantos ad vnum? Oro vos, ante Tiberium, id eſt, ante Chriſti adventum, quantæ clades orbem & vrbes cæciderunt. Legimus Hierannapen, & Delon, & Rhodon, & Co inſulas multis cum millibus hominum peſſum abiiſſe. Memorat & Plato maiorem Aſiæ, vel Africæ terram Atlantico mari ereptam. Sed & mare Corinthium terræmotus ebibit: & vis vndarum Lucaniam Italiæ abſciſſam in Siciliç nomen relegavit. Hæc vtique non ſine injuria incolentium accidete potuerunt. Vbi verò tunc, non dicam deorum veſtrorum contemptores Chriſtiani, ſed ipſi dij veſtri, cùm totum orbem cataclyſmus abolevit? vel, vt Plato putavit, campeſtre ſolummodo? poſteriores enim illos clade diluvij conteſtantur ipſæ vrbes, in quibus nati mortuique ſunt, etiam quas condiderunt, neque enim alias hodiernùm manerent, niſi & ipſæ poſtumæ cladis illius. Nondum Iudæum ab Ægypto examen Palæſtina ſuſceperat, nec iam illic Chriſtianæ ſectæ origo conſederat, cùm regiones
Gen. 19. 25. adfines eius Sodoma & Gomorra igneus imber exuſſit. Olet adhuc incendio terra, &
Sap. 10. 7. ſi qua illic arborum, poma conantur oculis tenus, cæterùm contacta cineraſcunt. Sed nec Tuſcia iam tunc, atque Campania de Chriſtianis querebatur, cum Vulſinios de cœlo, Pompeios de ſuo monte perfudit ignis. Nemo adhuc Romæ Deum verum adorabat, cùm Annibal apud Cannas Romanos annulos cæde ſua modio metiebatur. Omnes dij veſtri ab omnibus colebantur, cùm ipſum capitolium Senones occupaverunt. Et benè quòd ſi quid adverſi vrbibus accidit, eædem clades templorum, quæ & mœnium fuerunt, vt iam hoc revincam non à deis evenite, quia & ipſis evenit. Semper humana gens malè de Deo meruit, primò quidem vt inofficioſa eius, quem cùm intelligeret ex parte non requiſivit, ſed & alios inſuper ſibi cómentata eſt quos coleret; dehinc quòd non inquirendo innocentiæ magiſtrum, & nocentiæ iudicem & exactorem, omnibus vitiis & criminibus inolevit. Cæterum ſi requiſiſſet, ſequebatur vt recognoſceret, & recognitum obſervaret, & obſervatum propitium magis experiretur, quàm iratum. Eundem igitur nunc quoque ſcire debet iratum, quem & retro ſemper, prius quàm Chriſtiani nominarentur. Cuius bonis vtebatur ante editis, quàm ſibi deos fingeret, cur non ab eo etiam mala intelligat evenire, cuius bona eſſe non ſenſit? Illius rea eſt, cuius & ingrata. Et tamen ſi priſtinas clades comparemus, leviora nunc accidunt, ex quo Chriſtianos à Deo orbis accepit. Ex eo enim & innocentia ſeculi iniquitates temperavit, & deprecatores Dei eſſe ceperunt. Denique cùm ab imbribus æſtiva hiberna ſuſpendunt, & annus in cura eſt, vos quidem balneis, & cauponis, & lupanaribus operantibus, aquilicia Iovi immolatis, nudipedalia populo denuntialis, cœlum apud capitolium quæritis, nubila de laquearibus expectatis, averſi ab ipſo & Deo & cœlo: nos vero ieiuniis aridi, & omni continentia expreſſi, ab omni vitæ fruge dilati, in ſaeco & cinere volutantes, invidià cœlum tundimus, & cùm miſericordiam extorſerimus, Iupiter honoratur.

CAPVT XLI.

Gentiles ſunt, qui iram Dei veri provocant Idola colendo, & Deos, hoc eſt dæmones adorando, in ſuos etiam cultores ſævientes. Deus autem noſter ante finem ſæculi pariter & cultores ſuos, & impios, iuvat, & punit. Chriſtianos porro veros nulla calamitas lædit, quibus & propera mors ad beatitudinem tranſitus, in votis eſt.

In p. V. Chriſt. Religio, 13. A. p. V. Chriſtianus, 11.

VOs igitur importuni rebus humanis, vos rei publicorum incommodorum illices ſemper, apud quos Deus ſpernitur, ſtatuæ adorantur. Etenim credibilius haberi debet eum iraſci qui negligatur, quàm qui coluntur: aut næ illi iniquiſſimi, ſi propter

Chriſtianos, etiam cultores ſuos lædunt, quos ſeparare deberent à meritis Chriſtianorum. Hoc, inquitis, & in Deum veſtrum repercutere eſt, quod & ipſe patiatur propter profanos etiam cultores ſuos lædi. Admittite prius diſpoſitiones eius, & non retorquebitis. Qui enim ſemel æternum iudicium deſtinavit poſt ſeculi finem, non præcipitat diſcretionem, quæ eſt conditio iudicij, ante ſæculi finem, æqualis eſt interim ſuper omne hominum genus, & indulgens, & increpans, communia voluit eſſe & commoda profanis, & incommoda ſuis, vt pari conſortio omnes & lenitatem eius, & ſeveritatem experiremur. Quia hæc ita didicimus apud ipſum, diligimus lenitatem, metuimus ſeveritatem: vos contra vtramque deſpicitis: & ſequitur, vt omnes ſeculi plagæ nobis, ſi fortè in admonitionem, vobis in caſtigationem à Deo obveniant. Atquin nos nullo modo lædimur: in primis, quia nihil noſtra refert in hoc ævo, niſi de eo quàm celeriter excedere: dehinc, quia ſi quid adverſi infligitur, veſtris meritis deputatur: ſed etſi aliqua nos quoque perſtringunt vt vobis cohærentes, lætamur magis recognitione divinarum prædicationum, confirmantium ſcilicet fiduciam: & fidem ſpei noſtræ. Si verò ab eis quos colitis, omnia vobis mala eveniunt noſtri cauſa, quid colere perſeveratis tam ingratos, tam iniuſtos? qui magìs vos in dolorem Chriſtianorum iuvare & aſſerere debuerant.

CAPVT XLII.

Chriſtiani ſylvicolæ non ſunt, nec infructuoſi Reipublicæ, ſed pariter cum Gentilibus converſantur, & vtiliter Reipublicæ collaborant. Nec vectigalia fruſtrantur. Et aromata vtilius & ſanctius ſuis mortuis condiendis; quàm Dijs thurificandis impendunt.

Per totum. V. Chriſtianis, 16. In m. V. Corona, 2. Et V. Dij Gentilium, 12. Circa f. V. Eleemoſyna, 2.

SED alio quoque iniuriarum titulo poſtulamur, & infructuoſi in negotijs dicimur. Quo pacto homines vobiſcum degentes, eiuſdem victus, habitus, inſtructus, eiuſdem ad vitam neceſſitatis? neque enim Brachmanæ, aut Indorum gymnoſophiſtæ ſumus, ſilvicolæ, & exules vitæ, meminimus gratiam debere nos Deo, domino, Creatori: nullum fructum operum eius repudiamus: planè temperamus, ne vltra modum, aut perperam vtamur. Itaque non ſine foro, non ſine macello, non ſine balneis, tabernis, officinis, ſtabulis, nundinis veſtris, cæteriſque commercijs cohabitamus hoc ſeculum: navigamus & nos vobiſcum, & vobiſcum militamus, & ruſticamur, & mercamur: proinde miſcemus artes, operas noſtras publicamus vſui veſtro: quomodo infructuoſi videamur negotijs veſtris cum quibus, & de quibus vivimus, non ſcio. Sed ſi ceremonias tuas non frequento, attamen & illa die homo ſum. Non lavo ſub noctem Saturnalibus, nè & noctem, & diem perdam: attamen lavo, & debita hora, & ſalubri, quæ mihi & calorem, & ſanguinem ſervet: rigere, & pallere poſt lavacrum mortuus poſſum. Non in publico Liberalibus diſcumbo, quod beſtiarijs ſupremam cœnantibus mos eſt: attamen vbi vbi de copijs tuis cœno. Non emo capiti coronam; quid tua intereſt, emptis nihilominus floribus quomodo vtar? puto gratius liberis, & ſolutis, & vndique vagis: ſed & ſi in coronam coactis, nos coronam naribus novimus: viderint qui per capillum odorantur. Spectaculis non convenimus: quæ tamen apud illos cœtus venditantur ſi deſideravero, libentius de propriis locis ſumam. Tura planè non emimus, ſi Arabiæ queruntur, ſcient Sabæi, pluris & carioris ſuas merces Chriſtianis ſepeliendis profligari, quàm diis fumigandis. Certè, inquitis, templorum vectigalia quotidie decoquunt: ſtipes quotus quiſque iam iactat? Non enim ſufficimus & hominibus, & diis veſtris mendicantibus opem ferre, nec putamus aliis quàm petentibus impertiendum: denique porrigat manum Iupiter, & accipiat: cùm interim plus noſtra miſericordia inſumit vicatim, quàm veſtra religio templatim. Sed cætera vectigalia gratias Chriſtianis agent ex fide dependentibus debitum, quà alieno fraudando abſtinemus, vt ſi ineatur quantum vectigalibus pereat fraude & mendacio veſtratum profeſſionum, facilè ratio haberi poſſit, vnius ſpeciei querela compenſata pro commodo cæteratum rationum.

CAPVT XLIII.

Soli Lenones, perductores, aquarioli, ſicarij, arioli, magi, Chriſtianos ſibi infructuoſos eſſe conqueri poſſunt, eo quòd dæmonia eijciant, quibus illi ſerviunt.

Per totum. V. Chriſtianus, 16.

PLANÈ confitebor, quinam, ſi fortè, verè de ſterilitate Chriſtianorum conqueri poſſunt: primi erunt lenones, perductores, aquarioli: tum ſicarii, venenarii, magi: item aruſpices, arioli, mathematici. His infructuoſos eſſe: magnus fructus eſt. Et

tamen quodcumque diſpendium eſt rei veſtræ per hanc ſectam, cum aliquo vtique præſidio compenſari poteſt. Quanti habetis, non dico iam qui de vobis dæmonia excutiant, non dico iam qui pro vobis quoque vero Deo preces ſternant, ſed à quibus nihil timere poſſitis.

CAPVT XLIV.

Magno Reipublicæ detrimento, tot vtiles & innocentes Chriſtiani perimuntur.

Per totum. V. Chriſtianus, 8.

AT enim illud detrimentum reipublicæ tam grande quàm verum nemo circũſpicit? illam iniuriam civitatis nullus expendit, cùm tot iuſti impendimur, cùm tot innocentes erogamur: veſtros enim iam cõteſtamur actus, qui quotidie iudicandis cuſtodiis præſidetis; qui ſentẽtiis elogia diſpungitis. Tot à vobis nocentes variis criminũ elogiis recenſentur; quis illic ſicarius, qui manticularius, quis ſacrilegus, aut corruptor, aut lavantium prædo, idem etiam Chriſtianus adſcribitur? aut cùm Chriſtiani ſuo titulo offeruntur, quis ex illis etiam talis, quales tot nocentes? De veſtris ſemper æſtuat carcer: de veſtris ſemper metalla ſuſpirant: de veſtris ſemper beſtiæ ſaginantur: de veſtris ſemper munerarii noxiorum greges paſcunt. Nemo illic Chriſtianus, niſi hoc tantùm: aut ſi & aliud, iam non Chriſtianus.

CAPVT XLV.

Soli Chriſtiani verè Innocentes ſunt, quibus deus verus Innocentiam perſuadet, quàm Gentilibus imperat dominatio, vel humana æſtimatio.

Per totum. V. Chriſtianus, 5.

NOs ergo ſoli innocentes. Quid mirum, ſi neceſſe eſt? Enim vero neceſſe eſt. Innocentiam à Deo edocti, & perfectè eam novimus, vt à perfecto magiſtro revelatam, & fideliter cuſtodimus, vt ab incontemptibili diſpectore mandatam. Vobis autem humana æſtimatio innocentiam tradidit, humana item dominatio imperavit: inde nec plenæ, nec adeò timendæ eſtis diſciplinæ, ad innocentiæ veritatem. Quanta eſt prudentia hominis, ad demonſtrandum quid verè bonum? quanta auctoritas ad exigendum? tam illa falli facilis, quam iſta contemni. Atque adeò, quid plenius dictum eſt, [a] *Non occides*, an verò, *Ne iraſcaris quidem*? quid perfectius prohibere adulterium, an etiam ab oculorum ſolitaria concupiſcentia arcere? quid eruditius de maleficio, an & de maleloquio interdicere? quid inſtructius iniuriam nun permittere, an nec vicem iniuriæ ſinere? Dum tamen ſciatis ipſas leges quoque veſtras, quæ videntur ad innocentiam pergere, de divina lege, vt antiquiore, formam mutuatas. Diximus iam de Moſis ætate. Sed quanta auctoritas legum humanarum? cùm illas & evadere homini contingat, plerumque in admiſſis deliteſcenti, & aliquando contemnere ex involuntate, vel neceſſitate delinquenti: recogitate etiam pro brevitate ſupplicii cuiuſlibet, non tamen vltra mortem remanſuri. Sic & Epicurus omnem cruciatum doloremque depretiat, modicum quidem comtemptibilem pronuntiando, magnum verò, non diuturnum. Enim verò nos qui ſub Deo omnium ſpeculatore diſpungimur, quique æternam ab eo pœnam providemus, meritò ſoli innocentiæ occurrimus, & pro ſcientiæ plenitudine, & pro latebrarum difficultate, & pro magnitudine cruciatus, non diuturni, verùm ſempiterni, eum timentes, quem timere debebit & ipſe qui timentes iudicat, Deum, non Proconſulem timentes.

[a] Matth. 5. 22. 27. & ſeq.

CAPVT XLVI.

Cùm Iuſtiores quique Gentilium, Chriſtianam Sectam; non divinam, ſed philoſophicam ſentiant, non debent Chriſtiani magis ad Deorum cultum cogi, quàm philoſophi, quorum alij in ſuis libris deos deſtruunt, alij in principes latrant. Meliores vtique Chriſtiani, quàm philoſophi.

A. p. ad circa. f. V. Chriſt. Religio, 10. In f. V. Chriſtianus, 24.

CONSTITIMVS, vt opinor, adverſus omnium criminum intentationem, quæ Chriſtianorum ſanguinem flagitat. Oſtendimus totum ſtatum noſtrum, & quibus mudis probare poſſimus, ita eſſe ſicut oſtendimus, ex fide ſcilicet, & antiquitate divinarum literarum: item ex confeſſione ſpiritalium poteſtatum. Qui nos revincere audebit, non arte verborum, ſed eadem forma, qua probationem conſtituimus, de veritate debebit reniti. Sed interim incredulitas, dum de bono ſectæ huius obducitur, quod vſu iam, & de commercio innotuit, non vtique divinum negotium exiſtimat, ſed magìs philoſophiæ genus. Eadem, inquit, & philoſophi munent, atque profitentur; innocentiam, iuſtitiam, patientiam, ſobrietatem, pudicitiam. Cur ergo quibus comparamur de

diſciplina,

diſciplina, non proinde adæquamur ad licentiam impunitatemque diſciplinæ? vel cur & illi, vt pares noſtri, non vrgentur ad officia, quæ nos non obeuntes periclitamur? quis enim philoſophum ſacrificare, aut dejerare, aut lucernas meridie vanas proſtituere compellit? Quinimo & deos veſtros palam deſtruunt, & ſuperſtitiones veſtras commentariis quoque accuſant, laudantibus vobis: plerique etiam in principes latrant, ſuſtinentibus vobis, & facilius ſtatuis & ſalariis remunerantur, quam ad beſtias pronuntiantur. Sed merito. Philoſophi enim, non Chriſtiani cognominantur: nomen hoc philoſophorum dæmonia non fugat: quidni? cum ſecundum deos philoſophi dæmonas deputent. Socratis vox eſt, Si dæmonium permittat. Idem & cum aliquid de veritate ſapiebat deos negans, Æſculapio tamen gallinacium proſecari iam in fine iubebat: credo ob honorem patris eius: quia Socratem Apollo ſapientiſſimum omnium cecinit. O Apollinem inconſideratum? Sapientiæ teſtimonium reddidit ei viro, qui negabat deos eſſe. In quantum odium flagrat veritas, in tantum qui eam ex fide præſtat, offendit: qui autem adulterat, hoc maxime nomine gratiam pangit apud inſectatores veritatis. Philoſophi adſectant veritatem, & adſectando corrumpunt, vt qui gloriam captant. Chriſtiani & neceſſario appetunt, & integre præſtant, vt qui ſaluti ſuæ curant. Adeo neque de ſcientia, neque de diſciplina, vt putatis, æquamur. Quid enim Thales ille princeps phyſicorum ſciſcitanti Cræſo de divinitate certum renuntiavit commeatus deliberandi ſæpe fruſtratus? Deum quilibet opifex Chriſtianus & invenit, & oſtendit, & exinde, totum, quod in Deo quæritur, re quoque aſſignat: licet Plato affirmet factitatorem vniverſitatis, neque inveniri facilem, & inventum enarrari in omnes difficilem. Cæterùm ſi de pudicitia provocemur, lego partem ſententiæ Atticæ in Socratem corruptor adoleſcentium pronuntiatur: Chriſtianus ad ſexum nec feminæ mutat. Novi & Phrynen meretricem Diogenis ſupra recumbentis ardori ſubantem; audio & quendam Speuſippum de Platonis ſchola in adulterio periiſſe: Chriſtianus vxori ſuæ ſoli maſculus naſcitur. Democritus excæcando ſemetipſum, quòd mulieres ſine concupiſcentia aſpicere non poſſet, & doleret ſi non eſſet potitus, inconrinentiam emendatione profitetur: at Chriſtianus, ſalvis oculis, feminas non videt: animo adverſus libidinem cæcus eſt. Si de probitate defendam, ecce lutulentis pedibus Diogenes ſuperbos Platonis toros alia ſuperbia deculcat: Chriſtianus nec in pauperem ſuperbit. Si de modeſtia certem; ecce Pythagoras apud Thurios, Zenon apud Prienenſes tyrannidem adſectant. Chriſtianus vero nec ædilitatem. Si de animi æquitate congrediar, Lycurgus apocartereſin optavit, quòd leges eius Lacones emendaſſent: Chriſtianus etiam damnatus gratias agit. Si de fide comparem, Anaxagoras depoſitum denegavit hoſpitibus: Chriſtianus & extra fidelis vocatur. Si de ſimplicitate conſiſtam, Ariſtoteles familiarem ſuum Hermiam turpiter loco excedere fecit; Chriſtianus nec inimicum ſuum lædit. Idem Ariſtoteles tam turpiter Alexandro regendo potius adulatur, quàm Plato Dionyſio ventris gratia venditatur. Ariſtippus in purpura ſub magna gravitatis ſuperficie nepotatur: & Hippias, dum civitati inſidias diſponit, occiditur: hoc pro ſuis omni atrocitate diſſipatis nemo vnquam tentavit Chriſtianus. Sed dicet aliquis etiam de noſtris excedere quoſdam à regula diſciplinæ. Deſinunt tamen Chriſtiani haberi penes nos. Philoſophi verò illi cum talibus factis, in nomine, & in honore ſapientiæ perſeverant apud vos. Adeò, quid ſimile Philoſophus, & Chriſtianus? Græciæ diſcipulus, & cœli? famæ negotiator, & ſalutis? verborum, & factorum operator? rerum ædificator, & diſtructor? interpolator erroris, & integrator veritatis? furator eius, & cuſtos?

CAPVT XLVII.

Chriſtiana Religio in antiquitate ſanctæ Scripturæ fundata, ex qua Poëtæ & Philoſophi, quidquid rectè ſapiunt, hauſerunt, licet non vt in ea legerunt, purè ſcripſerint. Hos imitati ſunt hæretici, fabulas ei plurimas immiſcentes: contra quos præſcribit regulam veritatis à Chriſto per Apoſtolos traditam. Nec dicant Gentiles, non eſſe credendum Chriſtianis, iudicium, gehennam, paradiſum aſſerentibus, quia nec Philoſophis, aut Poëtis creditur, eadem ſcribentibus.

Per totum. V. Scriptura ſancta, 4. In f. V. Noviſſima hominis.

ADHVC enim mihi proficit antiquitas præſtructa divinæ literaturæ, quò facilè credatur, theſaurum eam fuiſſe poſteriori cuique ſapientiæ. Et ſi non onus iam voluminis temperarem, excurrerem in hanc quoque probationem. Quis poëtarum, quis ſophiſtarum, qui non de prophetarum fonte potaverit? Inde igitur & philoſophi ſitim ingenij ſui rigaverunt. Inde & à quibuſdam quoque ejecta philoſophia, à Thebanis

dico, à Spartiatis, & Argivis, dum ad noſtra contaminantur. Sed homines gloriæ, (vt diximus) & eloquentiæ ſolius libidinoſi, ſi quid in ſanctis offenderunt digeſtis, exinde regeſtum, pro inſtituto curioſitatis ad propria verterunt, neque ſatis credentes divina eſſe, quò minus interpolarent, neque ſatis intelligentes, vt adhuc tunc ſubnubila, etiam ipſis Iudæis obumbrata, quorum propria videbantur. Nam & ſi qua ſimplicitas erat veritatis, eò magis ſcrupuloſitas humana fidem aſpernata nutabat, per quod in incertum miſcuerunt etiam quod invenerant certum. Inventum enim ſolummodò Deum, non vt invenerant diſputaverunt: vt & de qualitate, & de natura eius, & de ſede diſceptent. Alij incorporalem aſſeverant, alij corporalem, quà Platonici & Stoïci: alij ex atomis, alij ex numeris, quà Epicurus, & Pythagoras: alij ex igne, quà Heraclito viſum eſt. Et Platonici quidem curantem rerum; contra Epicurei otioſum, & inexercitum, & vt ita dixerim, neminem humanis rebus: poſitum verò extra mundum Stoïci, qui figuli modo extrinſecus torqueat molem hanc: intra mundum Platonici, qui gubernatoris exemplo, intra illud maneat, quod regat. Sic & de ipſo mundo, natus innatuſve ſit, deceſſurus manſuruſve ſit, variant. Sic & de animæ ſtatu, quam alij divinam & æternam, alij diſſolubilem contendunt, vt quis ſenſit, ita & intulit, aut reformavit. Nec mirum ſi vetus inſtrumentum ingenia philoſophorum interverterunt. Ex horum ſemine etiam noſtram hanc novitiolam paraturam viri quidam ſuis opinionibus ad philoſophicas ſententias adulteraverunt, & de vna via, obliquos multos & inexplicabiles tramites ſciderunt. Quod ideo ſuggeſſerim, ne cui nota varietas ſectæ huius in hoc quoque nos philoſophis adæquare videatur, & ex varietate defenſionum iudicet veritatem. Expeditè autem præſcribimus adulteris noſtris, illam eſſe regulam veritatis, quæ veniat à Chriſto, tranſmiſſa per comites ipſius, quibus aliquanto poſteriores diverſi iſti commentatores ptobabuntur. Omnia adverſus veritatem de ipſa veritate conſtructa ſunt, operantibus æmulationem iſtam ſpiritibus erroris. Ab üs adulteria huiuſmodi ſalutaris diſciplinæ ſubornata: ab his quædam etiam ſabulæ immiſſæ, quæ de ſimilitudine fidem infirmarent veritatis, vel eam ſibi potius evincerent, vt quis ideo non putet Chriſtianis credendum, quia nec poëtis, nec philoſophis: vel ideo magis
Matth. 25. 31. poëtis & philoſophis exiſtimet credendum, quia non Chriſtianis. Itaque ridemur
Matth. 5. 22. Deum prædicantes iudicaturum: ſic enim & poëtæ & philoſophi tribunal apud in-
Gen. 2. 8. feros ponunt: & gehennam ſi comminemur, quæ eſt ignis arcani ſubterranea ad
Gen. 3. 24. pœnam theſaurus, proinde decachinnamur: ſic enim & Pyriphlegeton apud mortuos amnis eſt: & ſi paradiſum nominemus, locum divinæ amœnitatis recipiendis ſanctorum ſpiritibus deſtinatum, maceria quadam igneæ illius zonæ, à notitia orbis communis ſegregatum, Elyſij campi fidem occupaverunt. Vnde hæc, oro vos, philoſophis aut poëtis tam conſimilia? non niſi de noſtris ſacramentis. Si de noſtris ſacramentis, vt de priotibus: ergo fideliora ſunt noſtra magiſque credenda, quorum imagines quoque fidem inveniunt. Si de ſuis ſenſibus, iam ergo ſacramenta noſtra imagines poſteriorum habebuntur, quod rerum forma non ſuſtinet: nunquam enim corpus vmbra, aut veritatem imago præcedit.

CAPVT XLVIII.

Reſurrectio corporum, reditus eſt animæ eiuſdem, in idem corpus, non verò tranſmigratio Pythagorica in varia corpora.

In p. V. Reſurrectionis fides, 5. A. p. in Alphab. Errorum. V. Anima nil patitur ſine corp. 1. Et V. Reſurrect. probat exemplis, 3. A. m. ad circa f. V. Æternitas, 3. In f. V. Infernus, 2.

AGE iam, ſi qui philoſophus affirmet, vt ait Laberius de ſententia Pythagoræ, hominem fieri ex mulo, colubram ex muliere, & in eam opinionem omnia argumenta eloquij virtute diſtorſerit, nonne conſenſum movebit, & fidem infiget, etiam ab animalibus abſtinendi? proptereaque perſuaſum quis habeat, nè fortè bubulam de aliquo proavo ſuo obſonet? At enim Chriſtianus, ſi de homine hominem, ipſumque de Caio Caium reducem repromittat, lapidibus magìs, nec ſaltem cæſtibus, à populo exigetur. Si quæcunque ratio præeſt animarum humanarum reciprocandarum in corpora, cur non in eandem ſubſtantiam redeant, cùm hoc ſit reſtitui, id eſſe quod fuerat? Iam non ipſæ ſunt quæ ſuerant, quia non potuetunt eſſe quod non erant, niſi deſinant eſſe quod fuerant. Multis etiam iocis & otio opus erit, ſi velimus ad hanc partem laſciuire: quis in quam beſtiam reſotmari videretur. Sed de noſtra magìs defenſione, qui proponimus multo vtique dignius credi, hominem ex homine rediturum, quemlibet pro quolibet, dum hominem: vt eadem qualitas animæ in eandem reſtauretur

conditionem, etſi non effigiem. Certè quia ratio reſtitutionis deſtinatio iudicij eſt, neceſſariò idem ipſe qui fuerat exhibebitur, vt boni ſeu contrarij meriti iudicium à Deo referat. Ideoque repræſentabuntur & corpora: quia neque pati quicquam poteſt anima ſola, ſine materia ſtabili, id eſt carne; & quod omnino de iudicio Dei pati debent animæ, non ſine carne meruerunt, intra quam omnia egerunt. Sed quomodo, inquis, diſſoluta materia exhiberi poteſt? Conſidera temetipſum, ô homo, & fidem rei invenies. Recogita quid fueris antequam eſſes: vtique nihil: meminiſſes enim, ſi quid fuiſſes. Qui ergo nihil fueras, prius quàm eſſes, idem nihil factus cùm eſſe deſieris, cur non poſſis rurſus eſſe de nihilo, eiuſdem ipſius auctoris voluntate, qui te voluit eſſe de nihilo? Quid novi tibi eveniet? qui non eras, factus es; cùm iterum non eris, fies. Redde ſi potes, rationem qua factus es, & tunc require qua fies. Et tamen facilius vtique fies, quod fuiſti aliquando, quia æquè non difficilè factus es, quod nunquam fuiſti aliquando. Dubitabitur, credo, de Dei viribus, qui tantum corpus hoc mundi, de eo quod non fuerat, non minus quàm de morte vacationis, & inanitatis, compoſuit, animatum ſpiritu omnium animatore. Signatum & per ipſum humanæ reſurrectionis exemplum in teſtimonium vobis. Lux quotidie interſecta reſplendet, & tenebræ pari vice decedendo ſuccedunt: ſidera defuncta reviviſcunt: tempora vbi finiuntur, incipiunt: fructus conſumuntur, & redeunt: certè ſemina non niſi corrupta & diſſoluta fæcundius ſurgunt: omnia pereundo ſervantur, omnia de interitu reformantur. Tu homo, tantum nomen, ſi intelligas te, vel de titulo Pythiæ diſcens, dominus omnium morientium & reſurgentium, ad hoc morietis, vt pereas? Vbicunque reſolutus fueris, quæcunque te materia deſtruxerit, hauſerit, aboleverit, in nihilum prodegerit, reddet te: eius eſt nihilum ipſum, cuius & totum. Ergo, inquitis, ſemper moriendum erit, & ſemper reſurgendum. Si ità rerum dominus deſtinaſſet, ingratìs experiretis conditionis tuæ legem. At nunc non aliter deſtinavit, quàm prædicavit. Quæ ratio vniverſitatem ex diverſitaté compoſuit, vt omnia æmulis ſubſtantiis ſub vnitate conſtarent, ex vacuo & ſolido, ex animali & inanimali, ex comprehenſibili & incomprehenſibili, ex luce & tenebris, ex ipſa vita & morte, eadem ævum quoque ita deſtinata ac diſtincta conditione conſeruit, vt prima hæc pars ab exordio rerum quam incolimus, temporali ætate ad finem defluat: ſequens vero, quam expectamus, in infinitam æternitatem propagetur. Cùm ergo finis & limes medius, qui interhiat, adfuerit, vt etiam mundi ipſius ſpecies transferatur, æquè temporalis, quæ illi diſpoſitioni æternitatis aulæi vice oppanſa eſt, tunc reſtituetur omne humanum genus, ad expungendum quod in iſto ævo boni, ſeu mali meruit, & exinde pendendum in immenſam æternitatis perpetuitatem. Ideoque nec mors iam, nec rurſus ac rurſus reſurrectio, ſed erimus iidem qui nunc, nec alij poſt; Dei quidem cultores apud Deum ſemper: ſuperinduti ſubſtantia propria æternitatis; profani verò, & qui non integrè ad Deum, in pœnam æque iugis ignis, habentes ex ipſa natura eius, divina ſcilicet, ſubminiſtrationem incorruptibilitatis. Nouerunt & philoſophi diverſitatem arcani, & publici ignis. Ita longè alius eſt qui vſui humano, alius qui iudicio Dei apparet, ſive de cœlo fulmina ſtringens, ſive de terra per vertices montium eructans: non enim abſumit, quod exurit: ſed dum erogat, reparat: adeò manent montes ſemper ardentes, & qui de cœlo tangitur, ſalvus eſt, vt nullo iam igni decinereſcat. Et hoc erit teſtimonium ignis æterni: hoc exemplum iugis iudicij pœnam nutrientis. Montes vruntur, & durant. Quid nocentes, & Dei hoſtes?

CAPVT XLIX.

Mirum eſt prædicationem ignis æterni, à Gentilibus ſummam ſcientiam in philoſophis reputari, in Chriſtianis autem, meram præſumptionem. Quæ quidem æterni ſupplicij fides, etſi falſa eſſet & inepta, nulli tamen noxia eſſet, ſed vtilis & neceſſaria, vel ipſo metu ad meliorem frugem compellens. Etſi ridenda eſſet, iniuſtè tamen tot ſupplicijs punienda.

In p. V. Infernus, 2. A. p. V. Chriſtianus, 9. In m. ad f. V. Martyres, 2.

HÆc ſunt quæ in nobis ſolis præſumptiones vocantur, in philoſophis, & poëtis ſummæ ſcientiæ, & inſignia ingenia: illi prudentes, nos inepti: illi honorandi, nos irridendi: immò eò amplius, & puniendi. Falſa nunc ſint quæ tuemur, & meritò præſumptiones, attamen neceſſaria: inepta, attamen vtilia. Siquidem meliores fieri coguntur, qui eis credunt, metu æterni ſupplicij, & ſpe æterni refrigerij. Itaque non expedit falſa dici, nec inepta haberi, quæ expedit vera præſumi. Nullo titulo damnari licet omnino quæ proſunt. In vobis itaque præſumptio eſt hæc ipſa, quæ damnat vtilia. Proinde nec inepta eſſe poſſunt: certè & ſi falſa, & inepta, nulli tamen noxia: nam &

multis aliis ſimilia, quibus nullas pœnas irrogatis, vanis & ſabuloſis, inaccuſatis & impunitis, vt innoxiis: ſed in eiuſmodi enim, ſi vtique, inriſu iudicandum eſt, non gladiis, & ignibus, & crucibus, & beſtiis: de qua iniquitate ſæuitiæ non modo cæcum hoc vulgus exultat & inſultat, ſed & quidam veſtrum, quibus ſavor vulgi de iniquitate captatur, gloriantur: quaſi non totum, quod in nos poteſtis, noſtrum ſit arbitrium: certè, ſi velim, Chriſtianus ſum: tunc ergo me damnabis, ſi damnari velim: cùm verò quod in me potes, niſi velim, non potes, iam meæ voluntatis eſt, quod potes, non tuæ poteſtatis. Proinde & vulgus vanè de noſtra vexatione gaudet. Proinde enim noſtrum eſt gaudium quod ſibi vindicat, qui malumus damnari, quàm à Deo excidere. Contra illi qui nos oderunt, dolere, non gaudere debebant, conſecutis nobis quod elegimus.

CAPVT L.

Tormenta Chriſtianos honorant. Et ea fortiter pati Gentiles ipſi commendant. Vnde mirum eſt per ludibrium Martyres, Sarmenticios & Semaxios vocitari. Hinc provocat ad cruciandum præſides, quòd perſecutione fidelium numerus accreſcat.

In p. V. Martyres, 2. A. p. V. Martyres, 1. A. m. V. Reſurrect. probat exemplis, 2 Circa f. V. Caſtitatis cuſtod. 11. Et V. Martyres, 17. In f. V. Martyr. 10.

ERGO, inquitis, cur querimini quod vos inſequamur, ſi pati vultis; cùm diligere debeatis, per quos patimini quod vultis? Planè volumus pati: verùm eo more, quo & bellum nemo quidem libens patitur, cùm & trepidare, & periclitari ſit neceſsè: tamen & prœliatur omnibus viribus, & vincens in prœlio gaudet, qui de prœlio querebatur, quia & gloriam conſequitur, & prædam. Prœlium eſt nobis, quòd provocamur ad tribunalia, vt illic ſub diſcrimine capitis pro veritate certemus. Victoria eſt autem, pro quo certaveris, obtinere. Ea victoria habet & gloriam placendi Deo, & prædam viuendi in æternum. Sed obducimur. Certè cum obtinuimus. ergo vincimus cùm occidimur: denique evadimus cùm obducimur. Licet nunc ſarmenticios, & ſemaxios appelletis, quia ad ſtipitem dimidij axis revincti, ſarmentorum ambitu exurimur. Hic eſt habitus victoriæ noſtræ: hæc palmata veſtis: tali curru triumphamus: meritò itaque victis non placemus. Propterea enim deſperati & perditi exiſtimamur. Sed hæc deſperatio & perditiu penes vos, in cauſa gloriæ & ſamæ, vexillum virtutis extollunt. Mutius dexteram ſuam libens in ara reliquit: ô ſublimitas animi. Empedocles totum ſeſe Catanenſium Ætneis incendiis donavit: ô vigor mentis. Aliqua Carthaginis conditrix rogo ſecundum matrimonium dedit: ô præconium caſtitatis. Regulus nè vnus pro multis hoſtibus viveret, toto corpore cruces patitur: ô virum ſortem, & in captivitate victorem. Anaxarchus cùm in exemplum ptiſanæ pilo contunderetur. Tunde, tunde, aiebat, Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tundis: ô philoſophi magnanimitatem, qui de tali exitu ſuo etiam iocabatur. Omitto eos qui cum gladio propriu, aliove genere mortis mitiore de laude pepigerunt: ecce enim & tormentorum certamina coronantur à vobis. Attica meretrix carnifice iam ſatigato, poſtremò linguam ſuam comeſam in ſaciem tyranni ſævientis expuit, vt expueret & vocem, ne conjuratos confiteri poſſet, ſi etiam victa voluiſſet. Zeno Eleates conſultus à Dionyſio, Quidnam philoſophia præſtaret? cùm reſpondiſſet, Contemptum mortis, flagellis tyranni ſubiectus, ſententiam ſuam ad mortem vſque ſignabat. Certè Laconum flagella ſub oculis etiam hortantium propinquorum acerbata, tantum honoris conferunt, quantum ſanguinis fuderint. O gloriam licitam, quia humanam, cui nec præſumptio perdita, nec perſuaſio deſperata reputatur, in contemptu mortis & atrocitatis omnimodæ, cui tantum pro patria, pro imperio, pro amicitia pati permiſſum eſt, quantum pro Deo non licet. Et tamen illis omnibus & ſtatuas deſunditis, & imagines inſcribitis, & titulos inciditis in æternitatem; quantum de monimentis poteſtis ſcilicet, præſtatis & ipſi, quodammodo mortuis reſurrectionem: hanc qui veram à Deo ſperat, ſi pro Deo patiatur, inſanus eſt. Sed hoc agite. boni præſides, meliores multò apud populum, ſi illis Chriſtianos immolaveritis, cruciate, torquete, damnate, atterite nos: probatio eſt enim innocentiæ noſtræ iniquitas veſtra: ideo nos hæc pati Deus patitur: nam & proximè ad lenonem damnando Chriſtianam, potius quàm ad leonem, confeſſi eſtis labem pudicitiæ apud nos atrociorem omni pœna, & omni morte reputari. Nec quicquam tamen proficit exquiſitior quæque crudelitas veſtra, illecebra eſt magìs ſectæ. Plures efficimur, quoties metimur à vobis: ſemen eſt ſanguis Chriſtianorum. Multi apud vos ad tolerantiam doloris & mortis hortantur, vt Cicero in Tuſculanis, vt Seneca in Fortuitis, vt Diogenes, vt Pyrrhon, vt Callinicus; nec tamen tantos inveniunt verba diſcipulos, quantos

Chriſtiani factis docendo. Illa ipſa obſtinatio, quam exprobratis, magiſtra eſt. Quis enim non contemplatione eius concutitur ad requirendum quid intus in re ſit? Quis non vbi requiſivit, accedit? vbi acceſſit, pati exoptat? vt Dei totam gratiam redimat, vt omnem veniam ab eo compenſatione ſanguinis ſui expediat? omnia enim huic operi delicta donantur. Inde eſt, quod ibidem ſententiis veſtris gratias agimus. Vt eſt æmulatio divinæ rei, & humanæ; cùm damnamur à vobis, à Deo abſolvimur.

Q. SEPTIMII FLOR. TERTVLLIANI DE BAPTISMO.

IN LIBRVM DE BAPTISMO.

ARGVMENTVM.

Tertullianus ſingulares Libros contra hæreticos ſcripturus, orditur ab hæreſi pernicioſiſſima, quæ aquam baptiſmi tollebat, ſaluti prorſus neceſſariam. Quæ quidem tantò ſtultior, quantò à fœmina ſuam traxit originem. Hæc, prophetiſſis apud Phrygas in Pepuſa ortum dedit. Vbi mulieres, Presbyteri, & Epiſcopi munijs ſe immiſcebant, vt Epiphanius hæreſi 48. 49. & 52. & Auguſtinus hæreſi 27. notant. Cæterùm conſtat hunc Librum ſcriptum, priuſquàm fieret Montaniſta; Priſcillam & Maximillam Quintillæ in prophetia pares cum Montano paracleto poſtea ſuper Apoſtolos extollens. Suum probat in fine dicens: Tertulliani peccatoris memineritis. *De Baptiſmo ſcripſit iuxta Pamelium in eius vita, Anno Chriſti ducenteſimoquarto, Zephyrini quinto: Severi vndecimo. Aliter Baronius Chronicum obſervat, ſubſtituens dicto Chriſti Anno Zephyrini ſecundum, & Severi decimum.*

CAPVT PRIMVM.

Vtilitatem huius libri commendat, ſcribens de Baptiſmi dignitate, omnia delicta lavante, & in vitam æternam liberante. Invehiturque in hæreſim Quintillæ, Caïana prognatam, quæ vitam eripit, piſciculos aquis abſtrahens.

In p. V. Baptiſmi effectus, 3. A. p. V. Baptiſmi præparatio, 2. In m. ad f. V. Aqua, 8.

FELIX ſacramentum aquæ noſtræ, quâ abluti delictis priſtinæ cæcitatis, in vitam æternam liberamur. Non erit otioſum digeſtum iſtud, inſtruens tam eos qui cùm maximè formantur, quàm & illos qui ſimpliciter crediaiſſe contenti, non exploratis rationibus traditionum, intentatam, probabilem fidem per imperitiam portant. Atque adeò nuper converſata iſtic quædam de Caïana hæreſi, vipera venenatiſſima, doctrina ſua pleroſque rapuit, in primis baptiſmum deſtruens: planè ſecundum naturam: nam ferè viperæ, & aſpides, ipſique reguli ſerpentes arida & inaquoſa ſectantur. Sed nos piſciculi ſecundum ἰχθὺν noſtrum Ieſum Chriſtum in aqua naſcimur: nec aliter quàm in aqua permanendo ſalvi ſumus. Ita Quintilla monſtroſiſſima, cui nec integrè quidem docendi ius erat, optimè norat piſciculos necare, de aqua auferens.

CAPVT II.

Aquæ ſimplicitas à Deo electa, qui ſuo more ſtulta mundi eligit: nec mirandam ſi mors aquâ tollitur, cùm divina opera omnem admirationem excedant.

A. p. ad f. V. Dei potentia, 2.

SED ENIM quanta vis eſt perverſitatis ad fidem labefactandam, vel in totum non recipiendam, vt ex his eam impugnet, ex quibus conſtat. Nihil adeò eſt quod tam obduret mentes hominum, quàm ſimplicitas divinorum operum quæ in actu videtur, & magnificentia quæ in effectu repromittitur: vt hìc quoque quoniam tanta ſimplicitate, ſine pompa, ſine apparatu novo aliquo, denique ſine ſumptu homo in aqua demiſſus, & inter pauca verba tinctus, non multò vel nihilo mundior reſurgit, eò incredibilis exiſtimetur conſecutio æternitatis. Mentior, ſi non è contrario idolorum ſolemnia vel arcana, de ſuggeſtu, & apparatu, deque ſumptu fidem & auctoritatem ſibi exſtruunt. Prò miſera incredulitas, quæ denegas Deo proprietates ſuas, ſimplicitatem, & poteſtatem! Quid ergo? nonnè mirandum, & lavacro dilui mortem? Atquin eò magìs credendum, ſi quia mirandum eſt, idcirco non creditur: qualia enim decet eſſe opera divina, niſi ſuper omnem admirationem? Nos quoque ipſi miramur, ſed quia credimus: cæterùm, incredulitas miratur, non credit. Miratur enim ſimplicia, quaſi vana; magnifica, quaſi impoſſibilia. Et ſit planè vt putas, ſatìs ad vtrumque divina
a 1 Cor.1.27. pronuntiatio præcucurrit. [a] *Stulta mundi elegit Deus, vt confundat ſapientiam eius, & prædifficilia penès homines, facilia penès Deum.*
Matth.19.26 Nam ſi Deus & ſapiens, & potens, quod etiam prætereuntes eum non negant, meritò in adverſariis ſapientiæ potentiæque, id eſt in ſtultitia & impoſſibilitate materias operationis ſuæ inſtituit: quoniam virtus omnis ex his cauſam accipit, à quibus provocatur.

CAPVT III.

Nil mirum ſi aqua baptiſmi vivificet animas, cùm tanta ab exordio mundi, vis, gratia, & authoritas aquæ fuerit à Deo collata.

Per totum. V. Aqua, 3.

HVIVS memores pronuntiationis tanquam præſcriptionis, nihilominus quàm ſtultum & impoſſibile ſit aqua reformari, tractemus: quid vtique iſta materia tantæ dignationis meruerit officium? vt opinor, auctoritas liquidi elementi exigenda eſt. Atquin plurima ſuppetit, & quidem à primordio. Nam vnum ex his eſt, quæ ante om-
a Gen.1.1. nem mundi ſuggeſtum impolita adhuc ſpecie penès Deum quieſcebant. [a] *In primordio,* inquit, *fecit Deus cœlum & terram. Terra autem erat invisibilis, & incompoſita, & tenebræ erant ſuper abyſſum, & ſpiritus Dei ſuper aquas ferebatur.* Habes homo in primis ætatem venerari aquarum, quòd antiqua ſubſtantia; dehinc dignationem, quòd divini ſpiritus ſedes, gratior ſcilicet cæteris, tunc elementis. Nam & tenebræ totæ adhuc ſine cultu ſiderum informes, & triſtis abyſſus, & terra imparata, & cœlum rude: ſolus liquor, ſemper materia perfecta, læta, ſimplex, de ſuo pura, dignum vectaculum Deo ſubjiciebat. Quid quòd exinde diſpoſitio mundi, modulatricibus quodammodo aquis Deo
b Gen.1.6.7. conſtitit. Nam [b] *vt firmamentum cœleſte ſuſpenderet in medietate, diſtinctis aquis fecit: & vt*
Prou.8.28. *terram aridam ſuſpenderet, ſegregatis aquis expedijt:* ordinato dehinc per elementa mūdo,
Eſa 40.12. cùm incolæ darentur, primis aquis præceptum eſt animas proferre: primus liquor quod viveret edidit, nè mirum ſit in baptiſmo ſi aquæ animare noverunt. Nam ipſius quoque hominis figulandi opus, ſociantibus aquis abſolutum eſt: de terra materia convenit, non tamen habilis, niſi humecta & ſuccida, quam ſcilicet ante quartum diem ſegregatæ aquæ, in ſtationem ſuam ſuperſtite humore limo temperarant. Si exinde vniuerſa vel plura proſequar, quæ de elementi iſtius auctoritate commemorem, quanta vis eius aut gratia: quot ingenia, quot officia, quantum inſtrumentum mundo ferat! vereor nè laudes aquæ potius quàm baptiſmi rationes videar congregaſſe, licet eò plenius docerem non eſſe dubitandum, ſi materiam, quam in omnibus rebus & operibus ſuis Deus diſpoſuit, etiam in ſacramentis propriis parere fecit: ſi quæ vitam terrenam gubernat, & in cœleſti procurat.

CAPVT IV.

Spiritus Domini ab initio mundi ferebatur ſuper aquas, à cuius ſanctitate, vim ſanctificandi in baptiſmo conceperunt.

In p. V. Aqua, 3. A. p. V. Aqua, 5. Circa f. V. Peccatum, 1. In f. V. Aqua, 2.

SED ea ſatìs erit præcerpſiſſe, in quibus & ratio baptiſmi recognoſcitur prima illa, quæ iam tunc etiam ipſo habitu prænotabatur ad baptiſmi figuram, Dei ſpiritum, qui ab initio ſupervectabatur, ſuper aquas intinctorum moraturum. Sanctum autem, vtique ſuper ſanctum ferebatur, aut ab eo quod ſuperferebatur, id quod ferebat, ſanctitatem mutuabatur. Quoniam ſubjecta quæque materia, eius quæ deſuper imminet, qualitatem rapiat neceſsè eſt, maximè corporalis ſpiritalem, & penetrare & inſidere facilem, per ſubſtantiæ ſuæ ſubtilitatem. Ita de ſancto ſanctificata natura aquarum, & ipſa ſanctificare concepit. Nemo dicat, Nunquid ipſis enim aquis tinguimur, quæ tunc in primordio fuerunt? non vtique ipſis, niſi ex ea parte, qua genus quidem vnum, ſpecies verò complures. Quod autem generi adtributum eſt, etiam in ſpecie redundat. Ideoque nulla diſtinctio eſt, mari quis an ſtagno, flumine an fonte, lacu an alveo diluatur: nec quicquam refert inter eos quos Ioannes in Iordane, & quos Petrus in Tiberi tinxit: niſi & ille ſpado, quem Philippus inter vias fortuita aqua tinxit, plus ſalutis aut minus retulit. Act. 8. 38. Igitur omnes aquæ de priſtina originis prærogativa ſacramentum ſanctificationis conſequuntur, invocato Deo. Supervenit enim ſtatim Spiritus de cœlis, & aquis ſupereſt, ſanctificans eas de ſemetipſo, & ita ſanctificatæ, vim ſanctificandi combibunt. Quamquàm ad ſimplicem actum competat ſimilitudo, vt quoniam vice ſordium delictis inquinamur, aquis abluamur. Sed delicta ſicut non in carne comparent, quia nemo ſuper cutem portat maculam idololatriæ, aut ſtupri, aut fraudis: ita eiuſmodi in ſpiritu ſordent, qui eſt auctor delicti. Spiritus enim dominatur, caro famulatur: tamen vtrumque inter ſe communicant reatum, ſpiritus ob imperium, caro ob miniſterium. Igitur medicatis quodammodo aquis per angeli interventum, & ſpiritus in aquis corporaliter diluitur, & caro in eiſdem ſpiraliter mundatur.

CAPVT V.

Si authore diabolo res divinas æmulante, Gentiles in ſacris Iſidis, aut Mithræ initiati, aqua velut baptiſmo expiari ſe credebant, multò verius aqua Deo vero Authore ægris animis medebitur, delicta abluet, extinguet pœnam, hominem ad Dei ſimilitudinem, & æternæ vitæ conſecutionem reformabit.

In p. ad vltra m. V. Aqua, 2. Circa f. V. Angelus, 5. In f. V. Baptiſmi effectus, 6.

SED ENIM nationes extraneæ ab omni intellectu ſpiritalium poteſtatum, eadem efficacia idolis ſuis ſubminiſtrant: ſed viduis aquis ſibi mentiuntur. Nam & ſacris quibuſdam per lavacrum initiantur, Iſidis alicuius, aut Mithræ: ipſos etiam deos ſuos lavationibus efferunt. Cæterùm, villas, domos, templa, totaſque vrbes aſpergine circumlatæ aquæ expiant paſſim. Certè ludis Apollinaribus, & Eleuſiniis tinguntur: idque ſe in regenerationem, & impunitatem perjuriorum ſuorum agere præſumunt. Item penès veteres, quiſquis ſe homicidio infecerat, purgatrice aqua ſe expiabat. Igitur ſi de ſola natura, aquis, quòd propria materia ſit abluendi, in auſpicia emundationis blandiuntur, quantò id verius aquæ præſtabunt per Dei auctoritatem, à quo omnis natura earum conſtituta eſt? Si religione aquam medicari putant, quæ potior religio quàm Dei vivi? Quo agnito, hîc quoque ſtudium diaboli cognoſcimus res Dei æmulantis, cùm & ipſe baptiſmum in ſuis exercet. Quid ſimile? Immundus emundat, perditor liberat, damnatus abſolvit: ſuam videlicet operam deſtruet diluens delicta, quæ inſpirat ipſe. Hæc quidem in teſtimonium poſita ſunt repellentibus fidem, ſi minimè credant rebus Dei, quarum adfectationibus apud æmulum Dei credunt. An non & aliàs ſine vllo ſacramento immundi ſpiritus aquis incubant, adfectantes illam in primordio divini Spiritus geſtationem? Sciunt opaci quique fontes, & avij quique rivi, & in balneis piſcinæ, & euripi in domibus, vel ciſternę, & putei, qui rapere dicuntur, ſcilicet per vim ſpiritus nocentis. Nam & apopnictos, & lymphatos, & hydrophobos vocant, quos aquæ necaverunt, aut amentia, vel formidine exercuerunt. Quorſum iſta retulimus? nè quis durius credat, angelum Dei ſanctum, aquis in ſalutem hominis temperandis adeſſe, cùm angelus malus prophanum commercium eiuſdem elementi, in perniciem hominis frequentet. Angelum aquis intervenire, ſi novum videtur,

a Io. 5. 2. 4. exemplum futuri præcucurrit. [a] *Piſcinam Bethſaidam angelus interveniens commovebat: obſervabant qui valetudinem querebantur. Nam ſi quis prævenerat deſcendere illuc, queri poſt lavacrum deſinebat.* Figura iſta medicinæ corporalis, ſpiritalem medicinam canebat, ea forma, qua ſemper carnalia in figura ſpiritalium antecedunt. Proficiente itaque hominibus gratia Dei, plus aquis, & angelo acceſſit: qui vitia corporis remediabant, nunc
Io. 5. 4. ſpiritum medentur: qui temporalem operabantur ſalutem, nunc æternam reformant: qui vnum ſemel anno liberabant, nunc quotidie populos conſervant, deleta morte per ablutionem delictorum. Exempto ſcilicet reatu, eximitur & pœna. Ita reſtituitur homo Deo ad ſimilitudinem eius, qui retro ad imaginem Dei fuerat: imago in effigie, ſimilitudo in æternitate cenſetur. Recipit enim illum Dei Spiritum, quem tunc de adflatu eius acceperat, ſed pòſt amiſerat per delictum.

CAPVT VI.

Aqua mundati, ad potiora ſancti Spiritus dona præparantur, per peccatorum ablutionem, quam exorat fides obſignata in nomine Trinitatis, adiecta etiam ſpeciali Eccleſiæ mentione, dum per ſe Catechumenus, aut infans patrini voce Symbolum profitetur.

A. p. Verbo Baptiſmi forma. In f. V. Eccleſia, 2.

NON quòd in aquis Spiritum ſanctum conſequamur, ſed in aqua emundati ſub angelo, Spiritui ſancto præparamur. Hìc quoque figura præceſſit. Sic enim Ioan-
a Luc. 1. 76. nes antè præcurſor Domini fuit, [a] *præparans vias eius*: ita & angelus baptiſmi arbiter, ſuperventuro Spiritui ſancto vias dirigit, ablutione delictorum, quam fides impetrat,
b Deut 19. 15. obſignata in Patre, & Filio, & Spiritu ſancto. Nam ſi [b] *in tribus teſtibus ſtabit omne*
Matth. 18. *verbum*, quantò magìs, dum habemus per benedictionem eoſdem arbitros fidei, quos &
15. & ſeq. ſponſores ſalutis, ſufficit ad fiduciam ſpei noſtræ etiam numerus nominum divinorum? Quum autem ſub tribus & teſtatio fidei & ſponſio ſalutis pignerentur, neceſſariò adji-
Matth. 18. citur Eccleſiæ mentio: quoniam vbi tres, id eſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus,
20. ibi Eccleſia, quæ trium corpus eſt.

CAPVT VII.

Ob Chriſtum ab vnctione dictum, baptizati vnguntur, quæ vnctio, ſicut aqua, ſpiritualiter proficit.

Per totum. V. Baptiſmi Cerimoniæ, 1.

EXINDE egreſſi de lavacro, perunguimur benedicta vnctione, de priſtina diſciplina, qua vngui oleo de cornu, in ſacerdotium ſolebant. Ex quo Aaron à Moyſe vnctus eſt, vnde Chriſtus dicitur à chriſmate, quod eſt vnctio, quæ Domino nomen accommodavit, facta ſpiritalis, quia ſpiritu vnctus eſt à Deo patre, ſicut in Actis:
a Act. 4. 6. [a] *Collecti ſunt enim verè in iſta civitate adverſus ſanctum filium tuum, quem vnxiſti.* Sic & in nobis carnaliter currit vnctio, ſed ſpiritaliter proficit: quomodo & ipſius baptiſmi carnalis actus, quòd in aqua mergimur; ſpiritalis effectus, quòd delictis liberamur.

CAPVT VIII.

Manus vnctis imponitur; vt in figura, Iacob in crucis modum compoſitis manibus, Ephraïm, & Manaſſem benedixit. Qua Spiritus ſanctus, vt olim in Chriſtum baptizatum ſpecie Columbæ, ſimplicitatis & innocentiæ Symbolum delabitur: qui & in Columba Noë delineatus eſt.

In p. ad circa f. V. Baptiſmi Cerimoniæ, 2. In f. V. Relapſus, 9.

DEHINC manus imponitur, per benedictionem advocans & invitans Spiritum ſanctum. Sanè humano ingenio licebit ſpiritum in aquam arceſſere, & concorporationem eorum accommodatis deſuper manibus alio ſpiritu tantæ claritatis animare, Deo autem in ſuo organo non licebit per manus ſanctas ſublimitatem modulari ſpirita-
Gen 48. 13. lem? Sed eſt hoc quoque de veteri ſacramento, quo nepotes ſuos ex Ioſeph, Ephraïm
& ſeq. & Manaſſem, Iacob capitibus impoſitis, & intermutatis manibus benedixerit, & quidem ita tranſverſim obliquatis in ſe, vt Chriſtum deformantes, iam tunc portenderent benedictionem in Chriſtum futuram. Tunc ille ſanctiſſimus Spiritus ſuper emundata
Matth. 3. 16. & benedicta corpora libens à Patre deſcendit, ſuper baptiſmi aquas, tanquam priſtinam ſedem recognoſcens conquieſcit, columbæ figura delapſus in Dominum, vt natura Spiritus ſancti declararetur per animal ſimplicitatis & innocentiæ: quod etiam
a Matth. 10. corporaliter ipſo felle careat columba: ideoque, [a] *Eſtote (inquit) ſimplices ſicut columbæ*:
16. nè hoc quidem ſine argumento præcedentis figuræ. Quemadmodum enim, poſt aquas diluvij,

diluvij, quibus iniquitas antiqua purgata eſt, poſt baptiſmum (vt ita dixerim) mundi,
pacem cœleſtis iræ, præco columba terris adnuntiavit demiſſa ex arca, & cum olea re- Gen.8. 11.
uerſa: quod ſignum etiam apud nationes paci prætenditur: eadem diſpoſitione ſpiri-
talis effectus, terræ, id eſt, carni noſtræ, emergenti de lavacro poſt vetera delicta, co-
lumba ſancti Spiritus advolat, pacem Dei adferens, emiſſa de cœlis, vbi Eccleſia eſt Luc.3.16.
arca figurata. Sed mundus rurſus delinquit, quo malè comparetur baptiſmus diluvio.
Itaque igni deſtinatur, ſicut & homo qui poſt baptiſmum delicta reſtaurat, vt hoc quo-
que in ſignum admunitionis noſtræ debeat accipi.

CAPVT IX.

Aquam baptiſmi rubrum mare mergens Ægyptios, ſalvans Hebræos, aquæ Marath ligno dulcoratæ, aqua de petra, figurant: ſine qua vix Chriſtus legitur operatus, aut paſſus.

In p. ad m. V. Aqua, 6. In m. ad f. V. Aqua, 4.

QVOT igitur patrocinia naturæ, quot privilegia gratiæ, quot ſolemnia diſciplinæ,
figuræ, præſtructiones, precationes, religionem aquæ ordinaverunt? Primò qui-
dem quum populus de Ægypto expeditus, vim regis Ægypti per aquam tranſgreſſus Exo.14.22.
evadit, ipſum regem cum totis copiis aqua extinxit, Quæ figura manifeſtior in baptiſmi 27.
ſacramento? Liberantur de ſæculo nationes, per aquam ſcilicet, & diabolum domina-
torem priſtinum, in aqua oppreſſum derelinquunt. Item aqua de amaritudinis vitio
in vſum commodum ſuavitatis Moſeï ligno remediatur. Lignum illud erat Chriſtus, Exo.15.26.
venenatæ & amaræ retro naturæ venas, in ſaluberrimas aquas baptiſmi, ſcilicet ex ſeſe
remedians. Hæc eſt [a] *aqua, quæ de comite petra populo defluebat. Si enim petra Chriſtus,* a 1. Cor.10.4.
ſine dubio aquæ in Chriſto baptiſmum videmus benedici. Quanta aquæ gratia penès
Deum, & Chriſtum eius eſt, ad baptiſmi confirmationem! Nunquam ſine aqua Chri- Matth.3.16.
ſtus. Siquidem & ipſe aquâ tinguitur: prima rudimenta poteſtatis ſuæ, vocatus ad nu- Io 2.8.
ptias, aquâ auſpicatur: quum ſermonem facit, ſitientes ad aquam ſuam invitat ſempi- Io. 7.37.
ternam: quum de agape docet, aquæ calicem pauperi oblatum, inter opera dilectionis Matth.10. 42.
probat: apud puteum vires reſumit: ſuper aquam incedit: libenter tranſfretat: Io. 4. 6.
aquam diſcentibus miniſtrat: perſeverat teſtimonium baptiſmi vſque ad paſſionem: Matth.14.25
quum deditur in crucem, aqua intervenit: ſciunt Pilati manus: quum vulneratur, aqua Io.13.4.
de latere prorumpit: ſcit lancea militis. Matth 27.
Io.19.34.

CAPVT X.

Baptiſma Ioannis, rudimentum erat & præparatio remiſſionis peccatorum, & ſanctificationis in Chriſto futuræ.

A. p. ad m. V. Baptiſmus Ioannis, 1. A. m. in Alphab. Errorum. V. Ioannes, 2. In f. V. Relapſus, 10.

DIXIMVS quantum mediocritati noſtræ licuit de vniverſis, quæ baptiſmi religio-
nem ſtruunt, nunc ad reliquum ſtatum eius æquè vt potero progrediar de
quæſtiunculis quibuſdam. Baptiſmus ab Ioanne denuntiatus iam tunc habuit quæſtio- Luc.20. 4.
nem, ab ipſo quidem Domino propoſitam Phariſæis, [a] *cœleſtis nè is baptiſmus eſſet, an vero* a Matth. 21.
terrenus? De quo illi non valuerunt conſtanter reſpondere, vtpote [b] *non intelligentes,* 25.
quia nec credentes. Nos porro, quantula fide ſumus, tantulo & intellectu poſſumus æſti- b Eſa. 7. 9.
mare, divinum quidem eum baptiſmum fuiſſe, mandatu tamen, non & poteſtate, quòd
& Ioannem à Domino miſſum legimus in huc munus, cæterùm humanum conditione.
Nihil enim cœleſte præſtabat, ſed cœleſtibus præminiſtrabat, pœnitentiæ ſcilicet præ-
poſitus, quæ eſt in hominis poteſtate. Denique legis Doctores & Phariſæi, qui credere
noluerunt, nec pœnitentiam egêre. Quòd ſi pœnitentia humanum eſt, & baptiſmus
ipſius eiuſdem conditionis fuerit neceſſe eſt: aut daret & Spiritum ſanctum, & remiſ-
ſionem delictorum, ſi cœleſtis fuiſſet. [c] *Sed neque peccatum dimittit, neque Spiritum indulget* c Marc.2.7.
niſi Deus ſolus. Etiam ipſe Dominus, [d] *niſi ipſe prius aſcenderet ad Patrem, aliter negavit* Ioc 5.21.
Spiritum deſcenſurum: id quod Dominus nondum conferebat, ſervus vtique præſtare d Io.16.7.
poſſet? Adeò poſtea in Actis Apoſtolorum invenimus, quoniam qui Ioannis baptiſ-
mum habebant, [e] *non accepiſſent Spiritum ſanctum, quem ne auditu quidem noverant.* e Act. 19. 4.
Ergo non erat cœleſte, quod cœleſtia non exhibebat: quum ipſum quod cœleſte in
Ioanne fuerat, ſpiritus prophetiæ; poſt totius ſpiritus in Dominum tranſlationem
vſque adeò defecerit, vt quem prædicaverat, quem advenientem deſignaverat, poſt-
modum an ipſe eſſet, miſerit ſcitatum. Agebatur itaque baptiſmus pœnitentiæ, Io.1.27.29.
quaſi candidatus remiſſionis, & ſanctificationis in Chriſto ſubſecuturæ. Nam quòd Matth.11.2.3.

prædicabat baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem delictorum, in futuram remiſſio-
nem, enuntiatum eſt. Si quidem pœnitentia antecedit, remiſſio ſubſequitur, & hoc
eſt viam præparare: qui autem præparat, non idem ipſe perficit, ſed alij perficien-
f Io. 3. 31. dum procurat. Ipſe profitetur ſua non eſſè cœleſtia, ſed Chriſti, dicendo: *f Qui de*
g Luc. 3. 16. *terra eſt, de terra loquitur: qui de ſupernis venit, ſuper omnes eſt.* Item *g in ſola ſe pœnitentia*
tinguere, venturum mox qui tingueret in ſpiritu & igni. Scilicet, quia vera, & ſtabilis
aquæ fides qua tinguitur in ſalutem, ſimulata autem & infirma, igni tinguitur in
iudicium.

CAPVT XI.

Chriſtus ante inſtitutum à ſe baptiſma ſuum, non baptizabat per ſe, ſed per diſcipulos ſuos, baptiſmo ſcilicet Ioannis. Chriſti enim baptiſma non niſi eius paſſione & morte vim ſanctificandi accepit.

In p. ad m. V. Baptiſmi miniſter, 1. In f. V. Baptiſmus. Io. 5.

a Io 4. 2. SEd ecce (inquiunt) venit Dominus, & non tinxit. Legimus enim: *a Et tamen*
Luc. 3. 16. *is non tinguebat, verùm diſcipuli eius*; quia reuerà ipſum ſuis manibus tincturum
Ioannes prædicaſſet. Non vtique ſic intelligendum eſt, ſed ſimpliciter dictum
more communi. Sicut eſt, verbi gratia, Imperator propoſuit edictum, aut, Præ-
fectus fuſtibus cecîdit: nunquid ipſe proponit, aut nunquid ipſe cædit? ſemper is
b Ibid. dicitur facere, cui præminiſtratur. Ita erit accipiendum: *b Ipſe vos tinguet*, pro eo
quod eſt, per ipſum tinguemini, vel in ipſum. Sed nè moveat quoſdam, quòd non
ipſe tinguebat. In quem enim tingueret? in pœnitentiam? quò ergo illi præcur-
ſorem? in peccatorum remiſſionem? quam verbo dabat; in ſemetipſum? quem hu-
militate celabat; in Spiritum ſanctum? qui nondum à Patre deſcenderat; in Eccle-
ſiam? quam nondum Apoſtoli ſtruxerant. Itaque tinguebant diſcipuli eius vt mi-
niſtri, vt Ioannes antè præcurſor, eodem baptiſmo Ioannis, nè qui aliu putet, quia
nec exſtat alius niſi poſtea Chriſti, qui tunc vtique à diſcentibus dari non poterat,
vtpote nondum adimpleta gloria Domini, nec inſtructa efficacia lavacri per paſſio-
nem, & reſurrectiunem: quia nec mors nuſtra diſſolui poſſet niſi Domini paſſione,
nec vita reſtitui ſine reſurrectione ipſius.

CAPVT XII.

Apoſtoli nulli, præter Paulum, Chriſti Baptiſmum ſuſceperunt, vt pote nondum inſtitutum, ſed tantùm promiſſum; electio enim ad Apoſtolatum, & individuæ ſocietatis gratia, potuit illis vim baptiſmi ſupplere.

Per totum V. Baptiſmi neceſſitas. Et in p. V. Pauli converſio, 3. Et à. p. ad m. V. Baptiſmus, Io 4. In m. V. Baptiſmi materia, 3. A. m. V. Eccleſia, 8.

QVum verò præſcribitur nemini ſine baptiſmo competere ſalutem, ex illa maximè
a Io. 3. 5. pronuntiatiune Domini, qui ait: *a Niſi natus ex aqua quis erit, non habet vitam*,
ſuboriuntur ſcrupuloſi, immò temerarij retractatus quorundam, quomodo ex iſta præſ-
Act. 9. 6. criptione, Apoſtolis ſalus competat, quos tinctus non invenimus in Domino, præter
Paulum. Immò cùm Paulus ſolus ex illis baptiſmum Chriſti induerit, aut præiudi-
catum eſſe de cæterorum periculo, qui careant aqua Chriſti, vt præſcriptio ſalva ſit,
aut reſcindi præſcriptionem, ſi etiam non tinctis ſalus ſtatuta eſt. Audivi, Domino
teſte, eiuſmodi, nè quis me tam perditum exiſtimet, vt vltro exagitem libidine ſtili,
quæ aliis ſcrupulum incutiant. Et nunc illis, vt potero, reſpondebo, qui negant Apoſ-
tolos tinctus. Nam ſi humanum Ioannis baptiſmum inierant, & Domini [illegible]
rabant, quatenus vnum baptiſmum definierat ipſe Dominus, dicens Petro perfundi
b Io. 13. 6. nolenti: *b Qui ſemel lavit, non habet neceſſè rurſum*: quod vtique non tincto, non om-
nino dixiſſet: & hæc eſt probatio exerta adverſus illos, qui adimunt Apoſtolis
etiam Ioannis baptiſmum, vt deſtruant aquæ ſacramentum. An credibilè videri
poteſt, in his perſonis viam tunc Domini non præparatam, id eſt baptiſmum Ioannis,
quæ ad viam Domini per totum orbem aperiendam deſtinabantur? Ipſe Dominus
nullius pœnitentiæ debitor tinctus eſt, peccatoribus non fuit neceſſe? Quid ergo? alij
tincti non ſunt: non tamen comites Chriſti, ſed æmuli fidei, legis Doctores & Pha-
riſæi. Vnde & ſuggeritur, quum adverſantes Domino tingui noluerint, eos qui Do-
minum ſequebantur, tinctos fuiſſe, nec cum æmulis ſuis ſapuiſſe, maximè quando
c Matth. 11. 11. Dominus cui adhærebant, teſtimonio Ioannem extuliſſet, *c Nemo, dicens, maior in-*
ter natos fœminarum Ioanne baptizatore. Alij planè ſatis coactè injiciunt, tunc Apoſtolos

baptiſmi vicem impleſſe, quum in navicula fluctibus adſperſi operti ſunt; ipſum quo- Matth. 8. 24.
que Petrum per mare ingredientem, ſatis merſum. Vt opinor autem, aliud eſt aſpergi Matth. 14. 29
vel intercipi violentia maris, aliud tingui diſciplina religionis. Cæterùm navicula illa Matth. 8. 24. & ſeq.
figuram Eccleſiæ præferebat, quòd in mari, id eſt ſæculo, fluctibus, id eſt perſecutioni-
bus & tentationibus ioquietatur, Domino per patientiam velut dormiente, donec ora-
tionibus ſanctorum in vltimis ſuſcitatus compeſcat ſæculum, & tranquillitatem ſuis
reddat. Nunc ſive tincti quoquo modo fuerunt, ſive inloti perſeveraverunt, vt & il-
lud dictum Domini de vno lavacro, ſub Petri perſona, ad nos tantummodò ſpectet, de
ſalute tamen Apoſtolorum ſatìs temerarium eſt æſtimare, quia noo illis vel primæ ad-
lectionis, & exindæ individuæ familiaritatis prærogativa, compendium baptiſmi con-
ferre poſſet, cùm illi, opinor, ſequebantur illum, qui credenti cuique ſalutem pollice-
batur. [d] *Fides tua te*, aiebat, *ſalvum fecit, &*, [e] *Remittuntur tibi peccata*: credenti vtique, [d] Marc. 10. 52
nec tameo tincto. Id ſi Apoſtolis defuit, oeſcio; quorum fides vno verbo Domini ſuſ- [e] Matth. 9. 5.
citata, teloneum dereliquit; patrem & navem, & artem qua vitam ſuſtentabat, deſer- Matth. 9. 9.
uit: patris exequias deſpexit: ſummum illud Domini præceptum, [f] *Qui patrem, aut* Matth. 4. 21. 22.
matrem mihi prætulerit, non eſt me dignus, antè perfecit, quàm audivit. Matth. 8. 21. [f] Matth. 10. 37

CAPVT XIII.

Lex quidem baptiſmi impoſita, & forma præſcripta. Io. 3. & Matth. 28. Sed neceſſitas eius non obligavit, niſi poſt Chriſti paſſionem: poſtquam & Paulus ab Anania baptizatus eſt.

In p. V. Baptiſmi neceſſitas, à. m.

HIc ergo ſceleſtiſſimi illi provocant quæſtiones. Adeò dicunt, baptiſmus non eſt Gen. 15. 6.
neceſſarius, quibus fides ſatis eſt: oam & Abraham nullius aquæ, oiſi fidei ſacra-
mento Deo placuit. Sed in omnibus poſteriora concludunt, & ſequentia antecedenti-
bus prævalent. Fuerit ſalus retro per fidem nudam, ante Domini paſſionem & reſur-
rectiooem: at vbi fides aucta eſt credendi in nativitatem, paſſionem, reſurrectiooem-
que eius, addita eſt ampliatio ſacramento, obſignatio baptiſmi, veſtimentum quodam-
modo fidei, quæ retro erat nuda, nec poteſt iam, ſine ſua lege. Lex enim tinguendi
impoſita eſt, & forma præſcripta. [a] *Ite*, inquit, *docete nationes, tinguentes eas in nomen Pa-* [a] Matth 28. 19.
tris, & Filij, & Spiritus ſancti. Huic legi collata definitio illa: [b] *Niſi quis renatus fuerit*
ex aqua, & ſpiritu, non intrabit in regnum cælorum: obſtrinxit fidem ad baptiſmi neceſſi- [b] Io. 3. 5.
tatem. Itaque omnes exinde credentes tinguebantur. Tunc & Paulus vbi credidit,
tinctus eſt. Et hoc eſt quod Dominus in illa plaga orbationis, præceperat, [c] *Exurge, di-* [c] Act. 9. 7.
cens, & introi Damaſcum, illic tibi demonſtrabitur quid debeas agere, ſcilicet tingui, quod
ſolum ei deerat. Alioquin ſatis didicerat, atque crediderat Nazaræum eſſe Dominum
Dei filium.

CAPVT XIV.

Licet Paulus ad prædicandum magìs, quàm ad baptizandum miſſus ſit, aliquos tamen legitur babtizaſſe, quod & Apoſtoli facere iuſſi ſunt.

Per iotum. V. Verbum Dei, 4.

SEd de ipſo Apoſtolo revoluunt, quòd dixerit, [a] *Non enim me ad tinguendum Chriſtus* [a] 1. Cor. 1. 17.
miſit: quaſi hoc argumeoto baptiſmus adimatur. Cur enim [b] *tinxit Gaium, & Criſ-* [b] Ibid. 14.
pum, & Stephanæ domum? quanquam etſi non eum miſerat Chriſtus ad tinguendum, ta-
men aliis Apoſtolis præceperat tinguere. Verùm hæc pro conditione tunc temporis ad
Corinthios ſcripta ſunt, [c] *cùm ſchiſmata, & diſſenſiones inter illos movebantur, dum alius* [c] Ibid. 12.
Paulo deputat, alius Apollo. Propter quod pacificus Apoſtolus, nè ſibi omnia defendere
videretur, non ad tioguendum ait ſe miſſum, ſed ad prædicandum. Nam & prius eſt præ-
dicare, poſterius tioguere. Sed ſit prius prædicatum: puto autem licuit & tinguere, cui
licuit prædicare.

CAPVT XV.

Vnum eſt aquæ baptiſma initerabile, ſicut vnus Deus, & vna eſt Eccleſia.

In p. ad f. V. Baptiſmus non reiteratur, 2. In p. ad vltra m. in Alphab. Errorum. V. Baptiſmus hær 2.

NEſcio ſi quid amplius ad controverſiam baptiſmi veotilatur. Sanè retexam quod
ſuprà omiſi, nè imminentes ſenſus videar intercidere. Vnus omnino baptiſmus Io. 3. 4.
eſt nobis, tam ex Domini evangelio, quàm ex Apoſtoli litteris; quoniam [a] *vnus Deus*, [a] Epheſ. 4. 5.
& vnum baptiſma, & vna Eccleſia in cælis. Sed circa hæreticos ſanè quid cuſtodiendum
ſit, dignè quis retractet: ad nos eoim editum eſt. Hæretici autem nullum habent con-

ſortium noſtræ diſciplinæ, quos extraneos vtique teſtatur ipſa ademptio communicationis. Non debeo in illis cognoſcere, quod mihi eſt præceptum, quia non idem Deus eſt nobis & illis, nec vnus Chriſtus, id eſt, idem; ideoque nec baptiſmus vnus, quia non idem: quem quum ritè non habeant, ſine dubio non habent: nec capit numerari, quod non habetur: ita nec poſſunt accipere, quia non habent. Sed de iſto plenius iam nobis in Græco digeſtum eſt. Semel ergo lavacrum inimus, ſemel delicta diluuntur, quia ea iterari non oportet. Cæterùm, Iſrael Iudæus quotidie lavat, quia quotidie inquinatur. Quod nè in nobis quoque factitaretur, propterea de vno lauacro definitum eſt. Fælix aqua quæ ſemel abluit, quæ ludibrio peccatoribus non eſt, quæ non adſiduitate ſordium infecta rurſus quos diluit, inquinat.

CAPVT XVI.

Baptiſmus ſanguinis, idem præſtat quod aquæ lavacrum.

Per totum. V. Baptiſmus ſanguinis, 2.

EST quidem nobis etiam ſecundum lavacrum, vnum & ipſum, ſanguinis ſcilicet, de
a Luc. 12. 50. quo Dominus: [a] *Habeo*, inquit, *baptiſmo tingui*, quum iam tinctus fuiſſet: [b] *venerat*
b 1. Io. 5. 8. *enim per aquam & ſanguinem*, ſicut Ioannes ſcripſit, vt aqua tingueretur ſanguine glo-
Io. 19. 34. rificaretur; proinde, nos faceret aqua vocatos, ſanguine electos. Hos duos baptiſmos de vulnere perfoſſi lateris emiſit; quatenus qui in ſanguinem eius crederent, aqua lavarentur: qui aqua laviſſent, etiam ſanguinem potarent. Hic eſt baptiſmus, qui lavacrum & non acceptum repræſentat, & perditum reddit.

CAPVT XVII.

Officium conferendi baptiſmi pertinet ad Epiſcopum, & cum eius authoritate, ad Presbyteros, & Diaconos, niſi compellat neceſſitas.

Per totum. V. Baptiſmi miniſter, 1.

SVPEREST ad concludendam materiolam, de obſervatione quoque dandi & accipiendi baptiſmum commoneſacere. Dandi quidem habet ius ſummus ſacerdos, qui eſt Epiſcopus: dehinc Presbyteri, & Diaconi: non tamen ſine Epiſcopi auctoritate, propter Eccleſiæ honorem; quo ſalvo, ſalva pax eſt. Alioquin etiam laïcis ius eſt: quod enim ex æquo accipitur, ex æquo dari poteſt: niſi Epiſcopi iam; aut Presbyteri, aut Diaconi vocantur, diſcentes. Domini ſermo non debet abſcondi ab vllo. Proinde & baptiſmus, æquè Dei cenſus, ab omnibus exerceri poteſt: ſed quantò magìs laïcis diſciplina verecundiæ & modeſtiæ incumbit? cùm ea maioribus competant, nè ſibi adſumant dicatum Epiſcopis officium Epiſcopatus. Æmulatio ſchiſmatum mater eſt.
a 1. Cor. 6. 12. [a] *Omnia licere* dixit ſanctiſſimus Apoſtolus, *ſed non omnia expedire*. Sufficiat ſcilicet, in neceſſitatibus vtaris, ſicubi, aut loci, aut temporis, aut perſonæ conditio compellit. Tunc enim conſtantia ſuccurrentis excipitur, cùm vrget circunſtantia periclitantis: Quoniam reus erit perditi hominis, ſi ſuperſederit præſtare, quod liberè potuit. Petulantia autem mulieris quæ vſurpavit docere, vtique non etiam tinguendi ius ſibi pariet: niſi ſi quæ nova beſtia evenerit ſimilis priſtinæ: vtquemadmodũ illa baptiſmũ auferebat, ita aliqua per ſe eum conferat. Quod ſi quæ Paulo perperam adſcripta ſunt, ad licentiam mulierum docendi tinguendique defendunt; ſciant in Aſia presbyterum, quì eam ſcripturam conſtruxit, quaſi titulo Pauli de ſuo cumulans, convictum atque conſeſſum id ſe amore Pauli feciſſe, loco deceſſiſſe. Quàm enim fidei proximum vide-
b 1. Cor. 14. retur, vt is docendi & tinguendi daret feminæ poteſtatem, qui ne diſcere quidem con-
34. ſtanter mulieri permiſit? [b] *Taceant*, inquit, *& domi maritos ſuos conſulant*.

CAPVT XVIII.

Baptiſma non eſt temerè conferendum, ſed pro cuiuſque conditione, & diſpoſitione.

Per totum. V. Baptiſmi miniſter, 3. Et à. p. V. Gratia Dei, 1. Et in m. V. Pauli converſio, 4.

CÆTERÙM, baptiſmum non temerè credendum eſſe, ſciant quorum officium eſt,
a Luc. 6. 30. [a] *Omni petenti te dato*, ſuum habet titulum; proinde ad eleemoſynam pertinentem.
b Matth. 7. 6. Immo illud potius perſpiciendum, [b] *Nolite dare ſanctum canibus, & porcis projicere marga-*
c 1. Tim. 5. *rita veſtra*, [c] *& Manus ne facilè impoſueris, ne participes aliena delicta*. Si Philippus tam faci-
22. lè tinxit eunuchum, recogitemus manifeſtam & exertam dignationem Domini inter-
Act. 8. 29. ceſſiſſe. Spiritus Philippo præceperat in eam viam pertendere; ſpado & ipſe inventus
& ſeq. eſt non otioſus, nec qui ſubitò tingui concupiſceret: ſed ad templum orandi gratia, pro-

ſectus, ſcripturæ divinæ impreſſus, ſic oportebat deprehendi, cui vltro Deus Apoſtolum
miſerat, ad quem rurſus ſpiritus vt ſe curriculo eunuchi adiungeret, iuſſit; ſcriptura
ipſius fidei occurrit; in tempore exhortatus, adſumitur, Dominus oſtenditur; fides non
moratur; aqua non expectatur; Apoſtolus perſecto negotio, eripitur. Sed & Paulus Act. 9. 6. &
reverà citò tinctus eſt. Citò enim cognoverat Simon hoſpes vas eum eſſe electionis 1.
conſtitutum: Dei dignatio ſuas præmittit prærogativas; omnis petitio, & decipere, &
decipi poteſt. Itaque pro cuiuſque perſonæ conditione ac diſpoſitione, etiam ætate,
cunctatio baptiſmi vtilior eſt: præcipuè tamen circa parvulos. Quid enim neceſſe eſt
ſponſores etiam periculo ingeri? quia & ipſi per mortalitatem deſtituere promiſſiones
ſuas poſſunt, & proventu malæ indolis falli. Ait quidem Dominus, [d] *Nolite illos prohi-* d Matth. 19.
bere ad me venire: Veniant ergo, dum adoleſcunt; veniant dum diſcunt, dum quò ve- 14.
niant docentur; fiant Chriſtiani, quum Chriſtum noſſe potuerint: quid feſtinat inno-
cens ætas ad remiſſionem peccatorum? cautius agetur in ſecularibus, vt cui ſubſtantia
terrena non creditur, divina credatur: norint petere ſalutem, vt petenti dediſſe videa-
ris. Non minore de cauſa innupti quoque procraſtinandi, in quibus tentatio præparata
eſt, tam virginibus per maturitatem, quàm viduis per vacationem, donec aut nubant,
aut continentiæ corroborentur. Si qui pondus intelligant baptiſmi, magìs timebunt
conſecutionem, quàm dilationem: fides integra, ſecura eſt de ſalute.

CAPVT XIX.

Baptiſmi ſolemnis tempus, Paſcha & Pentecoſte.

Per totum. V. Baptiſmi ſolemnis tempus.

DIEM baptiſmo ſolenniorem Paſcha præſtat; cùm & paſſio Domini in quam tin-
guimur, adimpleta eſt. Nec incongruenter quis ad figuram interpretabitur,
quòd cùm vltimum Paſcha Dominus eſſet acturus, miſſis diſcipulis ad præparandum:
[a] *Invenietis*, inquit, *hominem aquam baiulantem*. Paſchæ celebrandæ locum de ſigno a Marc. 14.
aquæ oſtendit. Exinde Pentecoſte ordinandis lavacris latiſſimum ſpatium eſt, quo & 12.
Domini reſurrectio inter diſcipulos frequentata eſt, & gratia Spiritus ſancti dedicata, Luc. 21. 10.
& ſpes adventus Domini ſuboſtenſa, quòd tunc in cœlos recuperato eo, [b] *angeli ad Apo-* Act. 2. 2.
ſtolos dixerunt ſic venturum quemadmodum & in cœlos conſcendit, vtique in Pentecoſte. Sed b Act. 1. 11.
enim Hieremias cùm dicit: [c] *Et congregabo illos ab extremis terræ in die feſto*, Paſchæ diem c Hier. 31. 8.
ſignificat, & Pentecoſtes, qui eſt propriè dies feſtus. Cæterùm omnis dies Domini eſt,
omnis hora, omne tempus habile baptiſmo: ſi de ſolennitate intereſt, de gratia nihil
refert.

CAPVT XX.

Baptizandi Catechumeni, ſe diſponere debent crebris orationibus, ieiunijs, geniculationibus, & vigilijs, confeſſione omnium delictorum, non tamen publica; carnis item contra futuras tentationes maceratione.

In p. V. Baptiſmi præparatio, 1. A. p. V. Confeſſio peccati, 6. Et V. Tentatio, 3. In m. V. Ieiunij obligatio, 3. In f. V. Orationis conditiones, 6.

INGRESSVROS baptiſmum, orationibus crebris, ieiuniis & geniculationibus, & per-
vigiliis orare oportet, & cum confeſſione omnium retro delictorum, vt exponant
etiam baptiſmum Ioannis: [a] *Tinguebantur*, inquit, *confitentes delicta ſua*. Nobis gratu- a Matth. 3. 6.
landum eſt, ſi non publice confitemur iniquitates, aut turpitudines noſtras. Simul
enim & de priſtinis ſatisfacimus conflictatione carnis & ſpiritus, & ſubſecuturis tenta-
tionibus munimenta præſtruimus. [b] *Vigilate & orate*, inquit, *ne incidatis in tentationem*. b Matth. 26.
Et ideo credo tentati ſunt, quoniam obdormierunt, vt adprehenſum Dominum deſti- 41.
tuerint, & qui cum eo perſtiterit, & gladio ſit vſus, ter etiam negaverit: nam & præceſ- Ibid. 52.
ſerat dictum, [c] *neminem intentatum regna cœleſtia conſecuturum*. Ipſum Dominum poſt lava- c Luc 22. 28.
crum ſtatim tentationes circumſteterunt, quadraginta diebus ieiuniis ſunctum. Ergo Matth. 4. 2.
& nos, dicet aliquis, à lavacro potius ieiunare oportet. Et quis enim prohibet, niſi
neceſſitas gaudij, & gratulatio ſalutis? Sed Dominus, quantum exiſtimo, de figura
Iſraëlis exprobrationem in ipſum retorſit. Namque populus mane trangreſſus, in ſoli-
tudine tranſlatus per quadraginta annos, illic cùm divinis copiis aleretur, nihilominus
ventris & gulæ meminerat, quàm Dei. Deinde Dominus poſt aquam ſegregatus, in
deſerto, quadraginta dierum ieiunia emenſus, oſtendit [d] *non pane vivere hominem Dei*, d Matth. 4. 4.
ſed Dei Verbo: tentationeſque plenitudini & immoderantiæ ventris adpoſitas, abſti-
nentià elidi. Igitur benedicti quos gratia Dei expectat, cùm de illo ſanctiſſimo lavacro

novi natalis aſcenditis, & primas manus apud matrem cum fratribus aperitis, petite de Patre, petite de Domino, peculia, gratias, diſtributiones Chariſmatum, ſubjicientes
a Matth. 7.7. *a petite, & accipietis*, inquit, *quæſiſtis enim & inveniſtis; pulſatis, & apertum eſt vobis.* Tantùm oro, vt cùm petitis, etiam Tertulliani peccatoris memineritis.

Q. SEPTIMII FLOR. TERTVLLIANI DE CARNE CHRISTI.

IN LIBRVM DE CARNE CHRISTI.

ARGVMENTVM.

Toto hoc Libro, Carnis Chriſti veritatem ſolidiſſimis argumentis ex Scriptura deromptis, adverſus hæreticos eius impugnatores probat. Cuius & meminit Libro 5. contra Marcionem capite 2. Propterea, *inquit*, & nos volumen præmiſimus de Carne Chriſti; quo eam & ſolidam probamus, adverſum phantaſmatis nativitatem, & humanam vindicamus, adverſus qualitatis proprietatem. *Et rurſum:* Igitur quantum ad hæreticos, demonſtravimus quo cuneo occurrendum ſit à nobis. Et occurſum eſt iam ſuo quoque titulo, dè Carne Domini adverſus quatuor hæreſes, ad hanc maximè quæſtionem præſtruendam. *Illæ autem hæreſes ſunt, Marcionis, Apellis, Valentini, & Saturnini, qui Carnem Chriſti putativam invexit. De Carne Chriſti ſcripſiſſe Tertullianum Anno Chri. ducenteſimo octavo, Zephyrini nono, Severi decimoquinto, Author eſt Pamelius. Sed Baro. Zephyrini ſexto, Severi decimoquarto, refert res geſtas Anno Chriſti præcitato.*

CAPVT PRIMVM.

Præmittere ſe dicit hunc Librum, Libro de fide reſurrectionis, quam impugnantes, Carnis Chriſti veritatem varijs quæſtionibus diſſoluerent.

In p. V. Chriſti caro, 9. In f. V. Chri. nativitas, 1.

QVI fidem reſurrectionis, antè iſtos Sadducæorum propinquos, ſine controverſia moratam, ita ſtudent inquietare, vt eam ſpem negent etiam ad carnem pertinere, meritò Chriſti quoque carnem quæſtionibus diſtrahunt, tanquam aut nullam omnino, aut quoquo modo aliam, præter humanam: nè ſi humanam conſtiterit fuiſſe, præiudicatum ſit adverſus illos eam reſurgere omni modo, quæ in Chriſto reſurrexerit. Igitur vnde illi deſtruunt carnis vota, inde erunt præſtruenda. Examinemus corporalem ſubſtantiam Domini, de ſpiritali enim certum eſt. Caro quæritur: veritas & qualitas eius retractatur: an fuerit, & vnde, & cuiuſmodi fuerit. Renuntiatio eius, dabit legem noſtræ reſurrectioni. Marcion, vt carnem Chriſti negaret, negavit etiam nativitatem: aut vt nativitatem negaret, negavit & carnem: ſcilicet nè invicem ſibi teſtimonium redderent & reſponderent, nativitas & caro: quia nec nativitas ſine carne, nec caro ſine nativitate: quaſi non eadem licentia hæretica & ipſe potuiſſet, aut admiſſa carne nativita-

tem negare, vt Apelles diſcipulus, & poſtea deſertor ipſius : aut carnem & nativitatem confeſſus, aliter illas interpretari, vt condiſcipulus & condeſertor eius Valentinus. Sed & qui carnem Chriſti putativam introduxit, æquè potuit nativitatem quoque phantaſma confingere, vt & conceptus, & prægnatus, & partus virginis, & ipſius exinde infantis ordo, τὸ δοκεῖν haberentur : eoſdem oculos, eoſdemque ſenſus feſelliſſent, quos carnis opinio cluſit.

CAPVT II.

Chriſti nativitatem, præſcriptione traditionis Apoſtolicæ probat contra Marcionem, qui eius hiſtoriam, ex Lucæ Evangelio detruncabat.

In p. V. Chriſti nativitas, 1. A. p. V. Marcion, 7. In m. ad f. V. Traditio, 1.

PLANE nativitas à Gabriele annunciatur: quid illi cum angelo Creatoris & in virgi- Luc. 1. 26.
nis vterum conceptus inducitur: quid illi cum Eſaïa propheta Creatoris ? Odit Eſa. 7. 14.
moras, qui ſubitò Chriſtum de cœlis deferebat. Auſer hinc, inquit, moleſtos ſemper Luc. 2. 1.
Cæſaris cenſus, & diverſoria anguſta, & ſordidos pannos: & dura præſepia. Viderit Luc. 2. 7. &
angelica multitudo, Dominum ſuum noctibus honorans. Seruent potius pecora paſto- 8. 10.
res: & Magi nè fatigentur de longinquo; dono illis aurum ſuum. Melior ſit & Hero-
des, nè Hieremias glorietur. Sed nec circuncidatur infans, nè doleat: nec ad templum Luc. 2. 21.
deferatur, nè parentes ſuos oneret ſumptu oblationis : nec in manus tradatur Simeoni, Luc. 2. 22. &
nè ſenex moriturus exinde contriſtetur. Taceat & anus illa, nè faſcinet puerum. His ſeq.
opinor conſiliis, tot originalia inſtrumenta Chriſti delere Marcion auſus es, nè caro eius probaretur. Ex qua, oro te, auctoritate? ſi propheta es, prænuntia aliquid? ſi Apoſtolus, prædica publicè ! ſi Apoſtolicus, cum Apoſtolis ſenti: ſi tantùm Chriſtianus es, crede quod traditum eſt : ſi nihil iſtorum es, meritò dixerim, morere : nam & mortuus es, qui non es Chriſtianus, non credendo, quod creditum Chriſtianos facit. Et eo magìs mortuus es, quò magìs non es Chriſtianus. qui cùm fuiſſes, excidiſti, reſcindēdo quod retro credidiſti : ſicut & ipſe confiteris in quadam epiſtola ; & tui nòn negant, & noſtri probant. Igitur reſcindens quod credidiſti, iam non credens reſcidiſti: non tamen quia credere deſiiſti, rectè reſcidiſti: atque in reſcindendo quod credidiſti, probas, antequam reſcinderes, aliter fuiſſe quod credidiſti. Aliter illud, ita erat traditum : porro, quod traditum erat, id erat verum, vt ab eis traditum, quorum fuit tradere. Ergo quod erat traditum reſcindens, quod erat verum reſcidiſti. Nullo iure feciſti. Sed plenius eiuſmodi præſcriptionibus adverſus omnes hæreſes, alibi iam vſi ſumus, poſt quas nunc ex abundanti retractamus, deſiderantes rationem, qua non putaveris natum eſſe Chriſtum.

CAPVT III.

Nativitas Carnis, nec impoſſibilis, nec inconveniens fuit Deo.

In p. V. Chriſti Nat. 3. A. p. V. Chriſti Incarnat. 7. A. m. in Alphab. Error. V. Angeli, 4. Circa f. V. Marcion, 8. In f. in Alphabeto Errorum. V. Spiritus,

NECESSE eſt, quatenus hoc putas arbitrio tuo licuiſſe, vt aut impoſſibilem, aut inconvenientem Deo exiſtimaveris nativitatem. Sed Deo nihil impoſſibile, niſi quod non vult. An ergo noluerit naſci (quia ſi voluit, & potuit, & natus eſt) conſideremus. Ad compendium decurro. Si enim naſci ſe Deus noluiſſet quacunque de cauſa, nec hominem ſe videri præſtitiſſet. Nam quis hominem videns, eum negaret natum? Ita quod noluiſſet eſſe, nec videri omnino voluiſſet. Omnis rei diſplicentis, etiam opinio reprobatur. Quia nihil intereſt, vtrum ſit quid, an non ſit; ſi, cùm non ſit, eſſe præſumitur. Planè intereſt vt falſò non patiatur, quod verè non eſt. Sed ſatìs erat illi, inquis, conſcientia ſua: viderint homines, ſi natum putabant, quia hominem videbant. Quantò ergo dignius, quantòque conſtantius humanam ſuſtinuiſſet exiſtimationem verè natus, eandem exiſtimationem etiam non natus ſubiturus, cum iniuria conſcientiæ ſuæ ? quam tu ad fiduciam reputas, vt non natus, adverſus conſcientiam ſuam natum ſe exiſtimari ſuſtineret ? quid tanti fuit, edoce, vt conſciens Chriſtus quid eſſet, id ſe quod non erat, exhiberet ? Non potes dicere, Nè ſi natus fuiſſet, & hominem verè induiſſet, Deus eſſe deſiſſet, amittens quod erat, dū fit quod non erat. Periculum enim ſtatus ſui Deo nullū eſt. Sed ideo, inquis, nego Deū in hominem verè converſum, ita vt & naſceretur, & carne corporaretur ; quia qui ſine fine eſt, etiam inconvertibilis ſit neceſſè eſt: converti enim in aliud, finis eſt priſtini: non cōpetit ergo converſio eius, cui non competit finis. Planè natura convertibilium ea lege eſt, ne permaneant in eo quod convertitur in eis : & ita non permanendo pereant, dum perdunt, convertendo,

quod fuerunt : ſed nihil Deo par eſt : natura eius ab omnium rerum conditione diſtat.
Si ergo quæ à Deo diſtant, à quibus Deus diſtat, cùm convertuntur, amittunt quod
fuerunt : vbi erit diverſitas divinitatis à ceteris rebus, niſi vt contrarium obtineat? id
eſt, vt Deus & in omnia converti poſſit, & qualis eſt, perſeverare? alioquin par erit eo-
rum, quæ converſa amittunt quod fuerunt; quorum vtique Deus in omnibus impar
non eſt, ſi nec in exitu converſionis. Angelos Creatoris converſos in effigiem huma-
nam, aliquando legiſti, & credidiſti, & tantam corporis geſtaſſe veritatem, vt & pedes
Gen.18. 2. & ſeq. eis laverit Abraham, & manibus ipſorum ereptus ſit Sodomitis Loth : conluctatus quo-
que homini angelus, toto corporis pondere, dimitti deſideravit, adeò detinebatur.
Gen 19. 1. Gen.32.24. Quod ergo angelis inferioribus; Deo licuit, vti converſi in corpulentiam humanam,
angeli nihilominus permanerent, hoc tu potentiori Deo auſeres; quaſi non valuerit
Chriſtus verè hominem indutus, Deus perſeverare? Aut nunquid & angeli illi, phan-
taſmata carnis apparuerunt? ſed non audebis hoc dicere : nam ſi ſic apud te angeli
Creatoris, ſicut & Chriſtus, eius Dei erit Chriſtus, cuius angeli tales, qualis & Chriſtus.
Si ſcripturas opinioni tuæ reſiſtentes, non de induſtria alias rejeciſſes, alias corrupiſſes,
a Io.1 32. confudiſſet te in hac ſpecie evangelium Ioannis, prædicans a *ſpiritum columbæ corpore
delapſum deſediſſe ſuper Dominum.* Qui ſpiritus cùm hoc eſſet, tam verè erat & columba,
quàm & ſpiritus : nec interſecerat ſubſtantiam propriam, aſſumpta ſubſtantia extra-
nea. Sed quæris, corpus columbæ vbi ſit, reſumpto ſpiritu in cœlum : æquè & angelo-
rum : eadem ratione interceptum eſt, qua & editum fuerat : ſi vidiſſes cùm de nihilo
proferebatur; ſciſſes, cùm in nihilum ſubdecebatur : ſi nun fuit initium viſibile, nec
finis. Tamen corporis ſoliditas erat, quoquo momento corpus videbatur. Non po-
teſt nun fuiſſe, quod ſcriptum eſt.

CAPVT IV.

Nativitas carnis nec indigna Deo fuit, neque ſtulta.

In p. ad m. V. Caro Chri. 19. A. p. V. Marcion, 19. In f. V. Chri. Incarnatio, 8. 9.

IGITVR ſi neque vt impoſſibilem, neque vt periculoſam Deo repudias corporatio-
nem, ſupereſt vt quaſi indignam rejicias, & accuſes. Ab ipſa quidem exorſus nati-
uitate, perora age iam, ſpurcitias genitalium in vtero elementorum, humoris, & ſan-
guinis fœda coagula, carnis ex eodem cœno alendæ per novem menſes : deſcribe vte-
rum de die inoleſcentem, gravem, anxium, nec ſomno tutum, incertum libidinibus
faſtidij, & gulæ. Invehere iam & in ipſum mulieris enitentis pudorem, vel pro peri-
culo honorandum, vel pro natura religioſum. Horres vtique & infantem, cum ſuis im-
pedimentis profuſum vtique, & oblitum. Dedignaris quòd pannis dirigitur, quòd vn-
ctionibus formatur, quòd blanditijs deridetur. Hanc venerationem naturæ, Marcion,
deſpuis : & quo modo natus es? odiſti naſcentem hominem : & quo modo diligis ali-
quem? tè quidem planè non amaſti, cùm ab Eccleſia & fide Chriſti receſſiſti. Sed vi-
deris, ſi tibi diſplices, aut ſi aliter es natus. Certè Chriſtus dilexit hominem illum in
immunditijs, in vtero coagulatum, illum per pudenda prolatum, illum per ludibria
nutritum. Propter eum deſcendit : propter eum prædicavit : propter eum omni ſe hu-
militate dejecit vſque ad mortem, & mortem crucis : amavit vtique quem magno re-
demit. Si Chriſtus Creatoris eſt, ſuum meritò amavit : ſi ab alio Deo eſt, magis ada-
mavit, quando alienum redemit. Amavit ergo cum homine etiam nativitatem, etiam
carnem eius. Nihil amari poteſt ſine eo, per quod eſt, id quod eſt. Auſer nativitatem,
& exhibe hominem : adime carnem, & præſta quem Deus redemit; ſi hæc ſunt homo,
quem Deus redemit; Tu hæc erubeſcenda illi facis, quæ redemit? & indigna, quæ niſi
dilexiſſet, non redemiſſet? Nativitatem reformat à morte, regeneratione cœleſti, car-
nem ab omni vexatione reſtituit, leproſam emaculat, cœcam perluminat, paralyticam
redintegrat, dæmoniacam captat, mortuam reſuſcitat; & naſci in illam erubeſcit? Si
revera de lupa, aut ſue, aut vacca prodire voluiſſet, & feræ aut pecoris corpore indu-
tus, regnum cœlorum prædicaret, tua, opinor, illi cenſura præſcriberet, Turpe hoc
Deo, & indignum hoc Dei filio, & ſtultum : propterea quia ita credat. Sit plane ſtul-
tum : de noſtro ſenſu iudicemus Deum. Sed circumſpice Marcion, ſi tamen non de-
a 1. Cor.1.27. leſti : a *Stulta mundi elegit Deus, vt confundat ſapientia.* Quænam hæc ſtulta ſunt? con-
uerſio hominis ad cultum veri Dei? rejectio erroris? diſciplina iuſtitiæ, pudicitiæ, pa-
tientiæ, miſericordiæ, innocentiæ? omnia hæc quidem ſtulta non ſunt. Quære ergo
de quibus dixerit. Et ſi te præſumpſeris inveniſſe, non erit tam ſtultum, quàm credere
in Deum natum, & quidem ex virgine; & quidem carneum, qui per illas naturæ contu-
melias

melias volutatus ſit. Dicat hæc aliquis ſtulta non eſſe: & alia ſint, quæ Deus in æmulationem elegerit ſapientiæ ſæcularis: & tamen apud illam facilius creditur, Iupiter taurus factus, aut cynus; quàm verè homo Chriſtus, penès Marcionem.

CAPVT V.

Quidquid contradicat Marcion, vt vere, & non phantaſticè crucifixus & mortuus, ita verè natus eſt Chriſtus.

In p. V. Incarnatio, 9. In m. V. Chri. paſſio, 15. In f. V. Caro Chri. 17.

SVNT planè & alia tam ſtulta, quæ pertinent ad contumelias & paſſiones Dei: aut prudentiam dicant, Deum crucifixum. Aufer hoc quoque, Marcion, immò hoc potius. Quid enim indignius Deo? quid magìs erubeſcendum, naſci an mori? carnem geſtare, an crucem? circumcidi, an ſuffigi? educari, an ſepeliri? in præſepe deponi, an in monumento recondi? Sapientior eris, ſi nec iſta credideris. Sed non eris ſapiens, niſi ſtultus in ſæculo fueris, Dei ſtulta credendo. An ideo paſſiones à Chriſto non reſcidiſti, quia vt phantaſma vacabat à ſenſu earum? Diximus retro æquè illum & natiuitatis, & infantiæ imaginariæ vacua ludibria ſubire potuiſſe. Sed iam hinc reſponde, interfector veritatis. Nonne verè crucifixus eſt Deus? nonnè verè mortuus, vt verè
crucifixus? nonnè verè reſuſcitatus, vt verè ſcilicet mortuus? Falsò ergo ſtatuit [a] *inter* a 1. Cor. 2. 2.
nos ſcire Paulus tantùm Ieſum crucifixum: falsò ſepultum ingeſſit, falsò reſuſcitatum inculcavit. Falſa eſt igitur & fides noſtra; & phantaſma erit totum quod ſperamus à Chriſto. Sceleſtiſſime hominum, qui interemptores excuſas Dei. Nihil enim ab eis paſſus eſt Chriſtus, ſi nihil verè eſt paſſus. Parce vnicæ ſpei totius orbis: quid deſtruis neceſſarium dedecus fidei? Quodcunque Deo indignum eſt, mihi expedit. Salvus ſum,
ſi non confundar de Domino meo: [b] *Qui mei*, inquit, *confuſus fuerit, confundar & ego eius.* b Luc. 9. 26.
Aliàs non invenio materias confuſionis, quæ me per contemptum ruboris probent benè impudentem, & fæliciter ſtultum. Crucifixus eſt Dei filius: non pudet, quia pudendum eſt: & mortuus eſt Dei filius: prorſus credibile eſt, quia ineptum eſt: & ſepultus reſurrexit: certum eſt, quia impoſſibile eſt. Sed hæc quomodo in illo vera erunt, ſi ipſe non fuit verus; ſi non verè habuit in ſe quod figeretur, quod moreretur, quod ſepeliretur & reſuſcitaretur? carnem ſcilicet ſanguine ſuffuſam, oſſibus ſtructam, neruis intextam, venis implexam, quæ naſci & mori novit. Humana ſine dubio, vt nata de homine, ideoque mortalis hæc erit in Chriſto, quia Chriſtus homo, & filius hominis. Aut cur homo Chriſtus & filius hominis, ſi nihil hominis & nihil ex homine? niſi aut aliud eſt homo quàm caro; aut aliunde caro hominis, quàm ex homine; aut aliud Maria, quàm homo; aut homo, Deus Marcionis. Aliter, non diceretur homo Chriſtus, ſine carne; nec hominis filius, ſine aliquo parente homine: ſicut nec Deus, ſine ſpiritu Dei; nec Dei filius, ſine Deo patre. Ita vtriuſque ſubſtantiæ cenſus, hominem & Deum exhibuit: hinc natum, inde non natum: hinc carneum, inde ſpiritalem: hinc infirmum, inde præfortem: hinc morientem, inde viventem: quæ proprietas conditionum, divinæ & humanæ, æqua vtique naturæ vtriuſque veritate diſpuncta eſt, eadem fide, & ſpiritus & carnis: virtutes, ſpiritum Dei; paſſiones, carnem hominis probaverunt. Si virtutes non ſine ſpiritu, perinde & paſſiones non ſine carne. Si caro cum paſſionibus ficta, & ſpiritus ergo cum virtutibus falſus. Quid dimidias mendacio Chriſtum? totus veritas fuit. Maluit, crede, naſci, quàm ex aliqua parte mentiri, & quidem in ſemetipſum; vt carnem geſtaret, ſine oſſibus duram, ſine muſculis ſolidam, ſine ſanguine cruentam, ſine tunica veſtitam, ſine fame eſurientem, ſine dentibus edentem, ſine lingua loquentem; vt phantaſma auribus fuerit ſermo eius per imaginem vocis. Fuit itaque phantaſma etiam poſt reſurrectionem, cùm manus &
pedes ſuos diſcipulis inſpiciendos offerret: [c] *Aſpicite*, inquit, *quòd ego ſum; quia ſpiritus* c Luc. 24. 39.
oſſa non habet, ſicut me habentem videtis: ſine dubio manus, & pedes, & oſſa, quæ ſpiritus non habet, ſed caro. Quomodo hanc vocem interpretaris, Marcion, qui à Deo optimo, & ſimplici, & bono tantùm, infers Ieſum? Ecce fallit, & decipit, & circumvenit omnium oculos, omnium ſenſus, omnium acceſſus, & contactus. Ergo iam Chriſtum non dè cœlo deferre debueras, ſed dè aliquo circulatorio cœtu; nec Deum præter hominem, ſed Magum hominem; nec ſalutis pontificem, ſed ſpectaculi artificem; nec mortuorum ſuſcitatorem, ſed vivorum avocatorem. Niſi quòd &, ſi magus fuit, natus eſt.

CAPVT VI.

Chriſtus, non de ſyderibus & ſuperioris mundi ſubſtantijs, vt vult Apelles, carnem ſumpſit, ſed de matre Virgine.

In p. ad m. V. Apelles,5. A. p. in Alphab. Error. V. Angeli,4.inf. In m. V. Trinit. 2. perſona filius,10. A. m. ad f. in Alphab. Error. V. Angeli,5. In m. V. Mors,5.

SED quidam diſcentes Pontici illius, *ſupra magiſtrum ſapere* compulſi, concedunt Chriſto carnis veritatem, ſine præiudicio tamen renuendæ nativitatis. Habuerit, inquiunt, carnem, dum omnino non natam. Pervenimus igitur de calcaria (quod dici ſolet) in carbonariam, à Marcione ad Apellem, qui poſteaquam à diſciplina Marcionis, in mulierem carne lapſus, dehinc in virginem Philumenem ſpiritu everſus eſt, ſolidum Chriſti corpus, ſed ſine nativitate, ſuſcepit ab ea prædicare. Et angelo quidem illi Philumenes, eadem voce Apoſtolus reſpondebit, quâ ipſum illum iam tunc præcinebat, dicens:
Ad Gal.1.8. [a] *Etiamſi angelus de cælis aliter evangelizaverit vobis, quàm nos evangelizavimus, anathema ſit.* His verò quæ inſuper argumentantur, nos reſiſtemus. Confitentur verè corpus habuiſſe Chriſtum. Vnde materia, ſi non ex ea qualitate, in qua videbatur? Vnde corpus, ſi non caro corpus? Vnde caro, ſi non nata? quia naſci haberet, ea futura quæ naſcitur. Dè ſideribus, inquiunt, & de ſubſtantiis ſuperioris mundi mutuatus eſt carnem. Et vtique proponunt, non eſſe mirandum corpus ſine nativitate, cùm & apud nos angelis licuerit, nulla vteri opera in carne proceſſiſſe. Agnoſcimus quidem ita relatum; ſed tamen quale eſt, vt alterius regulæ fides, ab ea fide quam impugnat, inſtrumentum argumentationibus ſuis mutuetur? Quid illi cum Moyſe, qui Deum Moyſi rejicit? Si alius Deus eſt, aliter ſint res eius. Sed vtantur hæretici omnes ſcripturis eius, cuius vtuntur etiam mundo. Erit illis hoc quoque in teſtimonium iudicij, quod de exemplis ipſius, blaſphemias ſuas inſtruunt. Facilè eſt veritati etiam nihil tale adverſus eos præſcribenti obtinere. Igitur, qui carnem Chriſti ad exemplum proponunt angelorum, non natam dicentes, licet carnem; comparent velim & cauſas tam Chriſti, quàm angelorum, ob quas in carne proceſſerint. Nullus vnquam angelus ideo deſcendit, vt crucifigeretur, vt mortem experiretur, vt à morte ſuſcitaretur. Si nunquam eiuſmodi fuit cauſa angelorum corporandorum, habes cauſam cur non naſcendo acceperint carnem. Non venerant mori, ideo nec naſci. At verò Chriſtus mori miſſus, naſci quoque neceſſariò habuit, vt mori poſſet. Non enim mori ſolet, niſi quod naſcitur. Mutuum debitum eſt inter ſe nativitati cum mortalitate. Forma moriendi, cauſa naſcendi eſt. Si propter id quod moritur, mortuus eſt Chriſtus; id autem moritur, quod & naſcitur; conſequens erat, immò præcedens, vt æquè naſceretur propter id, quod naſcitur: quia propter idipſum mori habebat, quod, quia naſcitur, moritur. Nam competebat non naſci, pro quo mori competebat. Atquin tunc quoque inter angelos illos,
Gen.18.1. ipſe Dominus apparuit Abrahæ, ſine nativitate cum carne, ſcilicet pro eadem cauſæ diverſitate. Sed vos hoc non recipitis, non eum Chriſtum recipientes, qui iam tunc & adloqui, & liberare, & iudicare humanum genus ediſcebat in carnis habitu, non natæ adhuc, quia nondum morituræ, niſi prius & nativitas eius, & mortalitas adnuntiarentur. Igitur probent angelos illos, carnem de ſideribus concepiſſe. Si non probant, quia nec ſcriptum eſt, nec Chriſti caro inde erit, cui angelorum accomodant exemplum. Conſtat angelos carnem non propriam geſtaſſe, vtpote naturas ſubſtantiæ ſpiritalis; &, ſi corporis alicuius, ſui tamen generis: in carnem autem humanam transfigurabiles ad tempus videri, & congredi cum hominibus poſſe. Igitur, cùm relatum non ſit vnde ſumpſerint carnem, relinquitur intellectui noſtro non dubitare, hoc eſſe proprium angelicæ poteſtatis, ex nulla materia corpus ſibi ſumere. Quantò magis, inquis, ex aliqua? Certum eſt: ſed nihil dè eo conſtat, quia ſcriptura non exhibet. Cæterùm, qui valent facere ſemetipſos quod natura non ſunt, cur non valeant etiam ex nulla ſubſtantia facere? Si fiunt quod non ſunt, cur non ex eo fiant quod non eſt? Quod autem non eſt, cùm fit, ex nihilo eſt. Propterea nec requiritur, nec oſtenditur, quid poſtea factum ſit corporibus illorum. Quod de nihilo fuit, nihil factum eſt. Poſſunt nihil ipſum convertere in carnem, qui ſemetipſos potuerunt convertere in carnem. Plus eſt naturam demutare, quàm facere materiam. Sed &, ſi de materia neceſſè fuit angelos ſumpſiſſe carnem, credibilius vtique eſt de terrena materia, quàm de vllo genere cœleſtium ſubſtantiarum; cùm adeo terrenæ qualitatis extiterit, vt terrenis pabulis paſta ſit. Fuerit nunc quoque ſiderea, eodem modo terrenis pabulis paſta, quando

terrena non eſſet, quo terrena cœleſtibus paſta eſt, quando cœleſtis non eſſet, (legimus
enim manna eſui populo fuiſſe; [b] *Panem*, inquit, *angelorum edit homo*) non tamen in- [b] Pſal.77.25.
fringitur ſemel ſeparata conditio Dominicæ carnis, ex cauſa alterius diſpoſitionis. Ho-
mo verè futurus vſque ad mortem, eam carnem oportebat, vt indueret, cuius eſt mors.
Eam porro carnem, cuius eſt mors, nativitas aotecedit.

CAPVT VII.

Nil iuvat hæreticos nativitatem Chriſti impugnantes, illud Evangelij, Quæ mihi mater, & qui mihi fratres?

In p. ad circa f. V. Chriſti caro, 6. A. p. V. Hæretici quomodo tractandi, 8. In f. V. Parentes.

SED quotiens de nativitate contenditur, omnes qui reſpuunt eam, vt præiudican-
tem de carnis in Chriſto veritate, ipſum Deum voluor negare eſſe natum, quòd
dixerit, [a] *Quæ mihi mater, & qui mihi fratres?* Audiat igitur & Apelles, quid iam reſpon- [a] Matth.12.
ſum ſit à nobis Marcioni, eo libello quo ad Evangelium ipſius provocavimus: conſide- 48.
randam ſcilicet materiam pronuntiationis iſtius. Primò quidem, nunquam quiſquam
adountiaſſet illi matrem, & fratres eius foris ſtare, qui non certus eſſet & habere illum
matrem, & fratres, & ipſos eſſe, quos tunc nuntiabat; vel retro cognitos, vel tunc ibi-
dem compertos; licet propterea abſtulerint hæreſes iſta de Evaogelio, quòd & credi-
tum patrem eius Ioſeph fabrum, & matrem Mariam, & fratres, & ſorores eius optimè
notos ſibi eſſe dicebaot, qui mirabantur doctrinam eius. Sed teotandi gratia nuntia-
uerant ei matrem, & fratres, quos non habebat. Hoc quidem ſcriptura non dicit, aliàs
non tacens, quum quid tentationis gratia factum eſt circa eum: [b] *Ecce*, inquit, *ſurrexit* [b] Matth.22.
legis doctor, tentans eum. Et alibi, [c] *Et acceſſerunt ad eum Phariſæi, tentantes:* quod nemo 35.
prohibebat hîc quoque ſignificari, tentandi gratia factum. Non recipio, quod extra [c] Matth.19.3.
ſcripturam de tuo infers. Dehinc, materia tentationis debet ſubeſſe. Quid tentandum Matth.22.20
putaverunt in illo? vtique natuſnè eſſet, an non? Si enim hoc negavit reſponſio eius,
hoc captavit ountiatio tentatoris. Sed nulla tentatio tendens ad agnitionem eius, dè
quo dubitaodo rentar, ita ſubitò procedit, vt non antè præcedat quæſtio, quæ dubita-
tiooem inſerens, cogat tentationem. Porro, ſi nuſquam de nativitate Chriſti voluta-
tum eſt, quid tu argumentaris, voluiſſe illos per tentationem ſciſcitari, quod nunquam
produxeruot io quæſtionem? Eò adjicimus, etiam ſi tentandus eſſet dè nativitate, non
vtique hoc modo tentaretur, earum perſonarum adnuntiatione, quæ poterant etiam
nato Chriſto non fuiſſe. Omnes naſcimur, & tamen non omnes aut fratres, habemus
aut matrem. Adhuc poteſt & patrem magìs habere, quàm matrem, & avunculos, magis
quàm fratres. Adeò non competit tentatio nativitatis, quam licebat & ſine matris, &
ſine fratrum nominatione conſtare. Facilius planè eſt, vt certi illum & matrem, & fra-
tres habere, divinitatem potius tentaverint eius, quàm nativitatem; an intus agens,
ſciret quid foris eſſet, mendacio petitus præſentiæ adnuntiatæ eorum, qui in præſentia
non erant: niſi quòd, etſi vacuiſſet tentationis ingenium, poterat evenire, vt quos illi
nuntiabant foris ſtare, ille eos ſciret abſentes eſſe, vel valetudine, vel negotij, vel pere-
grinationis notæ iam neceſſitate. Nemo tentat eo modo, quo poſſe ſe ſciat ruborem
tentationis referre. Nulla igitur materia tentationis competente, liberatur ſimplicitas
nuntiationis, quòd verè mater & fratres eius ſuperveniſſent. Sed, quæ ratio reſponſi,
matrem & fratres ad præſens negantis? diſcat etiam Apelles. [d] *Fratres Domini non cre-* [d] Io.7.5.
diderant in illum, ſicut Evangelio antè Marcionem edito continetur. Mater æquè non
demonſtratur adhæſiſſe illi, cùm Marthæ, & Mariæ aliæ, in commercio eius frequen- Luc.8.2.
tentur. Hoc denique in loco apparet incredulitas eorum: cùm is doceret viam vitæ,
cùm Dei regnum prædicaret, cùm languoribus & vitijs medendis operaretur, extraneis
defixis in illum, tam proximi aberant. Denique ſuperveniunt, & forìs ſubſiſtunt, nec
introeunt, non computantes ſcilicet quid intus ageretur; nec ſuſtinent ſaltem, quaſi
neceſſarius aliquid adferrent eo, quod ille tum maxime agebat, ſed amplius interpel-
lant, & à tanro opere revocatum volunt. Oro te, Apelles, vel tu, Marcion, ſi fortè ta-
bula ludens, vel de hiſtrionibus, aut aurigis contendens, tali nuntio avocareris, nonnè
dixiſſes, [e] *Quæ mihi mater, aut qui fratres?* Deum prædicans, & probans Chriſtus, [f] *Le-* [e] Matth.12.
gem & Prophetas adimplens, tanti retro ævi caliginem diſpargens, indignè vſus eſt hoc 48.
dicto, ad percutiendam iocredulitatem forìs ſtantium, vel ad excutieodam importuni- [f] Matth.5.17.
tatem ab opere revocantium? Cætetùm, ad negandam nativitatem, alius fuiſſet & lo-
cus, & tempus, & ordo ſermonis, non eius qui poſſet pronuntiari etiam ab eo, cui &
mater eſſet, & fratres. Cùm indignatio parentes negat, non negat, ſed objurgat. De-

nique, potiores fecit alios, & meritum prælationis oſtendens, audientiam ſcilicet verbi,
demonſtrat qua conditione negaverit matrem, & fratres. Qua enim alios ſibi adopta-
g Matth. 10. uit, qui ei adhærebant, ea abnegavit illos, qui ab eo abſiſtebant. Solet g *etiam id implere*
37. *Chriſtus, quod alios docet.* Quale ergo erat, ſi docens non tanti facere matrem, aut fra-
tres, quanti Dei verbum, ipſe Dei verbum nuntiata matre, & fraternitate deſereret?
Negavit itaque parentes, quomodo docuit negandos pro Dei opere. Sed aliàs figura
eſt ſynagogæ, in matre abjuncta, & Iudæorum, in fratribus incredulis. Foris erat in
illis Iſraël; diſcipuli autem novi intus audientes, & credentes, & cohærentes Chriſto,
Eccleſiam deliniabant, quam potiorem matrem, & digniorem fraternitatem, recuſato
h Luc. 11. 27. carnali genere nuncupavit. Eodem ſenſu denique & illi exclamationi reſpondit; h *non*
28. *matris vterum, & vbera negans, ſed fæliciores deſignans, qui verbum Dei audiunt.*

CAPVT VIII.

Cùm Apelleciani dicant Angelum quemdam igneum ſubſtantias cæleſtes inſtituiſſe, ex pœnitentia delicti, ſequitur carnem Chriſti fuiſſe peccatricem, ſi eam ex ſyderibus ſumpſit.

In m. V. Confeſſio peccati, 1.

SOLIS iſtis capitulis, quibus maximè inſtructi ſibi videntur Marcion, & Apelles, ſe-
cundùm veritatem integri, & incorrupti Evangelij interpretatis, ſatis eſſe debue-
rat, ad probationem carnis humanæ in Chriſto, per defenſionem nativitatis. Sed quo-
niam & iſti Apelleiaci, carnis ignominiam prætendunt maximè, quam volunt ab igneo
illo præſide mali, ſollicitatis animabus adſtructam, & idcirco indignam Chriſto, & id-
circo de ſideribus illi ſubſtantiam competiſſe, debeo illos de ſua paratura repercutere.
Angelum quendam inclytum nominant, qui mundum hunc inſtituerit, & inſtituto eo
pœnitentiam admiſcuerit. Et hoc ſuo loco tractavimus, nam eſt nobis adverſus illos
libellus, an qui ſpiritum, & voluntatem, & virtutem Chriſti habuerit ad ea opera, di-
gnum aliquid pœnitentia ſecerit, cùm angelum etiam dè figura erraticæ ovis interpre-
tentur. Teſte igitur pœnitentia inſtitutoris ſui, delictum erit mundus; ſiquidem om-
nis pœnitentia confeſſio eſt delicti, quia locum non habet niſi in delicto. Si mundus
delictum eſt; quàm corpus, & membra delictum erit! perinde & cœlum, & cœleſtia,
a Matth. 7. & quicquid inde conceptum prolatumque eſt: & a *mala arbor, malos fructus edat neceſſè*
17. *eſt.* Caro igitur Chriſti de cœleſtibus ſtructa, de peccati conſtat elementis, peccatrix de
peccatorio cenſu; & pars iam erit eius ſubſtantiæ, id eſt noſtræ, quam vt peccatricem
Chriſto dedignantur inducere. Ita ſi nihil de ignominia intereſt, aut aliam purioris
notæ materiam excogitent Chriſto, quibus diſplicet noſtra, aut eandem agnoſcant, qua
b 1. Cor. 15. etiam cœleſtis melior eſſe non potuit. Legimus planè, b *Primus homo dè terræ limo; ſe-*
47. *cundus homo, dè cælo.* Non tamen ad materiæ differentiam ſpectat, ſed tantum terrenæ
retro ſubſtantiæ carnis, primi hominis, id eſt Adæ, cœleſtem dè ſpiritu ſubſtantiam
opponit ſecundi hominis, id eſt Chriſti. Et adeò ad ſpiritum, non ad carnem, cœleſ-
tem hominem refert: vt quos ei comparat, conſtet in hac carne terrena, cœleſtes
fieri; ſpiritu ſcilicet. Quod ſi ſecundùm carnem quoque cœleſtis Chriſtus, non com-
c Ibid. 48. pararentur illi, non ſecundùm carnem cœleſtes. Si ergo c *qui fiunt cæleſtes, qualis &*
Chriſtus, terrenam carnis ſubſtantiam geſtant; hinc quoque confirmatur, Ipſum etiam
Chriſtum in carne terrena fuiſſe cœleſtem, ſicut ij ſunt qui ei adæquantur.

CAPVT IX.

Omnia veræ carnis propria ſigna, in Chriſti carne fuerunt.

In p. ad m. V. Carnis humanæ infirmitas, 1. In f. V. Chri. caro, 12.

PRÆTENDIMVS adhuc, Nihil quod ex alio acceptum ſit, vt aliud ſit, quàm id de quo
ſit acceptum, ita aliud eſſe, vt non ſuggerat vnde ſit acceptum. Omnis materia
Gen. 2. 3. ſine teſtimonio originis ſuæ non eſt, etſi demutetur in novam proprietatem. Ipſum
certè corpus noſtrum, quod de limo figulatum, etiam ad fabulas Nationum veritas
tranſmiſit, vtriuſque originem elementi confitetur; carne, terram; ſanguine, aquam.
Nam licet alia ſit ſpecies qualitatis; hoc eſt, quod ex alio aliud fit, cæterùm, quid eſt
ſanguis, quàm rubens humor? quid caro, quàm terra converſa in figuras ſuas? Conſi-
dera ſingulas qualitates, muſculos vt glebas, oſſa vt ſaxa; etiam circum papillas, calcu-
los quoſdam; aſpice nervorum tenaces connexus, vt traduces radicum; & venarum
ramoſos diſcurſus, vt ambages rivorum; & lanugines, vt muſcos; & comam, vt ceſpi-
tem; & ipſos medullarum in abdito theſauros, vt metalla carnis. Hæc omnia terrenæ

originis ſigna & in Chriſto fuerunt; & ſunt quæ illum Dei filium eelavêre; non aliàs
tantummodò hominem exiſtimatum, quàm extantem humana ſubſtantia corporis.
Aut edite aliquid in illo cœleſte, de Septentrionibus, & Vergilijs, & Suculis emendi-
catum. Nam quæ enumeravimus, adeò terrenæ teſtimonia carnis ſunt, vt & noſtræ.
Sed nihil novum, nihil peregrinum deprehendo. Denique, verbis tantummodò &
factis, doctrina, & virtute ſola Chriſtum hominem obſtupeſcebant. Notaretur au-
tem etiam carnis in illo novitas miraculo habita. Sed carnis terrenæ non mira condi-
tio, ipſa erat quæ cætera eius miranda faciebat, cùm dicerent, a *Vnde huic doctrina &* a Matth. 13.
ſigna iſta? etiam deſpicientium formam eius, hæc erat vox. Adeò nec humanæ honeſ- 54.
tatis corpus fuit, nedum cœleſtis claritatis. Tacentibus apud nos quoque Prophetis,
b *de ignobili aſpectu eius*, ipſæ paſſiones, ipſæque contumeliæ loquuntur: paſſiones b Iſa. 53. 2.
quidem, humanam carnem; contumeliæ verò, inhoneſtam. An auſus eſſet aliquis
vngue ſummo perſtringere corpus novum? ſputaminibus contaminare faciem, niſi
merentem? Quid dicis cœleſtem carnem, quam vnde cœleſtem intelligas, non habes?
Quid terrenam negas, quam vnde terrenam agnoſcas, habes? Eſurijt ſub diabolo, ſitijt Matth 4. 2.
ſub Samaritide, lacrymatus eſt ſuper Lazarum, trepidavit ad mortem: *caro enim*, in- Io. 4.
quit, *infirma*: ſanguinem fudit poſtremò. Hæc ſunt, opinor, ſigna cœleſtia. Sed quo- Io. 11. 35.
modo, inquam, contemni, & pati poſſet, ſicut & dixi, ſi quid in illa carne de cœleſti Matth. 26. 38
generoſitate radiaſſet? Ex hoc ergo convincimus nihil in illa de cœlis fuiſſe, pro- 41.
pterea vt contemni, & pati poſſet.

CAPVT X.

Probat contra alios hæreticos carnem Chriſti non fuiſſe animalem, ſive animam; quaſi anima ſit facta caro, & caro viciſſim anima.

In p. ad f. V. Chriſti caro, 5.

CONVERTOR ad alios æquè ſibi prudentes, qui catnem Chriſti animalem affirmant, quòd anima caro ſit facta, ergo & caro anima: & ſicut caro animalis, ita & anima carnalis. Et hîc itaque cauſas requiro. Si vt animam ſalvam faceret in ſemetipſo ſuſcepit animam Chriſtus, quia ſalva non eſſet niſi per ipſum, dum in ipſo; non video cur eam carnem fecerit animalem, induendo carnem; quaſi aliter animam ſalvam facere non poſſet, niſi carneam factam. Cum enim noſtras animas non tantùm non carneas, ſed etiam à carne disjunctas ſalvas præſtet: quantò magis illam, quam ipſe ſuſcepit, etiam non carneam redigere potuit in ſalutem? Item cum præſumant, non carnis, ſed animæ noſtræ ſolius liberandæ cauſſa proceſſiſſe Chriſtum; primò, quàm abſurdum eſt, vt animam ſolam liberaturus, id genus corporis eam fecerit, quod non erat liberaturus? Deinde, ſi animas noſtras per illam quam geſtavit, liberare ſuſceperat, illam quoque quam geſtavit, noſtram geſtaſſe debuerat, id eſt, noſtræ formæ, cuiuſcunque formæ eſt in occulto anima noſtra non tamen carneæ. Cæterùm, non noſtram animam liberavit, ſi carneam habuit; noſtra enim carnea non eſt. Porro, ſi non noſtram liberavit, quia carneam liberavit; nihil ad nos; quia non noſtram liberavit. Sed nec liberanda erat, quæ non erat noſtra, vt ſcilicet carnea: non enim periclitabatur, ſi non erat noſtra, id eſt, non carnea. Sed liberatam conſtat illam. Ergo non fuit carnea: & fuit noſtra, ſi ea fuit quæ liberaretur, quoniam periclitabatur. Iam ergo ſi anima non fuit carnalis in Chriſto; nec caro poteſt animalis fuiſſe.

CAPVT XI.

Chriſtus verè, ac propriè, animam ſuam carne humana induit, qua hominibus viſibilis appareret.

A. p. V. in Alphab. Errorum. V. Animæ corp & effigies, 4. In m. in Alph. Error. Deus corpor. 1.

SED aliam argumentationem eorum convenimus, exigentes, cur animalem carnem ſubeundo Chriſtus, animam carnalem videatur habuiſſe. Deus, enim inquiunt, geſtivit animam viſibilem hominibus exhibere, faciendo eam corpus, quæ retro inviſibilis exciterit: natura nihil, nec ſemetipſam videns, præ impedimento carnis huius: vt etiam diſceptaretur, nata anima an non; mortaliſnè ſit, an non? Itaque animam corpus effectam in Chriſto, vt eam & naſcentem, & morientem, &, quod ſit amplius, reſurgentem videremus. Et hoc autem quale erat, vt per carnem demonſtraretur anima ſibi, aut nobis, quæ per carnem non poterat agnoſci: vt ſic oſtenderetur, dum id fit, cui latebat, id eſt caro? tenebras videlicet accepit, vt lucere poſſet. Denique, adhuc prius retractemus, an iſto modo oſtendenda fuerit anima: an in totum inviſibilem eam retro allegent; vtrum quaſi incorpotalem, an etiam habentem aliquod genus corporis

proprij? Et tamen cùm inviſibilem dicant corporalem eam conſtituunt, habentem quod inviſibile ſit. Nihil enim habens inviſibile, quomodo poteſt inviſibilis dici? Sed nè eſſe quidem poteſt, niſi habens per quod ſit. Cùm autem ſit, habeat neceſſe eſt aliquid per quod eſt. Si habet aliquid per quod eſt, hoc erit corpus eius. Omne quod eſt, corpus eſt ſui generis. Nihil eſt incorporale, niſi quòd non eſt. Habente igitur anima inviſibile corpus, qui viſibilem eam facere ſuſceperat, vtique dignius id eius viſibile feciſſet, quod inviſibile habebatur: quia nec hîc mendacium, aut infirmitas. Deo competit mendacium, ſi aliud animam quàm quod erat demonſtravit; infirmitas, ſi id quod erat, demonſtrare non valuit. Nemo oſtendere volens hominem, caſſidem, aut perſonam ei inducit. Hoc autem factum eſt animæ, ſi in carne converſa, alienam induit ſuperficiem. Sed & ſi incorporalis anima deputetur, vt aliqua vi rationis occulta, ſit quidem anima, corpus tamen non ſit, quicquid eſt anima; proinde impoſſibile Deo non erat, & propoſito eius congruentius competebat nova aliqua corporis ſpecie eam demonſtrare quàm iſta communi omnium, alterius iam notitiæ; nè ſine cauſa viſibilem ex inviſibili facere geſtiſſet animam, iſtis ſcilicet quæſtionibus opportunam, per carnis in illam humanæ defenſionem. Sed non poterat Chriſtus inter homines, niſi homo videri. Redde igitur Chriſto fidem ſuam: vt qui homo voluerit incedere, animam quoque humanæ conditionis oſtenderit, non faciens eam carneam, ſed induens eam carne.

CAPVT XII.

Chriſtus venit, non tantùm vt anima ſeipſam cognoſceret; ſed vt ipſam ſalvam faceret.

In p. V. Hominis dignitas, 1. A. p. ad m. V. Animæ vis, 11. Circa f. V. Ignorantia, 3. In f. V. Chriſti caro, 4.

OSTENSA ſit nunc anima per carnem, ſi conſtiterit illam oſtendendam quoquomodo fuiſſe, id eſt, incognitam ſibi, & nobis. Quamquam in hoc vana diſtinctio eſt: quaſi nos ſeorſum ab anima ſimus; cùm totum quod ſumus anima ſit. Denique, ſine anima nihil ſumus? nè hominis quidem: ſed cadaveris nomen. Si ergo ignoramus animam, ipſa ſe ignorat. Itaque ſupereſt hoc ſolummodò inſpicere, an ſe anima hîc ignorarit, vt nota quoquo modo fieret. Opinor ſenſualis eſt animæ natura. Adeò nihil animale, ſine ſenſu; nihil ſenſuale, ſine anima. Et vt impreſſius dixerim, animæ anima, ſenſus eſt. Igitur cùm omnibus anima ſentire præſtet, & ipſa ſentiat omnium etiam ſenſus, nedum qualitates, qui veriſimile eſt, vt ipſa ſenſum ſui ab initio ſortita non ſit? Vnde illi ſcire, quod interdum ſibi ſit neceſſarium, ex naturalium neceſſitate, ſi non ſcit ſuam qualitatem, cui quid neceſſarium eſt? Hoc quidem in omni anima recognoſcere eſt; notitiam ſui dico; ſine qua notitia ſui, nulla anima ſe miniſtrare potuiſſet. Puto autem magìs hominem, animal ſolum rationale, compotem & animam eſſe ſortitum, quæ illum facit animal rationale, ipſa in primis rationalis. Porro, quomodo rationalis, quæ efficit hominem rationale animal, ſi ipſa rationem ſuam neſcit, ignorans ſemetipſam? Sed adeò non ignorat, vt auctorem, & arbitrum, & ſtatum ſuum norit. Nihil adhuc dè Deo diſcens, Deum nominat. Nihil adhuc de iudicio eius admittens, Deo commendare ſe dicit. Nihil magis audiens, quàm ſpem nullam eſſe poſt mortem, & benè, & malè defuncto cuique imprecatur. Plenius hæc proſequitur libellus quem ſcripſimus de teſtimonio animæ. Alioquin, ſi anima ſemetipſam ignorans erat ab initio, nihil à Chriſto cognoviſſe debuerat, niſi qualis eſſet. Nunc autem non effigiem ſuam didicit à Chriſto, ſed ſalutem. Propterea filius Dei deſcendit, & animam ſubiit; non vt ipſa ſe anima cognoſceret in Chriſto, ſed vt Chriſtum in ſemetipſa. Non
a 1. Io. 1. 2. enim ſe ignorando, de ſalute periclitatur, ſed Dei verbum. *a Vita*, inquit, *manifeſtata*
b Luc. 19. 10. *eſt*, non anima: &, *b Veni*, inquit, *animam ſalvam facere*. Non dixit, oſtendere. Ignorabamus nimirum animam, licet inviſibilem, naſci, & mori, niſi corporaliter exhiberetur. Ignoravimus planè reſurrecturam cum carne: hoc erit quod Chriſtus manifeſ-
Io. 11. 11. tavit. Sed & hoc non aliter in ſe, quàm in Lazaro aliquo, cuius caro non erat animalis, ita nec anima carnalis. Quid ergo amplius innotuit nobis, de animæ ignorate retro diſpoſitione? Quid inviſibile eius fuit, quod viſibilitatem per carnem deſideraret?

CAPVT XIII.

Caro, & anima, diverſæ omnino ſubſtantiæ, in Chriſto fuerunt.

Per totum. V. Chriſti caro, 4. Et à. p. V. Nomen, 3.

CARO facta eſt anima, vt anima oſtenderetur. Nunquid ergo & caro anima facta eſt, vt caro manifeſtaretur? Si caro anima eſt, iam non anima eſt, ſed caro. Si

anima caro eſt, iam non caro eſt, ſed anima. Vbi ergo caro, & vbi anima eſt: alterutrum facta eſt. Immo ſi neutrum ſunt, dum alterutrum alterum fiunt; certè perverſiſſimum, vt carnem nominantes, animam intelligamus, & animam ſignificantes, carnem interpretemur. Omnia periclitabuntur, aliter accipi quàm ſunt, & amittere quod ſunt, dum aliter accipiuntur, ſi aliter quàm ſunt, cognominantur. Fides nominum, ſalus eſt proprietatum. Etiam quum demutantur qualitates, accipiunt vocabulorum poſſeſſiones. Verbi gratia, Argilla excocta, teſtæ vocabulum ſuſcipit; nec communicat vocabulo priſtini generis, quia nec cum ipſo genere. Proinde & anima Chriſti caro facta, non poteſt non id eſſe quod facta eſt, & id non eſſe, quod fuerit, aliud ſcilicet facta. Et quoniam proximum adhibuimus exemplum, plenius eo vtemur. Certè enim, teſta ex argilla vnum eſt corpus, vnumque vocabulum, vnius ſcilicet corporis: nec poteſt dici & argilla; quia quod fuit, non eſt: quod autem non eſt, omnino non adhæret. Ergo & anima caro facta, vniformis, ſolidata: ſcilicet ſingularitas tota eſt, & indiſcreta ſubſtantia. In Chriſto verò invenimus animam, & carnem ſimplicibus & nudis vocabulis editas; id eſt, animam animam, & carnem carnem: nuſquam animam carnem, aut carnem animam: quando ita nominari debuiſſent, ſi ita fuiſſent. Sed etiam ſibi quamque ſubſtantiam diviſe pronuntiatas ab ipſo, vtique pro duarum qualitatum diſtinctione, ſeorſum animam, & ſeorſum carnem. Quid [a] *anxia eſt*, inquit, *anima mea vſque ad mortem?* &, [b] *Panis quem ego dedero pro ſalute mundi, caro mea eſt.* Porro, ſi anima caro fuiſſet, vnum eſſet in Chriſto carnea anima, aut caro animalis: at quum dividit ſpecies, carnem, & animam, duo oſtendit: ſi duo, iam non vnum: ſi non vnum, iam nec anima carnalis, nec caro animalis. Vnum enim eſt anima caro, aut caro anima. Niſi & ſeorſum aliam geſtabat animam, præter eam quæ caro erat, & aliam circumferebat carnem, præter illam quæ animâ erat. Quòd ſi vna caro, & vna *anima; illa triſtis vſque ad mortem, & illa panis pro mundi ſalute*, ſalvus eſt numerus duarum ſubſtantiarum, in ſuo genere diſtantium, excludens carneæ animæ vnicam ſpeciem.

[a] Matth. 26. 38.
[b] Io. 6. 51.
Ibid. ſuprà.

CAPVT XIV.

Non Angelus, ſed Chriſtus ipſe Dei filius Incarnatus Salvator eſt.

Per totum. V. Chriſt. Elogia, 7.

SEd angelum, aiunt, geſtavit Chriſtus. Qua ratione? Qua & hominem. Eadem ergo eſt & cauſa, vt hominem geſtaret Chriſtus: ſalus hominis fuit cauſa; ſcilicet ad reſtituendum quod perierat. Homo perierat; hominem reſtitui oportuerat. Vt angelum geſtaret Chriſtus, nihil tale de cauſa eſt: nam etſi angelis perditio reputatur, [a] *in ignem præparatum diabolo & angelis eius*, nunquam tamen illis reſtitutio repromiſſa eſt. Nullum mandatum de ſalute angelorum ſuſcepit Chriſtus à Patre. Quod Pater neque repromiſit, neque mandavit, Chriſtus adminiſtrare non potuit. Cui igitur rei angelum quoque geſtavit, niſi vt ſatellitem fortem, cum quo ſalutem hominis operaretur? Idoneus enim non erat Dei filius, qui ſolus hominem liberaret, à ſolo & ſingulari ſerpente deiectum. Ergo iam non vnus Deus, nec vnus ſalutificator, ſi duo ſalutis artifices, & vtique alter altero indigens. An verò, vt per angelum liberaret hominem? Cur ergo deſcendit ad id, quod per angelum erat expediturus? Si per angelum, quid & ipſe? Si per ſe, quid & angelus? Dictus eſt quidem [b] *magni conſilij angelus*, id eſt nuntius officij, non naturæ vocabulo. Magnum enim cogitatum patris, ſuper hominis ſcilicet reſtitutione, annuntiaturus ſęculo erat. Non ideo tamen ſic angelus intelligendus, vt aliqui Gabriel aut Michael. Nam & [c] *filius à domino vineæ mittitur ad cultores, ſicut & famuli de fructibus petitum.* Sed non propterea vnus ex famulis deputabitur filius, quia famulorum ſucceſſit officio. Facilius ergo dicam, ſi fortè, ipſum filium angelum, id eſt nuntium patris, quàm angelum in filio. Sed quum de filio ipſo ſit pronuntiatum, [d] *Minuiſti eum modicum quid citra angelos*, quomodo videbitur angelum induiſſe, ſic infra angelos diminutus, dum homo ſit, quà caro, & anima, & filius hominis? quà autem [e] *ſpiritus Dei, & virtus altiſſimi*, non poteſt infra angelos haberi; Deus ſcilicet & Dei filius. Quanto ergo, dum hominem geſtat, minor angelis factus eſt, tantò non, dum angelum geſtat. Poterit hæc opinio Hebioni convenire, qui nudum hominem, & tantùm ex ſemine Dauid, id eſt, non & Dei filium, conſtituit Ieſum: planè; Prophetis aliquo glorioſiorem, vt ita in illo angelus fuiſſe dicatur; quemadmodum in aliquo Zacharia. Niſi quòd à Chriſto nunquam eſt dictum: [f] *Et ait mihi angelus, qui in me loquebatur.* Sed nec quotidianum illud omnium Prophetarum: *Hæc dicit Dominus.* Ipſe enim erat Dominus coram, ex ſua auctoritate pronuntians, [g] *Ego autem dico vobis.* Quid vltra? adhuc Eſaïam exclamantem audi. [h] *Non angelus, neque legatus; ſed ipſe Dominus ſalvos eos fecit.*

[a] Matth. 25. 46.
[b] Eſa. 9. 6.
[c] Marc. 12. 37.
[d] Pſal. 8. 6.
[e] Luc. 1. 35.
[f] Zach. 1. 14.
[g] Matth. 5. 22. & ſeq.
[h] Eſa. 63. 9.

CAPVT XV.

Chriſti caro non fuit ſpiritalis, vt voluit Valentinus.

Pertotum. V. Chriſti Caro, 5. In p. V. Hæret. Elogia, 16. A. m V. Hæret. Elogia, 17. In f. V. Reſurrectionis fides., 6.

LICVIT & Valentino ex priuilegio hæretico, carnem Chriſti ſpiritalem commi-
niſci. Quidvis eam fingere potuit, quiſquis humanam credere noluit; quando
(quod ad omnes dictum eſt) ſi humana non fuit, nec ex homine; non video ex qua
a Io. 8. 40. ſubſtantia ipſe ſe Chriſtus hominem, & filium hominis pronuntiarit. [a] *Nunc autem*
b Matth. 12. 8. *vultis occidere hominem, veritatem ad vos loquutum.* Et, [b] *Dominus eſt ſabbati filius hominis.*
c Eſa. 53. 3. De ipſo enim Eſaïas, [c] *Homo in plaga, & ſciens ferre imbecilitatem.* Et Hieremias. [d] *Et*
d Ier 17. 9. *homo eſt, & quis cognoſcet illum?* Et Daniel, [e] *Et ſuper nubes tanquam filius hominis.* Etiam
e Dan. 7. 13. Paulus Apoſtolus, [f] *Mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus.* Item Petrus in Actis
f 1. Tim. 2. 5. Apoſtolorum, [g] *Ieſum Nazarenum virum vobis à Deo deſtinatum, vtique hominem.* Hæc
g Act. 2. 22. ſola ſufficere vice præſcriptionis debuerunt ad teſtimonium carnis humanæ, & ex ho-
mine ſumptæ, & non ſpiritalis; ſicut nec animalis, nec ſidereæ, nec imaginariæ; ſi ſine
ſtudio, & artificio contentionis, hæreſes eſſe potuiſſent. Nam vt penes quendam ex
Valentini natione legi, primò non putant terrenam, & humanam Chriſto ſubſtantiam
informatam, nè deterior angelis Dominus deprehendatur, qui non terrenæ carnis ex-
h Io. 1. 13. titerunt. Dehinc, quòd oporteret ſimilem noſtri carnem, ſimiliter naſci; [h] *Non de ſpiri-*
tu, nec de Deo; ſed ex viri voluntate. Et cur non de corruptela, ſed de incorruptela? Et
quare non, ſic vt & illa reſurrexit, & in cœlo reſumpta eſt, ita & noſtra par eius, ſtatim
aſſumitur? aut cur illa, par noſtræ, non æque in terram diſſoluta eſt? Talia & ethnici
volutabunt. Ergo Dei filius in tantum humilitatis exhauſtus? &, ſi reſurrexit in exem-
plum ſpei noſtræ, cur nihil tale de nobis probatum eſt? Meritò ethnici talia, ſed me-
rito & hæretici. Nunquid enim inter illos diſtat; niſi quòd ethnici non credendo cre-
i Pſal. 8. 6. dunt; at hæretici, credendo non credunt? Legunt denique, [i] *Minoraſti eum modico citra*
k Pſal. 21. 6. *angelos*, & negant inferiorem ſubſtantiam Chriſti; [k] *nec hominem ſe, ſed vermem* pronun-
l Eſa. 53. 2. tiâtis; qui [l] *nec formam habuit, nec ſpeciem, ſed forma eius ignobilis, deſpecta citra omnes homines.*
Homo in plaga, & ſciens ferre imbecilitatem. Agnoſcunt hominem Deo mixtum, & ne-
gant hominem. Mortuum credunt, & quod eſt mortuum, ex incorruptela natum eſſe
contendunt; quaſi corruptela aliud ſit à morte. Sed & noſtra caro ſtatim reſurgere de-
Pſal. 109. 2. bebat. Expecta: nondum inimicos ſuos Chriſtus oppreſſit, vt cum amicis de inimicis
triumphet.

CAPVT XVI.

Contra Alexandrum diſputat, probans Carnem Chriſti etiam ſine viri ſemine, veram tamen, nec peccatricem extitiſſe.

In p. V. Hæret. Elogia, 17. in f. In p. 2d m. V. Chri. Caro, 15. In f. V. Maria, 2.

INSVPER, argumentandi libidine, ex forma ingenii hæretici, locum ſibi fecit Ale-
xander ille; quaſi nos affirmemus, idcirco Chriſtum terreni cenſus induiſſe carnem,
vt evacuaret in ſemetipſo carnem peccati. Quod etſi diceremus; quacunque ratione
muniremus ſentẽtiam noſtram, dũ nè tanta amentia, qua putavit, tãquam ipſam carnem
Chriſti opinemur, vt peccatricem, evacuatam in ipſo; cùm illam & ad dexteram patris
in cœlis præſidere meminerimus, & venturam inde, ſuggeſtu paternæ claritatis, præ-
dicemus. Adeò vt evacuatam non poſſumus dicere; ita nec peccatricem; nec evacua-
a 1. Pet. 2. 22. tam, [a] *in qua dolus non fuit.* Defendimus autem, non carnem peccati evacuatam eſſe in
Chriſto, ſed peccatum carnis; non materiam, ſed naturam; nec ſubſtantiam, ſed cul-
b Rom. 8. 3. pam; ſecundum Apoſtoli auctoritatem dicentis, [b] *Evacuavit peccatum in carne.* Nam &
c Rom. 8. 3. alibi. [c] *In ſimilitudine,* inquit, *carnis peccati fuiſſe Chriſtum:* non quòd ſimilitudinem carnis
acceperit, quaſi imaginem corporis, & non veritatem; ſed ſimilitudinem peccatricis
carnis vult intelligi: quòd ipſa non peccatrix caro Chriſti, eius fuit par, cuius erat pec-
catum; genere, non vitio, Adæ: quando hinc etiam confirmamus, eam fuiſſe carnem in
Chriſto, cuius natura eſt in homine peccatrix: & ſic in illa peccatum evacuatum, quòd
in Chriſto ſine peccato habeatur, quæ in homine ſine peccato non habebatur. Nam
neque ad propoſitum Chriſti faceret evacuantis peccatum carnis, non in ea carne eva-
cuare illud, in qua erat natura peccati, neque ad gloriam. Quid enim magnum, ſi in
carne meliore, & alterius, id eſt non peccatricis naturæ nævum peccati redemit? Ergo,
inquis, ſi noſtram induit, peccatrix fuit caro Chriſti. Noli conſtringere explicabilem
ſenſum:

ſenſum: noſtram enim induens, ſuam fecit; ſuam faciens, non peccatricem eam fecit. Cæterùm, (quod ad omnes dictum ſit, qui ideo non putant carnem noſtram in Chriſto fuiſſe, quia non fuit ex viri ſemine) recordentur Adam ipſum in hanc carnem, non ex ſemine viri factum. Sicut terra converſa eſt in hanc carnem, ſine viri ſemine; ita & Dei verbum potuit ſine coagulo, in eiuſdem carnis tranſire materiam. Gen.2 3.

CAPVT XVII.

Ex Scripturis probat Chriſtum ex Virgine naſci debuiſſe.

Per totum. V. Maria, 2. Circa f. V. Homicid. 4.

SED remiſſo Alexandro cum ſuis ſyllogiſmis, quos in argumentationibus torquet, etiam cum pſalmis Valentini, quos magna impudentia, quaſi idonei alicuius auctoris interſerit, ad vnam iam lineam congreſſionem dirigamus: An carnem Chriſtus ex virgine acceperit; vt hoc præcipuè modo humanam eam conſtet, ſi ex humana matrice ſubſtantiam traxit. Quanquam liquit iam & de nomine hominis, & de ſtatu qualitatis, & de ſenſu tractationis, & de exitu paſſionis, humanam conſtitiſſe. Antè omnia autem commendanda erit ratio quæ præfuit, vt Dei filius de virgine naſceretur. Nouè naſci debebat, novæ nativitatis dedicator; de qua ſignum daturus Dominus, ab Eſaïa prædicabatur. Quod eſt iſtud ſignum? [a] *Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet filium.* Concepit igitur virgo, & peperit *Emmanuelem, nobiſcum Deum.* Hæc eſt nativitas nova, dum homo naſcitur in Deo; in quo homine Deus natus eſt, carne antiqui ſeminis ſuſcepta, ſine ſemine antiquo, vt illam novo ſemine, id eſt ſpiritaliter reformaret, exclusis antiquitatis ſordibus expiatam. Sed tota novitas iſta, ſicut & in omnibus, de veteri figurata eſt, rationali per virginem diſpoſitione Domino naſcente. Virgo erat adhuc terra, nondum opere compreſſa, nondum ſementi ſubacta: [b] *ex ea hominem factum accepimus, à Deo in animam vivam.* Igitur, ſi [c] *primus Adam de terra traditur*; meritò ſequens, vel *noviſſimus Adam*, vt Apoſtolus dixit, proinde de terra, id eſt carne nondum generationi reſignata, *in ſpiritum vivificantem* à Deo eſt prolatus. Et tamen, nè mihi vacet incurſus nominis Adæ, vnde Chriſtus Adam ab Apoſtolo dictus eſt, ſi terreni non fuit cenſus homo eius? Sed & hic ratio defendit, quod Deus imaginem, & ſimilitudinem ſuam à diabolo captam, æmula operatione recuperavit. In virginem enim adhuc Evam irrepſerat verbum ædificatorium mortis: In virginem æquè introducendum erat Dei verbum extructorium vitæ, vt quod per eiuſmodi ſexum abierat in perditionem, per eundem ſexum redigeretur in ſalutem. Crediderat Eva ſerpenti: credidit Maria Gabrieli: quod illa credendo deliquit, hæc credendo delevit. Sed Eva nihil tunc concepit in vtero ex diaboli verbo. Immò concepit. Nam exinde vt abiecta paréret, & in doloribus pareret, verbum diaboli ſemen illi fuit: enixa eſt denique diabolum fratricidam: Contrà, Maria eum edidit, qui carnalem fratrem Iſraël, interemptorem ſuum, ſalvum quandoque præſtaret. In vuluam ergo Deus verbum ſuum detulit, bonum fratrem, vt memoriam mali fratris eraderet. Inde prodeundum fuit Chriſto, ad ſalutem hominis, quò homo iam damnatus intraverat.

a Eſa.7.14.
b Gen.2.2.
c 1.Cor.15.45
Ibid.
Gen.3.6.
Luc.1.38.
Gen.4.1.8.

CAPVT XVIII.

Dei filius ex viri ſemine naſci non debuit, ne iuxta Hebionis dogma, hominis tantùm, & non Dei filius haberetur.

Per totum. V. Maria, 7.

NVNC, vt ſimplicius reſpondeamus, non competebat ex ſemine humano Dei filium naſci, nè ſi totus eſſet filius hominis, non eſſet & Dei filius, nihilque haberet amplius Salomone, & amplius Iona, & de Hebionis opinione credendus erat. Ergo, iam Dei filius ex patris Dei ſemine, id eſt ſpiritu, vt eſſet & hominis filius, caro ei ſola erat ex hominis carne ſumenda, ſine viri ſemine. Vacabat enim viri ſemen, apud habentem Dei ſemen. Itaque, ſicut nondum natus ex virgine, patrem Deum habere potuit ſine homine matre: æquè cùm de virgine naſceretur, potuit matrem habere hominem ſine homine patre. Sic denique homo cum Deo, dum caro hominis cum ſpiritu Dei. Caro ſine ſemine, ex homine: ſpiritus cum ſemine, ex Deo. Igitur ſi fuit diſpoſitio rationis ſuper filium Dei ex virgine proferendum, cur non ex virgine acceperit corpus, quod de virgine protulit? Quia aliud eſt quod à Deo ſumpſit: quoniam, inquiunt, [a] *verbum caro factum eſt.* Vox iſta, quid caro factum ſit, conteſtatur, nec tamen periclitatur, quaſi ſtatim aliud ſit factum caro, & non verbum. Si ex carne factum eſt verbum

a Io.1.14.

caro, aut ſi ex ſemine ipſo factum eſt, ſcriptura dicat. Quum ſcriptura non dicat, niſi quod ſit factum, non & vnde ſit factum: ergo ex alio, non ex ſemetipſo ſuggerit factum. Si non ex ſemetipſo, ſed ex alio; iam hinc tracta, ex quo magis credere congruat, carnem factum verbum, niſi ex carne, in qua & factum eſt: vel quia ipſe Dominus ſen-
[b] Io. 3. 6. tentialiter & definitiuè pronuntiavit, [b] *Quod in carne natum eſt, caro eſt*, quia ex carne natum eſt. Sed ſi dè homine tantummodò dixit, non & dè ſemetipſo: planè nega homi-
Ibid. nem Chriſtum; & ita, defende non & in ipſum competiſſe. Atquin ſubjicit, *Et quod de*
[c] Io. 4. 24. *ſpiritu natum eſt, ſpiritus eſt*: [c] *quia Deus ſpiritus eſt*, & dè Deo natus eſt. Hoc vtique vel eò magis in ipſum tendit, & ſi in credentes eius. Si ergo & hoc ad ipſum, cur non & illud ſuprà? neque enim dividere potes, hoc ad ipſum, illud ſuprà ad cæteros homines, qui vtramque ſubſtantiam Chriſti, & carnis, & ſpiritus, non negas. Cæterùm, ſi tam carnem habuit, quàm ſpiritum; cùm de duarum ſubſtantiarum conditione pronuntiat, quas & ipſe geſtat, non poteſt videri de ſpiritu quidem ſuo, de carne verò non ſua determinaſſe. Ita, cùm ipſe ſit de ſpiritu Dei, & *ſpiritus Deus eſt*, & Deus ex Deo natus ipſe eſt, & ex carne hominis, homo in carne generatus.

CAPVT XIX.

Valentino non favet illud Ioannis ab eo corruptum: non ex ſanguine, nec ex carnis voluntate, nec ex viri, ſed ex Deo natus eſt.

Per totum. V. Maria, 7. Circa f. V. Semen.

[a] Io. 1. 13. QVID eſt ergo, [a] *Non ex ſanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt?* Hoc quidem capitulo ego potius vtar, quum adulteratores eius obduxero. Sic enim ſcriptum eſſe contendunt, [b] *Non ex ſanguine, nec ex carnis voluntate,*
[b] Io. 1. 13. *nec ex viri, ſed ex Deo natus eſt*: quaſi ſuprà dictos credentes in nomine eius, deſignet, vt oſtendat eſſe ſemen illud arcanum electorum, & ſpiritalium, quod ſibi imbuunt. Quomodo autem ita erit, quum omnes qui credunt in nomine Domini, communi lege generis humani ex ſanguine, & ex carnis, & ex viri voluntate naſcantur: etiam Valentinus ipſe? Adeò ſingulariter, vt de Domino ſcriptum eſt: *Et ex Deo natus eſt*. Meritò, quia verbum Dei, & cum verbo *Dei ſpiritus, & in ſpiritu Dei virtus*, & quicquid Dei eſt, Chriſtus. Quà caro autem, non ex ſanguine, nec ex carnis & viri voluntate: quia ex Dei voluntate verbum caro factum eſt. Ad carnem enim, non ad verbum pertinet negatio formalis noſtræ nativitatis, quia caro ſic habebat naſci, non verbum. Negans au-
Io. 1. 13. tem *ex carnis quoque voluntate natum*, cur non negavit etiam ex ſubſtantia carnis? neque enim quia ex ſanguine negavit, ſubſtantiam carnis renuit, ſed materiam ſeminis, quam conſtat ſanguinis eſſe calorem, vt deſpumatione mutatum in coagulum ſanguinis feminæ. Nam ex coagulo in caſeo vis eſt ſubſtantiæ, quam medicando conſtringit, id eſt lactis. Intelligimus ergo, ex concubitu nativitatem Domini negatam, quod ſapit voluntas viri, & carnis, non ex vuluæ participatione. Et quid vtique tam exaggeranter inculcavit, non ex ſanguine, nec ex carnis voluntate, aut viri, natum; niſi quia ea erat caro, quam ex concubitu natam nemo dubitaret? Negans porro ex concubitu, non negauit ex carne; immo confirmavit ex carne: quia non proinde negavit ex carne, ſicut ex concubitu negavit. Oro vos, ſi Dei ſpiritus non de vulua carnem participaturus deſcendit in vuluam, cur deſcendit in vuluam? potuit enim extra eam fieri caro ſpiritalis, ſimplicius multò, quàm intra vuluam fieret extra vuluam. Sine cauſa eò ſe intulit, vnde nihil extulit. Sed non ſine cauſa deſcendit in vuluam: Ergo ex illa accepit. Quia ſi non ex illa accepit, ſine cauſa in illam deſcendit, maximè eius qualitatis caro futurus, quæ non erat vuluæ, id eſt ſpiritalis.

CAPVT XX.

Chriſtum ex virgine, & non tantùm per virginem natum Scriptura teſtatur.

Per totum. V. Maria, 6. In p. V. Hæreticorum Elogia, 1.

Matth. 1. 16. QVALIS eſt autem tortuoſitas veſtra, vt ipſam *Ex* ſyllabam præpoſitionis officio
Rom. 1. 3. adſcriptam, auferre quæratis, & alia magis vti, quæ in hac ſpecie non invenitur penes ſcripturas ſanctas? Per virginem dicitis natum, non ex virgine; & in vulua, non
[a] Matth. 1. 20. ex vulua: quia & angelus in ſomnis ad Ioſeph, [a] *Nam quod in ea natum eſt*, inquit, *de ſpiritu ſancto eſt*; non dixit ex ea. Nempe tamen, etſi ex ea dixiſſet, in ea dixerat. In ea enim erat, quod ex ea erat. Tantumdem ergo, & cùm dicit, in ea, & ex ea, conſonat: quia ex ea erat, quod in ea erat. Sed benè, quod idem dicit Matthæus, originē Domini decurrēs ab

Abraham vſque ad Mariam, [b] *Iacob*, inquit, *generavit Ioſeph, virum Mariæ ex qua naſci-* b Ibid. 16.
tur Chriſtus. Sed & Paulus Grammaticis iſtis ſilentium imponit: [c] *Miſit*, inquit, *Deus* c Gal. 4. 4.
filium ſuum factum ex muliere. Nunquid per mulierem, aut in muliere? Hoc quidem im-
preſſius, quod factum potius dicit, quàm natum: ſimplicius enim enuntiaſſet natum.
Factum autem dicendo; &, [d] *verbum caro factum eſt*, conſignavit; & carnis veritatem ex d Io. 1. 14.
virgine factam adſeveravit. Nobis quoque ad hanc ſpeciem Pſalmi patrocinabuntur,
non quidem apoſtatæ & hæretici, & Platonici Valentini; ſed ſanctiſſimi & receptiſſimi
prophetæ David. Ille apud nos canit Chriſtum, per quem ſe cecinit ipſe Chriſtus.
Accipe Chriſtum, & audi Dominum patri Deo colloquentem: [e] *Quia tu es qui avulſiſti* e Pſal. 21. 9.
me ex vtero matris meæ: ecce vnum. *Et ſpes mea ab vberibus matris meæ, ſuper te ſum pro-* & ſeq.
iectus ex vulva: ecce aliud: *Et ab vtero matris meæ Deus meus es tu:* ecce aliud. Nunc ad
ſenſus ipſos decertemus. *Avulſiſti me*, inquit, *ex vtero.* Quid avellitur, niſi quod inhæret?
quod infixum, innexum eſt ei, à quo vt auferatur, avellitur? Si non adhæſit vtero quo-
modo avulſus eſt? ſi adhæſit qui avulſus eſt, quomodo adhæſiſſet, niſi dum ex vtero eſt
per illum nervum vmbilicarem, quaſi folliculi ſui traducem, adnexus origini vulvæ?
Etiam cùm quid extraneum extraneo adglutinatur, ita concarnatur, & conviſceratur
cum eo cui adglutinatur, vt cum avellitur, rapiat ſecum ex corpore aliquid à quo avel-
litur, quaſi ſequelam quandam abruptæ vnitatis, & producis mutui coïtus. Cæterùm,
quæ vbera matris ſuæ nominat? ſine dubio quæ hauſit. Reſpondeant obſtetrices, me-
dici, & phyſici, de vberum natura, an aliter manare ſoleant, ſine vulvæ genitali paſſio-
ne, ſuſpendentibus exinde venis ſentinam illam inferni ſanguinis, & ipſa tranſlatione
decoquentibus, in materiam lactis lætiorem. Inde adeò fit, vt vberum tempore, men-
ſes ſanguinum vacent. Quod ſi *verbum caro ex ſe factum eſt*, non ex vulvæ communica- Io. 1. 14.
tione, nihil operata vulva, nihil functa, nihil paſſa; quomodo fontem ſuum tranſfudit
in vbera, quæ, niſi habendo, non mutat? habere autem ſanguinem non potuit lacti ſub-
miniſtrando, ſi non haberet cauſas ſanguinis ipſius; avulſionem ſcilicet ſuæ carnis.
Quid fuerit novitatis in Chriſto ex virgine naſcendi palàm eſt: ſcilicet ſolummodò hoc,
quòd ex virgine, ſecundùm rationem quam edidimus; & vti virgo eſſet regeneratio
noſtra, ſpiritaliter ab omnibus inquinamentis ſanctificata per Chriſtum, virginem &
ipſum, etiam carnaliter, vt ex virginis carne.

CAPVT XXI.

Non tantùm per Virginem, vt volunt hæretici, ſed verè ex Virginis ſubſtantia veram carnem ſumpſiſſe Chriſtum, ſcriptura convincit.

In p. V. Maria, 6. In f. V. Maria, 5.

SI ergo contendunt hoc competiſſe novitati, vt quemadmodum non ex viri ſemine,
ita nec ex virginis carne caro fieret Dei verbum; quare non hoc ſit tota novitas, vt
caro non ſemine nata, carne proceſſerit? Accedam adhuc cominius ad cõgreſſum. [a] *Ecce*, a Eſa. 7. 14.
inquit, *virgo concipiet in vtero:* quidnam? vtique Dei verbum, non viri ſemen: certè vt
pareret filium. Nam, *Et pariet*, inquit, *filium.* Ergo vt ipſius fuit concepiſſe, ita ipſius
eſt quod peperit: licet non ipſius fuerit quod concepit. Contrà, ſi verbum ex ſe caro
factum eſt; iam ipſum ſe concepit & peperit, & vacat prophetia. Non enim virgo con- Matth. 1. 20.
cepit, neque peperit, ſi non quicquid peperit ex verbi concepto, caro ipſius eſt. Sola Luc. 1. 28.
hæc autem Prophetæ vox evacuabitur? an & angeli, conceptum & partum virginis ad-
nuntiantis? an & omnis iam ſcriptura, quæcunque matrem pronuntiat Chriſti? Quomo-
do enim mater, niſi quia in vtero eius fuit? Sed nihil ex vtero eius accepit, quod ma-
trem eam faceret, in cuius vtero fuit. Hoc nomen non debet caro extranea. Matris
vterum non appellat, niſi filia vteri caro. Filia vteri porro non eſt, ſi ſibi nata eſt. Ta- Luc. 1. 42.
cebit igitur & Elizabeth Prophetam portans, iam Domini ſui conſcium infantem, &
inſuper Spiritu ſancto adimpleta. Sine cauſa enim dicit, [b] *Et vnde mihi vt mater Domini* b Ibid. 43.
mei ad me veniat? Si Maria non filium, ſed hoſpitem in vtero geſtabat Ieſum, quomodo
dicit, [c] *Benedictus fructus vteri tui?* Quis hic fructus vteri, qui non ex vtero germinavit? c Ibid. 42.
qui non in vtero radicem egit? qui non eius eſt, cuius eſt vterus? Et qui vtique fructus
vteri? Chriſtus. An quia [d] *ipſe eſt flos de virga proiecta ex radice Ieſſe: radix autem Ieſſe*, d Eſa. 11. 1.
genus David: virga ex radice, Maria ex David; flos ex virga, filius Mariæ, qui dici-
tur Ieſus Chriſtus, ipſe erit & fructus? Flos enim fructus: quia per florem, & ex flore
omnis fructus eruditur in fructum. Quid ergo? negant & fructui ſuum florem, & flori
ſuam virgam, & virgæ ſuam radicem, quo minus ſuam radix ſibi vendicet, per virgam,
proprietatem eius quod ex virga eſt, floris & fructus. Siquidem omnis gradus generis,

Matth. 1. & ſeq. ab vltuno ad principalem recenſetur: vt iam nunc carnem Chriſti, non tantùm Mariæ, ſed & David per Mariam, & Ieſſe per David, ſciant adhærere. Ideo hunc fructum ex
Luc. 3. 23. lumbis David, id eſt, ex poſteritate carnis eius, iurat illi Deus conceſſurum in throno
Pſal. 131. 11. ipſius. Si ex lumbis David, quantò magis ex lumbis Mariæ, ob quam in lumbis David.

CAPVT XXII.

Chriſtum verè de Virgine natum ſcriptura teſtatur.

Per totum. V. Maria, 5. Et à. p. V. Matthæus. Et à. p. V. Pauli doctrina, 13.

DELEANT igitur & teſtimonia dæmonum, filium David proclamantia Ieſum: ſed teſtimonia Apoſtolorum delere non poterunt, ſi dæmoourn indigna ſunt. Ipſe in primis Mathæus fideliſſimus Evangelij commentator, vt comes Domini, non aliam ob cauſam, quàm vt nos originis Chriſti carnalis compotes faceret, ita exorſus eſt:
a Matth. 1. 1. a *Liber genituræ Ieſu Chriſti filij David, filij Abraham.* His originis fontibus genere manante, cùm gradatim ordo deducitur ad Chriſti nativitatem, qoid altud quàm caro ipſa Abrahæ, & David, per ſingulos traducem ſui faciens, in virginem vſque deſcribitur, inſerens Chriſtum? immo ipſe Chriſtus? proditur de virgine? Sed & Paulus, vt pote eiuſdem Evangelij & diſcipulus, & magiſter, & teſtis, quà eiuſdem ipſius Chriſti Apo-
b Rom. 1. 3. ſtolus, confirmat b *Chriſtum ex ſemine David ſecundùm carnem*, vtique ipſius. Ergo ex ſemine David caro Chriſti. Sed ſecundùm Mariæ carnem, ex ſemine David: ergo ex Mariæ carne eſt, dum ex ſemine eſt David. Quocunque detorſetis dictum, aut ex carne eſt Mariæ, quod ex ſemine eſt David: aut ex David ſemine eſt, quod ex carne eſt Mariæ. Totam hanc controverſiam dirimit idem Apoſtolus, ipſum definiens eſſe Abrahæ ſemen. Cùm Abraham, vtique multò magìs David, quaſi recentioris. Rete-
c Gen. 22. 18. xens enim promiſſionem benedictionis nationum in nomine Abraham, c *Et in ſemine*
Gen. 26. 3. *tuo benedicentur omnes nationes;* d *non*, inquit, *dixit, ſeminibus, tanquam de pluribus: ſed ſemine,*
d Gal. 3. 16. *tanquam de vno, quod eſt Chriſtus.* Qui hæc legimus & credimus, quam debemus & poſſumus agnoſcere in Chriſto carnis qualitatem? vtique non aliam, quàm Abraham; ſi-
e Eſa. 11. 1. quidem ſemen Abraham Chriſtus: nec aliam, quàm Ieſſe; ſi quidem e *ex radice Ieſſe flos*
Pſal. 131. 11. *Chriſtus*: nec aliam, quàm David; ſiquidem fructus ex lumbis David, Chriſtus: nec aliam, quàm ex Maria; ſiquidem ex Mariæ vtero, Chriſtus; Et adhuc ſuperius? nec
f 1. Cor. 15. 45 aliam, quàm, Adam; ſiquidem f *ſecundus Adam, Chriſtus.* Conſequens ergo eſt, vt aut illos ſpiritalem carnem habuiſſe contendant, quò eadem conditio ſubſtantiæ deducatur in Chriſto; aut concedant carnem Chriſti ſpiritalem non fuiſſe, quæ non de ſpiritali ſtirpe cenſetur.

CAPVT XXIII.

Scriptura prædixit, & ſua cenſura perſtrinxit illos omnes hæreticos, vere, carni Chriſti contradicentes, & Chriſtus factus illis ſignum contradictionis, prophetiam Simeonis impleuit. Sed & ipſe Tertullianus de virginis partu crude nimis & durè ſcripſit.

In V. Alphab. Errorum V. Maria, 1. In f. V. Hæreticorum Elogia, 2.

SED agnoſcimus adimpleti propheticam vocem Simeonis, ſuper adhuc recentem
a Luc. 2. 34. infantem Dominum pronuntiatam, a *Ecce hic poſitus eſt in ruinam & ſuſcitationem multorum in Iſraël, & in ſignum quod contradicetur.* Signum enim nativitatis Chriſti, ſecun-
b Eſa. 7. 14. dùm Eſaïam, b *Propterea dabit vobis Dominus ipſe ſignum, Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet filium.* Agnoſcimus ergo ſignum contradicibile, conceptum & partum virginis Mariæ; de quo Academici iſti, *Peperit, & non peperit, Virgo, & non virgo*; quaſi non, etſi ita dicendum eſſet, à nobis magìs dici conveniret. Peperit enim, quæ ex ſua carne; & non peperit, quæ non ex viri ſemine. Et virgo, quantum à viro; non virgo, quantum à partu. Non tamen vt ideo, Peperit, & non peperit; & ideo, Virgo, quæ non virgo: quia non de viſceribus ſuis mater. Sed apud nos nihil dubium, nec retortum in ancipitem defen-
c Matth. 5. 37. ſionem. Lux, lux; & tenebræ, tenebræ; & c *Eſt, eſt: &, Non, non. Quod amplius, hoc à malo eſt.* Peperit, quæ peperit: & ſi virgo concepit, in partu ſuo nupſit; ipſa patefacti corporis lege: in quo nihil interfuit, de vi maſculi admiſſi, an emiſſi, idem illud ſexus reſignaverit. Hæc denique vulva eſt, propter quam & de aliis
d Exo. 13. 12. 15. ſcriptum eſt, d *Omne maſculinum adaperiens vulvam, ſanctum vocabitur Domino.* Quis verè ſanctus, quàm Dei filius? Quis propriè vulvam adaperuit, quàm qui clauſam patefecit? Cæterùm omnibus nuptiæ patefaciunt. Itaque magìs patefacta eſt, quia magìs erat clauſa. Vtique magìs non virgo dicenda

eſt, quam virgo; ſaltu quodam mater, antè quàm nupta. Et quid vltra de hoc retrac-
tandum eſt? cùm hac ratione Apoſtolus, non ex virgine, ſed [e] *ex muliere editum filium* [e] Galat. 4. 4.
Dei pronuntiavit; agnovit adapertæ vulvæ nuptialem paſſionem. Legimus quidem [f] Ezech. vel
apud Ezechielem [f] *de vacca illa, quæ peperit, & non peperit*. Sed videte, nè vos iam tunc vetus lectio,
providens Spiritus ſanctus notarit hac voce, diſceptaturos ſuper vterum Mariæ. Cæte- quæ excidit.
rùm, non, contra illam ſuam ſimplicitatem, pronuntiaſſet dubitativè, Eſaïa dicente, Vel Poëta Iu-
[g] *Concipiet, & pariet.* dæus.
[g] Eſa. 7. 14.

CAPVT XXIV.

Scriptura prædixit, & ſuggillavit omnes illos hæreticos veræ Carni Chriſti contradicentes.

Per totum V. Hæreticorum Elogia, 1.

QVOD enim Eſaïas iaculatur in ſuggillatione hæreticorum ipſorum, & in primis,
[a] *Væ qui faciunt dulce amarum, & tenebras lucem*: iſtos ſcilicet notat, qui nec voca- [a] Eſa. 5. 20.
bula iſta in luce proprietatum ſuarum conſervant; vt anima non alia ſit, quàm quæ vo-
catur; & caro non alia quàm quæ videtur; & Deus non alius, quàm qui prædicatur.
Ideo etiam Marcionem proſpiciens, [b] *Ego ſum*, inquit, *Deus; & alius abſque me non eſt.* [b] Eſa. 45. 5.
Et cùm in alio idipſum eodem modo dicit: [c] *Ante me Deus non fuit*, neſcio quas illas Va- [c] Eſa. 46. 9.
lentinianorum Æonum genealogias pulſat. Et, [d] *Non ex ſanguine, neque ex carnis, &* [d] Io. 1. 13.
viri voluntate, ſed ex Deo natus eſt, Hebioni reſpondit. Æquè, [e] *Etiamſi angelus de cœlo* [e] Gal. 1. 8.
aliter evangelizaverit vobis quàm nos, anathema ſit; ad energema Appelleiacæ virginis [f] 1. Io. 4. 3.
Philumenes filum dirigit: certè, [f] *qui negat Chriſtum in carne veniſſe, hic Antichriſtus eſt*:
Nudam, & abſolutam, & ſimplici nomine naturæ ſuæ pronuntians carnem, omnes diſ-
ceptatores eius ferit. Sicut & definiens ipſum quoque Chriſtum vnum, multiformis
Chriſti argumentatores quatit, qui alium faciunt Chriſtum, alium Ieſum; alium ela-
pſum de mediis turbis, alium detentum; alium in ſeceſſu montis, in ambitu nubis ſub Math. 17. 1.
tribus arbitris clarum; alium cæteris paſſivum, ignobilem; alium magnanimum, alium & ſeq.
verò trepidantem; noviſſimè, alium paſſum, alium reſuſcitatum: per quod ſuam quo- Luc. 9. 28.
que in alia carne reſurrectionem adſeverant. Sed benè, quod [g] *idem veniet* de cœlis, qui [g] Act 1. 11.
eſt paſſus; idem omnibus apparebit, qui eſt reſuſcitatus. [h] *Et videbunt & agnoſcent, qui* [h] Zach. 12. 10.
eum confixerunt: vtique ipſam carnem, in quam ſævierunt; ſine qua, nec ipſe eſſe pote- Io. 19. 37.
rit, nec agnoſci: vt & illi erubeſcant, qui adfirmant carnem in cœlis vacuam ſenſu, vt
vaginam exempto Chriſto ſedere: aut qui carnem & animam tantundem, aut tan-
tummodò animam, carnem verò non iam.

CAPVT XXV.

Brevi Epilogo tractata retexit, tranſitum faciens ad ſcribendum de Reſurrectione Librum.

SED haſtenus de materia præſenti ſatis. Iam enim arbitror inſtructam eſſe carnis in Chriſto, & ex virgine natæ, & humanæ probationem. Quod & ſolum diſcuſſum ſufficere potuiſſet, citra ſingularum ex diverſo opinionum congreſſionem; quam & argumentationibus earum, & ſcripturis quibus vtuntur, provocavimus ex abundantia vti eo, quod probavimus, quid, & vnde fuerit Chriſti caro; quid non fuerit, adverſus omnes præcaverimus. Vt autem clauſulam de præfatione communi faciat reſurrectio carnis noſtræ alio libello defendenda, hîc habebit præſtructionem; manifeſto iam, quale fuerit quòd in Chriſto reſurrexit.

Q. SEPTIMII FLOR. TERTVLLIANI DE CASTITATIS EXHORTATIONE.

IN LIBRVM DE CASTITATIS EXHORTATIONE.

ARGVMENTVM.

Tertullianus amicum quemdam poſt vxoris obitum ad caſtitatem hortatur, ſed iam factus hæreticus, ſecundas nuptias, Montanum ſecutus, vt ſtupra damnat. De quo Auguſtinus Libro de hæreſibus, 86. *hereſi.* Factus, *inquit,* hæreticus, tranſiit ad Cataphryges quos ante deſtruxerat: cœpit etiam ſecundas nuptias contra Apoſtolicam doctrinam, tanquam ſtupra damnare. *Nicephorus porro lib. 4. Hiſt. Eccleſ. cap.34. hunc Librum primò recitat inter eos quos contra Eccleſiam ſcripſit. Suum tandem eſſe fatetur his verbis in fine.* Memento in orationibus tuis Tertulliani ad hæc exhortantis. *Pamelius in vita Tertulliani Librum hunc refert ad Annum Chri. ducenteſimum decimumtertium, Zephyrini decimumquartum, Antonini ſecundum. Diſſentit Baronius, ponens hoc Anno Zephyrini vndecimum, & Antonini primum.*

CAPVT PRIMVM.

Amicum ad continentiam hortatur, & infirmitati carnis opponit Dei voluntatem ſanctificationem noſtram exigentem. Caſtitatem autem dividit in virginalem, matrimonialem ex conſenſu mutuo, & Monogamiam ſive vidualem.

In p. ad m. V. Voluntas humana, 2. A. p. V. Caſtitatis ſpecies, 1. In f. V. Viduitas, 3.

NON dubito, Frater, te poſt vxorem in pacem præmiſſam ad compoſitionem animi converſum, dè exitu ſingularitatis cogitare, & vtique conſilij indigere: quamquam in huiuſmodi cum fide ſua conloqui debet vnuſquiſque, eiuſque vires conſulere: tamen quoniam in iſta ſpecie, carnis neceſſitas cogitatum movet, quæ ferè apud eandem conſcientiam fidei reſiſtit, opus eſt fidei extrinſecus conſilio, tanquam advocato adverſus carnis neceſſitates. Quæ quidem neceſſitas facillimè circumſcribi poteſt, ſi voluntas potius Dei, quàm indulgentia conſideretur. Nemo indulgentia vtendo prome-
a 1. Theſſ. 4. 3. retur, ſed voluntati obſequendo. *a Voluntas Dei eſt ſanctificatio noſtra.* Vult enim imagi-
b 1. Io. 3. 3. nem ſuam nos etiam ſimilitudinem fieri, *b vt ſimus ſancti, ſicuti ipſe ſanctus eſt.* Id bonum, Sanctificationem dico, in ſpecies diſtribuo complures, vt in aliqua earum deprehendamur. Prima ſpecies eſt, Virginitas à nativitate. Secunda, Virginitas à ſecunda nativitate, id eſt à lavacro, quæ aut in matrimonio purificat, ex compacto; aut in viduitate perſeverat, ex arbitrio. Tertius gradus ſupereſt Monogamia, quum poſt matrimonium vnum interceptum, exinde ſexui renuntiatur. Prima virginitas felicitatis eſt, non noſſe in totum à quo poſtea optabis liberari. Secunda, virtutis eſt; contemnere cuius vim optimè noris. Reliqua ſpecies hactenus nubendi poſt matrimonium morte disjunctum, præter virtutis, etiam modeſtiæ laus eſt. Modeſtia eſt enim, ablatum non deſiderare,
Matth. 10. 29. & ablatum à Domino Deo; ſine cuius voluntate, nec folium dè arbore delabitur, nec paſſer aſſis vnius ad terram cadit.

CAPVT II.

Nuptias dicit non tam ex voluntate Dei, qui primas nuptias morte diſſolvit, quàm ex hominis voluntate repeti.

In p. V. Viduitas, 3. Et in Alphab. Errorum. V. Nuptiæ, 18. A. p. ad circa. f. V. Voluntas humana, 1. In f. V. Diabolus, 17.

QVàm denique modeſta illa vox eſt, [a] *Dominus dedit, Dominus abſtulit: vt Domino viſum eſt, ita factum eſt?* Et ideo ſi nuptias ſublatas reſtauremus, ſine dubio contra voluntatem Dei nitimur, volentes habere rurſus, quod habere nos noluit. Si enim voluiſſet, non abſtuliſſet. Niſi ſi & hoc voluntatem Dei interpretamur, quaſi & rurſus nos voluerit habere, quod iam noluit. Non eſt bonæ, & ſolidæ fidei, ſic omnia ad voluntatem Dei referre, & ita adulari ſibi vnumquemque, dicendo, nihil fieri ſine nutu eius, vt non intelligamus, eſſe aliquid in nobis ipſis. Cæterùm, excuſabitur omne delictum, ſi contenderimus nihil fieri in nobis, ſine Dei voluntate: & ibit definitio iſta in deſtructionem totius diſciplinæ, etiam ipſius Dei, ſi aut quæ non vult, dè ſua voluntate producat; aut nihil eſt, quod Deus non vult. Sed qoando vetat quædam, quibus etiam ſupplicium æternum comminatur; vtique enim quæ vetat, non vult, à quibus & offenditur: ſicut è contrario quæ vult, & præcipit, & accepto facit, & æternitatis mercede diſpungit. Itaque quum vtrumque ex præceptis eius didicerimus, quid velit, & quid nolit; tamen nobis eſt voluntas, & arbitrium eligendi alterum, ſicut ſcriptum eſt, *Ecce poſui antè te bonum, & malum:* guſtaſti enim de arbore agnitionis. Et ideo non debemus quod noſtro expoſitum eſt arbitrio, in Dei referre voluntatem; quos vult ipſe & velle, qui malum non vult. Ita noſtra eſt voluntas, cùm malum volumus, adverſus Dei voluntatem, qui bonum vult. Porro, ſi quæris vnde venit ea voluntas, qua quid volumus adverſus Dei voluntatem; dicam, Ex nobis ipſis. Nec temerè; ſemini enim tuo reſpondeas neceſsè eſt; ſiquidem ille princeps & generis, & delicti, Adam, voluit quod deliquit. Neque enim diabolus voluntatem ei impoſuit delinquendi, ſed materiam voluntati ſubminiſtravit. Cæterùm voluntas Dei in obaudientiam venerat. Proinde & tu ſi non obaudieris Deo, qui te propoſito præcepto liberæ poteſtatis inſtituit, per voluntatis libertatem volens deverges in id quod Deus non vult; & ita te putas à diabolo ſubverſum, qui etſi quid vult te velle quod Deus non vult, non tamen facit vt & velis; quia nec tunc iſtos protoplaſtos ad voluntatem * dilecti ſubegit; immò neque invitos, neque ignorantes quid Deus nollet: vtique enim nolebat fieri, cùm admiſſo mortem deſtinabat. Ita diaboli opus vnum eſt, tentare quod in te eſt, an velis: at vbi voluiſti, ſequitur, vt & ſibi ſubiungat, non operatus in te voluntatem, ſed nactus occaſionem voluntatis.

[a] Iob. 1. 21.
Eccli. 15. 18.
Gen. 3. 5.
* delicti.

CAPVT III.

Apoſtolus Nuptias, indulgentiam dixit; dicens, melius eſſe nubere, quàm vri; quod malè Tertullianus interpretatur, docens. Bonas tantùm eſſe Nuptias in comparatione mali; ſicut melius eſt vno oculo carere, quàm duobus.

In p. ad m. V. Dei voluntas, 1. In m. ad f. V. Nuptiæ quatenus bonæ, 1. Et V. Nuptiæ 2. probroſæ, 1.

IGITVR quum ſolum ſit in nobis velle, & in hoc probetur noſtra erga Deum mens, an ea velimus, quæ cum voluntate ipſius faciant; altè, & impreſsè recogitandam eſſe dico Dei voluntatem, quid etiam in occulto velit. Quæ enim in manifeſto, ſcimus omnes, eaque ipſa qualiter in manifeſto ſint, perſpiciendũ eſt. Nam etſi quædam videntur voluntatem Dei ſapere, dum à Deo permittuntur, non ſtatim omne quod permittitur, ex mera & tota voluntate procedit eius qui permittit. Ex indulgentia eſt, quodcumque permittitur; quæ etſi ſine voluntate non eſt, quia tamen aliquam habet cauſam in illo cui indulgetur, quaſi dè invita venit voluntate, paſſa cauſſam ſui, quæ cogit voluntatem. Vide qualis ſit voluntas, cuius alter eſt cauſa. Secunda item ſpecies conſideranda eſt, non puræ voluntatis. Vult nos Deus agere quædam placita ſibi, in quibus non indulgentia patrocinatur, ſed diſciplina dominatur. Si tamen alia iſtis præpoſuit, vtique quæ magìs vult, dubiumnè eſt ea nobis ſectanda eſſe, quæ mavult; quum quæ minus vult, quia alia magìs vult, perinde habenda ſint atque ſi nolit? Nam oſtendens quid magìs velit, minorem voluntatem maiore delevit: quantòque notitiæ tuæ vtramque propoſuit, tantò definiit; id te ſectari debere, quod declaravit ſe magìs velle. Ergo ſi ideo declaravit, vt id ſecteris quod magis vult, ſine dubio niſi ita facis, contra voluntatem eius ſapis, ſapiendo contra potiorem eius voluntatem; magìſque offendis, quàm

1. Cor. 7. 6.

quàm promereris, quod vult quidem faciendo, & quod mavult reſpuendo. Ex parte delinquis; ex parte, ſi non delinquis, non tamen promereris. Porro & promereri nolle, delinquere, eſt. Secundum igitur matrimonium, ſi eſt ex illa Dei voluntate, quæ indulgentia vocatur, negabimus meram voluntatem, cui indulgentia eſt cauſa; ſi
1. Cor. 7. 6. ex ea, cui potior alia præponitur, continentiæ magis appetendæ, didicerimus non potiorem à potiore reſcindi. Hæc præſtrinxerim, vt iam Apoſtoli voces decurram. In primis autem non videbor irreligioſus, ſi, quod ipſe profitetur, animadvertam; omnem illum indulgentiam nuptiarum dè ſuo, id eſt, dè humano ſenſu, non dè divino
a 1. Cor. 7. 8. 9. præſcripto induxiſſe. Nam & quum dè viduis, & innuptis definijt [a] *vti nubant, ſi continere non poſſunt, quia melius ſit nubere, quàm vri*, converſus ad alteram ſpeciem, [b] *Nuptis*
b Ibid. 10. *autem denuntio*, inquit, *non quidem ego, ſed Dominus*. Ita oſtendit, ex tralatione perſonæ ſuæ in Dominum, id quod ſuprà dixerat, non ex Domini perſona, ſed ex ſua pronuntiaſſe, *Melius eſt nubere, quàm vri*. Quæ vox licet ad eos pertineat, qui innupti, vel vidui à fide deprehenduntur; quia tamen omnes eam ad nubendi licentiam amplectuntur, velim pertractare, quale bonum oſtendat, quod melius eſt pœna; quod non poteſt videri bonum, niſi peſſimo comparatum; vt ideo bonum ſit nubere, quia deterius eſt ardere. Bonum ita eſt, ſi perſeveret nomen obtinens ſine comparatione, non dico mali, ſed etiam boni alterius; vt & ſi bono alij comparatur, & alio adumbratur, nihilominus remaneat in boni nomine. Cæterùm, ſi per mali conditionem cogitur bonum dici, non tam bonum eſt, quàm genus mali inferioris, quod à ſuperiore malo obſcuratum ad nomen boni impellitur. Aufer denique conditionem comparationis, vt non dicas, *Melius eſt nubere, quàm vri*; & quæro, an dicere audeas, *Melius eſt nubere*; non adjiciens quid ſit id quod melius eſt. Ergo quod non melius, vtique nec bonum; quia abſtuliſti & removiſti conditionem comparationis, quæ dum melius illud facit, ita bonum haberi cogit, *Melius eſt nubere, quàm vri*; ſic accipiendum eſt, quomodo melius eſt vno oculo, quàm duobus carere: ſi tamen à comparatione diſcedas, non erit melius vnum oculum habere, quia nec bonum. Nemo igitur captet ex hoc capitulo defenſionem, quod propriè ad innuptos & viduos ſpectat, quibus nulla adhuc conjunctio numeratur: quamquam oſtenderim etiam illis intelligendam eſſe permiſſi conditionem.

CAPVT IV.

Apoſtolus exemplo ſuo vellet omnes eſſe continentes, beatiorem quoque dicit in caſtitate perſeverantem.

In p. V. Nuptiæ vt bonæ, 1. A. p. ad vltram. In Alphab. Errorum. V. Nuptiæ, 19.

a 1. Cor. 7. 27. CÆTERÙM, dè ſecundo matrimonio, ſcimus planè Apoſtolum pronuntiaſſe, [a] *Solutus es ab vxore, nè quæſieris vxorem: ſed ſi duxeris, non delinquis*. Perinde tamen & huius ſermonis ordinem, *dè conſilio ſuo*, non dè divino præcepto introducit. Multum au-
b 1. Cor. 7. 25. tem intereſt inter Dei præceptum, & conſilium hominis. [b] *Præceptum Domini*, inquit, *non habeo; ſed conſilium do, quaſi miſericordiam conſecutus à Domino fidelis eſſe*. Cæterùm, neque in Evangelio, neque in ipſius Pauli Epiſtolis, ex præcepto Dei invenias permiſſam matrimonij ſeparationem. Vnde vnum habendum confirmatur; quia quod à Domino permiſſum non invenitur, id ignoſcitur. Adde quod & hæc ipſa humani conſilij interiectio, quaſi iam recogitationem exceſſus ſui paſſa, ſtatim ſe refrenat & revocat, quum
c Ibid. 28. & 29. ſubiungit, [c] *Veruntamen huiuſmodi, preſſuram carnis habebunt*; quum parcere ſe eis dicit;
c Ibid. quum tempus in collectum eſſe adjicit, quo [c] *oporteat etiam habentes matrimonia pro non habentibus agere*: quum ſollicitudinem nuptorum & innuptorum committit. Per hæc enim docens, cur non expediat nubere, diſſuadet ab eo quod ſuprà indulſerat. Et hoc dè primo matrimonio; quantò magìs dè ſecundo? Quum verò nos ad exemplum ſuum horta-
Ibid. 7. tur, vtique oſtendens quid nos velit eſſe, id eſt continentes, pariter declarat quid nos eſſe nolit, id eſt incontinentes. Ita & ipſe quum aliud vult, id quod non vult nec ſpontè nec veritate permittit. Si enim vellet, non permiſiſſet, immò imperaſſet. Sed
d Ibid. 39. ecce rurſus, [d] *Mulierem marito defuncto dicit nubere poſſe, ſi cui velit, tantùm in Domino. At-*
e Ibid. 40. *enim fælicior erit*, inquit, *ſi ſic permanſerit ſecundùm meum conſilium. Puto* [e] *autem, & ego Dei Spiritum habeo*. Videmus duo conſilia, quo ſuprà nubendi veniam facit, & quo poſtmodum continentiam nubendi indicit. Cui ergo, inquis, adſentabimur? Inſpice & lege. Quum veniam facit, hominis prudentis conſilium adlegat. Quum continentiam indicit, Spiritus ſancti conſilium adfirmat. Sequere admonitionem cui divinitas patrocinatur. Spiritum quidem Dei etiam fideles habent; ſed non omnes fideles Apoſtoli.
f Ibid. Quum ergo qui ſe fidelem dixerat, adjecit poſtea, [f] *Spiritum Dei ſe habere*, quod nemo dubitaret

dubitaret etiam dè fideli; idcirco id dixit, vt ſibi Apoſtoli faſtigium redderet. Proprìè enim Apoſtoli Spiritum ſanctum habent in operibus prophetiæ, & efficacia virtutum, documentiſque linguarum, non ex parte, quod cæteri. Ita Spiritus ſancti auctoritatem ad eam ſpeciem adire fecit, cui nos magìs obſequi voluit; & factum eſt iam non conſilium divini Spiritus, ſed pro eius maieſtate, præceptum.

CAPVT V.

Deus vnicam Adæ dans vxorem, vnius Chriſti & Eccleſiæ Monogamiam delineavit.

In p. ad vltra m. V. Eccleſia, 3. A. m. ad circa f. in Alphab. Errorum V. Nuptiæ, 20. In f. V. Monogamia, 1.

AD legem ſemel nubendi dirigendam, ipſa origo humani generis patrocinatur,
conteſtans quid Deus in primordio conſtituerit, in formam poſteritati recenſen-
dam. Nam quum hominem figulaſſet, eique parem neceſſariam proſpexiſſet, vnam Gen.2.21.
de coſtis eius mutuatus, vnam illi fœminam finxit; quum vtique nec artifex, nec ma-
teria defeciſſet: plures coſtæ in Adam, & infatigabiles manus in Deo, ſed non plures
vxores apud Deum: & ideo homo Dei Adam, & mulier Dei Eva, vnis inter ſe nuptiis
functi, formam hominibus Dei, dè originis auctoritate, & prima Dei voluntate ſanxe-
runt. Denique, [a] *Erunt duo*, inquit, *in carne vna*; non tres, neque quatuor. Alioquin, [a] Ibid. 24.
iam non vna caro, nec duo in vnam carnem. Tunc erunt ſi conjunctio, & concretio
in vnitatem ſemel fiat. Si verò rurſus aut ſæpius, iam vna eſſe deſiit; & erunt non duo
in vnam carnem, ſed vna planè coſta in plures. At quum Apoſtolus [b] *in Eccleſiam, & Chriſtum interpretatur, Erunt duo in vnam carnem*; ſecundùm ſpiritales nuptias Eccleſiæ & [b] Epheſ.5.31, 32.
Chriſti; vnus enim Chriſtus, & vna eius Eccleſia: agnoſcere debemus duplicatam &
exaggeratam eſſe nobis vnius matrimonij legem, tam ſecundùm generis fundamentum,
quàm ſecundùm Chriſti ſacramentum. Dè vno matrimonio cenſemur vtrubique, & Gen.4.19.
carnaliter in Adam, & ſpiritaliter in Chriſto. Duarum nativitatum, vnum eſt mono- Gen.16.3.
gamiæ præſcriptum. In vtraque degenerat, qui dè monogamia exorbitat. Numerus Gen.29.27. & ſeq.
matrimonij à maledicto viro cœpit. Primus Lamech duabus maritatus, tres in vnam Gen.30.26.
carnem effecit.

CAPVT VI.

Tempore iam ad exitum mundi properante, iam obſoleſcere cœpit illud Geneſis indictum, Creſcite & multiplicamini.

In p. ad m. V. Monogamia, 1. In f. V. Vltio, 2.

SED & benedicti, inquis, Patriarchæ non modò pluribus vxoribus, verùm etiam
concubinis, conjugia miſcuerunt. Ergo propterea nobis quoque licebit, innume-
rùm nubere? Sanè licebit, ſi adhuc typi, futuri alicuius ſacramenta, ſuperſunt, quos
nuptiæ tuæ figurent; vel ſi etiam nunc locus eſt vocis illius, [a] *Creſcite, & multiplicamini*; [a] Gen.1.28.
id eſt, ſi nondum alia vox ſupervenit, [b] *Tempus iam in collecto eſſe; reſtare vt & qui vxores* [b] 1.Cor.7.29.
habent, tanquam non habentes agant: vtique enim continentiam indicens, & compeſcens
concubitum, ſeminarium generis, abolefecit [c] *Creſcite*, illud, *& multiplicamini*. Vt opinor [c] Gen.1.28.
autem vnius & eiuſdem Dei, vtraque pronuntiatio, & diſpoſitio eſt; qui tum quidem
in primordio ſementem generis emiſit, indultis conjugiorum habenis, donec mundus
repleretur, donec novæ diſciplinæ materia proficeret: nunc verò ſub extremitatibus
temporum, compreſſit quod emiſerat, & revocavit quod indulſerat: non ſine ratione
prorogationis in primordio, & paſtinationis in vltimo. Semper initia laxantur. Pro-
pterea ſylvam quis inſtituit, & creſcere ſinit, vt tempore ſuo cædat. Sylva erit vetus
diſpoſitio, quæ ab Evangelio novo deputatur, in quo & [d] *ſecuris ad radices arboris poſita.* [d] Matth 3.10.
Sic & [e] *Oculum pro oculo, & dentem pro dente*, iam ſenuit; ex quo iuvenuit, [f] *Malum pro* [e] Exo.21.24.
malo nemo reddat. Puto autem etiam in humanas conſtitutiones, atque decreta, poſte- [f] Rom.12.17.
riora priſtinis prævalere.

CAPVT VII.

Vtriuſque teſtamenti Sacerdotes, debent eſſe Monogami.

In p. V. Monogamia, 13. Et V. Vltio, 2. Circa m. V. Ordo ſacer. 2. In m. V. Eccleſia, 1. Et in Alph. Errorum. V. Eccleſia in tribus, 1. In f. in Alphab. Errorum. V. Nuptiæ, 21.

CVR autem dè priſtinis exemplis non ea potius agnoſcamus, quæ, cùm poſterioribus communicant, dè diſciplina & forma vetuſtatis, ad novitatem tranſmittunt? Ecce enim in veteri lege animadverto caſtratam licentiam ſæpius nubendi.

a Leuit.21.14 Cautum in Leuitico: *a Sacerdotes mei non plus nubunt.* Poſſum dicere, etiam illud plus eſſe, quod ſemel non eſt. Quod non vnum eſt, numerus eſt. Denique, poſt vnum, incipit numerus. Vnum autem eſt, omne quod ſemel eſt. Sed Chriſto ſeruabatur, ſicut in cæteris, ita in iſto quoque legis plenitudo. Inde igitur apud nos plenius, atque inſtructius præſcribitur, vnius matrimonij eſſe oportere, qui alleguntur
1. Tim.3.3. in ordinem ſacerdotalem. Vſque adeò quoſdam memini digamos loco dejectos.
Tit.1.6. Sed dices: Ergo cæteris licet quos excipit. Vani erimus, ſi putauerimus quod ſacerdotibus non liceat, laïcis licere. Nonnè & laïci, ſacerdotes ſumus? Scriptum eſt,
b Apoc.1.6. *b Regnum quoque nos, & ſacerdotes Deo & Patri ſuo fecit.* Differentiam inter Ordinem, & Plebem, conſtituit Eccleſiæ auctoritas, & honor per Ordinis conſeſſum ſanctificatus: adeò vbi eccleſiaſtici ordinis non eſt conſeſſus, & offers, & tinguis, & ſa-
Matth.18.20. cerdos es tibi ſolus. Sed vbi tres, eccleſia eſt, licet laïci. Vnuſquiſque enim ſua fide
c Rom.2.11. viuit: *c nec eſt perſonarum acceptio apud Deum; quoniam non auditores legis iuſtificantur à*
13. *Deo, ſed factores*, ſecundùm quod & Apoſtolus dicit. Igitur ſi habes ius ſacerdotis in temetipſo, vbi neceſsè eſt, habeas oportet etiam diſciplinam ſacerdotis, vbi neceſsè ſit habere ius ſacerdotis. Digamus tinguis? Digamus offers? Quantò magìs laïco digamo capitale eſt, agere pro ſacerdote, quum ipſi ſacerdoti digamo facto, auferatur agere ſacerdotem? Sed neceſſitati, inquis, indulgetur. Nulla neceſſitas excuſatur, quæ poteſt non eſſe. Noli denique digamus deprehendi, & non committis in neceſſitatem adminiſtrandi, quod non licet digamo. Omnes nos Deus ita vult diſpoſitos
d Epheſ.4.5. eſſe, vt vbique ſacramentis eius obeundis apti ſimus. *d Vnus Deus, vna fides*, vna & diſciplina. Vſque adeò niſi & laïci ea obſeruent, per quæ presbyteri adleguntur, quomodo erunt presbyteri, qui de laïcis adleguntur? Ergo pugnare debemus antè laïcum iuſſum, à ſecundo matrimonio abſtinere, dum presbyter eſſe non alius poteſt, quàm laïcus ſemel fuerit maritus.

CAPVT VIII.

Eſto, liceat nuptias repetere: id tamen non expedit.

In p. V. Voluntas humana, 2. Per totum. In Alphab. Errorum nuptiæ, 21. in m. Et in m. V. Nuptiæ ſecundæ probroſæ, 2.

a 1. Cor.6.12. LICEAT nunc denuò nubere, ſi omne quod licet, bonum eſt. Idem Apoſtolus exclamat, *a Omnia licent, ſed non omnia proſunt.* Quod non prodeſt, oro te, bonum poteſt dici? Si licita ſunt & quæ non pro ſalute, ergo & quæ non bona ſunt, licita ſunt. Quid autem magìs velle debebis, quod ideo bonum eſt, quia licet, an quod ideo quia prodeſt? Multum exiſtimo eſſe inter licentiam, & vtilitatem. Dè bono non dicitur, licet; quia bonum permitti non exſpectat, ſed adſumi. Permittitur autem quod an bonum ſit, in dubio eſt, quod poteſt etiam non permitti, ſi non habeat aliquam ſui cau-
1. Cor.7.2.9. ſam primam. Propter incontinentiæ periculum, permittitur nubere ſecundò: quia niſi licentia alicuius non bonæ rei ſubjaceret, non eſſet in quo probaretur qui diuinæ voluntati, & qui ſuæ poteſtati, obſequeretur: quis noſtrûm vtilitatis præſentiam ſectetur, & quis occaſionem licentiæ amplexetur. Licentia plerunque tentatio eſt diſciplinæ, quoniam diſciplina per tentationem probatur, tentatio per licentiam operatur.
b 1. Cor. 6.12. Ita fit, vt *b omnia liceant, ſed non omnia expediant*; dum tentatur cui permittitur, & iudi-
1. Cor.9.5. catur, dum in permiſſione tentatur. Licebat & Apoſtolis nubere, & vxores circumducere: licebat & dè Euangelio ali: ſed qui iure hoc vſus non eſt in occaſionem, ad exemplum nos ſuum prouocat; docens in eo eſſe probationem, in quo licentia experimentum abſtinentiæ præſtruxit.

CAPVT IX.

Apoſtolo teſte, bonum eſt homini, mulierem non tangere.

In p. ad vltra m. in Alphab. Errorum. V. Nuptiæ, 21. in f.

a 1. Cor.7.32. SI penitus ſenſus eius interpretemur, non aliud dicendum erit ſecundum matrimonium, quàm ſpecies ſtupri. Quum enim dicat, *a maritos hoc in ſollicitudine habere, quemadmodum ſibi placeant*; non vtique dè moribus: (nam bonam ſollicitudinem non ſugillaret) & dè cultu, & ornatu, & omni ſtudio formæ, ad inlecebras moliendas ſollicitos intelligi velit; dè forma autem, & cultu placere, carnalis concupiſcentiæ ingenium ſit, quæ etiã ſtupri cauſa eſt; ecquid videtur tibi ſtupri adfine eſſe ſecundũ matrimoniũ,
b Matth.5.28. quoniam ea in illo deprehẽdo quæ ſtupro cõpetunt? Ipſe Dominus, *b Qui viderit*, inquit,

mulierem ad concupiſcendum, iam ſtupravit eam in corde ſuo. Qui autem eam ad ducendum viderit, minus, an plus fecit? Quid ſi etiam duxerit? quod non faceret, niſi & ad ducendum concupiſſet, & ad concupiſcendum vidiſſet. Niſi ſi poteſt duci vxor, quam non videris, nec concupieris. Multum ſanè intereſt, maritus, an cœlebs aliam concupiſcat. Omnis mulier, etiam cœlibi alia eſt, quandiu aliena; nec per aliud tamen fit marita, niſi per quod & adultera. Leges videntur matrimonij, & ſtupri, differentiam facere, per diverſitatem illiciti, non per conditionem rei ipſius. Alioquin quæ res & viris, & fœminis omnibus adeſt ad matrimonium & ſtuprum? commixtio carnis ſcilicet, cuius concupiſcentiam Dominus ſtupro adæquavit. Ergo, inquis, iam & primas, id eſt, vnas nuptias deſtruis. Nec immeritò, quoniam & ipſæ ex eo conſtant, quo & ſtuprum. Ideo [c] *optimum eſt homini mulierem non attingere*, & ideo virginis principalis ſanctitas, quia caret ſtupri adfinitate. Et cùm hæc etiam de primis & vnis nuptiis, prætendi ad cauſam continentiæ poſſint, quantò magis ſecundo matrimonio recuſando præiudicabunt? Gratus eſto, ſi ſemel tibi indulſit Deus nubere: gratus autem eris, ſi iterum indulſiſſe illum tibi neſcias. Cæterùm, abuteris indulgentia, cùm ſine modeſtia vteris. Modeſtia à modo intelligitur. Non tibi ſufficit de ſummo illo immaculatæ virginitatis gradu, in ſecundum recidiſſe nubendo, ſed in tertium adhuc devolveris, & in quartum, & fortaſſis in plures, poſtquàm in ſecunda ſtatione continens non fuiſti: quia nec prohibere plures nuptias voluit, qui dè ſecundis provocandis retractavit. Nubamus igitur quotidie, & nubentes ab vltimo die deprehendamur; tanquam Sodoma, & Gomorra: quo die, [d] *Væ illud ſuper prægnantes* adimplebitur, id eſt, ſuper maritos, & incontinentes: de nuptiis enim vteri, & vbera, & infantes.

[c] 1. Cor. 7. 1.
[d] Matth. 24: 19.

CAPVT X.

Continentia neceſſaria eſt Chriſtiano, cui aſſidua eſt oratio neceſſaria.

In p. ad m V. Viduitas, 4. In m. ad f. V. Orationis conditiones, 5.

ET quando finis nubendi? Credo poſt finem vivendi. Renuntiemus carnalibus, vt aliquando ſpiritalia fructificemus. Rape occaſionem, etſi non exoptatiſſimam; attamen opportunam, non habere cui debitum ſolueres, & à quo exolueteris. Deſiiſti eſſe debitor. O te felicem! dimiſiſti debitorem: ſuſtine damnum. Quid ſi, quod diximus damnum, lucrum ſentias? Per continentiam enim negotiaberis magnam ſubſtantiam ſanctitatis; parſimonià carnis, ſpiritum adquires. Recogitemus enim ipſam conſcientiam noſtram, quam alium ſe homo ſentiat, cùm fortè à ſua fœmina ceſſat: ſpiritaliter ſapit. Si orationem facit ad Dominum, propè eſt cœlo. Scripturis incumbit; totus illic eſt. Si pſalmum canit, placet ſibi. Si dæmonem adjurat, confidit ſibi. Ideo Apoſtolus temporalem purificationem, orationum commendandarum cauſâ adjecit; vt ſciremus, quod ad tempus prodeſt, ſemper nobis exercendum eſſe, vt ſemper proſit. Quotidie, omni momento oratio hominibus neceſſaria eſt, vtique & continentia, poſt quam oratio neceſſaria eſt. Oratio dè conſcientia procedit: ſi conſcientia erubeſcat, erubeſcit oratio. Spiritus deducit orationem ad Deum: ſi ſpiritus reus apud ſe ſit, conſcientiæ erubeſcentis, quomodo audebit orationem ducere ab illa, de qua erubeſcente, & ipſe ſuffunditur ſanctus miniſter? Etenim eſt prophetica vox veteris Teſtamenti; [a] *Sancti eritis, quia Deus ſanctus*: & rurſus, [b] *Cum ſancto ſanctificaberis, & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus.* Debemus enim ita ingredi in diſciplina Domini, vt dignum eſt, non ſecundùm carnis calentes concupiſcentias. Ita enim & Apoſtolus dicit, quòd [c] *ſapere ſecundùm carnem, mors ſit; ſecundùm ſpiritum verò ſapere, vita æterna ſit in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Si hæc obfuſio, etiam quum in vnis nuptiis res carnis exercetur, Spiritum ſanctum avertit, quantò magis quum in ſecundo matrimonio agitur?

[a] Leuit. 11. 44
[b] Pſal. 17. 26.
[c] Rom. 8. 6:

CAPVT XI.

Pudendum dicit ſimul apud Deum orare, prò defuncta vxore, & nova nupta, per Sacerdotem Monogamum, circumdatum virginibus, & viduis.

In p. V. Orationis conditiones, 5. In m. V. Purgatorij pœnæ, 2.

DVPLEX enim rubor eſt; quia in ſecundo matrimonio, duæ vxores eundem circunſtant maritum; vna ſpiritu, alia in carne: neque enim priſtinam poteris odiſſe, cui etiam religioſiorem reſervas affectionem, vt iam receptæ apud Dominum; pro cuius ſpiritu poſtulas, pro qua oblationes annuas reddis. Stabis ergo ad Dominum cum tot vxoribus, quot in oratione commemoras? & offeres pro duabus? & commen-

dabis illas duas per ſacerdotem dè monogamia ordinatum, aut etiam dè virginitate ſancitum? circumdatum virginibus, ac vniviris? & aſcendet ſacrificium tuum libera fronte? & inter cæteras voluntates bonæ mentis, poſtulabis tibi, & vxori caſtitatem?

CAPVT XII.

Fruſtra obtenduntur à renuptaris vitæ neceſſaria aliunde ſubminiſtranda, & liberorum ſuſceptio magis onerosa quàm conſolatoria.

Per totum. V. Viduitas, 5. A. m. V. Homicidium, 1.

SCio quibus cauſationibus coloremus inſatiabilem carnis cupiditatem: prætendimus neceſſitates adminiculorum, domum adminiſtrandam, familiam regendam, loculos, claves cuſtodiendas, lanificium diſpenſandum, victum procurandum, curas communiendas. Scilicet ſolis maritorum domibus benè eſt. Pereunt cœlibum familiæ, res ſpadonum, fortunæ militum, aut peregrinantium ſine vxoribus. Non enim nos

1. Tim. 5. 4. & milites ſumus? eò quidem maioris diſciplinæ, quantò tanti imperatoris: Non & nos

1. Cor. 5. 6. peregrinantes in iſto ſæculo ſumus? cur autem ita diſpoſitus es, ô Chriſtiane, vt ſine vxore non poſſis? Nunc & conſors onerum domeſticorum neceſſaria eſt. Habe aliquam vxorem ſpiritalem: adſume dè viduis, fide pulcram, paupertate dotatam, ætate ſignatam. Bonas nuptias feceris. Huiuſmodi vxores, etiam plures haberi, Deo gratum eſt. Sed poſteritatem recogitant Chriſtiani, quibus craſtinum non eſt. Hæredes Dei ſervus deſiderabit, qui ſemetipſum de ſæculo exhæredavit? Et ideo quis repetat matrimonium, ſi dè priſtino non habeat liberos? Habebit itaque hoc primum, vt diutius

Philipp. 1. 53. velit vivere, ipſo Apoſtolo feſtinante ad Dominum? certè expeditiſſimus in perſecutionibus, conſtantiſſimus in martyriis, promptiſſimus in communicationibus, temperantiſſimus in acquiſitionibus: poſtremò ſecutus morietur, relictis filiis forſitan qui illi parentent. Nunquid ergo huiuſmodi & reipublicæ proſpectu aguntur, nè civitates deficiant, ſi ſuboles non exerceantur; nè leges, nè iura, nè commercia delabantur, nè templa derelinquantur; nè non ſint qui adclament, Chriſtianis leonem. Hæc enim audire deſiderant, qui filios quærunt. Sufficiant ad conſilium viduitatis vel iſta, præcipuè apud nos, importunitas liberorum, ad quos ſuſcipiendos, legibus compelluntur homines; quia ſapiens quique nunquam libens filios deſideraſſet. Quid ergò facies ſi nonam vxorem dè tua conſcientia impleveris? diſſolvas medicaminibus conceptum? Puto nobis non magìs licere naſcentem nocere, quàm natum. Sed fortaſſe illo tempore prægnantis vxoris, remedium tantæ ſollicitudini à Deo petere audebis, quod in te poſitum recuſaſti. Aliquam, opinor, ſterilis proſpicietur, iam vel frigidioris ætatis. Satìs conſultè, & in primis fideliter. Nullam enim credidimus Deo volente ſterilem, aut anum enixam: quod adeò magìs evenire poteſt, ſi quis præſumptione huius providentiæ ſuæ, Dei æmulationem provocarit. Scimus denique quendam ex fratribus, quum propter filiam ſuam, ſecundu matrimonio ſterilem captaſſet vxorem, tam iterum patrem ſactum, quàm & iterum maritum.

CAPVT XIII.

Monogamiam confirmat, Ethnicorum exemplis, & viduarum, quæ ab Eccleſia Diaconiſſæ ordinantur, & Deo nuptæ pudoris filiæ conſecrantur.

In p. V Monogamia, 12. A. p. ad m. V. Caſtitatis cuſtodia, 9. Circa f. V. Caſtitatis excellentia, 4.

AD hanc meam cohortationem, frater dilectiſſime, accedunt etiam ſæcularia exempla, quæ ſæpè nobis etiam in reſtimonio poſita ſunt, quum quid bonum, & Déo placitum ab extraneis quoque agnoſcitur, & teſtimonio oneratur. Denique, monogamia apud Ethnicos ita in ſummo honore eſt, vt & virginibus legitimè nubentibus vnivira pronuba adhibeatur; & ſi auſpicij cauſa, vtique boni auſpicij eſt. Item, vt in quibuſdam ſolennibus, & officiis, prior ſit vniviræ locus. Certè Flaminica nonniſi vnivira eſt, quæ & Flaminis lex eſt. Nam cùm ipſi Pontifici maximo iterare matrimonium non licet, vtique Monogamiæ gloria eſt: cùm autem Dei ſacramenta Satanas adſectat, provocatio eſt noſtra; immò ſuffuſio, ſi pigri ſumus ad continentiam Deo exhibendam; quam diabolo quidam præſtant, nunc virginitate, nunc viduitate perpetua. Novimus virgines Veſtæ, & Iunonis, apud Achaïæ oppidum, & Apollinis, apud Epheſos, & Minervæ quibuſdam locis. Novimus & continentes viros, & quidem Tauri illius Ægyptij antiſtites. Fæminas verò Cereri Africanæ; cui etiam ſponte abdicato matrimonio adſeneſcunt, averſantes exinde contactum maſculorum, vſque ad

oſcula filiorum. Invenit ſcilicet diabolus, poſt luxuriam, etiam caſtitatem perditricem, quò magìs reus ſit Chriſtianus, qui caſtitatem recuſaverit conſervatricem. Erunt nobis in teſtimonium, & fœminæ quædam ſæculares, ob vniviratus obſtinationem, famam conſequutæ. Aliqua Dido, quæ profuga in alieno ſolo, vbi nuptias regis vltro optaſſe debuerat, nè tamen ſecundas experiretur, maluit è contrario *vri quàm nubere:* vel illa Lucretia, quæ etſi ſemel per vim, & invita, alium virum paſſa eſt, ſanguine ſuo maculatam carnem abluit, nè viveret iam non ſibi inivita. Plura exempla curioſius dè noſtris invenias, & quidem tantò potiora, quantò facilius eſt vivere in caſtitate, quàm pro ea mori: hoc eſt, animæ id bonum miſceri, quàm non vivendo ſeparari. Quanti igitur, & quantæ in Eccleſiaſticis ordinibus dè continentia cenſentur, qui Deo nubere maluerunt, qui carnis ſuæ honorem reſtituerunt, quique ſe iam illius ævi filios dicaverunt, occidentes in ſe concupiſcentiam libidinis, & totum illud quod intra paradiſum non potuit admitti? Vnde præſumendum eſt hos, qui intra paradiſum recipi volent, tandem debere ceſſare ab ea re, à qua paradiſus intactus eſt.

Q. SEPTIMII FLOR. TERTVLLIANI DE CORONA.

IN LIBRVM DE CORONA MILITIS.

ARGVMENTVM.

Cùm Lucius Septimius Severus pater, & Marcus Aurelius Antoninus Caracalla filius, liberatiter Donativum militibus diſpenſarent; vnus inter milites Chriſtianus, expoſtulatus à Tribuno, Donativum Cæſarum ſingulis ex Ordine diſpenſante, quid cauſæ eſſet, vt ſolus inter milites Lauream Caſtrenſem capite geſtantes, manu ipſe præferret; hic ſe Chriſtianum eſſe reſpondens, cui Religionis cauſa coronatum incedere non liceret; ſuo purpuratus ſanguine in carcerem conijcitur. De quo cùm variæ iactarentur ſententiæ, quaſi ſolus inter tot commilitones hocce facto videri geſtiſſet Chriſtianus; Tertullianus occaſionem arripuit, hoc Libro fuſiſſimè probare, inlicitum eſſe Chriſtianis capitibus coronari. Scripſit autem cùm eſſet Romæ iuxta Pamelium, idque Anno Chr. ducenteſimo nono, Zephyrini decimo. Severi decimoſexto. Baro. autem, Victoris octavo; Severi ſeptimo, vult ſcriptum.

CAPVT PRIMVM.

Præmiſſam hiſtoriam liberalitatis Imperatorum, & facti militis coronam manu & non capite geſtantis, eiuſque carcerationem bellè deſcribit.

In p. V. Miles, 2. In m. V. Iudicium temerarium, 2. A. m. V. Paſtor, 2. Et in Alphab. Errorum. V. Fuga in perſeq. 2. In f. V. Corona, 5.

PRoximè factum eſt. Liberalitas præſtantiſſimorum imperatorum expungebatur in caſtris: milites laureati adibant: quidam illic magìs Dei miles, cæteris conſtantior fratribus, qui ſe [a] *duobus dominis ſervire poſſe* præ- [a] Matth. 6.24
ſumpſerant, ſolus libero capite, coronamento in manu otioſo, vulgato Luc. 16.13.
iam & iſtâ diſciplinâ Chriſtiano, relucebat. Singuli deſignare, & ludere eminus, infrendere cominus: murmur Tribuno defertur: & perſona iam ex ordine

deceſſerat. Statim tribunus, Cur, inquit, tam diverſus habitu? Negavit ille ſibi cum cæteris licere. Cauſas expoſtulatus, Chriſtianus ſum, reſpondit. O militem glorioſum in Deo! Suffragia exinde, & res ampliata, & reus ad Præfectos. Ibidem graviſſi-
Exo.3.5. Matth.26.52 mas penulas poſuit, relevari auſpicatus: ſpeculatoriam moroſiſſimam de pedibus abſoluit, terræ ſanctè inſiſtere incipiens: gladium nec dominicæ defenſioni neceſſarium
b Epheſ.6.14. & ſeq. reddidit: laurea & de manu corruit: & nunc ruſſatus ſanguinis ſui ſpe, *b calceatus de Evangelij paratura, ſuccinctus acutiore verbo Dei* totus de Apoſtolo armatus, & de martyrij candida melius coronandus, donativum Chriſti in carcere expectat. Exinde ſententiæ ſuper illo, neſcio, an Chriſtianorum, non enim aliæ ethnicorum, vt de abrupto, & præcipiti, & mori cupido, qui de habitu interrogatus, nomini negotium fecerit: ſolus ſcilicet fortis, inter tot fratres commilitones ſolus Chriſtianus. Planè ſupereſt vt etiam martyria recuſare meditentur, qui prophetias eiuſdem Spiritus ſancti reſpuerunt. Muſſitant denique, Tam bonam & longam pacem periclitari. Nec dubito quoſdam
c Matth.10.23 ſcripturas emigrare, ſarcinas expedire, *c fugæ accingi de ciuitate in ciuitatem.* Nullam enim aliam Evangelij memoriam curant. Novi & paſtores eorum, in pace leones, in prœlio ceruos. Sed de quæſtionibus confeſſionum alibi docebimus. At nunc quatinus & illud opponunt, Vbi autem prohibemur coronari? hanc magis localem ſubſtantiam cauſæ præſentis adgrediar, vt & qui ex ſollicitudine ignorantiæ quærunt, inſtruantur: & qui in defenſionem delicti contendunt revincantur, ipſi vel maximè Chriſtiani laureati, quibus id ſolum quæſtio eſt; quaſi aut nullum, aut incertum ſaltem, haberi poſſit delictum quod patiatur quæſtionem. Nec nullum autem, nec incertum, hinc interim oſtendam.

CAPVT II.

Conſuetudinem fidelium invaluiſſe, ne quis inter eos coronatus incederet: proindeque hunc vſum tranſgredi nefas eſſe, nec quærendam eſſe curioſè, huius ſancti vſus rationem.

In p. V. Corona, 5. A. m. ad f. V. Traditio, 5.

NEMINEM dico fidelium coronam capite noſſe aliàs, extra tempus tentationis eiuſmodi. Omnes ita obſervant, à catechumenis, vſque ad confeſſores, & martyras, vel negatores. Videris vnde auctoritas moris, de qua nunc maximè quæritur. Porro cùm quæritur, cur quid obſervetur, obſervari interim conſtat. Ergo nec nullum nec incertum videri poteſt delictum, quod committitur in obſervationem ſuo iam vindicandam nomine, & ſatis auctoratam conſenſus patrocinio: planè, vt ratio quærenda
a 2. Cor.13.10 ſit: ſed ſalva obſervatione: *a nec in deſtructionem eius, ſed in ædificationem potius:* quò magis obſerves, cùm fueris etiam de ratione ſecurus. Quale eſt autem, vt tunc quis in quæſtionem provocet obſervationem, cùm ab ea excidit? & tunc requirat vnde habuerit obſervationem, cùm ab ea deſiit? quando etſi ideo velit videri ad quæſtionem vocare, vt oſtendat ſe non deliquiſſe in obſervationis deſtitutione, nihilominus deliquiſſe eum conſtet retro in obſervationis præſumptione. Si enim non deliquit hodie ſuſcepta corona, deliquit aliquando recuſata. Et ideo non ad eos erit iſte tractatus, quibus non competit quæſtio, ſed ad illos qui ſtudio diſcendi, non quæſtionem deferunt, ſed conſulta-
Eſa.7.9. tionem. Nam & ſemper quæritur de iſto, & laudo fidem quæ ante credidit obſervandum eſſe, quàm didicit. Et facilè eſt ſtatim exigere, vbi ſcriptum ſit, nè coronemur. At enim vbi ſcriptum eſt, vt coronemur? Expoſtulantes enim ſcripturæ patrocinium in parte diverſa, præiudicant ſuæ quoque parti ſcripturæ patrocinium adeſſe debere. Nam ſi ideo dicetur coronari licere, quia non prohibeat ſcriptura, æquè retorquebitur, ideo coronari non licere, quia ſcriptura non iubeat. Quid faciet diſciplina? vtrumque recipiet? quaſi neutrum prohibitum ſit? An vtrumque reijciet, quaſi neutrum præceptum ſit? Sed quod non prohibetur, vltro permiſſum eſt. Immò prohibetur, quod non vltro eſt permiſſum.

CAPVT III.

Traditiones non ſcriptas, ſed vſu receptas, tenendas eſſe, quales ſunt in baptiſmatis, & Euchariſtiæ Sacramentis, oblatione pro mortuis, & natalitijs; de crucis in fronte ſignaculo, de non ieiunando in die Dominico.

Per totum. V. Traditio, 5. A. p. V. Baptiſmi cerimoniæ, 3. A m. V. ad Euchariſtiam diſpoſitio, 7. Et V. Purgatorij pœnæ, 4. In f V. Crux, 17.

ET quamdiu per hanc lineam ſerram reciprocabimus, habentes obſervationem inveteratam, quæ præveniendo ſtatum fecit? Hanc ſi nulla ſcriptura determinavit, certè conſuetudo corroboravit, quæ ſine dubio de traditione manavit. Quomodo enim

vſurpari quid poteſt, ſi traditum prius non eſt? Etiam in traditionis obtentu exigenda eſt, inquis, auctoritas ſcripta. Ergo quæramus, an & traditio niſi ſcripta non debeat recipi? Planè negabimus recipiendam, ſi nulla exempla præiudicent aliarum obſervationum, quas ſine vllius ſcripturæ inſtrumento, ſolius rraditionis titulo, & exinde conſuetudinis patrocinio vindicamus. Denique vt à baptiſmate ingrediar, Aquam adituri ibidem, ſed & aliquantò prius in eccleſia ſub antiſtitis manu conteſtamur nos renuntiare diabolo, & pompæ, & angelis eius: dehinc ter mergitamnr, amplius aliquid reſpondentes, quàm Dominus in Evangelio determinavit: inde ſuſcepti, lactis, & mellis concordiam prægustamus: exque ea die, lavacro quotidiano per totam hebdomadem abſtinemus. Euchariſtiæ ſacramenrum, & in rempore victus, & omnibus mandatum à Domino, etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu quàm præſidentium ſumimus. Oblationes pro defunctis, pro natalitiis annua die facimus. Die Dominico ieiunium nefas ducimus; vel de geniculis adorare. Eadem immunitate à die Paſchæ in Pentecoſten vſque gaudemus. Calicis, aut panis etiam noſtri, aliquid decuti in terram terram anxiè patimur. Ad omnem progreſſum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum, ad calciatum, ad lavacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quacumque nos converſatio exercet, frontem crucis ſignaculo terimus.

CAPVT IV.

Præmiſſarum obſervationum vſu, conſtat traditionem non ſcriptam recipiendam eſſe, quæ conſuetudine confirmatur, etiam pro lege in civilibus rebus recipi ſolita. Hoc caput tranſcripſit Iſidorus lib. 5. Etym. cap. 3.

Per totum. V. Traditio, 5. circa m.

HARVM, & aliarum huiuſmodi diſciplinarum ſi legem expoſtules ſcripturarum,
nullam invenies: traditio tibi prætendetur auctrix, conſuetudo confirmatrix, &
fides obſervatrix. Rationem traditioni, & conſuetudini, & fidei patrocinaturam aut
ipſe perſpicies, aut ab aliquo qui perſpexerit, diſces: interim non nullam eſſe credes,
cui debeatur obſequium. Adjicio vnum adhuc exemplum, quatinus & de veteribus
docere conveniet. Apud Iudæos tam ſolennè eſt fœminis eorum velamen capitis, vt
inde noſcantur. Quæro legem. Apoſtolum differo. Si Rebecca conſpecto procul 1. Cor. 11. 5. 10
ſponſo velamen invaſit, privatus pudor legem facere non potuit, aut cauſæ ſuæ fecerit. Gen. 24. 64.
Tegantur virgines ſolæ, & hoc nuptum venientes, nec antè quàm cognoverint ſponſos.
Si & Suſanna in iudicio revelata, argumentum velandi præſtat, poſſum dicere, & hîc Dan. 13. 32. &
velamen arbitrij fuit: rea venerat, erubeſcens de infamia ſua, meritò abſcondens de- ſeq.
corem, vel quia timens iam placere. Cæterùm in ſtadio mariti, non putem velatam
deambulaſſe, quæ placuit. Fuerit nunc velata ſemper: in ipſa quoque legem habitus
requiro, vel in quacumque alia. Si legem nuſquam reperio, ſequitur vt traditio con-
ſuetudini morem hunc dederit, habiturum quandoque Apoſtoli auctoritatem ex inter-
pretatione rationis. His igitur exemplis renuntiatum erit, poſſe etiam non ſcriptam
traditionem in obſervatione defendi, confirmatam conſuetudine, idonea teſte pro-
batæ tunc traditionis, ex perſeverantia obſervationis. Conſuetudo autem etiam in ci-
uilibus rebus pro lege ſuſcipitur, cùm deficit lex: nec differt, ſcriptura, an ratione con-
ſiſtat, quando & legem ratio commendet. Porro ſi ratione lex conſtat, lex erit omnè
iam quod ratione conſtiterit, à quocumque productum. An non putas, omni fideli li-
cere concipere, & conſtituere, dumtaxat quod Deo congruat, quod diſciplinæ condu-
cat, quod ſaluti proficiat, dicente Domino: [a] *Cur autem non & à vobis ipſis quod iuſtum eſt* [a] Luc. 12. 57.
iudicatis? & non de iudicio tantùm, ſed de omni ſententia rerum examinandarum.
Dicit & Apoſtolus: [b] *Si quid ignoratis, Deus vobis revelabit:* ſolitus & ipſe conſilium [b] Philip 3. 15.
ſubminiſtrare, cùm præceptum Domini non habebat: & quædam edicere à ſemetipſo,
ſed & [c] *ipſe ſpiritum Dei habens deductorem omnis veritatis.* Itaque conſilium, & edictum [c] 1. Cor. 7. 40.
eius, divini iam præcepti inſtar obtinuit, de rationis divinæ patrocinio. Hanc nunc Io. 16. 13.
expoſtula, ſalvo traditionis reſpectu, quocumque traditore cenſetur: nec auctorem
reſpicias, ſed auctoritatem, & in primis conſuetudinis ipſius; quæ propterea colenda
eſt, nè non ſit rationis interpres: vt ſi & hanc Deus dederit, tunc diſcas, non an obſer-
uanda ſit tibi conſuetudo, ſed cur major efficitur ratio Chriſtianarum obſervationum,
cùm illas etiam natura defendit, quæ prima omnium diſciplina eſt. Ideoque hæc prima
præſcribit, coronam capiti non convenire.

CAPVT V.

Chriſtianam obſervationem de non coronando capite, natura ipſa, & author eius Deus, tuetur & docet.

Per totum. V. Corona, 1.

PVTO autem naturæ dominus Deus noſter eſt, qui figuravit hominem: & fructibus rerum appetendis, iudicandis, conſequendis certos in eo ſenſus ordioavit, per propria membrorum quodammodo organa. Auditum in auribus fodit, viſum in oculis accendit, guſtum in ore concluſit, odoratum in naribus ventilavit, contactum in manibus extimavit. Per hæc exterioris hominis admioiſtrantia, munerum divinorum ab anima deducuotur adſenſus. Quis igitur fructus ex floribus? ſubſtantia enim propria, certè præcipua, coronarum, flores agri. Aut odor, ioquis, aut cólor, aut pariter vtrumque. Qui erunt ſenſus coloris, & odoris? viſus opinor, & odoratus. Iſtos ſenſus quæ membra ſortita ſunt? oculi, niſi fallor, & nares. Vtere itaque floribus viſu, & odoratu, quorum ſenſuum fructus eſt. Vtere per oculos, & nares, quorum ſenſuum membra ſunt. Subſtantia tibi à Deo tradita eſt, habitus à ſeculo: quamquam nec habitus extraordinarius ordinario vſui obſtrepit. Hoc ſint tibi flores, & inſerti, & innexi, & in filo, & in ſcirpo, quod liberi, quod ſoluti: ſpectaculi ſcilicet, & ſpiraculi res. Coronam ſi fortè faſcem exiſtimas florum per ſeriem compreheoſorum, vt plures ſimul portes, vt omnibus pariter vtaris, iam verò & in ſinum conde, ſi tanta munditia eſt: in lectulum ſparge, ſi tanta mollitia eſt: & in poculum crede, ſi tanta innocentia eſt: tot modis fruere, quot & ſentis. Cæterùm io capite quis ſapor floris? qui coronæ ſenſus? niſi vinculi tantùm: quo neque culor cernitur, neque odor ducitur, nec teneritas commendatur. Tam contra naturam eſt florem capite ſectari, quàm cibum aure, quàm ſonum nare. Omne autem quod contra naturam eſt, monſtri meretur notam penes omnes, penes nos verò etiam elogium ſacrilegij io Deum, naturæ dominum & auctorem.

CAPVT VI.

Lex naturalis à Deo eſt, in naturalibus tabulis ſcripta.

In p. V. Corona, 1. In f. V. Corona, 12.

QVæRIS igitur Dei legem? habes communem iſtam in publico mundi, in naturalibus tabulis, ad quas, & Apoſtolus ſolet provocare: vt cùm in velamine feminæ
[a] 1. Cor. 11. 14 [a] *Nec natura vos*, inquit, *docet?* vt cùm ad Romanos, [b] *Naturâ facere dicens Nationes ea*
[b] Rom. 2. 14. *quæ ſunt legis*; & legem oaturalem ſuggerit, & naturam legalem. Sed & in priore
[c] Rom. 1. 26. epiſtola, [c] *naturalem vſum conditionis, in non naturalem maſculos, & fæminas inter ſe demutaſſe affirmans ex retributione erroris in vicem pœnæ*, vtique naturali vſui patrocinatur. Ipſum Deum ſecundùm naturam prius novimus, & Deum appellantes deorum, & bonum præſumentes, & iudicem invocantes: quæris, an conditioni eius fruendæ oatura nobis debeat præire, ne illâ rapiamur, qua Dei æmulus vniverſam conditionem certis vſibus,
[d] Rom. 8. 20. homini mancipatam, cũ ipſo homine corrupit, vnde eam & Apoſtolus [d] *invitam ait vanitati ſuccidiſſe* vanis primùm vſibus, tum turpibus, & iniuſtis, & impijs, ſubverſam? Sic itaque & circa voluptates ſpectaculorum infamata conditio eſt, ab eis, qui naturâ quidem, Dei omnia ſentiunt, ex quibus ſpectacula inſtruuntur, ſcientiâ autem deficiunt illud quoque intelligere, omnia eſſe à diabolo mutata. Sed & huic materiæ propter ſuaviludios noſtros Græco quoque ſtilo ſatisfecimus.

CAPVT VII.

Coronarum vſus, origine ipſa prohibetur, cùm à Dijs inventas eas ſcribat Claudius Saturninus, Libro de Coronis.

Per totum. V. Corona, 12.

PROINDE coronarij iſti agnoſcant interim naturæ auctoritatem communis ſapientiæ nomine, quà homines; ſed propriæ religionis pignora, qoà Deum oaturæ de proximo colentes: atque ita, velut ex abundanti, cæteras quoque rationes diſpiciant, quæ noſtro privatim capiti coronamentis, & quidem omnibus, interdicunt. Nam & vrgemur à communione naturalis diſciplinæ, converti ad proprietatem Chriſtianæ totam iam defendendam, per cæteras quoque ſpecies coronarum, quæ aliis vſibus proſpectæ videntur, vt aliis ſubſtantiis ſtructæ; nè quia non ex floribus cooſtant, quorum vſum natura ſignavit (vt ipſa hæc laurea militaris) non credantur admittere ſectæ interdictionem,

tionem, quia evaſerint naturæ præſcriptionem. Video igitur & curioſius & plenius
agendum ab originibus, vſque ad profectus & exceſſus rei. Literæ ad hoc ſeculares ne-
ceſſariæ: de ſuis enim inſtrumentis ſecularia probari neceſſe eſt. Quantulas attigi,
credo ſufficient. Si fuit aliqua Pandora, quam primam feminarum memorat Heſio-
dus, hoc primum caput coronatum eſt à Charitibus, cùm ab omnibus muneraretur;
vnde Pandora. Nobis verò Moyſes propheticus non poëticus paſtor, principem femi-
nam Evam facilius pudenda foliis, quàm tempora floribus, incinctam deſcribit. Nulla
ergo Pandora. Sed & de mendacio erubeſcenda eſt coronæ origo. Iam nunc & de ve-
ritatibus ſuis. Certè enim Græcos fuiſſe conſtat auctores rei, vel illuminatores. Sa-
turnum Pherecides ante omnes refert coronatum, Iovem Diodorus poſt devictos Tita-
nas. Dat & Priapo tænias idem; & Ariadnæ ſertum ex auro & Indicis gemmis: Vul-
cani opus, Liberi munus: ac poſtea ſidus. Iunoni vitem Callimachus induxit. Ita &
Argis ſignum eius palmite redimitum, ſubiecto pedibus eius corio leonino, inſultantem
oſtentat novercam de exuuiis vtriuſque privigni. Hercules nunc populum capite præ-
fert, nunc oleaſtrum, nunc apium. Habes tragœdiam Cerberi, habes Pindarum, atque
Callimachum, qui & Apollinem memorat interſecto Delphyne dracone, lauream in-
duiſſe. Liberum, eundem apud Ægyptios Oſirin Harpocration induſtria hederatum
argumentatur, quòd hederæ natura ſit cerebrum ab heluco defenſare. Sed & aliàs
Liberum principem coronæ planè laureæ, in qua ex Indis triumphavit etiam vulgus
agnoſcit, cum dies in illum ſolennes, Magnam appellat coronam. Si & Leonis Ægy-
ptii ſcripta evolvas, prima Iſis repertas ſpicas capite circumtulit, rem magìs ventris.
Plura quærentibus, omnia exhibebit præſtantiſſimus in hac quoque materia commen-
tator Claudius Saturninus. Nam eſt illius de Coronis liber, & origines, & cauſas, &
ſpecies, & ſolennitates earum ita ediſſerens, vt nullam gratiam floris, nullam lætitiam
frondis, nullum ceſpitem, aut palmitem, non alicuius capiti invenias conſecratum.
Quo ſatis inſtruamur; quàm alienum iudicare debeamus coronati capitis inſtitutionem,
ab eis prolatam, & in eorum deinceps honorem diſpenſatam, quos ſęculum deos cre-
didit. Si enim mendacium divinitatis diabolus operatur in hac etiam ſpecie, à primor-
dio mendax, ſine dubio, & eos ipſe proſpexerat, in quibus id mendacium divinitatis
ageretur. Quale igitur habendum eſt apud homines veri Dei, quod à candidatis dia-
boli introductum, & ipſis à primordio dicatum eſt, quodque iam tunc idololatriæ ini-
tiabatur ab idolis, & idolis adhuc vivis? ᵃ *non quaſi aliquid ſit idolum, ſed quoniam quæ* ᵃ 1.Cor.10.19
idolis alij faciunt ad dæmones pertinent. Porro ſi quæ alij idolis faciunt ad dæmones perti-
nent, quantò magis quod ipſa ſibi idola fecerunt, cùm adviverent? Ipſi ſcilicet ſibi pro-
curaverunt dæmones, per eos in quibus eſurierunt ante quod procuraverunt.

CAPVT VIII.

*Si quæ ſunt quæ in communibus, aut Dei rebus pariter cùm Gentilibus vſurpamus; his tantum
vtimur in neceſſarijs vitæ, aliàs reſpuimus.*

Per totum. V. Chriſtianus, 26.

TENE interim hanc fidem, dum incurſum quæſtionis excutio. Iam enim audio
dici: Et alia multa ab eis prolata, quos ſęculum deos credidit; tamen in noſtris
hodie vſibus, & in priſtinorum ſanctorum, & in Dei rebus, & in ipſo Chriſto depre-
hendi, non aliàs ſcilicet hominem functo, quàm per communia illa iſta inſtrumenta ex-
hibitionis humanæ. Planè ita ſit, nec antiquius adhuc in origines diſceptabo. Primus
litteras Mercurius enarraverit; neceſſarias confitebor & commerciis rerum, & noſtris
erga Deum ſtudiis. Sed & ſi nervos idem in ſonum ſtrinxit, non negabo & hoc inge-
nium cum ſanctis feciſſe, & Deo miniſtraſſe, audiens David. Primus medelas Æſcula-
pius exploraverit; memini & Eſaiam Ezechiæ languenti aliquid medicinale mandaſſe.
Scit & Paulus ᵃ *ſtomacho vinum modicum prodeſſe.* Sed & Minerva prima molita ſit navem; ᵃ Eſa.38.21.
videbo navigantem Ionam, & Apoſtolos. Plus eſt, quod & Chriſtus veſtietur: habebit 1.Tim.5.23.
etiam penulam Paulus. Si & vniuſcuiuſque ſupellectilis, & ſingulorum vaſculorum Ionæ 1.3.
aliquem ex diis ſęculi auctorem nominant, agnoſcant neceſſè eſt & recumbentem in Luc 8.22. &
lectulo Chriſtum, & cùm pelvem diſcipulorum pedibus offert, & cùm aquam ex vrceo ſeq.
ingerit, & cùm linteo circunſtringitur, propria Oſiridis veſte. Huiuſmodi quæſtioni Act 14.4.
ſic vbique reſpondeo, admittens quidem vtenſilium communionem, ſed provocans 2. Tim. 4.13.
eam ad rationalium, & irrationalium diſtinctionem, quia paſſivitas fallit, obumbrans Io. 13. 4. & ſeq.
corruptelam conditionis, quà ᵇ *ſubiecta eſt vanitati.* Dicimus enim ea demum & noſtris, ᵇ Rom. 8. 20.

& ſuperiorum vſibus, & Dei rebus, & ipſi Chriſto competiſſe, quæ meras vtilitates, & certa ſubſidia, & honeſta ſolatia neceſſariis vitæ humanæ procurant: vt ab ipſo Deo inſpitata credantur ptiore proſpectore, & inſtructore, & oblectatore, ſi fortè, hominis ſui. Quæ verò hunc ordinem exceſſerint: ea non convenire vſibus noſtris, præſertim quæ, propter ea ſcilicet, nec apud ſeculum, nec in Dei rebus, nec in converſationibus Chriſti recognoſci eſt.

CAPVT IX.

Nullus Dei miniſter, princeps, iudex, legitur fuiſſe coronatus; nec ipſum templum, arca, &c. quibus figurabatur, nullum Dei ſervum coronandum, niſi quomodo Chriſtus coronatus eſt.

In p. V. Corona, 4. In m. V. Chri. paſſio, 12. Io f. V. Corona, 3.

3. Reg. 6 1. & ſeq. QVis denique Patriarches, quis Prophetes, quis Levites, aut Sacerdos, aut Archon, quis vel poſtea Apoſtolus, aut Evangelizator, aut Epiſcopus invenitur corona-
3. Reg 8. 1. tus? Puto nec ipſum Dei templũ, nec arca teſtamenti, nec tabernaculum martyrij, nec
1. Eſdræ 5. 3. & ſeq. altare, nec candelabrum: quibus vtique & in prima dedicationis ſolennitate, & in ſecunda reſtitutionis gratulatione competiſſet coronari, ſi dignum Deo eſſet. Atquin ſi
1. Cor. 10 6. figuræ noſtræ fuerunt, *a* (*nos enim ſumus, & templa Dei*, & altaria, & luminaria, & vaſa,)
a 1. Cor. 3. 16. 17. hoc quoque figuratè portendebant, homines Dei coronari non oportere. Imagini ve-
Math. 27. 26 ritas reſpondere debebit. Si forſitan opponis ipſum Chriſtum coronatum, ad hoc breuiter interim audies: Sic & tu coronare: licitum eſt. Tamen nec illam impietatis contumelioſæ coronam populus conſcivit. Romanorum militum commentum fuit, ex vſu
1. Eſdræ 2. 65. rei ſæcularis, quem populus Dei nec publicæ vnquam lætitiæ, nec ingenitæ luxuriæ nomine admiſit; facilius cum tympanis & tibiis & pſalteriis revertens de captivitate Ba-
b Exo. 32. 6. byloniæ, quàm cum coronis: *b & poſt cibum, & potum, exurgens ad ludendum* ſine coronis. Nam neque lætitiæ deſcriptio, neque luxuriæ denotatio, de coronæ decore, aut dede-
c Eſa. 5. 12. core tacuiſſet: adeo & Eſaïas, *c Quoniam*, inquit, *cum tympanis, & tibiis & pſalteriis bibunt vinum*: dicturus eſſet etiam cum coronis, ſi vnquam hic vſus fuiſſet in Dei rebus.

CAPVT X.

Chriſtiani ſervi Dei viventis, coronari non debent; cùm mortui, Idola, eorumque fores, hoſtiæ, Aræ, Sacerdotes, coronentur.

In p. ad circa f. V. Corona, 7. In m. V. Chriſtianus, 27. A. m. V. Occaſio. Circa f. V. Corona, 13.

ITA cùm idcirco proponis, deorum ſæcularium ornamenta, etiam apud Deum deprehendi, vt inter hæc coronam quoque capitis communi vſui vindices; ipſe tibi iam præſcribis non habendum in communionem vſus, quod non inveniatur in Dei rebus. Quid enim tam indignum Deo, quàm quod dignum idolo? Quid autem tam dignum idolo, quàm quod & murtuo? Nam & mortuorum eſt ita coronari: quoniam & ipſi idola ſtatim fiunt, & habitu, & cultu conſecrationis, quæ apud nos ſecunda idololatria eſt. Igitur qui ſenſu careant, illorum erit perinde vti ea re, cuius careant ſenſu, atque ſi abuti ea vellent, ſi ſenſu non carerent. Nulla verò diſtantia eſt abutendi, cùm veritas ceſſat vtendi, ceſſante natura ſentiendi; Qua vult quis abutatur, cùm non ha-
1. Cor 7. 31. beat qua vtatur? Nobis autem abuti apud Apoſtolum non licet, facilius non vti docentem: niſi quòd nec abutuntur qui nihil ſentiunt: ſed vacat totum, & eſt ipſum quoque opus mortuum, quantùm in idolis: vivum planè quantùm in dæmoniis, ad quæ
a Pſal. 113. 4. pertinet ſuperſtitio. *a Idola nationum*, inquit David, *argentum & aurum: oculos habent, nec vident: nares, nec odorantur: manus, nec contrectant.* Per hæc enim floribus frui eſt. Quòd ſi tales edicit futuros, qui idola fabricantur, tales iam ſunt qui ſecundùm idolo-
b Tit. 1. 15. rum ornatum quid vtuntur. *b Omnia munda mundis; ita & immunda omnia immundis:* nihil autem immundius idolis. Cæterùm ſubſtantiæ mundæ, vt Dei res, & hac ſua conditione communes vſui: ſed ipſius vſus adminiſtratio intereſt. Nam & ego mihi gallinacium macto, non minus quàm Æſculapio Socrates: & ſi me odor alicuius loci offenderit, Arabiæ aliquid incendo: ſed non eodem ritu, nec eodem habitu, nec eodem apparatu, quo agitur apud idola. Si enim verbo nudo conditio polluitur, vt Apoſto-
c 1. Cor. 10. 28 lus docet: *c Si quis autem dixerit; hoc idolothytum eſt, ne contigeris:* multò magis cùm ſaltitaveris habitu, & ritu, & apparatu idolothytorum, contaminatur. Ita & corona idolothytum efficitur. Hoc enim ritu, & habitu, & apparatu idolo immolatur auctoribus ſuis: quorum eo vel maximè proprius eſt vſus, nè in communionem

poſſit admitti, quod in Dei rebus non invenitur. Propterea Apoſtolus inclamat : [d] *Fu-* [d] Ibid. 14.
gite idololatriam: omnem vtique & totam. Recogita ſilvam, & quantæ latitant ſpinæ.
Nihil dandum idolo, ſic nec ſumendum ab idolo. [e] *Si in idolio recumbere alienum eſt à fide,* [e] 2. Cor. 6. 15.
quid in idoli habitu videri? *quæ communio Chriſto & Beliæ!* & ideo fugite. Longum enim
divortium mandat ab idololatria; in nullo proximè agendum. Draco etiam terrenus
de longinquo homines ſpiritu abſorbet. Altius Ioannes, [f] *Filioli,* inquit, *cuſtodite vos* [f] 1. Io. 5. 21.
ab idolis: Non iam ab idololatria quaſi ab officio, ſed ab idolis, id eſt ab ipſa effigie eo-
rum. Indignum enim vt imago Dei vivi, imago idoli & mortui fias. Vſque adhuc pro-
prietatem iſtius habitus & ex originis cenſu, & ex ſuperſtitionis vſu idolis vindicamus, Baruch. 6. 9.
ex eo præterea, quòd dum in rebus Dei non refertur, magis magiſque imago illorum
deputatur, in quorum & antiquitatibus, & ſolennitatibus, & officiis convenitur. Ipſæ
denique fores, & ipſæ hoſtiæ, & aræ, ipſi miniſtri, & ſacerdotes eorum coronantur.
Habes omnium collegiorum ſacerdotalium coronas apud Claudium. Sed & illam in-
terſtruximus diſtinctionem differentiæ rationalium, & irrationalium, eis occurrentem,
qui communionem in omnibus, de quorundam exemplorum occaſione defendunt.
Ad hanc itaque partem cauſas iam ipſas coronarias inſpici ſupereſt, vt dum oſtendimus
extraneas, immò & contrarias diſciplinæ, nullam earum rationis patrocinio fultam
probemus, quò poſſit habitus huiuſmodi, vſus quoque communioni vindicari: etſi
ſunt quidam, quorum exempla nobis objectantur.

CAPVT XI.

Cùm coronarum cauſa ſint prœlia & victoriæ; militia in Gentilium caſtris, non convenit Chriſtianis.

In p. ad m. V. Militia, 3. Circa f. V. Excuſatio, & V. Officium, 2. Inf. V. Militia, 4.

ETENIM, vt ipſam cauſam coronæ militaris aggrediar, puto prius conquirendum,
an in totum Chriſtianis militia conveniat. Quale eſt alioquin de accidentibus re-
tractare, cùm à præcedentibus culpa ſit? Credimuſne humanum ſacramentum divino
ſuperduci licere, & in alium dominum reſpondere poſt Chriſtum? & ejerare patrem, Matth 10. 37.
ac matrem, & omnem proximum, quos & Lex honorari, & poſt Deum diligi præcipit, Exo 20. 12.
quos & Evangelium ſolo Chriſto pluris non faciens, ſic quoque honoravit? Licebit in Leuit. 19. 18.
gladio converſari, Domino pronuntiante, [a] *Gladio periturum, qui gladio fuerit vſus?* Et [a] Matth. 26. 52.
prœlio operabitur filius pacis, cui nec litigare conveniet? Et vincula, & carcerem, & 1. Cor 6. 6.
tormenta & ſupplicia adminiſtrabit, nec ſuarum vltor injuriarum? Iam ſtationes, aut Matth 5. 9. 39.
aliis magis faciet quàm Chriſto? aut & Dominico die, quando nec Chriſto? & excu-
babit pro templis, quibus renuntiavit? & cœnabit illic, vbi Apoſtolo non placet? & 1. Cor. 8. 12.
quos interdiu exorciſmis fugavit, noctibus defenſabit, incumbens & requieſcens ſuper
pilum, quo perfoſſum eſt latus Chriſti? vexillum quoque portabit æmulum Chriſti? Io 19. 34.
& ſignum poſtulabit à principe, qui iam à Deo accepit? mortuus etiam tuba inquieta-
bitur æneatoris, qui excitari à tuba angeli expectat? & cremabitur ex diſciplina caſ-
trenſi Chriſtianus, cui cremare non licuit; cui Chriſtus merita ignis indulſit? Quanta
alia in delictis circunſpici poſſunt caſtrenſium munium, tranſgreſſioni interpretanda?
Ipſum de caſtris lucis in caſtra tenebrarum nomen deferre, tranſgreſſio eſt. Planè ſi
quos militia præventos fides poſterior invenit, alia conditio eſt, vt illorum quos Ioannes
admittebat ad lavacrum; vt Centurionum fideliſſimorum, quem Chriſtus probat, & Luc. 3. 16.
quem Petrus catechizat: dum tamen ſuſcepta fide, atque ſignata, aut deſerendum ſta- Matth. 8. 5. & ſeq.
tim ſit, vt à multis actum: aut omnibus modis cavillandum, nè quid adverſus Deum
committatur, quæ nec ex militia permittuntur; aut noviſſimè perpetiendum pro Deo, Act 10. 34.
quod æquè fides pagana condixit. Nec enim delictorum impunitatem, aut martyriorum
immunitatem militia promittet. Nuſquam Chriſtianus aliud eſt. Vnum evangelium,
& idem Ieſus: [b] *negaturus omnem negatorem, & confeſſurus omnem confeſſorem Dei: & ſalvam* [b] Matth. 10. 33. 39.
facturus animam pro nomine eius amiſſam, perditurus autem de contrario adverſus nomen eius
lucri habitam. Apud hunc tam miles eſt, paganus fidelis; quàm paganus eſt, miles in-
fidelis. Non admittit ſtatus fidei neceſſitates. Nulla eſt neceſſitas delinquendi, quibus
vna eſt neceſſitas non delinquendi. Nam & ad ſacrificandum, & directò negandum,
neceſſitate quis premitur tormentorum ſive pœnarum: tamen nec illi neceſſitati diſci-
plina connivet: quia potior eſt neceſſitas timendæ negationis, & obeundi martyrij,
quàm evadendæ paſſionis, & implendi officij. Cæterùm ſubvertit totam ſubſtantiam
ſacramenti cauſatio eiuſmodi, vt etiam voluntariis delictis fibulam laxet. Nam & vo-
luntas, poterit neceſſitas contendi, habens ſcilicet vnde cogatur, vel ipſam præſtruxe-

rim & ad cæteras officialium coronarum cauſas, quibus familiariſſima eſt advocatio neceſſitatis: cùm idcirco aut officia ſugienda ſint, ne in delictis incidamus; aut & martyria toleranda ſint, vt officia rumpamus. De prima ſpecie quæſtionis etiam militiæ ipſius illicitæ, plura non faciam, vt ſecunda reddatur, nè ſi omni ope expulero militiàm, fruſtra iam de corona militari provocarim. Puta denique licere militiam, vſque ad cauſam coronæ.

CAPVT XII.

Coronæ Laurea, myrtea, oleacea, ſive in diſpenſatione donativi, ſive ſolemnibus Cæſarum, ſive Caſtrenſes, ſivæ munificæ, ſive in triumpho dentur; non congruunt Chriſtianis.

Per totum. V. Militia, 4.

SED & de corona prius dicamus. Laurea iſta, Apollini, vel Libero ſacra eſt: illi, vt deo telorum; huic, vt deo triumphorum. Sic docet Claudius, cùm & myrto ait milites redimiri ſolere. Veneris enim myrtum, matris Æneadarum, etiam amiculæ Martis, per Iliam & Romulos, Romani. Sed ego Venerem non credo ex hac parte cum Marte Romanam, qua pellicis dolor eſt. Quum & olea militia coronatur, ad Minervam eſt idololatria, armorum æquè deam: ſed & paci cum Neptuno initæ, ex hac arbore coronatam. In his erit ſerti militaris ſuperſtitio polluta & polluens, omniaque iam polluentur & cauſis. Ecce annua votorum nuncupatio quid videtur? Prima in principiis, ſecunda in capitoliis. Accipe poſt loca, & verba. TVNC TIBI IVPITER BOVE CORNIBVS AVRO DECORATIS VOVIMVS ESSE FVTVRVM. Cuius ſententiæ vox eſt? vtique negationis. Etiamſi tacet illic Chriſtianus ore, coronatus capite reſpondit. Eâdem laureâ in donativi diſpenſatione denuntiatur planè
a Matth. 26. 15. non gratuita idololatria, [a] *aliquibus aureis venditans Chriſtum, vt argenteis Iudas.* Hoc
erit, [b] *Non poteſtis Deo ſervire & mammonæ:* mammonæ manum tradere, & à Deo ab-
b Matth 6. 24 ſiſtere? Hoc erit, [c] *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ Dei Deo:* nec hominem
c Matth. 22. 21. Deo reddere, & denarium Cæſari auferre? Triumphi laurea foliis ſtruitur, an cadaveribus? lamnis ornatur, an buſtis? vnguentis delibuitur, an lacrimis coniugum & matrum? fortaſſe quorundam & Chriſtianorum: & apud barbaros enim Chriſtus. Qui hanc portaverit in capite cauſam, nonne & ipſe oppugnavit? Eſt & alia militia regiarum familiarum. Nam & caſtrenſes appellantur, munificæ & ipſæ ſolennium Cæſarianorum. Sed & tu proinde miles ac ſervus alterius es: & ſi duorum, Dei & Cæſaris, certè tunc non Cæſaris, cum te Deo debes, etiam in communibus, credo, potiori.

CAPVT XIII.

Coronæ Laureæ publicorum ordinum, Aureæ Magiſtratuum, Hetruſcæ, provinciales, quibus coronantur equi publici, vulgus in ſolemnitatibus municipalibus, & principalibus, in nuptijs ſponſæ, in manumiſſione ſervi, Agoniſticæ, Libitinæ, quibus denique ludus, Amphitheatra, ſpoliaria, lupanaria, piſtrina, carcer coronantur, Chriſtiano non conveniunt.

In p. V. Corona, 10. A p. V. Nuptiæ cum Infideli prohibitæ, 4. In m. V. Libertas, 1. A. m. V. Corona, 11. Et V. Corona, 6. A. m. ad f.

CORONANT & publicos ordines laureis publicæ cauſæ: magiſtratus verò inſuper aureis. Superferuntur etiam illis Hetruſcæ. Hoc vocabulum eſt coronarum, quas gemmis, & foliis ex auro quercinis ob Iovem inſigneis, ad deducendas thenſas cum palmatis togis ſumunt. Sunt & provinciales aureæ, imaginum iam, non virorum, capita maiora quærentes. Sed tui ordines, & tui magiſtratus, & ipſum curiæ nomen, Eccleſia
a Hebr. 12. 23. Apoc. 21. 27. eſt Chriſti. Illius es, [a] *conſcriptus in libris vitæ.* Illic purpuræ tuæ, ſanguis Domini: &
b Luc. 3. 9. clavus latus in cruce ipſius; illic [b] *ſecuris ad caudicem arboris poſita; illic virga ex radice*
Eſa. 11. 1. *Ieſſe.* Viderint & publici equi cum coronis ſuis. Dominus tuus, vbi ſecundum ſcrip-
c Matth 21. 2. turam [c] *Ieruſalem ingredi voluit, nec aſinum habuit privatum.* [d] *Iſti in curribus, & iſti in*
d Pſal. 19. 8. *equis, nos autem in nomine Domini Dei noſtri invocabimus.* Ab ipſo incolatu Babylonis illius
Apoc. 18. 14. in Apocalypſi Ioannis ſubmovemur, ne dum à ſuggeſtu. Coronatur & vulgus nunc
ex principalium proſperitatum exultatione, nunc ex municipalium ſolennitatum pro-
e 2. Cor. 5. 6. prietate: & eſt omnis publicæ lætitiæ luxuria captatrix. Sed tu [e] *peregrinus mundi huius,*
f Philip. 3. 20. *civis ſupernæ Ieruſalem.* [f] *Noſter*, inquit, *municipatus in cœlis.* Habes tuos cenſus, tuos faſ-
g Io. 16. 20. tos: nihil tibi cum gaudiis ſæculi; immò contrarium debes. [g] *Sæculum enim gaudebit,*
h Matth. 5. 5. *vos verò lugebitis.* Et puto, [h] *Felices*, ait, *lugentes*, non coronatos. Coronant & nuptiæ
Gen. 24. 3. ſponſos: ideo non nubamus ethnicis, ne nos ad idololatriam vſque deducant, à qua
i 1 Cor. 7. 39. apud illos nuptiæ incipiunt: habes legem à Patriarchis quidem, habes Apoſtolum [i] *in*

Domino nubere iubentem. Coronat & libertas ſecularis. Sed tu iam *redemptus es à Chriſto, & quidem magno.* [1. Cor. 6. 20.] Servum alienum, quomodò ſæculum manumittet? Et ſi libertas videtur, ſed & ſervitus videbatur. Omnia imaginaria in ſæculo, & nihil veri. Nam & tunc liber hominis eras, redemptus à Chriſto: & nunc ſervus es Chriſti, licet manumiſſus ab homine. [1. Cor. 7. 21. 22.] Si veram putes ſæculi libertatem, vt & corona conſignes, rediſti in ſervitutem hominis, quam putas libertatem: amiſiſti libertatem Chriſti, quam putas ſervitutem. Nunquid & agoniſticæ cauſæ diſputabuntur, quas ſtatim tituli ſui damnant? & ſacras, & funebres ſcilicet: hoc enim ſupereſt vt Olympius Iupiter, & Nemæus Hercules, & miſellus Archemorus, & Antinoüs inſelix in Chriſtiano coronentur, vt ipſe ſpectaculum fiat, quod ſpectate debet. Vniverſas (vt arbitror) cauſas enumeravimus: nec vlla nobiſcum eſt: omnes alienæ, proſanæ, illicitæ, ſemel iam in ſacramenti teſtatione ejeratæ. Hæ enim erant pompæ diaboli & angelorum eius, officia ſæculi, honores, ſolennitates, popularitates, falſa vota, humana ſervitia, laudes vanæ, glotiæ turpes: & in omnibus iſtis idololatria, in ſolo quoque cenſu coronarum quibus omnia iſta redimita ſunt. Præſabitur quidem Claudius etiam cœlum ſideribus apud Homeri carmina coronatum: certè à Deo, certè homini: igitur & homo ipſe à Deo coronandus eſt. Cæterùm à ſeculo coronantur & lupanaria, & latrinæ, & piſtrina, & carcer, & ludus, & ipſa amphitheatra, & ipſa ſpoliaria, ipſæque libitinæ. Quàm ſacerſanctus, quàmque honeſtus ac mundus ſit habitus iſte, noli de vno poëtico cœlo, ſed de totius mundi commerciis æſtimare. At enim Chriſtianus nec ianuam ſuam laureis inſamabit, ſi norit quantos deos etiam oſtiis diabolus affinxerit, Ianum à ianua, Limentinum à limine, Forculum & Cardam, à foribus & cardinibus, & apud Græcos Thyræum Apollinem, & Antelios dæmonas.

CAPVT XIV.

Cùm Chriſtus pro vtroque ſexu ſpinis fuerit coronatus, idololatriæ coronam fugere debet Chriſtianus.

In p. V. Corona, 6. A. p. V. Mulierum ornatus, 3. Et à. p ad f. V. Corona, 8. Et in m. V. Chr. paſſio, 18.

TANTÒ abeſt vt capiti ſuo munus inſerat idololatriæ, immò iam dixerim Chriſto, ſiquidem [a] *caput viri Chriſtus eſt*, [a 1. Cor. 11. 34.] tam liberum, quàm & Chriſtus: nè velamento quidem obnoxium, nedum obligamento. Porrò & quod obnoxium eſt velamento, caput fæminæ, hoc ipſo iam occupatum, non vacat etiam obligamento: habet humilitatis ſuæ ſarcinam. Si [b] *nudo capite videri non debet propter angelos*, [b 1. Cor. 11. 10.] multò magis coronato fortaſſe tunc illos coronatos ſcandalizaverit. Quid enim eſt in capite fæminæ corona, quàm formæ lena, quàm ſumma laſciviæ nota, extrema negatio verecundiæ, conflatio illecebræ? Propterea nec ornabitur operoſius mulier ex Apoſtoli proſpectu, vt nec *crinium artificio coronetur.* [1. Tim. 2. 9.] Qui tamen & [c] *viri caput eſt*, [c 1 Cor 11. 3.] & fæminæ facies, vir Eccleſiæ Chriſtus Ieſus, [Epheſ. 5. 23.] quale, oro te, ſertum pro vtroque ſexu ſubiit? ex ſpinis opinor & tribulis, [Matth 27. 29] in figuram delictorum, quæ nobis protulit terra carnis, abſtulit autem virtus crucis, omnem aculeum mortis in Dominici capitis tolerantia obtundens. Certè præter [Eſa. 53. 2. 3.] figuram, contumelia in promptu eſt, & turpitudo, & dedecoratio, & his implexa ſævitia; quæ tunc Domini tempora & fœdaverunt, & lancinaverunt: vti tu nunc laurea, & myrto, & olea, & illuſtri aliqua fronde, & quod magìs vſui eſt, centenariis quoque roſis de horto Midæ lectis, & vtriſque liliis, & omnibus violis coroneris, etiam gemmis forſitan, & auro, vt & illam Chriſti coronam æmuleris, quæ poſtea ei obvenit, quia & [d] *favos poſt fella guſtavit*; [d Luc. 24. 42.] nec antè rex gloriæ à cœleſtibus ſalutatus eſt, [Pſal. 23. 10.] quàm rex Iudæorum proſcriptus cruci; [Matth. 27. 37.] [e] *minoratus primò à patre modicum quid citra angelos, & ita gloria & honore coronatus.* [e Pſal. 8. 7.] Si ob hæc caput ei tuum debes, tale ſi potes ei repende, quale ſuum pro tuo obtulit: aut nec floribus coroneris, ſi ſpinis non potes: quia non floribus potes.

CAPVT XV.

Coronam vitæ Apoſtolo repoſitam, quam Seniores, Angelus & ipſe filius hominis geſtant, fidelis expectet.

Per totum. V. Corona, 8. Et in m. V. Chri. Elogia, 26.

SERVA Deo rem ſuam intaminatam. Ille eam, ſi volet, coronabit. Immò & vult. Denique invitat: [a] *Qui vicerit*, inquit, *dabo ei coronam vitæ.* [a Apoc. 2. 10.] *Eſto & tu fidelis, ad mortem. Decerta & tu bonum agonem, cuius* [b] *coronam & Apoſtolus repoſitam ſibi meritò confidit.* [b 2. Tim. 4. 7. 8.] Accipit & angelus victoriæ coronam procedens in candido equo, vt vinceret: [Apoc. 6. 2.] & alius

Apoc.10.1. & Iridis ambitu ornatur, cœleſti prato. Sedent & presbyteri coronati: eodemque auro &
4.3. ipſe Filius hominis ſupra nubem micat. Si tales imagines in viſione, quales veritates
Apoc.4.4. in repræſentatione? Illas aſpice, illas odora. Quid caput ſtrophiolo aut dracontario
Apoc.14.14. damnas, diademati deſtinatum? Nam & [e] *reges nos Deo & patri ſuo fecit Chriſtus Ieſus.*
e Apoc.1.6. Quid tibi cum flore morituro? Habes [d] *florem ex virga Ieſſe, ſuper quem tota divini ſpiritus*
d Eſa.11.1. *gratia requievit*, florem incorruptum, immarceſſibilem, ſempiternum: quem & bonus miles eligendo, in cœleſti ordinatione, dignatione profecit. Erubeſcite commilitones eius, iam non ab ipſo iudicandi, ſed ab aliquo Mithræ milite qui cùm initiatur in ſpeleo, in caſtris verè tenebrarum coronam interpoſito gladio ſibi oblatam, quaſi mimum martyrij dehinc capiti ſuo accommodatam, monentur obvia manu à capite pellere, & in humerum, ſi fortè, transferre, dicens, Mithran eſſe coronam ſuam: atque exinde nunquam coronatur, idque in ſignum habet ad probationem ſui, ſicubi tentatus fuerit de Sacramento: ſtatimque creditur Mythræ miles, ſi dejecerit coronam, ſi eam in Deo ſuo eſſe dixerit. Agnoſcamus ingenia diaboli, idcirco quædam de divinis affectantis, vt nos de ſuorum fide confundat & iudicet.

Q. SEPTIMII FLOR. TERTVLLIANI

DE CVLTV FEMINARVM, I.

IN LIBRVM PRIMVM DE CVLTV FEMINARVM.

ARGVMENTVM.

Hunc fœtum eſſe Tertulliani legitimum, tres Codices Vaticani manuſcripti teſtantur, & eiuſdem Author ipſe meminit Libro de Spectaculis. Scripſit autem occaſione exceſſus habitus muliebris, tam in cultu, quàm in ornatu; teſte Pamelio, An. Chri. ducenteſimo quinto; Zephyrini ſexto, Severi duodecimo. Sed computat aliter Baronius, prædictum Annum Chriſti, Zephyrini tertio, & Severi vndecimo coniungens.

CAPVT PRIMVM.

Mulieres docet luctui magis, & pœnitentiæ habitui ſtudere, quàm ornatui, ſi Evæ matris ignominiam recogitent, & mercedem modeſtiæ, & pœnitentiæ repoſitam in cœlis.

In p. ad m. V. Mulierum ornatûs, 1. A. m. ad f. V. Ornamenta veſtium & colorum, 1.

SI tanta in terris moraretur fides, quanta merces eius expectatur in cœlis, nulla omnino veſtrûm, Sorores dilectiſſimæ, ex quo Deum vivum cognoviſſet, & de ſua, id eſt, fœminæ conditione didiciſſet, lætiorem habitum, nè dicam glorioſiorem appetiſſet, vt nõ magìs in ſordibus ageret, & ſqualorem potius affectaret, ipſam ſe circumferens Evam lugentem & pœnitentem, quò plenius id quod de Eva trahit (ignominiam dico primi delicti & invidiam perditionis humanæ) omnis ſatisfactionis habitu expiaret. [a] *In doloribus & anxietatibus paries mulier, & ad virum tuum converſio tua, & ille dominabitur tui*: & Evam te eſſe neſcis? Vivit ſententia Dei ſuper ſexum iſtum in hoc ſæculo; vivat & reatus neceſsè eſt. Tu es diaboli ianua, tu es arboris illius reſignatrix, tu es divinæ legis prima deſertrix, tu es quæ eum perſuaſiſti, quem diabolus aggredi non valuit. Tu imaginem Dei, hominem, tam facilè eliſiſti. Propter tuum meritum, id eſt mortem, etiam filius Dei mori habuit: & adornari tibi in mente eſt ſuper pelli-

a Gen.3.16.

ceas tuas tunicas? Age nunc ſi ab initio rerum, & Mileſij oves tonderent, & Seres arbores nerent, & Tyrij tinguerent, & Phryges inſuerent, & Babylonij intexerent, & margaritæ canderent, & ceraunia coruſcarent: ſi ipſum quoque aurum iam de terra cum cupiditate prodiſſet; ſi iam & ſpeculo tantùm mentiri liceret: hæc Eva concupiſſet, de paradiſo expulſa, iam mortua, opinor. Ergo nec nunc appetere debet, aut noſſe, ſi cupit reviviſcere, quæ nec habuerat, nec noverat, quando vivebat. Ideo omnia iſta damnatæ, & mortuæ mulieris impedimenta ſunt, quaſi ad pompam funeris conſtituta.

CAPVT II.

Angeli deſertores, metallorum opera, incantationes, inſpectiones ſyderum, & maximè omnia muliebris ornamenti inſtrumenta invenerunt, quibus in baptiſmò renuntiavimus, qui & mulierum amatores hæc in mercedem libidinis, fœminis contulerunt.

In p. V. Ornamenta veſtium, 1. A. p. V. Diabolus, 13. Et in Alph. Error. V. Angeli amat. fœmin. 5. A. p. ad m. V. Ornamenta veſtium, 4. Circa m. in Alph. Error. V. Angeli amat. fœmin. 4. A. m. V. Infernus, 7. Et V. Mulierum ornatus, 7. ad f.

NAM & illi qui ea conſtituerunt, damnati in pœnam mortis deputantur: illi ſcilicet angeli, qui ad filias hominum de cœlo ruerunt, vt hæc quoque ignominia fæminæ accedat. Nam cùm & materias quaſdam benè occultas, & artes pleraſque non benè revelatas, ſæculo multò magis imperito prodidiſſent, (ſi quidem & metallorum operta nudaverant, & herbarum ingenia traduxerant, & incantationum vires provulgaverant, & omnem curioſitatem, vſque ad ſtellarum interpretationem deſignaverant) propriè & quaſi peculiariter fæminis inſtrumentum iſtud muliebris gloriæ contulerunt; lumina lapillorum, quibus monilia variantur: & circulos ex auro, quibus brachia artantur: & medicamenta ex fuco, quibus lanæ colorantur: & illum ipſum nigrum pulverem, quo oculorum exordia producuntur. Hæc qualia ſint, interim iam ex Doctorum ſuorum qualitate, & conditione pronuntiari poteſt, quòd nihil ad integritatem peccatores, nihil ad caſtitatem adamatores, nihil ad timorem Dei deſertores ſpiritus aut monſtrare potuerunt, aut præſtare. Si doctrinæ dicendæ ſunt; mali magiſtri malè docuerint neceſſè eſt. Si mercedes pro libidine; nullius rei turpis, merces decora eſt. Quid autem tantì fuit iſta monſtrare ſive conferre? vtrumne mulieres ſine materiis ſplendoris, & ſine ingeniis decoris placere non poſſent hominibus, quæ adhuc incultæ, & incompoſitæ, & (vt ita dixerim) crudæ ac rudes, angelos moverant? Annè ſordidi, & per gratuitum vſum contumelioſi amatores viderentur, ſi nihil fæminis in connubium allectis contuliſſent? Sed hæc non capit æſtimare. Nihil plus deſiderare poterant quæ angelos poſſidebant: magno ſcilicet nupſerant. Enimverò qui vtique interdum cogitabant vnde cecidiſſent, & poſt libidinum vaporata momenta cœlum ſuſpirabant, illud ipſum bonum fæminarum naturalis decoris, vt cauſam mali, ſic remuneraverunt, nè eis profuiſſet fælicitas ſua, ſed vt devectæ de ſimplicitate & ſinceritate, vnà cum ipſis in offenſam Dei pervenirent. Certi erant omnem & gloriam, & ambitionem, & affectionem per carnem placendi, Deo diſplicere. Hi ſunt nempe [a] *angeli, quos iudicaturi ſumus*: hi ſunt angeli, quibus in lavacro renuntiamus. Hæc ſunt vtique, per quæ ab homine iudicari meruerunt. Quid ergo faciunt apud iudices ſuos res eorum? Quod eſt commercium damnaturis cum damnandis? opinor quod [b] *Chriſto & Beliæ*. Qua conſtantia tribunal illud aſcendimus, decreturi adverſus eos quorum munera appetimus? Nam & vobis eadem tunc ſubſtantia angelica repromiſſa, idem ſexus qui & viris, eandem iudicandi dignationem pollicetur. Niſi ergo hìc iam præiudicaverimus res eorum prædamnando, quas in illis tunc damnaturi ſumus, illi potius nos iudicabunt atque damnabunt.

Gen. 6. 2.
[a] 1. Cor. 6. 3.
[b] 2. Cor. 6. 15.
Matth. 22. 30.

CAPVT III.

Liber Henoch, de Angelis mulierum amatoribus, & excultoribus tractans, licet in Canone Iudæorum non habeatur, & diluvio deletus reputetur; potuit tamen per Noë Spiritu ſancto dictante reſtitui, vel per Eſdram totius Iudaïcæ ſcripturæ reſtauratorem; maximè cùm teſte Iuda in Epiſtola, iudicium extremum nuntiarit, in quo Apoſtatas Angelos iudicabimus.

A. p. V. Mathuſalem. In m. V. Scriptura, 5. 5.

SCIO ſcripturam Enoch, quæ hunc ordinem angelis dedit, non recipi à quibuſdam, quia nec in armarium Iudaïcum admittitur. Opinor non putaverunt illam ante cataclyſmum editam, poſt eum caſum orbis omnium rerum abolitorem, ſalvam eſſe

potuiſſe. Si iſta ratio eſt, recordentur pronepotem ipſius Enoch, fuiſſe ſuperſtitem cataclyſmi Noë, qui vtique domeſtico nomine, & hereditaria traditione audierat, & meminerat de proavi ſui penes Deum gratia, & de omnibus prædicatis eius: cùm Enoch filio ſuo Matuſalæ nihil aliud mandaverit, quàm vt notitiam eorum poſteris ſui traderet. Igitur ſine dubio potuit Noë in prædicationis delegatione ſucceſſiſſe, vel quia & aliàs non tacuiſſet, tam de Dei conſervatoris ſui diſpoſitione, quam de ipſa domus ſuæ gloria. Hoc ſi non tam expeditè haberet, illud quoque aſſertionem ſcripturæ illius tueretur: perinde potuit aboleſactam eam violentia cataclyſmi, in ſpiritu rurſus reformare: quemadmodum & Hieroſolymis Babylonia expugnatione deletis, omne inſtru-
1. Eſdræ 7. 6. mentum Iudaïcæ literaturæ per Eſdram conſtat reſtauratum. Sed cum Enoch eadem ſcriptura etiam de Domino pręedicarit, à nobis quidem nihil omnino rejiciendum eſt,
a 2. Tim. 3. 16 quod pertineat ad nos. Et legimus a *omnem ſcripturam ædificationi habilem, divinitus inſpirari:* à Iudæis poteſt iam videri propterea reiecta, ſicut & cætera ferè quæ Chriſtum ſonant. Nec vtique mirum hoc, ſi ſcripturas aliquas non receperunt de eo locutas, quem & ipſum coràm loquentem non erant recepturi. Eò accedit quòd Enoch apud
Iud. 14. Iudam Apoſtolum teſtimonium poſſidet.

CAPVT IV.

Eſto, mundi muliebris, auro, argento, gemmis, veſtibuſque conſtantis, dæmonibus non imputetur inventio; ſatis eſt quod ad ambitionem Chriſtianæ fœmina indignam pertineat. Cultus autem, capilli, cutis, & partium oculos trahentium, impudicitiam & proſtitutionem fidelium continentiæ adverſam ſapit.

Per totum. V. Ornamenta deponenda, 4. Et in p. in Alphab. Error. V. Angeli amat. fœmin. 5.

NVLLA nunc muliebri pompæ nota inuſta ſit prædamnationis de exitu auctorum: nihil angelis illis imputetur propter repudium cœli, & matrimonium carnis: rerum ipſarum qualitates examinemus, conſilia quoque concupiſcentiæ earum deprehendamus. Habitus fæminæ duplicem ſpeciem circumfert, cultum, & ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: Ornatum, quem immundum muliebrem convenit dici. Ille in auro, & argento, & gemmis, & veſtibus deputatur: Iſte in cura capilli, & cutis, & earum partium corporis quæ oculos trahunt. Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri proſtitutionis: vt iam hinc proſpicias, Dei ancilla, quid ex his diſciplinæ tuæ conveniat, quæ de diverſis inſtitutis cenſearis, ſcilicet humilitatis, & caſtitatis.

CAPVT V.

Metalla quæque pretioſa, eiuſdem ſunt cum ferro, & ære, terreſtris originis; quibus neceſſaria operæ magis, quàm auro, argentoque parantur.

Per totum. V. Aurum, 1.

AVRVM & argentum principes materiæ cultus ſæcularis aſſint neceſſe eſt, vnde ſunt: Terra ſcilicet planè glorioſior, quoniam in maledictorum metallorum feralibus officinis, pœnali opere deplorata, nomen terræ in igni reliquit, atque exinde de tormentis in ornamenta, de ſuppliciis in delicias, de ignominiis in honores, metalli reſuga mutatur. Sed & ferri, & æris, & aliarum viliſſimarum materiarum par conditio eſt, & terreni generis, & metallici operis: quò nihilo generoſior iudicari poſſit auri & argenti ſubſtantia penes naturam. Quod ſi de qualitate vſus gloria eſt auro & argento: atquin magis ferro & æri: quorum ita diſpoſita eſt vtenſilitas, vt & proprias operas plures, & neceſſariores exhibeant rebus humanis, & nihilominus auri & argenti de ſuo vicem accommodent iuſtioribus cauſis. Nam & annuli ferro fiunt: quædam eſui & potui vaſcula ex ære adhuc ſervat memoria antiquitatis. Viderit ſi etiam ad ſpurca inſtrumentis auri & argenti demens copia deſervit. Certè nec ager auri opere paratur, nec navis argenti vigore contexitur. Nullum bidens aurum demergit in terram, nullus clavus argentum intimat tabulis. Taceo totius vitæ neceſſitates ferro & æri innixas, cùm illæ ipſæ divites materiæ, & de metallis reſodi, & in quocunque vſu procudi ſine ferri & æris operario vigore non poſſint. Iam igitur æſtimandum eſt vnde obveniat tanta dignitas auro & argento, cùm & conſanguineis quantum ad genus, & potioribus quantum ad vtenſilitatem materiis præferantur.

CAPVT VI.

Gemmæ aliud nihil ſunt, quàm calculi, aut maris conchæ vel lapilli de draconis capite eruti; vt vel hoc, mulier ornari erubeſcat, de dracone, cuius caput eſt iuſſa conterere.

In p.ad m. V. Ornamenta Gemmarum, 1. In m. V. Ornamenta Gemmarum, 3. In f. V. Ornamenta Gemmarum, 5.

SED & lapillos iſtos qui cum auro ſuperbiam iungunt, quid aliud interpreter, niſi lapillos & calculos, & eiuſdem terræ minutalia: nec tamen aut fundamentis demandandis, aut parietibus moliendis, aut faſtigiis ſuſtioendis, aut tectis denſandis neceſſaria? Olim hunc mulierum ſtuporem ædificare noverunt: quia tardè teruntur vt niteaot, & ſubdolè ſubſtruuntur vt floreant, & anxiè forantur vt pendeant, & auro lenocinium mutuum præſtaot. Sed & ſi quid de mari Britannico, aut Indico ambitio piſcatur, conchæ genus eſt, non dico conchylio, aut oſtreo, ſed nec peloride gratius de ſapore: ad hoc enim conchas noverim maris poma. Quòd ſi concha illa aliquid intrinſecus puſtulat, vitium eius magis debet eſſe quàm gloria. Et licet margaritum vocetur, non aliud tamen intelligendum quàm cunchæ illius aliqua dura & rotunda verruca. Aiunt & de frontibus draconum gemmas erui, ſicut & in piſcium cerebris lapidoſitas quædam eſt. Hoc quoque deerat Chriſtianæ, vt de ſerpente cultior fiat. Sic calcabit diaboli caput, dum de capite eius, cervicibus ſuis, aut & ipſi capiti ornamentum ſtruit.

CAPVT VII.

Aurum, & gemmæ, ſola raritate peregrina pretium habent, quæ proprio in ſolo ab incolis contemnuntur, & reorum pœnis impenduntur.

Per totum. V. Raritas, 1. A. p. V. Aurum, 2.

HÆc omnia de raritate & peregrioitate ſola, gratiam poſſident. Denique intra terminos patrios non tanti habentur. Semper abundantia contumelioſa in ſemetipſam eſt. Apud barbaros quoſdam, quia vernaculum eſt aurum & copioſum, auro vinctos in ergaſtulis habent, & divitiis malos onerant, tantò locupletiores, quantò nocentiores. Aliquando re vera inventum, quomodo aurum non ametur. Gemmarum quoque nobilitatem vidimus Romæ, de faſtidio Parthorum & Medorum, cæterorumque Gentilium ſuorum coram matronis erubeſcentem, niſi quòd nec ad oſtentationem ferè habeotur: latent in circulis ſmaragdi, & cylindros vaginæ ſuæ ſolus gladius ſub ſinu novit, & io peronibus vniones emergere de luto cupiunt: nihil denique tam gemmatum habent, quàm quod gemmatum eſſe oon debet, ſi non comparet: aut ideo comparet, vt neglectum quoque oſtendatur.

CAPVT VIII.

Colores mixti à diabolo inventi, Deo diſplicent; & licet eorum materia à Deo ſit creata, non excuſat ornatus; cùm apparatus idololatriæ conſtet rebus à Deo conditis.

In p. V. Raritas. A. p.ad f. V. Ornamenta veſtium, 2.

PROINDE & veſtium de coloribus honorem ſervi etiam eorum terunt. Sed & parietes Tyriis, & hyacinthinis, & illis regiis velis, quæ vos operoſè reſoluta transfiguratis, pro pictura abutuntur. Vilior eſt apud illos purpura, quàm rubrica. Quis enim eſt veſtium honor iuſtus, de adulterio colorum injuſtorum? Non placet Deo quod oon ipſe produxit: niſi ſi non potuit purpureas, & aërinas oves oaſci iubere: ſi potuit, ergo iam ooluit: quod Deus noluit, vtique non licet fingi. Non ergo naturâ optima ſunt iſta, quæ à Deo noo ſunt auctore naturæ. Sic à diabolo eſſe intelliguntur, ab ioterpolatore naturæ. Alterius enim eſſe non poſſunt, ſi Dei noo ſunt: quia æmuli ſint neceſsè eſt, quæ Dei non ſuot: alius autem præter diabolum & angelos eius, æmulus Dei non eſt. Cæterùm ſi materiæ ex Deo ſunt, non ſtatim & huiuſmodi fructus illarum. Nam & omoes iſtæ profanæ ſpectaculorum ſæcularium voluptates, ſicut de illis ſuum volumen edidimus, ipſa etiam idololatria ex rebus Dei conſtat: non tamen ideo circi furoribus, aut arenæ atrocitatibus, aut ſcenæ turpitudinibus Chriſtiaoum affici oportet, quia Deus & equum, & pantheram, & vocem hoinini dedit: nec ideo idololatriam impunè faciet Chriſtianus, quia Dei conditio eſt tus, & merum, & ignis qui veſcitur, & animalia quæ victimæ fiunt, cùm & ipſa materia quæ adoratur, Dei ſit. Sic ergo & circa actum, materiarum cenſus à Deo deſcendens, accuſat Deo extraneum, vt reum ſcilicet gloriæ ſæcularis.

CAPVT IX.

Ambitio, & vana gloria, pretium dat ornamentis, quibus immenſi ſumptus impenduntur, vt faſtui muliebri ſatisfiat.

In p. ad vltra m. V. Raritas, 2. In f. V. Ornamenta Gemmarum, 2.

NAM vt quædam rerum, per ſingulas quaſque terras, & vnamquamque regionem maris à Deo diſtributa ſunt, invicem ſibi peregrina, & apud exteros mutuò rara, apud ſuos iure, ſi vtique vel appetuntur, vel negliguntur, quia non tantus eſt in illis feruor gloriæ, inter domeſticos frigidæ. Sed enim ex poſſeſſionum diſtributione, quam Deus vt voluit, ordinavit, raritas & peregrinitas apud extraneos ſemper gratiam inveniens, de ſimplici cauſa non habendi quæ Deus alibi collocavit, concupiſcentiam concitat habendi. Ex hac vitium aliud extenditur, immoderatè habendi: quod & ſi fortè habendum ſit, modus tamen debetur. Hæc erit ambitio, vnde & nomen eius interpretandùm, quod concupiſcentia apud animum ambiente naſcatur ad gloriæ votum: grande ſcilicet votum, quod (vt diximus) non natura, nec veritas, ſed vitioſa animi paſſio concupiſcentia commendavit, & alia vitia ambitionis & gloriæ: ſic & pretia rebus inflammavit, vt ſe quoque accenderet. Nam tantò maior fit concupiſcentia, quantò magni fecit quod concupiit: de breviſſimis loculis patrimonium grande profertur: vno lino decies ſeſtertiûm inſeritur: ſaltus & inſulas tenera cervix circumfert: graciles aurium cutes calendarium expendunt, & ſiniſtra per ſingulos digitos de ſaccis ſingulis ludit. Hæ ſunt vires ambitionis, tantarum vſurarum ſubſtantiam vno & muliebri corpuſculo bajulare.

Q. SEPTIMII FLOR. TERTVLLIANI
DE CVLTV FEMINARVM, II.

IN LIBRVM SECVNDVM DE CVLTV FEMINARVM.

ARGVMENTVM.

Proſequitur hoc Libro ſuperfluum carpere mulierum cultum: ſingillatim autem capilli pungit, & cutis curam. De hoc item Libro Cyprianus Libro de habitu & diſciplina virginum, quædam tranſcripſit ad verbum. Eodem Chri. Anno, quo primus, editus eſt.

CAPVT PRIMVM.

Pudicitia Ancillis Chriſti congrua, non in ſola carnis integritate conſiſtit, ſed & in ſimplici & modeſto cultu & ornatu, quo à Gentilibus diſcerni debent.

In p. V. Caſtit. excell 3. Circa m. V. Caſtitatis ſpecies, 4.

ANCILLÆ Dei vivi, conſeruæ & ſorores meæ, quo iure deputor vobiſcum, poſtremiſſimus equidem meo iure conſervitij & fraternitatis, audeo ad vos facere ſermonem, non vtique affectionis, ſed affectioni procurans in cauſa veſtræ ſalutis. Ea ſalus nec fœminarum modò, ſed etiam virorum, in exhibitione præcipuè pudicitiæ eſt. Nam cùm omnes
a 1. Cor. 3. 16. 17. a *templum Dei ſimus*, illato in nos & conſecrato Spiritu ſancto, eius templi æditua & antiſtita pudicitia eſt, quæ nihil immundum nec profanum inferri ſinat,

ne Deus ille qui inhabitat, inquinatam ſedem offenſus derelinquat. Sed modo nos non de pudicitia, cui indicendæ & exigendæ ſufficiunt inſtantia vbique divina præcepta, verùm de pertinentibus ad eam, id eſt, qualiter vos incedere oporteat. Pleræque enim (quod ipſum mihi, vtique reprehendendo in omnibus, reprehendere Deus permittat) aut ignorantes ſimpliciter, aut diſſimulantes audaciter, ita ingrediuntur, quaſi pudicitia in ſola carnis integritate, & ſtupri averſatione conſiſtat, nec quicquam & extrinſecus opus ſit, de cultus dico & ornatus diſpoſitione, ſtudiis formæ & nitoris, eandem ſuperficiem circumferentes quam feminæ Nationum, à quibus abeſt conſcientia veræ pudicitiæ: quia nihil verum in his qui Deum neſciunt, præſidem & magiſtrum veritatis. Nam etſi qua in Gentilibus pudicitia credi poteſt, vſque adeo imperfectam & inconditam conſtat, vt licèt in animo aliquatenus tenax ſui agat, in habitus tamen licentias ſe diſſolvat, pro perverſitate Gentilium appetendo cuius rei devitat effectum. Quota denique eſt quæ ne placere quidem extraneis concupiſcat? quæ non vel idcirco ſe expingi curet? & neget appetitam? Quamquam & hoc Gentili pudicitiæ familiare ſit non delinquere, attamen velle, vel etiam nolle, attamen non denegare. Quid mirum? perverſa ſunt omnia quæ Dei non ſunt. Viderint igitur quæ non totum bonum obtinendo, facilè & quod obtinent, malo commiſcent.

CAPVT II.

Mulier ſtudens placere decoro cultu, prodit ſe non habere conſcientiam integram: fit laqueus ſpectatori, & viam pandit tentationi.

In p. V. Mulierum ornatus, 6. A. p. ad m. V. Timor Dei, 5. In m. ad f. V. Pulchritudo, 1.

VOs ab illis, vt in cæteris, inceſſu quoque divertere neceſſarium eſt: quoniam perfectæ, id eſt Chriſtianæ pudicitiæ, appetitionem ſui non tantùm non appetendam, ſed etiam execrandam vobis ſciatis: primò quòd non de integra conſcientia venit ſtudium placendi per decorem, quem naturaliter invitatorem libidinis ſcimus: quid igitur excitas in te malum iſtud? quid invitas, cuius te profiteris extraneam? tum quòd tentationibus viam aperire non debemus, quæ nonnunquam (quod Deus à ſuis abigat) inſtando perficiunt, certè vel ſpiritum ſcandalo permovent. Debemus quidem ita ſanctè & tota fidei ſubſtantia incedere, vt confiſæ & ſecuræ ſimus de conſcientia noſtra, optantes perſeverare id in nobis, non tamen præſumentes. Nam qui præſumit, minus iam veretur; qui minus veretur, minus præcavet; qui minus præcavet, plus periclitatur. Timor, fundamentum ſalutis eſt: Præſumptio, impedimentum timoris. Vtilius ergo ſi ſperemus nos poſſe delinquere, quàm ſi præſumamus non poſſe: ſperando enim timebimus, timendo cavebimus, cavendo ſalvi eremus: contrà ſi præſumamus, neque timendo, neque præcavendo ſalvi erimus. Qui ſecurus agit, non & ſollicitus, non poſſidet tutam & firmam ſecuritatem. At qui ſollicitus eſt, is verè poterit eſſe ſecurus. Et de ſuis quidem ſervis Dominus pro miſericordia ſua curet: vt etiam præſumere illis de bono ſuo feliciter liceat. Quid autem alteri periculo ſumus? quid alteri concupiſcentiam importamus? quam ſi Deus non ampliando legem, facto ſtupri non diſcernat in
pœna, neſcio an impunè * habeat, quæ alicui fuerit cauſa perditionis. Perit enim ille * abeat.
ſimul vt tuam formam concupierit, & facta es tu gladius illi: vt etſi à culpa vaces, ab Matth. 5. 28.
invidia non libereris: vt cùm in alicuius agro latrocinium geſtum eſt, crimen quidem
dominum non continget: dum rus tamen ignominia notatur, ipſe quoque in familia aſ-
pergitur. Expingamus nos, vt alteri pereant: vbi eſt ergo. a *Diliges proximum tuum ſicut* a Matth. 19.
teipſum? Nolite veſtra tantùm curare, ſed alterius. Nulla enuntiatio Spiritus ſancti, ad 19.
præſentem tantùm materiam, & non ad omnem vtilitatis occaſionem dirigi & ſuſcipi debet. Cùm igitur & noſtra, & aliorum cauſa verſetur in ſtudio periculoſiſſimi decoris, iam non tantùm confictæ & elaboratæ pulcritudinis ſuggeſtum recuſandum à vobis ſciatis, ſed etiam naturalis ſpecioſitatis obliterandum diſſimulatione & incuria, vt perinde oculorum incurſibus moleſtum. Nam etſi accuſandus decor non eſt, vt fælici-
tas corporis, vt divinæ plaſticæ acceſſio, vt animæ aliqua veſtis * bona; timendus eſt * vrbana.
tamen, propter iniuriam & violentiam ſectatorum, quam etiam pater fidei Abraham Gen. 12. 13. &
in vxoris ſuæ ſpecie pertimuit, & ſororem mentitus Saram, ſalutem contumelia re- 20. 2.
demit.

doctrinis inſtrui concupiſcit. Quantùm autem à veſtris diſciplinis & profeſſionibus aliena ſunt,quàm indigna nomine Chriſtiano, faciem fictam geſtare,quibus ſimplicitas omnis indicitur? effigie mentiri, quibus lingua non licet? appetere quod datum non ſit, quibus alieni abſtinentia traditur? adulterium in ſpecie exercere, quibus ſtudium pudicitiæ ſit? Credite benedictæ: quomodo præcepta Dei cuſtodietis, liniamenta eius in vobis non cuſtodientes?

CAPVT VI.

Gallæ & Germanæ capillum croco mutantes, & cerebro perniciem curant, & malè ſibi igneo colore eminantur.

Per totum. V. Capillus,1.

VIDEO quaſdam capillum croco vertere. Pudet eas etiam nationis, quòd non Germaniæ atque Galliæ ſint procreatæ: ita iam capillos transferrunt: malè ac peſſimè ſibi auſpicantur flammeo capite, & decorum putant quod inquinant. Atquin & detrimentum crinibus medicaminum vis inurit, & cerebro perniciem etiam cuiuſlibet ſinceri humoris aſſiduitas reſervat, tum Solis animando ſimul, & ſiccando capillo exoptabilis ardor nocet. Quis decor cum iniuria? quæ cum immunditiis pulcritudo? Crocum capiti ſuo mulier Chriſtiana ingerer vt in aram? Quodcumque enim immundo ſpiritui excremari ſolet, id niſi probis, & neceſſariis, & ſalutaribus vſibus adhibeatur, ad quod Dei creatura proſpecta eſt, ſacrificium videri poteſt. Sed enim Dominus ait, *a Quis veſtrûm poteſt capillum atrum ex albo facere, aut album ex atro?* Itaque revincunt Deum. Ecce, inquiunt, pro albo vel atro, flavum facimus, gratia faciliorem: quamvis & atrum ex albo conantur facere, quas pœniteat ſenectam vſque vixiſſe. Prò temeritas! Erubeſcit ætas exoptata votis, furtum conficitur, adoleſcentia in qua delinquimus ſuſpiratur, occaſio gravitatis interpollatur. Abſit ſapientiæ filiabus ſtultitia tanta. Senectus cùm plus occultari ſtuduerit, plus detinetur. Hæc eſt æternitas vera de capilli iuventute. Hanc incorruptibilitatem habemus ſuperinduere ad novam domum, quam monarchia pollicetur. Benè properatis ad Dominum: benè feſtinatis excedere de iniquiſſimo ſęculo; quibus ad finem propinquare deforme eſt.

a Matth.5.36.
1. Cor.15.53.
2. Cor.5.1.

CAPVT VII.

Arguit ſtructuram alieni capillamenti textilis, vel collyridas quaſdam ſuis capitibus imponentes.

Per totum. V. Capillus,1. Et in m. V. Velandæ mulieres,8.

QVID item tanta ordinandi crinis operoſitas ad ſalutem ſubminiſtret? quòd crinibus veſtris quieſcere non licet, modò ſubſtrictis, modò relaxatis; modo ſuſcitatis, modo eliſis? Aliæ geſtiunt in cincinnos coërcere, aliæ vt vagi & volucres elabantur, non bona ſimplicitate. Affigitis præterea neſcio quas enormitates capillamentorum, nunc in galeri modum, quaſi vaginam capitis & operculum verticis, nunc in cervicum retro ſuggeſtum. Mirùm quod non contra Dominica præcepta contenditur. *a Ad menſuram neminem ſibi adijcere poſſe* pronuntiatum eſt. Vos verò adjicitis ad pondus, colluras quaſdam, vel ſcutorum vmbilicos cervicibus aſtruendo. Si non pudet enormitatis, pudeat inquinamenti: ne exuvias alieni capitis, forſan immundi, forſan nocentis & gehennæ deſtinati, ſancto & Chriſtiano capiti ſupparetis. Immò omnem hanc ornatus ſervitutem à libero capite depellite. Fruſtra laboratis ornatæ videri, fruſtra peritiſſimos quoſque ſtructores capillaturæ adhibetis *b Deus vos velari iubet.* Credo ne quarumdam capita videantur. Atque vtinam miſerrimus ego, in illa die Chriſtianæ exultationis, vel infra calcanea veſtra caput elevem: videbo, an cum ceruſſa, & purpuriſſo, & croco, & illo ambitu capitis reſurgatis: an taliter expictas angeli *c in nubila ſublevent obviam Chriſto in aëre.* Si nunc bona & Dei ſunt, tunc quoque occurrent reſurgentibus corporibus, & ſua loca agnoſcent. Sed non poteſt reſurgere niſi caro & ſpiritus ſolus ac purus. Damnata ſunt igitur, quæ in carne & ſpiritu non reſurgunt, quia Dei non ſunt. Damnatis hodie abſtinete. Hodie vos Deus tales videat, quales tunc videbit.

a Matth.6.17.
b 1.Cor.11.5.10.
c 1.Theſſ.4.17.

CAPVT VIII.

Multò magis rei ſunt viri præſtigias formæ affectantes, vt placeant fœminis.

In p. ad m. V. Ornamenta deponenda,1. Et V. Capillus,1. In f. V. Caſtit cuſtodia,6.

VIDELICET nunc vir, vt ſexu æmulus, fęminas à ſuis depello. An & nobis quædam reſpectu obeundæ gratuitatis,propter metum debitum Domino detrahuntur? Si-

quidem & viris propter ſeminas, vt fęminis propter viros vitio naturæ ingenita eſt placendi voluntas; propriaſque præſtigias formæ & hic ſexus ſibi agnoſcit, barbam acrius cædere, intervellere, circumradere, capillum diſponere, & decolorare caniciem, primam quamque ſubdiſcere totius corporis lanuginem, pigmento quoque muliebri diſtringere, cætera pulveris cuiuſdam aſpritudine levigare, tum ſpeculum omni occaſione conſulere, anxiè inſpicere: cùm tamen: cognito Deo, adempta placendi voluntate per luxuriæ occaſionem, omnia illa vt otioſa, aut hoſtilia recuſantur. Nam vbi Deus, ibi pudicitia, ibi gravitas adiutrix & ſocia eius. Quo ergo pacto pudicitiam ſine inſtrumento ſuo, id eſt ſine gravitate tractabimus? Quomodo autem gravitatem adminiſtrandæ pudicitiæ abhibebimus, niſi & in facie, & in cultu, & in totius hominis contemplatione ſeveritas circumſeratur?

CAPVT IX.

Præſcindenda ſunt ſuperflua veſtium impedimenta, & ſi Natalium, vel dignitatum ratio poſcit, vt fœminæ pompaticè procedant, vtantur hoc mundo quaſi non vtantur: cùm ſint quæ modeſtiam & continentiam profiteantur propter Regnum cœlorum, & ex adverſo cultus ſit irritamentum libidinis.

In p. ad m. V. Caſtitatis cuſtodia, 6. In m. V. Ornamenta deponenda, 5. A. m. ad ſ. V. Ornamenta deponenda, 2.

QVAMOBREM erga veſtitum quoque & reliqua compoſitionis veſtræ impedimenta, perinde vobis curanda eſt amputatio, & decuſſio redundantioris nitoris. Nam quid prodeſt, faciem quidem frugi, & expeditam, & ſimplicitatem condignam divinæ diſciplinæ exhibere, cætera verò corporis, laciniosis pompatum & deliciarum ineptiis occupare? Hæ pompæ quàm de proximo curent luxuriæ negotium, & obſtrepant pudicitiæ diſciplinis, dinoſcere in facili eſt, quòd gratiam decoris cultus ſocietate proſtituant: adeò ſi deſint, irritam & ingratam reddunt, velut exarmatam & naufragam. Contrà ſi forma defecit, adminiculum nitoris quaſi de ſuo gratiam ſupplet. Ætates denique requietas iam, & in portum modeſtiæ ſubductas, ſplendor & dignitas cultus auocant, & ſeveritatem appetitionibus inquietant, compenſantibus ſcilicet habitus irritamentum, pro frigore ætatis. Ergo benedictæ, primò quidem vt lenones & proſtitutores veſtitus & cultus nè in vos admiſeritis, tum ſi quas divitiarum vel natalium, vel retro dignitatum ratio compellit, ita pompaticas progredi, vt ſapientiam non videanrur conſecutæ, temperare malum huiuſmodi curate, nè totis habenis licentiam vſurpetis prætextu neceſſitatis. Quomodo enim humilitatem quam noſtri profitentur, implere poteritis, non perpaſtinantes divitiarum veſtrarum vel elegantiarum vſum, quæ ad gloriam faciunt? Gloria autem exaltare, non humiliare conſuevit. Non enim vtemur

a 1. Cor. 7. 31. noſtris? Quis autem prohibet vti? ſecundùm Apoſtolum tamen, qui nos [a] *vti monet mundo iſto, quaſi non abutamur. Præterit enim habitus mundi huius. Et qui emunt, ſic agant quaſi non poſſidentes.* Cur ita? quoniam præmiſerat dicens: [b] *Tempus in collecto eſt.* Si

b Ibid.

ergo *vxores quoque ipſas ſic habendas demonſtrat tanquam non habeantur, propter anguſtias temporum,* quid ſentiat de vanis inſtrumentis earum? Non enim & multi ita faciunt, &

Matth. 19. 12. ſe ſpadonatui obſignant, propter regnum Dei, tam fortem & vtique permiſſam voluptatem ſponte ponentes? Numquid non aliqui ipſam Dei creaturam ſibi interdicunt, abſtinentes vino, & animalibus eſculentis, quorum fructus nulli periculo, aut ſollicitudini adjacent, ſed humilitatem animæ ſuæ in victus quoque caſtigatione Deo immolant? Satis igitur & vos vſæ eſtis divitiis atque deliciis, ſatis dotum veſtrarum fructus decidiſtis ante notitiam ſalutarium diſciplinarum. [c] *Nos ſumus in quos decurrerunt fines*

c 1. Cor. 10. 11. *ſæculorum. Nos deſtinati à Deo antè mundum in extimatione temporali.* Itaque caſtigando & caſtrando (vt ita dixerim) ſæculo erudimur à Domino. [d] *Nos ſumus circumciſio* omnium,

d Philipp. 3. 3. ſpiritalis & carnalis: nam & in ſpiritu & in carne ſæculo circuncidimur.

CAPVT X.

Non à Deo, ſed ab Angelis apoſtaticis ſunt colores, & alia ornatus ſuperflua, & licet hunc cultum non prohiberet Eſaias, vel eò quòd non ædificet, abyciendus eſt fideli.

In p. ad m. V. Ornamenta veſtium, 3. Circa m. in Alphab. Error. V. Angeli amat. fœmin. 6. A. m. ad ſ. V. Ornamenta deponenda, 3.

NIMIRVM enim Deus demonſtravit ſuccis herbarum & concharum ſalivis incoquere lanas, exciderat illi, cum vniverſa naſci iuberet, purpureas & coccineas oues mandare: Deus & ipſarum veſtium officinas commentus, quæ leves & exiles, ſolo

pretio graves eſſent; Deus & auri tanta opera produxit complectendis & diſtinguendis lapillis: ſcrupuloſa Deus auribus vulnera intulit: & tanti habuit vexationem operis ſui, & cruciatus infantiæ innocentis, tunc primum dolentis, vt ex illis ad ferrum nati corporis cicatricibus, grana neſcio quæ penderent, quæ planè Parthi peronibus quoque ſuis bullarum vice inſerunt. Quamquam & aurum ipſum, cuius vos gloria occupat, cuidam genti ad vincula ſervire ferunt Gentilium litteræ. Adeò non veritate bona ſunt, ſed raritate: artibus autem per angelos peccatores, qui & ipſas materias prodiderunt, inductis, operoſitas cum raritate commiſſa, pretioſitatem, & ex ea libidinem poſſidendæ pretioſitatis fęminarum excitavit. Quod ſi iidem angeli, qui & materias eiuſmodi & illecebras detexerunt, auri dico & lapidum illuſtrium, & operas eorum tradiderunt, & iam ipſum calliblepharum, vellerumque tincturas inter cætera docuerunt, damnati à Deo ſunt, vt Enoch refert, quomodo placebimus Deo, gaudentes rebus illorum, qui iram & animadverſionem Dei propterea provocaverunt? Nunc Deus iſta proſpexerit, Deus permiſerit, nullam de conchylio veſtem Eſaias increpet, nullas lunulas reprobet, nullum botronatum retundat: tamen non vt Gentiles, ita nos quoque nobis adulemur, inſtitutorem ſolummodò Deum exiſtimantes, non etiam deſpectorem inſtitutorum ſuorum. Quantò enim vtilius & cautius egerimus, ſi præſumamus omnia quidem à Deo proviſa tunc, & in ſæculo poſita, vti nunc eſſet in quibus diſciplina ſervorum eius probaretur; vt per licentiam vtendi, continentiæ experimenta procederent? Nonne ſapientes patres familiæ de induſtria quædam ſervis ſuis offerunt atque permittunt, vt experiantur an & qualiter permiſſis vtantur, ſi probe, ſi moderate? Quantò autem laudabilior qui abſtinuerit in totum, qui timuerit etiam indulgentiam Domini? Sic igitur & Apoſtolus: [a] *Omnia*, inquit, *licent, ſed non omnia expediunt.* Quantò facilius illicita timebit, qui licita verebitur?

Gen. 6. 2.

Eſa. 3. 16. & ſeq.

a 1 Cor. 6. 12. 1. Cor. 10. 23.

CAPVT XI.

Nulla cauſa eſt mulieri fideli, qua foras ornata procedat. Vel enim vt infirmos viſitet, vel audiat Verbum Dei, aut ſacrificio aſſiſtat; vel vt Gentilium amicitiæ ſatisfaciat; in quibus omnibus debet ſimplicitatem & modeſtiam profiteri.

In p ad vltra m. V Ornatus modeſtus, 2. In f. V. Ornamenta deponenda, 6.

QVæ autem vobis cauſæ exſtructius prodeundi, quum remotæ ſitis ab his quæ talium indigent? Nam nec templa circumitis, nec ſpectacula poſtulatis, nec feſtos dies gentilium noſtis. Propter iſtos enim conventus, & mutuum videre ac videri, omnes pompæ in publicum proferuntur, aut vt luxuria negotietur, aut gloria inſoleſcat. Vobis autem nulla procedendi cauſa non tetrica. Aut imbecillus aliqui ex fratribus viſitatur, aut ſacrificium offertur, aut Dei ſermo adminiſtratur. Quidvis horum, gravitatis & ſanctitatis negotium eſt, cui opus non ſit habitu extraordinario, & compoſito, & ſoluto. Ac ſi neceſſitas amicitiarum officiorumque Gentilium vos vocat, cur non veſtris armis indutæ procedatis, tantò magis, quantò ad extraneas fidei? vt ſit inter Dei ancillas, & Diaboli, diſcrimen: vt exemplo ſitis illis, vt ædificentur in vobis: vt (quomodo ait Apoſtolus) [a] *magnificetur Deus in corpore veſtro*, magnificatur autem in corpore, per pudicitiam, vtique & per habitum pudicitiæ competentem. Sed enim à quibuſdam dicitur; [b] *Ne blaſphemetur nomen in nobis*, ſi quid de priſtino habitu & cultu detrahamus. Non auferamus ergo vitia priſtina, ſimus & moribus iiſdem, ſi & ſuperficie eadem: & tunc verè non blaſphemabunt Nationes. Grandis blaſphemia eſt, ex qua dicatur, Ex quo facta eſt Chriſtiana pauperius incedit. Timebis pauperior videri, ex quo locupletior facta es? & ſordidior, ex quo mundior? ſecundùm Gentilium, an ſecundùm Dei placitum incedere Chriſtianos oportet?

a Philip. 1. 20.

b Rom. 2. 24.

CAPVT XII.

Lænocinia formæ & ornatus curioſus proſtitutis mulieribus convenit, eiſque attribuitur in ſcriptura.

Per totum. V. Ornamenta deponenda, 6.

OPTEMVS tantummodò, ne iuſtæ baſphemationis cauſa ſimus. Quantò autem magis blaſphemabile eſt, ſi quæ ſacerdotes pudicitiæ dicimini, impudicarum ritu procedatis cultæ, & expictæ? Aut quid minus habent infeliciſſimæ illæ publicarum libidinum victimæ? quas ſi quæ leges à maritalibus & matronalibus decoramentis coërcebant, iam certè ſęculi improbitas quotidie inſurgens honeſtiſſimis quibuſque fęminis,

vſque ad errorem dinoſcendi, coæquavit. Quanquam lenocinia formæ nunquam non
a Apoc. 17. 4. & ſeq. proſtituto corpori coniuncta & debita, etiam ſcripturæ ſuggerunt. [a] *Illa civitas valida,*
quæ ſuper montes ſeptem & plurimas aquas præſidet, proſtitutæ appellationem à Domino meruit.
b ibid. Sed quali habitu appellationi ſuæ comparata eſt? [b] *Sedet certè in purpura, & coccino, & auro,*
Gen. 38. 14. *& lapide pretioſo.* Quàm maledicta ſunt, ſine quibus non potuit maledicta & proſtituta
deſcribi? Thamar illa, quia ſe expinxerat & ornaverat, idcirco Iudæ ſuſpicione, viſa eſt
quæſtui ſedere; adeoque ſub velamento latebat, habitus qualitate quæſtuariam mentiente, vt quæſtuariam & voluerit, & compellaverit, & pactus ſit. Vnde addiſcimus adverſus congreſſus, & ſuſpiciones impudicas, providendum omni modo eſſe. Quid enim caſtæ mentis integritas, alterius ſuſpicione maculatur? quid ſperatur in me quod averſor? quid non mores meos habitus pronuntiat, nè ſpiritus per aures ab impudentia vulneretur? liceat videri pudicam, certè impudicam ſi licet.

CAPVT XIII.

Non ſufficit Conſcientia bona coram Deo niſi modeſtus ornatus appareat proximo. Diſcutiendæ ſunt fideli delitiæ quibus robur fidei languet, nec auro, gemmis, ſericis veſtibus, corpus martyriis præparatur, imminente iam perſecutione. Proinde fideles ſpiritualia ſibi ſumant virtutum ornamenta.

In p. V. Exemplum. Circa m. V. Caſtit. cuſtodia, 5. In m. V. Martyrium, 12. A. m. V. Aurum, 3. In f. V. Ornamenta modeſta, 3.

a 1. Reg. 16. 7. ALIQVA fors dicet: non eſt mihi neceſſarium hominibus probari: nec enim teſti-
b Philip. 4. 5. monium hominum requiro: [a] *Deus conſpector eſt cordis* ſcimus omnes, dum tamen
quid idem per Apoſtolum dixerit recordemur? [b] *probum veſtrum coram hominibus appa-*
c Matth. 5. 16 *reat.* Ad quid, niſi vt malitia acceſſum ad vos omnino non habeat; vel vt malis exem-
d Ibid. 14. plo, & teſtimonio ſitis? Aut quid eſt, [c] *Luceant opera veſtra*? Quid autem nos Dominus
e Ibid. 15. [d] *Lucem mundi* vocat? quid [e] *civitati ſuper montem conſtitutæ* comparavit; ſi non relucemus
f Ibid. in tenebris, & extamus inter demerſos? ſi [f] *Lucernam tuam ſub modio abſtruſeris*, in tenebris derelicta, à multis incurſeris neceſſè eſt. Hæc ſunt quæ nos luminaria mundi faciunt, bona ſcilicet noſtra. Bonum autem, dumtaxat verum & plenum, non amat tenebras, gaudet videri, & in ipſas denotationes exultat. Pudicitiæ Chriſtianæ ſatìs non eſt eſſe verùm, & videri. Tanta enim debet eſſe plenitudo eius, vt emanet ab animo ad habitum, & eructet à conſcientia in ſuperficiem, vt & à foris inſpiciat quaſi ſupellectilem ſuam, quæ conveniat fidei continendæ in perpetuum. Diſcutiendæ ſunt enim delitiæ, quarum mollitiâ & fluxu fidei virtus effeminari poteſt. Cæterum neſcio an manus ſpatalio circumdari ſolita, in duritiam catenæ ſtupeſcere ſuſtineat. Neſcio an crus periſcelio lætatum, in nervum ſe patiatur artari. Timeo cervicem, nè margaritarum, & ſmaragdorum laqueis occupata, locum ſpathæ non det. Quare benedictitæ, meditemur duriora, & non ſentiemus: relinquamus lætiora, & non deſiderabimus. Stemus expeditæ ad omnem vim nihil habentes quod reliquere timeamus. Retinacula iſta ſunt ſpei noſtræ. Proiiciamus ornamenta terrena, ſi cœleſtia optamus. Nè dile-
Exo. 32. 6. xeritis aurum, in quo omnia delicta populi Iſrael denotantur. Odiſſe debetis quod patres perdidit, quod relinquentibus Deum adoratum eſt: etiam tunc aurum ignis eſt. Cæterum tempora Chriſtianis ſemper, & nunc vel maximè, non auro, ſed ferro tranſiguntur: ſtolæ martyriorum præparantur, angeli baiuli ſuſtinentur. Prodite vos medicamentis, & ornamentis exſtructæ Prophetarum, & Apoſtolorum: ſumentes de ſimplicitate candorem, de pudicitia ruborem; depictæ oculos verecundia, & os taciturnitate: inſerentes in aures ſermones Dei, adnectentes cervicibus iugum Chriſti, Caput maritis ſubiicitè, & ſatìs ornatæ eritis. Manus lanis occupate, pedes domi figite, & pluſquàm in auro placebitis. Veſtite vos ſerico probitatis, byſſino ſanctitatis, purpura pudicitiæ. Taliter pigmentatæ, Deum habebitis amatorem.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI,

DE FVGA IN PERSECVTIONE.

IN LIBRVM DE FVGA IN PERSECVTIONE.

ARGVMENTVM.

Tertullianus hic Montani dogma ſecutus eſt, quo, teſte Baronio An. Chri. 173. *cenſuit, Martyrij tempore nequaquam fugiendum eſſe, ſed loco ſiſtendum, imò nec quacumque occaſione Martyrium redimere licere: quod ex eiuſdem paracleti Montani authoritate hoc libro tuetur Tertullianus. Cùm tamen ex Apollonio conſtet, referente Hieronymo in Ep. ad Epheſ. lib. 2. cap. 3. eiuſdem ſectæ virum, eorum opinione celebrem, ingenti collatâ pecuniâ ſe à martyrio redemiſſe. In quo ſerpentis Antiqui nequitia patet, qui cùm cerneret nil ſe per Gnoſticos à martyrio dehortantes profeciſſe, mox via contraria per Montanum, Chriſtianos ſatis ſponte martyrium ſubeuntes, in præceps agere conatus eſt; vt omnibus vltro ſe morti dantibus, Eccleſia Chriſti omnino deficeret. Hunc porro librum tertium contra Eccleſiam ſcripſiſſe,* De Fuga in Perſecutione ad Fabium, *teſtis eſt Hieronymus in Catalogo Script. Eccleſ. & Nicephorus lib. 4. Hiſtoriæ Eccleſ. cap. 12. & 34. Et qui lib. de Patientia cap. 13. fugam in perſecutione non improbaverat dicens:* Si fuga vrgeat, incommoda fugæ caro militat, &c. *Factus Montaniſta eandem reprobat. Fugit Cyprianus, & biennio profugus 29. ſcripſit Epiſtolas. Et inter eas Ep. 56. ad Thibarit.* Etſi, *inquit,* fugientem in ſolitudine ac montibus latro oppreſſerit, fera invaſerit, fames, aut ſitis, aut frigus adflixerit, vel per maria præcipiti navigatione properantem, tempeſtas ac procella ſubmerſerit: ſpectat militem ſuum Chriſtus vbicumque pugnantem, & perſecutionis cauſſa, pro nominis ſui honore morienti, præmium reddit, quod daturum ſe in perſecutione promiſit. Nec minor eſt martyrij gloria, non publicè, & inter multos periiſſe, cùm pereundi cauſſa ſit, propter Chriſtum perire. *Et libro de Lapſis:* Secundus, *inquit,* ad gloriam gradus eſt, cautâ ſeceſſione ſubſtractum Domino reſervari, &c: relinquenda erat patria, &c. *Athanaſius item fugit, & pro fuga ſua Apologiam ſcripſit. Auguſtinus quoque Ep. 180. ad Honoratum fugam in perſecutione approbavit: Perverſum adverte Lector iam Tertullianum; cùm libro de Corona militis cap. 1. ſcriberet contra Epiſcopos noſtros:* Novi & Paſtores eorum in pace Leones, in prœlio cervos. *De Fuga conſcriptum cenſet Pamelius in eius vita ante deceſſum L. Septimij Severi. An. Chri. ducenteſimo duodecimo, Zephyrini decimotertio. Sed Baronius aliter ſupputat, & ponit hoc An. Chri. Zephyrini duodecimum, & Severi decimumoctavum.*

CAPVT PRIMVM.

Fabiano Catholico, necdum Paracletum Montanum imbuto, quærenti an fugere in perſecutione liceret, interruptam ad hanc quæſtionem reſponſionem plenè profert. Ac primò quidem perſecutionem Dei voluntate fieri docet, qui coronam & præmium proponit ſuſtinenti.

A. p. ad f. V. Tentatio, 1. Et in Alphab. Errorum. V. Paracletus, 16.

QVÆSISTI proximè, Fabi frater, fugiendum necnè ſit in perſecutione, quod neſcio quid annuntiaretur. Ibidem ego oblocutus aliquid pro loco ac tempore, & quarundam perſonarum importunitate, ſemitractatam materiam abſtuli mecum; plenius eam dè ſtilo nunc renuntiaturus, vt pote quam mihi & tua conſultatio commendarat, & conditio temporum ſuo iam nomine injunxerat. Quantò enim frequentiores imminent perſecutiones, tantò examinatio procuranda eſt, quomodo eas excipere fides debeat. Pro-

a Io. 16, 13. curanda autem examinatio penès vos, qui, ſi fortè, Paracletum non recipiendo [a] *deductorem omnis veritatis*, meritò adhuc etiam aliis quæſtionibus obnixi eſtis. Igitur conſultationi tuæ ordinem quoque induimus, animadvertentes antè determinari oportere dè ſtatu ipſius perſecutionis, verùm à Deo obveniat, an à diabolo, quò facilius de obitu eius conſtare poſſit. Omnis enim rei inſpectio, auctore cognito planior. Satìs eſt quidem præſcribere, Nihil fieri ſine Dei voluntate. Sed non ſtatim hac ſententiâ cæteris retractatibus locum dabimus, nè à præſenti articulo avocemur, ſi quis reſponderit, Ergo & malum à Deo, & delictum à Deo: nihil iam in diabolo, nihil etiam in nobis ipſis. Dè perſecutione nunc quæritur. Circa hanc interim dixerim: Nihil fieri ſine Dei voluntate, reſpiciens eam in primis dignam Deo eſſe, &, vt ita dixerim, neceſſariam; ad probationem ſcilicet ſervorum eius, ſive reprobationem. Quis eſt enim exitus perſecutionis, quis effectus alius, niſi probatio, & reprobatio fidei, quâ ſuos vtique Dominus examinavit? Hoc omne iudicium eſt, perſecutio, per quam quis aut probatus, aut re-
b Matth. 3. 12. probatus iudicatur. Porro, iudicium ſoli Deo competit. Hæc [b] *pala illa, quæ & nunc Dominicam aream purgat*, Eccleſiam ſcilicet, confuſum acervum fidelium eventilans,
Gen. 28. 12. frumentum martyrum, & paleas negatorum. Hæc enim, ſcalæ quas ſomniat Iacob,
1. Cor. 9. 25. aliis aſcenſum in ſuperiora, aliis deſcenſum ad inferiora demonſtrantes. Sic & agonem intelligi capit, perſecutionem. A quo certamen edicitur, niſi à quo corona & præmia
Apoc. 2. 10. proponuntur? Legis edictum agonis iſtius in Apocalypſi, quibus præmiis ad victoriam
c Epheſ. 6. 2. invitet, vel maximè illos qui propriè vicerint in perſecutione, vincendo [c] *luctati, reverà non adversùs carnem & ſanguinem, ſed adversùs ſpiritalia nequitiæ*. Ita agnoſces ad eundem agonothetam pertinere certaminis arbitrium, qui invitat ad præmium. Totum quod agitur in perſecutione, gloria Dei eſt probantis, & reprobantis; imponentis, & deponentis. Quod autem ad gloriam Dei pertinet, vtique ex voluntate illius eveniet. Sed quando Deus magìs creditur, niſi cùm magìs timetur? niſi in tempore perſecutionis? Tunc Eccleſia in attonito eſt. Tunc & fides in expeditione ſollicitior, & diſciplinatior, in iejuniis, & ſtationibus, & orationibus, & humilitate, in alterutra diligentia & dilectione, in ſanctitate & ſobrietate. Non enim vacatur niſi timori, & ſpei. Adeò & ex hoc ipſo oſtenditur nobis, non poſſe diabolo deputari eam, quæ meliores efficit Dei ſervos.

CAPVT II.

Perſecutionem diabolus, aut miniſtri eius, pro libito ſuo, & propriâ poteſtate inferre non poſſunt, ſed ex Dei permiſſu, probare, vel reprobare, vel cohibere volentis.

V. Tentatio, 2. per totum.

SI, quòd iniquitas à Deo non eſt, ſed à diabolo, perſecutio autem ex iniquitate conſiſtit, (quid enim iniquius quàm veri Dei antiſtites, omnis ſectatores veritatis, nocentiſſimorum more tractari?) ideo videtur perſecutio à diabolo evenire, à quo iniquitas agitur, ex qua conſtat perſecutio: ſcire debemus, quatenus nec perſecutio eſt ſine iniquitate diaboli, nec probatio fidei ſine perſecutione, propter probationem fidei neceſſariam iniquitatem, non patrocinium præſtare perſecutioni, ſed miniſterium: præcedere enim Dei voluntatem, circa fidei probationem, quæ eſt ratio perſecutionis; ſequi autem diaboli iniquitatem, ad inſtrumentum perſecutionis, quæ ratio eſt probationis. Nam & aliàs, inquantùm iuſtitiæ iniquitas æmula eſt, intantùm materia eſt ad teſtimonia eius, cuius eſt æmula; vt ſic iuſtitia in iniquitate perficiatur, quomodo
a 2. Cor. 12. [a] *virtus in infirmitate perficitur.* [b] *Nam infirma mundi electa ſunt à Deo, vt confundantur for-*
b 1. Cor. 1. 27. *tia; & ſtulta eius, vt confundantur ſapientia.* Ita & iniquitas adhibetur, vt iuſtitia probetur, confundens iniquitatem. Igitur quod miniſterium non eſt arbitrij, ſed ſervitij; (arbitrium enim Domini,) perſecutio, propter fidei probationem; miniſterium autem iniquitas diaboli, propter perſecutionis inſtructionem; ita eam per diabolum ſi fortè, non à diabolo evenire credimus. Nihil Satanæ in ſervos Dei vivi licebit, niſi permiſerit Dominus, vt aut ipſum deſtruat per fidem electorum, in tentatione victricem; aut homines eius fuiſſe traducat, qui deſecerint ad illum. Habes exemplum Iob, cui diabolus nullam potuit incutere tentationem, niſi à Deo accepiſſet poteſtatem, nec in
c Iob. 1. 12. ſubſtantiam quidem eius, niſi Dominus, [c] *Ecce*, dixiſſet, *omnia quæ ſunt ei, in manu tua do, in ipſum autem nè extenderis manum.* Denique nec extendit, niſi poſteaquam & hoc
d Iob. 2. 6. & ſeq. poſtulanti Dominus, [d] *Ecce*, dixiſſet, *trado tibi illum, tantùm animam eius cuſtodi*,

Sic & in Apoſtolos facultatem tentationis poſtulavit, non habens eam niſi ex permiſſu.
Siquidem Dominus in Evangelio ad Petrum, [e] *Ecce*, inquit, *poſtulavit Satanas, vti cer-* e Luc.22.31.
neret vos velut frumentum: verùm ego rogavi pro te, nè deficeret fides tua; id eſt, nè tantum
diabolo permitteretur, vt fides periclitaretur. Quo oſtenditur, vtrumque apud Deum
eſſe, & concuſſionem fidei, & protectionem, cùm vtrumque ab eo petitur, concuſſio
à diabolo, protectio à filio. Et vtique cùm filius Dei protectionem fidei habet in ſua
poteſtate, quam à Patre poſtulat, [f] *à quo omnem accipit poteſtatem in cælis, & in terris*; f Matth.28.
quale eſt vt concuſſionem fidei diabolus in manu ſua habeat? Sed in legitima Oratione 18.
cùm dicimus ad Patrem, [g] *Nè nos inducas in tentationem*, (quæ autem major tentatio, g Matth.6.13.
quàm perſecutio?) ab eo illam profitemur accidere, à quo veniam eius deprecamur:
hoc eſt enim quod ſequitur, *Sed erue nos à maligno*; id eſt, *nè nos induxeris in tentationem*, Ibid.
permittendo nos maligno. Tunc enim eruimur diaboli manibus, cùm illi non tradimur
in tentationem. Nec in porcorum gregem diaboli legio habuit poteſtatem, niſi eam dè Marci.5.12.
Deo impetraſſet: tantùm abeſt vt in oves Dei habeat. Poſſum dicere, porcorum quo-
que ſetas tunc numeratas apud Deum fuiſſe: nedum capillos ſanctorum. Habere vi- Matth.10.30.
detur diabolus propriam iam poteſtatem, ſi fortè in eos qui ad Deum non pertinent,
ſemel [h] *in ſtillam ſitulæ, & in pulverem areæ, & in ſalivam* Nationibus deputatis à Deo, ac h Eſa.40.15.
per hoc diabolo expoſitis in vacuam quodammodo poſſeſſionem. Cæterùm, in domeſ-
ticos Dei nihil illi licet ex propria poteſtate; quia quando liceat, id eſt, ex quibus cauſis,
exempla in ſcripturis ſignata demonſtrant. Aut enim ex cauſa probationis conceditur
ei ius tentationis, provocato, vel provocanti, vt in ſuperioribus: Aut ex cauſa repro-
bationis traditur ei peccator quaſi carnifici in pœnam, vt Saul; [i] *Et abſceſſit*, inquit, i 1.Reg.16.14
ſpiritus Domini à Saüle, & concutiebat eum ſpiritus nequam à Domino, & ſuffocabat eum. Aut
ex cauſa cohibitionis, vt Apoſtolus refert [l] *datum ſibi ſudem angelum Satanæ, vt colaphi-* l 2.Cor.12.7.
zetur: Nec hanc ſpeciem permitti diabolo in ſanctos humiliandos per carnis vexatio-
nem, niſi ſimul vt & [m] *virtus tolerantiæ ſcilicet in infirmitate perfici poſſit*: nam & ipſe Apoſ- m Ibid.
tolus [n] *Phigellum, & Hermogenem tradidit Satanæ, vti emendentur, nè blaſphement*. Vides n 1.Tim.1.15.
iam & à ſervis Dei facilius diabolum accipere poteſtatem, tantò abeſt, vt eam ex pro-
prietate poſſideat.

CAPVT III.

Scripturis probat, à Deo perſecutiones immitti.

V. Tentatio 1. per totum.

CVM ergo & hæc exempla magìs in perſecutionibus eveniant, ſiquidem magìs
tunc probamur, vel reprobamur, & magìs tunc humiliamur, vel emendamur, ab
eo permittatur, vel imperetur; neceſſè eſt catholicè fieri hæc, à quo & ex parte; ſci-
licet ab illo qui dicit, [a] *Ego ſum qui facio pacem, & condo mala*; id eſt bellum. Hoc eſt a Eſa.45.7.
enim contrarium paci. Noſtræ autem paci quid eſt bellum, quàm perſecutio? Si per-
ſecutionis vel maximè exitus, aut vitam adferunt, aut mortem, aut plagam, aut ſana-
tionem: habes auctorem eiuſdem, [b] *Ego percutiam, & ſanabo; ergo vivificabo, & morti-* b Deut.32.39.
ficabo. [c] *Vram*, inquit, *illos, ſicut vritur argentum*; *& probabo*, inquit, *illos, ſicut probatur au-* c Zach.13.9.
rum. Cùm enim exurimur perſecutionis ardore, tunc probamur dè fidei tenore. Hæc
erunt [d] *ignea jacula diaboli*, per quæ fidei vſtio, & conflatio adminiſtratur; ex Dei ta- d Epheſ.6.16
men voluntate. Dè iſto quis dubitare poſſit ignoro, niſi planè frivola & frigida fides,
deprehendens eos qui timidè conveniunt in Eccleſiam. Dicitis enim, quoniam in-
conditè convenimus, ſimul convenimus, & complures concurrimus in Eccleſiam; quæ-
rimur à Nationibus, & timemus nè turbentur Nationes. An non ſcitis quòd Deus om-
nium ſit Dominus? Et ſi velit Deus, tunc perſecutionem patieris; ſi verò noluerit, ſile-
bunt Nationes. Credas vtique; ſi tamen in eum Deum credis, [e] *ſine cuius voluntate nec* e Matth.10.29
paſſer vnius aſſis cadit in terram. Nos autem puto multis paſſeribus antiſtamus.

CAPVT IV.

Fugienda perſecutio non eſt, quæ à Deo mittitur.

Per totum. V. Fuga in perſec. 2. A. p. V. Bonitas; 2.

IGITVR ſi conſtat à quo perſecutio eveniat, poſſumus iam conſultationem tuam in-
ducere, & determinare ex hoc ipſo prætractatu, Fugiendum in perſecutione non
eſſe. Si enim perſecutio à Deo evenit, nullo modo ſugiendum erit quod à Deo evenit.
Sicut duplex ratio defendit, quia neque debeat devitari, neque evadi poſſit quod à Deo
evenit. Non debet devitari, quia bonum. Neceſſe eſt enim bonum eſſe omne quod Deo

a Gen. 1. per totum, & 31.

viſum eſt. Et nunquid ideo in Geneſi ſic poſitum eſt, a *Et vidit Deus quia bonum eſt;* non quòd ignoraret bonum eſſe, niſi vidiſſet; ſed vt hoc ſono portenderet bonum eſſe, quod Deo viſum eſt? Multa quidem ſunt, quæ à Deo eveniant, & alicuius malo eveniant. Immò bonum eſt ideo, quia à Deo evenit, vt divinum, & rationale. Quid enim divinum non rationale, non bonum? Quid bonum, non divinum? Si autem ſenſui cuiuſque videtur, non ſenſus hominis præiudicat ſtatui, ſed ſtatus ſenſui. Status enim vniuſcuiuſque, certum quid eſt, & dat ſenſui legem, ita ſentiendi ſtatum, ſicuti eſt. Si autem ſtatu quidem bonum, quod à Deo venit: (nihil enim à Deo non bonum, quia divinum, quia rationale) ſenſui verò malum videtur, erit ſtatus in tuto, ſenſus in vitio. Statu optima res Pudicitia, & Veritas, & Iuſtitia, quæ à multorum ſenſu diſplicent. Nunquid ideo ſtatus ſenſui addicitur? Ita & perſecutio ſtatu bona eſt, quia divina & rationalis diſpoſitio; ſenſui eorum verò quorum malo venit, diſplicet. Vides etiam illud malum rationem apud Deum habere, cùm quis in perſecutiune evertitur dè ſalute, ſicut & illud bonum ratione contingere, cùm quis ex perſecutione proficit in ſalute? Niſi ſi irrationaliter quis aut perit apud Dominum, aut ſalvus eſt: is non poterit perſecutionem malum dicere, quæ etiam in mali parte bonum eſt, dum ratione adminiſtratur. Ita ſi bonum perſecutio quoquo modo, quia dè ſtatu conſtat, meritò definimus, quod bonum eſt, vitari non oportere; quia delictum ſit, quod bonum eſt, recuſare: eo amplius quod Deo viſum eſt: iam verò nec poſſe vitari, quia à Deo evenit, cuius voluntas non poterit evadi. Igitur qui putant fugiendum, aut malum exprobrant Deo, ſi perſecutionem vtì malum fugiant; bonum enim nemo devitat; aut fortiores ſe Deo exiſtimant, qui putant ſe evadere poſſe, ſi Deus tale aliquid voluerit evenire.

CAPVT V.

Non recipit dicentes ſe fugere, nè Chriſtum negare compellantur, & excidentes à fide pereant.

Per totum. V. Fuga in perſec. 2. Et circa f. in Alphab. Errorum. V. Fuga, 3.

SED, Quod meum eſt, inquit, fugio, nè peream, ſi negavero: illius eſt, ſi voluerit etiam fugientem me reducere in medium. Hoc mihi prius reſponde, Certus es te negaturum ſi non fugeris, an incertus? Si enim certus, iam negaſti; quia præſumendo te negaturum, id deſpopondiſti, de quo præſumpſiſti: & vanè iam fugis nè neges, qui ſi negaturus es, iam negaſti. Si verò incertus es, cur non ex æqualitate incerti metus inter vtrumque eventum, etiam confiteri te poſſe præſumis; & ſalvum magìs fieri quò minus fugias; ſicut negaturum te præſumis, vt fugias? Iam nunc aut in nobis eſt vtrumque, aut totum in Deo, Si in nobis eſt confiteri, aut negare, cur non, id præſumimus quod eſt melius, id eſt, confeſſuros nos? niſi ſi vis confiteri, pati non vis. Nolle autem confiteri, negare eſt. Si verò in Deo totum eſt, cur non totum relinquimus arbitrio eius? agnoſcentes virtutem, & poteſtatem, quòd poſſit nos ſicut fugientes reducere in medium; ita & non fugientes, immò & in medio populo converſantes obumbrare. Quale eſt, vt ad ſugiendum, Deo honorem reddas, qui poſſit te etiam fugientem producere in medium; ad conteſtandum autem, inhonores illum, deſperans potentiam protectionis ab illo? Quare non magìs ex hac parte conſtantiæ & fiduciæ in Deum, dicis, Ego, quod meum eſt, facio, non diſcedo. Deus ſi voluerit, ipſe me proteget. Hoc potius noſtrum eſt, ſtare ſub Dei arbitrio, quàm fugere ſub noſtro. Rutilius ſanctiſſimus martyr, quum totiens fugiſſet perſecutionem dè loco, in locum, etiam periculum (vt putabat) nummis redemiſſet, poſt totam ſecuritatem quam ſibi proſpexerat; ex inopinato apprehenſus, & præſidi oblatus, tormentis diſſipatus, credo pro fugæ caſtigatione; dehinc ignibus datus, paſſionem quam vitarat, miſericordiæ Dei retulit. Quid aliud voluit Dominus nobis demonſtrare hoc documento, quàm fugiendum non eſſe: quia nihil fuga proſit, ſi Deus nolit?

CAPVT VI.

Præceptum Chriſti, de Fuga à civitate in civitatem, renuit patrocinari fugientibus.

In p. V. Fuga in perſec. 2. Et in Alphab. Errorum. V. Fuga, 4. A. p. V. Fuga in perſec. 1. In m. in Alphab. Errorum. V. Fuga, 1. A. m. V. Pauli converſio 6. In f. in Alphab. Errorum. V. Fuga, 5.

IMMÒ, inquit, quia præceptum adimplevit, fugiens de civitate in civitatem. Sic enim voluit quidam, ſed & ipſe fugitivus, argumentari, & qui proinde nolunt intelligere

a Matth. 10. 23.

ſenſum Domini illius pronuntiationis, vt eam ad velamentum timiditatis ſuæ vtantur, cùm & perſonas ſuas habuerit, & tempora, & cauſas; a *Cùm cœperint*, inquit, *perſequi vos,*

ſugite de civitate in civitatem. Hoc in perſonas propriè Apoſtolorum, & in tempora, &
in cauſas eorum pertinere defendimus, ſicut præcedentes, & ſubſequentes ſenſus pro-
babunt, qui nonniſi in Apoſtolos competunt: [b] *In viam Nationum nè ieritis, & in civi-* b Ibid.5.
tatem Samaritanorum nè introjeritis; ſed ite potius ad oves perditas domus Iſraëlis. Nobis au-
tem & via Nationum patet, in qua & inventi ſumus, & vſque in finem incedimus; &
nulla civitas excepta eſt, qua per totum orbem prædicamus: ſed nec cura nobis Iſraelis
injuncta eſt extra ordinem, niſi quà & omnibus gentibus prædicare debemus. Etiam, Ibid.17.
ſi apprehendamur, non in concilia eorum perducemur, nec in ſynagogis illorum fla-
gellabimur; ſed Romanis vtique poteſtatibus, & tribunalibus objiciemur. Sic igitur &
fugæ præceptum, Apoſtolorum conditio deſiderabat, quoniam primò prædicandum
erat ad oves perditas domus Iſraëlis. Vt ergo perficeretur prædicatio, apud quos prio-
res perfici oportebat, [c] *vti panem antè filij quam canes ſumerent*; ideo illis fugere tunc ad c Matth.15.
tempus præcipit, non propter eludendum periculum proprio nomine perſecutionis, 26.
(atquin perſecutiones eos paſſuros prædicabat, & tolerandas docebat) ſed propter pro-
fectum annuntiationis, nè ſtatim oppreſſis, Evangelij quoque diſſeminatio perimere-
tur. Neque enim quaſi tacitè in aliquam civitatem transfugiendum erat, ſed quaſi vbi-
que annuntiaturis; & ex hoc vbique perſecutiones ſubituris, donec replerent doctrina
ſua. Denique, [d] *Non conſummabitis*, inquit, *civitates Iſraëlis.* Adeò intra terminos Iu- d Matth.10.
dææ præceptum fugæ continebatur. Nobis autem nulla Iudææ præfinitio competit 23.
prædicationis; [e] *in omnem iam carnem effuſo Spiritu ſancto.* Itaque Paulus, & Apoſtoli e Ioel.2.28.
ipſi, memores præcepti Dominici, conteſtantur illud apud Iſrael, quem iam doctrina
ſua impleverant, [f] *Vobis oportuit in primis ſermonem Dei tradi. Sed quoniam repuliſtis eum,* f Act.13.46.
nec dignos vos æterna vita exiſtimaſtis, ecce convertimus nos ad Nationes. Atque exinde con-
verſi & ipſi ſicut anteceſſores inſtituerant, & viam Nationum abierunt, & in civitates
Samaritarum introjerunt; vt [g] *in totam ſcilicet terram exiret ſonus eorum, & in terminos orbis* g Pſal.18.5.
voces eorum. Si ergo ceſſavit exceptio viæ Nationum, & introïtus in civitates Samarita-
norum, cur non ceſſaverit & fugæ præceptum pariter emiſſum? Denique ex quo, ſa-
turato Iſraële, Apoſtoli in Nationes tranſierunt, nec fugerunt dè civitate in civitatem,
nec pati dubitaverunt. Atquin & Paulus, qui ſe per murum conceſſerat expediri dè Act.9.25.
perſecutione, quà ad hoc tempus erat præcepti; idem iam in clauſula officij, & in con-
ſummatione præcepti diſcipulis magnopere deprecantibus, nè ſe Hieroſolyma com-
mitteret, paſſurus illic quæ Agabus prophetaverat, ſollicitudini eorum non ſubſcripſit; Act 21 11.
ſed è contrario, [h] *Quid*, inquit, *facitis lacrymantes, & conturbantes cor meum? Ego enim non* h Ibid.13.
modò vincula pati optaverim, ſed etiam mori Hieroſolymis pro nomine Domini mei Ieſu Chriſti.
Atque ita omnes ajerunt, Fiat voluntas Domini. Quæ erat voluntas Domini? vtique non Ibid.14.
fugiendi iam perſecutionem. Cæterùm, poterant & priorem Domini voluntatem pro-
poſuiſſe quâ fugere mandaverat, qui illum perſecutionem vitaſſe maluerant. Igitur,
cùm etiam ſub Apoſtolis ipſis temporale fuit fugæ præceptum, ſicut & reliquorum
præſcriptorum, non poteſt apud nos perſeverare, quod apud doctores noſtros conceſ-
ſavit, etſi non propriè ad illos fuiſſet emiſſum: Aut ſi perſeverare illud Dominus vo-
luit, * dereliquerunt Apoſtoli, qui non vſque in finem fugere curaverunt. deliquerunt.

CAPVT VII.

Chriſtus ad paſſionem invitans, fugere diſſuadet.

In p. V. Fuga in perſec. 4. Et in Alphab. Error. V. Fuga, 5.

VIDEAMVS nunc an & cætera Domini edicta congruant perpetuo fugæ præcepto.
Primò quidem, ſi à Deo perſecutio eſt; quale eſt vt idem fugiendam eam mandet,
qui & infert? quam ſi evadi vellet, melius non immitteret, nè voluntatem ſuam alia
voluntate prævaricari videretur. Aut pati enim nos voluit perſecutionem, aut fugere.
Si fugere, quomodo pati? ſi pati, quomodo fugere? Iam verò quanta inæqualitas ſen-
tentiarum, iubentis fugere, & invitantis ad paſſionem, contrariam fugæ? [a] *Qui confeſ-* a Matth.10.
ſus fuerit in me, & ego confitebor in illo coram Patre meo. Quomodo confitebitur fugiens? 32.33.
quomodo fugiet confitens? *Qui me confuſus fuerit, & ego confundar eum coram patre.* Si
devito paſſionem, confundo confeſſionem. [b] *Fœlices qui perſecutionem paſſi fuerint cauſa* b Matth.5.10.
nominis mei. Infœlices ergo qui fugiendo ex præcepto non erunt paſſi. [c] *Qui ſuſtinuerit in* c Matth.10.
finem, iſte ſalvabitur. Qui ergo me iubens fugere, vis in finem ſuſtinere? Tanta diverſi- 22.
tas ſententiarum ſi non congruit divinæ gravitati, apparet ex his quoque præceptum
fugæ ſuam tunc habuiſſe rationem quam oſtendimus. Sed infirmitatem, inquit, quo-
rundam proſpiciens Dominus, pro ſua humanitate nihilominus & portum fugæ de-

monſtravit. Non enim idoneus erar etiam ſine ſuga ram rurpi, & indigno, & ſervili præſidio ſalvos ſacere in perſecutione, quos ſciret infirmos. Arquin non ſovet, ſed recuſat ſemper infirmos; primùm docens non fugiendos eſſe perſecutores, ſed porius non timendos. [d] *Nolite timere eos qui corpus occidere poſſunt, animæ autem nihil valent facere. Sed timete eum qui & corpus & animam perdere poteſt in gehennam.* Arque exinde quæ rimidis præfinit? [e] *Qui pluris fecerit animam ſuam quàm me, non eſt me dignus: &, Qui non tollit crucem ſuam, & ſequitur me, non poteſt eſſe meus diſcipulus.* Poſtremò, in Apocalypſi non fugam timidis offerr, ſed inter cæteros reprobos [f] *particulam in ſtagno ſulphuris & ignis, quod eſt mors ſecunda.*

d Matth. 10. 28.
e Luc. 14. 26. 27.
f Apoc. 21. 8.

CAPVT VIII.

Chriſtus quidem fugit perſecutionem, ſed tantùm quoadvſque ſuam doctrinam impleret.

In p. V. Chri. infirma, 2.

REFVGIT & ipſe vim interdum, ſed eadem ratione quâ Apoſtolis fugere præceperat; donec ſcilicet doctrinam ſuam impleret; quâ conſummatâ, non dico ſteiit, ſed nec auxilium à Patre angelorum exercituū deſideravit increpiro etiam Perri gladio. Profeſſus quidem & ipſe eſt, [a] *animam anxiam vſque ad mortem,* [b] *& carnem infirmam*; vt tibi oſtenderet, primò, in ſe vtramque ſubſtanriam humanam fuiſſe, ex proprietate anxietatis animæ, & imbecilliratis carnis: nè aliam (vt quidam nunc induxerunt) aut carnem, aut animam Chriſti interpretareris; dehinc, vt demonſtratis conditionibus earum, ſcires illas nihil valere per ſemetipſas ſine ſpiritu. Et ideo præponit, [c] *Spiritus promptus*; vr vtramque conditionem ſubſtantiæ vtriuſque reſpiciens, intelligas in te eſſe etiam fortitudinem ſpiritus, quomodo & infirmiratem carnis; ac iam hinc ſcias quid vnde ſacias, & quid cui ſubjicias; infirmum ſcilicet forti: ne, vt nunc ſacis, dè carnis quidem infirmitate cauſeris, dè ſpiritus autem firmitate diſſimules. Poſtulavit & ipſe à Patre, [d] *Si fieri poſſet, tranſiret ab illo calix paſſionis.* Poſtula & ru, ſed ſtans vt ille, ſed poſtulans tantùm, ſed ſubiungens & reliqua; *Verùm non quod ego volo, ſed quod tu.* Fugiens autem quomodo hoc poſtulabis, ipſe tibi preſtans calicis tranſlationem; nec quod parer vult ſaciens, ſed quod tu?

Matth. 10. 23.
Matth 26. 52. & 53.
a Matth. 26. 38. &
b 41.
c Matth. 26. 41.
d Matt. 26. 39.

CAPVT IX.

Apoſtoli à fugiendi præcepto longè abfuerunt, cùm hortati ſint ad paſſiones ſuſtinendas.

In p. in Alphab. Errorum. V. Fuga, 6. A. p. ad m. V. Fuga in perſec. 5. In f. V. Amor Dei, 1.

OMNIA Apoſtoli ſecundùm Deum vtique docuerunt, omnia evangelizare voluerunt. Vbi illos oſtendis præceptum fugiendi dè civitate in civitatem reſtauraſſe? quia nec potuiſſent rale quid conſtituere tam contrarium exemplis ſuis, vr ſugam mandarent; qui cum maximè dè vinculis, vel inſulis, quibus ob confeſſionem, non ob ſugam nominis continebantur, ad Eccleſias ſcribebant. Infirmos ſuſtinere iubet Paulus, vtique enim non fugientes (quomodo enim ſuſtinebantur abſenres?) An patienriâ dicit ſuſtinendos, ſicubi per infirmiratem fidei ſuæ offenderint? Sic & puſillanimes conſolari, non tamen in ſugam mitti. Sed cùm admonet, [a] *Nè locum malo demus*; non fugæ ſuggerir conſilium, ſed iracundiæ docet temperamentum. Et ſi [b] *redimendum tempus dicit, quia dies nequam ſunt*; non per ſugam, ſed per ſapientiam converſationis, lucrari nos vulr commeatum. Cæterùm, [c] *qui lucere nos iubet velut filios lucis*, non iubet fugâ abſcondi vt filios tenebrarum. *Stare immobiles præcipit*; vrique nec ſuga mobiles: *& accinctos*, in fugam, an in occurſum Evangelij? arma quoque demonſtrat, quæ fugiruris non eſſent neceſſaria, inter quæ & [d] *clypeum quo poßitis tela diaboli extinguere*, reſiſtentes ſine dubio, & excipientes omnem vim illius. Proinde & Ioannes [e] *pro fratribus quoque animas ponendas docet*, nèdum pro Domino. Hoc à fugientibus non poteſt adimpleri. Denique memor Apocalypſis ſuæ, in qua timidorum exitum audierat, dè ſenſu admonet & ipſe timorem rejiciendum. [f] *Timor*, inquir, *non eſt in dilectione. Sed enim perfecta dilectio foras mittit timorem; quia timor ſupplicium habet*, vtique [g] *ignem ſtagni*, [h] *Qui autem timet, non eſt perfectus, in dilectione*; Dei ſcilicet. Porro, quis ſugiet perſecutionem, niſi qui timebir? Quis timebir, niſi qui non amavir? Spirirum verò ſi conſulas, quid magìs ſermone illo Spirirus probat? Namque omnes penè ad martyrium exhortatur, non ad fugam, vt & illius commemoremur, *Publicaris*, inquir, *bonum tibi eſt. Qui enim non publicatur in hominibus, publicatur in Domino. Ne confundaris, iuſtitia te producit in medium. Quid confunderis, laudem ferens? Poteſtas fit, cùm conſpiceris ab hominibus* Sic & alibi. *Nolite in lectulis, nec in aborſibus, & febribus mollibus optare exire, ſed in martyrijs; vt glorificetur qui eſt paſſus pro vobis.*

1. Teſſ. 5. 14.
Rom. 14. 1.
a Epheſ. 4. 27.
b Epheſ. 5. 16.
c Ibid 8.
d Epheſ 6. 18. & ſeq.
e 1. Io. 3. 16.
Apoc. 21. 8.
f 1. Io. 4. 18.
g Apoc. 21. 8.
h 1. Io. 4. 18.

CAPVT X.

Fugiendum non eſſe docuit Ionas, à fuga redire compulſus à Deo.

In p. ad m. in Alphab. Errorum. V. Fuga, 6. à p. In m. ad f. V. Fuga in perſec. 5.

SED omiſſis quidam divinis exhortationibus, illum magìs Græcum verſiculum
ſæcularis ſententiæ ſibi adhibent; *Qui fugiebat, rurſus præliabitur*; vt & rurſus
forſitan fugiat. Et quando vincet, qui quum fugerit, victus eſt? Bonum militem Chriſto
imperatori ſuo præſtat, qui tam plenè ab Apoſtolo armatus, tubâ perſecutionis auditâ,
diem deſerit perſecutionis. Reſpondebo & ego dè ſæculo aliquid, *Vſque adeonè mori
miſerum eſt?* Moriatur quoquo modo, aut victus, aut victor. Nam etſi negando ceciderit,
cum tormentis tamen prœliatus. Malo miſerandum quàm erubeſcendum. Pulcrior
eſt miles in prœlio amiſſus, quàm in fuga ſalvus. Times hominem, Chriſtiane,
quem timeri oportet ab angelis; ſiquidem [a] *angelos iudicaturus es:* quem timeri oportet [a] 1. Cor. 6. 3.
à dæmonis; ſiquidem & in dæmonas accepiſti poteſtatem: quem timeri oportet ab Luc. 10. 17.
vniverſo mundo; ſiquidem & in te mundus iudicatur. [b] *Chriſtum indutus es, ſiquidem in* 1. Cor. 6. 2.
Chriſtum tinctus es. Qui fugis diabolum, depreciaſti Chriſtum, qui in te eſt. Fugitivum [b] Gal. 3. 27.
cum diabolo te reddidiſti. Sed Dominum fugiens, exprobras omnibus fugitivis ſui vanitatem
conſilij. Fugerat & quidam animoſus Prophetes Dominum, trajecerat ab
Ioppe Tarſum, quaſi & à Deo transfretaret; ſed illum non dico in mari, & in terra, Ion. 1. 3.
verùm in vtero etiam beſtiæ invenio, in quo nec mori per triduum potuit, nec vel ſic
Deum evadere. Quantò melius Dei ſervus? qui ſive inimicus Dei imminet, non fugit
eum; ſed potius contemnit, confidens ſcilicet de tutela Domini; ſive Deum reformidat,
quantò magìs ſub oculis eius aſtitit, dicens, Dominus eſt, potens eſt: omnia illius
ſunt: vbi vbi fuero, in manu eius ſum; faciat quod vult, non diſcedo; & ſi perire me
volet, ipſe me perdat, dum me ego ſervo illi. Malo invidiam ei facere, per voluntatem
ipſius pereundo, quàm bilem, per meam evadendo.

CAPVT XI.

Prælati ſaltem, ovili ſtante, fugere non debent in perſecutione.

A. p. ad f. V. Paſtor, 1.

HOc ſentire, & facere omnem ſervum Dei oportet, etiam minoris loci, vt majoris
fieri poſſit, ſi quem gradum ex perſecutionis tolerantia aſcenderit. Sed quum ipſi
auctores, id eſt, ipſi Diaconi, Presbyteri, & Epiſcopi fugiunt, quomodo laïcus intelligere
poterit, quâ ratione dictum, [a] *Fugite de civitate in civitatem?* Itaque, quum duces [a] Matth. 10.
fugiunt, quis dè gregario numero ſuſtinebit ad gradum in acie figendum ſuadentes? 23.
Certè quidem [b] *bonus paſtor animam pro pecoribus ponit*; vt Moyſes non Domino adhuc
Chriſto revelato, etiam in ſe figurato ait, [c] *Si perdis hunc populum*, inquit, *& me pariter* [b] Io. 10. 11.
cum eo diſperde. Cæterùm, Chriſto confirmante figuras ſuas; [d] *malus paſtor eſt, qui viſo* [c] Exo. 32. 32.
lupo fugit, & pecora diripienda derelinquit: projicietur de villa paſtor huiuſmodi: detine- [d] Io. 10. 12.
buntur illi miſſionis ſuæ mercedes in compenſationem; immò & de priore peculio eius
exigetur detrimenti dominici reſtitutio. [e] *Etenim qui habet, dabitur ei; ab eo autem qui* [e] Luc. 8. 18.
non habet, etiam quod videtur habere, auferetur. Sic Zacharias comminatur; [f] *Exurge rom-* [f] Zach. 13. 7.
phæa in paſtores, & evellite oves, & ſuperducam manum meam in paſtores. In quos & Eze- Ezech. 34. 1.
chiel, & Hieremias iiſdem minis perorant, quòd non tantùm de pecoribus improbè & ſeq.
veſcantur, paſcentes potius ſemetipſos; verùm quòd diſperſum gregem faciant in præ- Hier. 23. 1.
dam eſſe omnibus beſtiis agri, dum non eſt paſtor illis. Quod nunquam magìs & ſeq.
fit, quàm cùm in perſecutione deſtituitur Eccleſia à Clero. Si & Spiritum quis agnoverit,
audiet & fugitivos denotantem. Porro, ſi eos qui gregi præſunt, fugere cùm
lupi irruunt, nec decet, immò nec licet, (qui enim talem paſtorem malum pronuntiavit,
vtique damnavit: omne autem quod damnatur, illicitum factum eſt ſine dubio,)
ideo præpoſitos Eccleſiæ in perſecutione fugere non oportebit. Cæterùm, ſi grex fugere
deberet, non deberet præpoſitus gregis ſtare, ſine cauſſa ſtaturus ad tutelam gregis,
quam grex non deſideraret, ex licentia fugæ ſcilicet.

CAPVT XII.

Fugam perſecutionis nullo modo pecuniâ redimendam eſſe.

Per totum, de Fuga in perſec. 6.

QVOD pertineat, frater, ad tuum problema, habes ſententiæ noſtræ reſponſionem,
& exhortationem. Porro, qui quærit, An perſecutio fugienda ſit, ſequentem
quoque quæſtionem iam proſpiciat neceſsè eſt; an ſi fugienda non eſt, redimenda certè

ſit. Vltro igitur & dè hoc tibi ſuggeram, definiens perſecutionem, quam conſtat non
eſſe fugiendam, proinde nec redimendam. Pretium intereſt. Cæterùm, ſicut ſuga, re-
demptio gratuita eſt; ita redemptio nummaria, ſuga eſt. Certè & huius, timiditatis
conſilium eſt. Quod times, redimis; ergo fugis. Pedibus ſtetiſti, curriſti nummis. Hoc
ipſum quod ſtetiſti ex redemptione, fugiſti. Vt autem redimas hominem tuum num-
mis, quem ſanguine ſuo redemit Chriſtus, quàm indignum Deo, & diſpoſitione eius,
a Rom. 8. 32. *a qui filio ſuo non pepercit pro te, vt fieret maledictum pro nobis; quia maledictus qui pependerit*
Gal. 3. 13. *in ligno; qui tanquam ovis ad victimam ductus eſt, & tanquam agnus antè tondentem, ſic non*
Eſa. 53. 7. *aperuit os; ſed poſuit dorſum ſuum in flagella, maxillas autem in palmas; & faciem non avertit*
Pſal. 37. 18. *à ſputaminibus, & inter iniquos deputatus eſt, & traditus eſt in mortem, mortem autem crucis.*
Thren. 3. 30. Totum hoc, vt nos à peccatis lucraretur. Sol ceſſit diem emptionis noſtræ. Apud in-
Eſa. 50. 6. Phil·pp. 2. 8. feros emancipatio noſtra eſt, & ſtipulatio noſtra in cœlis. [b] *Sublevatæ ſunt portæ ſempi-*
b Pſal. 23. 7. *ternæ, vt introiret rex gloriæ, Dominus virtutum*, hominem dè terris, immò ab inferis, mer-
catus in cœlos. Quis eſt nunc qui adverſus illum reluctatur, immò depreciat, & mer-
cedem eius tam magno comparatam, pretioſiſſimo ſcilicet ſanguine, commaculat?
Iam ergo melius fugere, quàm fieri viliorem, ſi non tantò ſibi conſtabit homo, quanti
conſtitit Domino. Et Dominus quidem illum redemit, ab angelis munditenentibus
Epheſ. 6. 12. poteſtatibus, à ſpiritalibus nequitiæ, à tenebris huius ævi, à iudicio æterno, à morte
perpetua. Tu autem pro eo paciſceris cum delatore, vel milite, vel ſurunculo aliquo
præſide, ſub tunica & ſinu, (quod aiunt) vt furtivo, quem coram toto mundo Chriſtus
emit, immò & manumiſit. Hunc ergo liberum pretio æſtimabis, & pretio poſſidebis,
niſi eodem; quanto (vt diximus) Domino conſtitit, ſanguine ſuo ſcilicet? Vt quid
ergo dè homine Chriſtum redimis in homine, in quo Chriſtus eſt? Non aliter & Simon
facere tentavit, cùm pecuniam Apoſtolis obtulit pro ſpiritu Chriſti. Audiet ergo & iſte,
c Act. 8. 18. qui ſe redimens, Chriſti ſpiritum redemit, [c] *Pecunia tua tecum ſit in interitum, quoniam*
& ſeq. *gratiam Dei pretio conſequendam putaſti.* Quis talem abnegatorem ſpernat? Quid enim
dicit ille concuſſor? Da mihi pecuniam. Certè nè eum tradat: ſiquidem non aliud
venditat, quàm quod præſtaturus eſt præmio tuo. Cùm das, vtique nè tradaris voluiſti.
Non traditus autem, traduci habebas? Ergo dum nolendo tradi, non vis traduci, no-
lendo, negaſti, quod te eſſe traduci noluiſti. Immò inquis, dum nolo traduci quod ſum,
ſum confeſſus id eſſe, quod nolo traduci, id eſt Chriſtianum. Potes itaque te martyrem
vindicare? conſtanter oſtendiſſe Chriſtum? Redimens, non oſtendiſti. Apud vnum
ſi fortè confeſſus es, ergo & apud plures nolendo confiteri, negaſti. Ipſa ſalus iudicabit
hominem excidiſſe, dum evadit. Excidit ergo qui maluit evaſiſſe. Negatio eſt, etiam
martyrij recuſatio. Chriſtianus pecuniâ ſalvus eſt; & in hoc nummos habet nè patia-
tur, dum adverſùs Deum erit dives. At enim Chriſtus ſanguine fuit dives pro illo.
d Matth. 5. 3. [d] *Fœlices itaque pauperes, quia illorum eſt*, inquit, *regnum cœlorum*, qui animam ſolam in
e Matth. 6. confiſcato habent. Si [e] *non poſſumus Deo ſervire, & Mammonæ*, poſſumus à Deo redimi,
24. & à Mammona? Quis enim magìs ſerviet Mammonæ, quàm quem Mammonas rede-
mit? Poſtremò, quo exemplo vteris in redemptionem traditionis? Apoſtoli perſe-
Act. 4. 34. 35. cutionibus agitati, quando ſe pecuniâ tractantes liberaverunt? quæ illis vtique non
& Act. 5. 2. deerat, ex prædiorum pretiis ad pedes eorum depoſitis; certè multis locupletibus cre-
2. Tim. 1. 16. dentibus viris ac fœminis, qui his etiam refrigeria ſubminiſtrabant. Quando Oneſipho-
& 4. 9. rus, aut Aquila, aut Stephanus, hoc modo eis in perſecutione ſuccurrerunt? Paulus
Act. 6. 5. quidem, cùm Felix præſes pecunias accepturum ſe pro eo à diſcipulis ſperaſſet, dè
Act. 24. 23. quo & ipſe in ſecreto tractavit cum ipſo, neque ipſe pro ſe, neque diſcipuli pro eo nu-
26. merarunt. Illi vtique diſcipuli, qui flentes quòd Hieroſolymam tendere perſeveraret,
& perſecutiones prædicatas illic non præcaveret, poſtremò inquiunt, [f] *Fiat voluntas*
f Act. 21. 14. *Dei.* Quæ iſta voluntas? vtique vt pateretur pro nomine Domini, non vt redimeretur.
g 1. Io. 3. 16. Oportet enim [g] *quomodo Chriſtus animam ſuam poſuit pro nobis; ita fieri pro eo & à nobis,*
nec tantùm pro ipſo, immò etiam pro fratribus propter ipſum. Quod Ioannes docens, non &
fratribus numerandum, ſed moriendum potius pronuntiavit. Nihil intereſt, ſi quem
Chriſtianum redimere non debeas, aut emere. Et adeò voluntas Dei ſic eſt. Aſpice
h Prou. 2. 1. regnorum & imperiorum vtique à Deo diſpoſitum ſtatum, [h] *in cuius manu cor regis*, tanta
cottidie ærario augendo proſpiciuntur remedia cenſuum, vectigalium, collationum,
ſtipendiorum: nec vnquam vſque adhuc ex Chriſtianis tale aliquid proſpectum eſt,
ſub aliquam redemptionem capitis & ſectæ redigendis, cùm tantæ multitudinis nemini
i 1. Cor. 6. 20. ignotæ, fructus ingens meti poſſet. [i] *Sanguine empti*, ſanguine munerati, nullum num-
l Epheſ. 4. 15. mum pro capite debemus: quia [l] *caput noſtrum Chriſtus eſt.* Non decet Chriſtum pecu-
& cap. 5. 23. niâ conſtare. Quomodo & martyria fieri poſſent in gloriam Domini, ſi tributo licen-

tiam ſectæ compenſaremus? Itaque qui eam præmio paciſcitur, diſpoſitioni divinæ
adverſatur. Cum igitur nihil nobis Cæſar indixerit in hunc modum ſtipendiariæ ſectæ,
ſed nec indici vnquam tale quid poſſit, Antichriſto iam inſtante, & in ſanguinem,
non in pecunias hiante Chriſtianorum, quomodo mihi proponere poteſt ſcripturam
eſſe [m] *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari?* Miles me, vel delator, vel inimicus concutit, [m] Matth. 22. 21.
nihil Cæſari exigens, immò contrà faciens; cùm Chriſtianum legibus humanis reum,
mercede dimittit. Alius eſt denarius, quem Cæſari debeo, qui ad eum pertinet, dè
quo tunc agebatur, tributarius, à tributarijs ſcilicet, non à liberis debitus. Aut quo-
modo *reddam quæ ſunt Dei Deo?* vtique proinde imaginem & monetam ipſius, inſcrip- Ibid.
tam nomine eius, id eſt, hominem Chriſtianũ? Quid autem Deo debeo, ſicut denarium
Cæſari, niſi ſanguinem, quem pro me filius fudit ipſius? Quod ſi Deo quidem homi-
nem, & ſanguinem meum debeo; nunc verò in eo ſum tempore, vt quod Deo debeo,
expoſtuler, vtique fraudem Deo facio, id agens, nè quod debeo, ſolvam. Benè obſer-
vavi præceptum, *Cæſari reddens quæ ſunt Cæſaris, Deo verò quæ ſunt Dei* abnegans. Ibid.

CAPVT XIII.

Scriptura dicens: Omni petenti te, tribue: & facite vobis amicos de Mammona iniqui-
tatis; *non dè redimendæ vexatione, ſed dè Eleemoſynæ, intelligenda eſt.*

Per totum. V. Fuga in perſec. 7.

SED & [a] *omni petenti me dabo*. In cauſa eleemoſynæ, non in concuſſuræ. *Petenti*, in- [a] Luc. 6. 30.
quit. Porro, qui concutit, non petit. Qui comminatur, ſi non acceperit, non poſ-
tulat, ſed extorquet. Non eleemoſynam expectat, qui non miſerandus, ſed timendus
venit. Dabo igitur miſericordiæ, non timiditatis meæ nomine; vbi qui accepit, Deum
honorat, & benedictionem mihi reddit: non vbi amplius ſe benefactum præſtitiſſe cre-
dit, & prædam ſuam adſpiciens dicit, Dè reatu eſt. [b] *Paſcam & inimicum*. Sed ini- [b] Rom. 12. 20.
micitiæ alios habent titulos. Non tamen dixit traditorem, aut perſecutorem, aut Prov. 25. 21.
concuſſorem. Nam huic quantò magis *carbones acervabo ſuper caput*, ſi non me rede- Ibid.
mero? Proinde, inquit, [c] *Qui tibi tunicam ſuſtulerit, vel etiam pallium concede*: ad eum [c] Luc. 6. 35.
pertinet, qui rem, non qui fidem meam eripere quæſierit. Concedam & pallium non
minanti traditionem. Si minatus fuerit, etiam tunicam repoſcam. Omnium iam nunc
Dominicatum pronuntiationum ſui ſunt, & cauſæ, & regulæ termini, non in infinitum,
nec ad omnia ſpectant. Atque adeò qui *omni petenti dari iubet*, ipſe ſignum petentibus
non dat. Alioquin ſi omnibus paſſim petentibus dandum putas, tu mihi videris, non Luc. 6. 30.
dico vinum febricitanti, ſed etiam venenum, aut gladium mortem deſideranti daturus. Luc. 11. 29.
[d] *Facite autem vobis amicos de Mammona*; quomodo intelligendum ſit, parabola præmiſ- [d] Luc. 16. 9.
ſa doceat, ad populum Iudaïcum dicta, qui commiſſam ſibi rationem Domini cùm
malè adminiſtraſſet, deberet dè Mammonæ hominibus, quod nos eramus, amicos
ſibi potius proſpicere, quàm inimicos; & relevare nos à debitis peccatorum, quibus
Deo detinebamur, ſi nobis dè dominica ratione conſerrent; vt cùm cœpiſſet ab huius
deficere gratia, ad noſtram fidem refugientes, reciperentur in tabernacula æterna.
Quamvis nunc puta aliam interpretationem parabolæ & ſententiæ iſtius, dum ſcias
veriſimile non eſſe, vt concuſſores noſtri in amicitiam redacti per Mammonam, [e] *reci-* [e] Ibid.
piant tunc nos in tabernacula æterna. Sed quid non timiditas perſuadebit! quaſi & fugere
ſcriptura permittat, & redimere præcipiat. Parum denique eſt, ſi vnus aut alius ita
eruitur: maſſaliter totæ Eccleſiæ tributum ſibi irrogaverunt. Neſcio dolendum, an
erubeſcendum ſit, cùm in matricibns Beneficiariorum, & Curioſorum, inter taberna-
rios, & lanios, & fures balnearum, & aleones, & lenones, Chriſtiani quoque vecti-
gales continentur. Hanc epiſcopatui formam Apoſtoli providentius condiderunt, vt
regno ſuo ſecuri frui poſſent ſub obtentu procurandi. Scilicet enim talem pacem
Chriſtus ad Patrem regrediens, mandavit à militibus per Saturnalicia redimendam.

CAPVT XIV.

*Collectam facere, & Dominicam celebrare, ſi diu non licet, inſtante perſecutione, noctu fiat. Ce-
terùm timor pellendus foras. Fabium hortatur ne fugam pecunià redimat, & duram licet pa-
racleti ſubeat diſciplinam.*

In p. ad m. V. Fuga in perſec. 7. in f. in Alphab. Errorum V. Fuga, 6.

SED quomodo colligemus, inquis, quomodo Dominica ſolemnia celebrabimus? [a] Matth. 21. 21.
Vtique quomodo & Apoſtoli; fide, non pecuniâ tuti; [a] *quæ fides ſi montem transferre*

poteſt, multò magis militem. Eſto ſapientiâ, non præmio cautus. Neque enim ſtati[m] & à populo eris tutus, ſi officia militaria redemeris. Vna ergo tibi & Fides, & Sapientia, ad tutelam opus eſt: quibus non adhibitis, & redemptionem tuam potes perdere; adhibitis, haud redemptionem deſiderare. Poſtremò ſi colligere interdiu non potes, habes noctem, luce Chriſti luminoſa adverſus eam. Non potes diſcurrere per ſingulos, ſit tibi & in tribus Eccleſia. Melius eſt turbas tuas aliquando non videas, quàm addicas. Serva Chriſto virginem ſponſam. Nemo quæſtum de ea faciat. Hæc tibi, frater, dura forſitan, & intolerabilia videntur. Sed recita Deum dixiſſe, [b] *Qui capit, capiat*; id eſt, qui non capit, diſcedat. Non poteſt qui pati timet, eius eſſe qui paſſus eſt. At qui pati non timet, iſte perfectus erit in dilectione, vtique Dei. [c] *Perfecta enim dilectio foras mittit timorem*. Et ideo [d] *multi vocati, pauci electi*. Non quæritur [e] *qui latam viam ſequi paratus ſit, ſed qui anguſtam*. Et ideo Paracletus neceſſarius [f] *deductor omnium veritatum*, exhortator omnium tolerantiarum. Quem qui receperunt, neque fugere perſecutionem, neque redimere noverunt, habentes ipſum qui pro nobis erit, ſicut [g] *locuturus in interrogatione*, ita juvaturus in paſſione.

- b Matth. 19. 12.
- c 1. Io. 4. 18
- d Matth. 22. 14.
- e Matth. 7. 13.
- f Io. 16. 13.
- g Luc. 12. 12.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI,

ADVERSVS HERMOGENEM.

IN LIBRVM ADVERSVS HERMOGENEM,

ARGVMENTVM.

Tertullianus hunc Librum ſcripſit contra Hermogenem in Africa dogmatizantem, materiam Deo coæuam; de qua, non verò dè nihilo, Deus mundum creavit. Huius Libri meminit ſcribens contra Valentinianos, cap. 14. Hæc, *inquit*, erit materia, quæ nos commiſit cum Hermogene, cæteriſque, qui Deum ex materia, non ex nihilo operatum cuncta præſumunt. *Hieronymus ad Cteſiphontem, contra Pelagianos transfert illud, ex hoc Libro depromptum:* Patriarchæ hæreticorum Philoſophi. *Cap. 8. cont. Hermog. Pamelius vult ſcripſiſſe hunc librum An. Chri. ducenteſimo ſexto. Zephyr. ſeptimo, Severi decimo tertio. Baro. Zephyr. 4. Severi duodecimo.*

CAPVT PRIMVM.

Hæretici ſua dogmata, veritate antiquâ poſteriora condiderunt: Hermogenes porro dogma, hominis pictoris, & lubrici & falſarij, à fidei regula ad Philoſophos tranſijt, cum Stoicis materiam Deo coæternam aſtruens.

In p. V. Fides, 9. in m. A. p. V. Hermogenis Elogia, 1. In m. in Alphab. Errorum. V. Nuptiæ, 4. In f. V. Materia, 1.

SOLEMVS hæreticis compendij gratia de poſteritate præſcribere. In quantum enim veritatis regula prior, quæ etiam futuras hæreſes prænuntiavit, in tantum poſteriores quæque doctrinæ hæreſes præiudicabuntur, quia ſunt quæ futuræ veritatis antiquiore regula prænuntiabantur. Hermogenis autem doctrina tam novella eſt, denique ad hodiernum homo in ſæculo, & natura quoque hæreticus etiam turbulentus: qui loquacitatem, facundiam exiſtimet; & impudentiam, conſtantiam

deputet; & maledicère ſingulis, officium bonæ conſcientiæ iudicet. Præterea pingit illicitè, nubit aſſiduè: legem Dei in libidinem defendit, in artem, contemnit: bis falſarius, & cauterio, & ſtilo: totus adulter, & prædicationis, & carnis: ſiquidem & nubentium contagio fœtet, nec ipſe Apoſtolicus Hermogenes in regula perſeverauit. Sed viderit perſona, cum doctrina mibi quæſtio eſt. Chriſtum Dominum non alium videtur aliter cognoſcere, alium tamen facit quem aliter cognoſcit: immò totum quod eſt Deus, aufert, nolens illum ex nihilo vniverſa feciſſe. A Chriſtianis enim converſus ad Philoſophos, de Eccleſia in Academiam & Porticum, inde ſumpſit à Stoïcis Materiam cum Domino ponere, quæ ipſa ſemper fuerit neque nata, neque facta, nec initium habens omnino nec finem, ex qua Dominus omnia poſtea fecerit.

CAPVT II.

Hermogenes ſic argumentatur: cùm Deus ex ſeipſo, aut de nihilo mundum facere non potuerit, eum proinde ex materia fecit.

Per totum. V. Materia, 1. In p. V. Hermogenis Elogia, 3.

HANC primam vmbram planè ſine lumine peſſimus pictor illis argumentationibus colorauit, præſtruens aut Dominum de ſemetipſo feciſſe cuncta, aut de nihilo, aut de aliquo: vt cùm oſtenderit neque ex ſemetipſo feciſſe potuiſſe, neque ex nihilo, quod ſupereſt exinde confirmet, ex aliquo eum feciſſe, atque ita aliquid illud, Materiam fuiſſe. Negat illum ex ſemetipſo facere potuiſſe: quia partes ipſius fuiſſent, quæcunque ex ſemetipſo feciſſet Dominus. Porro in partes non devenire, vt indiviſibilem & indemutabilem, & eundem ſemper quà Dominus. Cæterùm, ſi de ſemetipſo feciſſet aliquid, ipſius fuiſſet aliquid. Omne autem & quod fieret, & quod faceret, imperfectum habendum; quia ex parte fieret, & ex parte faceret: aut ſi totus totum feciſſet, oportuiſſet illum ſimul & totum eſſe, & non totum; quia oporteret & totum eſſe, vt faceret ſemetipſum; & totum non eſſe, vt fieret de ſemetipſo. Porro difficillimum. Si enim eſſet, non fieret, eſſet enim: ſi verò non eſſet, non faceret, quia nihil eſſet: eum autem qui ſemper ſit, non fieri, ſed eſſe illum in ævum ævorum. Igitur non de ſemetipſo feciſſe illum, qui non eius fuerit conditionis, vt de ſemetipſo facere potuiſſet. Proinde ex nihilo non potuiſſe eum facere, ſic contendit, Bonum & optimum definiens Dominum, qui bona atque optima tam velit facere quàm ſit; immò nihil non bonum atque optimum, & velle eum, & facere. Igitur omnia ab eo bona & optima oportuiſſe fieri, ſecundùm conditionem ipſius. Inveniri autem & mala ab eo facta, vtique non ex arbitrio, nec ex voluntate: quia ſi ex arbitrio & voluntate, nihil incongruens & indignum ſibi faceret. Quod ergo non arbitrio ſuo fecerit, intelligi oportere ex vitio alicuius rei factum, ex materia eſſe ſine dubio.

CAPVT III.

Etſi Deus ſemper fuerit, Dominus tamen non ſemper fuit: quia Deus, ſubſtantiæ nomen eſt, Dominus autem, poteſtatis.

In p. V. Materia, 1. A. p. ad vltra m. V. Deus Dominus, 1. Et in Alphab. Errorum. V. Trinitas, Circa f. V. Hermogenis Elogia, 2. In f. V. Deus Dominus, 2.

ADJICIT & aliud: Deum ſemper Deum, etiam Dominum fuiſſe, nunquam non Deum. Nullo porro modo potuiſſe illum ſemper Dominum haberi, ſicut & ſemper Deum, ſi non fuiſſet aliquid retrò ſemper, cuius ſemper Dominus haberetur: fuiſſe itaque Materiam ſemper Deo Domino. Hanc conjecturam eius iam hinc deſtruere properabo, quam hactenus propter non intelligentes adjeciſſe duxi, vt ſciant, cætera quoque argumenta tam intelligi, quàm revinci. Dei nomen dicimus ſemper fuiſſe apud ſemetipſum, & in ſemetipſo, Dominum verò non ſemper: diverſa enim vtriuſque conditio. Deus ſubſtantiæ ipſius nomen, id eſt divinitatis; Dominus verò non ſubſtantiæ, ſed poteſtatis: ſubſtantiam ſemper fuiſſe cum ſuo nomine, quod eſt Deus, poſtea Dominus, accedentis ſcilicet rei mentio. Nam ex quo eſſe cœperunt, in quæ poteſtas Domini ageret, ex illo per acceſſionem poteſtatis, & factus & dictus eſt Dominus: quia & pater Deus eſt, & iudex Deus eſt; non tamen ideo pater & iudex ſemper, quia Deus ſemper. Nam nec pater potuit eſſe ante filium, nec iudex ante delictum. Fuit autem tempus, cùm & delictum, & filius non fuit, quod iudicem, & qui patrem Dominum faceret. Sic & Dominus non ante ea, quorum Dominus exiſteret, ſed Do-

minus tantùm futurus quandoque, ſicut pater per filium, ſicut iudex per delictum; ita & Dominus per ea, quæ ſibi ſervitura feciſſet. Argumentari tibi videor Hermogenes. Naviter ſcriptura nobis patrocinatur, quæ vtrumque nomen ei diſtinxit, & ſuo tem-
[a] Gen. 1. 1. pore oſtendit. Nam Deus quidem quod erat ſemper, ſtatim nominat: [a] *In principio fecit Deus cælum & terram.* Ac deinceps quamdiu faciebat, quorum Dominus futurus
[b] Gen. 1. per totum. erat, Deus ſolummodò ponit. [b] *Et dixit Deus, & fecit Deus, & vidit Deus,* & nuſquam adhuc Dominus. At vbi vniverſa perfecit, ipſumque vel maximè hominem qui propriè Dominum intellecturus erat, Dominus etiam cognominatur. Tunc etiam Dominus
[c] Gen. 2. 6. nomen adjunxit: [c] *Et accepit Deus Dominus hominem quem finxit. Et præcepit Dominus Deus.* Ac exinde Dominus qui retrò Deus tantùm, ex quo habuit cuius eſſet. Nam Deus ſibi erat, rebus autem tunc Deus, cùm & Dominus. Igitur in quantum putabit ideo Materiam ſemper fuiſſe, quâ Dominus ſemper eſſet, in tantùm conſtabit nihil fuiſſe, quia conſtat Dominum non ſemper fuiſſe. Adjiciam & ego propter non intelligentes, quorum Hermogenes extrema linea eſt, & quidem epinœmata illius retorquebo adversùs illum. Cùm enim neget Materiam natam, aut factam, ſic quoque invenio Domini nomen, Deo non competiſſe in Materiam: quia libera fuerit neceſsè eſt, quæ originem non habendo, non habuit auctorem, quod erat, nemini ſerviens. Itaque ex quo Deus poteſtatem ſuam exercuit in eam, faciendo ex Materia, ex illo, Materia Dominum Deum paſſa, demonſtrat hoc illum tamdiu non fuiſſe, quàmdiu fuit.

CAPVT IV.

Qui materiam Deo coæternam facit, duos eſſe Deos inducit.

Per totum. V. Materia, 3.

HINC denique incipiam de Materia retractare, quòd eam Deus ſibi compareт, proinde non natam, proinde non factam, proinde æternam: ſine initio, ſine fine propoſitam. Quis enim alius Dei cenſus, quàm æternitas? quis alius æternitatis ſtatus, quàm ſemper fuiſſe, & futurum eſſe, ex prærogativa nullius initij, & nullius finis? Hoc ſi Dei eſt proprium, ſolius Dei erit, cuius eſt proprium: quia etſi alij adſcribatur,
[a] 1. Cor. 8. 5. iam non erit Dei proprium, ſed commune cum eo cui & adſcribitur. [a] *Nam, etſi ſunt qui dicuntur Dei, ſive in cælo, ſive in terra, nomine; ceterùm, vnus Deus pater, ex quo omnia:* quò magis apud nos ſolius Dei eſſe debeat, quod Dei proprium eſt: &, vt dixi, iam non proprium eſſet, quia alterius eſſet. Quòd ſi Deus eſt, vnicum ſit neceſſe eſt, vt vnius ſit. Aut quid erit vnicum & ſingulare, niſi cui nihil adæquabitur? quid principale, niſi quod ſuper omnia? niſi quod ante omnia, & ex quo omnia? Hæc Deus ſolus habendo eſt, & ſolus habendo, vnus eſt. Si & alius habuerit; tot iam erunt Dei, quot habuerint quæ Dei ſunt. Ita Hermogenes duos deos infert. Materiam parem Deo infert. Deum autem vnum eſſe oportet: quia quod ſummum ſit, Deus eſt: ſummum autem non erit, niſi quod vnicum fuerit: vnicum autem eſſe non poterit, cui aliquid adæquabitur: adæquabitur autem Deo Materia, cùm æterna cenſetur.

CAPVT V.

Si innata eſt, & ab æterno materia, ſicut innatus, & ſempiternus eſt Deus: duo ſunt ſine initio & fine, duo mundi Authores, duo Dij.

Per totum. V. Materia, 3.

SED Deus, Deus eſt: Materia, Materia eſt. Quaſi diverſitas nominum comparationi reſiſtat, ſi ſtatus idem vindicetur. Sit & natura diverſa, ſit & forma non eadem, dummodo ipſius ſtatus vna ſit ratio. Innatus Deus, an non & innata Materia? Semper Deus, an non ſemper & Materia? Ambo ſine initio, ambo ſine fine, ambo etiam auctores vniverſitatis: tam qui fecit, quàm de qua fecit. Neque enim poteſt non & Materia auctrix omnium deputari, de qua vniverſitas conſiſtit. Quomodo reſpondebit? Non ſtatim Materiam comparari Deo, ſi quid Dei habeat, quia non totum habendo, non concurrat in plenitudinem comparationis? Quid Deo reliquit amplius, vt non totum Dei, Materiæ dediſſe videatur? Vel quà, inquit, & ſic habente Materiâ, ſalva ſit Deo & auctoritas & ſubſtantia, quâ ſolus & primus auctor eſt, & Dominus omnium cenſeatur. Veritas autem ſic vnum Deum exigit defendendo, vt ſolius ſit quicquid ipſius eſt. Ita enim ipſius erit, ſi fuerit ſolius: & ex hoc alius Deus non poſſit admitti, dum nemini licet habere de Deo aliquid. Ergo, inquis, nec nos habemus Dei aliquid. Immò habemus, & habebimus, ſed ab ipſo, non à nobis. Nam & Dei erimus,

ſi meruerimus illi eſſe de quibus prædicavit, [a] *Ego dixi, vos Dei eſtis*; *&*, *Stetit Deus in eccleſia deorum*: ſed ex gratia ipſius, non ex noſtra proprietate: quia ipſe eſt ſolus qui deos faciat. Materiæ autem proprium facit, quod cum Deo habet: aut ſi à Deo accepit, quod eſt Dei, ordinem dico æternitatis, poteſt credi, & habere illam cum Deo aliquid, & Deum illam non eſſe. Quale eſt autem, cùm confitetur ille aliquid cum Deo habere, & vult ſolius Dei eſſe, quod Materiam non negat habere?

[a] Pſal. 81. 6. Ibid. 1.

CAPVT VI.

Cùm Hermogenes eadem tribuat materiæ quæ Deo, contra Scripturæ Authoritatem, non poteſt aſſerere Deum eſſe ſolum, primum omnium authorem & Dominum.

Per totum. V. Materia, 3.

DICIT ſalvum Deo eſſe, vt & ſolus ſit, & primus, & omnium auctor, & omnium Duminus, & nemini comparandus, quę mox Materiæ quoque adſcribit. [a] *Ego quidem Deus*, conteſtabitur Deus, *& iuravit nonnunquam per ſemetipſum, quòd alius non ſit qualis ipſe*: ſed mendacem eum faciet Hermogenes: erit enim & Materia qualis Deus, infecta, innata, initium non habens, nec finem. Dicet Deus: [b] *Ego primus?* & quomodo primus, cui Materia coætanea eſt? Inter coætaneos autem & contemporales ordo non eſt, aut & Materia prima eſt. [c] *Extendi*, inquit, *cælum ſolus*: atquin non ſolus, cum ea enim extendit, de qua & extendit. Cum proponit, ſalvo Dei ſtatu fuiſſe Materiam; vide nè ei reddatur à nobis, proinde ſalvo ſtatu Materiæ fuiſſe Deum, communi tamen ſtatu amborum. Salvum ergo erit & Materiæ, vt & ipſa fuerit, ſed cum Deo: quia & Deus ſolus: ſed cum illa. Et ipſa prima cum Deo, quia & Deus primus cum illa: ſed & illa incomparabilis cum Deo, quia & Deus incomparabilis cum illa, & auctrix cum Deo, & domina cum Deo. Sic aliquid, & non totum Materiæ habere: ita illi nihil reliquit Hermogenes, quod non & Materiæ contuliſſet: vt non Materia Deo, ſed Deus potius Materiæ comparetur. Atque adeò, cùm ea quæ propria Dei vindicamus, ſemper fuiſſe, ſine initio, ſine fine, & primum fuiſſe, & ſolum, & omnium auctorem, Materiæ quoque competant; quærō quid diverſum & alienum à Deo, ac per hoc privatim Materia poſſederit, per quod Deo non compararetur? In qua omnia Dei propria recenſentur, ſatis præjudicant de reliqua comparatione.

[a] Eſa. 45. 22. 23.
[b] Eſa. 41. 4. & 44. 6.
[c] Eſa. 44. 24.

CAPVT VII.

Cùm æternitas materiæ nec minorem, nec ſubjectam Deo eſſe convincat, fruſtra Hermogenes dicit eam minorem, & ſubjectam Deo, illique incomparabilem.

Per totum. V. Materia, 3.

SI minorem & inferiorem Materiam Deo, & idcirco diverſam ab eo, & idcirco incomparabilem illi contendit, vt majori, vt ſuperiori: præſcribo non capere vllam diminutionem & humiliationem, quòd ſit æternum & innatum: quia hoc & Deū faciat tantū, quantus eſt, nullo minorem, neque ſubjectiorem, immò omnibus majorem & ſublimiorem. Sicut enim cætera quæ naſcūtur aut finiūt, & idcirco æterna non ſunt, ſemel oppoſita fini, quæ & initio admittūt ea quæ Deus non capit, diminutionem dico interim & ſubjectionem, quia nata & facta ſunt: ita & Deus ideo ea non capit, quia nec natus omnino, nec factus eſt. Materiæ autem ſtatus talis eſt. Igitur & duobus æternis, vt innatis, vt infectis, Deo atque Materiâ, ob eandem rationem communis ſtatus, ex æquo habentibus, id quod neque diminui, nec ſubjici admittit, id eſt, æternitatem: neutrum dicimus altero eſſe minorem, ſive maiorem: neutrum altero humiliorem, ſive ſuperiorem; ſed ſtare ambo ex pari magna, ex pari ſublimia, ex pari ſolidæ & perfectæ felicitatis, quæ cenſetur æternitas. Neque enim proximi erimus opinionibus Nationum, quæ ſi quando coguntur Deum confiteri, tamen & alios infra illum volunt. Divinitas autem gradum non habet, vtpote vnica; quæ ſi & in Materia erit, vt proinde innata, & infecta, & æterna, aderit vtrobique: quia minor ſe nuſquam poterit eſſe. Quomodo ergo diſcernere audebit Hermogenes? atque ita ſubjicere Deo Materiam, æternam æterno, innatam innato, auctricem auctori? dicere audentem. Et ego prima, & ego ante omnia, & ego à quo omnia: par fuimus, ſimul fuimus, ambo ſine initio, ſine fine: ambo ſine auctore, ſine Deo. Quis me Deus ſubjicit contemporali, coætaneo? Si quia Deus dicitur, Habeo & ego meum numen. Aut ego ſum Deus, aut ille Materia: quia ambo ſumus quod alter eſt noſtrum. Putas itaque Materiam Deo non comparaſſe, quam ſcilicet ſubiciat illi?

CAPVT VIII.

Hermogenes dicens, Deum indiguiſſe materiâ ad opificium mundi, Deum ſubycit materiæ, eique poſtponit.

Per totum. V. Materia, 4.

AVQVIN etiam præponit illam Deo, & Deum potius ſubjicit Materiæ, cùm vult eum de Materia cuncta feciſſe. Si enim ex illa vſus eſt ad opera mundi, iam & Materia ſuperior invenitur: quæ illi copiam operandi ſubminiſtravit, & Deus ſubjectus Materiæ videtur, cuius ſubſtantiæ eguit. Nemo enim non eget eo de cuius vtitur: nemo non ſubiicitur ei cuius eget, vt poſſit vti: ſic & nemo de alieno vtendo non minor eſt eo de cuius vtitur. Et nemo qui præſtat de ſuo vti, non in hoc ſuperior eſt eo cui præſtat vti. Itaque Materia ipſa quidem Deo non eguit, ſed egenti ſe Deo præſtitit, divitem, & locupletem, & liberalem, minori opinor, & invalido, & minus idoneo de nihilo facere quæ velit. Grande reverà beneficium Deo contulit, vt haberet hodie per quem Deus cognoſceretur, & omnipotens vocaretur: niſi quòd iam non omnipotens, ſi non & hoc potens, ex nihilo omnia proferre. Sanè & ſibi præſtitit aliquid Materia, vt & ipſa cum Deo poſſit agnoſci coæqualis Deo, immò & adiutrix: niſi quod ſolus eam Hermogenes cognovit, & hæreticorum patriarchæ Philoſophi. Prophetis enim & Apoſtolis vſque adhuc latuit, puto & Chriſto.

CAPVT IX.

Dicere non poteſt Hermogenes, Deum tanquam Dominum, vſum fuiſſe materiâ in productione mundi; cùm Dominus non eſſet, antequam aliquid condidiſſet, cuius Dominus dici poſſet. Proinde, vi, aut precariò materia vſus eſt.

Per totum. V. Materia, 6.

NON poteſt dicere Deum vt Dominum Materiâ vſum ad opera mundi: Dominus enim non potuit eſſe ſubſtantiæ coæqualis. Sed precariò forſitan vſus eſt. Et ideo precariò, non dominio, vt cùm ea mala eſſet, de mala tamen ſuſtinuerit vti, ſcilicet ex neceſſitate mediocritatis ſuæ, quâ non valebat ex nihilo vti; non ex poteſtate, quam ſi habuiſſet omninò vt Deus in Materiam, quam malam norat, antè eam in bonum convertiſſet vt dominus & bonus, vt ita de bono, non de malo vteretur. Sed quia bonus quidem, dominus autem non, ideo qualem habuit, tali vſus, neceſſitatem ſuam oſtendit cedentem conditioni materiæ: quam, ſi dominus fuiſſet, emendaſſet. Sic enim Hermogeni reſpondendum eſt, cùm ex dominio, defendit Deum materiâ vſum, & de re non ſuâ, ſcilicet non factâ ab ipſo. Iam ergo malum ab ipſo, qui eſt mali, ſi non auctor, quia non effector, certè permiſſor, quia dominator. Si verò materia non & ipſius, quâ malum Dei non eſt: de alieno ergo vſus, aut precariò vſus eſt, quâ egens eius: aut & iniuriâ, quâ prævalens eius. His enim tribus modis aliena ſumuntur, iure, beneficio, impetu; id eſt, dominio, præcariò, vi. Dominio non ſuppetente, eligat Hermogenes, quid Deo congruat, precariò, an vi de materia cuncta feciſſe.

CAPVT X.

Excuſari non poteſt Hermogenes à blaſphemia nata ex dogmate ſuo, quâ Deus author mali fingitur, niſi malum à materia, non à Deo deducat. Si enim Deus non eſt author mali, eius ſaltem diſſimulator & aſſertor invenitur, qui ante mundi conditionem, tamdiu tulerit, nec reformarit, aut potius abſtulerit materiæ malum.

In p. V. Materia, 6. A. p. ad f. V. Creatio, 6.

NON ergo melius cenſuiſſet Deus, nihil omnino faciendum, quàm precario, aut vi faciendum, & quidem de malo? nonnè etiamſi materia optima fuiſſet, æquè indecorum ſibi exiſtimaſſet, de alieno, licèt bono? Fatuè ſatis, ſi ita gloriæ ſuæ causâ molitus eſt mundum, vt debitorem ſe alienæ ſubſtantiæ oſtenderet, & quidem non bonæ. Ergo, inquit, ex nihilo faceret vt mala quoque arbitrio eius imputarentur? Magna, bona fide cæcitas hæreticorum pro huiuſmodi argumentatione, cùm ideo aut alium Deum bonum & optimum volunt credi, quia mali auctorem exiſtiment Creatorem: aut materiam cum Creatore proponunt, vt malum à materia, non à Creatore deducant: quando nullus omnino Deus liberetur iſtâ quæſtione, vt non auctor mali videri proinde poſſit, quiſquis ille eſt, qui malum etſi non ipſe fecit, tamen à quocunque, & vnde vnde, paſſus eſt fieri. Audiat igitur & Hermogenes, dum alibi de mali ratione

diſtinguimus, interim ſe quoque nihil egiſſe hac ſua iniectione. Ecce enim, etſi non auctor, ſed aſſentator mali invenitur Deus, qui malum materiæ tanto ſuſtinuit de bono, ante mundi conſtitutionem, quam vt bonus, & mali æmulus emendaſſe debuerat. Aut enim potuit emendare, ſed noluit: aut voluit quidem, verum non potuit infirmus Deus. Si potuit, & noluit, malus & ipſe, quia malo favit: & ſic iam habetur auctor eius, quod licet non inſtituerit, quia tamen ſi noluiſſet illud eſſe, non eſſet, ipſe iam fecit eſſe, quod noluit non eſſe: quo quid eſt turpius? Si id voluit eſſe, quod ipſe noluit feciſſe, adversùm ſemetipſum egit, cùm & voluit eſſe, quod noluit feciſſe & noluit feciſſe, quod voluit eſſe. Quaſi bonum voluit eſſe, & quaſi malum noluit feciſſe. Quod non faciendo, malum iudicavit, id ſuſtinendo, bonum pronuntiavit, malum pro bono ſuſtinendo, & non potius eradicando, aſſertor eius inventus eſt: malè, ſi per voluntatem; turpiter, ſi per neceſſitatem. Aut famulus erit mali Deus, aut amicus; cum materiæ malo converſatus, nedum etiam de malò eius operatus.

CAPVT XI.

Hermogenes æternam materiam aſſerens, ſuadere non poteſt materiam eſſe malam. Aut ſi malum credi poteſt id quod æternum eſt, inſuperabile eſt, & fruſtra conamur malum auferre à nobis.

Per totum V. Materia, 7.

ET tamen vnde nobis perſuadet Hermogenes, malam eſſe materiam? Non enim poterit non malum dicere, cui malum adſcribit. Nam definimus diminutionem, & ſubiectionem capere non poſſe quod ſit æternum, vt alij coæterno inferius deputetur. Ita & nunc nec malum dicimus competere illi, quia nec ſubjici ex hoc poſſit, quod nullo modo poteſt ſubjici, quia æternum eſt. Sed cùm aliàs ſummum bonum conſtet eſſe quod ſit æternum vt Deus, per quod ſolus eſt Deus, dum æternus eſt; & ita bonus, dum Deus: quomodo materiæ inerit malum, quam vt æternam, ſummum bonum credi neceſſe eſt: Aut, ſi quod æternum eſt, poterit & mali capax eſſe, poterit hoc & in Deum credi: & ſine cauſa geſtivit malum à Deo transferre, ſi competit & æterno, competendo materiæ. Iam verò ſi quod æternum eſt, malum poteſt credi, invincibile & inſuperabile erit malum, vt æternum: & ita nos fruſtra laboramus dè
ª *auferendo malo ex nobis ipſis*, tum & Deus hoc fruſtra mandat & præcipit: immò & iudi- a 1. Cor. 5. 13.
cium fruſtra conſtituit Deus, iniuſtitià vtique puniturus. Quod ſi tunc erit mali finis, Matth 24. 51.
cum præſes eius [b] *diabolus abierit in ignem, quem præparavit illi Deus & angelis eius*, prius b Apoc. 20. 3.
in puteum abyſſi relegatus, [c] *cum revelatio filiorum Dei redemerit conditionem à malo*, vtique c Rom. 8. 19.
vanitati ſubiectam, cùm reſtitutà innocentià & integritate conditionis, [d] *pecora condixe-* d Eſa. 11. 6.
runt beſtijs & parvuli de ſerpentibus luſerint, [e] *cùm Pater Filio poſuerit inimicos ſub pedes*, [f] *vti-* & ſeq.
que operarios mali: vtique ſi finis malo competit, neceſſe eſt competierit initium, erit- e Pſal. 109. 1.
que materia habens initium, habendo & finem mali. Quæ enim malo deputantur, 1 Cor. 15 25.
ſecundum mali ſtatum computantur, f Matth. 7. 23.

CAPVT XII.

Si mala eſt materia, non poteſt eſſe æterna, quam ex mala in bonam mutavit Deus, faciens omnia bona. Quod autem æternum eſt, immutabile eſt.

In p. V. Materia, 7. A. p. ad f. V. Æternorum, 7.

AGE nunc, malam ac peſſimam credamus eſſe materiam, vtique naturà; ſicut Deum bonum & optimum credimus, proinde naturà: porro naturam certam & fixam haberi oportebit, tam in malo perſeverantem apud materiam, quàm in bono apud Deum inconvertibilem & indemutabilem. Scilicet quia ſi demutabitur natura in materia de malo in bonum, demutari poterit & in Deo de bono in malum. Hoc loco dicet aliquis: ª *Ergo de lapidibus filij Abrahæ non ſuſcitabuntur, & genimina viperarum non facient pœnitentiæ fructum, & filij iræ non fient filij pacis*, ſi natura mutabilis non erit. a Matth. 3. 7.
Temerè ad iſta exempla reſpicies, ò homo: non enim competunt ad cauſam materiæ, quæ innata eſt, ea quæ nata ſunt, lapides, & viperæ, & homines: horum enim natura habendo [illegible] nationem, habere poterit & ceſſationem. Materiam verò tene ſemel æternam determinatam, vt infectam, vt innatam, & ideo indemutabilis & incorruptibilis naturæ credendam, ex ipſius etiam ſententia Hermogenis, quam opponit, cum Deum negat ex ſemetipſo facere potuiſſe; quia non demutetur quod ſit æternum, amiſſurum ſcilicet quod fuerat, dum fit ex demutatione quod non erat, ſi non eſſet æternum. Dominum vero æternum aliud eſſe non poſſe, quàm quod eſt ſemper. Hac

& ego definitione meritò illum repercutiam, Materiam æquè reprehendo, cùm ex illa
b Gen. 1. 31. mala, peſſimâ etiam, bona atque optima a Deo fiunt: b *Et vidit Deus quia bona, & benedixit ea Deus*, vtique quà optima, non certè quà mala ac peſſima. Demutationem igitur admiſit materia, & ſi ita eſt, ſtatum æternitatis amiſit: mortua eſt denique ſine ſua forma. Sed æternitas amitti non poteſt: quia niſi amitti non poſſit, æternitas non eſt. Ergo nec demutationem potuit admiſiſſe: quia ſi æternitas eſt, demutari nullo modo poteſt.

CAPVT XIII.

Si nulla facta eſt in materia mutatio, hæc malæ ſimul & bonæ eſt naturæ: proinde nec Deus cenſendus erit Author boni, niſi occaſione materiæ.

Per totum. V. Creatio, 5.

ET quæretur, quomodo ex ea bona facta ſint, quæ ex demutatione nullo modo facta ſunt? Vnde in mala ac peſſima boni atque optimi ſemen? Certè a *nec bona*
a Matth. 7. 18. *arbor fructus malos edit*: quia nec Deus niſi bonus: *nec mala arbor, bonos*: quia nec materia eſt niſi peſſima. Aut ſi dabimus illi aliquid etiam boni germinis, iam non erit vniformis naturæ, id eſt, malæ in totum: ſed iam tum duplex, id eſt bonæ & malæ naturæ. Et quæretur iterum, an in bono & malo *poterit convenire luci & tenebris, dulci & amaro*. Aut ſi potuit vtriuſque diverſitas boni & mali concurriſſe, & duplex natura fuiſſe materiæ, amborum ferax fructuum, iam nec bona ipſa Deo deputabuntur, vt nec mala illi imputentur: ſed vtraque ſpecies de materiæ proprietate ſumpta, ad materiam pertinebit. Quo pacto neque gratiam bonorum Deo debebimus: nec invidiam malorum, quia nihil de ſuo operatus ingenio: per quod probabitur manifeſtè materiæ deſerviſſe.

CAPVT XIV.

Ex principijs Hermogenis ſequitur, Deum ſeruire materiæ, & mala quædam ex neceſſitate producere de materia mala.

Per totum V. Creatio, 5.

NAM etſi dicatur, licet ex occaſione materiæ, ſuo tamen arbitrio bona protuliſſe, quaſi nactus bonum materiæ, quamquam & hoc turpe ſit, certè cum ex eadem etiam mala profert, vel hæc vtique non de ſuo arbitrio proferendo, ſervit materiæ, aliud non habens facere quàm ex malo proferre; invitus vtique quà bonus, ex neceſſitate vt invitus, & ex ſervitute vt ex neceſſitate. Quid ergo dignius, ex neceſſitate eum condidiſſe mala, an ex voluntate? Siquidem ex neceſſitate condidit, ſi ex materia: ex voluntate, ſi ex nihilo. Iam enim ſine cauſa laboras, nè malorum auctor conſtituatur Deus: quia etſi de materia fecit, ipſi deputabuntur qui fecit, proinde quatenus fecit. Planè ſic intereſt vnde fecerit, ac ſi de nihilo feciſſet; nec intereſt vnde fecerit, vt inde fecerit, vnde eum magis decuit. Magis autem eum decuit ex voluntate feciſſe, quàm ex neceſſitate; id eſt, ex nihilo potius, quàm ex materia. Dignius eſt Deum etiam malorum auctorem liberum credere, quàm ſervum. Quæcunque poteſtas ei, quàm puſillitas competit. Si & ſic concedimus materiam quidem nihil boni habuiſſe, Dominum verò ſi quid boni edidit, ſuâ virtute edidiſſe, aliæ æquè oborientur quæſtiones. Primò, ſi bonum in materia omnino non fuit, non ex materia bonum factum eſt, quod materia ſcilicet non habuit. Dehinc, ſi non ex materia, iam ergo ex Deo factum. Si nec ex Deo, iam ergo ex nihilo factum. Hoc enim ſupereſt ſecundum Hermogenis diſpoſitionem.

CAPVT XV.

Rectius creditur & dicitur, Deus omnia ex nihilo creaſſe.

Per totum V. Creatio, 5.

PORRO ſi bonum, neque ex materia factum eſt, quia non erat in illa, vt in mala; neque ex Deo, quia nihil potuit ex Deo fieri, ſicut definit Hermogenes: invenitur bonum iam ex nihilo factum, vt ex nullo factum, vt neque ex materia, neque ex Deo. Et ſi bonum ex nihilo, cur non & malum? immò cur non omnia ex nihilo, ſi aliquid ex nihilo: niſi ſi inſufficiens fuit divina virtus omnibus producendis, quæ aliquid protulerit ex nihilo. Aut ſi ex materia mala bonum proceſſit, quia neque ex nihilo, neque ex Deo; ſequetur vt ex converſione proceſſerit materiæ, contra denegatam æterni converſionem. Ita vnde bonum conſtitit, iam negabit Hermogenes inde illud conſtare potuiſſe.

potuiſſe. Neceſſe eſt autem ex aliquo eorum proceſſerit, ex quibus negauit procedere potuiſſe. Cæterùm, ſi ideo malum non ex nihilo, nè Dei fiat, de cujus arbitrio videbitur factum, ſed ex materia, vt ipſius ſit, de cujus ſubſtantia erit factum: & hic vt dixi, auctor mali habebitur Deus, qui cum eadem virtute & voluntate debuiſſet omnia bona ex materia protuliſſe, aut tantùm bona, non omnia tamen bona, protuliſſet etiam mala; vtique aut volens eſſe mala, ſi poterat efficere nè eſſent; aut non valens efficere omnia bona, ſi voluit & non fecit: dum nihil interſit per infirmitatem Dominus auctor mali extiterit, an per voluntatem. Aut quæ fuit ratio, vt cùm bona feciſſet quaſi bonus, etiam mala protuliſſet quaſi non bonus, cùm non congruentia ſibi ſolummodò edidit. Quid neceſſe erat ſuo opere prolato, etiam materiæ negotium curare, proinde & malum proferendo, ſolus vt cognoſceretur bonus de bono, materia autem nè cognoſceeretur mala de malo? Plus bonum floruiſſet ſine mali afflatu. Nam & Hermogenes expugnat quorundam argumentationes, dicentium mala neceſſaria fuiſſe ad inluminationem bonorum, ex contrariis intelligendorum. Ergo aut nec propterea locus mali proferendi fuit: aut ſi qua alia ratio exegit illud induci, cur non & ex nihilo potuerit induci, ipſa ratione excuſatura Dominum nè mali auctor exiſtimaretur, quæ nunc, cùm de materia operatur mala, excuſat: ſi excuſat, adeò vbique & vndique illuc compellitur quæſtio quò nolunt, qui ipſam mali rationem non examinando, nec dignoſcendo, quomodo illud aut Deo adtribuant, aut à Deo ſeparent, pluribus, & indignioribus destructionibus Deum objiciunt.

CAPVT XVI.

Hermogenes conuincitur, Authorem mali Deum facere: quia vel Deo tribuendum eſt bonum & malum, quod ex materia fecit, aut ipſi materiæ, aut vtrumque vtrique, vt iam ſint ambo pariter & boni & mali affines.

Per totum. V. Creatio. 5.

IGitur in præſtructione hujus articuli, & alibi forſitan retractandi, equidem diffinio; aut Deo adſcribendum & bonum & malum, quæ ex materia fecit: aut materiæ ipſi, ex qua fecit: aut vtrumque vtrique, quia ambo ſibi obligantur, qui fecit & de qua fecit: aut alterum alteri. tertius enim præter materiam & Deum non eſt. Porro ſi Dei erit vtrumque, videbitur Deus etiam mali auctor: Deus autem vt bonus, auctor mali non erit. ſi materiæ vtrumque, videbitur materia etiam boni matrix. mala autem in totum materia boni non erit matrix. ſi vtriuſque erit, vtrumque: in hoc quoque comparabitur Deo materia, & pares erunt ambo, ex æquo mali ac boni adfines. æquari autem Deo materia non debet, nè duos deos efficiciat. ſi alterum alterius, vtique Dei bonum, & materiæ malum: neque malum Deo, neque materiæ bonum adſeribitur: & bona autem & mala Deus, de materia faciendo, cum ea facit. Hæc ſi ita ſunt, neſcio quà poſſit euadere ſententia Hermogenis, , qui Deum, quoquomodo de materia malum condidit, ſiue voluntate, ſiue neceſſitate, ſiue ratione, non putet mali auctorem. Porro ſi mali auctor eſt ipſe qui fecit, planè ſocia materia per ſubſtantiæ ſuggeſtum, excludis jam cauſam materiæ introducendæ. Nihilominus enim, & per materiam Deus auctor mali oſtenditur, ſi ideo materia præſumpta eſt, nè Deus mali auctor videretur. Excluſa itaque materia, dum excluditur cauſa ejus, ſupereſt vtì Deum omnia ex nihilo feciſſe conſtet. Videbimus an & mala, cùm apparuerit quæ mala, & an mala interim ea quæ putas. Dignius enim de ſuo arbitrio produxit, hæc quoque producendo de nihilo, quàm de præjudicio alieno, ſi de materia produxiſſet. Libertas, non neceſſitas, Deo competit. malo voluerit mala à ſemetipſo condidiſſe, quàm non potuerit non condidiſſe.

CAPVT XVII.

Hermogenis ſententia repugnat fidei & ſcripturæ, vnicum Deum aſſerentis, à quo omnia ſine vllius conſilio vel adiutorio proceſſerunt.

Per totum. V. Creatio. 5.

VNici Dei ſtatus hanc regulam vindicat: non aliter vnici, niſi quia ſolius: non aliter ſolius, niſi quia nihil cum illo. ſic & primus erit, quia omnia poſt illum: ſic omnia poſt illum, quia omnia ab illo: ſic ab illo, quia ex nihilo, vt illi quoque ſcripturæ ratio conſtet, [a] *Quis cognouit ſenſum Domini? Aut quis illi conſiliarius fuit? aut quem conſulatus eſt? aut viam intelligentiæ & ſcientiæ quis demonſtrauit illi? quis tradidit, & retribuetur ei?* Nemo vtique: quia nulla vis, nulla materia, nulla natura ſubſtantiæ alterius aderat illi. Porro ſi de aliquo operatus eſt, neceſſè eſt ab ea ipſa acceperit & conſilium, & tra-

a Rom. 11. 34. Eſa. 40 13.

ctatum diſpoſitionis, vt viam intelligentiæ & ſcientiæ. Pro qualitate enim rei operari habuit, & ſecundùm ingenium materiæ, non ſecundùm ſuum arbitrium: adeò vt mala pro natura, non ſua, ſed ſubſtantiæ, ſecerit.

CAPVT XVIII.

Solus Dei filius cooperatus Patri, cui fruſtra Hermogenes materiam anteponit.

Per totum. V. Creatio. 5. & à M. in Alphab. Errorum V. Trinitas. 1.

SI neceſſaria eſt Deo materia ad opera mundi, vt Hermogenes exiſtimauit; habuit Deus materiam longé digniorem & idoneiorem, non apud Philoſophos æſtimandam, ſed apud Prophetas intelligendam, Sophiam ſuam ſcilicet. hæc denique ſola cognouit
a 1. Cor. 2. 11. ſenſum Domini. [a] *Quis enim ſcit quæ ſunt Dei, & quæ in ipſo, niſi ſpiritus qui in ipſo?* So-
b Eſa. 40. 13. phia autem ſpiritus, hæc illi conſiliarius fuit, [b] *viasintelligentiæ & ſcientiæ ipſa eſt.* ex hac
c Prou. 8. 27. & ſeq. fecit, faciendo per illam, & faciendo cum illa. [c] *Quum pararet cælum, inquit, aderam illi; & quum fortia faciebat ſuper ventos quæ ſurſum nubila, & cùm firmos ponebat fontes ejus quæ ſub cælo eſt, ego eram compingens cum ipſo. Ego eram ad quam gaudebat, quotidie autem oblectabar in perſona ejus.. quando oblectabatur quum perfeciſſet orbem, & inoblectabatur in filijs hominum.* Quis non hanc potius omnium fontem & originem commendet? materiam verò materiarum, non ſibi ſubditam, non ſtatu diuerſam, non motu inquietam, non habitu informem, ſed inſitam, & propriam, & compoſitam, & decoram, quali Deus potuit eguiſſe, ſui magis quàm alieni egens? Denique vt neceſſariam ſenſit ad opera mundi, ſtátim ea condit, & generat in ſemetipſo. [d] *Dominus*, inquit, *condidit me initium viarum ſuarum in*
d Prou. 8. 22. *opera ſua: antè ſæcula fundauit me, priuſquàm faceret terram, prius quàm montes collocarentur; ante omnes autem colles generauit me; prior autem abyſſo genita ſum.* Agnoſcat ergo Hermogenes idcirco etiam Sophiam Dei natam & conditam prædicari, ne quid innatum & inconditum, præter ſolum Deum crederemus. Si enim intra Dominum, quod ex ipſo, & in ipſo fuit, ſine initio non fuit: Sophia ſcilicet ipſius exinde nata, & condita, ex quo in ſenſu Dei ad opera mundi diſponenda cœpit agitari: multò magis non capit, ſine initio quic-
e Io. 1. 3. quã fuiſſe, quod extra Dominum fuerit. Si verò Sophia eadem Dei ſermo eſt, ſenſu ſophia, & [e] *ſine quo factum eſt nihil*, ſicut & diſpoſitum ſine ſophia, quale eſt vt filio Dei ſermone vnigenito & primogenito, aliquid fuerit præter patrem antiquius: & hoc modo vtique generoſius, nedum quod innatum nato fortius, & quod infectum facto validius? quia quod vt eſſet nullius eguit auctoris, multò ſublimius erit eo, quod vt eſſet, aliquem habuit
f Pſal. 44. 2. auctorem. Proinde ſi malum quidem innatum eſt, natus autem ſermo Dei; [f] *Eructauit enim*, inquit, *ſermonem optimum*, non ſcio an bono malũ poſſit adduci validius ab infirmo, vt innatum à nato. Ita & hoc nomine materiam Deo præponit Hermogenes, præponen-
g Io. 1. 1. do eam filio. [g] *Filius enim ſermo, & Deus ſermo;* & [h] *Ego & Pater vnum ſumus.* niſi quòd
h Io. 10. 30. ſuſtinebit æquo animo filius eam præponi ſibi, quæ patri adæquatur.

CAPVT XIX.

Hermogenes hæreticò more, verba Geneſis alio detorſit, principium, materiæ ſubſtantiam intelligens; Cùm ſit tnity verbum, aut principatum aut poteſtatem connotans Creatoris.

In p. V. Hæretici. Scripturæ- S. corruptores. 2. A. p. ad F. V. Principium.

SED & ad originale inſtrumentum Moyſi prouocabo, vnde & diuerſa pars ſuſpiciones ſuas ingratìs fulcire conatur, nè ſcilicet non inde inſtrui videretur, vnde oportet. Itaque occaſiones ſibi ſumpſit quorundam verborum, vt hæreticis ferè mos eſt, ſimplicia quæque torquere. Nam & ipſum [a] *principium, in quo Deus fecit cælum & terram*,
a Gen. 1. 1. aliquid volunt fuiſſe quaſi ſubſtantiuum & corpulentum, quod in materiam interpretari poſſit. Nos autem vnicuique vocabulo proprietatem ſuam vindicamus, principium initium eſſe, & competiſſe ita poni rebus incipientibus fieri. Nihil enim, quod fieri habet, ſine initio eſſe, quin initium ſit illi ipſum dum incipit fieri. Ita principium, ſiue initium, inceptionis eſſe verbum, non alicujus ſubſtantiæ nomen. Iam nunc ſi principalia Dei opera cœlum & terra ſunt, quæ ante omnia Deus fecit ſuorum eſſe propriè principium, quæ
b Gen. 1. 1. priora ſunt facta, meritò ſic præfatur ſcriptura, [b] *In principio fecit Deus cælum & terram*, quemadmodum dixiſſet, In finem Deus fecit cœlum, & terram: ſi poſt vniuerſa feciſſet. Aut ſi principium aliqua ſubſtantia eſt, erit & finis aliqua materia. Planè licebit etiam ſubſtantiuum aliquid principium eſſe alij rei, quæ ex ipſo ſit futura: vt argilla principium teſtæ, vt ſemen principium herbæ. Sed cùm ita vtimur vocabulo principii quaſi originis, non quaſi ordinis nomine, adjicimus & mentionem ipſius rei ſpecialiter, quam volumus

principium alterius rei. De cætero ſi ſic ponamus, verbi gratia: In principio fecit figulus
peluim, vel vrnam; jam non materiam ſignificabit principium: non enim argillam no-
minaui principium, ſed ordinem operis; quia figulus antè cætera primùm peluim & vrnã
fecit, exinde facturus & cætera; ad ordinationem operum principii vocabulum pertine-
bit, non ad originem ſubſtantiarum. Poſſum & aliter principium interpretari, non abs re
tamen: nam & in Græco principii vocabulum, quod eſt ARXH, non tantùm ordinatiuum, Eſa. 1. 23.
ſed & poteſtatiuum capit principatum. vnde & ARXONTAS dicunt principes & magiſtra- Pſal. 2. 2.
tus. Ergo ſecundùm hanc quoque ſignificationem, principium pro principatu & poteſta-
te ſumetur. In principatu enim & in poteſtate Deus fecit cœlum & terram.

CAPVT XX.

Verba Geneſis. In principio Creauit Deus &c. *Intelligenda ſunt ſicut verba Ioannis*: In principio erat Verbum &c. omnia per ipſum facta ſunt: *quia Deus omnia in ſua Sapientia, id eſt filio ſuo, rerum omnium principio, Creauit ex nihilo.*

In p. V. Principium. Inf. V. Creatio. 1.

SED vt nihil aliud ſignificet Græca vox, quàm principium; & principium nihil aliud
capiat, quàm initium: habemus etiam illam initium agnoſcere, quæ dicit: [a] *Dominus* a Prou. 8. 22.
condidit me initium viarum ſuarum in opera ſua. Si enim per Sophiam Dei omnia facta ſunt; Io. 1. 2.
& cœlum ergo & terram Deus faciens in principio, id eſt initio, in Sophia ſua fecit. Deni-
que ſi principium materiam ſignificaret, non ita ſcriptura inſtruxiſſet, *In principio Deus
fecit*, ſed ex principio. Non enim in materia, ſed ex materia feciſſet. De Sophia autem
potuit dici, [b] *in principio.* In Sophia enim primò fecit, in qua cogitando & diſponendo jam b Gen. 1. 1.
fecerat; quoniam etſi ex materia facturus fuiſſet, antè in Sophia cogitando & diſponendo
jam fecerat. Quoniam etſi erat [c] *initium viarum*, quia cogitatio & diſpoſitio prima Sophiæ c Prou. 8. 22.
ſit operatio, de cogitatu viam operibus inſtituens, hanc & inde auctoritatem ſcripturæ
mihi vindico, quod & Deus qui fecit, & ea quæ fecit oſtendens, vnde fecerit, non proinde
teſtatur. Nam quum in omni operatione tria ſint principalia, qui facit, & quod fit, & ex quo
fit: tria nomina ſunt edenda in legitima operis enarratione: perſona factoris, ſpecies facti,
forma materiæ. Si materia non edetur, vbi & opera, & operator eduntur, apparet ex nihilo
eum operatum. Proinde enim ederetur ex quo, ſi ex aliquo fuiſſet operatus. Denique
Euangelium, vt ſupplementum inſtrumenti veteris adhibebo, in quo vel eò magìs debue-
rat oſtendi Deus ex aliqua materia vniuerſa feciſſe, quòd illic etiam per quem omnia fece-
rit reuelatur. [d] *In principio erat ſermo.* in quo [e] *principio ſcilicet, Deus fecit cœlum & terram.* d Io. 1. 1.
[f] *Et ſermo erat apud Deum, & Deus erat ſermo. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine illo factum* e Gen. 1. 1.
eſt nihil. Cùm igitur & hîc manifeſtetur & factor, id eſt Deus, & facta, id eſt omnia, & per f Io. 1. 1. &
quem, id eſt ſermo; nonne & vnde omnia facta eſſent à Deo per ſermonem, exegiſſet or- ſeq.
do profiteri, ſi ex aliquo facta eſſent? Ita quod non fuit, non potuit ſcriptura profiteri. Et
non profitendo, ſatìs probauit non fuiſſe: quia profiteretur ſi fuiſſet.

CAPVT XXI.

Scriptura ſatis indicat Deum ex nihilo cuncta creaſſe; eo ipſo quod non dicit, ex aliquo facta.

Per totum. V. Creatio. 1.

ERGO, inquis, ſi tu ideo præjudicas ex nihilo facta omnia, quia non ſit manifeſtè relatum de materia præcedenti factum quid, vide ne diuerſa pars ideo contendat ex materia omnia facta, quia proinde non apertè ſignificatum ſit, ex nihilo quid factum. Planè retorqueri quædam facilè poſſunt: non ſtatim & ex æquo admitti, vbi diuerſitas cauſæ eſt. Dico enim, etſi non apertè ſcriptura pronuntiauit ex nihilo facta omnia, ſicut nec ex materia, non tantam fuiſſe neceſſitatem apertè ſignificandi de nihilo facta omnia, quanta eſſet, ſi ex materia facta fuiſſent. Quoniam quod fit ex nihilo; eo ipſo dum non oſtenditur ex aliquo factum, manifeſtatur ex nihilo factum: & non periclitatur, nè ex aliquo factum exiſtimetur, quando non demonſtretur ex quo ſit factum. Quod autem ex aliquo fit, niſi hoc ipſum apertè declaratur ex aliquo factum, dum illud ex quo factum ſit non oſtenditur, periclitabitur primò videri ex nihilo factum, quia non editur ex quo ſit factum. Dehinc, etſi ea ſit conditione, vt non poſſit videri non ex aliquo, proinde periclitabitur ex alio longè factum videri, quàm ex quo factum eſt, dum non proponitur vnde ſit factum. Ita ſi ex nihilo Deus cuncta feciſſe non potuit, etſi ſcriptura non adjeciſſet illum ex nihilo feciſſe; ex materia eum feciſſe omni modo debuit edixiſſe, ſi & ex materia feciſſet: quia illud in totum habebat intelligi, etſi non ſignificaretur: at iſtud in dubio, niſi ſignificaretur.

CAPVT XXII.

Spiritus ſanctus in ſcriptura refert, cùm aliquid ex aliquo producitur, & quid ſit illud quod ſit, & illud ex quo ſit.

Per totum. V. Creatio. 1. In f. Hæretici ſcripturæ corruptores. 11.

a Gen. 1. 11. & ſeq. ATQVE adeò Spiritus ſanctus hanc ſcripturæ ſuæ rationem conſtituit, vt cùm quid ex aliquo ſit, & quod ſit, & vnde ſit referat. [a] *Fruticet*, inquit, *terra herbam fœni, ſeminantem ſemen ſecundum genus, & ſecundũ ſimilitudinem, & lignum fructuoſum faciens fructum, cuius ſemen in ipſo in ſimilitudinem. Et factum eſt ſic. Et produxit terra herbam fœni ſeminantem ſemen ſecundùm genus, & lignum fructuoſum faciens fructum, cuius ſemen in ipſo in ſimilitudinẽ.* b Gen. 1. 20 Et rurſus: [b] *Et dixit Deus: Producant aquæ repentia animarum viuarum, & volatilia volantia ſuper terram per firmamentum cœli. Et factum eſt ſic. Et fecit Deus cetos magnos, & omnem animam animalium repentium, quæ produxerunt aquæ ſecundùm genus ipſorum.* Item poſt hæc, c Gen. 1. 24. [c] *Et dixit Deus: Producat terra animam viuentem ſecundùm genus, quadrupedia & repentia, & beſtias terræ, ſecundùm genus ipſorum.* Si ergo ex jam factis rebus, alias res Deus proferens, oſtendit per Prophetam, & dicit quid vnde protulerit: (quamquam poſſimus vnde vnde illas prolatas æſtimare, dum nè ex nihilo; jam enim facta erant quædam, ex quibus prolatæ videri poſſent.) ſi tantam curam inſtructionis noſtræ inſumpſit Spiritus ſanctus, vt ſciremus quid vnde proceſſerit, nonne proinde nos & de cælo & de terra compotes reddidiſſet, ſignificando vnde ea eſſet operatus; de aliqua materia origo conſtaret illorum? vt tantò magis èx nihilo ea videretur operatus, quantò nihil adhuc erat factum, ex quo operatus videretur. Itaque ſicut ea quæ de aliquo prolata ſunt, oſtendit vnde prolata ſint, ita quæ non oſtendit vnde prolata ſint, ex nihil prolata confirmat. Igitur *in principio Deus fecit cælum & terram.* Adoro ſcripturæ plenitudinem, qua mihi & factorem manifeſtat, & facta. In euangelio verò amplius & miniſtrum, atque arbitrum rectoris, inuenio ſermonem. An autem de aliqua ſubjacenti materia facta ſint omnia, nuſquam adhuc legi. Scriptum eſſe doceat Hermogenis officina. Si non eſt ſcriptum, timeat [d] *Væ illud, adjicientibus, aut detrahentibus* deſtinatum. d Apoc. 22. 18. & ſeq.

CAPVT XXIII.

Hermogenes abuſus eſt ſequentibus in Geneſi verbis, terra erat inuiſibilis, & incompoſita:

Per totum. V. terra. 1. in p.

a Gen. 1. 2. SED ex ſequentibus argumentatur; quia ſcriptum ſit: [a] *Terra autem erat inuiſibilis, & incompoſita.* Nam & terræ nomen redigit in materiam, quia terra ſit, quæ facta eſt ex illa. Ibid. Et, *erat*, in hoc dirigit, quaſi quæ ſemper retrò fuerit innata & infecta. *Inuiſibilis autem & rudis*, quia informem, & confuſam, & inconditam vult fuiſſe materiam. Has quidem opiniones ejus ſingillatim reuincam, ſed interim volo ſic ei reſpondere. Putamus his articulis materiam demonſtrati. Nunquid tamen, quia erat ante omnia, & tale aliquid eſſe ex ea factum ſcriptura ſignificat? Atquin nihil tale ſignificat. Fuerit licet materia, quantum ſibi licet, vel potius Hermogeni: potuit & fuiſſe, & tamen nihil Deus ex illa feciſſe, vel quia non decebat Deum alicujus eguiſſe, certè quia nec oſtenditur quicquam ex materia feciſſe. Sine cauſa ergo eſſet, inquis. Non planè adeo ſine cauſa. Nam etſi mundus non eſt factus ex illa, ſed hæreſis facta eſt, & quidem hoc impudentior, quòd non ex materia facta eſt hæreſis, ſed materiam ipſam potius hæreſis fecit.

CAPVT XXIV.

Terræ nomen, non ſignificat materiam.

Per totum. V. Terra 1. à p.

REVERTOR nunc ad ſingulos articulos, per quos putauit ſignificatam eſſe materiam. Et primò de nominibus expoſtulabo. Horum enim alterum legimus, quod eſt terræ: alterum non inuenimus, quod eſt materiæ. Quæro ergo, Cùm materiæ nominatio non extet in ſcriptura, quomodo ei etiam terræ appellatio accommodetur in alio jam genere ſubſtantiæ nota? Quo magis materiæ quoque nominatio extitiſſe debuerat, conſecuta etiam terræ appellationem, vt ſcirem terram commune cum materia eſſe nomen, nè illud ei ſoli ſubſtantiæ vindicarem, cujus & proptium, in qua magis notum eſt; vel nè illud in quācumque aliam ſpeciem, nec vtique omni materiæ communicare poſſem, ſi vellem. Cùm enim non extat ptoprium vocabulum ejus rei, cui cõmune vocabulum adſcribitur quantò non compâret cui adſcribatur, cuicunque aliũ poterit adſcribi. Ita Hermogenes, etſi materiam oſtenderet nominatam, deberet eandem probare terram quoque cognominatam, vt ita vtrumque illi vocabulum vindicaret.

CAPVT XXV.

Scriptura non dicit duas eſſe terras, vnam quam Deus primò ab initio fecerit, alteram ex qua, tanquam materia alia fecerit.

Per totum. V. Terra. 1. circa.

VVLT igitur duas proponi terras in iſta ſcriptura: vnam, quam in principio Deus fecit: aliam, materiam, ex qua fecit, de qua dictum ſit: [a] *Terra autem erat inuiſibilis, & rudis.* a Gen. 1. 2.
Vtique ſi quęram, ex duabus, quę cui nomen terræ accommodare debeat? dicetur, hanc quę facta ſit ex illa ex qua facta eſt, vocabulum deriuaſſe, quia veriſimilius ſit ab origine ſobolem potius, quàm originem à ſobole vocitari. Hoc ſi ita eſt, alia nobis obuoluitur quæſtio, an competat terram hanc quam Deus fecit, ex illa ex qua fecit, cognomentum deriuaſſe. Audio enim apud Hermogenē, cæteroſque Materiarios hæreticos, terram quidem illā informē, & inuiſibilem, & rudem fuiſſe: hanc verò noſtram proinde & formā, & cōſpectum, & cultum, à Deo conſecutam. Aliud ergo factam quàm erat ea, ex qua facta eſt. Porro aliud facta, non potuit cum eadē nominatione ſociari, à cujus conditione deſciuerat. Si nomen proprium materiæ illius fuit terra, hæc quæ non eſt materia, aliud ſcilicet facta, terræ quoque non capit nomen alienum, & ſtatu ſuo extraneum. Sed materia facta, id eſt terra, habuit cum ſua origine conſortium nominis, ſicut & generis. Non adeò. Nam & teſtam, licet ex argilla confectam, jam non argillam vocabo, ſed teſtam: & electrum, licet ex auro, & argento fœderatum, nec argentum tamen, nec aurum appellabo, ſed electrum, à cujus habitu quid diuertit, pariter & à vocatu ejus recedit, appellationis, ſicut & conditionis proprietate. Quàm autem tranſierit de ſtatu terræ illius, id eſt materiæ, iſta terra, vel eò palàm eſt, quòd hæc apud Geneſim teſtimonium boni accipit: [b] *Et vidit Deus quia bonum*: illa autem apud Hermogenem, in originem & cauſam malorum deputatur. b Gen. 1. 10.
Poſtremò, ſi ideo hæc terra, quia illa, cur non & materia hæc quoque, quia illa? Immò jam & cœlum, & omnia, ſi ex materia conſtant, & terræ & materiæ vocari debuerūt. Satis iſta de terræ nomine (in quo materiam intelligi voluit) quod nomen vnius elementi omnes ſciunt, natura primùm, deinde ſcriptura docente; niſi & Sileno illi apud Midam regem adſeueranti de alio orbe, credendum eſt, auctore Theopompo. Sed & deos multos idem refert.

CAPVT XXVI.

Vna tantùm terra facta narratur, dehinc qualis ipſa fuerit facta, deſcribitur.

Per totum. V. Terra. 1. In m. à p. V. firmamentum.

[a] NOBIS *autem vnus Deus*, & vna eſt terra, quā in principio Deus fecit; cujus ordinem incipiens ſcriptura decurrere, primò factam eam edicit, dehinc qualitatem ipſius ediſſerit. a 1. Cor. 8. 6.
ſicut & cœlum primò factum profeſſa, [b] *In principio fecit Deus cœlum*, dehinc diſpoſitionem ejus ſuperinducit: [c] *Et ſeparauit inter aquam quæ erat infra firmamentum, & quæ ſuper firmamentum, & vocauit Deus firmamentum cœlum*, ipſum quod in primordio fecerat. b Gen. 1. 1. c Gen. 1. 7.
Proinde & de homine: [d] *Et fecit Deus hominem: ad imaginem Dei fecit illum.* Dehinc qualiter fecerit reddit: [e] *Et finxit Deus hominem de limo terræ, & afflauit in faciem eius flatum vitæ, & factus eſt homo in animam viuam.* d Gen. 1. 27. e Ibid.
Et vtique ſic decet narrationem inire, primò præfari, poſtea proſequi; nominare, deinde deſcribere. Alioquin vanum, ſi ejus rei cujus nullàm præmiſerat mentionem, id eſt materiæ, nè ipſum quidem nomen, ſubitò formam, & habitum promulgauit: antè enarrat qualis eſſet, quàm an eſſet; oſtendit figuram deformati, nomen abſcondit. At quantò credibilius ſecundùm nos, ejus rei diſpoſitiunem ſcriptura ſubjunxit, cujus inſtitutionem, ſimulque nominationem præmiſit. Quàm denique integer ſenſus eſt, [f] *In principio Deus fecit cœlum & terram, terra autem erat inuiſibilis & rudis.* quam Deus ſcilicet fecit, de qua, ſcriptura cùm maximè ediderat. f Gen. 1. 1.
Nam & *autem* ipſum, velut fibula conjunctiuæ particulæ, ad connexum narrationi oppoſitum eſt, *Terra autem.* Hoc enim verbo reuertitur ad eam, de qua ſuprà dixerat, & alligat ſenſum. Adeo aufer hinc, *autem*, & ſoluta compago eſt, vt tunc poſſit de alia terra dictum videri, *Terra erat inuiſibilis & rudis.* Ibid. 2.

CAPVT XXVII.

Particula, erat, *non ſignificat terram fuiſſe tanquam non factam, & ab æterno exiſtentem: id enim de quacumque re dicitur, quod erat, poſt quàm facta eſt.*

Per totum. V. Terra 1. à in circa f. V. hæretici ſcripturæ corruptores. 3.

SED tu ſupercilia capitis, nutu digiti accommodato, altius tollens, & quaſi retro jactās: *Erat*, inquis, quaſi ſemper fuerit, ſcilicet innata & infecta, & idcirco materia credenda. At ego ſine vllo lenocinio pronunciationis, ſimpliciter reſpondebo, de omni re poſſe dici, *Erat*, etiam de ea quæ facta, quæ nata ſit, quæ aliquando non fuerit, & quæ materia non ſit. Omne enim quod habet eſſe, vnde vnde habeat, ſiue per initium, ſiue ſine initio, hoc ipſo

quod eſt, etiam *Erat* dicetur. Cui competit prima verbi poſitio in definitionem, ejuſdem etiam declinatio verbi decurret in relationem. *Eſt*, definitionis caput; *Erat*, relationi facit. Hæ ſunt argutiæ, & ſubtilitates hæreticorum, ſimplicitatem communium verborum torquentes in quæſtionem. Magna ſcilicet quæſtio eſt, Si *erat terra*, quæ facta eſt.

CAPVT XXVIII.

Non ſanent Hermogeni verba ſcripta de terra, Inuiſibilis, & incompoſita.

Per totum. V. Terra. 1. in f.

Ibid. SANE diſcutiendum, an ei competat *inuiſibilem, & rudem fuiſſe*, quæ facta eſt, an ei ex qua facta eſt, vt ejuſdem ſit *erat*, cujus & quod erat. Atquin non tantùm probabimus iſtum habitum huic terræ competiiſſe, ſed & illi alii non competiiſſe. Nam ſi nuda materia Deo ſubjacebat, nullo ſcilicet elemento obſtruente; ſi quidem nondum quicquam erat, præter ipſam, & Deum; vtique inuiſibilis eſſe non poterat. Quia et ſi tenebras volet in ſubſtantia fuiſſe materiæ, cui articulo reſpondere debebimus ſuo ordine, etiam homini tenebræ viſibiles ſunt; (hoc enim ipſum quod ſunt tenebræ, videtur,) nedum Deo. Et vtique ſi inuiſibilis eſſet, nullo modo cognoſceretur qualitas ejus. Vnde ergo compertũ eſt Hermogeni, informem, & confuſam & inconditam illam fuiſſe, quæ vt inuiſibilis latebat: aut ſi hoc à Deo reuelatũ eſt, probare debet. Sic & an rudis dici potuerit, expoſtulo. Certè enim rude illud eſt, quod imperfectum eſt. Certè imperfectum non poteſt eſſe, niſi quod factũ eſt. Quod enim minus factum eſt, imperfectum eſt. Certè, inquis. Ergo materia quæ facta non erat in totum, imperfecta eſſe non potuit. Quæ imperfecta non fuit, etiam rudis non fuit. Initium non habens, quia facta non fuit, caruit & rudimento. Initii enim accidens eſt, rudimentum. Terra verò quæ facta eſt, meruit & rudis dici. Statim enim vt facta eſt, habuit imperfectæ locum ante perfectionem.

CAPVT XXIX.

Non terra ſola primò incompoſita fuit, ſed omnia opera ſua Deus prius inculta, ſuo ordine compoſuit, & perfecit.

In p. dam. V. Progreſſus. 1. à m. ad f. V. Terra. 2.

SI quidem omnia opera ſua Deus ordine conſummauit, incultis primò elementis depalans quodammodo mundum, dehinc exornatis velut dedicans. Nam & lumen non ſtatim ſplendore ſolis impleuit, & tenebras non ſtatim ſolatio lunæ temperauit, & cœlum non ſtatim ſideribus, ſtelliſque ſignauit, & maria non ſtatim belluis frequentauit, & ipſam terram non ſtatim varia fæcunditate dotauit: Sed primò eſſe ei contulit; dehinc non in
a Eſa. 45. 18 vacuum eſſe, ſuppleuit. Sic enim & Eſaïas: [a] *Non in vacuum, ait, fecit illam, ſed inhabitari.*
b Gen. 1. 1. Poſtea ergo quàm facta eſt, futura etiam perfecta, interim [b] *erat inuiſibilis & rudis*. Rudis quidem, hoc quoq; ipſo quòd inuiſibilis, vt nec viſui perfecta, ſimul & vt de reliquo nondum inſtructa. Inuiſibilis verò, vt adhuc aquis, tanquam munimento genitalis humoris, obducta, qua forma, etiam adfinis ejus caro noſtra producitur. Nam & Dauid ita canit:
c Pſal. 23. 1. [c] *Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terræ, & omnes qui habitant in illa. Ipſe ſuper maria fundauit eam, & ſuper flumina preparauit eam.* Segregatis enim aquis in cauationem ſinuum, emicantior facta eſt arida, quæ antehac aquis tegebatur. Exinde itaque & viſibilis efficitur,
d Gen. 1. 9. dicente Deo: [d] *Congregetur aqua in congregationem vnam, & videatur arida. Videatur*, inquit, non fiat, iam enim facta erat, ſed inuiſibilis vſque tunc videri ſuſtinebat. Arida au-
e Ibid. 10. tem, quód erat futura ex diuortio humoris, tamen terra. [e] *Et vocauit Deus aridam terram*, non materiam. Sic & perfectionem poſtea conſecuta, deſinit rudis haberi, cùm pronuntiat
f Gen. 1. 11. Deus: [f] *Fruticet terra herbam fæni ſeminantem ſemen ſecundùm genus, & ſecundùm ſimilitudinem, & lignum fructuoſum faciens fructum, cuius ſemen in ipſo in ſimilitudinem.*
g Ibid. 23. Item: [g] *Producat terra animam viuam ſecundùm genus, & quadrupedia, & repentia, & beſtias terræ ſecundùm genus.* Impleuit igitur ordinem ſuum ſcriptura diuina. Quam enim prædixerat inuiſibilem, & rudem, ei & viſionem reddidit, & perfectionem. Non alia autem materia erat inuiſibilis & rudis. Ergo materia erit poſtea viſibilis & perfecta. Volo itaque videre materiam; viſibilis enim facta eſt. Volo & perfectã eam recognoſcere, vt ex illa etiam fœni herbã, & ex illa decerpam lignum fructuoſum, & ex illa animalia vſui meo famulentur. Sed materia quidem nuſquã: terra verò, hæc, id eſt coram. Hanc video, hac perfruor,
h Eſa. 45. 18 ex quo inuiſibilis & rudis eſſe deſiit, de qua manifeſtiſſimè Eſaïas: [h] *Hæc dicit Dominus qui fecit cælum. Iſte Deus qui demonſtrauit terram, & fecit illam.* Certè eandem demonſtrauit,
i Gen. 1. 9. quam & fecit. Quomodo demonſtrauit? Vtique dicendo: [i] *Videatur arida.* Quare videri jubet, niſi quia retro non videbatur? vt ſic quoque eam non in vacuum feciſſet faciendo viſibilem, & ita habilem. Et ſic per omnia probatur nobis, hanc quam incolimus, eandem & factam eſſe à Deo & oſtenſam, nec aliam fuiſſe rudem & inuiſibilem, quàm quæ & facta & oſtenſa eſt. atque ita, [l] *Terra autem erat inuiſibilis & rudis*, ad eam pertinet quam Deus
l Gen. 1. 2. cum cœlo ſeparauit.

CAPVT. XXX.

Hermogeni non fauent. imò aduerſantur hæc verba: tenebræ ſuper abyſſum, & ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas.

In p. V. Chaos In m. ad f. V. Materia. 10.

SIC & ſequentia conjecturam Hermogenis inſtruere videbuntur: *Et tenebræ ſuper abyſſum, & ſpiritus Dei ſuper aquas ferebatur*; quaſi & hæ confuſæ ſubſtantiæ, maſſalis illius molis argumenta portendant. Atquin ſigillatim definiens *tenebras, abyſſum, ſpiritum Dei, aquas*, nihil confuſum, nec in confuſione incertum æſtimari facit tam diuiſa relatio certorum & diſtinctorum elementorum. Hoc quidem amplius, quum ſitus proprios eis adſcribit, *tenebras ſuper abyſſum, ſpiritum ſuper aquas*, negauit confuſionem ſubſtantiarum, quarum demonſtrando diſpoſitionem, demonſtrauit etiam diſtinctionem. Vaniſſimum denique, vt materia quæ informis inducitur, de tot formarum vocabulis informis adſeueretur, non edito quid ſit illud corpus confuſionis, quod vnicum vtique credendum eſt, ſi informe eſt: vniforme etenim, quod informe eſt. Informe autem quod ex varietate confuſum eſt, vnam habeat neceſſe eſt ſpeciem, quod non habet ſpeciem, dum ex multis vnam habet ſpeciem. Cæterùm, aut habebat in ſe ſpecies iſtas materia, de quarum vocabulis intelligenda eſſet; tenebras dico, & abyſſum, & ſpiritum, & aquas, aut non habebàt. Gen. 1. 5.
Si enim habebat, quomodo inducitur non habens formas? Si non habebat, quomodo agnoſcitur?

CAPVT. XXXI.

Solius cœli & terræ in principio facta mentio, nil pro Hermogene facit; ſub illis enim cæteræ creaturæ continentur.

Per totum. V. Creatio. 4.

SED & illud vtique captabitur: de cœlo ſolo, & de terra iſta ſcripturam ſignificaſſe, quod eam [a] *in principio Deus fecerit*: de ſpeciebus autem ſupra dictis nihil tale: & ideo eas quæ factæ non ſignificentur, ad infectam materiam pertinere. Reſpondebimus huic quo ; ſcrupulo. Scriptura diuina ſatis diſſeretet, ſi ſummas ipſas rerum à Deo factas commendaſſet cœlum & terram, habentes vtique ſuggeſtus ſuos proprios, qui in ipſis ſummis intelligi poſſent. Suggeſtus autem cœli & terræ primò tunc fuerint tenebræ, & abyſſus, & ſpiritus, & aquæ. Nam terræ quidem ſuberàt abyſſus, & tenebræ. Si enim abyſſus infra terram, tenebræ autem ſuper abyſſum, ſine dubio & tenebræ, & abyſſus, infra terram. Cœlo verò ſpiritus & aquæ ſubjacebant: nam ſi aquæ ſuper terram, quæ eam texerant, ſpiritus autem ſuper aquas, pariter & ſpiritus & aquæ ſuper terram. Quæ verò ſuper terram, ea vtique infra cœlum. Et ſicut terra abyſſo & tenebris, ita & cœlum ſpiritui & aquis incubabat, & complectebantur. Et ita nouum non eſt, vt id ſolum quod continet nominetur, quâ ſummale: in iſto autem intelligatur & quod continetur, quâ portionale. Ecce, ſi dicam, Ciuitas extruxit theatrum & circum: ſcena autem erat talis & talis, & ſtatuæ ſuper euripum, & obeliſcus ſuper omnia ferebatur: quia non & has ſpecies edixerim factas à ciuitate, non erunt ab ea cum circo & theatro? an ideo non adjeci factas has quoque ſpecies, quia inerant eis quæ facta prædixeram, & ineſſe quibus inerant, intelligi poterant? Sed vacet hoc exemplum, vt humanum: aliud de auctoritate ſcripturæ ipſius arripiam. [b] *Fecit*, inquit, *Deus hominem de terra, & adflauit in faciem eius flatum vitæ, & factus eſt homo in animam viuam.* Faciem quidem ejus hîc nominat, ſed nec ipſam factam à Deo dixit, Coſtam verò, & oſſa, & carnem, & oculos, & ſudorem, & ſanguinem poſtea loquitur, quæ nec tunc facta à Deo ſignificauit. Quid reſpondebit Hermogenes? Nunquid & membra hominis ad materiam pertinebunt, quia non nominatim facta referuntur? An & hæc in hominis factitatione cenſentur? Proinde membra erunt cœli, & terræ, abyſſus, & tenebræ, ſpiritus, & aquæ. In corporibus enim membra ſunt facta, in corporibus & membra ſunt nominata. Nullum elementum non membrum eſt ejus elementi, quo continetur: Omnia autem elementa, cœlo, aut terra continentur.

[a] Gen. 1. 1.
Gen. 1. 2.
[b] Gen. 2. 7.

CAPVT XXXII.

Abyſſus & tenebræ, à Deo factæ, materiæ Hermogenis innatæ non conueniunt.

In p. adv ltra m. V. Creatio. 4. à m V. materia. 11.

HÆc reſponderim pro ſcriptura preſenti, quatenus hîc ſolorum corporum factitationem commendare videtur, cœli, & terræ. Sciuit eſſe qui vltro in corporibus & membra cognoſcerent, & ideo compendio vſa eſt. Prouidit tamen & hebetes, & inſidioſos, qui diſſimulato tacito intellectu, ipſis quoque membris, verbum factitationis ſignificatorium exigerẽt. Itaque & propter iſtos ſingulas ſpecies factas docet aliis in locis. Habes
a Prou. 8. 24. Sophiam, a *Prior autem abyſſo genita ſum*, dicentem: vt credas abyſſum quoque genitam, id eſt factam, quia & filios facimus, licet generemus. Nihil intereſt facta, an nata ſit abyſſus, dum initium detur illi, quod non daretur, ſi materiæ ſubjecta eſſet. De tenebris verò
b Eſa. 45. 7. ipſe Dominus per Eſaïam: [b] *Ego, qui ſtruxi lucem, & feci tenebras.* De ſpiritu æque Amos:
c Amos 4. 13. [c] *Qui ſolidat tonitruum, & condit ſpiritum, & adnuntiat in homines Chriſtum ſuum*: cum
d Gen. 1. 2. ſpiritum conditum oſtendens, qui in terras conditas deputabatur, [d] *qui ſuper aquas ferebatur*, librator, & adflator, & animator vniuerſitatis: non, vt quidam putant, ipſum Deum
e Io. 4. 24. ſignificari ſpiritum, [e] *quia Deus ſpiritus*. Neque enim aquæ Dominum ſuſtinere ſufficerent;
f Eſa. 57. 16. g Prou. 8. 30. ſed eum ſpiritum dicit, de quo etiam venti conſtiterunt, vt ait per Eſaïam: [f] *Quia ſpiritus à me exiuit, & flatum omnem ego feci.* Item de aquis eadem Sophia: [g] *Et cùm firmos ponebat fontes eius quæ ſub cœlo eſt. ego eram modulans cum ipſo.* Quom ergo & eas ſpecies probamus à Deo factas, etſi in Geneſi tantummodo nominantur ſine factitationis mentione, reſpon-
h Gen. 1. 2. debitur fortaſſe ex diuerſo: Planè factas eas, ſed ex materia. vt ſtilus quidem Moyſi; [h] *Et tenebræ ſuper abyſſum, & ſpiritus Dei ſuper aquas ferebatur*; materiam ſonet: cæteræ verò ſcripturæ quæ ex materia factæ ſint ſpecies, in diſperſo demonſtrent. Ergo ſicut terra de terra, ita & abyſſus ex abyſſo, & tenebræ ex tenebris, & ſpiritus & aquæ, ex ſpiritu & aquis conſtiterunt. Et ſicut ſuprà diximus, non potuit informis fuiſſe materia, ſi ſpecies habebat, vt & aliæ ex ea ſint confectæ; niſi quòd non aliæ, ſed ipſæ ex ſemetipſis: ſi quidem non capit diuerſas fuiſſe quæ iiſdem nominibus eduntur. quò jam operatio diuina otioſa videri poſſit, ſi quæ erant fecit: cùm generoſior eſſet, quæ non erant facta, ſi fierent. Igitur vt concludam, aut materiam tunc ſignificauit Moyſes cùm ſcribit, *Et tenebræ ſuper abyſſum, & ſpiritus Dei ſuper aquas ferebatur*: Aut quum hæ ſpecies alibi poſtea demonſtrantur factæ à Deo, debuerunt æquè demonſtrari ex materia, quam Moyſes præmiſerat, factæ: Aut ſi ſpecies iſtas, & non materiam ſignificauit Moyſes, vbi materia demonſtrata ſit quæro.

CAPVT XXXIII.

Omnia itaque conſtat à Deo facta, ſine materia præiacente, quæ licet fuiſſet, à Deo facta inter omnia, vel ante omnia, credenda eſſet.

Per totum. V. Materia. 5.

SEd dum illam Hermogenes inter colores ſuos inuenit, (inter ſcripturas enim Dei inuenire non potuit (ſatis eſt quòd omnia & facta à Deo conſtat, & ex materia facta non conſtat: quæ etiam ſi fuiſſet, ipſam quoque à Deo factam credidiſſemus: quia nihil innatum præter Deum præſcribentes, obtineremus. In hunc vſque articulum locus eſt retractatui, donec ad ſcripturas prouocata deficiat exhibitio materiæ. Expedita ſumma eſt:
Io. 1. 3. nihil inuenio factum, nihil ex nihilo, quia quod factum inuenio, non fuiſſe cognoſco. Etiam ſi quid ex aliquo factum eſt, ex facto habet cenſum, vt ex terra herba, & fructus, & pecudes, & figuratio hominis ipſius: vt ex aquis natatiles, & volatiles animæ. Huiuſmodi origines rerum ex his prolatatum, potero materias appellare; ſed factas à Deo & ipſas.

CAPVT XXXIV.

Omnia ex nihilo facta ſuadet, vel ex eo quod omnia in nihilum redigenda putet, ſcriptura teſte. Sed non proprie in nihilum, quale fuit, ex quo omnia facta ſunt.

In p. ad. m. V. Creatio. 2. In m. V. ſcriptura nou. teſt. 3. à m. materia, 2. In f. V. Æternitas. 2.

a Eſa. 34. 4. Apoc. 6. 14. b Matth. 24. 35. c Apoc. 21. 1. d Pſal. 101. 26. 27. 28.
CÆterum, omne ex nihilo conſtitiſſe, illa poſtremò diſpoſitio ſuadebit quæ omnia in nihilum redactura eſt. Si quidem & a *cœlum conuoluetur vt liber*, imò nuſquam fiet cum ipſa terra, cum qua primordiò factum eſt. [b] *Cœlum & terra præteribunt*, inquit, [c] *Cœlum primum, & terra prima abierunt, & locus non eſt inuentus illis*: quia ſcilicet quod & finit, locum amittit. Sic & Dauid, [d] *Opera manuum tuarum cœli, & ipſi peribunt. Nam etſi muta-*

bit

bit illos velut opertorium, & mutabuntur, ſed mutari, perire eſt priſtino ſtatui, quem, dum
mutantur, amittunt. [e] *Et ſtellæ quidem de cœlo ruent, ſicut fici arbor*, [f] *quum valide commota* e Matth.24
vento, acerba ſua amittit. [g] *Montes verò tanquam cera liqueſcent à conſpectu Domini*: [h] *quum* 29. 32.
ſurrexerit, ſcilicet confringere terram. [i] *Sed & paludes*, inquit, *areſaciam.* [l] *Et quærent aquam,* f Apoc.6.13
nec inuenient, etiam mare hactenus. Quæ omnia etſi alter putauerit ſpiritaliter interpretãda, g Pſal. 96. 5.
non tamen poterit auferre veritatem ita futurorum, quomodo ſcripta ſunt. Si quæ enim h Eſa.2.19.
figuræ ſunt, ex rebus conſiſtentibus fiant neceſſe eſt, non ex vacantibus: quia nihil poteſt i Eſa.40.15.
alii ſimilitudinem de ſuo præſtare, niſi ſit ipſum, quod tali ſimilitudine præſtet. Reuertor l Eſa.41.17.
igitur ad cauſam, definientem omnia ex nihilo edita, in nihilum peruentura. Ex æterno Apoc.20.1.
enim, id eſt ex materia, nihil Deus interibile feciſſet, nec ex majoribus minora cõdidiſſet,
cui magìs congruat ex minoribus majora producere, id eſt ex interibili æternum. quod
& carni noſtræ pollicetur; cujus virtutis, & poteſtatis ſuæ, hunc jam arrabonem voluit
in nobis cullucaſſe, vt credamus etiam illum vniuerſitatem ex nihilo velut emortuam,
quæ ſcilicet non erat, in hoc vt eſſet, ſuſcitaſſe.

CAPVT XXXV.

Hermogenes ſibi contradicit, materiam fingens non eſſe corporalem, neque incorporalem.

In m. ad f. V. materia. 9.

DE cætero verò ſtatu materiæ, etſi non eſt retractandum, prius enim erat vt eam eſſe conſtaret, tamen ac ſi conſtiterit, perſequendus eſt ordo: quò magìs eam non eſſe conſtet, cujus nec reliquus ſtatus conſiſtat, ſimul vt contrarietates ſuas agnoſcat Hermogenes. Prima, inquit, facie videtur nobis incorporalis eſſe materia: exquiſita autem ratione recta, inuenitur neque corporalis, neque incorporalis. Quæ eſt iſta ratio recta, quæ nihil recti renuntiat, id eſt nihil certi? Niſi fallor enim, omnis res aut corporalis, aut incorporalis ſit neceſsè eſt: (vt concedam interim eſſe aliquid incorporale de ſubſtantiis duntaxat, cùm ipſa ſubſtantia corpus ſit rei cuiuſque) certè poſt corporale, & incorporale, nihil tertium. Age nunc ſit & tertium; quod illa recta ratio Hermogeniana compererit, quæ neque corporalem, neque incorporalem materiam facit: vbi eſt? quale eſt? quid vocatur? quid deſcribitur? quid intelligitur? Tantùm hoc ratio renuntiauit, nec corporalem materiam, nec incorporalem.

CAPVT XXXVI.

Materiam ſtulte inducit Hermogenes, partim corporalem, partim incorporalem.

à p. V. motus.

SED ecce contrarium ſubjicit, aut alia fortaſſe ratio ei occurrit, ex parte corporalem renuntians materiam, & ex parte incorporalem. Iam ergo nè neutrum ſit, vtrumque materia cenſenda eſt? Erit enim corporalis, & incorporalis aduerſus renuntiationem rectæ rationis illius, planè rationem non reddentis ſententiæ ſuæ, ſicut nec alia reddit. Corporale enim materiæ vult eſſe, de quo corpora edantur: incorporale verò, inconditum motum eius. Si enim, ait, corpus tantummodò eſſet, nihil ei incorporale appareret, id eſt motus. Si verò in totum incorporalis fuiſſet, nullum corpus ex ea fieret. Quantò hæc rectior ratio! niſi quòd ſi tam rectas lineas ducis, Hermogenes, quàm ratio iſta, pictor te bardior non eſt. Quis enim tibi concedit motum in ſecundam partem ſubſtantiæ deputare? cùm ſubſtantiua res non ſit, quia nec corporalis; ſed accidens, ſi fortè, ſubſtantiæ & corpori, vt actus, & pulſus, vt lapſus, vt caſus, ita & motus. Nam ſiue à ſemetipſo quid mouetur, actus eius eſt motus, certè pars ſubſtantiæ non eſt, ſicut tu motum ſubſtantiam facis materiæ incorporalem Omnia denique mouentur, aut à ſemetipſis, vt animalia; aut ab aliis, vt inanimalia: tamen nec hominem, nec lapidem & corporalem, & incorporalem dicemus, quia & corpus habeat & motum, ſed vnam omnibus formam ſolius corporalitatis, quæ ſubſtantiæ res eſt: ſi qua incorporalia eis adſunt, aut actus, aut paſſiones, aut officia, aut libidines eorum, non portiones deputamus. Quò ergo facit, portionem materiæ in motum diſponere, qui non ad ſubſtantiam pertinet, ſed ad ſubſtantiæ habitum? Quid enim ſi immobilem placuiſſet tibi inducere materiam, nunquid immobilitas, ſecunda pars formæ videretur? Sic itaque nec motus. Sed de motu & alibi licebit.

CAPVT XXXVII.

Hermogenes ſibi ipſi non congruit, hinc dicens materiam boni, & mali adfinem; inde nec bonam, nec malam.

Per totum. V. materia. 8. in f. V. mutatio. 2.

NVNC enim video te ad aliam rurſus rationem reuerti, quæ tibi nihil certi renuntiare conſueuit. Nam ſicut nec corporalem, nec incorporalem infers materiam, ita nec bonam, nec malam adlegas: & proinde ſuperargumentans; Si enim, inquis, eſſet bona, quæ ſemper hoc fuerat, non deſideraret compoſitionem Dei: ſi eſſet natura mala, non accepiſſet tranſlationem in melius: nec quicquam compoſitionis ſuæ adplicuiſſet illi Deus tali natura: Inuacuùm enim laboraſſet. Verba hæc tua ſunt; quorum te & alibi meminiſſe oportuerat, nè quid his contrarium inſerres. Sed quoniam de mali, & boni ambiguitate ſuper materiam, in præteritis aliquid tractauimus, nunc ad præſentem, & ſolam propoſitionem & argumentationem tuam reſpondebo. Nec dicam, & hic te certum aliquid debuiſſe pronuntiaſſe: aut bonam, aut malam, aut tertium aliquid: ſed ne hic, quod tibi libuit pronuntiaſſe, cuſtodiſſe. Reſcindis enim quod pronuntiaſti, nec bonam, nec malam: quia cùm dicis, Si eſſet bona; non deſideraret componi à Deo, malam portendis: & cùm adponis, Si eſſet mala natura, non admitteret in melius tranſlationem, bonam ſuboſtendis: atque ita & boni, & mali adfinem conſtituiſti, quam nec bonam, nec malam pronunciaſti. Vt autem argumentationem, qua putaſti te propoſitionem tuam confirmaturum, retundam; oppono etiam illud; Si bona fuiſſet materia ſemper, quare non deſideraſſet in melius reformari? Quod bonum, non deſiderat, aut non optat, aut non capit profectum? vt fiat de bono melius. Æquè, ſi mala natura fuiſſet, quare non potuerit à
a Matth. 3. 9. Deo conuerti, vt à potentiore, vt ab eo [a] *qui lapidum quoque naturam conuertere valeat in filios Abrahæ*? Nempe ergo non tantùm comparas Deum Materiæ, ſed & ſubjicis, à quo natura materiæ deuinci & edomari in melius non potuiſſet. Sed & quam hic non vis natura malam, alibi te confeſſum negabis.

CAPVT XXXVIII.

Hermogenes ſuam materiam in loco infra Deum ſtatuens ipſi ſubiacentem; eam alibi aſſerit infinitam.

Per totum. V. materia. 13.

DE ſitu materiæ id tracto, quod & de motu, vt peruerſitatem tuam traducat. Subjacentem facis Deo materiam, & vtique locum illi, qui ſit infra Deum. In loco ergo materia. Si in loco, ergo intra locum, ſi intra locum, ergo determinatur à loco, intra quem eſt: ſi determinatur, habet lineam extremam, quam, quantum propriè pictor, agnoſcis finem eſſe omni rei, cuius linea extrema eſt. Non ergo erit infinita materia, quæ dũ in loco eſt, à loco determinatur; & dũ determinatur ab illo, extrema eum linea patitur. At tu infinitam facis, dicens: Infinita eſt autem, eo quòd ſemper eſt. Et ſi qui diſcipulorum tuorum voluerit argumentari, quaſi infinitatem æuo, non modo corporis intelligi velis: atquin corporaliter infinitam, corporaliter immenſam, & incircunſcriptam, ſequentia oſtendunt. Vnde, inquis, nec tota fabricatur, ſed partes eius. Adeò corpore infinita, non tempore eſt. Et obduceris, corpore eam infinitam faciens, cùm locum ei adſcribens, intra locum, & extremam loci lineam includis. Sed tamen cur non totam eam formauerit Deus, non ſcio; niſi quà aut inualidus, aut inuidus. Itaque dimidium eius, quæ non tota formata ſit, quæro, vt qualis tota fuerit agnoſcam. Debuerat enim Deus, vt exemplarium antiquitatis, ad gloriam operis palàm feciſſe.

CAPVT XXXIX.

Hermogenes ſtultè materiam æternam dixit, quam alibi definitiuam, comprehenſibilem, & mutabilem aſſerit.

Per totum. V. materia. 13.

SIT nunc definita, ſicut rectius tibi videtur, per demutationes ſuas & tranſlationes: ſit & comprehenſibilis, vt quæ fabricatur, inquis, à Deo, quia & conuertibilis, & demutabilis, & diſpartibilis. Demutationes enim ejus, inquis diſpartibilem eam oſtendunt. Et hic à lineis tuis excidiſti, quibus circa perſonam Dei viſus es, præſcribens Deum illam non ex ſemetipſo feciſſe, quia in partes venire non poſſet, qui ſit æternus & manens in æuum, ac per hoc immutabilis, & indiuiſibilis. Si & materia eadem æternitate cenſetur, neque initium habens, neque finem, eadem ratione non poterit pati diſpertitionem & demutationem, quà nec Deus. In æternitatis conſortio poſita, participet cum illo neceſſe eſt & vires, & leges, & conditiones æternitatis. Æquè cùm dicis, Partes autem ejus omnia

ſimul ex omnibus habent, vt ex partibus totum dinoſcatur. Vtique eas partes intelligi vis, quæ ex illa prolatæ ſunt, quæ hodie videntur à nobis. Quomodo ergo omnia ex omnibus habent, vtique ex priſtinis, quando quæ hodie videntur, aliter habeant quàm priſtina fuerunt? Dicis in melius reformatam materiam, vtique de deterioribus: & vis meliora deteriorum exemplarium ferre.

CAPVT. XXXX.

Hermogenes ſibi non conſtat, dicens materiam in melius reformatam.

Per totum. V. Materia. 12.

CONFVSA res erat, nunc verò compoſita eſt. Et vis ex compoſitis, incompoſita præberi, Nulla res ſpeculum alterius rei, id eſt non coæqualis. Nemo ſe apud tonſorem, pro homine nullum inſpexit: niſi ſi qui putat in hac extructione mundi, diſpoſitæ jam & comptæ, informem & incultam materiam reſpondere. Quid hodie informe in mundo, quid retro ſpeciatum in materia, vt ſpeculum ſit mundus materiæ? Cùm ornamenti nomine ſit penes Græcos mundus, quomodo inornatæ materiæ imaginem refert, vt dicas totum, eius partibus cognoſci? Certè ex illo toto erit etiam hoc, quod non venit in deformationem. Et ſuprà edidiſti, non totam eam fabricatum. Igitur vel hoc rude, & confuſum, & incompoſitum, non poteſt in expolitis, & diſtinctis, & compoſitis recognoſci, quæ nec partes materiæ appellari conuenit, cùm à forma eius, ex mutatione diuiſa receſſerunt.

CAPVT. XXXXI.

Motus materiæ perperam tribuitur ab Hermogene.

Per totum. V. materia. 14.

REVERTOR ad motum, vt vbique te lubricum oſtendam. Inconditus, & confuſus, & turbulentus fuit materiæ motus. Sic enim & ollæ vndique ebullientis ſimilitudinem apponis. Et quomodo alibi alius à te adfirmatur? Cùm enim vis materiam nec bonam, nec malam inducere; Igitur, inquis, ſubjacens materia æqualis momenti habens motum, neque ad bonum, neque ad malum plurimùm vergit. Si æqualis momenti, jam non turbulentus, nec cacabacius; ſed compoſitus, & temperatus; ſcilicet, qui inter bonum, & malum ſuo arbitrio agitatus, in neutram tamen partem pronus & præceps, mediæ (quod aiunt) aginæ, æquilibrato impetu ferebatur. Hæc inquies non eſt, hæc turbulentia & paſſiuitas non eſt; ſed moderatio, & modeſtia, & iuſtitia motationis neutram in partem inclinantis. Planè ſi huc, & illuc, aut in alterum magis proclinaret, tunc inconcinnitatis, & inæqualitatis, & turbulentiæ denotari mereretur. Porro ſi neque ad bonum, neque ad malum pronior erat motus, vtique inter bonum, & malum agebatur: vt ex hoc quoque materiam determinabilem appareat, cujus motus nec malo, nec bono pronus, eò quòd in neutrum vergebat, intra vtrumque ab vtroque pendebat, & hoc nomine ab vtroque determinabatur. Sed & bonum, & malum in loco facis, cùm dicis motum materiæ in neutrum eorum fuiſſe propenſum. Materia enim quæ in loco erat, neque huc neque illuc deuergens, in loca non deuergebat, in quibus erat bonum, & malum. Dans autem locum bono, & malo, corporalia ea facis, faciendo localia; quia quæ locum habent, prius eſt vt corporalia ſint. Denique incorporalia proprium locum non haberent, niſi in corpore, cùm corpori accidunt. Ad bonum autem, & malum non deuergente materia, vt aut corporalia, aut localia non deuergebat. Bonum ergo, & malum, erras ſi ſubſtantias eſſe vis. Subſtantias enim facis, quibus loca adſignas. Loca autem adſignas, cùm materiæ motum ab vtraque regione ſuſpendis.

CAPVT XXXXII.

Quantum ſibi contrarietur Hermogenes.

Per totum. V. materia. 14

DISPERSISTI omnia, nè de proximo, quàm contraria ſibi ſint, relucerent. At ego colligam ſingula, & conferam. Inconditum adſeueras motum materiæ, eamque adjicis ſectari informitatem: dehinc alibi, deſiderare componi à Deo. Deſiderat formationem quæ ſectatur informitatem? aut ſectatur informitatem, quæ deſiderat formationem? Non vis videri Deum æquari materiæ: & ſubjicis, habere illam cum Deo communionem. Impoſſibile enim, inquis, non habentem illam commune aliquid cum Deo, ornari eam ab ipſo, atquin ſi commune aliquid habebat cum Deo, non deſiderabat exor-

nari ab ipſo, pars ſcilicet Dei per communionem. Aut & Deus poterat ornari à materia, habendo cum illa aliquid & ipſe commune, & jam in hoc neceſſitati ſubjicis Deum, ſi fuit aliquid in materia, propter quod eam formaret. Commune autem inter illos facis, quòd à ſemetipſis, & ſemper mouentur. Quid minus materiæ, quàm Deo adſcribis? Totum conſortium diuinitatis hoc erit, libertas, & æternitas motus. Sed Deus compoſitè, materia incompoſitè mouentur. Tamen diuinum proinde, motu proinde libero, & æterno. Atquin plus materiæ das, cui licuit ſic moueri, quomodo Deo non licuit.

CAPVT XXXXIII.

Hermogenes ſtultè certamen inquietum, & tarditatem materiæ, ſine motui adſcripſit.

In p. V. materia 14. in m. ad f. V. materia. 9.

DE motu & illud notauerim. Nam, ſecundùm ollæ ſimilitudinem ſic erat, inquis materiæ motus, antequam diſponeretur, concretus, inquietus, inadprehenſibilis præ nimietate certaminis. Dehinc ſubjicis: Stetit autem in Dei compoſitionem, & inadprehenſibilem habuit conditum motum, præ tarditate inconditi motus. Suprà certamen motui adſcribis, hîc tarditatem. Nam de natura materiæ quoties cadas, accipe. Suprà dicis: Si autem eſſet materia naturâ mala, non accepiſſet tranſlationem in melius: nec Deus aliquid compoſitionis accommodaſſet illi: in vacuum enim laboraſſet. Finiſti igitur duas ſententias; nec materiam naturâ malam, nec naturam ejus à Deo potuiſſe conuerti. Horum immemor, poſtea infers: At vbi accepit compoſitionem à Deo, & ornata eſt, ceſſauit à natura. Si in bonum reformata eſt, vtique de malo reformata eſt. Et ſi per compoſitionem Dei, ceſſauit à natura mali, natura ceſſauit ergo, & mala fuit natura antè compoſitionem, & deſinere potuit à natura poſt reformationem.

CAPVT XXXXIV.

Hermogenes tam à Stoicis, quam à Prophetis diſſidet dum diſputat de creatione mundi.

Per totum. V. materia 15.

SED & qualiter operatum facias Deum, ſequitur vt oſtendam. Planè à Philoſophis recedis, ſed tamen & à Prophetis. Stoïci enim volunt, Deum ſic per materiam decucurriſſe, quomodo mel per fauos. At tu non, inquis, pertranſiens illam facit mundum, ſed ſolummodò adparens, & adpropinquans ei, ſicut facit quid decor ſolummodò adparens, & Magnes lapis ſolummodò adpropinquans. Quid ſimile Deus fabricans mundum, & decor vulnerans animum, aut Magnes adtrahens ferrum? Nam etſi adparuit Deus materiæ, ſed non vulnerauit illam, quod decor animam: & ſi adpropinquauit, ſed non cohæſit illi, quod Magnes ferro. Puta nunc exempla tua competere. Certè ſi adparendo, & adpropinquando materiæ, fecit ex illa Deus mundum, vtique ex quo adparuit fecit, & ex quo adpropinquauit. Ergo quando non fecerat retro, nec adparueratilli, nec adpropinquauerat. Et cui credibile eſt, Deum non adparuiſſe materiæ, vel quà conſubſtantiali ſuæ per æternitatem? ab ea longè fuiſſe quem credimus vbique eſſe, & vbique adparere? cui etiam inanimalia, & incorporalia laudes canunt apud Danielem. Quantus hic locus, in quo Deus à materia tantùm diſtabat, vt neque adpareret, neque adpropinquaret ante mundi molitionem? credo peregrinatus eſt ad illam de longinquo, cùm primùm ei voluit adparere, & adpropinquare.

Dan. 3. 57. & ſeq.

CAPVT XXXXV.

Prophetæ, & Apoſtoli, verius quam Hermogenes, docent Deum non ſolùm viſu & acceſſu, ſed in Verbo, & Spiritu ſancto, modo inueſtigabili, cuncta de nihilo creaſſe.

In p. ad circa. f. V. Creatio. 3 in f. V. Hermogenis elogia. 4.

a Prou. 8. AT enim Prophetæ, & Apoſtoli non ita tradunt mundum à Deo factum, adparente
22. ſolummodò, & adpropinquante materiæ, qui nec materiam vllam nominauerunt:
b Io. 1. 3. ſed primò Sophiam conditam, [a] *initium viarum in opera ipſius*: dehinc & ſermonem pro-
c Pſal. 32. 6. latum, [b] *per quem omnia facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Denique [c] *ſermone ejus cæli*
Eſa. 48. 13. *confirmati ſunt, & ſpiritu ipſius vniuerſæ virtutes eorum.* Hic eſt Dei dextra, & manus am-
d Pſal. 101. bæ, per quas operatus eſt ea quæ molitus eſt. [d] *Opera enim manuum ſuarum*, inquit, *cæli*;
26. [e] *per quas & menſus eſt terram, & palmo cælum.* Noli ita Deo adulari, vt velis illum ſolo
e Eſa. 40. 12 viſu, & ſolo acceſſu, tot ac tantas ſubſtantias protuliſſe, & non propriis viribus inſtituiſſe.
f Hier. 51. Sic enim & Hieremias commendat: [f] *Deus faciens terram in valentia ſua, parans orbem in*
15.

intelligentia ſua, & ſuo ſenſu extendit cælum. Hæ ſunr vires ejus, quibus enixus, totum hoc condidit. Major eſt gloria ejus, ſi laborauit. Deniq. [g] *ſeptima die requieuit ab operibus.* g Gen. 2. 2.
Vtrumque ſuo more. Aut ſi adparens ſolummodò, & adpropinquans fecit hunc mundum, nunquid cùm facere deſiit, rurſus adparere, & adpropinquare ceſſauit? Atquin magis adparere cœpit, & vbique conueniri Deus, ex quo factus eſt mundus. Vides ergo quemadmodum operatione Dei vniuerſa conſiſtunt, *valentia facientis terram, intelligentia parantis orbem, & ſenſu extendentis cælum*: non adparentis ſolummodò, nec adpropinquantis, ſed adhibentis tantos animi ſui niſus, ſophiam, valentiam; ſenſum, ſermonem, ſpiritum, virtutem, quæ illi non erant neceſſaria, ſi adparendo tantummodò, & adpropinquando profectus fuiſſet. Hæc autem funr [h] *inuiſibilia ejus*, quæ ſecundùm Apoſtolum *ab* h Rom. 1. 20
inſtitutione mundi de factis eius conſpiciuntur, non materiæ neſcio quæ, ſed ſenſualia ipſius.
[i] *Quis enim cognouit ſenſum Domini?* De quo exclamat, *O profundum diuitiarum & Sophiæ,* i Rom. 11.
vt ininuentibilia iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius! Quid hæc magis ſapiunt, quàm vt 34. 35.
ex nihilo omnia facta ſint! quæ nec inueniri, nec inueſtigari niſi à ſolo Deo poſſent; alioqui inueſtigabilia, ſi ex materia ſunt inueſtigata, & inuenta. Igitur inquantum conſtitit materiam nullam fuiſſe, ex hoc etiam quòd nec talem competat fuiſſe qualis inducitur, intantùm probatur omnia à Deo ex nihilo facta; & niſi quòd Hermogenes eundem ſtatum deſcribendo materiæ, quo eſt ipſe, inconditum, confuſum, turbulentum, ancipitis, & præcipitis, & feruidi motus, documentum artis ſuæ dum oſtendit, ipſe ſe pinxit.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI
DE IDOLOLATRIA.

IN LIBRVM DE IDOLOLATRIA ARGVMENTVM.

Poſt editum, vt ex ipſo Tertulliano conſtat, de Spectaculis librum, hunc de idololatria ſcripſit, in quo capite 13. mentionem facit præcedentis, his verbis: de ſpectaculis autem. & voluptatibus huiuſmodi, ſuum jam volumen impleuimus. *Hunc imitatus eſt Cyprianus ſcribens de idolorum vanitate. B. quoque Iſidorus libro 8. Originum cap. vltimo, agens de idoli nomine, ipſiſsimis Tertulliani verbis vtitur, ex cap. 3. libri de idololatria depromptis. Cæterùm perſecutione perſeuerante, ſcripſit hunc librum, vt Chriſtianos, ignorantia craſſa laborantes, & in ſolo idolorum cultu idololatriam conſiſtere putantes, à qualibet eius ſpecie penitus deterreret. Editus eſt liber iuxta Pamelium in eius vita An. Chr. ducenteſimo quinto. Zephyrini ſexto. Seueri duodecimo. Secundum Baronium autem An. Chr. ducenteſimo ſexto. Zephyrini quarto. Seueri duodecimo.*

CAPVT I.

Summum omnium crimen in quo omnia ſunt, idololatria eſt: & in omni crimine idololatria inuenitur.

Per totum. V. idol. 3.

PRINCIPALE crimen generis humani, ſummus ſeculi reatus, tota cauſa judicii, Idololarria. Nam etſi ſuam ſpeciem tenet vnumquodque delictum, & ſi ſuo quoque nomine judicio deſtinatur, in idololatriæ tamen crimine expungitur. Omitte titulos, operas recognoſce, idololatres, idem homicida eſt. quæris quem occiderit? ſi quid ad elogii ambitionem facit, non extraneum, nec inimicum, ſed ipſum ſe. quibus inſidiis? erroris ſui. quo telo? offenſa Dei. quot plagis? quotquot idololatriis. Qui negat idololatren periſſe, is negabit idololatren homicidiũ feciſſe. Proinde adulterium & ſtuprũ in eodem recognoſcas. nam qui falſis deis ſeruit, ſine dubio adulter eſt veritatis, quia omne falſum adulteriũ eſt. Sic & ſtupro mergitur. Quis enim immundis ſpiritibus operatus, non cõſpurcatus &
conſtupratus incedit? Atque adeò ſcripturæ ſanctæ ſtupri vocabulo vtuntur in idololatriæ Ezech. 23.
exprobratione. Fraudis conditio ea eſt, opinor, ſi quis alienum rapiat, aut alii debitum 3. & ſeq.
deneget, & vtique erga hominem admiſſa fraus maximi criminis nomen eſt. At enim idololatria fraudem Deo facit, honores illi ſuos denegans, & cõferens aliis, vt fraudi etiam contumeliam conjungat. Quòd ſi tam fraus, quam ſtuprum, atque adulterium mortem

adferunt, jam in his æque idololatria de homicidii reatu non liberatur. Poſtalia crimina, tam exitioſa, tam deuoratoria ſalutis, cætera quoque aliquem ad modum, & ſeorſum proinde diſpoſita, & idololatria conditionem ſuam repræſentant. In illa & concupiſcentiæ ſeculi. Quæ enim idololatriæ ſolemnitas, ſine ambitione cultus & ornatus? In illa, laſciuiæ, & ebrietates, eum plurimùm victus, & ventris, & libidinis cauſa frequentantur. In illa, iniuſtitia: quid enim iniuſtius ea, quæ juſtitiæ patrem neſcit? In illa etiam vanitas, quum tota ejus ratio vna ſit! In illa, mendacium, quum tota ſubſtantia ejus mendax ſit. Ita fit, vt omnia in idololatria, & in omnibus idololatria, deprehendatur. Sed & aliàs quum vniuerſa delicta aduerſus Deum ſapiant, nihil autem quod aduerſus Deum ſapiat, non dæmoniis, & immundis ſpiritibus deputetur, quibus idola mancipantur, ſine dubio idololatriam admittit quicunque delinquit: id enim facit quod ad idolorum mancipes pertinet.

CAPVT II.

Idololatria in multos ramos diuiditur, & diuerſimodè ſeruos Dei ſubuertit.

In p. V. Idol. 3. à p. ad f. V. oculus. 3.

SED vniuerſa criminum diſcedant in operum ſuorum proprietates, remaneat idololatria in eo quod ipſa eſt: ſufficit ſibi tam inimicum Deo nomen, tam locuples ſubſtantia criminis, quæ tot ramos porrigit, tot venas diffundit, vt de hoc cùm maximè materia ſuſcepta ſit, quot modis nobis præcauenda ſit idololatriæ latitudo. Quoniam multifariàm ſeruos Dei, nec tantùm ignorata, ſed etiam diſſimulata ſubuertit. Plerique idololatriam ſimpliciter exiſtimant his ſolis modis interpretandam, Si quis aut incendat, aut immolet,
Matth. 5. 28 aut polluceat, aut ſacris aliquibus, aut ſacerdotiis obligetur: quemadmodum ſi quis exiſtimet adulterium in oſculis, & in amplexibus, & in ipſa carnis congreſſione cenſendum:
Ibid. 22. aut homicidium in ſola ſanguinis profuſione, & in animæ ereptione reputandum. At enim
a 1. Io. 3. 15. Dominus quàm extenſius iſta diſponat, certi ſumus, cùm adulterium etiam in concupiſcentia deſignat, ſi oculum quis impegerit libidinoſè, & animam commouerit impudicè: cùm homicidium etiam in verbo maledicti vel conuicii judicat, & in omni impetu
b Matth. 5. 20. iræ, & in negligentia caritatis in fratrem; ſicut Ioannes docet, [a] *homicidam eſſe qui oderit fratrem.* Alioquin in modico conſiſteret, & diaboli ingenium de malitia, & Dei Domini de diſciplina, qua nos aduerſus diaboli latitudines munit, ſi in his tantùm delictis judicaremur, quæ etiam nationes decreuerunt vindicanda. Quomodo [b] *abundabit iuſtitia noſtra ſuper Scribas & Phariſæos*, vt Dominus præſcripſit, niſi abundantiam aduerſariæ ejus, id eſt, injuſtitiæ perſpexerimus? Quòd ſi caput injuſtitiæ idololatria eſt, prius eſt vti aduerſus abundantiam idololatriæ præmuniamur, dum illam non ſolum in manifeſtis recognoſcimus.

CAPVT III.

Idololatria origo, & interpretatio. Nec tantùm hominis forma, ſed quacunque alia ſpecie conſecrata, Idola cenſenda ſunt.

In p. V. idol. participes. 1. in m. V. idol. 2. in f. idololatriæ participes. 2.

IDOLVM aliquandiu retrò non erat. Priuſquàm huius monſtri artifices ebuliſſent, ſola templa, & vacuæ ædes erant, ſicut in hodiernum quibuſdam locis vetuſtatis veſtigia permanent. Tamen idololatria agebatur, non in iſto nomine, ſed in iſto opere. Nam & hodie extra templum, & ſine idolo agi poteſt. At vbi artifices ſtatuarum, & imaginum, & omnis generis ſimulacrorum diabolus ſæculo intulit, rude illud negotium humanæ calamitatis, & nomen de idolis conſequutum eſt, & profectum. Exinde jam caput facta eſt idololatriæ ars omnis quæ idolum quoquomodo edit. Neque enim intereſt, an plaſtes effingat, an celator exſculpat, an Phrygio detexat: quia nec de materia refert, an gypſo, an coloribus, an lapide, an ære, an argento, an filo formetur idolum. Quando enim & ſine idolo idololatria fiat: vtique cùm adeſt idolum nihil intereſt quale ſit, qua de materia, qua de effigie, ne qui putet id ſolum idolum habendum, quod humana effigie ſit
Exod. 32. 48 conſecratum. Ad hoc neceſſaria eſt vocabuli interpretatio. εἶδος Græcè formam ſonat, ab eo per diminutionem εἴδωλον deductum, æquè apud nos formulam fecit. Igitur omnis forma, vel formula idolum ſe dici expoſcit. Inde idololatria omnis circa omne idolum famulatus & ſeruitus. Inde & omnis idoli artifex, eiuſdem & vnius eſt criminis: niſi parum idololatriam populus admiſit, quia ſimulacrum vituli, & non hominis ſibi conſecrauit.

CAPVT IV.

Chriſtiani idolorum artifices, rei ſunt idololatriæ, vt cultores.

Per totum. idol. participes. 2.

IDOLVM tam fieri, quàm coli Deus prohibet. quantò præcedit vt fiat quod coli poſſit,
tantò prius eſt ne fiat, ſi coli non licet. Propter hanc cauſam, ad eradicandam ſcilicet
materiam idololatriæ, lex diuina proclamat: [a] *Ne feceris idolum.* Et conjungens, [b] *Neque* a Exo. 20. 4.
ſimilitudinem eorum quæ in cælo ſunt, & quæ in terra, & quæ in mari. Toto mundo ejuſmo- b Ibid
di artibus interdixit ſeruis Dei. Anteceſſerat Enoch prædicens, omnia elementa, omnem
mundi cenſum, quæ cœlo, quæ mari, quæ terra continentur, in idololatriam verſuros
dæmonas, & ſpiritus deſertorum angelorum, vt pro Deo, aduerſus Dominum conſecra-
rentur. Omnia igitur colit humanus error, præter ipſum omnium conditorem. Eorum
imagines, idola; imaginum conſecratio, idololatria. Quicquid idololatria committit, in
artificem quemcunque, & cujuſcunque idoli deputetur neceſsè eſt. Denique idem Enoch
ſimul & cultores idoli, & fabricatores in comminatione prædamnat. Et rurſus: *Iuro vobis,*
peccatores, quod in diem ſanguinis & perditionis juſtitia parata eſt. Qui ſeruitis lapidibus, & qui
imagines facitis aureas, & argenteas, & ligneas, & lapideas, & fictiles, & ſeruitis phantaſ-
matibus, & dæmonibus, & ſpiritibus infamibus, & omnibus erroribus non ſecundùm ſcientiam,
nullum ab iis inuenietis auxilium. Eſaïas verò: c *Teſtes, ait, vos eſtis, ſi eſt Deus abſque me,* c Eſa. 44.
& non erant tunc qui fingunt & exſculpunt. omnes vani qui faciunt libita ſibi, quæ illis non 6. 8. & ſeq.
proderunt. Et deinceps tota illa pronuntiatio, quàm artifices, quàm cultores deteſtatur:
cujus clauſula eſt, [d] *Cognoſcite quòd cinis ſit cor illorum, & terra, & nemo animam ſuam liberare* d Ibid. 20.
poſſit. Vbi æquè Dauid, & factores. [e] *Tales fiant,* inquit, *qui faciunt ea.* Et quid ego modicæ e Pſal. 113. 8
memoriæ homo? vltra quid ſuggeram? quid recolam de ſcripturis? quaſi aut non ſufficiat
vox Spiritus ſancti, aut vltra deliberandum ſit, an maledixerit atque damnauerit Domi-
nus ipſos prius artifices eorum, quorum cultores maledicit & damnat.

CAPVT V.

Artifices idolorum non excuſantur Apoſtoli opus manuum indicentis loco, artes enim tantùm à Deo non prohibitas & ab Eccleſia receptas, in opere manuum intellexit.

Per totum. V. idol. participes 4.

PLANE impenſius reſpondebimus ad excuſationes huiuſmodi artificum, quos nun-
quam in domum Dei admitti oportet, ſi quis eam diſciplinam norit. Iam illa objici
ſolita vox: Non habeo aliud quo viuam: diſtrictius repercuti poteſt, Viuere ergo habes.
quid tibi cum Deo eſt? ſi tuis legibus. Tum quòd & de ſcripturis audent argumentari, di-
xiſſe Apoſtolum, a *Vt quiſque fuerit inuentus, ita & perſeueret.* Poſſumus igitur omnes a 1. Cor. 7.
in peccatis perſeuerare ex iſta interpretatione. nec enim quiſquam noſtrum non peccator 20. 24.
inuentus eſt, cùm Chriſtus non alia ex cauſa deſcenderit, quàm peccatorum liberando-
rum. Item, Eumdem præcepiſſe dicunt, [b] *ſecundùm ſuum exemplum, & manibus vnuſquiſ-* b 1. Cor. 4.
que operetur ad victum. Si hoc præceptum ab omnibus manibus defenditur, credo & fures, 12.
& aleatores manibus ſuis viuere, & ipſos latrones manibus agere, quo viuant. item falſa- 1. Teſſ. 4. 11.
rios vtique non pedibus, ſed manibus operari malas literas. hiſtriones verò non manibus
ſolis, ſed totis membris victum elaborare. Pateat igitur eccleſia omnibus, qui manibus,
& ſuo opere tolerantur, ſi nulla exceptio eſt artium, quas Dei diſciplina non recipit. Sed
ait quidam, aduerſus ſimilitudinis interdictæ propoſitionem, Cur ergo Moſes in eremo Num 21. 9.
ſimulacrum ſerpentis ex ære fecit? Seorſum figuræ, quæ diſpoſitioni alicui arcanæ præ-
ſtruebantur, non ad derogationem legis, ſed ad exemplarium cauſæ ſuæ. Alioquin ſi hæc
vt aduerſarii legis interpretemur, nunquid & nos, quod & Marcionitæ, inconſtantiam ad-
ſcribimus omnipotenti? quem illi hoc modo deſtruunt, vt mutabilem, dum alibi vetat,
alibi mandat. Si quis autem diſſimulat illam effigiem ærei ſerpentis, ſuſpenſi in modum,
figuram deſignaſſe Dominicæ crucis, à ſerpentibus, id eſt, ab angelis diaboli liberaturæ nos,
dum per ſemetipſam diabolum, id eſt, ſerpentem interfectum ſuſpendit, ſiue quæ alia
figuræ iſtius expoſitio dignioribus reuelata eſt, dummodò Apoſtolus affirmet [c] *omnia* c 1. Cor. 10.
tunc figurate populo accidiſſe: benè quod idem Deus qui lege vetuit ſimilitudinem fieri, ex- 6.
traordinario præcepto ſerpentis ſimilitudinem indixit. Si eundem Deum obſeruas, habes d Exo. 20.
legem eius, [d] *Ne feceris ſimilitudinem*: ſi & præceptum factæ poſtea ſimilitudinis reſpicis, & 4.
tu imitare Moyſen; ne facias aduerſus legem ſimulacrum aliquod, niſi Deus juſſerit.

CAPVT VI.

Artifices idolorum ſoluunt pactum, quo in baptiſmo diaboli pompis renuntiauerunt: Deos plures facto confitentur, & eos colunt, qui colendos faciunt.

Per totum. V. idol. participes. 3.

SI nulla lex Dei prohibuiſſet idola fieri à nobis, ſi nulla vox Spiritus ſancti fabricatoribus idolorum non minus quàm cultoribus comminaretur, de ipſo ſacramento noſtro interpretaremur nobis, aduerſas eſſe fidei eiuſmodi artes. Quomodo enim renuntiauimus diabolo, & angelis eius, ſi eos facimus? Quod repudium diximus iis, non dico cum quibus, ſed de quibus viuimus? Quam diſcordiam ſuſcepimus in eos, quibus exhibitionis noſtræ gratia obligati ſumus? Potes lingua negaſſe, quod manu confiteris? verbo deſtruere, quod facto ſtruis? vnum Deum prædicare, qui tantos efficis? verum Deum prædicare, qui falſos facis? Facio (ait quidam) ſed non colo. quaſi ob aliquam cauſam colere non audeat, niſi ob quam & facere non debeat. ſcilicet ob Dei offenſam vtrubique. Immò tu colis, qui facis vt coli poſſint. Colis autem non ſpiritu viliſſimi nidoris alicujus, ſed tuo proprio: nec anima pecudis impenſa, ſed anima tua. Illis ingenium tuum immolas, illis ſudorem tuum libas, illis prudentiam tuam accendis. Plus es illis, quàm ſacerdos, cùm per te habeant ſacerdotem. Diligentia tua numen nomen illorum eſt. Negas te quod facis, colere? Sed illi non negant, quibus hanc ſaginatiorem, & auratiorem, & majorem hoſtiam cædis, ſalutem tuam.

CAPVT VII.

Eccleſia arcet à Communione fidelium, manus artifices idolorum: & iure prohibet eas Domini corpus accipere, & multò magis in ordinem Eccleſiaſticum aſſumi, quæ dæmonibus corpora fabricant, & Corpus Domini quotidiè ſcandalizant, ſcilicet Eccleſiam, operibus ſuis, & manibus praſcindendis.

Per totum. V. ad Euchariſtiam diſpoſitio 6. & V. Idololat. participes. 2.

TOTA die ad hanc partem zelus fidei perorabit, ingemens Chriſtianum ab idolis in eccleſiam venire: de aduerſarii officina, in domum Dei: attollere ad Deum patrem manus matres idolorum: his manibus adorare, quæ foris aduerſus Deum adorantur: eas manus admouere corpori Domini, quæ dæmoniis corpora conferunt. Nec hoc ſufficit. Parùm ſit, ſi ab aliis manibus accipiant, quod contaminant, ſed etiam ipſi tradunt aliis, quod contaminauerunt. Adleguntur in ordinem eccleſiaſticum artifices idolorum. Pro ſcelus: Semel Iudæi Chriſto manus intulerunt, iſti quotidie corpus eius
a Matth. 5. 30. laceſſunt. O manus præcidendæ! Viderint jam, an per ſimilitudinem dictum ſit, a *Si te manus tua ſcandalizat, amputa eam.* Quæ magis amputandæ, quàm in quibus Domini corpus ſcandalizatur?

CAPVT VIII.

Idololatræ ſunt, templi, Aræ, ædiculæ, domus, bracteæ, & cuiuſuis inſignis & ornamenti idolorum opifices.

In p. V. idol. participes. 3. à p V. ad Euchariſtiam diſpoſitio. 6. à p. ad f. V. Ars. 2. in f. V. idololatriæ participes. 5.

SVNT & aliæ complurium artium ſpecies, quæ etſi non contingunt idolorum fabricationem, tamen ea ſine quibus idola nihil poſſunt, eodem crimine expediunt. Nec enim differt, an extruas vel exornes: ſi templum, ſi aram, ſi ædiculam eius inſtruxeris: ſi bratteam expreſſeris, aut inſignia, aut etiam domum fabricaueris: major eſt ejuſmodi opera, quæ non effigiem confert, ſed auctoritatem. Si iſta ita neceſſitas exhibitionis obtenditur, habent & alias ſpecies, quæ ſine exorbitatione diſciplinæ, id eſt, ſine idoli confictura opem victus præſtent. Scit albarius tector & recta ſarcire, & tectoria inducere, & ciſternam liare & cymatia diſtendere, & multa alia ornamenta, præter ſimulacra parietibus incriſpare. Scit & pictor, & marmorarius, & ærarius, & quicunque cælator, latitudines ſuas vtique multò faciliores. Nam qui ſignum deſcribit, quantò facilius abacum linit? qui de tilia Martem exſculpit, quantò citius armarium compingit? Nulla ars non alterius artis, aut mater, aut propinqua eſt. Nihil alterius vacat. Tot ſunt artium venæ, quot hominum concupiſcentiæ. Sed de mercedibus, & manus pretiis intereſt. Proinde intereſt & de labore. Minor merces frequentiore actu repenſatur. Quot parietes ſigna deſiderant

deſiderant? quot templa, & ædes idolis ædificantur? Domus verò, & prætoria, & balnea, & inſulæ quantæ? Soccus, & baxa quotidie deaurantur, Mercurius, & Seraphis non quotidie. Sufficiat ad quæſtum artificiorum frequentior eſt omni ſuperſtitione luxuria, & ambitio. Lances, & ſcyphos facilius ambitio quàm ſuperſtitio deſiderabit. Coronas quoque magis luxuria, quam ſolemnitas erogat. Cùm igitur ad hæc artificiorum geneta cohortemur, quæ idolum quidem, & quæ idolo competunt, non attinganr, ſint autem & hominibus communia ſæpè, quæ & idolis, hoc quoque cauere debemus, ne quid ſcientibus nobis ab aliquibus de manibus noſtris in rem idolorum poſtuletur. Quòd ſi conceſſerimus, & non remediis jam vſitatis egerimus, non puto nos à contagio idololatriæ vacare, quorum manus non ignorantium in officio, vel in honore, & vſu dæmoniorum deprehenduntur.

CAPVT. IX.

Magia, Mathematica, Aſtrologiæ Profeſſores, Idololatriæ participant.

In p. ad m. V. Aſtrologia. 1. à p. in alphab. Error. V. Angeli amat. fœmin. 2. in m. V. Relapſus. 6. in f. V. magia. 4.

ANIMADVERTIMVS inter artes, etiam profeſſiones quaſdam obnoxias idololatriæ. De Aſtrologis, ne loquendum quidem eſt. Sed quoniam quidam iſtis diebus prouocauit, defendens ſibi perſeuerantiam profeſſionis iſtius, paucis vtar. Non allego quod idola honotet, quorum nomina cœlo inſcripſit, quibus omnem Dei poteſtatem addixit: quòd propterea homines non putant Deum requirendum, præſumentes ſtellarum nos immutabili arbitrio agi. vnum propono, Angelos eſſe illos deſertores Dei, amatores fœminarum, proditores etiam huius curioſitatis, propterea quoque damnatos à Deo, Gen. 6. 2. O diuina ſententia, vſque ad terram pertinax, cui etiam ignorantes teſtimonium reddunt: Expelluntur Mathematici, ſicut angeli eorum. Vrbs, & Italia interdicitur Mathematicis, ſicut cœlum angelis eorum. eadem pœna eſt exilii diſcipulis, & magiſtris. Sed a *Magi, & Aſtrologi ab Oriente venerunt.* Scimus Magiæ, & Aſtrologiæ inter ſe ſocietatem. a Matth. 2. 1. 2. Primi igitur ſtellarum interpretes natum Chriſtum annuntiauerunt, primi munerauerunt. Hoc nomine Chriſtum, (opinor) ſibi obligaue runt. Quid tum? Ideo nunc & Mathematicis patrocinabitur illorum Magorum religio? De Chriſto ſcilicet eſt matheſis hodie; ſtellam Chriſti, non Saturni, & Martis, & cujuſque ex eodem ordine mortuorum, obſeruat & prædicat. At enim ſcientia iſta vſque ad Euangelium fuit conceſſa, vt Chriſto edito nemo exinde natiuitatem alicujus de cœlo interpretetur. Nam & b *tus illud, & myrrham, & aurum, ideo infanti tunc Domino obtulerunt*, quaſi clauſulam ſacrificationis, & b Matth. 2. 11 gloriæ ſæcularis, quam Chriſtus erat adempturus. Quòd igitur iiſdem Magis ſomnium, ſine dubio ex Dei voluntate, ſuggeſſit, vt irent in ſua, ſed alia, non qua venerant, via; Matth 2. 12 id eſt, ne priſtina ſecta ſua incedetent, nonnè illos Herodes perſequeretur; qui nec perſequutus eſt, etiam ignorans alia via digreſſos, quoniam & qua venerant, ignorabat. Adeò viam rectam, & diſciplinam intelligere debemus. Itaque magis præceptum, vt exinde aliter incederent. Sic & alia illa ſpecies magiæ quæ miraculis operatur, etiam aduerſus Moyſen æmulata, patientiam Dei traxit ad Euangelium vſque. Nam exinde & Simon Exod. 7. 12. Magus jam fidelis, quoniam aliquid adhuc de circulatoria ſecta cogitarer, vt ſcilicet inter Act. 8 18. miracula profeſſionis ſuæ, etiam Spiritũ ſanctũ per manuum impoſitionem enundinaret, maledictus ab Apoſtolis de fide ejectus eſt. alter magus, qui cum Sergio Paulo, quoniam iiſdem aduerſabatur Apoſtolis, luminum amiſſione multatus eſt. Hoc & Aſtrologi retuliſſent credo, ſi qui in Apoſtolos incidiſſent. Attamen cùm magia punitur, cujus eſt ſpecies Aſtrologia, vtique & ſpecies in genere damnatur. Poſt Euangelium, nuſquam inuenias aut ſophiſtas, aut Chaldæos, aut incantatores, aut conjectores, aut magos, niſi planè punitos. c *Vbi ſapiens, vbi literator, vbi conquiſitor huius æui? Nonne infatuauit Deus ſapientiam huius ſæculi.* Nihil ſcis, Mathematice, ſi neſciebas te futurum Chriſtianum. ſi ſciebas, hoc quoque ſcire debueras, nihil tibi futurum cum iſta profeſſione. Ipſa te de periculo ſuo inſtrueret, quæ aliorum climacterica præcanit. d *Non eſt tibi pars neque ſors in iſta ratione.* Non poteſt regna cœlorum ſperare, cujus digitus aut radius abutitur cœlo.

Act. 13. 8.
c 1. Cor. 1. 20.
d Act. 8. 21.

CAPVT. X.

Cùm fidelium ſit potius diſcere humanas literas, quàm docere; ludimagiſtri cæterique literarumprofeſſores, vt pote idolorum ſolemnia obſeruantes, multimodè ſunt affines idololatriæ.

In p. ad m. V. idol. participes 9. in m. ad f. V. Chriſtianus. 2.

QVÆRENDVM autem eſt etiam de ludimagiſtris, & cæteris profeſſuribus literarum. Imò non dubitandum affines illos eſſe multimodæ idololatriæ. Primùm quibus neceſsè eſt deos Nationum prædicare; nomina, genealogias, fabulas, ornamenta honorifica quæque eorum enuntiare; tum ſolemnia, feſtaque eorundem obſeruare; vt quibus vectigalia ſua ſuppetant. Quis ludimagiſter ſine tabula VII idolorum, quinquatria tamen non frequentabit? Ipſam primam noui diſcipuli ſtipem, Mineruæ & honori, & nomini conſecrat, vt etſi non prophanatus alicui idolo, verbotenus de idolothyto eſſe dicatur. quid minus eſt inquinamenti eo quod præſtat quæſtus & nominibus & honoribus idolo nuncupatus? quàm Mineruалia Mineruæ, quàm Saturnalia Saturni; quæ etiam ſeruiculis ſub tempus Saturnalium celebrari neceſsè eſt. Etiam ſtrenæ captandæ, & ſeptimontium, & brumæ, & caræ cognationis bonoraria exigenda omnia. Floræ ſcholæ coronandæ. Flāminicæ, & ædiles ſacrificant; creatis ſchola honoratur feriis. Idem fit idoli natali, omnis diaboli pompa frequentatur. Quis hæc competere Chriſtiano exiſtimabit, niſi qui putabit conuenire etiam non magiſtro? Scimus dici poſſe, Si docere literas Dei ſeruis non licet, etiam nec diſcere licebit; & quomodo quis inſtitueretur ad prudentiam interim humanam, vel ad quemcunque ſenſum, vel actum, cùm inſtrumentum ſit ad omnem vitam literatura? quomodo repudiamus ſæcularia ſtudia, ſine quibus diuina non poſſunt? Videamus igitur neceſſitatem literatoriæ eruditionis, reſpiciamus ex parte eam admitti non poſſe, ex parte vitari. fideles magìs diſcere quàm docere literas capit. diuerſa eſt enim ratio diſcendi & docendi. Si fidelis literas doceat, inſertas idolo-
Exo. 23. 13. & 24. Exo. 20. 3. & ſeq. rum prædicationes ſine dubio, dum docet, commendat: dum tradit, affirmat: dum commemorat, teſtimonium dicit: deos ipſos hoc nomine obſignat, cum lex prohibeat (vt diximus) deos pronuntiari, & nomen hoc in vano collocari. hinc prima diabolo fides ædificatur; ab initiis eruditionis. quære an idololatriam committat, qui de idolis catechizat? At cùm fidelis hæc diſcit, ſi jam ſapit qui ſit, neque recipit neque admittit, multò magìs ſi dudũ ſapit. Aut vbi cœperit ſapere, prius ſapiat oportet quod prius didicit, id eſt de Deo, & fide. Proinde illa reſpuet nec recipiet: & erit tam tutus, quàm qui ſciens, venenum ab ignaro accipit, nec bibit. Huic neceſſitas ad excuſationem deputatur, qui aliter diſcere non poteſt. Tantò autẽ facilius eſt literas non docere, quàm non diſcere, quantò & reliqua ſcholarum de publicis ac propriis ſolemnitatibus inquinamenta facilius diſcipulus fidelis non adibit, quàm magiſter frequentabit.

CAPVT XI.

Exercentes mercaturam rerum ad idololatriam pertinentium, ei ſunt affines.

In p. ad vltra. m. V. Auaritia. 1. à m. ad circa. f. V. idol. participes. 8. in f. V. ars. 1.

a 1. Tim. 6. 10. b Epheſ. 5. 5. Matth. 5. 34. DE negotiationibus cætera delictorum recogitemus, in primis [a] *cupiditatem, radicem omnium malorum, qua quidam irretiti, circa fidem naufragium ſunt paſſi*: quamuis & *idololatria* ab eodem Apoſtolo dicta ſit [b] *cupiditas*. Tum mendacium, cupiditatis miniſtrum. Taceo de perjurio, quando nè jurare quidem liceat. Negotiatio ſeruo Dei apta eſt? Cæterùm ſi cupiditas abſcedat, quæ eſt cauſa adquirendi, ceſſante cauſa adquirendi, non erit neceſſitas negotiandi. Sit nunc aliqua juſtitia quæſtus, ſecura de cupiditatis & mendacii obſeruatione, in crimen offendere idololatriæ eam opinor, quæ ad ipſam idolorum animam, & ſpiritum pertinet, quæ omne dæmonium ſaginat. Sanè, non illa principalis idololatria? Viderint ſi eædem merces. tura dico, & cætera peregrinitatis ad ſacrificium idolorum, etiam hominibus ad pigmenta medicinalia, nobis quoque inſuper ad ſolatia ſepulturæ vſui ſunt. Certè cùm pompæ, cùm ſacerdotia, cùm ſacrificia idolorum de periculis, de damnis, de incommodis, de cogitationibus, de diſcurſibus negotiationibuſve inſtruuntur, quid aliud quàm procurator idolorum demonſtraris? Nemo contendat, poſſe hoc modò omnibus negotiationibus controuerſiam fieri. Grauiora delicta quæque, pro magnitudine periculi diligentiam extendunt obſeruationis, vt non ab his tantùm abſcedamus, ſed & ab iis per quæ fiunt. Licet enim ab aliis fiat, non intereſt, ſi per me. In nullo neceſſarius eſſe debeo alii, cùm facit quod mihi non licet. Ex hoc quod vetor facere, intelligere debeo curandum mihi eſſe ne fiat per me. Denique in alia cauſa non

Iouioris reatus, præjudicium iſtud obſeruo. Nam quòd mihi de ſtupro interdictum ſit, aliis ad eam rem nihil aut operæ, aut conſcientiæ exhibeo. Nam quòd ipſam carnem meam à lupanaribus ſegregaui, agnoſco me, neque lenocinium, neque id genus luerum, alterius cauſa exercere poſſe. Sic & homicidii interdictio, oſtendit mihi laniſtam quoque ab eccleſia arceri: nec per ſe non faciet quod faciendum aliis ſubminiſtrat. Ecce magis proximum præjudicium. Si publicarum victimarum redemptor ad fidem accedat, permittes ei in eo negotio permanere? aut ſi jam fidelis id agere ſuſceperit, retinendum in eccleſia putabis? non opinor. niſi ſi quis & de turario diſſimulabit. ſcilicet ad alios peruenit procuratio ſanguinis, ad alios odorum. Si antequam idola in ſæculo eſſent, his mercibus adhuc informis idololatria tranſigebatur, ſi & nunc ferè ſine idolo opus idololatriæ incendiis odorum perpetratur, ecquid majoris operæ & erga dæmonia turarius: nam facilius ſine idolo idololatria, quàm ſine turarii merce. Ipſius fidei conſcientiam percregemus. quo ore Chriſtianus turarius, ſi per templa tranſibit, fumantes aras deſputet, & exſufflabit, quibus ipſe proſpexit? qua conſtantia exorcizabit alumnos ſuos, quibus domum ſuam cellarium præſtat? Ille quidem ſi excluſerit dæmonium, non ſibi placeat de fide. neque enim inimicum excluſit. facilè debuit de eo impetrare, quem quotidie paſcit. Nulla igitur ars, nulla profeſſio, nulla negotiatio, quæ quid aut inſtruendis, aut formandis idolis adminiſtrat, carere poterit titulo idololatriæ: niſi ſi aliud omnino interpretemur idololatriam, quàm famulatum idolorum colendorum.

CAPVT XII.

Præmiſſa opera, neceſſitatis humanæ prætextu calcato, relinquenda ſunt, vt contraria fidei; cùm & Apoſtoli pro Domino, etiam licita dimiſerint.

Per totum. V. Ars. 1. circa. f. V. fides. 6.

MALE' nobis de neceſſitatibus humanæ exibitionis ſupplaudimus, ſi poſt fidem ob- [a] Luc.14.28
ſignatam dicimus, Non habeo quo viuam. Iam hîc enim plenius illi abruptæ pro-
poſitioni reſpondebo, Serò dicitur. ante enim fuit deliberandum, ex ſimilitudine [a] *pro-*
uidentiſſimi ædificis illius qui prius ſumptus operis cum viribus ſuis ſupputat, ne vbi cœperit, de- [b] Matth. 5.
fectus, poſtea erubeſcat. Sed & nunc habes dicta Domini, & exempla adimentia tibi om- 3. [c] Matth. 6.
nem cauſationem. Quid enim dicis? Egebo. Sed [b] *felices egenos* Dominus appellat. Vi- 25.
ctum non habebo: Sed [c] *nolite*, inquit, *cogitare de victu.* [d] *Et veſtitus habemus exemplum,* [d] Ibid. 30.
lilia. Subſtantia mihi opus erat: Atquin [e] *omnia vendenda ſunt, & egentibus diuidenda.* [e] Matth.19.
Sed filiis & poſteritati prouidendum: [f] *Nemo aratro manum imponens & retro ſpectans, ap-* 21.
tus eſt operi. Sed conditionalis eram: [g] *Nemo duobus dominis ſeruire poteſt.* [h] *Si vis Domini* [f] Luc.9.62.
diſcipulus eſſe, crucem tuam tollas, & Dominum ſequaris neceſſe eſt, id eſt, anguſtias & cru- [g] Matth. 6.
ciatus tuos, vel corpus ſolùm, quod in modum crucis eſt. [i] *Parentes, conjuges, liberi pro-* 24. [h] Matth.16.
pter Deum relinquendi erunt. De artibus & negotiationibus, & de profeſſionibus etiam, 24.
liberorum & parentum cauſa dubitas? jam tunc demonſtratum eſt nobis & pignera, & [i] Marc. 10.
artificia, & negotia propter Dominum derelinquenda, cum [l] *Iacobus & Ioannes vocati à* 29.
Domino, & patrem nauemque derelinquunt. cum [m] *Matthæus de telonco ſuſcitatur. cum etiam* [l] Matt.4.21
[n] *ſepelire patrem tardum fuit fidei.* Nemo eorum quos Dominus allegit, Non habeo, dixit, [m] Matth.9.
quo viuam. Fides famem non timet. Scit etiam famem non minus ſibi contemnendam 9. [n] Matth. 8.
propter Deum, quàm omne mortis genus. Didicit non reſpicere vitam, quantò magis 21.
victum? Quotuſquiſque hæc adimpleuit? Sed [o] *quæ penes homines difficilia, penes Deum* Rom. 8.35.
facilia. Sic tamen nobis de manſuetudine & clementia Dei blandiamur, vt non vſque ad [o] Luc.18.27.
idololatriæ adfinitates neceſſitatibus largiamur. Marc. 10. 27.

CAPVT XIII.

Non tantùm à ſpectaculis, & ſacris idolorum, ſed & à feſtis etiam illorum extraordinariis abſtinendum.

In p. V. ars. 1. à p. V. Chriſtianus 25. inf. V. pudor. 1.

SED omnem adflatum eius vice peſtis etiam de longinquo deuitemus, non his tantùm quæ præmiſimus, ſed in vniuerſa ſerie humanæ ſuperſtitionis, ſiue deis ſuis, ſiue defunctis, ſiue regibus mancipatæ, vt ad eoſdem ſpiritus immundos pertinentis, modò per ſacrificia & ſacerdotia, modò per ſpectacula, & hoc genus, modò per feſtos dies. Sed de ſacrificiis & de ſacerdotiis quid loquar? De ſpectaculis autem & voluptatibus ejuſmodi ſuum jam volumen impleuimus. Hoc loco retractari oportet de feſtis diebus, & aliis extraordinariis ſolemnitatibus, quas interdum laſciuiæ, interdum timiditati noſtræ ſubſcri-

bimus, aduerſus fidei diſciplinam communicantes Nationibus in idolicis rebus. De hoc
a Rom. 12. 15. quidem primò conſiſtam, an cum ipſis quoque Nationibus communicare in hujuſmodi
ſeruus Dei debeat, ſiue habitu, ſiue victu, vel quo alio genere lætitiæ earum. a *Gaudere*
b 2. Cor. 6. 15. *cum gaudentibus, & lugere cum lugentibus*, de fratribus dictũ eſt ab Apoſtolo ad vnanimita-
tem cohortante. Cæterum ad hæc b *nihil communionis eſt lumini & tenebris, vitæ & mor-*
c Io. 16. 20. *ti*: aut ſcindimus quod eſt ſcriptum, c *Sæculum gaudebit, vos verò lugebitis.* Si cum ſæculo
d Luc. 16. 22. gaudemus, verendum eſt ne cum ſæculo & lugeamus. Sæculo autem gaudente lugeamus,
& ſæculo poſtea lugente gaudebimus. Sic & d *Lazarus apud inferos in ſinu Abrahæ refrige-
rium conſecutus, contrà diues in tormento ignis conſtitutus, alternas malorum & bonorum
vices æmula retributione compenſant.* Sunt quidam dies munerum, quæ apud alios honoris
titulum, apud alios mercedis debitum expungunt. Nunc ergo, inquis, recipiam meum,
vel rependam alienum. Si hunc morem ſibi homines de ſuperſtitione conſecrauerunt, tu
extraneus ab omni eorum vanitate, quid participas idolothyta ſolemnia? quaſi tibi quoque
præſcriptum ſit de die, quò minus id quod homini debes, vel tibi ab homine debetur,
citra diei obſeruationem luas, vel recipias. Da formam qua velis agi tecum. Cur enim &
lateas, cùm ignorantia alterius tuam conſcientiam contamines? ſi non ignoraris quod ſis
Chriſtianus, tentaris, & contra conſcientiam alterius agis, tanquam non Chriſtianus.
Enim-verò & diſſimulaberis. tentatus, addictus es. Certè ſiue hac, ſiue illac, reus es con-
e Matth. 10. 33. Luc. 12. 9. fuſionis in Domino. e *Qui autem confuſus ſuper me fuerit penès homines, & ego confundar
ſuper illo*, inquit, *penes patrem meum, qui eſt in cælis.*

CAPVT. XIV.

Cùm Gentiles nullum diem feſtum noſtrum obſeruent, nec nos, etiam prætextu eos lucrandi per blaſphemiam Dei, eorum Saturnalia, Ianuaria, aliaque id genus frequentare debemus.

In p. V. Scandalum. 3. à p. ad f. V. charitas proximi. 5.

SED enim plerique jam induxerunt animo, ignoſcendum eſſe, ſi quando, quæ
ethnici, faciunt, nè nomen blaſphemetur. Porro blaſphemia quæ nobis omnino deui-
tanda eſt, hæc opinor eſt, Si quis noſtrum ad juſtam blaſphemiam ethnicum de-
ducat, aut fraude, aut injuria, aut contumelia, aliave materia dignæ querelæ, in qua
nomen meritò percutitur, vt meritò iraſcatur & Dominus. Cæterùm ſi de omni blaſphe-
a Eſa. 52. 5. mia dictum eſt, a *Veſtri cauſa nomen meum blaſphematur*, perimus vniuerſi; cùm totus cir-
Rom. 2. 24. cus ſceleſtis ſuffragiis nullo merito nomen laceſſit. deſinamus, & non blaſphemabitur.
Immò blaſphemetur, dum ſumus in obſeruatione, non in exorbitatione diſciplinæ, dum
probamur, non dum reprobamur. O blaſphemiam martyrii affinem! quæ tunc me teſta-
tur Chriſtianum, cùm propter eam deteſtatur. benedictio eſt nominis, maledictio cuſto-
b Gal. 1. 10. ditæ diſciplinæ. *Si* b *hominibus*, inquit, *vellem placere, ſeruus Chriſti non eſſem.* Sed idem
c Rom. 15. 1. 2. alibi jubet, c *Omnibus placere curemus*; d *Quemadmodum ego*, inquit, *omnibus per omnia pla-
d 1. Cor. 10. 33. *ceo.* e Nimirum Saturnalia & Kalendas Ianuarias celebrans hominibus placebat? an mo-
deſtia & patientia? an grauitate; an humanitate; an integritate? Proinde cùm dicit,
e 1. Cor. 9. 22. e *Omnibus omnia factus ſum, vt omnes lucrifaciam*, nunquid idololatris idololatres? nun-
quid ethnicis ethnicus? nunquid ſæcularibus ſæcularis? Sed etſi non prohibet nos con-
uerſari cum idololatris, & adulteris, & cæteris criminoſis, dicens, f *Cæterùm de mundo exi-*
f 1. Cor. 5. 10. *retis*: non vtique eas habenas conuerſationis immittit, vt quoniam neceſſe ſit & conuiue-
re nos & commiſceri cum peccatoribus, idem & compeccare poſſimus. Ibi eſt cõmercium
vitæ, quod Apoſtolus concedit: ibi peccare, quod nemo permittit. Licet conuiuere cum
ethnicis, commori non licet. Conuiuamus cum omnibus: conlætemur ex communione
naturæ, non ſuperſtitionis. Pares anima ſumus, non diſciplina: compoſſeſſores mundi,
non erroris. Quòd ſi nobis nullum jus eſt communionis in ejuſmodi cum extraneis, quan-
tò ſceleſtius eſt hæc inter fratres frequentare? Quis hoc ſuſtinere aut defendere poteſt?
g Eſa. 1. 14. Iudæis dies ſuos feſtos exprobrat Spiritus ſanctus. g *Sabbata*, inquit, *veſtra, & neomenias,
& ceremonias odit anima mea.* Nobis, quibus ſabbata extranea ſunt, & neomeniæ, & feriæ
à Deo aliquando dilectæ, Saturnalia, & Ianuariæ, & Brumæ, & Matronales frequen-
tantur? munera commeant? ſtrenæ conſonant? luſus, conuiuia conſtrepunt? O melior
fides nationum in ſuam ſectam: quæ nullam ſolemnitatem Chriſtianorum vindicat! Non
Dominicum diem, non Pentecoſten, etiam ſi noſſent, nobiſcum communicaſſent. ti-
merent enim nè Chriſtiani viderentur. nos ne ethnici pronuntiemur, non veremur. Si
quid & carni indulgendum eſt, habes. non tamen dies tantùm, ſed & plures. Nam ethni-
cis ſemel annuus dies quiſque feſtus eſt; tibi octauus quiſque dies. excerpe ſingulas ſolen-
nitates nationum, & in ordinem exſere, Pentecoſten implere non poterunt

CAPVT. XV.

Licet Magiſtratibus parere debeamus; Iuxta limites tamen Chriſtianæ diſciplinæ, Nec licet nobis in ſolemnibus Cæſarum, tabernas, aut Ianuas lucernis ornare, aut laureis coronare. Tum quòd varij ſint oſtiorum dii, tum quòd omnis idololatria cœperit ab hominum cultu, & dii gentium prius homines fuerint.

Per totum. V. idol. participes. 6. à p. V. Homo Imago Dei. 5. circa f. V. Rex. 3.

SED [a] *luceant*, inquit, *opera veſtra.* At nunc lucent tabernæ, & januæ noſtræ: plures jam inuenies ethnicorum fores ſine lucernis, & laureis, quàm Chriſtianorum. De [a] Matth. 5. 16.
iſta quoque ſpecie quid videtur? Si idoli honor eſt, ſine dubio idoli honor idololatria eſt. Si hominis cauſa eſt, recogitemus omnem idololatriam in hominis cauſam eſſe. Recogitemus omnem idololatriam in homines eſſe culturam, cùm & ipſos deos nationum homines retrò fuiſſe, etiam apud ſuos conſtet. Itaque nihil intereſt, ſuperioris, an hujus ſæculi viris ſuperſtitio iſta præſtetur. Idololatria non propter perſonas quæ apponuntur, ſed propter officia iſta damnata eſt, quæ ad dæmonas pertinent. [b] *Redaenda ſunt Cæſari* [b] Matth. 22.
quæ ſunt Cæſaris. benè quòd appoſuit, *& quæ ſunt Dei, Deo.* Quæ ergo ſunt Cæſaris? ſcili- 21.
cet de quibus tunc conſultatio mouebatur, [c] *præſtandusne eſſet cenſus Cæſari, an non. Ideo* Luc. 20. 25.
& monetam oſtendi ſibi Dominus poſtulauit, & de imagine cujus eſſet requiſiuit. & cùm audiſ- [c] Ibid.
ſet, Cæſaris: *Reddite, ait, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* id eſt imaginem Ibid. ſupra.
Cæſaris Cæſari, quæ in nummo eſt; & imaginem Dei Deo, quæ in homine eſt: vt Cæſari quidem pecuniam reddas, Deo temetipſum. Alioquin, quid erit Dei, ſi omnia Cæſaris? Ergo, inquis, honor Dei eſt, lucernæ pro foribus, & laurus in poſtibus? non vtique quod Dei honor eſt, ſed quod eius qui pro Deo hujuſmodi officiis honoratur, quantum in manifeſto eſt, ſalua operatione quæ eſt in occulto, ad dæmonia perueniens. Certi enim eſſe debemus, ſi quos latet per ignorantiam literaturæ ſæcularis, etiam oſtiorum deos apud Romanos, Cardeam à cardinibus appellatam, & Forculum à foribus, & Limentinum à limine, & ipſum Ianum à Janua: & vtique ſcimus, licet nomina inania atque conficta ſint, cùm tamen in ſuperſtitionem deducuntur, rapere ad ſe dæmonia, & omnem ſpiritum immundum, per conſecrationis obligamentum. Alioquin dæmonia nullum habent nomen ſigillatim, ſed ibi nomen inueniunt, vbi & pignus. Etiam apud Græcos Apollinem Thyræum, & Antelicos dæmonas oſtiorum præſides legimus. Hæc igitur ab initio præuidens Spiritus ſanctus, etiam oſtia in ſuperſtitionem ventura, præcecinit per antiquiſſimum Propheten Enoch. Nam & aliàs alia oſtia in balneis adorari videmus. Si autem eorum ſunt quæ in oſtiis adorentur, ad eos & lucernæ, & laureæ pertinebunt. Idolo feceris quidquid oſtio feceris. Hoc in loco ex auctoritate quoque Dei conteſtor, quia nec tutum eſt ſubtrahere quodcumque vni fuerit oſtenſum, vtique omnium cauſa. Scio fratrem per viſionem eadem nocte caſtigatum grauiter, quòd januam eius ſubitò annuntiatis gaudiis publicis ſerui coronaſſent. Et tamen non ipſe coronauerat, aut præceperat, nam antè proceſſerat, & regreſſus deprehenderat factum: adeò apud Deum in hujuſmodi etiam diſciplina familiæ noſtræ æſtimamur. Igitur quòd attineat ad honores regum, vel imperatorum, ſatis præſcriptum habemus, in omni obſequio eſſe nos oportere, ſecundum Apoſtoli præceptum [d] *ſubditos magiſtratibus, & principibus, & poteſtatibus*; ſed intra
limites diſciplinæ, quouſque ab idololatria ſeparamur. Propterea enim & illud exem- [d] Rom. 13. 1. & ſeq.
plum trium fratrum præcucurrit, qui aliàs obſequentes erga regem Nabuchodonoſor,
honorem imaginis eius conſtantiſſimè reſpuerunt, probantes idololatriam eſſe, quicquid Dan. 3. 18
humani honoris modum ad inſtar diuinæ ſublimitatis extollit. Sic & Daniel cætera Dario
ſubnixus, tamdiu fuit in officio, quandiu à periculo diſciplinæ vacaret. Nam id ne ſubi- Dan. 6, 16.
ret, non magìs leones regios timuit, quàm illi regios ignes. Accendant igitur quotidie lucernas, quibus lux nulla eſt. adfingant poſtibus lauros poſtmodum arſuras, quibus ignes imminent; illis competunt & teſtimonia tenebrarum, & auſpicia pœnarum. Tu
[e] *lumen es mundi, & arbor virens ſemper.* Si templis renuntiaſti, nè feceris templum ja- [e] Matth. 5. 14.
nuam tuam. Minus dixi: ſi lupanaribus renuntiaſti, nè indueris domui tuæ faciem Pſal. 1. 4.
noui lupanaris.

CAPVT XVI.

Poſſunt fideles intereſſe aliis ſolemnitatibus, communibus, & priuatis, ſponſalium & Nuptiarum, non tamen idolorum his præſidentium ſacrificiis.

In p. ad m. V. veſtis. 7. à in m. ad f. V. officium. 1.

CIRCA officia verò priuatarum, & communium ſolemnitatum, vt togæ puræ, vt ſponſalium, vt nuptialium, vt nominalium, nullum putem periculum obſeruari de

ſtatu idololatriæ quæ interuenit: cauſæ enim ſunt conſiderandæ quibus præſtatur of-
cium. eas mundas eſſe opinor per ſemetipſas: quia neque veſtitus virilis, neque an[illegible]
aut conjunctio maritalis, de alicujus idoli honore deſcendit. Nullum denique cultum à
a Deut. 22.5. Deo maledictum inuenio, niſi muliebrem in viro. a *Maledictus enim*, inquit, *omnis qui muliebribus induitur*. Toga verò etiam appellationis virilis eſt. Nuptias quoque celebrari non magìs Deus prohibet, quàm nomen imponi. Sed his accommodantur ſacrificia. Si in vocatus; nec adſacrificii ſit titulus officii & operæ meæ expunctio, quantum ſibi libe[illegible] Vtinam quantum ſibi quidem: nec videre poſſemus, quæ facere nobis nefas eſt. ſed quoniam ita Malus circundedit ſæculum idololatria, licebit adeſſe in quibuſdam, quæ nos homini non idolo officioſos habent. Planè ad ſacerdotium & ſacrificium vocatus non ibo, proprium enim idoli officium eſt; ſed neque conſilio, neque ſumptu, aliave opera in ejuſmodi fungar. Si propter ſacrificium vocatus adſiſtam, ero particeps idololatriæ: ſi me alia cauſa conjungit ſacrificanti, ero tantum ſpectator ſacrificii.

CAPVT XVII.

Non licet ſeruis, dominorum ſuorum idololatriæ miniſtrare.

Per totum. V. officium 1.

CÆTERVM quid facient ſerui vel liberti fideles? item officiales ſacrificantibus dominis, vel patronis vel præſidibus adhærentes? Sed ſi merum quis ſacrificanti tradiderit, immò ſi verbo quoque aliquo ſacrificio neceſſario adjuuerit, miniſter habebitur idololatriæ. Hujus regulæ memores, etiam magiſtratibus, & poteſtatibus officium poſſumus reddere ſecũdùm Patriarchas, & cæteros majores, qui regibus idololatris vſque ad finem idololatriæ apparuerunt. Hinc proximè diſputatiò oborta eſt; An ſeruus Dei, alicujus dignitatis, aut poteſtatis adminiſtrationem capiat, ſi ab omni ſpecie idololatriæ intactum ſe
Gen. 41. per totum. aut gratia aliqua, aut aſtutia etiam, præſtare poſſit. ſecundùm quòd & Ioſeph, & Daniel
Dan. 2. & 7. mundi ab idololatria, & dignitatem, & poteſtatem adminiſtrauerunt, in ornamento præfecturę totius Ægypti, ſiue Babyloniæ. Cedamus itaque ſuccedere alicui poſſe, vt in quoquo honore, in ſolo honoris nomine incedat, neque ſacrificet, neque ſacrificiis auctoritatem ſuam accommodet, non hoſtias locet, non curas templorum deleget; non vectigalia eorum procuret, non ſpectacula edat de ſuo, aut de publico, aut edendis præſit; nihil ſolemne pronuntiet, vel edicat, nè juret quidem. jam verò quæ ſunt poteſtatis, neque iudicet de capite alicuius, vel pudore; feras enim de pecunia, neque damnet, neque prædamnet, neminem vinciat, neminem recludat, aut torqueat; ſi hæc credibile eſt fieri poſſe.

CAPVT XVIII.

Chriſtianus ab initio renuntiator pompæ diaboli, ab omni ſuperfluo ornatu, & honorum apparatu, maximè idololatriæ proprio abſtinere debet.

In p. ad m. V. Veſtis. 9. in m. ad f. V. Veſtis. 8.

IAM verò de ſolo ſuggeſtu & apparatu honoris retractandum. proprius habitus vniuſ-
Gen. 41. 42. cujuſque eſt, tam ad vſum quotidianum, quàm ad honorem & dignitatem. Igitur pur-
Dan. 5. 29. pura illa & aurum, ceruicis ornamentum, eodem more apud Ægyptios, & Babylonios inſignia erant dignitatis, quo more nunc prætextæ, vel trabeæ, vel palmatæ, & coronæ aureę ſacerdotum, prouincialium, ſed non eadem conditione. Tantùm enim honoris nomine conferebantur his qui familiaritatem regum merebantur. vnde & purpurati regum vocabantur à purpura, ſicut apud nos à toga candida candidati: ſed non vt ſuggeſtus ille ſacerdotiis quoque aut aliquibus idolorum officiis adſtringeretur. Nam ſi ita eſſet, vtique tantæ ſanctitatis & conſtantiæ viri ſtatim habitus inquinatos recuſaſſent, ſtatimque apparuiſſet, Danielem idolis non deſeruiſſe, nec Belem nec draconem colere, quòd
Dan. 14. 3. 4 24. multò poſtea apparuit. Simplex igitur purpura illa, nec jam dignitatis erat, ſed ingenuitatis apud Barbaros inſigne. Quemamodum enim & Ioſeph qui ſeruus fuerat, & Daniel
Gen. 41. 42. qui per captiuitatem ſtatum verterat, ciuitatem Babyloniam, & Ægyptiam ſunt con-
Dan. 5. 29. ſecuti, per habitum barbaricæ ingenuitatis: ſic penès nos quoque fideli, ſi neceſſe fuerit, poterit & pueriliis prętexta concedi & puerilis ſtola, natiuitatis inſignia, non poteſtatis; generis, non honoris; ordinis, non ſuperſtitionis. Cæterùm purpura, vel cætera inſignia dignitatum & poteſtatum, inſertæ dignitati & poteſtatibus idololatriæ ab initio dicata, habent profanationis ſuæ maculam. cùm præterea ipſis etiam idolis induantur prætextæ, & trabeæ, & laticlaui, faſces quoque & virgæ præferantur; & meritò: nam dæmonia

magiſtratus ſunt ſæculi. hujus collegii inſignia, faſces & purpuras, geſtant. Quid ergo
proficies, ſi ſuggeſtu quidem vtaris, opera verò eius non adminiſtres? Nemo in immun-
dis mundus videri poteſt. Tunicam ſi induas inquinatam per ſe, poterit forſitan illa non
inquinari per te, ſed tu per illam mundus eſſe non poteris. Iam nunc qui de Ioſeph, & Gen.41.42.
Daniel argumentaris, ſcito non ſemper comparanda eſſe vetera & noua, rudia & polita, Dan. 5.29.
cœpta & explicita, ſeruilia & liberalia. nam illi etiam conditione ſerui erant. tu vero [a] *nul-* a 1. Cor. 6.
lius ſeruus, in quantum ſolius Chriſti, qui te etiam captiuitate ſæculi liberauit, ex forma 20.
Dominica agere debebis. Ille Dominus in humilitate & ignobilitate inceſſit, domicilio
incertus: nam [b] *filius*, inquit, *hominis non habet vbi caput collocet.* veſtitu incultus. neque b Luc. 9.58.
enim dixiſſet, [c] *Ecce qui teneris veſtiuntur, in domibus regum ſunt.* [d] *vultu denique & aſpectu* c Matth. 11.
inglorius, ſicut & Eſaïas pronuntiauerat. Si poteſtatis jus quoque nullum nè in ſuos qui- 8.
dem exercuit, quibus ſordido miniſterio functus eſt, ſi regem denique fieri, conſcius ſui d Eſa. 53. 2. 3
regni, refugit, pleniſſimè dedit formam ſuis, dirigendo omni faſtigio, & ſuggeſtu, tam Io. 13. 4.
quàm dignitatis quàm poteſtatis. Quis enim magìs iis vſus fuiſſet quàm Dei filius? quales Io. 6. 15.
& quanti eum faſces producerent? qualis purpura de humeris eius floreret? quale aurum
de capite radiaret? niſi gloriam ſæculi alienam & ſibi & ſuis indicaſſet! Igitur quam noluit
rejecit, quam rejecit damnauit, quam damnauit in pompa diaboli deputauit. Non enim
damnaſſet, niſi non ſua: alterius autem eſſe non poſſent, niſi diaboli, quæ Dei non ſunt.
Tu ſi diaboli pompam ejeraſti, quicquid ex ea attigeris, id ſcias eſſe idololatriam; vel
hoc te commonefaciat, omnes huius ſæculi poteſtates & dignitates non ſolum alienas,
verùm & inimicas Dei eſſe, quòd per illas aduerſus Dei ſeruos ſupplicia conſulta ſunt,
per illas & pœnæ ad impios paratæ irrogantur. Sed natiuitas, & ſubſtantia tua moleſtæ
tibi ſunt aduerſus idololatriam. Ad euitandum, remedia deeſſe non poſſunt; cùm etſi
defuerint, ſuperſit vnicum illud, quod felicior factus non in terris magiſtratus, ſed in
cœlis.

CAPVT XIX.

Militia ſub ſigno diaboli, vel immolationi, aut capitali iudicio addicta, non conuenit militanti ſub ſigno Chriſti.

Per totum. V. malitia. 5.

POSSET in iſto capitulo etiam de militia definitum videri, quæ inter dignitatem &
poteſtatem eſt. At nunc de iſto quæritur, an fidelis ad militiam conuerti poſſit, & an
militia ad finem admitti, etiam caligata, vel inferior quoque, cui non ſit neceſſitas im-
molationum, vel capitalium iudiciorum. Non conuenit ſacramento diuino & humano,
ſigno Chriſti & ſigno diaboli, caſtris lucis & caſtris tenebrarum: non poteſt vna anima
duobus deberi, Deo & Cæſari. Et virgam portauit Moyſes, fibulam & Aaron; cingitur Matt. 22. 21
loro & Ioannes; agmen agit & Ieſus Naue; bellauit & populus, ſi placet & ludere. Quo- Exod 4. 2.
modo autem bellabit, immò quomodo etiam in pace militabit, ſine gladio; quem Domi- Exo. 28. 13.
nus abſtulit? Nam & ſi adierant milites ad Ioannem, & formam obſeruationis accepe- Matth. 3. 4.
rant, ſi etiam Centurio crediderat; omnem poſtea militem Dominus in Petro exarman- Exo 17. 10.
do diſcinxit. nullus habitus licitus eſt apud nos illicito actui aſcriptus. Luc. 3. 14.
Matth. 8. 10

CAPVT XX. Matth. 26. 52.

Idola Deos dicere, aut iurare per eos, & dicere: me Hercule, me Dius Fidius, & ſimilia, *interdictum nobis.*

Per totum. V. idol. participes 10.

SED enim cùm conuerſatio diuinæ diſciplinæ non factis tantùm, verùm etiam verbis
periclitetur, nam ſicut ſcriptum eſt, [a] *Ecce homo & facta eius, ita: Ex ore tuo iuſtificaberis,* a Matth. 12.
meminiſſe debemus eſſe in verbis quoque idololatriæ incurſum præcauendum, aut de 37.
conſuetudinis vitio, aut timiditatis. Deos Nationum nominari lex prohibet, non vtique
nè nomina eorum pronuntiemus, quæ nobis vt dicamus conuerſatio extorquet. Nam id Exo. 23. 13.
plerumque dicendum eſt, In templo Æſculapii illum habes, & vico Iſidis habito, & ſa-
cerdos Iouis factus eſt, & multa alia in hunc modum, quando & hominibus hoc genus no-
mina inducuntur. Neque enim Saturnum honoro, ſi quem ita vocauero ſuo nomine;
tam non honoro, quàm Marcum, ſi vocauero Marcum. ſed ait: [b] *Nomen aliorum deorum* b Ibid.
neque commemorabitur, neque audietur de ore tuo. Hoc præcepit, ne deos vocemus illos.
Nam & in prima parte legis, [c] *Non ſumes*, inquit, *nomen Domini Dei tui in vano*, id eſt c Exo 20. 7.
idolo. Cecidit igitur in idololatriam, qui idolum nomine Dei honorauerit. Quòd ſi deos

dicendum erit, adjiciendum eſt aliquid, quo appareat, quia non ego illos deos dico. Nam & ſcriptura deos nominat; ſed adjicit ſuos, vel, nationum. Sicut Dauid cum deos nominaſſet, vbi ait: [d] *Dei autem nationum dæmonia.* Sed hoc mihi ad ſequentia magis præſtructum eſt. cæterùm conſuetudinis vitium eſt *me Hercule dicere, me Dius fidius*, accedente ignorantia quorundam qui ignorant iusjurandum eſſe per Herculem. Porro quid erit dejeratio per eos quos ejeraſti, quàm præuaricatio fidei cum idololatria? quis enim per quos dejerat, non honorat?

d Pſal. 95. 5.

CAPVT XXI.

Nec iurare per idola licet, nec adiuranti acquieſcere, nec per Deos imprecari.

Per totum. V. iuramentum. 2.

TIMIDITATIS eſt autem, cùm te alius per deos ſuos obligat juratione vel aliqua teſtificatione, & tu, ne intelligaris, quieſcis. nam æquè quieſcendo confirmas majeſtatem eorum, cuius cauſa videberis obligatus. Quid refert deus nationum dicendo deos, an audiendo confirmes? jures per idola, an ab alio adjuratus adquieſcas? Cur non agnoſcamus verſutias Satanæ, qui quod ore noſtro perficere non poteſt, id agit vt ſuorum ore perficiat, per aures inferens nobis idololatriam? Certè quiſquis ille eſt, aut amica, aut inimica congreſſione adſtringit. Si inimica, jam ad pugnam vocaris, & ſcis tibi dimicandum eſſe. ſi amica, quantò ſecurius in Dominum transferes reſponſionem tuam, vt diſſoluas obligationem eius, per quem te Malus honori idolorum, id eſt, idololatriæ quærebat annectere? Omnis patientia eiuſmodi, idololatria. Honoras eos, quibus impoſitis obſequium præſtitiſti. Scio quendam, cui Dominus ignoſcat, quum illi in publico per litem dictum eſſet, *Iupiter tibi ſit iratus.* reſpondiſſe, *Immò tibi.* Quid aliter fecisſet ethnicus, qui Iouem Deum credidit? etiam ſi non per eundem retorſiſſet maledictum, nec per vllum Iouis ſimilem, confirmauerat Iouem Deum, per quem ſe maledictum indignè tuliſſe demonſtrauerat remaledicens. Ad quid enim indigneris per eum maledictus quem ſcis nihil eſſe? Nam ſi inſanis, jam eſſe confirmas, & erit idololatria profeſſio timoris tui; quantò magìs cùm per ipſum remaledicis, eodem Ioui honorem facis, quo & ille qui te prouocauit? fidelis autem in eiuſmodi ridere debet, non inſanire. Immò ſecundùm præceptum, nè per Deum quidem remaledicere, ſed planè benedicere per Deum, vt & idola deſtruas, & Deum prædices, & adimpleas diſciplinam.

CAPVT XXII.

Non eſt ferendum, deos propitios nobis Ethnicum, pro beneficio adprecari; ſed Dei cauſa, nos feciſſe, reſpondendum eſt.

Per totum. V. iuramentum. 2. à p. V. idol. participes. 11.

ÆQVE benedici per deos Nationum Chriſto initiatus non ſuſtinebit, vt ſemper rejiciat immundam benedictionem, & eam ſibi in Deum conuertens emundet. Benedici per deos nationum, maledici eſt per Deum. Si cui dedero eleemoſinam, vel aliquid præſtitero beneficii, & ille mihi deos ſuos, vel coloniæ genium, propitios imprecetur, jam oblatio mea, vel operatio, idolorum honor erit, per quæ benedictionis gratiam compenſat. Cur autem non ſciat me Dei cauſa feciſſe, vt & Deus potius glorificetur, & dæmonia non honorentur in eo quod propter Deum feci? Sed Deus videt, quoniam propter ipſum feci. pariter videt quoniam propter ipſum feciſſe me nolui oſtendere, & præceptum eius idolothytum quodammodo feci. Multi dicunt, Nemo ſe debet promulgare. puto autem, nec negare: negat enim quicunque diſſimulat, in quacunque cauſa pro ethnico habitus. Et vtique omnis negatio idololatria eſt, ſicut omnis idololatria negatio, ſiue in factis, ſiue in verbis.

CAPVT XXIII.

Pecuniam mutuans ab Ethnico, nec debet ſcripto, ſub iuramento promittere ſe redditurum. Chriſto prohibente iuramentum.

Per totum. V. iuramentum. 2.

SED eſt quædam ejuſmodi ſpecies in facto, & in verbis, acuta & infeſta vtrimque, licet tibi blandiatur, quaſi vacet in vtroque, dum factum non videtur, quia dictum non tenetur. Pecuniam de ethnicis mutuantes, ſub pignoribus fiduciati, fiducia jurati cauent, & ſic negant ſcire. Volunt ſcilicet tempus perſecutionis, & locum tribunalis, & perſonam

fiduciatis.

nam præſidis. Præſcribit Chriſtus [a] *non eſſe iurandum.* Scripſi, inquit, ſed nihil dixi; lin- Matth.5.33. & ſeq
gua, non littera occidit. Hic ego naturam, & conſcientiam aduoco. naturam, quia
nihil poteſt manus ſcribere, etiamſi lingua in dictitando ceſſat immobilis & quieta,
quod non anima dictauerit, quamquam & ipſi linguæ anima dictauerit, aut à ſe con-
ceptum, aut ab alio traditum. Iam nè dicatur, Alius dictauit, hìc conſcientiam ap-
pello, an quod alius dictauit anima ſuſcipiat, & ſiue comitante, ſiue reſidente lin-
gua ad manum tranſmittat. & benè quòd in animo conſcientia delinqui Dominus
dixit? [b] *Si, inquit, concupiſcentia vel malitia in cor hominis aſcenderit, profectò teneris.* Ca- b.Matth.5.28
uiſti igitur; quod in cor tuum planè aſcendit; quod neque ignoraſſe te contendere
potes, neque voluiſſe. Nam cùm caueres ſciſti; cum ſcires, vtique voluiſti, & es tam
in facto quàm cogitatu; nec potes leuiore crimine maius excludere, vt dicas fal-
ſum planè effici cauendo, quod non facis. Tamen non negaui, quia non iuraui. Immò
etſi nihil tale feciſſes, tamen diceris deierare, ſi conſenſeris. Non valet tacita vox in
ſtilo, & mutus in litteris ſonus. At enim Zacharias temporali vocis orbatione mul- Luc.1.20.
tatus, animo collocutus, linguam irritam tranſit, manibus ſuis à corde dictat, & no-
men filij ſine ore pronuntiat, loquitur in ſtilo, auditur in cera manus omni ſono cla-
rior, litera omni vocalior. Quære an dixerit; qui dixiſſe compertus eſt. Dominum
oremus nè qua nos eiuſmodi contractus neceſſitas circumſiſtat; & ſi ita inuenerit, det
fratribus operandi copiam, vel nobis obrumpendæ omnis neceſſitatis conſtantiam;
nè illæ litteræ negatrices Vicariæ oris noſtri, in die iudicij aduerſus nos proferantur,
ſignatæ ſignis, non iam aduocatorum, ſed Angelorum.

CAPVT XXIV.

Epilogo concludit, inter tot Idololatriæ ſcopulos fidem noſtram debere nauigare ſecuram.

Per totum V. Idol. participem 12,

INTER hos ſcopulos & ſinus, inter hæc vada & freta Idololatriæ velificata Spiritu
Dei fides nauigat tuta, ſi cauta, ſecura ſi attonita. Cæterùm inenatabile excuſſis
profundum eſt, inextricabile impactis naufragium eſt, inreſpirabile deuoratis hypo-
brychium in Idololatria: quicumque fluctus eius, offocant: omnis vortex eius ad infe-
ros deſorbet. Nemo dicat, quis tam tutò præcauebit? Exeundum de ſæculo erit.
Quaſi non tanti ſit exire, quàm Idololatren in ſæculo ſtare. Nihil eſſe facilius poteſt,
quàm cautio Idololatriæ, ſi timor eius in capite ſit. Quæcumque neceſſitas minor eſt,
periculo tanto comparata, propterea Spiritus ſanctus, conſultantibus tunc Apoſtolis Act. 15. 28.
vinculum & iugum nobis relaxauit, vt Idololatriæ deuitandæ vacaremus. Hæc erit lex
noſtra; quò expedita, hoc plenius adminiſtranda; propria Chriſtianorum per quam
ab Ethnicis agnoſcimur, & examinamur. Hæc accedentibus ad fidem proponenda,
& ingredientibus in fidem inculcanda eſt, vt accedentes deliberent, obſeruantes per- Eſa.34.11.
ſeuerent, non obſeruantes, renuntient ſibi. Viderimus enim ſi ſecundùm arcæ ty- Matth. 7.15.
pum, & coruus, & miluus, & lupus, & canis, & ſerpens in Eccleſia erit. Certè Ido- Philipp 3.2.
lolatres in arcæ typo non habetur. Nullum animal in Idololatren figuratum eſt. Quod Luc. 10.19.
in arca non fuit, in Eccleſia non ſit. Gen.7.7.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI
DE IEIVNIIS.

In Librum de Ieiunijs Argumentum.

In hoc quoque libro contra fideles quos vocat Pſychicos, id eſt animales, & Spiritum Montani non ſequentes ſcribit, Montaniſtam ſe factum oſtendit. Et à Hieronymo in Catal. Script. Eccl. & Nicephoro lib. 4. hiſt. cap. 12. & 34 quartus hic liber contra Eccleſiam ſcriptus refertur. Montanus autem Ieiunia noua & penitus inuſitata inuexit, de quibus Baronius an. Chri. 173. & Hiero. Epiſt. 54. notat Montaniſtas tres in anno feciſſe quadrageſimas, quaſi tres paſſi eſſent Saluatores: cùm Eccleſia ex traditione Apoſtolica, poſt paſſionem Chriſti, vnicam celebret. Sed reuerà Montanus, non ideo tres inuexit, quod tres crederet ſaluatores; ſed plures idcirco celebrauit teſte Tertulliano cap. 13. videlicet ad tentationes & clades imminentes auertendas, & ad exercendam abſtinentiæ diſciplinam. Sed hæc Ieiunia reprobauit Eccleſia, nè Spiritum Montani approbaret, tum quòd indicere noua ieiunia, non Montani,

ſed Epiſcoporum proprium eſſet, vt & hoc libro teſtatus eſt Tertullianus. Hieronymus porro libro 2. cont. Iouinianum ieiuniorum hoſtem, quæ hic ſanè ſcripſit, ad verbum ferè tranſtulit: Suum eſſe hunc librum teſtatur ipſe, initio huius libri citans librum de Monogamia. Et libri de pudicitia cap. 1. Exit igitur & hic aduerſus Pſychicos titulus: *alludens ad hunc de Ieiunijs inſcriptum aduerſus Pſychicos. Pamelius ſcriptionem huius libri refert ad annum Chri. 215. Zephyr. 16. Antonini 4. Baro. ad Zephyr. 14. Antonini 4.*

CAPVT PRIMVM.

Carpit Pſychicos Monogamia, & abſtinentia à Montano, Priſcilla, & Maximilla Propheti̇ſsis eius, à viris abductis, indicta, aduerſantes.

Inp. in Alphab. errorum V. Pſychici 2. à P. Vide Luxuria 10. V. ieiunij effectus 1. circa. M. V. Luxuria 1. in M. in alphab. errorum V. Paracletus 10. inf. V. ieiunij impugnatio. 1.

MIRARER Pſychicos, ſi ſola luxuria tenderentur, qua ſæpius nubunt; & non etiam ingluuie lacerarentur, qua ieiunia oderunt. monſtrum ſcilicet haberetur libido ſine gula, cùm duo hæc tam vnita atque concreta ſint, vt ſi disjungi omnino potuiſſent, ipſi prius ventri pudenda non adhærerent. Specta corpus, & vna regio eſt. denique pro diſpoſitione membrorum, ordo vitiorum; prior venter, & ſtatim cætera ſaginæ ſubſtructa laſciuia eſt: per edacitatem ſalacitas tranſit. Agnoſco igitur animalem fidem, ſtudio carnis qua tota conſtat, tam multiuorantiæ, quàm multinubentiæ pronam. vt meritò ſpiritalem diſciplinam pro ſubſtantia æmulam, in hac quoque ſpecie continentiæ accuſet; proinde gulæ frænos induentem, per nullas interdum, vel ſeras, vel aridas eſcas, quemadmodum & libidini, per vnicas nuptias. Piget iam cum talibus congredi, pudet & iam de eis altercari, quorum nec defenſio verecunda eſt. Quomodo enim protegam caſtitatem, & ſobrietatem ſine taxatione aduerſariorum? quinam iſti ſint ſemel nominabo, exteriores, & interiores botuli Pſychicorum. Hi Paracleto controuerſiam faciunt; propter hoc nouæ prophetiæ recuſantur; non quòd alium Deum prædicent Montanus, Priſcilla, & Maximilla, nec quòd Ieſum Chriſtum ſoluant, nec quod aliquam fidei aut ſpei regulam euertant; ſed quòd planè doceant ſæpius iejùnare, quàm nubere. De modo quidem nubendi iam edidimus Monogamię defenſionem. nunc de caſtigatione victus, ſecunda, vel magìs prima continentiæ pugna eſt. Arguunt nos quòd ieiunia propria cuſtodiamus, quòd ſtationes plerùmque in veſperam producamus, quòd etiam xerophagias obſeruemus, ſiccantes cibum ab omni carne, & omni iurulentia, & vuidioribus quibusque pomis; ne quid vinoſitatis vel edamus, vel potemus. lauacri quoque abſtinentiam, congruentem arido victui. Nouitatem igitur obiectant, de cuius inlicito præſcribant; aut hæreſim iudicandam, ſi humana præſumptio eſt; aut pſeudoprophetiam pronuntiandam, ſi ſpiritalis indictio

a Gala. 1. 8. 9. eſt, dum quaqua ex parte *anathema audiamus, qui aliter adnuntiamus.*

CAPVT II.

Refellit Catholicorum obiectionem, qua dicebant vel ſtatutis per legem diebus; vel ex proprio arbitrio electis ieiunandum. & falsò dicit à nobis tanquam nouas recipi Xerophagias ſiue aridas eſcas.

Per totum V. ieiunij impugnatio 1.

NAM quòd ad ieiunia pertineat, certos dies à Deo conſtitutos opponunt, vt cùm in Leuitico præcipit Dominus Moyſi decimam menſis ſeptimi, diem placationis, *Sancta* a *inquiens, erit vobis dies, & vexabitis animas veſtras; & omnis anima quæ vexata non*

a Leuit. 23. 27. & ſeq. *fuerit illa die, exterminabitur de populo ſuo.* Certè in Euangelio illos dies ieiunijs determinatos putant, in quibus ablatus eſt ſponſus, & hos eſſe iam ſolos legitimos ieiunio-

Matth. 9. 15. rum Chriſtianorum, abolitis legalibus, & propheticis vetuſtatibus. Vbi volunt enim, agnoſcunt quid ſapiat, *Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem.* Itaque de cæterò differenter

Matth. 11. 13. ieiunandum ex arbitrio, non ex imperio nouę diſciplinæ, pro temporibus & cauſis vniuſcuiuſque. Sic & Apoſtolos obſeruaſſe, nullum aliud imponentes iugum certo-

Act. 15. 20. rum, & in commune omnibus obeundorum ieiuniorum; proinde nec ſtationum, quæ & ipſæ ſuos quidem dies habeant quartæ feriæ, & ſextæ: paſſiuè tamen currant, ne-

Act. 10. 3. que ſub lege præcepti, neque vltra ſupremam diei, quando & orationes ferè hora nona concludat de Petri exemplo, quod Actis refertur. Xerophagias verò nouum affectati officij nomen, & proximum ethnicæ ſuperſtitioni; quales caſtimoniæ Apim,

Iſidem, & magnam Matrem certorum eduliorum exceptione putificant; cùm fides li-
bera in Chriſto, ne Iudaïcæ quidem legi abſtinentiam quorundam ciborum debeat, ſe- 1. Cor. 10.
mel in totum macellum ab Apoſtolo admiſſa, deteſtatore eorum [c] *qui ſicut nubere prohi-* 25.
beant, ita iubeant cibis abſtinere à Deo conditis; & ideo nos eſſe jam tunc prænotatos [d] *in* c 1. Tim. 4.
nouiſſimis temporibus abſcedentes à fide, intendentes ſpiritibus, mundi ſeductoribus, doctrinis 3. &
mendaciloquorum, inuſtam habentes conſcientiam. Quibus oro te ignibus? credo quibus nu- d ibid. 1. 2.
ptias ſæpè deducimus, & cœnas quotidie coquimus. Sic & cum Galatis nos quoque per-
cuti aiunt [e] *obſeruatores dierum, & menſium, & annorum.* Iaculantur interea & Eſaïam
pronuntiaſſe, [f] *Non tale ieiunium Dominus elegit*, id eſt, non abſtinentiam cibi, ſed opera e Gal. 4. 10.
iuſtitiæ quæ ſubtexit. & ipſum Dominum in Euangelio ad omnem circa victum ſcrupulo f Eſa. 58. 5.
ſitatem, compendio reſpondiſſe, [h] *non his communicari hominem, quæ in os inferantur,*
ſed quæ ore proferantur; cum & ipſe manducaret, & biberet vſque in notationem, [i] *Ecce* h Matth. 15.
homo vorator, & potator. ſic & Apoſtolum docere, [l] *quòd eſca nos Deo non commendet, neque* 11. & 20.
abundantes ſi edamus, neque deficientes ſi non edamus. His & hujuſmodi ſenſibus eò jam i Matth. 11.
ſubtiliter tendunt, vnusquiſque pronior ventri vt poſſit ſuperuacua nec adeò neceſſaria, 19.
exiſtimare ſublati, vel diminuti, vel demorati cibi officia, præponente ſcilicet Deo, ju- l 1. Cor. 8. 8.
ſtitiæ, & innocentiæ opera. Et ſcimus quales ſint carnalium commodorum ſuaſoriæ;
quum facilè dicatur, Opus eſt de totis præcordiis credam, diligam Deum & proximum m Matth. 22
mihi. [m] *In his enim duobus præceptis tota Lex pendet, & Prophetæ*, non in pulmonum, & 40.
inteſtinorum meorum inanitate.

CAPVT III.

Authoritas abſtinentiæ fundatur in prima lege data Adæ. Quam gula violatam par eſt ieiunio reparari.

à p. ad f. V. Gula. 2.

ITAQVE nòs hoc prius affirmare debemus, quòd occultè ſubrui periclitatur, quan-
tum valeat apud Deum inanitas iſta, & antè omnia, vnde ratio ipſa proceſſerit hoc
modo promerendi Deum; tunc enim agnoſcetur obſeruationis neceſſitas, cùm eluxerit
rationis auctoritas, à primordio recenſendæ. Acceperat Adam à Deo legem non guſtan- Gen. 2. 17.
di de arbore agnitionis boni & mali, moriturus ſi guſtaſſet. verùm & ipſe tunc in pſychi-
cum reuerſus, poſt ecſtaſin ſpiritalem, in qua [a] *magnum illud ſacramentum in Chriſtum* a Epheſ. 5.
& Eccleſiam prophetauerat; [b] *nec jam capiens quæ erant ſpiritus*, facilius ventri quàm Deo 32.
ceſſit, pabulo potius quàm præcepto annuit; ſalutem gula vendidit. manducauit deni- b 1. Cor. 2.
que & periit. ſaluus alioquin, ſi vni arbuſculæ jeiunare maluiſſet. vt jam hinc ani- 14.
malis fides ſemen ſuum recognoſcat, exinde deducens carnalium appetitionem, & Gen. 3. 6. 19.
ſpiritualium recuſationem. Teneo igitur à primordio homicidam gulam, tormentis at-
que ſuppliciis inediæ puniendam, etiam ſi Deus nulla jeiunia præcepiſſet; oſtendens
tamen vnde ſit occiſus Adam, mihi reliquerat intelligenda remedia offenſæ, qui offen-
ſam demonſtrarat: vltro cibum, quibus modis, quibuſque temporibus potuiſſem, pro
veneno deputarem, & antidotum famem ſumerem, per quam purgarem mortis à pri-
mordio cauſam, in me quoque cum ipſo genere transductam; certus hoc Deum velle,
cuius contrarium noluit, ſatìſque confidens placituram illi continentiæ curam, à quo
damnatam comperiſſem incontinentiæ culpam. Porro, cùm & ipſe jeiunium mandet,
& animam conquaſſatam, propriè vtique cibi anguſtiis, ſacrificium appellet, quis jam
dubitabit, omnium erga victum macerationum hanc fuiſſe rationem, qua rurſus in- Pſal. 50. 19.
terdicto cibo, & obſeruato præcepto, primordiale jam delictum expiaretur, vt homo
per eandem materiam cauſæ ſatìs Deo faciat, per quam offenderat, id eſt, per cibi in-
terdictionem; atque ita ſalutem æmulo modo redaccenderet inedia, ſicut extinxerat
ſagina, pro vnico illicito, plura licita contemnens.

CAPVT IV.

Deus permiſit initio ciborum omnium vſum, vt poſtea quoſdam rationabiliter adimeret.

Per totum. V. ieiunii effectus. 2.

HÆC ratio ſeruabatur apud prouidentiam Dei, pro temporibus omnia modulantis;
nè quis ex diuerſo ad dejiciendam propoſitionem noſtram; Cur ergo, dicat, non

ſtatim Deus aliquam victus cõſtituit caſtigationem? quinimò & auxit permiſſionem. Nam in primordio quidem herbidum ſolummodò & arboreum homini pabulum addixerat.
a Gen. 1. 29. a *Ecce dedi vobis omne fænum ſementiuum ſeminans ſemen quod eſt ſuper terram; & omne lignum quod habet in ſemetipſo fructum ſeminis ſementini, vobis erit in eſcam*: Poſtea vero ad Noë enumerata ſubjectione omnium beſtiarum terræ, & volatilium cœli, & mouentium
b Gen. 9. 3. & ſeq. in terra, & piſcium maris, & omnis viuentis; b *Erunt*, inquit, *vobis in eſcam: Velut olera fæni dedi vobis vniuerſa. verùm, carnem in ſanguine animæ ſuæ non edetis.* Nam & hoc ipſo quòd eam ſolam carnem eſui eximit, cujus anima non per ſanguinem effunditur, omnis reliquæ carnis vſum conceſſiſſe manifeſtum eſt. Ad hæc reſpondemus, non competiſſe onerari hominem aliqua adhuc abſtinentiæ lege, qui cum maximè tam leuem interdictio-
Gen. 2. 17. nem, vnius ſcilicet pomi, tolerare non potuit; remiſſum itaque illum libertate ipſa cor-
Gen. 9. 4. roborandum. Æquè poſt diluuium in reformatione generis humani, ſuffeciſſe vnam in-
c Gen. 9. 5. terim legem à ſanguine abſtinendi, promiſſo vſu cæterorum. Iam enim iudicium Dominus oſtenderat per diluuium; adhuc etiam comminatus fuerat c *per exquiſitionem ſanguinis de manu fratris, & de manu beſtiæ.* Omnis itaque iuſtitiam iudicii præminiſtrans, materiam libertatis emiſit, per veniam ſupparans diſciplinam; permittens omnia, vt demeret quędam plus; exacturus, ſi plus commiſiſſet; abſtinentiam imperaturus, cùm indulgentiam præmiſiſſet; quò magis, vt diximus, primordiale delictum expiaretur majoris abſtinentiæ operatione, in majoris licentiæ occaſione.

CAPVT V.

Progreſſu temporis, vt hominem ad ieiunium diſponeret, quorundam immundorum animalium vſum inhibuit.

In p. V. ieiunij antiquitas. 2. à p. ad f. V. Gula. 3.

Leuit. 11. 2. & ſeq. DENIQVE, vbi jam & familiaris populus allegi Deo cœpit, & reſtitutio hominis imbui potuit, tunc leges diſciplinæque omnes impoſitæ, etiam quæ decerperent victum, ademptis quibuſdam veluti immundis, quò facilius aliquando jeiunia toleraret homo, perpetua in quibuſdam abſtinentia vſus. Nam & primus populus primi hominis reſculpſerat crimen, pronior ventri, quàm Deo deprehenſus; cùm de duritiæ Ægyptiæ
Exo. 14. 4. ſeruitutis, valida manu Dei, & ſublimi brachio ereptus Dominus eius viſus, & terræ lacte
Exo 31. 3. & melle mananti deſtinatus; ſtatim autem ſolitudinis incopioſæ circumſpectu ſcandali-
a Exo. 16. 2. 3. & ſeq. zatus, ſaturitatis Ægyptiæ detrimenta ſuſpirans, in Moyſen & Aaron muſſitauit: a *Vtinam obiiſſemus percuſſi à Domino in terra Ægypti, quando ſuper ollas carnium ſedebamus, & panes in plenitudinem comedebamus. Quomodo eduxiſti nos in hac deſerta ad interficiendam ſynagogam iſtam fame?* Eadem ventris prælatione, deploratus erat eoſdem duces ſuos, &
b Num. 11. 5. 6. Dei arbitros, quos deſiderio carnis, & recordatu Ægyptiarum copiarum exacerbabat, b *Quis nos veſcet carne? venerunt in mentem nobis piſces quos in Ægypto edebamus gratis, & cucumeres, & pepones, & porri, & cepe, & allia. At nunc anima noſtra arida, nihil niſi manna vident oculi noſtri.* Ita & illis xerophagiæ panis angelici diſplicebant, allium potius & cepe, quàm cœlum fragrare malebant. Et ideo tam ingratis gratiora, & eſculentiora quæque detracta ſunt, puniendæ ſimul gulæ, & exercendæ continentiæ cauſa, vt illa damnaretur, iſta erudiretur,

CAPVT VI.

Ieiunos rebus diuinis aptiores eſſe probat natura, & ſcriptura, Moyſi & Eliæ exemplo.

In p. ad m. V. ieiunij effectus 5. à m. ad f. V. ieiunij effectus. 10.

NVNC ſi temerè rationes caſtigati à Deo victus, & caſtigandi propter Deum à nobis, ad primordiorum experimenta reuocauimus; conſcientiam communem conſulamus: ipſa natura enuntiabit, quales nos antè pabulum & potum, in virgine adhuc ſaliua, exhibere conſuerit rebus dumtaxat ſenſus agendis, quo diuina tractantur, ſi multò pollentioris mentis, ſi multò viuacioris cordis, quàm cùm totum illud domicilium interioris hominis, eſcis ſtipatum, vinis inundatum, decoquendis jam ſtercoribus æſtuans, præmeditatorium efficitur latrinarum; in quo planè nihil tam in proximo ſuperſit, quàm ad
a Exo. 32. 6. laſciuiam ſapere. a *Manducauit populus & bibit, & ſurrexerunt ludere.* Intellige ſanctæ ſcripturæ verecundiam: luſum niſi impudicum non denotaſſet. Cæterùm, quotuſquiſq; meminerit religionis, occupatis memoriæ locis, impeditis ſapientiæ mẽbris? nemo ita vt decet, ita vt par eſt, ita vt vtile eſt, recordabitur Dei in eo tempore, quo ipſum ſibi hominem excidere ſolemne eſt. Omnem diſciplinam victus aut occidit, aut vulnerat. Mentior, ſi non

Dominus ipſe obliuionem ſui exprobrans Iſraëli, cauſam plenitudini deputat, [b] *Incraſſatus eſt dilectus, & pinguis factus & dilatatus eſt, & dereliquit Deum qui fecit eum, & abceſſit à Domino ſalutificatore ſuo.* Denique in eodem Deuteronomio, eandem cauſam præcaueri jubens, [c] *Nè*, inquit, *cùm manducaueris & biberis, & domos optimas ædificaueris, ouibus & bubus tuis multiplicatis, & argento & auro, extollatur cor tuum, & obliuiſcaris Domini Dei tui.* Præpoſuit corruptelæ diuitiarum edacitatis enormitatem, cui ipſæ diuitiæ procurant. Per illas ſcilicet, [d] *incraſſatum erat cor populi, ne oculis videret, & auribus audiret, & corde conjiceret*, adipibus obſtructo, quas nominatim eſui abſtulit, dedocens hominem ſaginæ ſtudere. Cæterum, cui cor erectum potius inueniebatur, quàm impinguatum, quadraginta diebus, totidemque noctibus, ſupra humanæ naturæ facultatem jeiunium perennauit, ſpiritali fide virtutem ſubminiſtrante; & vidit oculis Dei gloriam, & audiuit auribus Dei vocem, & corde conjecit Dei legem, jam tunc docentis [e] *non in ſolo pane viuere hominem, ſed in omni verbo Dei*; cùm quidem nec ipſum Moyſen Deo paſtum, inediamque eius nomine ſaginatam, conſtanter contemplari valeret pinguior populus. Meritò igitur etiam in carne ſe Dominus ei oſtendit collegæ iejuniorum ſuorum, non minus & Heliæ. Nam & Helias hoc primum quòd famen fuerat imprecatus, ſatìs jam ſe ieiuniis vouerat. [f] *Viuit*, inquit, *Dominus, cui adſiſto in conſpectu eius, ſi erit ros iſtis annis, & imber.* Dehinc minantem Iezabel fugiens poſt vnicum pabulum & potum, quem ab angelo expergefactus inuenerat, & ipſe quadraginta diebus & noctibus vacuo ventre, arido ore peruenit in montem Choreb; vbi cùm in ſpelunca deuertiſſet, quam familiari congreſſu Dei exceptus eſt? [g] *Quid tu Helia hic?* multò amicior iſta vox, quàm, [h] *Adam, vbi es?* Illa enim paſto homini minabatur, iſta jeiuno blandiebatur. Tanta eſt circumſcripti victus prærogatiua, vt Deum præſtet homini contubernalem, parem reuera pari. Si enim [i] *Deus æternus non eſuriet*, vt teſtatur per Eſaiam, hoc erit tempus, quo homo Deo adæquetur, cùm ſine pabulo viuit.

b Deut. 32. 15.
c Deut. 8. 12.
d Eſa. 6. 10.
Exo. 24. 18.
e Matth. 4. 4.
Exo. 34. 28. & ſeq.
Matth. 17. 3.
f 3. Reg. 17. 1.
g 3. Reg. 19. 8.
h Gen. 3. 9.
i Eſa. 40. 28.

CAPVT VII.

Exemplis veteris Teſtamenti filiorum Iſraël, Ezechiæ, Niniue, Achab, Annæ matris Samuëlis, Danielis, ieiunium commendat.

Per totum. V. ieiunij effectus. 7.

PROCESSIMVS itaque jam ad exempla, vt reuoluamus vtilitatis efficacia, poteſtates iſtius officii, quod etiam iratum Deum homini reconciliat. Deliquerat Iſraël, in aquatione apud Maſpha congregatus à Samuele, ſed ita ſtatim delictum ieiunio diluit, vt periculum prœlii ſimul fugerit. Cùm maximè Samuël offerebat holocauſtum, in nullo magìs procuratam audimus Dei clementiam, quàm abſtinentiâ populi. Et allophyli prœlio admouebant, ibidem Dominus intonuit voce magna ſuper allophylos, & confuſi ſunt, & corruerunt in conſpectu Iſraëlis; & proceſſerunt viri Iſraël ex Maſpha, & perſecuti ſunt allophylos, & vſque Bethcor cæciderunt paſtos impaſti, armatos inermes. Hæ erunt vires jeiunantium Deo. cœlum pro eiuſmodi militat. Habes formam præſidii, etiam ſpiritalibus bellis neceſſariam. Proinde cùm rex Aſſyriorum Sennacherib, compluribus jam ciuitatibus captis, Iſraëli per Rapſacen blaſphemias & minas intentaret, nihil aliud illum à propoſito in Æthiopias auertit. Dehinc, quid aliud centum & octoginta milia de exercitu eius per angelum abſumpſit, quàm Ezechiæ regis humiliatio? Siquidem duritia hoſtis annuntiata, veſtem ſcidit, ſaccum induit, eodemque habitu ſeniores ſacerdotum ad Deum per Eſaiam adire juſſit, vtique jeiunio preces proſequente. neque enim cibi tempus in periculo, nec ſaturitatis cultus in ſacco. ſemper inedia mœroris ſequela eſt, ſicut lætitia acceſſio ſaginæ. Per hanc mœroris ſequelam & inediam, etiam ciuitas illa peccatrix Niniue dè exitio prædicato liberatur. Satìs enim pœnitentia ſcelerum commendauerat Deo jeiunium triduò functa, etiam pecudibus enectis, quibus iratus Deus non erat. Sodoma quoque, & Gomorra euaſiſſent, ſi ieiunaſſent. Hoc remedium agnoſcit & Achab, cùm illi poſt tranſgreſſionem, & idololatriam, & necem Nabuthæ, propter vineam interempti à Iezabel, exprobraſſet Helias, [a] *Qualiter occidiſti, & hæreditatem poſſediſti: in loco, quo ſanguinem Nabuthæ canes delinxerunt, tuum quoque delingent*; deſtituit ſemetipſum, & ſaccum carni ſuæ impoſuit, & ieiunauit, & dormiuit in ſacco. & tunc ſermo Domini ad Heliam, [b] *Vidiſti vt reueritus ſit Achab à facie mea: pro eo quòd reueritus eſt, non ſuperducam læſuram in diebus ipſius, ſed in diebus filij eius ſuperducam eam*, qui non erat ieiunaturus. Ita ieiunium, in Deum reuerentiæ opus eſt, per quod Anna quoque ambiens vxor Helcanæ, retro ſterilis impetrauit facilè à Deo inanem cibo ventrem filio implere, & quidem Propheta. ſed non modò naturæ mutationem, aut periculo-

1. Reg. 7. 6. & 10.
4. Reg. 18. 29. & cap. 19. 1. & ſeq.
Ionæ. 3. 7.
Gen. 19. 24.
a 3. Reg. 21. 19.
b Ibid. 27. & 29.
1. Reg. 1. 7. 15.

rum auerſionem, aut deliƈtorum obliterationem; verùmetiam ſacramentorum agnitionem, ieiunia de Deo merebuntur. Adſpice Danielis exemplum, circa ſomnium regis Babylonis omnes turbantur ſophiſtæ, negant vltro de præſtantia humana poſſe cognoſci. Solus Daniel Deo fidens, & ſciens quod ad demerendam Dei gratiam faceret, ſpatium tridui poſtulat, eum ſua fraternitate ieiunat, atque ita orationibus commendatis, & ordinem, & ſignificationem ſomnii per omnia inſtruitur, tyranni ſophiſtis parcitur, Deus glorificatur, Daniel honoratur; non minorem Dei gratiam & poſtea quoque relaturus anno primo regis Darii, cum ex recogitatu prædicatorum temporum ab Hieremia, dedit faciem ſuam Deo in ieiuniis, & ſacco, & cinere. Nam & angelus miſſus ad eum, hanc ſtatim profeſſus eſt cauſam diuinæ dignationis: c *Veni*, inquit, *demonſtrare tibi quatenus miſerabilis es*, ieiunando ſcilicet. Si Deo miſerabilis, leonibus in lacu fuerat horribilis; vbi quidem illi ſex diebus ieiunanti, prandium angelus procurauit.

Dan. 2. 16.

c Dan. 9. 23.

Dan. 14. 36.

CAPVT VIII.

Exempla noui Teſtamenti, in Anna Prophetiſſa, Chriſto, Cornelio, Paulo, ieiunium honorant.

In p. V. ieiunij effeƈtus. 9. In m. V. ieiunij effeƈtus. 9 & ibid. ieiunij effeƈtus. 12. in f. V. ieiunij effeƈtus 8.

a Luc. 2. 37. REDDIMVS & cætera, ad noua enim nunc documenta properamus. In limine Euangelii, a *Anna prophetis filia Phannelis*, quæ infantem Dominum & agnouit, & multa ſuper eo prædicauit expeƈtantibus redemptionem Iſraëlis, poſt egregium titulum veteris, & vniuiræ viduitatis, ieiuniorum quoque teſtimonio augetur; oſtendens in quib. officiis aſſideri Eccleſiæ debeat, & à nullis magis intelligi Chriſtum, quàm ſemel nuptis, & ſæpe ieiunis. Ipſe mox Dominus baptiſma ſuum, & in ſuo omnium, ieiuniis dedicauit, b *habens efficere panes ex lapidibus*, etiam Iordanem vino ſortaſſe manare, ſi c *eſſet vorator, & potator fuiſſet*. Immò nouum hominem, in veteris ſugillationem, virtute faſtidiendi cibi initiabat, vt eum diabolo rurſus per eſcam tentare quærenti, fortiorem fame tota oſtentaret. Præſtituit exinde ieiuniis legem, ſine triſtitia tranſigendis. Cur enim triſte, quod ſalutare? Docuit etiam aduerſus diriora dæmonia ieiuniis prœliandum. Quid enim mirum, ſi eadem operatione ſpiritus iniquus educitur, quà ſanƈtus inducitur? Denique, vt in Centurionem Cornelium, necdum tinƈtum, dignatio Spiritus ſanƈti, cùm chariſmate inſuper prophetiæ feſtinaſſet, ieiunia eius legimus exaudita. Puto autem & Apoſtolus in ſecunda Corinthiorum, inter labores ſuos, & pericula, & incommoda, poſt famem ac ſitim, ieiunia quoque plurima enumerat.

b Matth. 4. 2

c Matth. 11. 19.

Math. 6. 16

Matth. 17. 20.

Aƈt. 10. 31.

2. Cor 11. 27.

CAPVT IX.

Daniel & fratres eius, Elias, Dauid, Samuel, Aaron, Paulus & Timotheus, abſtinentiam vini, & xerophagias commendant.

In p. ad m. V. abſtinentia. 3. in m. ad f. V. abſtinentia. 4.

PRINCIPALIS hæc ſpecies in caſtigatione viƈtus, poteſt jam de inferioribus quoque abſtinentiæ operationibus præjudicare, vt & ipſis pro modo vtilibus, aut neceſſariis. Nam exceptio eduliorum quorundam, portionale ieiunium eſt. Inſpiciamus igitur & xerophagiarum nouitatem, aut vanitatem, ſi non & in his tam antiquiſſimæ, quàm efficaciſſimæ religionis operatio eſt. Redeo ad Danielem, & fratres eius, leguminum pabulum, & aquæ potum, ferculis & œnophoris regiis præferentes, atque exinde formoſiores, nè qui de ſpecie quoque corpuſculi metuat; cæterùm ſpiritu inſuper cultos. a *Dedit enim Deus in adoleſcentulis ſcientiam, & intelligentiam in omni literatura, & Danieli in omni verbo, & in ſomniis, & in omni ſophia*, qua hoc ipſum quoque ſaperet, quibus modis de Deo impetraretur agnitio ſacramentorum. Anno denique tertio Cyri regis Perſarum, cùm in recogitatum incidiſſet viſionis, aliam formam humiliationis proſpexit. b *In illis*, inquit, *diebus, ego Daniel eram lugens, per tres hebdomadas, panem ſuauem non edi, caro & vinum non introierunt in os meum, oleo vnƈtus non ſum, donec conſummerentur tres hebdomades*; quibus tranſaƈtis, angelus emiſſus eſt taliter adloquens: c *Daniel, homo es miſerabilis; ne timueris, quoniam ex die prima qua dediſti animam tuam recogitatui, & humiliationi coram Deo, exauditum eſt verbum tuum, & ego introiui verbo tuo.* Ita xerophagiarum miſeratio, & humiliatio metum expellunt, & aures Dei aduertunt, & occultorum compotes faciunt. Reuertor etiam ad Heliam, cùm corui illum pane, & carne ſaturare conſueſſent, cur poſtmodum apud Berſabee Iudææ, excitato ei de ſomno, quidam ille angelus ſine dubio panem ſolum & aquam obtulit? defecerant corui qui eum liberalius paſcerent? an difficilè angelo fuerat aliquem alicunde de conuiuio regis miniſtrum, cum inſtruƈtiſſimo ferculo

a Dan. 1. 16. 17.

b Dan. 10. 2. 3.

c Ibid. verſu 11. 12.

3. Reg. 17. 6

3. Reg. 19. 2

rap*tum*, ad Heliam transferre; ſicut Danieli in lacum leonum eſurienti, prandium me-
tentium exhibitum eſt? Sed conſtitui oportebat exemplum docens in tempore preſſuræ,
& perſecutionis, & cujuſcunque circunſtantiæ, xerophagiis eſſe viuendum. Tali victu Dan.14. 35.
Dauid exomologeſin ſuam expreſſit, ᵈ *cinerem quidem edens velut panem*, id eſt, panem 36.
velut cinerem aridum, & ſordidum, *potum verò fletu miſcens*, vtique pro vino. Habet ᵈ Pſal. 101.
enim & abſtinentia vini ſuos titulos, quæ & Samuelem Deo vouerat, & Aaronem con- 10.
ſecrarat. Nam de Samuele mater, ᵉ *Et vinum*, inquit, *& ebriamen non bibet*: talis enim
& ipſa Deum orabat. Et Dominus ad Aaron, ᶠ *Vinum & ſiceram non bibetis, tu & filii tui* ᵉ 1. Reg.1.11.
poſt te, ſi quando ingrediemini tabernaculum, vel aſcendetis ad altare, & non moriemini. Adeò & ibid. ver-
morientur qui non ſobrii in Eccleſia miniſtrauerint. Sic & Iſraëli proximo exprobrat, ſu 15.
ᵍ *Et potum dabatis ſanctificatis meis vinum*. Et hæc autem ſtrictura potus, xerophagiæ por- ᶠ Leuit. 10.
tio eſt. quamquam vbi abſtinentia vini, aut à Deo exigitur, aut ab homine vouetur, illic 9.
intelligatur etiam pabuli preſſura, formam præſtruens potui. Qualis enim eſus, talis & ᵍ Amos.2.12
potus. Veriſimile non eſt, vt quis dimidiam gulam Deo immolet, aquis ſobrius, & cibis ʰ 2. Cor. 11.
ebrius. An autem & Apoſtolus xerophagias norit, qui majora celebrauerat, ʰ *ſitim & fa-* 27.
mem & multa ieiunia, ⁱ *qui ebrietates, & commeſſationes recuſauerat*, vel de diſcipulo Timo- ⁱ Rom 13.13.
theo argumenti ſatis eſt, quem ˡ *propter ſtomachum, & aſſiduas imbecillitates, modico vino* ˡ 1. Tim. 5.
monens vti, quo ille non ex inſtitutione, ſed ex deuotione abſtinebat, (cæterum, ſto- 23.
macho magis conſuetudo prodeſſet) hoc ipſo abſtinentiam vini dignam Deo ſuaſit, quam
ex neceſſitate diſſuaſit.

CAPVT. X.

Stationem, ſiue ſtatorum ac ſolemnium ieiuniorum productionem vſque ad veſperam probat exemplis Moyſi, Ioſue, Saulis, & Danielis.

In p. V. ieiunij antiquitas. 7. 3 p. . V. ieiunij antiquitas. 3. & V. orationis conditiones. 14. & V. Traditio. 3. in m. V. ieiunij antiquitas. 4. V. Chri. Paſſio. 27. à m. ad f. V. ieiunij antiquitas. 6.

ÆQVE ſtationes noſtras, vt indignas; quaſdam verò & in ſerum conſtitutas, noui-
tatis nomine incuſant, hoc quoque munus & ex arbitrio obeundum eſſe dicentes,
& non vltra nonam detinendum, de ſuo ſcilicet more. Sed quod pertineat, ad interdi-
ctionis quæſtionem, ſemel pro omnibus cauſis reſpondebo. Nunc ad proprium hujus
ſpeciei articulum, de modo temporis dico, de ipſis prius expoſtulandum, vnde hanc for-
mam nona dirimendis ſtationibus præſcribant. Si, quia Petrus, & qui cum eo, ad ho-
ram nonam orationis templum introgreſſi leguntur, quis mihi probabit illos ea die ſtatio-
ne functos, vt horam nonam ad clauſulam, & expunctionem ſtationis interpretetur? At-
qui facilius inuenias Petrum hora ſexta capiendi cibi cauſa, prius in ſuperiora ad oran-
dū aſcendiſſe, quò magis ſexta diei finiri officio huic poſſit, quæ illud abſolutura poſt ora-
tionem videbatur. Porro, cum in eodem commentario Lucæ, & tertia hora orationis de- Act. 2. 15.
monſtretur, ſub qua Spiritu ſancto initiati, pro ebriis habebantur; & ſexta, qua Petrus Act.10.9.10
aſcendit in ſuperiora; & nona, qua templum ſunt introgreſſi; cur non intelligamus, ſal- Act. 3. 1.
ua planè indifferentia ſemper, & vbique, & omni tempore orandi, tamen tres iſtas ho-
ras, vt inſigniores in rebus humanis, quæ diem diſtribuunt, quæ negotia diſtinguunt, quæ
publicè reſonant; ita & ſolenniores fuiſſe in orationibus diuinis? quod etiam ſuadet Da-
nielis quoque argumentum, ter die orantis: vtique per aliquarum horarum exceptio- Dan. 6. 10.
nem; non aliarum autem, quàm inſigniorum, exinde Apoſtolicarum, tertiæ, ſextæ,
nonæ. Hinc itaque & Petrum dicam ex vetere potius vſu nonam obſeruaſſe, tertio oran-
tem ſupremæ orationis munere. Hæc autem propter illos, qui ſe putant ex forma Petri Act. 3. 1.
agere, quam ignorant, non quaſi reſpuamus nonam, cui & quarta ſabbati, & ſexta plu-
rimùm fungimur: ſed quia eorum quæ ex traditione obſeruantur, tantò magis dignam
rationem adferre debemus, quantò carent ſcripturæ auctoritate, donec aliquo cœleſti
chariſmate aut confirmentur, aut corrigantur. ᵃ *Et ſi qua*, inquit, *ignoratis*, *Dominus* ᵃ Philip. 3.
vobis reuelabit. Itaque ſepoſito confirmatore omnium iſtorum Paracleto, duce vniuerſæ 15.
veritatis, an dignior apud vos ratio adferatur in nonam obſeruandi requito, vt etiam
Petro ea ratio deputanda ſit, ſi ſtatione tunc functus eſt. Venit enim de exitu Domini, Act. 3. 1.
quem etſi ſemper commemorari oportet ſine differentia horarum, impreſſius tamen tum
ei ſecundum ipſum ſtationis vocabulum addicimur. Nam & milites nunquam immemo-
res ſacramenti, magis ſtationibus parent. Itaque in eam vſque horam celebranda preſſura
eſt, in qua ᵇ *à ſexta contenebratus orbis* defuncto Domino lugubre fecit officium, vt tunc
& nos reuertamur ad jucunditatem, cùm & mundus recepit claritatem. Hoc ſi magis ad ᵇ Matth. 27.
religionem ſapit Chriſtianam, dum magis Chriſti gloriam celebrat, poſſum æquè ſeræ 45.

ſtationis ex eodem rei ordine ſtatum figere, vt ieiunemus ad ſerum, expectantes [illegible]
Dominicæ ſepulturæ, cùm Ioſeph poſtulatum detulit corpus, & condidit. Inde & [illegible]
Matth. 25. 38. ligioſum eſt, antè famulorum carnem refrigerare, quàm domini. Sed hoc ex argumenta-
riorum prouocatione commiſerim, coniectutas coniecturis, & tamen puto fidelioribus,
repercutiens. Videamus an aliquid tale nobis de vetuſtatibus quoque patrocinetur. In
Exodo, habitus ille Moyſi aduerſus Amalech orationibus prœliantis, vſque in occaſum
Exo. 17. 12. perſeuerans, nonnè ſtatio fuir ſera? Ieſum Naue debellantem Amorrhæos, prandiſſe illa
die exiſtimamus, qua ipſis elementis ſtationem imperauit? [b] *Stetit ſol in Gabaon, & luna in*
b Ioſue. 10. 12. & ſeq. *Atalon, ſtetit ſol & luna in ſtatione, donec vltus eſt populus de inimicis ſuis & ſtetit ſol*
in medio cælo, & non accedebat in occaſum, & in finem diei vnius. Non fuit dies talis
retro & in nouiſſimo, vtique tam prolixus; vt, inquit, *exaudiret Deus hominem*, pa-
c 1. Reg. 14. 24. rem ſcilicet ſolis, inſtantem tandiu in officio, ſtationem etiam ſera longiorem. Certè
Saul & ipſe in prœlio conſtitutus, manifeſtè munus iſtud indixit, [c] *Maledictus homo, qui*
ederit panem ad veſperam vſque, dum vlciſcar de inimico meo; & non guſtauit totus populus
eius, & tota terra non prandebat. Tantam autem Deus præſtitit auctoritatem edicto ſtatio-
nis illius, & Ionathan filius Saulis, quamquam ignarus jeiunationis in ſerum definitæ,
guſtum mellis admiſerat, & ſorte mox de delicto ſit traductus, & vix per precem populi
d Damq. 21. periculo exemptus: gulæ enim, licet ſimplicis, reus fuerat. Sed & Daniel, anno primo
regis Darii, cùm ieiunus in ſacco, & cinere exomologeſin Deo ageret. [d] *Et adhuc*, inquit,
loquente me in oratione, ecce vir quem videram in ſomnis initio, velociter volans adpropinquauit
mihi, quaſi hora veſpertini ſacrificii. Hæc erit ſtatio ſera, quæ ad veſperam ieiunans, pin-
guiorem orationem Deo immolat.

CAPVT XI.

Non nouam eſſe huiuſmodi ieiuniorum obſeruantiam, cùm partim à Deo præcepta ſit, partim ab homine per votum impleta.

In p. in alphab. Errorum. V. Pſychici. 3. à p V. ieiunij antiquitas 1. & V. ieiunij obligatio. 1.

OMNIA autem iſta credo ignota eis quia ad noſtra turbantur, aut ſola forſitan lectione, non etiam intentione comperta, ſecundùm majorem vim imperitorum, apud glorioſiſſimam ſcilicet multitudinem Pſychicorum. Propterea per ſingulas diximus ſpecies jeiunationum, xerophagiarum, ſtationum, vt dum recenſemus ſecundùm vtriusque Teſtamenti paraturam, quantum proficiant recuſati, vel reciſi, vel retardati pabuli officia, eos retundamus qui hæc velut vacantia infirmant. Item dum pariter oſtendimus, quo ſemper in ordine fuerint religionis, eos reuincamus qui hæc vt noua accuſant; nec nouum enim, quod ſemper; nec vacuum, quod vtile. Sed & illud in medio eſt, quædam ex his officiis à Deo homini imperata, legem conſtituiſſe; quædam ab homine Deo oblata, votum expunxiſſe: tamen & votum, cùm à Deo acceptatum eſt, legem in poſterum facit, per auctoritatem acceptatoris. exinde enim faciendum mandauit, qui factum comprobauit. Itaque & hinc in alia ſpecie altercatio diuerſæ partis obducitur, cùm dicunt, aut pſeudoprophetia eſt, ſi ſpiritualis vox ſolennia iſta conſtituit; aut hæreſis, ſi humana præſumptio adinuenit. Eam enim formam reprehendentes qua & vetera decucurrerunt, & ex ea retorquentes quæ & aduerſarii veterum aduerſus illa poterant retractare; aut & illa recuſare debebunt, aut certè iſta ſuſcipere neceſſariò, maximè cùm & iſta, à quocunque inſtitutore ſunt, ſiue ſpiritali, ſiue tantùm fideli, eidem Deo currant, cui & vetera. indubitatè enim & hæreſis, & pſeudoprophetia diuinitatis diuerſitate iudicabuntur apud nos omnes, vnici Dei Creatoris, & Chriſti eius antiſtites, adeòque indifferenter hanc partem defendo, illis offerens in quo velint gradum figere. Spiritus diaboli eſt, dicis ô Pſychice. Et quomodo Dei noſtri officia indicit, nec alii offerenda quàm Deo noſtro? Aut contende diabolum cum Deo facere noſtro, aut Satanas Paracletus habeatur. Sed hominem Antichriſtum adfirmas; hoc enim vocantur hæretici nomine, penès Ioannem. Et quomodo quiſquis ille eſt in Chriſto noſtro, hæc erga Dominum noſtrum officia depoſuit, cùm & Antichriſti erga Deum, aduerſus noſtrum proceſſerint Chriſtum? Quo itaque putas laterum confirmatum apud nos ſpiritum, cùm imperat, an cùm probat quæ Deus noſter & imperauit ſemper, & probauit? Sed rurſus palos terminales figitis Deo, ſicut de gratia, ita de diſciplina; ſicut de chariſmatibus, & de ſolemnibus; vt proinde
a Luc. 16. 16 officia ceſſauerint, quemadmodum & beneficia eius; atque ita negetis vſque adhuc eum munia imponere, quia & hic [a] *Lex & Propheta vſque ad Ioannem*: ſupereſt vt totum auferatis, quantum in vobis tam otioſum.

CAPVT

CAPVT. XII.

Peccata ieiuniis ablui, ſapientiam Xerophagiis extorqueri, bella ſtationibus ſuperari, per hæc fidelem ad martyria diſponi.

à p. V. ieiunij antiquitas. 5. inf. in alphab. Errorum. V. paracletus. 11.

IAM enim & in iſta ſpecie ditati ſaturarique regnatis, non delicta incuſantes, quæ ieiuniis elimentur, nec reuelationum ſcientia indigentes, quæ xerophagiis extorqueantur, nec bella propria metuentes, quæ ſtationibus diſcutiantur. Vt ab Ioanne Paracletus obmutuiſſet, ipſi nobis Prophetæ in hanc maximè cauſam extitiſſemus: jam non dico ad exorandam Dei iram, nec ad impetrandam tutelam eius, aut gratiam, ſed ad præmuniendam per noſmetipſos nouiſſimorum temporum conditionem, indicentes omnem ταπεινοφρόνησιν cùm carcer ediſcendus, & fames ac ſitis exercendæ, & tam inediæ, quàm anxii victus tolerantia vſurpanda ſit, vt in carcerem talis introeat Chriſtianus, qualis inde prodiſſet; non pœnam illic paſſurus, ſed diſciplinam; nec ſæculi tormenta, ſed ſua officia; eoque fidentior proceſſurus ad certamen è cuſtodia abuſus, nihil habens carnis, ſic vt nec habeant tormenta materiam; cùm ſola, & arida ſit cute loricatus, & contra vngulas corneus; præmiſſo jam ſanguinis ſucco, tanquam animæ impedimentis, properante jam & ipſa, quæ iam ſæpè ieiunans, mortem de proximo norit. Planè veſtrum eſt, in carceribus popinas exhibere martyribus incertis, ne cõſuetudinem quærant, nè tædeat vitæ, nè noua abſtinentiæ diſciplina ſcãdalizentur, quã nec ille Priſtinus veſter, non Chriſtianus martyr attigerat; quem & facultate cuſtodiæ liberæ, aliquandiu fartum omnibus balneis, quaſi baptiſmate melioribus, & omnibus luxuriæ ſeceſſibus, quaſi Eccleſiæ ſecretioribus, & omnibus vitæ iſtius illecebris, quaſi æternæ dignioribus, hoc puto obligatum nè mori vellet, poſtremo ipſo tribunalis die, luce ſumma, condito mero, tanquam antidoto præmedicatum, ita eneruaſtis, vt paucis vngulis titillatus, hoc enim ebrietas ſentiebat, quem Dominum confiteretur, interroganti præſidi reſpundere non potuerit amplius. atque ita de hoc iam extortus, cùm ſingultus, & ructus ſolos haberet, in ipſa negatione digeſſit. Ideo ſobrietatis diſciplinam qui prædicant, pſeudoprophetæ; ideo hæretici, qui obſeruant. Quid ergo ceſſatis Paracletum, quem in Montano negatis, in Apicio credere?

CAPVT XIII.

Reſpondet obiectionibus ſibi ipſi factis ſupra capite. 2. & probat non eſſe relinquenda ieiunia cuiuſuis arbitrio, cùm Epiſcopi ſoleant ea indicere vniuerſæ plebi: præſertim in Græcia, vbi Concilia generalia colliguntur.

In p. in alphab. Errorum. V. paracletus, 11. à p. ad m. V. ieiunij impugnatio. 2 & V. ſeruus Dei 1. in m. V. Epiſcopus. circa. f. V. Traditio. 4. inf. V. Concilium

PRÆSCRIBITIS conſtituta eſſe ſolennia huic fidei, ſcripturis, vel traditione maiorum, nihilque obſeruationis amplius adiiciendum, ob illicitum innouationis. State in iſto gradu ſi poteſtis. Ecce enim conuenio vos, & præter Paſcha ieiunantes, citra illos dies quibus ablatus eſt ſponſus, & ſtationum ſemiieiunia interponentes, & vero interdum pane & aqua victitantes, vt cuique viſum eſt. denique reſponderis hæc ex arbitrio agenda, non ex imperio. Mouiſtis igitur gradum, excedendo traditionem, cùm quæ non ſint conſtitura, obitis. Quale eſt autem, vt tuo arbitrio permittas, quod imperio Dei non das? plus humanæ licebit voluntari, quàm diuinæ poteſtati? Ego me ſæculo, non Deo liberum memini: ſic meum eſt vltro officium facere Domino, ſicut indicere illius eſt. non tantùm obſequi ei debeo, ſed & adulari: illud enim imperio eius, hoc arbitrio meo præſto. Benè autem quòd & Epiſcopi vniuerſæ plebi mandare ieiunia aſſolent; non dico de induſtria ſtipium conferendarum, vt veſtræ capturæ eſt; ſed interdum & ex aliqua ſollicitudinis Eccleſiaſticæ cauſa. Itaque ſi & ex hominis edicto, & in vnum omnes ταπεινοφρόνησιν agitatis, quomodo in nobis ipſam quoque vnitatem ieiunationum, & xerophagiarum, & ſtationũ denotatis? niſi forte in ſenatus conſulta, & in principum mandata coïtionibus oppoſita delinquimus. Spiritus ſanctus, cùm in quibus vellet terris, & per quos vellet prædicaret, ex prouidentia imminentium, ſiue Eccleſiaſticarum tentationum, ſiue mundialiũ plagarum, qua paracletus, id eſt aduocatus, ad exorandum iudicem, huiuſmodi officiorum remedia mandabat. Puta nunc, ad exercendam ſobrietatis & abſtinentiæ diſciplinam. hunc qui recipimus, neceſſario etiam quæ tunc conſtituit obſeruamus. Adſpice ad Iudaïcos faſtos, & inuenies nihil nouum, ſi quæ patribus ſunt præcepta, omnis deinceps poſteritas hæreditaria religione cuſtodit. Aguntur præterea per Græcias, illa certis in locis concilia ex vniuerſis Eccleſiis, per quę & altiora quæque in commune tractantur, & ipſa Matth. 9. 15

repræſentatio totius nominis Chriſtiani magna veneratione celebratur. Et hoc quàm di-
a Pſal. 132. 1. gnum fide auſpicante, congregari vndique ad Chriſtum? [a] *Vide quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum.* hoc tu pſallere non facilè noſti, niſi quo tempore
b Rom. 12. 15. cum compluribus cœnas. Conuentus autem illi ſtationibus prius, ieiunationibus operati; [b] *dolere cum dolentibus, & ita demum congaudere gaudentibus* norùnt. Si & iſta ſolennia, quibus tunc præſens patrocinatus eſt ſermo, nos quoque in diuerſis prouinciis fungimur, in ſpiritu inuicem repræſentati, lex eſt ſacramenti.

CAPVT XIV.

Reſpondet Paulum ſcribentem ad Galatas, Iudaicas tantùm obſeruationes dierum, menſium, Annorum interdicere, non autem Chriſtianas: nos enim Annuum Paſcha menſe primo celebramus. A Paſchate, quinquaginta dies in omni exultatione decurrimus; Stationibus quartam & ſextam Sabbati, & paraſcenem ieiuniis conſecramus.

In p. V. feſtorum obſeruatio. 1. & V. ieiunij impugnatio. 4. inf. in alphab. Errorum V. quadrageſima.

a Gal. 4. 10. HORVM igitur [a] *tempora obſeruantes, & dies & menſes & annos*, Galaticamur. Planè; ſi Iudaïcarum ceremoniarum, ſi legalium ſolennitatum obſeruantes ſumus; illas
Rom. 9. 4. enim Apoſtolus dedocet, compeſcens veteris Teſtamenti in Chriſto ſepulti perſeuerantiam, & noui ſiſtens. Quòd [b] *ſi noua conditio in Chriſto*, jam noua & ſolennia eſſe debe-
b Gal. 6. 15. bunt; aut ſi omnem in totum deuotionem temporum, & dierum, & menſium, & annorum eraſit Apoſtolus, cur Paſcha celebramus annuo circulo, in menſe primo? cur quinquaginta exinde diebus in omni exultatione decurrimus? cur ſtationibus quartam, & ſextam ſabbati dicamus, & ieiuniis Paraſceuem? quamquam vos etiam ſabbatum, ſi quando continuatis, nunquam niſi in Paſcha ieiunandum, ſecundùm rationem alibi redditam; nobis certè omnis dies, etiam vulgata, conſecratione celebratur. Nec ergo apud Apoſtolum differentiæ ratio, diſtinguentem noua, & vetera: Sed & hîc inæqualitas veſtra ridebitur, cùm vetuſtatum formam nobis exprobratis, in quo cauſam nouitatis accuſatis.

CAPVT XV.

Apoſtolus prædicens hæreticos, cibos damnaturos, non Montanum, ſed Marcionem, Tatianum, & alios, opera Creatoris vt mala reſpuentes prædamnauit. Eſaias autem ieiunium potius confirmauit, quàm abſtulit.

In p. in alphab. Errorum. V. quadrageſima. In m. V. ieiunij impugnatio. à m. ad f. V. ieiunij obligatio. 2.

1. Tim. 4. 3. REPROBAT etiam illos qui iubebant cibis abſtinere, ſed de prouidentia Spiritus ſancti, prædamnans jam hæreticos perpetuam abſtinentiam præcepturos, ad deſtruenda, & deſpicienda opera Creatoris: quales inueniam apud Marcionem, apud Tatianum, apud Iouem, hodiernum de Pythagora hæreticum; non apud Paracletum. Quantula eſt enim apud nos interdictio ciborum? duas in anno hebdomadas xerophagiarum, nec totas, exceptis ſcilicet ſabbatis, & dominicis, offerimus Deo, abſtinentes ab eis, quæ non re-
a Rom. 14. 20. jicimus, ſed differimus. Atquin ad Romanos ſcribens, vos nunc compungit detractatores hujus officii, [a] *Nè propter pabulum ſolueritis*, inquit, *opus Dei*. Quod opus? de quo ait,
b & 21. & verſu. 2. 3. 4 & 6. [b] *Bonum eſt carnem non edere, & vinum non potare. Nam qui in iſtis ſeruit, placabilis & propitiabilis Deo noſtro eſt. Quidam credit omnia manducanda eſſe, quidam autem infirmus olera veſcitur; qui manducat, nè nullificet non manducantem. Tu quis es, qui alienum ſeruum iudicas? Et qui manducat, & qui non manducat, Deo agit gratias* Cùm autem humano arbi-
1. Cor. 10. 25. trio vetet controuerſiam fieri, quantò magis diuino? Ita, ſciebat quoſdam caſtigatores, & interdictores victus incuſare, qui ex faſtidio, non qui ex officio abſtinerent; probare
Rom. 8. 8. verò qui in honorem, non qui in conuitium Creatoris. Et ſi claues macelli tibi tradidit,
c 1. Cor. 8. 8. permittens eſui omnia, ad conſtituendam idolothytorum exceptionem, non tamen in macello regnum Dei incluſit. [c] *Nec enim*, inquit, *eſus aut potus, eſt Dei regnum. &, Eſca nos Deo non commendat*; non vt de arida dictum putes, ſed potius de vncta, & accurata.
Ibid. Siquidem ſubjiciens, *Nec ſi manducauerimus, abundabimus; nec ſi non manducauerimus, deficiemus*; tibi magìs inſonat, qui abundare te exiſtimas, ſi edas; & deficere, ſi non edas,
Matth. 11. Matth. 4. 2. & ideo iſta detractas. Dominum quoque quàm indignè ad tuam libidinem interpretaris,
d Matt. 5. 6. paſſim manducantem, & bibentem. ſed puto quod etiam ieiunarit, qui [d] *beatos*, non
Io. 4. 32. ſaturatos, ſed *eſurientes & ſitientes*, pronuntiarit; qui eſcam profitebatur, non quam
e Io. 6. 27. diſcipuli exiſtimarant, ſed paterni operis perfectionem; docens [e] *operari eſcam, quæ*
e Io. 6. 21. *permanet in vitam æternam*; in ordinaria etiam oratione, panem mandans poſtulan-
Matth. 6. 11 & Luc. 11. 3. dum, non & Attalicas diuitias. Sic & Eſaïas, non negauit Deum elegiſſe jeiunium,

ſed quale non elegerit, enumerauit. [f] *In diebus enim*, inquit, *jeiuniorum veſtrorum* ‚ [f] Eſa. 58. 3.
inueniuntur voluptates veſtræ, & omnes ſubiectos vobis ſuccutitis, aut ad conuitia & lites
jeiunatis, & caditis pugnis. non tale ieiunium ego elegi; ſed quale ſubjecit; & ſubjiciendo non
abſtulit, ſed confirmauit.

CAPVT XVI.

[D]eus infenſus gulæ, & approbator ieiunii illud per Ioëlem præcipit; quid quòd & Ethnicis in idolorum ſacris abſtinentia commendatur, guloſis verò Deus venter eſt?

à p. ad m. V. gula. 4. in m. V. ieiunij obligatio. 4. in f. V. gula. 6.

NAM & ſi mauult opera iuſtitiæ, non tamen ſine ſacrificio; quod eſt anima conſli-
ctata jeiuniis. ille certè Deus, cui nec populus incontinens gulæ placuit, nec ſacer- Num. 11. 33.
dos, nec prophetes. Manent adhuc monumenta concupiſcentiæ, vbi ſepultus eſt popu- 34.
lus carnis auidiſſimus, vſque ad choleram, ortygometras cruditando. Eliditur pro tem-
pli foribus ſenior Heli, filii eius in acie ruunt, nurus expirat in partu. hanc enim metue- 1. Reg. 4. 17.
rat à Deo plagam domus impudens, ſacrificiorum carnalium deſraudatrix. Sameas, ho- 18.
mo Dei, cùm exitum prophetaſſet idololatriæ introductæ à rege Hieroboam, poſt ma-
num eius regis areſactam, & ſtatim reſtitutam, poſt altare diffuſum, ob hæc ſigna, & 3. Reg. 12. 22.
ſatisfactione inuitatus à rege, planè excuſauit. Prohibitus enim à Deo fuerat, illic cibum 3. Reg. 13. 4. & ſeq.
in totum attingere; ſed ab alio mox ſene mentito prophetlam, temerè paſtus, ſecundùm
verbum Dei ibidem factum ſuper menſam, non eſt in paternis ſepultus. leonis enim in via
occurſu proſtratur, & apud exteros conditus, pœnam deſerti jeiunii luit. Hæc erunt
exempla & populo, & epiſcopis, etiam ſpiritalibus, ſi quam incontinentiam gulæ admi-
ſerint. Sed nec apud inſeros admonitio ceſſauit, vbi in diuite quidem conuiuia cruciantur, Luc. 16. 25.
in paupere verò jeiunia recreantur, habentia præceptores Moyſen, & Prophetas. Nam &
Iohel exclamauit, [a] *Sancite ieiunium, & prædicate curationem*; proſpiciens jam & tunc & [a] Ioel. 1.
alios Apoſtolos, & Prophetas ſancituros jeiunium, & prædicaturos officia curantia Deum. 14. & 2. 15.
Vnde & qui in idolis comendis, & in aris ornandis, & ad ſingulas horas ſalutandis adu-
lantur, curationem facere dicuntur. Sed & omnem ταπεινοφρόνησιν ethnici agnoſcunt. Cùm
ſtupet cœlum, & aret annus, nudipedalia denuntiantur, magiſtratus purpuras ponunt,
faſces retrò auertunt, precem indigitant, hoſtiam inſtaurant. Apud quaſdam verò colo-
nias præterea annuo ritu ſaccis velati, & cinere conſperſi, idolis ſuis inuidiam ſupplicem
objiciunt, balnea & tabernacula in nonam vſque cluduntur. Vnus in publico ignis
apud aras, aquæ nec in lancibus. Niniuiticum credo juſtitium. Iudaïcum certè jeiunium Ionæ. 3. 5.
vbique celebratur, cùm omiſſis templis, per omne litus, quocunque in aperto aliquan-
do jam precem ad cœlum mittunt; & licet cultu, & ornatu mœroris munus infament,
tamen fidem abſtinentiæ adſectant, & ſtellæ auctoritatem demorantis ſuſpirant. Sed
benè, quòd in noſtris xerophagiis blaſphemias ingerens, Caſto. Iſidis, & Cybeles, eas
adæquas. Admitto teſtimonialem comparationem. Hinc diuinam conſtabit, quam
diabolus diuinorum æmulator imitatur. Ex veritate mendacium ſtruitur, ex religione
ſuperſtitio compingitur. Hinc tu eò irreligioſor, quantò ethnicus paratior. Ille denique
idolo gulam ſuam mactat, tu Deo non vis. [b] *Deus enim tibi venter eſt*; & pulmo templum, [b] Philip. 3.
& aqualiculus altare, & ſacerdos cocus, & ſanctus Spiritus nidor, & condimenta chariſ- 18.
mata, & ructus prophetia.

CAPVT XVII.

Guloſus Eſaü primogenita vendenti ſimilis, cuius Deus venter eſt, & gula cognata luxuria. Inuchitur in Catholicos, abutens Apoſtoli locis.

In p. V. gula. 6. circa m. V. luxuria 18. in f. V. ieiunij effectus. 3.

VETVS es, vera ſi velimus dicere, tu qui tantum gulæ indulges; & meritò te priorem
jactitas; ſemper agnoſco ſapere Eſaü venatorem ferarum, ita paſſim indagandis tur-
bis ſtudes, ita de campo laxiſſimæ diſciplinæ tuæ venis, ita ſpiritu deficis. ſi tibi lenticulam
defruto inruſatā obtulero, ſtatim roros primatus tuos vēdes; apud te agape in cācabis fer-
uet, fides in culinis calet, ſpes in ferculis jacet. Sed major his eſt agape, quia per hanc adu-
leſcentes tui cum ſororibus dormiunt. Appēdices ſcilicet gulæ laſciuia, atque luxuria. quā
ſocietatem & Apoſtolus ſciens, cùm præmiſiſſet, [a] *Non in ebrietatibus, nec in comeſſationi-* [a] Rom. 13.
bus; adjunxit, *Nec in cubilibus, & libidinibus* Ad elogium gulæ tuæ pertinet, quòd duplex 13.
apud te præſidentibus honor binis partibus deputatur; cùm Apoſtolus duplicem honorem
dederit, vt & fratribus, & præpoſitis. Quis ſanctior inter vos, niſi conuiuandi frequen-

tior,niſi obſonandi pollucibilior,niſi calicibus inſtructior? Meritò homines ſolius animæ, & carnis, ſpiritalia recuſatis. talibus ſi placerent Prophetæ, mei non erant. Cur ergo non
b Eſa.22.13. conſtanter prędicaris [b] *Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur.* Sicuti nos non dubitamus exertè mandare, Ieiunemus, fratres & ſorores, nè forte cras moriamur.
c Rom.8.8. Palàm diſciplinas noſtras vindicemus. Nos certi ſumus, [c] *eos qui in carne ſunt, Deo placere non poſſe*; non vtique in ſubſtantia carnis, ſed in cura, ſed in affectione, ſed in operatione, ſed in voluntate. Macies non diſplicet nobis: neque enim ad pondus
d Io.3.34. Deus carnem tribuit, [d] *ſicut nec ſpiritum ad menſuram.* facilius ſi fortè per anguſtam ſalutis januam introibit caro exilior, citius reſuſcitabitur caro leuior, diutius in ſepultura durabit caro aridior. Saginentur pugiles, & pyctæ Olympici: illis ambitio corporis competit, quibus & vires neceſſariæ, & tamen illi quoque xerophagijs inualeſcunt. ſed noſtra alia robora, aliæque vires, ſicut & alia certamina; [e] *quibus non*
e Ephes. 6. 12. *eſt luctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus mundi poteſtates, aduerſus ſpiritalia malitiæ.* aduerſus hæc, non carne & ſanguine, ſed fide, & ſpiritu robuſto oportet adſiſtere. Cæterum, ſaginatior Chriſtianus vrſis, & leonibus fortè, quàm Deo, erit neceſſarius; niſi quòd aduerſus & beſtias maciem exercere debebit.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI CONTRA IVDÆOS.

In librum aduerſus Iudæos,

ARGVMENTVM.

Pace adhuc Eccleſiæ vigente, tempore quo Mauri obſidebantur à Romanis, ante bellum Britannicum, Tertullianus ſcripſit hunc librum, occaſione diſputationis exortæ, inter Iudæorum proſelytum, & Chriſtianum, quem Pamelius ipſum Tertullianum fuiſſe ſuſpicatur: qui cùm videret ſtrepitu ſpectatorum, diſputationis ſolutionem non poſſe plenè verbo abſolui, ſcripto perfecit, ſolidè Iudæos confutans & confundens rationibus & teſtimonijs ex ſcriptura depromptis. Ex quo libro multa iiſdem verbis retexit libro 3. contra Marcionem, ſicut & Cyprianus duobus primis ad Quirinum ſcriptis contra Iudæos. Euſebius item in Chronico, Tertulliani ſententiam refert hic de Chriſti natiuitate præſcriptam. Et D. Hieron. commentario in Danielem, non exiguam partem capitis noni huius libri tranſcripſit. Pamelius ſuſpicatur ſcriptum an. Chri. centeſimo nonageſimo nono Zephyrini primo, Seueri ſexto. Baro. contra, Zephyrini ſeptimo, Seueri 15. anno Chri. 209.

CAPVT PRIMVM.

Probat Gentiles etiam ad Dei legem audiendam poſſe ſuſcipi, nec eos à Dei gratia excludi; nec eſſe quòd Iudæi aduerſus Gentiles glorientur, cùm & ipſi ad Idola deflexerint à verbo Dei audiendo auerſi.

à p. V. Gentilium laudabilia 4. in f. V. Iudæi 1.

PROXIME accidit. Diſputatio habita eſt Chriſtiano, & proſelyto Iudæo. Alternis vicibus contentioſo fune vterque diem in veſperam traxerunt. obſtrepentib. etiam quibuſdam ex partibus ſingulorum, nubilo quodam veritas obumbrabatur. Placuit ergo quod per concentum diſputationis minus plenè potuit dilucidari, inſpici curioſius, & lectionis ſtilo quæſtiones retractatas terminare. Nam occaſio quidem defendendi etiam Gentibus ſibi diuinam gratiam,
Rom.3.28. habuit hinc prærogatiuam, quod ſibi vindicare Dei legem inſtituerit homo ex gentibus, nec de proſapia Iſraëlitùm Iudæus. Hoc enim ſat eſſe, poſſe gentes admitti ad
a Eſa.40.15. Dei legem, ne Iſraël adhuc ſuperbiat, quòd [a] *gentes velut ſtillicidium ſitulæ, aut puluis ex area deputentur.* Quamquam habeamus ipſum Deum idoneum pollicitatorem &
b Gen.22.17 fidelem ſponſorem, qui Abrahæ promiſerat quòd [b] *in ſemine eius benedicerentur omnes*
c Gen.25.22 *nationes terræ & quod* [c] *ex vtero Rebeccæ duo populi & duæ gentes eſſent proceſſuræ*: vtique Iu-
23. dæorum, id eſt Iſraël; & Gentium, id eſt noſter. Vterque ergo populus & gens eſt ap-

pellatus, nè de nominis appellatione priuilegium gratiæ ſibi quis audeat defendere.
Duos etenim populos & duas gentes proceſſuras ex vnius femina vtero Deus deſtinauit, nec
diſcreuit gratiam in nominis appellatione, ſed in partus editione: vt [d] *qui prior eſſet de* d Gen. 25. 23.
vtero proceſſurus, minori ſubyceretur, id eſt poſteriori. Sic namque ad Rebeccam Deus
locutus eſt, dicens: *Duæ gentes in vtero tuo ſunt, & duo populi de ventre tuo diuidentur, &*
populus populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori. Itaque cùm populus ſeu gens Iudæo-
rum anterior ſit tempore, & major per gratiam primæ dignationis in lege, noſter verò
minor ætate temporum intelligatur, vtpote in vltimo ſæculi ſpatio adeptus notitiam
diuinæ miſerationis, proculdubiò ſecundùm edictum diuinæ locutionis, prior, & ma-
jor populus, id eſt Iudaïcus, ſeruiat neceſſe eſt minori; & minor populus, id eſt Chri- e Exod. 32. 5.
ſtianus, ſuperet majorem. Nam & ſecundùm ſcripturarum diuinarum memorias po-
pulus Iudæorum major, id eſt antiquior, derelicto Deo, idolis ſeruiuit, & diuinitate f Ibid. 4.
abrelicta ſimulacris fuit deditus, dicente populo ad Aaron: e *Fac nobis deos qui nos an-* 3. Reg. 12.
tecedant. Quod cùm ex monilibus fœminarum, & annulis virorum, aurum fuiſſet igne 28.
conflatum, & proceſſiſſet eis bubulum caput, huic figmento vniuerſus Iſraël relicto Iudic. 2. 17.
Deo honorem dederunt dicentes: [f] *Hi ſunt dei qui nos eiecerunt de terra Ægypti.* Sic nam-
que poſterioribus temporibus, quibus reges eis imperabant, & cum Hieroboam vac- Rom. 9. 12.
cas aureas, & lucos colebant, & Bahali ſe mancipabant: vnde probatur eos ſemper
idololatriæ crimine reos deſignatos, ex inſtrumento diuinarum ſcripturarum. Noſter
verò populus minor, id eſt poſterior, relictis idolis quibus antè deſeruiebat, ad eun-
dem Deum conuerſus eſt, à quo Iſraël, vt ſupra memorauimus, abſceſſerat. Sic nam-
que populus minor, id eſt poſterior, populum majorem ſuperauit, dum gratiam di-
uinæ dignationis conſequitur, à qua Iſraël eſt repudiatus.

CAPVT II.

*Legem Moyſi Iudæis datam, lex primordialis, omnium fons præceptorum, primis paren-
tibus in Paradiſo data, & lex naturalis in Noe & Abraham, Sacerdotium de-
nique Melchiſedech ipſius quoque Gentilis, præceſſit Iudæorum ſacrificium.*

In p. V. lex vetus 1. In M. V. lex prima 2. & V. lex prima 7. in f. V. legis veteris abrogatio. 1.

IGITVR gradum conferamus, & ſummam quæſtionis ipſius certis lineis determi-
nemus. cur etenim Deus vniuerſitatis conditor, mundi totius gubernator, homi-
nis plaſmator, vniuerſarum gentium ſator legem, per Moyſen vni populo dediſſe cre-
datur, & non omnibus gentibus attribuiſſe dicatur? Niſi enim omnibus eam dediſſet, Gen. 2. 17.
nullo pacto ad eam etiam proſelytos ex gentibus acceſſum habere permitteret. ſed vt
congruit bonitati Dei & æquitati ipſius, vt pote plaſmatoris generis humani, omni-
bus gentibus eandem legem dedit, quam certis & ſtatutis temporibus obſeruari præ-
cepit, quando voluit, & per quos voluit, & ſicut voluit. Namque in principio mun-
di, ipſi Adæ & Euæ legem dedit, nè de fructu arboris plantatæ in medio paradiſi ede-
rent: quod ſi contrà feciſſent, morte morerētur. quæ lex eis ſufficeret, ſi eſſet cuſtodita.
In hac enim lege Adæ data, omnia præcepta condita recognoſcimus, quæ poſtea pul-
lulauerunt data per Moyſen, id eſt; [a] *Diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, & ex* a Deut. 6. 5.
tota anima tua. &, Diliges proximum tibi tanquam te, &, Non occides, non mœchaberis, non Exod. 20.
furaberis, falſum teſtimonium non dices. Honora patrem tuum, & matrem, &, Alienum non 13.
concupiſces. Primordialis lex eſt enim data Adæ & Euæ in paradiſo, quaſi matrix om- Luc. 19. 18.
nium præceptorum Dei. Denique ſi Dominum Deum ſuum dilexiſſent, contra præ-
ceptum eius non feciſſent: ſi proximum diligerent, id eſt ſemetipſos, perſuaſioni ſer-
pentis non credidiſſent, atque ita in ſemetipſos homicidium non commiſiſſent, exci-
dendo de immortalitate, faciendo contra Dei præceptum. à furto quoque abſtinuiſ-
ſent, ſi de fructu arboris clam non deguſtaſſent, nec à conſpectu Domini Dei ſui ſub
arbore deliteſcere geſtiſſent. nec falſum aſſeueranti diabolo, participes efficerentur,
credendo ei quòd ſimiles Dei eſſent futuri. atque ita nec Deum offendiſſent vt pa-
trem, qui eos de limo terræ quaſi ex vtero matris figurauerat. ſi alienum non concu-
piſſent, de fructu illicito non guſtaſſent. Igitur in hac generali & primordiali Dei lege,
quam in arboris fructu obſeruari Deus ſanxerat, omnia præcepta legis poſterioris ſpe-
cialiter indita fuiſſe cognoſcimus, quę ſuis temporibus edita germinauerunt. Eiuſdem
eſt enim poſtea ſubducere legem, qui antè præmiſerat præceptum: quoniam & ipſius Gen. 6. 8.
eſt erudire poſtea, qui antè iuſtos formare inſtituerat. Quid enim mirum, ſi is auget Iac. 2. 23.
diſciplinam, qui inſtituit? ſi is perficit, qui cœpit? Denique ante legem Moyſi ſcri-
ptam in tabulis lapideis, legem fuiſſe contendo non ſcriptam, quæ naturaliter intel-

ligebatur, & à patribus cuſtodiebatur. Nam vnde Noë iuſtus inuentus, ſi non [illegible]
naturalis legis iuſtitia præcedebat? vnde Abraham amicus Dei deputatus, ſi non [illegible]
æquitate & iuſtitia legis naturalis? vnde [b] *Melchiſedech ſacerdos Dei ſummi* nuncupatus,
[b] Gen. 14. 18. ſi non ante Leuiticæ legis ſacerdotium Leuitæ fuerunt, qui ſacrificia Deo offerebant?
Heb. 7. 1. ſic enim poſt ſupraſcriptos Patriarchas data lex eſt Moyſi, eo tempore poſtea quàm ab
Ægypto exceſſerunt. poſt interuallum mulrorum temporum & ſpatia. Denique poſt
Exo. 20. 1. quadringentos & triginta annos Abrahæ data eſt lex. Vnde intelligimus Dei legem
Gal. 3. 17. etiam ante Moyſen, nec in Coreb tantùm, aut in Sina & in eremo, ſed antiquiorem
Exo. 33. 6. primùm in paradiſo, poſt Patriarchis, atque ita & Iudæis certis temporibus reforma-
Exo. 20. 1. tam; vt non iam ad Moyſi legem ita attendamus, quaſi ad principalem legem, ſed ad
ſubſequentem, quam certo tempore Deus & Gentibus exhibuit, & repromiſſam per
Prophetas in melius reformauit, & præmonuit futurum. vt ſicuti certo tempore data
eſt lex per Moyſen, ita temporaliter obſeruata & cuſtodita credatur: nec adimamus
hanc Dei poteſtatem, pro temporum conditione, legis præcepta reformantem in ho-
minis ſalutem. Denique qui contendit & ſabbatum adhuc obſeruandum quaſi ſalutis
medelã, & circunciſionem octaui diei propter mortis comminationem; doceat in præte-
ritum iuſtos ſabbatizaſſe, aut circuncidiſſe, & ſic amicos Dei effectos. Nam ſi circun-
Gen. 3. 6. ciſio purgat hominẽ, Deus Adam incircunciſum cùm faceret, cur eum non circuncidit
vel poſteaquam deliquit, ſi purgat circunciſio? Certè in paradiſo conſtituens eum in-
circunciſum, colonum paradiſi præfecit. Igitur cùm neq; circunciſũ neq; ſabbatizan-
tem Deus Adam inſtituerit; conſequenter quoque ſobolem eius Abel offerentem ſibi
Gen. 4. 4. [c] ibid. 7. ſacrificia, incircunciſum, nec ſabbatizantem laudauit, accepto ferens quæ offerebat
in ſimplicitate cordis, & reprobans ſacrificium fratris eius Caïn, [c] *qui quod offerebat,*
Gen. 6. 8. *non rectè diuidebat.* Noë quoque incircunciſum Deus, ſed & non ſabbatizantem de di-
Gen. 5. 24. luuio liberauit. nam & Enoch iuſtiſſimum non circunciſum, nec ſabbatizantem de
hoc mundo tranſtulit, qui necdum mortem guſtauit, vt æternitatis candidatus iam
[d] Gen. 14. 18 nobis oſtenderet, nos quoque ſine legis onere, Moyſi Deo poſſe placere. [d] *Melchiſe-*
dech quoque ſummi Dei ſacerdos incircunciſus, & non ſabbatizans, ad ſacerdotium Dei
Gen. 19. 16. allectus eſt. Probat & Loth frater Abrahæ, quod pro meritis iuſtitiæ, ſine legis obſer-
Gen. 17. 2, 4. 5. uatione, de Sodomitarum incendio ſit liberatus.

CAPVT III.

Circumciſio quidem carnalis Abraha data ad tempus, ſed in ſignum tantùm, quo Iudæus dignoſceretur in extremis temporibus; nimirum quando pro ſuis meritis, ab ingreſſu ſanctæ ciuitatis arceretur; nunc vero obedienti populo Chriſtiano indulta circumciſio ſpiritalis in ſalutem.

In p. V. legis veteris abrogatio. I. à p. V. Circumciſio 3.

SED Abraham, inquit, circunciſus eſt. Sed antè Deo placuit quàm circuncidere-
tur, nec tamen ſabbatizauit. Acceperat enim circunciſionem, ſed quæ eſſet in ſi-
gnum remporis illius, non in ſalutis prærogatiuam. Denique ſequentes Patriarchæ
incircunciſi fuerunt, vt Melchiſedech, qui ipſi Abrahæ iam circunciſo, reuertenti de
[a] Gen. 14. 18. prœlio, [a] *panem & vinum obtulit* incircunciſus. Sed & filius, inquit, Moyſi tum ab an-
gelo præfocatus fuiſſet, ſi non Seffora mater eius calculo præputium infantis circun-
Exo. 4. 23. & ſeq. cidiſſet. Vnde, inquit, maximum periculum eſt ſi præputium carnis quis non circun-
ciderit. Et ideo ſi ſalutem circunciſio omni modo adferret, etiam ipſe Moyſes in filio
ſuo non intermiſiſſet, quo minus octaua die circunciderer eum, quando conſtet Sef-
foram coactam ab angelo id feciſſe in itinere. Conſideremus itaque quod non potuerit
vnius infantis coacta circunciſio, omni populo præſcribere, & quaſi legem huius præ-
cepti condere. Nam prouidens Deus quòd hanc circunciſionem in ſignum, non in
ſalutem eſſet daturus populo Iſraël, idcirco filium Moyſi ducis futuri inſtigat circun-
cidi, vt cùm cœpiſſet per eum populo dare præceptum circunciſionis, non aſpernare-
tur populus, videns exemplum iſtud in ducis filio iam celebratum. Dari enim habebat
circunciſio, ſed in ſignum: vnde Iſrael in nouiſſimo tempore dignoſci haberet, quan-
[b] Eſa. 1. 7. do ſecundùm ſua merita in ſanctam ciuitatem ingredi prohiberetur, per verba pro-
phetarum dicentium: [b] *Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ igni exuſtæ, regionem veſtram*
[c] ibid. 8. [d] ibid. 2. *in conſpectu veſtro alieni comedent, & deſerta & ſubuerſa à populis extraneis,* [c] *derelinquetur*
filia Sion ſicut caſa in vinea, & ſicut cuſtodiarium in cucumerario, & quaſi ciuitas quæ expugna-
[e] ibid. 15. *tur.* Et ideo ſubſequens ſermo prophetæ exprobrat eis dicens, [d] *Filios generaui, & exal-*
[f] ibid. 4. *taui, ipſi autem ſpreuerunt me.* Et iterum: [e] *Et ſi extenderitis manus, auertam faciem meam*
à vobis: & ſi multiplicaueritis preces, non exaudiam vos. manus enim veſtra ſanguine plenæ

ſunt. Et iterum: [f] *Va gens peccatrix, populus plenus peccatis, filij ſcelerati, dereliquiſtis Deum & in indignationem miſiſtis ſanctum Iſraël.* Hæc igitur Dei prouidentia fuit, dandi circuncisionem Iſraël in ſignum, vnde dignoſci poſſet, cùm adueniret tempus, quo meritis ſuis ſuprà dictis in Hieruſalem admitti prohiberetur: quod & quia futurum erat, nuntiabatur; & quia factum videmus, recognoſcimus. Sicut ergo circuncisio carnalis, quæ temporalis erat, tributa eſt in ſignum populo contumaci, ita ſpiritalis data eſt in ſalutem populo obaudienti, dicente Propheta Hieremia: [g] *Innouate vobis nouitatem, & nolite ſeminare in ſpinis. Circuncidimini Deo, & circuncidite præputium cordis veſtri.* Et alio loco dicit: [h] *Ecce enim dies veniunt, dicit Dominus, & diſponam domui Iuda, & domui Iacob teſtamentum nouum, non tale quale iam dedi patribus eorum, in die quo eos eduxi de terra Ægypti.* Vnde intelligimus & priorem circuncisionem tunc datam ceſſaturam, & nouam legem non talem qualem iam dederat patribus proceſſuram, annuntiari, ſicut Eſaïas prædicauit dicens [i] *quòd in nouiſſimis diebus manifeſtus futurus eſſet mons Domini, & domus Dei ſuper vertices montium: & exaltabitur, inquit, ſuper colles, venient ſuper illum omnes gentes, & ambulabunt multi, & dicent: Venite aſcendamus in montem Domini, & in domum Dei Iacob;* non in Eſaü prioris filij, ſed in Iacob ſequentis, id eſt populi noſtri, [k] *cuius mons Chriſtus eſt ſine manibus concidentium præciſus, implens omnem terram,* apud Danielem oſtenſus. Denique ex hac domo Dei Iacob, etiam legem nouam proceſſuram ſequentibus verbis annuntiat Eſaïas dicens: [l] *De Sion enim exiet lex, & verbum Domini ex Hieruſalem, & iudicauit inter gentes,* id eſt inter eos qui ex gentibus ſumus vocati: [m] *& concident,* inquit, *gladios ſuos in aratra, & lanceas ſuas in falces, & non accipiet gens ſuper gentem gladium, & iam non diſcent præliari.* Igitur intelliguntur alij quàm nos, qui noua lege edocti iſta obſeruamus, oblitterata veteri lege, cuius abolitionem futuram actus ipſe demonſtrat? Nam vetus lex vltione gladij ſe vindicabat, [n] *& oculum pro oculo eruebat,* & vindictam injuriæ retribuebat. Noua autem lex clementiam deſignabat, & belli priſtina in æmulos legis & hoſtis exſecutionem, in pacificos actus arandæ, & colendæ terræ reformabat. Igitur, ſicut ſuprà oſtendimus, quod vetus lex & circuncisio carnalis ceſſatura pronuntiata eſt, ita & nouæ legis, & ſpiritalis circuncisionis obſeruantia, in pacis obſequia eluxit. [o] *Populus enim, inquit, quem non noueram, ſeruiuit mihi, in obauditu auris obaudiuit me,* Prophetæ annuntiauerunt. Quis autem populus qui Deum ignorabat, niſi noſter, qui retro Deum neſciebamus? & quis in auditu auris audiuit, niſi nos, qui relictis idolis, ad Deum conuerſi ſumus? Nam Iſraël qui Deo fuerat cognitus, quique ab eo in Ægypto exaltatus fuerat, & per Erythræum pelagum tranſvectus eſt, quique in eremo manna cibatus, quadraginta annis ad inſtar æternitatis redactus, nec humanis paſſionibus contaminatus, aut ſæculi huius cibis paſtus, ſed angelorum panibus manna cibatus, ſatiſque beneficijs Deo obligatus, Domini & Dei ſui oblitus eſt, dicens ad Aaron, [p] *Fac nobis deos qui nos præcedant: Moyſes enim ille, qui nos eiecit de terra Ægypti, dereliquit nos, & quid illi acciderit neſcimus.* Et ideo nos, [q] *qui non populus Dei, retro facti ſumus populus eius,* accipiendo nouam legem ſuprà dictam, & nouam circuncisionem ante prædictam.

[f] ibid. 4. [g] Hier. 4. 3. 4. [h] Hier. 31. 31. Hebr. 8. 8. [i] Eſa. 2. 2. 3. [k] Dan. 2. 34. 44. [l] Eſa. 2. 3. 4. [m] ibid. [n] Leuit. 24. 20. [o] Pſal 17. 45. Exo. 14. 18. 21. Exo. 16. 15. & ſeq. Pſal. 77. 24 25. [p] Exo. 32. 1. [q] Oſee. 1. 10 Rom. 9. 26.

CAPVT IV.

Sabbatum Iudæorum temporaneum fuit, & figura æterni ſabbati, neque enim ante legem Moyſi à ſanctis Patriarchis, nec poſt eam ab omnibus perpetuò obſeruatum, vt patet in Ioſue, & Machabæis.

In p. ad vltra M. V. Sabbatum 12. à m. ad f. V. Sabbatum 7.

SEQVITVR itaque, vt quatenus circuncisionis carnalis, & legis veteris abolitio expuncta ſuis temporibus demonſtratur, ita ſabbati quoque obſeruatio temporaria fuiſſe demonſtretur. Dicunt enim Iudæi, quòd à primordio [a] *ſanctificauerit Deus diem ſeptimum, requieſcendo in eo ab omnibus operibus ſuis quæ fecit,* & inde etiam Moyſem dixiſſe ad populum: [b] *Mementote diem ſabbatorum: ſanctificate eum. Omne opus ſeruile non facietis in eo;* præterquàm quod ad animum pertinet. Vnde nos intelligimus magis ſabbatizare nos ab omni opere ſeruili ſemper debere, & non tantum ſeptimo quoque die, ſed per omne tempus. Ac per hoc quærendum nobis, quod ſabbatum nos Deus vellet cuſtodire. Nam ſabbatum æternum, & ſabbatum temporale ſcripturæ deſignant. Dicit enim Eſaïas propheta [c] *Sabbata veſtra odit anima mea.* Et alio loco dicit: [d] *Sabbata mea profanaſtis.* Vnde dignoſcimus, ſabbatum temporale eſſe humanum, & ſabbatum æternum cenſeri diuinum, de quo per

[a] Gen. 2. 3. [b] Exo. 20. 10. & ſeq. Leuit. 23. 3. [c] Eſa. 1. 14. [d] Ezech. 22. 8.

e Eſa. 66. 23. Eſaïam prædicat : *e Et erit, inquit, menſis ex menſe, & dies de die, & ſabbatum de ſabbato, & veniet omnis caro adorare in Hieruſalem, dicit Dominus.* Quod intelligimus adimpletum temporibus Chriſti, quando omnis caro, id eſt omnis gens, adorare in Hieruſalem venit Deum patrem, per Ieſum Chriſtum filium eius, ſicut per Prophetam prædicatum eſt : *f Ecce proſelyti per me ad te ibunt.* Sic igitur antè hoc ſabbatum temporale
f Eſa. 54. 15. erat & ſabbatum æternum præoſtenſum & prædictum, quomodo & ante circumciſionem carnalem fuit & ſpiritalis circumciſio præoſtenſa. Denique doceant, ſicut
Gen. 4. 4. iam præloquuti ſumus, Adam ſabbatizaſſe : aut Abel hoſtiam Deo ſanctam offerentem,
Gen. 5. 24. ſabbati religione placuiſſe : aut Enoch tranſlatum, ſabbati cultorem fuiſſe : aut
Gen. 6. 8 Noë arcæ fabricatorem propter diluuium immenſum, ſabbatum obſeruaſſe : aut Abra-
Gen. 22. 2. ham in obſeruatione ſabbati Iſaac filium ſuum obtuliſſe, aut Melchiſedech in ſuo
Gen. 14. 18. ſacerdotio legem ſabbati accepiſſe. Sed dicturi ſunt Iudæi, ex quo hoc præceptum datum eſt per Moyſen, exinde obſeruandum fuiſſe. Manifeſtum eſt itaque, non æternum, nec ſpiritale, ſed temporale fuiſſe præceptum, quod quandoque ceſſaret. Denique adeò non in vacatione ſabbati, id eſt, diei ſeptimi, hæc ſolennitas celebranda
Ioſue 6. 1. & ſeq. eſt, vt Ieſus Naue, eo tempore quo Hiericho ciuitatem debellabat, præceptum ſibi à Deo diceret, vti populo mandaret, vt ſacerdotes arcam teſtamenti Dei ſeptem diebus circumferrent in circuitu ciuitatis : atq; ita ſeptimi diei circuitu peracto, ſponte ruerunt muri ciuitatis. Quod ita factum eſt, & finito ſpatio diei ſeptimi, ſicut prædictum erat ruerunt muri ciuitatis. Ex quo manifeſtè oſtenditur, in numero iſtorum dierum ſeptem incurriſſe diem ſabbati. Septem enim dies vndecunque initium acceperint, ſabbati diem ſecum concludant neceſſè eſt, quo dic non tantum ſacerdotes ſint operati, ſed & in ore gladij præda facta ſit ciuitas ab omni populo Iſraël. Nec dubium eſt, opus
1. Machab. 2. 41. ſeruile eos operatos, cùm prędas belli agerent ex Dei præcepto. Nam & temporibus Machabæorum ſabbatis pugnando fortiter fecerunt, & hoſtes Allophylos expugnauerunt, legemque paternam ad priſtinum vitæ ſtatum pugnando ſabbatis reuocauerunt. Nec putem aliam legem eos deffendiſſe, niſi in qua de die ſabbatorum meminerant eſſe præſcriptum. Vnde manifeſtum eſt ad tempus, & præſentis cauſæ neceſſitatem, huiuſmodi præcepta valuiſſe, & non ad perpetui temporis obſeruationem huiuſmodi legem eis Deum ante dediſſe.

CAPVT II.

Conſtat ex Pſalmis & Malachia, vetera ſacrificia ab ipſo Abel & Cain, & in Leuitico præſcripta, & oblata, fuiſſe figuras & propheties ſacrificiorum ſpiritualium : quæ prioribus reprobatis, acceptabilia forent Domino.

In p. V. ſacrificia vet. 2. in m. ad f. V. Sacrificia vetera 2. in f. V. lex noua. 6.

SIc & ſacrificia terenarum oblationum & ſpiritualium ſacrificiorum prædicata oſtendimus. Et quidem à primordio majoris filij, id eſt Iſraël, terrena fuiſſe in Cain præoſtenſa ſacrificia : & minoris filij Abel, id eſt populi noſtri, ſacrificia diuerſa demonſtrata. Namque major natu *a Caïn de fructu terræ obtulit munera Deo : mi-*
a Gen. 4. 4. & ſeq. *nor verò filius Abel de fructu ouium ſuarum. Reſpexit Deus in Abel & in munera eius : in Cain autem & in munera eius non reſpexit. Et dixit Deus ad Cain : Quare concidit vultus tuus ? nonne ſi rectè quidem offeras, non rectè autem diuidas, peccaſti ? quieſce. ad te enim conuerſio tua, & ipſe tui dominabitur. Et tunc dixit Cain ad Abel fratrem ſuum : Eamus in campum. & abiit cum eo illic, & interfecit eum. Et tunc dixit Deus ad Cain : Vbi eſt Abel frater tuus ? Et dixit : Neſcio. nunquid cuſtos fratris mei ſum ego ? Et dixit ei Deus : Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. propter quod, maledicta terra quæ aperuit os ſuum ad excipiendum ſanguinem fratris tui. gemens & tremens eris ſuper terram. Et dixit Cain ad Dominum : Maius delictum meum, quàm vt remittatur mihi, & eijcies me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero gemens & tremens ſuper terram, & omnis qui me inuenerit, occidet.* Ex hoc igitur duplicia duorum populorum ſacrificia præoſtenſa iam tunc à primordio animaduertimus. De-
Deut. 12. 5. & ſeq. nique cùm per Moyſen in Leuitico lex ſacerdotalis conſcriberetur, inuenimus præſcriptum populo Iſraëli, vt ſacrificia nullo in loco offerrentur Deo, quàm in terra repromiſſionis, quam Dominus Deus daturus eſſet populo Iſraëli & fratribus eorum ; vt introducto Iſraël, illic celebrarentur ſacrificia, & holocauſta tam pro peccatis, quàm pro animabus, & nuſquam alibi niſi in terram ſanctam. Cur itaque poſtea per Prophetas prædicat Spiritus futurum, vt in omni terra, aut in omni
b Malach. 1. 10. 11. loco offerantur ſacrificia Deo, ſicut per Malachiam angelum vnum ex duodecim Prophetis dicit : *b Non recipiam ſacrificium de manibus veſtris, quoniam ab oriente ſole vſq;*

ad

ad occidentem, nomen meum clarificatum eſt in omnibus gentibus, dicit Dominus omnipotens. Et in omni loco offeruntur ſacrificia munda nomini meo. Item in Pſalmis Dauid dicit: [c] *Adferte Deo patria gentium*: Indubitatè quòd in omnem terram exire habebat prædicatio Apoſtolorum. [d] *Adferte Deo claritatem & honorem, adferte Deo ſacrificia nominis eius*: [e] *Tollite hoſtias, & introite in atria eius.* Namque quòd non terrenis ſacrificijs, ſed ſpiritalibus Deo litandum ſit, ita legimus vt ſcriptum eſt: [f] *Cor contribulatum & humiliatum hoſtia Deo eſt.* Et alibi: [g] *Sacrifica Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua.* Sic itaque ſacrificia ſpiritalia laudis deſignantur, & [h] *cor contribulatum acceptabile ſacrificium Deo* demonſtratur. Itaque quomodo carnalia ſacrificia reprobata intelliguntur, de quibus & Eſaias loquitur, dicens, [i] *Quò mihi multitudinem ſacrificiorum veſtrorum? dicit Dominus*; ita ſacrificia ſpiritalia accepta prædicantur, vt Prophetæ annuntiant. [k] *Quoniam etſi adtuleritis, inquit, mihi ſimilam, vanum ſupplicamentum, execramentum mihi eſt.* Et adhuc dicit: [l] *Holocauſtomata & ſacrificia veſtra, & adipem hircorum, & ſanguinem taurorum nolo: nec ſi veniatis videri mihi. quis enim exquiſiuit hæc de manibus veſtris?* De ſpiritalibus verò ſacrificiis addit, dicens: [m] *Et in omni loco ſacrificia munda offerentur nomini meo, dicit Dominus.*

c Pſal. 65. 7.
d Ibid.
e Ibid. 8.
f Pſal. 50. 18
g Pſal. 49. 15.
h Pſal. 50. 18.
i Eſa. 1. 11.
k ibid. 13.
l ibid 14.
m Malach. 1. 11.

CAPVT VI.

Concludit ex prædictis, legem nouam, in veteris ceremonijs, prophetijſque promiſſam, venire debere: proinde diſquirendum an nouæ legis lator jam venerit, an expectandus adhuc vt veniat.

In p. V. lex noua 6. in f. V. Chriſti aduentus primus 1.

IGITVR cùm manifeſtum ſit, & ſabbatum temporale oſtenſum, & ſabbatum æternum prædictum; circuncifionem carnalem prædictam, & circuncifionem ſpiritalem præindicatam: legemquoque temporalem, & legem æternalem denuntiatam: ſacrificia carnalia & ſacrificia ſpiritalia præoſtenſa; ſequitur vt præcedenti tempore datis omnibus iſtis præceptis carnaliter populo Iſrael, ſuperueniret tẽpus, quo legis antiquæ, & ceremoniarum veterum præcepta ceſſarent, & nouæ legis promiſſo, & ſpiritalium ſacrificiorum agnitio, & noui Teſtamenti pollicitatio ſuperueniret, fulgente nobis [a] *lumine ex alto, qui ſedebamus in tenebris, & in vmbra mortis detinebamur.* Itaque neceſſitas nobis incumbit, vt quoniam prædicatam nouam legem à Prophetis prædiximus, & non talem qualis iam data eſſet patribus eorum, eo tempore quo eos de terra Ægypti produxit, oſtendere & probare debeamus, tam legem illam veterem ceſſaſſe, quam legem nouam promiſſam nunc operari. Et quidem in primis quærendum, an expectetur nouæ legis lator, & noui teſtamenti hæres, & nouorum ſacrificiorum ſacerdos, & nouæ circuncifionis purgator, & æterni ſabbati cultor, qui legem veterem compeſcat, & nouum teſtamentum ſtatuat, noua ſacrificia offerat, & ceremonias antiquas reprimat, & circuncifionem veterem, cum ſuo ſibi ſabbato compeſcat [b] *& nouum regnum quod non corrumpatur*, adnuntiet. Nam etiam nouæ legis lator, ſabbati ſpiritalis cultor, ſacrificiorum æternorum antiſtes, regni æterni æternus dominator, quærendum an iam venerit necne. Et ſi iam venit, ſeruiendum eſt illi: ſi necdum venit, ſuſtinendus eſt, dummodò manifeſtum ſit aduentu eius comprimi legis veteris præcepta, & operari debere nouæ legis exordia. & in primis definiendum eſt, non potuiſſe ceſſare Legem antiquam & Prophetas, niſi veniſſet is, qui per eandem Legem & per eoſdem Prophetas venturus annuntiabatur.

a Luc. 1. 78. 79.
b Dan. 7. 14.

CAPVT VII.

Probat iam veniſſe Chriſtum, ex prophetijs regni eius ſuper gentes, & regni æterni.

In p. V. Chriſti aduentus primus 1. à p. V. fides 1. in f. V. Chriſti elogia 11.

IGITVR in iſto gradum conferamus, an, qui venturus Chriſtus annuntiabatur, iam venerit, an venturus adhuc ſperetur, quod ipſum vt probari poſſit, etiam tempora ſunt nobis requirenda, quando venturum Chriſtum Prophetæ annuntiauerunt: vt ſi in iſta tempora recognouerimus veniſſe eum, ſine dubio ipſum eſſe credamus, quem venturum Prophetæ canebant, in quem nos, gentes ſcilicet, credituri annuntiabamur: & cùm conſtiterit veniſſe, indubitatè etiam legem nouam ab ipſo datam credamus, & teſtamentum nouum in ipſo, & per ipſum nobis diſpoſitum non diffiteamur. Venturum enim Chriſtum nec Iudæos refutare ſcimus, vtpote qui in aduentum eius ſpem ſuam porrigant. Nec de iſto pluribus quærendum, cùm retro omnes Prophetæ de eo

a Eſa. 45. 1. Præcinuerint, vt Eſaias dicit: a *Sic dicit Dominus Deus Chriſto meo Domino, cuius tenui dexteram, vt exaudiant illum gentes: fortitudines regum diſrumpam, aperiam ante illum portas, & ciuitates non claudentur illi.* Quod ipſum adimpletum videmus. Cui enim dexteram tenet pater Deus, niſi Chriſto filio ſuo? quem exaudierunt omnes gentes, id eſt, cui omnes gentes crediderunt, cuius & prædicatores Apoſtoli in Pſalmis Dauid oſten-
b Pſal. 18. 5. duntur: b *In vniuerſa*, inquit, *terra exiit ſonus eorum, & vſque ad terminos terræ verba eorum.* In quem enim alium vniuerſæ gentes crediderunt, niſi in Chriſtum qui iam ve-
c Act. 2. 9. & ſeq. nit? Cui enim & aliæ gentes crediderunt; c *Parthi, Medi, Elamitæ, & qui inhabitant Meſopotamiam, Armeniam, Phrygiam, Cappadociam; & incolentes Pontum, & Aſiam, & Pamphiliam; immorantes Ægyptum, & regionem Africæ quæ eſt trans Cyrenem inhabitantes? Romani & incolæ;* tunc & in Hieruſalem Iudæi, & ceteræ gentes: vt iam Gerulorum varietates, & Maurorum multi fines; Hiſpaniarum omnes termini, & Galliarum diuerſæ nationes, & Britannorum inacceſſa Romanis loca, Chriſto verò ſubdita; & Sarmatarum, & Dacorum, & Germanorum, & Scytharum; & abditarum multarum gentium; & prouinciarum, & inſularum multarum nobis ignotarum, & quæ enumerare minus poſſumus? In quibus omnibus locis Chriſti nomen, qui iam venit, regnat: vt
d Eſa. 45. 2. e Apoc. 3. 7 f Pſal. 106. 16. pote d *ante quem omnium ciuitatum portæ ſunt apertæ*, e *& cui nullæ ſunt clauſæ*: f *ante quem ſeræ ferreæ ſunt comminutæ, & valuæ æreæ ſunt apertæ.* Quamquam & iſta ſpiritaliter ſint intelligenda, quo præcordia ſingulorum variis modis à diabolo obſeſſa, fide Chriſti ſint reſerata: attamen perſpicuè ſunt adimpleta, vt pote in quibus omnibus locis populus nominis Chriſti inhabitet. Quis enim omnibus regnare potuiſſet, niſi Chriſtus Dei fi-
Dan. 7. 14. lius; qui omnibus in æternum gentibus regnaturus nuntiabatur? Nam ſi Salomon re-
3. Reg. 4. 25 gnauit, ſed in finibus Iudææ tantùm, à Berſabee vſque Dan termini eius regni ſignantur. Si verò Babyloniis & Parthis regnauit Darius, non habuit in omnibus gentibus poteſtatem. Si Ægyptiis Pharao, vel quiſque ei in hereditate regni ſucceſſit: illic tantùm potitus eſt regni ſui dominium. Sic Nabuchodonoſor cum ſuis regulis, ab India vſque Æthiopiam habuit regni ſui terminos. Sic Alexander Macedo nunquam Aſiam vniuerſam, & cæteras regiones poſteaquam deuicerat, tenuit. Sic Germani adhuc vſque limites ſuos tranſgredi non ſinuntur. Britanni intra Oceani ſui ambitum concluſi. Maurorum gens, & Gerulorum barbaries à Romanis obſidentur, ne regionum ſuarum fines excedant. Quid de Romanis dicam, qui de legionum ſuarum præſidiis imperium ſuum muniunt, nec trans iſtas gentes porrigere vires regni ſui poſſunt? Chriſti autem regnum & nomen vbique porrigitur, vbique creditur, ab omnibus gentibus ſuprà enumeratis colitur, vbique regnat, vbique adoratur, omnibus vbique tribuitur æqualiter; non regis apud illum major gratia; non Barbari alicuius inferior lætitia, non dignitatum aut natalium cuiuſquam diſcreta merita, omnibus æqualis, omnibus rex, omnibus iudex, omnibus Deus & Dominus eſt. Nec dubites credere quod aſſeueramus, cùm videamus fieri.

CAPVT VIII.

Conuincit adueniſſe Chriſtum, ex natiuitate eius, ducatu, paſſione, exterminio Ieruſalem à Daniele prophetatis in 70. hebdomadibus.

Per totum V. Hebdomes. 70. à m. V. Chriſti obed. 9. circa f. in alphab. errorum V. Chriſtus reuelar. 9. 1.

ITAQVE requirenda tempora prædictæ & futuræ natiuitatis Chriſti, & paſſionis eius, & exterminij ciuitatis Hieruſalem, id eſt, vaſtationis eius. Dicit enim Daniel:
a Dan. 9. 26. a *& ciuitatem ſanctam, & ſanctum exterminari cum duce venturo, & deſtrui pinnaculum vſq; ad interitum.* Venturi itaque Chriſti ducis ſunt tempora requirenda, quæ inueſtigabimus in Daniele: quibus computatis, probabimus veniſſe eum, etiam ex temporibus præſcriptis, & ex ſignis competentibus, & ex operationibus eius. quæ probamus ex conſequentibus quæ poſt aduentum eius futura adnuntiabantur, vt tam adimpleta omnia, quàm proſpecta credamus. Sic igitur de eo Daniel prædicauit, vt & quando & quo in tempore gentes eſſet liberaturus, oſtenderet, & quoniam poſt paſſionem Chri-
b Dan. 9. 1. ſti iſta ciuitas exterminari haberet. Dicit enim ſic: b *In primo anno, ſub Dario filio Aſſueri ex ſemine Medorum, qui regnauit ſuper regnum Chaldæorum, ego Daniel intellexi in libris nu-*
c ibid. 20. & ſeq. *merum annorum.* c *Et adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel, quem vidi in viſione in principio, volans, & tetigit me, quaſi hora ſacrificij veſpertini, & intelligere fecit me, & locutus eſt mecum, & dixit: Daniel, nunc exiui imbuere te intelligentia, in principio obſecrationis tuæ exiuit ſermo. Et ego veni vt adnuntiem tibi, quia vir deſideriorum tu es, & cogita in verbo, & intellige in viſione. LXX. hebdomadæ breuiatæ ſunt ſuper plebem tuam, & ſuper ciuitatem ſanctam, quoadusque inueteretur delictum, & ſignentur peccata, & exorentur*

injuſtitia, & inducatur iuſtitia æterna, vt & ſignetur viſio & prophetes, & vt vngatur ſanctus
ſanctorum. Et ſcies & perſpicies & intelliges à perfectione ſermonis, integrando & reædificando
Hieruſalem vſque ad Chriſtum ducem, hebdomadas ſeptem & dimidiam, & LXII. & dimi-
diam, & conuertet, & ædificabitur in latitiam, & conuallationem, & innouabuntur tempora,
& poſt hebdomadas has LXXII. & exterminabitur vnctio, & non erit: & ciuitatem & ſan-
ctum exterminabit cum duce adueniente, & concidentur quomodo in cataclyſmo vſque ad finem
belli, quod concidetur vſque ad interitum. Et confirmabit teſtamentum in multis. Hebdomada
vna & dimidia hebdomadis, auferetur meum ſacrificium & libatio, & in ſancto execratio va-
ſtationis, & vſque ad finem temporis conſummatio dabitur ſuper hac vaſtatione. Animaduerta-
mus igitur terminum, quomodo in vero prædixit LXX. hebdomadas futuras, in qui-
bus ſi receperint eum, [d] *ædificabitur in latitudinem, & in longitudinem, & innouabuntur* d Dan 9. 25.
tempora. Prouidens autem Deus quid eſſet futurum, & quoniam non tantùm non reci-
pient eum, verùm & inſequentur, & tradent eum morti, & recapitulauit, & dixit: [e] *In*
ſexaginta duabus hebdomadibus naſci illum, & vngi ſanctum ſanctorum. [f] *Hebdomades autem* e ibid: 4.
VII. *& dimidia cum implerentur, pati habere, & ciuitatem exterminari poſt vnam & dimi-* f ibid. 25.
diam hebdomadam, quo ſcilicet tempore ſeptem & dimidia hebdomadæ completæ ſunt.
Dicit enim ſic: [g] *Et ciuitatem & ſanctum exterminari cum duce venturo, & concidentur ſi-* g ibid. 26.
cut in cataclyſmo, & deſtruet pinnaculum vſque ad interitum. Vnde igitur oſtendimus quo-
niam venit Chriſtus intra LXII. & dimidiam hebdomadas? Numerabimus autem à
primo anno Darii, quomodo in ipſo tempore, oſtenditur Danieli viſio ipſa. Dicit enim:
[h] *Et intellige, & conyce ad perfectionem ſermonis reſpondente me tibi hæc.* Vnde à primo an-
no Darij debemus computare quando hanc viſionem vidit Daniel. Videamus igitur
anni quomodo impleantur vſque ad aduentum Chriſti. Darius enim regnauit annis h ibid. 25.
XIX. Artaxerxes regnauit annis XL. Deinde rex Ochus, qui Cyrus, regnauit annis
XXIIII. Argus anno vno. Alius Darius, qui & Melas nominatus eſt, annis XXII.
Alexander Macedo annis duodecim. Deinde poſt Alexandrum, qui & Medis & Perſis
regnarat, quos reuicerat, & in Alexandria regnum ſuum firmauerat, quando & nomi-
ne ſuo eam appellauit, regnauit illic in Alexandria Soter annis XXXV. cui ſuccedens
Philadelphus, regnauit annis triginta nouem. Huic ſuccedit Euergetes, annis XXV.
Deinde Philopator annis XVII. Poſt hunc Epiphanes, annis XXIV. Item alius Euer-
getes, annis XXIX. Soter annis XXXVIII. Ptolemæus annis XXXVIII. Cleopatra
annis XX. menſibus VI. Item adhuc Cleopatra conregnauit Auguſto annis XIII. Poſt
Cleopatram Auguſtus alijs annis XLIII. Nam omnes anni imperij Auguſti, fuerunt
anni LVI. Videmus autem quoniam quadrageſimo & primo anno imperij Auguſti, quo
poſt mortem Cleopatræ imperauit, naſcitur Chriſtus. Et ſuperuixit idem Auguſtus,
ex quo naſcitur Chriſtus, annis XV. Et erunt reliqua tempora annorum in diem nati-
uitatis Chriſti anni XLI. Efficiuntur autem anni CCCCXXXVII. menſes VI. vnde
adimplentur LXII. hebdomadæ & dimidia, quæ efficiunt annos CCCCXXXVIII.
menſes VI. in diem natiuitatis Chriſti. [i] *Et manifeſtata eſt juſtitia æterna, & vnctus eſt ſanctus* i ibid. 24.
ſanctorum, id eſt Chriſtus, & ſignata eſt viſio, & prophetia, & dimiſſa ſunt peccata, quæ per
fidem nominis Chriſti, omnibus, in eum credentibus remittuntur. Quid eſt autem
quod dicit [k] *ſignari viſum & Prophetiam?* Quoniam omnes Prophetæ nuntiabant de ipſo k Dan. 9. 24
quod eſſet venturus, & pati haberet: igitur quoniam adimpleta eſt prophetia per ad-
uentum eius, propterea ſignari viſionem & prophetiam dicebat, quoniam ipſe eſt ſi-
gnaculum omnium Prophetarum, adimplens omnia quæ retro de eo Prophetæ nuntia-
uerunt. Poſt enim aduentum Chriſti & paſſionem ipſius, [l] *jam non viſio, neque prophetes* l Pſal. 73. 9.
eſt, qui Chriſtum nuntiet venturum. Denique hoc ſi non ita eſt, exhibeant Iudæi Pro-
phetarum poſt Chriſtum aliqua volumina, Angelorum aliquorum viſibilia miracula,
quæ retro Patriarchæ viderunt vſque ad aduentum Chriſti, qui iam venit, ex quo *ſigna-*
ta eſt viſio & prophetia, id eſt ſtatuta. Et meritò Euangeliſta: [m] *Lex & Prophetæ vſque ad*
Ioanem baptizatorem. Baptizato enim Chriſto, id eſt, ſanctificante aquas in ſuo baptiſ- Dan. 9. 24.
mate, omnis plenitudo ſpiritalium retro chariſmatum in Chriſto ceſſerunt, ſignante m Matth. 11. 13.
viſionem & prophetias omnes, quas aduentu ſuo adimpleuit. Vnde firmiſſimè dicit ad- Luc. 16. 16.
uentum eius *ſignare viſum & prophetiam.* Itaque oſtendentes & numerum annorum, &
tempus LX. duarum & dimidiæ hebdomadarum, adimpletum, tunc veniſſe Chriſtum,
id eſt natum; videamus aliæ VII. & dimidia hebdomades, quæ ſunt ſubdiuiſæ in ab-
ſciſſione priorum hebdomadarum, in quo actu ſint adimpletæ. Poſt enim Auguſtum,
qui ſuperuixit poſt natiuitatem Chriſti, anni XV. efficiuntur. cui ſucceſſit Tiberius
Cæſar & imperium habuit annis XXII. menſibus ſeptem, diebus viginti. huius
quintodecimo anno imperij paſſus eſt Chriſtus, annos habens quaſi XXX quum pa-

teretur, Item Caius Cæſar, qui & Caligula, annis III. menſibus VII. diebus XIII. Nero
Cæſar annis IX. menſibus IX. diebus XIII. Galba menſibus VII. diebus VI. Otho men-
ſibus III. diebus v. Vitellius menſibus VIII. diebus x. Veſpaſianus anno primo imperii ſui
debellauit Iudæos, & fiunt anni numero quinquaginta duo, menſes ſex. Nam imperauit
annis nouem: atque ita in diem expugnationis ſuæ Iudæi impleuerunt hebdomadas LXX.
prædictas à Daniele. Igitur expletis his quoque temporibus, & debellatis Iudæis, poſtea
ceſſauerunt illic libamina & ſacrificia, quæ exinde illic celebrari non potuerunt. Nam
n Dan. 9. 25. & vnctio illic exterminata eſt poſt paſſionem Chriſti. Erat enim prædictum [n] *exterminare*
o Pſal. 21. 18 *vnctionem*, ſicut eſt in pſalmis prophetatum: [o] *Exterminauerunt manus meas & pedes.* Quæ
paſſio huius exterminii intra tempora LXX. hebdomadarum perfecta eſt ſub Tiberio Cæ-
ſare, Coſs. Rubellio Gemino, & Fufio Gemino, menſe Martio, temporibus Paſchæ,
Exo. 12. 15. die VIII. Calendarum Aprilium, die prima azymorum, quo agnum vt occiderent ad veſ-
peram à Moyſe fuerat præceptum. Itaque omnis ſynagoga filiorum Iſraël eum interfecit,
p Matt. 25. dicentes ad Pilatum, cùm vellet eum dimittere: [p] *Sanguis huius ſuper nos, & ſuper filios*
25. *noſtros. &, Si hunc dimiſeris, non es amicus Cæſaris: vt adimpleri poſſent omnia quæ de eo*
Io. 19. 12. *fuerant ſcripta.*
Act. 13. 33.

CAPVT IX.

Varis prophetis prænuntiata Chriſti natiuitas, eſt impleta.

In p. V. Chri. aduentus primus. 2. à p. V. ſcripturæ ſenſus. 3. à p. ad vltra m. V. Chri. elogia. 18. à m. V. Ieſus. 2. & V. Angelus. 10. & in alphab. Errorum. V. filius in carne viſus. 1. circa. f. V. Chr. elogia. 24. inf. V. Chriſti Aduentus primus. 8.

INCIPIAMVS igitur probare natiuitatem Chriſti à Prophetis eſſe nuntiatam. Sic
a Eſa. 7. 13. Eſaïas dicit, [a] *Audite domus Dauid, non puſillum vobis certamen cum hominibus, quoniam*
Deus præſtat certamen. propter hoc ipſe Deus dabit vobis ſignum: Ecce virgo concipiet in vtero,
& pariet filium, & vocabitis nomen eius Emmanuel, quod interpretatur, Nobiſcum Deus.
b Eſa. 8. 4. *Butyrum & mel manducabit.* [b] *Quoniam prius quam cognoſcat infans vocare patrem aut ma-*
trem, accipiet virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ aduerſus regem Aſſyriorum. Itaque dicunt
Iudæi: Prouocemus iſtam prædicationem Eſaïæ, & faciamus comparationem, an Chri-
ſto qui jam venit, competat illi primò nomen quod Eſaïas prædicauit, & inſignia eius quæ
de eo nuntiauit. Equidem Eſaïas prædicat *eum Emmanuelem vocari oportere, dehinc vir-*
tutem ſumpturum Damaſci, & ſpolia Samariæ aduerſus regem Aſſyriorum. Porro, inquiunt,
iſte qui venit, neque ſub eiuſmodi nomine eſt editus, neque re bellica functus. At nos è
contrario, admonendos eos exiſtimauimus, vti cohærentia quoque huius capituli reco-
c Eſa. 7. 14. gnoſcant. ſubiuncta eſt enim & interpretatio. [c] *Emmanuel, Nobiſcum Deus*, vti non ſo-
lum ſonum nominis ſpectes, ſed & ſenſum. Sonus enim Hebraïcus, quod eſt *Emmanuel*,
ſuæ gentis eſt. Senſus autem eius, quod eſt, *Deus nobiſcum*, ex interpretatione communi
eſt. Quæro ergo, an iſta vox, *Nobiſcum Deus*, quod eſt *Emmanuel*, exinde quo Chriſtus
inluxit, agitetur in Chriſto? Et puto ex toto non negabis. Nam qui ex Iudaïſmo credunt
Chriſto, ex quo in eum credunt, Emmanuel cùm volent dicere, *nobiſcum Deum* eſſe ſigni-
ficant. Atque ita conſtat iam veniſſe illum qui prædicabatur Emmanuel, quia quod ſigni-
ficat Emmanuel, venit, id eſt *Nobiſcum Deus.* Æquè & ſono nominis inducuntur, cùm
virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ aduerſus regem Aſſyriorum, ſic accipiunt, quaſi bella-
d Eſa. 8. 4. torem portendant Chriſtum, non animaduertentes quid ſcriptura præmittat: [d] *Quoniam*
prius quàm cognoſcat puer vocare patrem aut matrem, accipiet virtutem Damaſci & ſpolia Sa-
mariæ aduerſus regem Aſſyriorum. Antè eſt enim inſpicias ætatis demonſtrationem, an vi-
rum iam Chriſtum exhibere iſta ætas poſſit, nedum imperatorem. Scilicet vagitu ad ar-
ma eſſet conuocaturus infans, & ſignum belli, non tuba, ſed crepitacillo daturus: nec ex
equo, vel de muro, ſed de nutricis & gerulæ ſuæ dorſo, ſiue collo, hoſtem deſtinaturus;
atque ita Damaſcum & Samariam pro mammis ſubacturus. Aliud eſt, ſi penes vos infan-
tes in prœlium erumpunt, credo ad ſolem vncti prius, dehinc pannis armati, & butyro
ſtipendiati, qui antè norint lanceare, quàm lancinare. Enimverò ſi nuſquam hoc natura
concedit, antè militare, quàm virum facere, antè virtutem Damaſci ſumere, quàm pa-
trem noſſe, ſequitur vt figuratè pronuntiatum videatur. Sed & virginem, inquiunt, pare-
re natura non patitur, & tamen credendum eſt Prophetæ. Et meritò. Præſtruxit enim
e Eſa. 7. 14. fidem incredibili rei dicendo, quòd ſignum eſſet futurum: [e] *Propterea, inquit, dabitur vo-*
bis ſignum, Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet filium. Signum autem à Deo, niſi no-
uitas aliqua monſtruoſa fuiſſet, ſignum non videretur. Denique ſi quando ad dejiciendos
aliquos ab hac diuina prædicatione, vel conuertere ſingulos ſimplices quoſque geſtitis,

mentiri audetis quaſi non virginem, ſed iuueneulam concepturam & parituram ſcriptura
contineat, hinc quoque reuincimini, quòd nihil ſigni videri poſſit res quotidiana, iuuen-
culæ ſcilicet prægnatus & partus. In ſignum ergo nobis poſita virgo mater meritò credi-
tur, infans vero bellator non æquè. Non enim & hîc ſigni ratio verſatur, ſed ſigno nati-
uitatis nouæ adſcripto, exinde poſt ſignum alius iam ordo infantis educitur, *mel & buty-
rum manducaturi*. Nec hoc vtique in ſignum eſt, & hoc enim infantiæ eſt; ſed *accepturum
virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ aduerſus regem Aſſyriorum*, hoc eſt mirabile ſignum.
Seruate modum ætatis, quærite ſenſum prædicationis. immò reddite veritati, quæ cre-
dere non vultis, & tam intelligitur prophetia, quàm renuntiatur expuncta. Maneant
enim Orientales illi Magi infantiam Chriſti recentem auro & ture munerantes, & acce-
perit infans virtutem Damaſci ſine prœlio & armis. Nam præter quod omnibus notum
eſt, Orientis virtutem, id eſt vires, auro & odoribus pollere ſolitam, certum eſt, & ex
diuinis ſcripturis, virtutem quoque cæterarum gentium aurum conſtituere. Sicut per
Zachariam dicit: [f] *Et Iudas pertendet Hieruſalem, & congregabit omnem valentiam popula-* f Zach. 14.
rum per circuitum, aurum, & argentum. Nam de hoc auri munere etiam Dauid dixit: [g] *Et* 14.
dabitur illi de auro Arabiæ. Et iterum: [h] *Reges Arabum & Saba munera afferent illi*. Nam & g Pſal. 71. 15
Magos reges ferè habuit Oriens, & Damaſcus Arabiæ retro deputabatur, antequam h Ibid. 19.
tranſcripta eſſet in Syrophœnicem, ex diſtinctione Syriarum, cuius tunc virtutem Chri-
ſtus accepit, accipiendo inſignia eius, aurum ſcilicet, & odores: ſpolia autem Samariæ,
ipſos Magos, qui cùm illum cognouiſſent, & muneribus honoraſſent, quaſi dominum & Matth. 2. 2.
regem, ſub teſtimonio inducis & ducis ſtellæ, ſpolia ſunt facti Samariæ, id eſt idolola- & ſeq.
triæ, credentes videlicet in Chriſtum. Idololatriam enim Samariæ nomine notauit, vt
ignominioſæ ob idololatriam, qua deſciuerat tunc à Deo ſub rege Hieroboam. nec hoc
enim nouum ſcripturis diuinis, figuratè vti tranſlatione nominum, ex comparatione
criminum. Nam & archontas Sodomorum appellat archontas veſtros, & populum ve- Eſa. 1. 23.
ſtrum, populum Gomorrhæ vocat, cùm iam olim eſſent ciuitates iſtæ extinctæ. Et alibi
per Prophetam ad populum Iſraël: [i] *Pater*, inquit, *tuus Amorrhæus, & mater tua Cethea*. i Ezech. 16.
quorum ex genere procreati non ſunt, ſed ob conſimilem impietatem: quos aliquando 3.
etiam filios ſuos dixerat per Eſaiam Prophetam: [k] *Filios generaui & exaltaui*. Sic & k Eſa. 1. 2.
Ægyptus nonnunquam totus orbis intelligitur apud illum, ſuperſtitionis & maledictionis Eſa. 19. 1. &
elogio. Sic & Babylon apud Ioannem noſtrum, Romanæ vrbis figura eſt, proinde & ſeq.
magnæ, & regno ſuperbæ, & ſanctorum debellatricis. Hoc itaque modo Magos quoque Apoc. 17. 9.
Samaritanorum appellatione titulauit, & deſpoliatos, quòd habuerant cum Samaritis,
vt diximus, idololatriam. *Aduerſus regem* autem *Aſſyriorum*, aduerſus diabolum, qui ad
hoc regnare putat, ſi ſanctos à religione Dei deturbat. Adiuuabitur autem hæc noſtra in-
terpretatio, dum & alibi bellatorem Chriſtum ſcripturæ deſignant, ob armorum quo-
rundam vocabula, & eiuſmodi verba. Sed ex reliquorum ſenſuum comparatione conuin-
centur Iudæi: [l] *Accingere*, inquit Dauid, *enſem ſupra femur*. Sed quid ſuprà legis de Chri- l Pſal. 44. 4.
ſto, [m] *Tempeſtiuus decore ſuper filios hominum, effuſa eſt gratia in labiis tuis*. Valde autem m Ibid. 3.
abſurdum eſt, ſi quem ad bellum enſe cingebat, ei de tempeſtiuitate decoris, & labiorum
gratia blandiebatur: de quo ſubiungens, dicebat: [n] *Extende: & proſpera, & regna*, Et ad- n Ibid. 5.
iecit: [o] *Propter lenitatem, & iuſtitiam tuam*. Quis enim enſe operabitur, & non contraria o Ibid. 6.
lenitati & iuſtitiæ exercet? id eſt, dolum, & aſperitatem, & iniuſtitiam, propria ſcilicet
negotia prœliorum. Videamus ergo an alius ſit enſis ille, cuius eſt alius actus, id eſt [p] *Dei* p Apoc. 1. 16
ſermo diuinus, bis acutus duobus teſtamentis, legis antiquæ, & legis nouæ, acutus ſapien-
tiæ ſuæ æquitate, reddens vnicuique ſecundùm actum ſuum. Licuit ergo & Chriſto Dei
in pſalmis ſine bellicis rebus enſem ſermonis Dei præcingi figuratò, cui prædicta tempe-
ſtiuitas congruat cum gratia labiorum, quem tunc cingebatur ſuper femur apud Dauid,
quando venturus in terras ex Dei patris decreto nuntiabatur: [q] *Et deducet*, inquit, *te ma-* q Pſal. 44. 5.
gnitudo dexteræ tuæ, virtus ſcilicet gratiæ ſpiritalis, de qua Chriſti agnitio deducitur.
[r] *Sagittæ tuæ*, inquit, *acutæ*, per volantia vtique Dei præcepta, minantes traductionem r Ibid. 6.
vniuſcuiuſque cordis, compungentes & transfigentes conſcientiam quamque. *Populi ſub*
te cadent, vtique adorantes. Sic bellipotens & armiger Chriſtus eſt, ſic accipiet ſpolia, Ibid.
non ſolius Samariæ, verùm & omnium gentium. Agnoſce & ſpolia figurata, cuius &
arma allegorica didiciſti. Atque ita in tantùm Chriſtus qui venit, non fuit bellator, quia
non talis ab Eſaia prædicabatur. Sed ſi Chriſtus, inquiunt, qui venturus creditur, non
Ieſus dicitur, quare is qui venit, Ieſus Chriſtus appellatur? Conſtabit autem vtrumque
nomen in Chriſto Dei, in quo inuenitur etiam Ieſus appellatus. Diſce erroris tui morem. Num. 13. 17.
Dum Moyſi ſucceſſor deſtinaretur Auſes filius Naue, transfertur certè de priſtino no-
mine, & incipit vocari Ieſus. Certè, inquis. Hanc prius dicimus figuram futuri fuiſſe.

Nam quia Ieſus Chriſtus ſecundum populum, quod ſumus nos, nationes in ſæculi deſerto
commorantes antea, introducturus eſſet in terram repromiſſionis, melle & lacte manan-
tem, id eſt, in vitæ æternæ poſſeſſionem, quâ nihil dulcius: idque non per Moyſen, id
eſt, non per legis diſciplinam, ſed per Ieſum, id eſt, per nouæ legis gratiam prouenire
habebat circuncíſis nobis petrina acie, id eſt, Chriſti præceptis (petra enim Chriſtus,
1.Cor.10.4 multis modis & figuris prædicatus eſt) ideo is vir qui in huius ſacramenti imaginem para-
batur, etiam nominis Dominici inauguratus eſt figura, vt Ieſus nominaretur. Nam qui
Exo.3.2. & ad Moyſem loquebatur, ipſe erat Dei filius, qui & ſemper videbatur. [s] *Deum enim patrem*
c.4.5.&c.6. *nemo vidit vnquam, & vixit*: & ideo conſtat ipſum Dei filium Moyſi eſſe loquutum, & di-
3.& ſeq. xiſſe ad populum: [t] *Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam*, id eſt populi, *qui te cu-*
ſ Exo.33.2. *ſtodiat in itinere, & introducat in terram quam præparaui tibi: Intende illi, & audi eum, &*
t Exo.23.20 *ne inobediens fueris ei: non enim celabit te, quoniam nomen meum ſuper illum eſt.* Populum
Ioſue.3.1.& enim introducturus erat Ieſus in terram repromiſſionis, non Moyſes. Angelum quidem
ſeq. dixit eum, ob magnitudinem virtutum, quas erat editurus (quas virtutes fecit Ieſus
Ioſue.10.12 Naue, & ipſi legitis) & ob officium Prophetæ, nuntiantis ſcilicet diuinam voluntatem,
u Malach.3. ſicuti & præcurſorem Chriſti Ioannem, futurum angelum appellat per Prophetam Spi-
1. ritus, dicens ex perſona Patris: [u] *Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam*, id eſt
x Matth.11. Chriſti, [x] *qui præparabit viam tuam ante te.* Nec nouum eſt Spiritui ſancto angelos appel-
10. lare eos, quos miniſtros ſuæ virtutis Deus præfecit. Idem enim Ioannes non tantùm an-
Marc.1.2. gelus Chriſti vocatus eſt, ſed & lucerna, lucens ante Chriſtum. [y] *Paraui enim lucernam*
Luc.7.27. *Chriſto meo*, Dauid prædicat. Quare ipſe Chriſtus veniens adimplere Prophetas, dicit ad
Pſal.103.5 Iudæos: [z] *Ille fuit*, inquit, *lucerna ardens & lucens*: vt pote, qui non tantùm [aa] *vias eius pa-*
Marc.1.2. *rabat in eremo, ſed & agnum Dei demonſtrando, illuminabat mentes hominum* præconio ſuo,
Luc.7.27. vt eum eſſe intelligerent agnum, quem Moyſes paſſurum nuntiabat. Sic & Ieſus ob no-
y Pſal.131. minis ſui futurum ſacramentum: id enim nomen ſuum confirmauit, quod ipſe ei indide-
17. rat, quia non angelum, nec Auſen, ſed Ieſum eum iuſſerat exinde vocari. Sic igitur
z Io.5.35. vtrumque nomen competit Chriſto Dei, vt & Ieſus appellaretur. Et quoniam ex ſemine
aa Io.1.22. Dauid, genus trahere deberet virgo, ex qua naſci oportuit Chriſtum, vt ſuprà memora-
23. uimus, euidenter Propheta in ſequentibus dicit: [bb] *Et naſcetur*, inquit, *virga de radice*
Exo 12.5.& *Ieſſe*, quod eſt Maria, *& flos de radice eius aſcendet. Et requieſcet ſuper illum ſpiritus Dei, &*
ſeq. *ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & virtutis, ſpiritus agnitionis & pietatis, ſpi-*
Num.13.17. *ritus Dei timoris implebit illum.* Neque enim vlli hominum vniuerſitas ſpiritalium docu-
bb Eſa.11.1. mentorum competebat, niſi in Chriſtum, flori quidem ob gratiam adæquatum, ex ſtirpe
autem Ieſſe deputatum, per Mariam ſcilicet inde cenſendum. Fuit enim de patria Be-
Luc.2.1.2. thlehem, & de domo Dauid, ſicut apud Romanos in cenſu deſcripta eſt Maria, ex qua
naſcitur Chriſtus. Expoſtulo etiam & quia à Prophetis prædicabatur ex Ieſſe genere ven-
turus, & omnem humilitatem, & patientiam, & tranquillitatem eſſet exhibiturus, an
venerit? atque ita is homo qui talis oſtenditur, ipſe erit Chriſtus, qui venit. De hoc enim
cc Eſa.53.3. Propheta dicit: [cc] *Homo in plaga poſitus, & ſciens ferre imbecillitatem: qui tanquam ouis ad*
7. *victimam ductus eſt. & ſicut agnus coram tondente ſe non aperuit os ſuum.* [dd] *Si neque conten-*
dd Eſa.4.2. *dit, neque clamauit, neque audita eſt foris vox eius, qui arundinem contuſam*, id eſt quaſſam
ee Matth.12 Iſraelis fidem, [ee] *non comminuit: qui linum ardens*, id eſt, momentaneum ardorem Gen-
20. tium *non extinxit*, ſed lucere magis fecit ortu luminis ſui, non poteſt alius eſſe, quam
qui prædicabatur. Oportet itaque actum Chriſti eius qui venit, ad ſcripturarum re-
gulam recognoſci. Duplici enim, niſi fallor, operatione diſtinctum eum legimus, præ-
dicationis, & virtutis. Sed de vtroque titulo ſic diſponam: itaque ſpecialiter diſpunga-
mus ordinem cœptum, docentes prædicatorem adnuntiatum Chriſtum, vt per Eſaiam,
ff Eſa.58.1. [ff] *Exclama*, inquit, *in vigore, & ne peperceris; exalta vt tuba vocem tuam, & adnuntia ple-*
bi meæ facinora ipſorum, & domui Iacob delicta eorum. Me de die in diem quærunt, & cognoſ-
cere vias meas cupiunt. Quaſi populus qui iuſtitiam fecerit, & iudicium Dei non dereliquerit:
gg Eſa.35.4. & reliqua. Virtutes autem facturum à patre, Eſaias dicit: [gg] *Ecce Deus noſter iudicium re-*
5. *tribuit, ipſe veniet, & ſaluos faciet nos. Tunc infirmi curabuntur, & oculi cæcorum videbunt,*
& aures ſurdorum audient, & claudus ſaliet velut ceruus, & mutorum linguæ ſoluentur, &
cætera, quæ operatum Chriſtum nec vos diffitemini, vt pote qui dicebatis, quod [hh] *pro-*
pter opera eum non lapidaretis, ſed quoniam iſta ſabbatis faciebat.
hh Io.10.33

CAPVT X.

Figuræ & Prophetiæ de paſſione & cruce Dominica impletæ referuntur.

à p. V. Chri. paſſio. 6. & V. Crux. 1. & V. Chriſtus iudex. 5. circa. m. V. Chri. paſſio. 13. & V. crux. 4. & V. crux. 5. in m. V. crux. 6. à m. V. crux. 7. & V. crux. 8. & V. Euchariſtia. 3. circa. f. V. Chri. paſſio. 3. in f. V. Chri. paſſio. 25.

DE exitu planè paſſionis eius ambigitis, negantes paſſionem crucis in Chriſtum præ-
dicatam, & argumentantes inſuper non eſſe credendum, vt ad id genus mortis ex- a Gal. 3. 13.
poſuerit Deus filium ſuum, quòd ipſe dixit: [a] *Maledictus omnis homo qui pependit in*
ligno. Sed huius maledictionis ſenſum antecedit rerum probatio. Dicit enim in Deute- b Deut. 21. 22.
ronomio: [b] *Si autem fuerit in aliquo delicto, ita vt iudicium mortis ſit, & morietur, ſuſpende-* 23.
ris eum in ligno. Sed & ſepultura ſepelietis eum ipſa die: quoniam maledictus à Deo eſt omnis
qui ſuſpenſus fuerit in ligno, & non inquinabitis terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi
in ſortem. Igitur non in hanc paſſionem Chriſtum maledixit; ſed diſtinctionem fecit, vt
qui in aliquo delicto iudicium mortis habuiſſet, & moreretur ſuſpenſus in ligno, hic ma-
ledictus à Deo eſſet, quia propter merita delictorum ſuorum ſuſpenderetur in ligno.
Alioquin Chriſtus, qui dolum de ore ſuo locutus non eſt, quique omnem iuſtitiam & hu-
militatem exhibuit; & vt ſuprà de eo prædictum memorauimus, non pro meritis ſuis in id
genus mortis expoſitus eſt: ſed vt ea quæ prædicta ſunt à Prophetis, per vos ei obuentu- c Pſal. 34. 12.
ra implerentur, ſicut in pſalmis ipſe ſpiritus Chriſti iam canebat, dicens: [c] *Retribuebant* d Pſal. 68. 5.
mihi mala pro bonis: &, [d] *Quæ non rapueram, tunc exſoluebam.* [e] *Exterminauerunt manus* e Pſal. 21. 18.
meas & pedes; &, [f] *Miſerunt in potum meum fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto;* &, [g] *Super* f Pſal. 68. 22.
veſtem meam miſerunt ſortem: ſicuti cætera quæ in illum commiſſuri eſſetis, prædicta ſunt. g Pſal. 21. 19.
Quæ quidem omnia ipſa perpeſſus, non pro actu ſuo aliquo malo paſſus eſt, ſed vt ſcri-
pturæ implerentur de ore Prophetarum. Et vtique ſacramentum paſſionis ipſius figurari
in prædicationibus oportuerat: quantóque incredibile, tantò magis ſcandalum futurum,
ſi nudè prædicaretur: quantòque magnificum, tantò magìs obumbrandum, vt difficultas Gen. 22. 16.
intellectus gratiam Dei quæreret. Itaque in primis Iſaac quum à patre hoſtia duceretur, Gen. 37. 28.
& lignum ipſi ſibi portaret, Chriſti exitum iam tunc denotabat, in victimam conceſſi à
patre, lignum paſſionis ſuæ bajulantis. Ioſeph & ipſe Chriſtum figurauit, vel hoc ſolo,
ne curſum demorer ipſe, quod perſecutionem à fratribus paſſus eſt, & venundatus eſt in
Ægyptum, ob Dei gratiam, ſicut & Chriſtus à Iudæis carnalibus fratribus venundatus, h Deut. 33. 17.
à Iuda quum traditur. Nam & benedicitur in hæc verba Ioſeph: [h] *Tauri decor eius, cornua*
vnicornis cornua eius, in eis nationes ventilabit pariter ad ſummum vſque terræ. Non vtique
rhinoceros deſtinabatur vnicornis, vel minotaurus bicornis, ſed Chriſtus in illo ſignifi-
cabatur: taurus ob vtramque diſpoſitionem, aliis ferus vt iudex, aliis manſuetus vt ſal-
uator: cuius cornua eſſent crucis extima. nam & in antenna nauis, quæ crucis pars eſt,
cornua extremitates vocantur: vnicornis autem media ſtipitis, palus. Hac denique vir-
tute crucis, & hoc more cornutus, vniuerſas gentes & nunc ventilat per fidem, auferens
à terra in cœlum, & tunc ventilabit per iudicium, deiiciens de cœlo in terram. Idem
erit & alibi taurus apud eandem ſcripturam, cum Iacob in Simeonem & Leui porrexit
benedictionem, de Scribis & Phariſæis prophetat: ex illis enim deducitur cenſus illorum. i Gen. 49. 5.
interpretatur enim ſpiritaliter ſic, [i] *Simeon & Leui perfecerunt iniquitatem ex ſua ſecta,* k Ibid. 6.
qua ſcilicet Chriſtum ſunt perſecuti. [k] *In concilium eorum ne venerit anima mea, & in ſta-*
tionem eorumque incubuerint iecora mea: quoniam indignatione ſua interfecerunt homines, id
eſt, Prophetas; *& in concupiſcentia ſua ſubneruauerunt taurum,* id eſt Chriſtum, quem poſt
necem Prophetarum interfecerunt, & neruos eius ſuffigendo clauis, deſæuierunt. Cæte-
rùm vanum, ſi poſt homicidium iam ab eis commiſſum, alicuius bouis ipſis exprobrat Exo. 17. 11.
carnificinam. Iam verò Moyſes, quid vtique tunc tantùm cùm Ieſus aduerſus Amalech
prœliabatur, expanſis manibus orabat reſidens; quando in rebus tam attonitis magìs vti-
que genibus poſitis, & manibus cædentibus pectus, & facie humi volutata, orationem
commendare debuiſſet? niſi quia illic vbi nomen Ieſu dimicabat, dimicaturi quandoque
aduerſus diabolum, crucis habitus quoque erat neceſſarius, per quem Ieſus victoriam eſſet Num. 21. 8.
relaturus. Idem rurſus Moyſes poſt interdictam omnis rei ſimilitudinem, cur æneum ſer-
pentem ligno impoſitum, pendentis habitu in ſpectaculum Iſraëli ſalutare propoſuit, eo
tempore quo à ſerpentibus poſt idololatriam exterminabantur? niſi quod hîc Domini-
cam crucem intentabat, qua ſerpens diabolus publicabatur, & læſo cuique ab eiuſmodi
colubris, id eſt angelis eius, à delictorũ pecunia ad Chriſti crucis ſacramenta intento, ſalus
efficiebatur. Nam qui in illa tunc reſpiciebat, à morſu ſerpentium liberabatur. Age l Pſal. 95. 10.
nunc, ſi legiſti penes Prophetam in pſalmis, [l] *Deus regnauit à ligno:* expecto quid intelligas,

m Eſa. 9. 6. ne forte lignarium aliquem regem ſignificari putetis, & non Chriſtum, qui ex [illegible]
paſſione Chriſti ſuperata morte regnauit. Proinde & Eſaïas m *Quoniam puer*, inquit, *natus*
eſt nobis. Quid nouum, ſi non de filio Dei dicit? *Filius datus eſt nobis, cuius imperium fa-*
ctum eſt ſuper humerum ipſius. Quis omnino regum inſigne poteſtatis ſuæ humero præf[illegible],
& non aut capite diadema, aut in manu ſceptrum, aut aliquam propriæ veſtis not[illegible]?
Sed ſolus nouus *rex ſæculorum* Chriſtus Ieſus, nouæ gloriæ & poteſtatem, & ſublimitatem
ſuam in humero extulit, crucem ſcilicet, vt ſecundùm ſuperiorem prophetiam exinde
n Hier. 11. 19. *Dominus regnaret à ligno*. De hoc enim ligno etiam Deus inſinuat per Hieremiam quid
eſſetis dicturi: n *Venite, mittamus in panem eius lignum, & conteramus eum à terra viuorum,*
o Io. 6. 46. *& nomen illius non memorabitur amplius*. Vtique in corpus eius lignum miſſum eſt. S[illegible]c
Luc. 22. 19. enim Chriſtus reuelauit, o *panem corpus ſuum appellans*, cuius retro corpus in panem Pro-
phetes figurauit. Si adhuc quæres Dominicæ crucis prædicationem, ſatìs jam poterit tibi
p Pſal. 21. 18. facere xxi. pſalmus, totam Chriſti continens paſſionem, canentis jam tunc gloriam
q Ibid. 22. ſuam: p *Foderunt*, inquit, *manus meas & pedes*. quæ propria eſt atrocitas crucis. Et ru[illegible]s
cùm auxilium patris imploraret: q *Saluum me fac*, inquit, *ex ore leonis*, vtique mort[illegible], *&*
de cornibus vnicornuorum humilitatem meam: de apicibus ſcilicet crucis, vt ſuprà oſtendi-
mus. quam crucem nec ipſe Dauid paſſus eſt, nec vllus regum Iudæorum, nè putetis alterius
alicuius prophetari paſſionem, quàm eius qui ſolus à populo tam inſigniter crucifixus e[illegible].
Nunc & ſi omnes interpretationes iſtas reſpuerit, & inriſerit duritia cordis veſtri, proba-
uimus ſufficere poſſe mortem Chriſti prophetatam, vt ex hoc quòd non eſſet edi[illegible]a[illegible]-
litas mortis, intelligatur per crucem eueniſſe, nec alij deputandam fuiſſe paſſionem cru-
r Eſa. 57. 12. ſ Eſa. 53. 9. cis, quàm cuius mors prædicabatur. Nam mortem eius, & paſſionem, & ſepulturam vna
voce Eſaiæ volo oſtendere: r *A facinoribus*, inquit, *populi mei perductus eſt ad mortem* ſ *&*
t Eſa. 57. 2. *dabo malos pro ſepultura eius, & diuites pro morte eius. quia ſcelus non fecit, nec dolus in ore*
eius inuentus eſt, & Deus voluit eximere à morte animam eius, &c. Dicit etiam adhuc, t *Se-*
pultura eius ſublata eſt è medio. Nec ſepultus enim eſt niſi mortuus, nec ſepultura eius ſu-
u Eſa. 55. 12. blata eſt è medio, niſi per reſurrectionem eius. Denique ſubiungit u *Propterea ipſe multos*
in hæreditatem habebit, & multorum diuidet ſpolia. Quis enim alius, niſi qui natus eſt vt
ſuprà oſtendimus, *pro eo quòd tradita eſt in mortem anima eius?* Oſtenſa enim cauſa gratiæ
eius, pro iniuria ſcilicet mortis repenſandæ, pariter oſtenſum eſt, hæc illum propter
mortem conſecuturum; poſt mortem vtique reſurrectionem conſecuturum. Nam quod
x Amos. 8. in paſſione eius accidit, vt media dies tenebreſceret, Amos Propheta annuntiat, dicens:
9. 10. x *Et erit*, inquit, *in die illa dicit* Dominus, *occidet ſol media die, & tenebreſcet ſuper terram*
dies luminis, & conuertam dies feſtos veſtros in luctum, & omnia cantica veſtra in lamenta-
Exo. 12. 3. *tionem, & imponam ſuper lumbos veſtros ſaccum, & ſuper omne caput caluitium, & ponam*
& ſeq. *eum quaſi luctum dilecti, & eos qui cum illo, quaſi diem mœroris*. Hoc enim & Moyſes ini-
& Ibid. 8. tio primi menſis nouorum facturos vos prophetauit, cùm omne vulgus filiorum Iſraël ad
y Ibid. 11. veſperam agnum eſſet immolaturus: & hanc ſolennitatem diei huius, id eſt Paſchæ azy-
Math. 16. morum, cum amaritudine manducaturos præcanebat: & adjecit, y *Paſcha eſſe Domini*, id
17. eſt paſſionem Chriſti. Quod ita quoque adimpletum eſt, vt prima die azymorum inter-
z Tob. 2. 6. ficeretis Chriſtum, & vt prophetiæ adimplerentur, properauit dies veſperam facere, id
eſt tenebras efficere: quæ media die factæ ſunt: atque ita z *dies feſtos veſtros conuertit Deus*
in luctum, & cantica veſtra in lamentationem. Poſt paſſionem enim Chriſti etiam captiuitas
vobis & diſperſio obuenit, prædicata per Spiritum ſanctum.

CAPVT XI.

Ezechielis & Danielis Prophetia de clade Hieruſalem propter Chriſticidiũ ventura impleta eſt.

In p. ad m. V. Chriſti paſſio. 25. à p. V. crux. 15. in f. V. Chriſti obedientia. 10.

NAM & pro iſtis meritis veſtris, cladem veſtram futuram Ezechiel nuntiat: & non
ſolùm in iſto ſæculo quæ jam euenit, ſed in die retributionis quæ ſubſequetur. Qua
a Ezech. 8. 12. & ſeq. clade nemo liberabitur, niſi qui paſſione Chriſti, quem reſpuitis, fuerit obſignatus. Sic
enim ſcriptum eſt: a *Et dixit Dominus ad me, Fili hominis, vidiſti quæ ſeniores Iſraël fa-*
ciunt vnuſquiſque eorum in tenebris, vnuſquiſque in cubiculo abſconſo. quoniam dixerunt:
Non videt nos Dominus, dereliquit Dominus terram. & dixit ad me: Adhuc conuerſus vide-
bis facinora majora quæ iſti faciunt. Et introduxit me ad limina januæ domus Domini quæ aſpi-
cit ad Aquilonem, & ecce illic mulieres ſedentes, & plangentes Thammuz. & dixit Dominus
ad me: Fili hominis, vidiſti? Nunquid modica domus Iuda, vt faciant facinora quæ fecerunt?
& adhuc viſurus es adfectiones maiores eorum. Et introduxit me in ædem domus Domini inte-
riorem, & ecce in liminibus templi Domini inter medium altaris, quaſi viginti quinque viri
poſte-

poſteriora ſua dederunt ad templum Domini, & facies ſuas contra orientem, hi adorabant ſolem.
& dixit ad me: Vides, fili hominis? Nunquid puſilla domui Iuda, vt faciant facinora quæ fece-
runt hîc? Quoniam impleuerunt impietates ſuas, & ecce ipſi quaſi ſubſannantes. Ego faciam
cum indignatione mea, non parcet oculus meus, neque miſerebor. Exclamabunt ad aures meas
voce magna, & non exaudiam eos, ſed neque miſerebor. [b] *Et clamauit in aures meas voce ma-* b Ezech. 9.
gna dicens: Adproximauit vindicta ciuitatis huius & vnuſquiſque habuit vaſa extermini in 1. & ſeq.
manu ſua. Et ecce ſex viri veniebant ad viam portæ altæ, quæ reſpiciebat ad Aquilonem, & vniuſ-
cujuſque bipennis diſperſionis erat in manu eius. Et vnus vir in medio eorum indutus podere;
& zona ſaphiri in lumbis eius. Et introierunt, & ſteterunt in proximis altaris ærei, & claritas
Dei Iſraël aſcendit à Cherubin, qui fuit ſuper ea in ſubdiual domus. Et vocauit hominem qui
indutus erat podere, qui habuit ſuper lumbos ſuos zonam, & dixit ad eum Dominus: [c] *Tranſi* c Ibid. 4. &
mediam Hieruſalem, & ſcribe ſignum Tau in frontibus virorum qui gemunt, & dolent ſuper ſeq.
omnia facinora quæ fiunt in medio eorum. Et in his dixit ad audientem: Ite poſt eum in ciuita-
tem, & concidite, & nolite parcere oculis veſtris, & ne miſereamini ſenioris, aut iuuenis, aut
virginis: & paruulos & mulieres interficite omnes, vt perdeleantur. Omnes autem ſuper quos
eſt Tau ſignum, ne acceſſeritis. Et à ſanctis meis incipite. Huius autem ſigni ſacramentum
variis modis prædicatũ eſt, in quo vita hominibus præſtruebatur, in quod Iudæi nõ eſſent
credituri. Sicut Moyſes antè nuntiabat in Exodo dicens: [d] *Ejiciemini de terra in quam* d Deut. 28.
introibitis, & in nationibus illis non eritis in requiem. Et non erit ſtabilitas veſtigio pedis tui, 65.
& dabit tibi Deus cor tædians, & tabeſcentem animam, & oculos deficientes, vt non videant,
& erit vita tua pendens in ligno ante oculos tuos: & non credes vitæ tuæ. Itaque quoniam im-
pleta eſt prophetia per aduentum eius, id eſt per natiuitatem, quam ſuprà memorauimus,
& paſſionem quam euidenter ediximus, propterea & Daniel [e] *ſignari viſionem & Prophe-* e Dan. 9. 24
tam dicebat, quoniam Chriſtus eſt ſignaculum omnium Prophetarum, adimplens omnia
quæ retro erant de eo nuntiata: poſt enim aduentum eius & paſſionem ipſius [f] *jam non* f Pſal. 73. 9.
viſio neque prophetes. Vnde firmiſſimè dicit aduentum eius [g] *ſignare viſum & prophetiam.* g Dan. 9. 24
Itaque oſtendentes & numerum annorum, & tempus LXII. & dimidiæ hebdomadarum
adimpletarum, probauimus tunc veniſſe Chriſtum, id eſt natum: & ſeptem dimidiæ
hebdomadarum, quæ ſunt ſubdiuiſæ in abſciſionem priorum hebdomadarum, intra quæ
tempora paſſum oſtendimus Chriſtum: atque ita LXX. hebdomadibus concluſis, & ciuita-
te exterminata, & ſacrificium & vnctionem exinde ceſſare. Sufficit hucuſque de his in-
terim ordinem Chriſti decurriſſe, quo talis probatur qualis adnuntiabatur, etiam ex iſta
conſonantia ſcripturarum, quas ex præiudicio majoris partis aduerſum Iudæos, elocuti
ſumus. Neque enim in dubium deducant vel negent, quæ ſcripta proferimus: vt ex hoc
quoque paria eſſe ſcripturis diuinis negare non poſſint: vt quæ poſt Chriſtum futura præ-
canebantur, adimpleta cognoſcantur. Neque enim diſpoſitio expuncta inueniretur, niſi
ille veniſſet poſt quem habebant expungi quæ nuntiabantur, quæ completa eſſe etiam
probarentur.

CAPVT XII.

Teſtimonia ſcripturæ repetit de conuerſione Gentium ad Chriſtum.

Per totum. V. Chri. aduentus primus. 6.

ASPICE vniuerſas nationes, de voragine erroris humani exinde emergentes ad
Dominum Deum Creatorem, & ad Deum Chriſtum eius; & ſi audes, nega
prophetatum. Statim tibi promiſſio patris occurrit in pſalmis dicens [a] *Filius meus es tu,* a Pſal. 2. 7.
ego hodie genui te. [b] *Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & poſſeſſionem tuam ter-* b ibid. 8.
minos terræ. Nec poteris eum magis Dauid filium dicere, quàm Chriſtum: aut termi-
nos terræ Dauid potius promiſſos, qui intra vnicam Iudæam regnauit, quàm Chriſto,
qui totum iam orbem Euangelij ſui fide cepit, ſicut per Eſaiam dicit: [c] *Ecce dedi te in* c Eſa. 42. 6.
diſpoſitionem generis mei in lucem gentium, aperire oculos cæcorum, vtique errantium, *ex-*
ſoluere de vinculis vinctos id eſt, de delictis liberare; *& de domo carceris*, id eſt mortis;
ſedentes in tenebris, ignorantiæ ſcilicet. Quæ ſi per Chriſtum eueniunt, non in alium
erunt prophetata, quàm per quem expuncta conſideramus.

CAPVT XIII.

Aliȷs ſcripturæ locis Chriſtum iam veniſſe conuincit.

In p. V. Chri. aduentus primus. 6. & V. Chri. aduentus primus. 4. & V. Chri. paſſio. 23. & V. Chri. paſſio. 5. & V. Maria. 3 & V. crux. 12. circa. m. V. Iudæi. 2. à m. V. crux. 13. & V. Chri. paſſio. 9. circa f. V. Chri. magnalia. 7. & V. Dei iuſtitia & bonitas. 6. & à m. ad f. V. Chri. paſſio. 24.

IGITVR quoniam filij Iſraël adfirmant nos errare recipiendo Chriſtum, qui iam
venit, præſcribamus eis ex ipſis ſcripturis iam veniſſe Chriſtum qui prædicabatur.
Quamuis ex temporibus Danielis prædicantis probauerimus iam veniſſe Chriſtum,
qui nuntiabatur. Naſci enim eum oportuit in Bethlehem Iudæ. ſic enim ſcriptum eſt
in Propheta: [a] *Et tu Bethlehem non minima es in ducibus Iuda. Ex te enim exiet dux qui pa-*
a Micheæ 5. Matth. 2. 6. *ſcat populum meum Iſrael.* Si autem adhuc natus non eſt, qui proceſſurus dux de tribu
Iuda ex Bethlehem nunciabatur, oportet enim eum de tribu Iuda & à Beth-
lehem procedere; animaduertimus autem nunc neminem de genere Iſrael in
ciuitate Bethlehem remanſiſſe, & exinde quod interdictum eſt, ne in confinio ipſius
regionis demoretur quiſquam Iudæorum, vt hoc quoque eſſet adimpletum per
b Eſa. 1. 7. Prophetam: [b] *Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ igni exuſtæ*, id eſt, quod belli tem-
pore eis euenerit, *Regionem veſtram in conſpectu veſtro exteri comedent, & deſerta & ſub-*
c Iſa. 33. 17. *uerſa erit à populis alienis.* Et alio loco ſic per Prophetam dicitur: [c] *Regem cum claritate*
videbitis, id eſt, Chriſtum facientem virtutes in gloria Dei patris, *& oculi veſtri vide-*
bunt terram de longinquo: quod vobis pro meritis veſtris, poſt expugnationem Hieru-
ſalem, prohibitis ingredi in terram veſtram, de longinquo eam oculis tantùm videre
d ibid. 18. permiſſum eſt. [d] *Anima*, inquit, *veſtra meditabitur timorem*, ſcilicet quo tempore exci-
e Micheæ 5. 2. dium ſui paſſi ſunt. Quomodo igitur [e] *naſcetur dux de Iudæa*, & quatenus *procedet de*
Bethlehem, ſicut diuina Prophetarum volumina nuntiant, cùm nullus omnino ſit illic
in hodiernum derelictus ex Iſraël, cuius ex ſtirpe poſſit naſci Chriſtus? Si enim ſecun-
f Deut. 28. dùm Iudæos adhuc non venit, cùm venire cœperit, vnde vngetur? Lex enim præce-
36. 40. pit, [f] *in captiuitate non licere vnctionem chriſmatis regalis confici.* Si autem iam nec vnctio
g Dan. 9. 26 eſt illis, vt Daniel prophetauit: dicit enim, [g] *Exterminabitur vnctio*; ergo iam
non eſt illic vnctio, quia nec templum, vbi erat cornu, de quo reges vngebantur.
Si ergo non eſt vnctio, vnde vngetur dux qui naſcetur in Bethlehem? aut quomodo
procedet de Bethlehem, cùm de germine Iſraël nullus omnino ſit in Bethlehem? Ite-
ratò denique oſtendamus, & iam Chriſtum ſecundùm Prophetas, & paſſum, & in cœlis
iam receptum, & inde venturum ſecundùm prædicationes Prophetarum Nam poſt
h Dan. 9. 26. aduentum eius ſecundùm Danielem, quòd ipſa ciuitas exterminari haberet legimus,
Micheæ 5. 2 & ita factum recognoſcimus. Dicit enim ſcriptura: [h] *Sic & ciuitatem & ſanctum ſimul ex-*
Matth. 2. 6. *terminari cum duce*, indubitatè, qui de Bethlehem, & de tribu Iuda eſſet proceſſurus.
i Eſa. 65. 2. Vnde & manifeſtum eſt quòd ciuitas ſimul eo tempore exterminari deberet, cùm du-
cator eius in ea pati haberet, ſecundùm ſcripturas Prophetarum, dicentium: [i] *Expan-*
l Pſal. 21. 18 *di manus meas tota die ad populum contumacem, contradicentem mihi. Qui ambulant viam*
non bonam, ſed poſt peccata ſua. Et in pſalmis dicit: [l] *Exterminauerunt manus meas & pedes,*
m Pſal. 68. 26. *dinumerauerunt omnia oſſa mea. Ipſi autem contemplati ſunt, & viderunt me*: &, [m] *In ſiti*
mea potauerunt me aceto. Hæc Dauid paſſus non eſt, vt de ſe meritò dixiſſe videatur,
ſed Chriſtus qui crucifixus eſt. Manus autem & pedes non exterminantur, niſi eius
n Pſal. 95. 10 qui à ligno ſuſpenditur. Vnde & ipſe Dauid [n] *regnaturum ex ligno* Dominum dicebat:
o Pſal. 66. 5. Gen. 2. 5. nam & alibi Propheta ligni huius fructum prædicabat dicens: [o] *Terra dedit benedictio-*
nes ſuas. Vtique illa terra virgo nondum pluuiis rigata nec imbribus fœcundata, ex
p Ioel. 2. 22. qua homo tunc primum plaſmatus eſt, ex qua nunc Chriſtus ſecundùm carnem ex
Gen. 2. 17. virgine natus eſt. [p] *Et lignum*, inquit, *attulit fructum ſuum.* Non illud lignum in pa-
Gen. 3. 19. radiſo, quod mortem dedit protoplaſtis, ſed lignum paſſionis Chriſti, vnde [q] *vita pen-*
66. *dens à vobis credita non eſt.* hoc enim lignum tunc in ſacramento erat quo Moyſes aquam
q Deut. 28. amaram indulcauit; vnde populus qui ſiti peribat in eremo, bibendo reuixit: ſicuti
Exo. 15. 25. nos qui de ſæculi calamitatibus extracti, in quo commorabamur, ſiti pereuntes, id eſt,
verbi diuini potu priuati, ligno paſſionis Chriſti aquam edulcatam baptiſmatis potan-
tes, fide quæ eſt in eum reueximus, à qua fide Iſraël excidit, ſecundùm Hieremiam di-
centem: [r] *Mittite, & interrogate nimis, ſi facta ſunt talia: ſi mutabant gentes deos ſuos, &*
r Hier. 2. 10. & ſeq. *iſti non ſunt dij. Populus autem meus mutauit gloriam ſuam, ex quo nihil proderit eis. Expauit*
cælum ſuper iſto. Et quomodo & quando expauit? Indubitatè quando paſſus eſt Chri-
ſ Amos. 8. 9. ſtus, [ſ] *Et horruit*, inquit, *plurimum nimis, & ſol media die tenebricauit.* Et quando horruit
t Matth. 27. 51. nimis, niſi in paſſione Chriſti, cùm [t] *terra quoque contremuit, & velum templi ſciſſum eſt,*

monumenta dirupta ſunt? [u] *Quoniam duo hæc mala fecit populus meus. Me, inquit, dereliquerunt fontem aquæ vitæ, & foderunt ſibi lacus contritos, qui non poterunt aquam continere.* (u Hier. 2. 12 & ſeq.) indubitatè non recipiendo Chriſtum, [x] *fontem aquæ vitæ*: lacus contritos cœperunt habere, id eſt, ſynagogas in diſperſiones gentium, in quibus iam Spiritus ſanctus non immoratur, vt in præteritum in templo commorabatur ante aduentum Chriſti, qui eſt verum Dei templum. Nam & iſtam ſitim diuini ſpiritus eos paſſuros dixerat Propheta Eſaïas dicens: [y] *Ecce qui ſeruiunt mihi, manducabunt, vos autem eſurietis. Seruientes mihi potabuntur, vos autem ſitietis, & à contribulatione ſpiritus vlulabitis. Remittetis enim nomen veſtrum, in ſocietatem electis meis, vos autem interficiet Dominus. Eis autem qui ſeruiunt mihi, nomen nominabitur nouum, quod benedicetur in terris.* (y Eſa. 65. 13.) Adhuc huius ligni ſacramentum in Regnorum legimus celebrarum. (4. Reg. 6. 6.) Nam cùm filij Prophetarum ſuper flumen Iordanem lignum ſecuribus cæderent, exiliit ferrum, & merſum eſt in flumine, atque ita Heliſeo Propheta ſuperueniente petunt ab eo filij Prophetarum, vti ferrum flumini quod merſum fuerat erueret. Atque ita Heliſeus accepto ligno, & miſſo in eum locum vbi ſubmerſum fuerat ferrum, ſtatim ſupernatauit, & lignum merſum eſt, quod receperunt filij Prophetarum. Ex quo intellexerunt quód Heliæ ſpiritus in eum ſit repræſentatus. Quid manifeſtius huius ligni ſacramento? quod duritia huius ſeculi merſa in profundò erroris, & à ligno Chriſti, id eſt paſſionis eius, in baptiſmo liberatur, vt quod perierat olim per lignum in Adam, id reſtitueretur per lignum Chriſti. nobis igitur qui ſucceſſimus in loco Prophetarum, ea ſuſtinentibus hodie in ſæculo, quæ ſemper paſſi ſunt Prophetæ propter diuinam religionem. Alios enim lapidauerunt, alios fugauerunt, plures verò ad mortis necem tradiderunt, quod negare non poſſunt. Hoc lignum ſibi & Iſaac filius Abrahæ ad ſacrificium ipſe portabat, cùm ſibi eum Deus hoſtiam fieri præcepiſſet. (Gen. 22. 6.) Sed quoniam hæc fuerant ſacramenta, quæ temporibus Chriſti perficienda ſeruabantur: & Iſaac cum ligno reſeruatus eſt, ariete oblato in vepre cornibus hærente: & Chriſtus ſuis temporibus lignum humeris ſuis portauit, inhærens cornibus crucis, corona ſpinea in capite eius circundata. (Iob. 19. 17. & ibid. 2.) Hunc enim oportebat pro omnibus gentibus fieri ſacrificium, [aa] *qui tanquam ouis ad victimam ductus eſt, & velut agnus coram tondente ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum.* (aa Eſa. 53. 7.) Hic enim Pilato interrogante nihil locutus eſt: [bb] *in humilitate enim iudicium eius ſublatum eſt. Natiuitatem autem eius quis enarrabit?* (Iob. 19. 9. bb Eſa. 53. 8.) quia nullus omnino hominũ natiuitatis Chriſti fuit conſcius in conceptu, quum virgo Maria verbo Dei prægnans inueniretur. [cc] *Et quia tolleretur à terra vita eius.* (cc Ibid.) Cùm vtique poſt reſurrectionem eius à mortuis, quæ die tertia effecta eſt, cœli eum receperunt, ſecundùm prophetiam Oſee emiſſam huiuſmodi: [dd] *Ante lucem ſurgent ad me dicentes; Eamus, & reuertamur ad Dominum Deum, quoniam ipſe eripiet, & liberabit nos. Poſt biduum, die tertia,* (dd Oſee. 6. 1. & ſeq.) quæ eſt reſurrectio eius glorioſa, de terra in cœlos eum recepit, vnde & venerat ipſe ſpiritus ad virginem, cuius neque natiuitatem, neque paſſionem Iudæi agnouerunt. Igitur quoniã adhuc contendunt Iudæi, necdum veniſſe Chriſtum eorum quem tot modis adprobauimus veniſſe, recognoſcant Iudæi exitum ſuum, quem poſt aduentum Chriſti relaturi præcinebantur ob impietatem, qua eum & deſpexerunt, & interfecerunt. Primò enim ex qua die, ſecundùm illud dictum Eſaiæ, [ee] *proiecit homo abominamenta ſua aurea, & argentea, quæ fecerunt adorandis vanis & nocuis*: (ee Eſa. 2. 8.) id eſt, ex quo gentes, nos, dilucidata per Chriſtum veritate, projecimus idola, (videant Iudæi) & quod ſequitur, expunctum eſt. [ff] *Tulit enim Dominus ſabaoth à Iudæis, & ab Hieruſalem, inter cætera, & ſapientem architectum*, (ff Eſa. 3. 3.) qui ædificat eccleſiam Dei templum, & ciuitatem ſanctam, & domum Domini. Nam exinde deſtitit apud illos Dei gratia. [gg] *Et mandatum eſt nubibus ne pluerent imbrem ſuper vineam Sorech*, (gg Eſa. 5. 6.) id eſt cœleſtibus beneficiis, ne prouenirent domui Iſraël. [hh] *Fecerat enim ſpinas, ex quibus Chriſtum coronauerat: & non iuſtitiam, ſed clamorem, quo in crucem eum extorſerat*: (hh Matth. 27. 29.) & ita ſubtractis chariſmatis prioribus, [ii] *lex & Prophetæ vſque ad Ioannem* fuerunt: (ii Matth. 11. 13.) & piſcina Bethſaïda vſque ad aduentum Chriſti, curando inualetudines ab Iſraël, deſiit à beneficiis deinde, (Io. 5. 2.) cùm ex perſeuerantia furoris ſui nomen Domini per ipſos blaſphemaretur: ſicut ſcriptum eſt, [ll] *Propter vos nomen Dei blaſphematur in Gentibus.* (ll Eſa. 52. 5.) Ab illis enim incepit infamia, & tempus medium à Tiberio, vſque ad Veſpaſianum. Quæ cùm ita cõmiſiſſent, [mm] *nec intellexiſſent Chriſtum in tempore ſuæ viſitationis inueniendum*, (mm Luc. 19. 44.) [nn] *Facta eſt terra eorum deſerta, & ciuitates eorum igni exuſta. Regionem ipſorum in conſpectu eorum extranei deuorantes: derelicta eſt filia Sion tanquam ſpecula in vinea, vel vt in cucumerario caſula: ex quo ſcilicet Iſraël Dominum non cognouit, & populus eum non intellexit, ſed dereliquit magis, & ad indignationem prouocauit ſanctum Iſrael.* (nn Eſa. 1. 7. 8. Ibid. 3.) Sic & machæræ conditionalis comminatio: [oo] *Si nolueritis, nec obaudieritis, gladius vos comedet*, probauit Chriſtum (oo Eſa. 1. 20.)

fuiſſe, quem non audiendo perierunt. qui & in pſalmo diſperſionem eius poſtulat à Patre
pp Pſal. 58. 11. dicens: pp *Diſperge illos in virtute tua.* qui & rurſum per Eſaïam exuſtionem eorum orat.
qq Eſa. 50. 11. qq *Propter me*, inquit, *hæc facta ſunt vobis, in anxietate dormietis.* Hæc igitur cùm pati prædicarentur Iudæi propter Chriſtum, & paſſos eos eſſe inueniamus, & in diſperſionem demorari cernamus, manifeſtum eſt propter Chriſtum Iudæis iſta accidiſſe, conſpirante ſenſu ſcripturarum cum exitu rerum, & ordinis temporum. Aut ſi nondum venit Chriſtus, propter quem hæc paſſuri prædicabantur, quum venerit ergo patientur. Et vbi tunc filia Sion relinquenda, quæ nulla hodie eſt? vbi ciuitates exurendæ, quæ jam in tumulis exuſtæ ſunt? vbi diſperſio gentis, quæ jam extorris? Redde ſtatum Iudææ quem Chriſtus inueniat, & alium contende venire.

CAPVT XIV.

Cæcitas Iudæorum arguitur, qui cùm primum Chriſti aduentum humilem non cognouerint, quem ſublimem expectant, ſecundum in ſublimitate & maieſtate non ſuſtinebunt. Sed venit in primo, & veniet in ſecundo talis omnino qualis eſt prophetatus.

In p. ad vltra. m. V. Chri. aduentus duplex. 1. à p. V. Chri. elogia. 14. à p. V. Euchariſtiæ effectus. 5. in f. V. Chri. Aduentus primus. 5.

DISCITE nunc ex abundanti erroris veſtri ducatum. Duos dicimus Chriſti habitus a Prophetis demonſtratos, totidem aduentus eius prænotaſſe. Vnum in humilitate
a Eſa. 53. 7. vtique primum, cùm a *tanquam ouis ad victimam duci habebat, & tanquam agnus ante tonᵃ-*
b Ibid. 2. *dentem ſine voce, ſic non aperuit os ſuum.* nè aſpectu quidem honeſtus. b *Annuntiamus enim*, inquit, *de illo, ſicut puerulus, ſicut radix in terra ſitienti, & non erat ei ſpecies, neque gloria. Et vidimus eum, & non habebat ſpeciem neque decorem, ſed ſpecies eius inhonorata, deficiens*
c Rom. 9. 33. *citra filios hominum, homo in plaga, ſciens ferre infirmitatem*: ſcilicet vt poſitus à Patre c *in*
d Pſal. 8. 6. *lapidem offenſionis*; d *& minoratus ab eo modicum citra angelos.* e *vermem ſe pronuntiat, & non*
e Pſal. 21. 7. *hominem, ignominiam hominis, & abiectionem populi.* Quæ ignobilitatis argumenta, primo aduentui competunt: ſicut ſublimitatis ſecundo; cùm fiet, iam non lapis offenſionis,
f Epheſ. 2. 20. nec petra ſcandali; ſed f *lapis ſummus angularis*, poſt reprobationem adſumptus, & ſubli-
g Dan. 2. 35. matus in conſummationem: g *& petra ſanè illa apud Danielem de monte præciſa*, quæ imaginem ſæcularium regnorum comminuet & conteret. De quo ſecundo aduentu idem
h Dan. 7. 13. 14. Daniel dixit: h *Et ecce cum nubibus cæli tanquam filius hominis veniens, venit vſque ad veterem dierum, & aderat in conſpectu eius. Et qui adſiſtebant, adduxerunt illum, & data eſt ei poteſtas regia, & omnes nationes terræ ſecundùm genus, & omnis gloria ſeruient illi; & poteſtas illius æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.* Tunc ſcilicet ſpe-
i Pſal. 44. 3. & ſeq. ciem honorabilem, & decorem habiturus eſt indeficientem ſupra filios hominum, i *tempeſtiuus enim decore citra filios hominum. Effuſa eſt gratia*, inquit, *in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in ſæcula. Accingere enſem tuum circa femur tuum potens tempeſtiuitate, &*
k Pſal. 8. 6. *pulchritudine tua.* cùm & Pater poſtea, cùm k *diminuit illum modicum quid citra angelos, glo-*
l Zach. 12. 10. *ria & honore coronauit illum, & ſubiecit omnia ſub pedibus eius.* l *Et tunc cognoſcent eum, quem pupugerunt. Et cadent pectora ſua tribus ad tribum*, vtique quòd retro non agnouerint eum, in humilitate conditionis humanæ conſtitutum. Hieremias inquit,: m *Et homo eſt, &*
m Hier. 17. 19. *quis cognoſcet illum?* quia & n *Natiuitatem eius*, inquit Eſaïas, *quis enarrabit?* Sic & apud
n Eſa. 53. 8. Zachariam in perſona ipſius, immò & in ipſius nominis ſacramento, verus ſummus ſacerdos Patris Chriſtus Ieſus, duplici habitu in duos aduentus delineatur. Primò ſordidis indutus eſt, id eſt, carnis paſſibilis & mortalis indignitate, cùm & diabolus aduerſabatur ei, auctor ſcilicet Iudæ traditoris, qui eum etiam poſt baptiſmum tentauerat. Dehinc
o Zach. 3. 3. & ſeq. o *ſpoliatus priſtinas ſordes, exornatus podere & mitra, & cidari munda*, id eſt ſecundi aduen-
Io. 13. 2. tus: quoniam gloriam & honorem adeptus demonſtratur. Nec poteritis eum Ioſedech
Matth. 4. 3. filium dicere, qui nulla omnino veſte ſordida, ſed ſemper ſacerdotali fuit exornatus, nec vnquam ſacerdotali munere priuatus. Sed Ieſus iſte Chriſtus Dei patris ſummus ſacerdos, qui primo aduentu ſuo humana forma & paſſibilis venit in humilitate vſque ad paſſionem; ipſe etiam effectus hoſtia per omnia pro omnibus nobis, qui poſt reſurrectionem
p Pſal. 109. 5. ſuam indutus podere p *ſacerdos in æternum* Dei patris nuncupatus eſt. Sic enim & duorum
Leuit. 16. 5. & ſeq. hircorum, qui jeiunio offerebantur, faciam interpretationem. Nonne & illi vtrumque ordinem nominis Chriſti, qui jam venit, oſtendunt; pares quidem atque conſimiles,
Matth. 27. 28. & ſeq. propter eundem Domini conſpectum, qui non alia venturus eſt forma, vt qui agnoſci habet à quibus & læſus eſt. Vnus autem eorum circundatus coccino, maledictus, & conſputatus, & conuulſus, & compunctus, à populo extra ciuitatem abjiciebatur in perditionem, manifeſtis notatus inſignibus Chriſti paſſionis; qui coccinea circundatus veſte,

& conſputatus, & omnibus contumeliis afflictus, extra ciuitatem crucifixus eſt. Alter Hæbr.13.12.
verò pro delictis oblatus, & ſacerdotibus tantùm templi in pabulum datus, ſecundæ re- Leuit.16.7.
præſentationis argumenta ſignabat: qua delictis omnibus expiati ſacerdotes templi ſpiritalis, id eſt Eccleſiæ, Dominicæ gratiæ quaſi viſceratione quadam fruerentur, jeiunantibus cæteris à ſalute. Igitur quoniam primus aduentus & plurimis figuris obſcuratus, & omni inhoneſtate proſtratus, canebatur: ſecundus verò & manifeſtus, & Deo condignus: idcirco quem facilè & intelligere & credere potuerunt, eum ſolum intuentes, id eſt, ſecundum, qui eſt in honore & gloria, non immeritò decepti ſunt circa indigniorem, certè obſcuriorem, id eſt, primum. Atque ita in hodiernum negant veniſſe Chriſtum ſuum, quia non in ſublimitate venerit, dum ignorant in humilitate primò fuiſſe venturum. Sufficit hucuſque de his, interim ordinem Chriſti decucurriſſe, quo talis probatur, qualis annuntiabatur: vt jam ex iſta conſonantia ſcripturarum diuinarum intelligamus, & quæ poſt Chriſtum futura prædicabantur, ex diſpoſitione diuina credantur expuncta. Niſi enim ille veniſſet, poſt quem habebant expungi, nullo modo eueniſſent quæ in aduentum eius futura prædicabantur. Igitur ſi vniuerſas nationes de profundo erroris humani exinde emergentes ad Deum Creatorem & Chriſtum eius cernitis, prophetatum non audetis negare: quia etſi negaretis, ſtatim vobis in pſalmis, ſicuti jam prælocuti ſu-
mus, promiſſio Patris occurreret, dicentis: q *Filius meus es tu, ego hodie genui te, Pete à* q Pſal. 2. 7.
me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ: nec poteritis in iſtam prædicationem magìs Dauid filium Salomonem vindicare, quàm Chriſtum Dei filium: nec terminos terræ, Dauid filio promiſſos, qui intra vnicam Iudæam regnauit, quàm Chriſto filio Dei, qui totum jam orbem Euangelij ſui radiis illuminauit. Denique
& r *thronus in æuum* magìs Chriſto Dei filio competit, quam Salomoni, temporali ſcilicet
regi, qui ſoli Iſraël regnauit. Chriſtum enim hodie s *inuocant nationes, quæ eum non ſcie-* r Pſal. 44. 7. Hebr. 1. 8.
bant; & populi hodie ad Chriſtum confugiunt, quem retro ignorabant. non potes futu- s Eſa. 65. 1.
rum contendere, quod vides fieri. Hæc aut prophetata nega, quum coram videntur: aut adimpleta, quum leguntur: aut ſi non negas vtrumque, in eo erunt adimpleta, in quem ſunt prophetata.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI
ADVERSVS MARCIONEM LIBER PRIMVS.

In librum primum aduerſus Marcionem.

ARGVMENTVM.

Anno Chriſti 146. Teleſphori quinto, Antonij Pij VII. vt ibidem notat Baronius, Marcion Ponticus emerſit, qui licet iuxta Tertullianum hîc cap. 19. docere cœperit Anno poſt Chriſti paſſionem 115. cum dimidio, menſiſque medio; Chriſtumque ipſum velit paſſum ætatis ſuæ 30. ſi quis ab eo tempore deducat præſcriptum Annorum numerum, inueniet Marcionem Anno Chriſti 146. docere cœpiſſe. Marcionem porro Cerdonis diſcipulum facit noſter Author, libro de præſcr. cap. 51. qui duo principia inuexit, ſiue duos Deos, vnum bonum, alterum ſæuum, bonum ſuperiorem, ſæuum mundi Creatorem. legem & prophetas repudiauit. Deo Creatori renuntiauit. Chriſtum Dei ſuperioris filium aſſeruit, non verè, ſed in phantaſmate incarnatum, non natum, vel paſſum, ſed quaſi natum, & paſſum. Solius animæ reſurrectionem probans, negauit carni. Solum Euangelium Lucæ, non tamen totum recepit. Epiſtolas Pauli neque omnes, nec integras. Acta Apoſtolorum, & Apocalypſin vt falſa reiecit. Epiphanio teſte hæreſi 42. à Simone Mago, & Saturnino, ſuam hauſit hæreſin, quam primò in Syria, deinde Romæ docuit. Marcion autem Cerdonis diſcipulus Ponticus genere, ex vrbe Sinope prodiit, ex Stoicorum ſchola Philoſophus. filius fuit Epiſcopi pietate illuſtris. Marcion in prima ætate virginitatem coluit, & ſolitariam vitam: poſtea cum virgine corruptus eſt, ideoque à patre ſuo Epiſcopo Eccleſia pulſus, cum veniam ab eo impetrare non

poſſet, Romam venit poſt obitum Hygini, vbi nec receptus eſt, obſtante patre. Quo factum eſt vt Cerdoni adhæſerit. Hæc Tertull. de præſcr. cap. 30. & 51 & Epiph. hæres. 42. verùm propter hæreſin maximè quam docuerat, Roma pulſus eſt. Nam iuxta Irenæum, lib. 3. cap. 3. vel antè, vel ſub Aniceto Romam veniſſe traditur, quo tempore S. Polycarpo occurrit: Tertullianus autem ſub Eleutherio eiectum ab Eccleſia tradit de preſcr. cap. 30. Philaſtrius lib. de hæres. cap. 30. ſcribit, eum primò in Aſia errores ſuos docuiſſe, ibique à Ioannis Diſcipulis conuictum, Romam veniſſe. Hinc, quod ait Tertull. de preſcr. cap. 30. eum in Catholicam primò doctrinam credidiſſe, intelligendum eſt, eum ſcriptis profeſſum eſſe fidem Catholicam, vt reciperetur: ſicut idem ait. 4. cont. Marc. cap. 4. & de carne Chri. cap. 2. ſed ſæpe ad vomitum recidit. Hic cum Cerdone duos Deos poſuit. Malum, mundi, & legis authorem; bonum, legis noua, & Chriſti veteris ſolutoris parentem. Tertull. 1. cont. Marc. cap. 15. nouem deos induxiſſe refert. duos item Chriſtos; carnem malam, à malo Creatore factam, non reſurrecturam Vetuit propagationem; coniugatos baptiſmo, & ſalute excluſit; virginitatem prædicauit. Orig. teſte in Rom. 2. ſolos ſaluandos diſcipulos ſuos dixit. &c. contra hunc Tertull. pro vno Deo tuendo ſcripſiſſe ſe dicit, de reſurr. cap. 2. Occurſum eſt jam ſuo quoque titulo; de Deo vnico aduerſus Marcionem. *librorum contra Marcionem tempus refert Pamelius ad An. Chri. 208. Zephyr. 9. Seuer 15. Baro. autem ad An. Chri. 209. Zephyr. 7. Seueri 15. editum hunc librum ante præſcriptiones conſtat.*

CAPVT PRIMVM.

Cùm Tertullianus iam aliquid contra Marcionem ſcripſiſſet, & quidam à fide excidens, librum mendoſiſſimum propalaſſet, illud opus Author emendatum ampliauit, quod ad quinque libros excreuit. Primò itaque inuehitur in Marcionem ex patria Barbara Ponticum; dehinc quod Deum blaſphemiis onerarit, nuptias abſtulerit, Euangelium corroſerit, à Regula fidei deſciderit.

à p. V. Marcion. 1. & V. Euchariſtiæ effectus. 6. circa. f. V. Marcion. 3.

1. SI quid retro geſtum eſt nobis aduerſus Marcionem, iam hic viderit. Nouam rem aggredimur ex vetere. primum opuſculum quaſi properatum, pleniore poſtea compoſitione reſcideram: hanc quoque nondum exemplarijs ſuffectam, fraude tunc fratris, dehinc apoſtatæ, amiſi: qui fortè deſcripſerat quædam mendoſiſſimè, & exhibuit frequentiæ. Emendationis neceſſitas facta eſt. Innouationis eius occaſio, aliquid adjicere perſuaſit. Ita ſtilus iſte nunc de ſecundo tertius, & de tertio iam hinc primus, hunc opuſculi ſui exitum neceſſariò præfatur, nè quem varietas eius in diſperſo reperta confundat. Pontus qui dicitur Euxinus, naturâ negatur, nomine illuditur. Cæterùm, hoſpitalem Pontum, nec de ſitu æſtimes: ita ab humanioribus fretis noſtris, quaſi quodam barbariæ ſuæ pudore receſſit: gentes ferociſſimæ habitabant, ſi tamen habitatur in plauſtro. ſedes incerta, vita cruda, libido promiſcua, & plurimùm nuda, etiam cùm abſcondunt, ſuſpenſis de iugo pharetris indicibus, nè temerè qui intercedat. Ita nec armis ſuis erubeſcunt. Parentum cadauera cum pecudibus cæſa, conuiuio conuorant. Qui non ita deceſſerint, vt eſcatiles fuerint, maledicta mors eſt. Nec feminæ ſexu mitigantur, ſecundùm pudorem: vbera excludunt; penſum ſecuribus faciunt; malunt militare, quàm nubere. Duritia de cœlo quoque: dies nunquam patens: Sol nunquam libens; vnus aër, nebula; totus annus, hibernum; omne quod flauerit, Aquilo eſt. Liquores ignibus redeunt, amnes glacie negantur, montes pruina exaggerantur. Omnia torpent, omnia rigent; nihil illic niſi feritas calet; illa ſcilicet, quæ fabulas ſcenis dedit, de ſacrificiis Taurorum, & amoribus Cholcorum, & crucibus caucaſorum. Sed nihil tam barbarum ac triſte apud Pontum, quàm quod illic Marcion natus eſt, Scytha tetrior, Hamaxobio inſtabilior, Maſſageta inhumanior, Amazona audacior; nubilo obſcurior, hyeme frigidior, gelu fragilior; iſtro fallacior, Caucaſo abruptior. Quidni? penès quem verus Prometheus, Deus omnipotens, blaſphemiis lancinatur. Iam & beſtiis illius barbariæ importunior Marcion. Quis enim tam caſtrator carnis caſtor, quàm qui nuptias abſtulit? Quis tam comeſor mus Ponticus, quàm qui Euangelia corroſit? Næ tu, Euxine, probabiliorem

feram philoſophis edidiſti, quàm Chriſtianis. Nam illa canicula Diogenes, hominem inuenire cupiebat, lucernam meridie circumferens: Marcion, Deum quem inuenerat, extincto lumine fidei ſuæ amiſit. Non negabunt diſcipuli eius, primam illius fidem nobiſcum fuiſſe, ipſius litteris teſtibus: vt hinc iam deſtinari poſſit hæreticus, qui deſerto quod prius fuerat, id poſtea ſibi elegerit, quod retro non erat. In tantum enim hæreſis deputabitur quod poſtea inducitur, in quantum veritas habebitur quod retro & à primordio traditum eſt. Sed alius libellus hunc gradum ſuſtinebit aduerſus hæreticos, etiam ſine retractatu doctrinarum reuincendos, quòd hoc ſint, dè præſcriptione nouitatis. Nunc quatenus admittenda congreſſio eſt, interdum, nè compendium præſcriptionis vbique aduocatum, diffidentiæ deputetur, regulam aduerſarij prius prætexam, nè cui lateat in qua principalis quæſtio dimicatura eſt.

CAPVT II.

Marcion ſecutus magiſtrum ſuum Cerdonem, duos deos induxit, noſtrum quidem Creatorem, malum, ſuum verò, bonum.

Per totum. V. Marcionis Deus. 20.

DVos Ponticus deos adfert, tanquam duas ſymplegadas naufragij ſui: quem negare non potuit, id eſt, Creatorem, id eſt noſtrum, & quem probare non poterit, id eſt ſuum: paſſus infælix huius præſumptionis inſtinctum, de ſimplici capitulo Dominicæ pronuntiationis, in homines, non in deos diſponentis exempla illa [a] *bonæ, & malæ arboris, quòd neque bona malos, neque mala bonos proferat fructus*: id eſt, neque mens, vel fides bona, malas edat operas, neque mala bonas. Languens enim (quod & nunc multi, & maximè hæretici) circa mali quæſtionem, Vnde malum? & obtuſis ſenſibus ipſa enormitate curioſitatis, inueniens Creatorem pronuntiantem, [b] *Ego ſum, qui condo mala*; quantò ipſum præſumpſerat mali auctorem, & ex aliis argumentis, quæ ita perſuadent peruerſo cuique, tantò in Creatorem interpretatus [c] *malam arborem, malos fructus condentem*, ſcilicet mala; alium Deum præſumpſit eſſe debere in partem bonæ arboris bonos fructus. Et ita in Chriſto quaſi aliam inueniens diſpoſitionem, ſolius & puræ benignitatis, vt diuerſæ à Creatore, facilè nouam, & hoſpitam argumentatus eſt diuinitatem, in Chriſto ſuo reuelatam, [d] *modicoque exinde fermento totam fidei maſſam hæretico acore decepit.* Habuit & Cerdonem quendam, informatorem ſcandali huius. Quò facilius duos deos cæci perſpexiſſe ſe exiſtimauerunt. Vnum enim non integrè viderant. Lippientibus etiam ſingularis lucerna numeroſa eſt. Alterum igitur deum, quem confiteri cogebatur, dè malo infamando deſtruxit: alterum, quem commentari connitebatur, dè bono præferendo conſtruxit. Has naturas, quibus diſpoſuerit articulis, per ipſas reſponſiones noſtras oſtendimus.

[a] Luc. 6. 43. Matth. 7. 17.
[b] Iſa. 45. 7.
[c] Matth. 7. 17.
[d] 1. Cor. 5. 6.

CAPVT III.

Catholica veritas exertè docet Deum non eſſe, ſi vnicus non eſt; quia ſummus eſt tantus, cui nullus alius poteſt adæquari.

Per totum. V. Dei vnius notitia 9.

PRINCIPALIS itaque, & exinde tota congreſſio, dè numero; an duos deos liceat induci, ſi fortè poëtica, & pictoria licentia, & tertia iam hæretica. Sed veritas Chriſtiana deſtrictè pronuntiauit: Deus, ſi non vnus eſt, non eſt: quia dignius credimus non eſſe, quodcunque non ita fuerit, vt eſſe debebit. Deum autem vt ſcias vnum eſſe debere, quære quid ſit Deus, & non aliter inuenies. Quantum humana conditio de Deo definire poteſt, id definio, quod & omnium conſcientia agnoſcet: Deum, ſummum eſſe, magnum, in æternitate conſtitutum, innatum, infectum, ſine initio, ſine fine. Hunc enim ſtatum æternitati cenſendum, quæ ſummum magnum Deum efficiat; dum hoc eſt in Deo ipſa, atque ita & cætera; vt ſit Deus ſummum magnum, & forma, & ratione, & vi, & poteſtate. Cùm de iſto conueniat apud omnes (nemo enim negabit, Deum ſummum magnum quid eſſe, niſi qui poterit Deum, imum modicum quid è contrario pronuntiare; vt Deum neget, auferendo quod Dei eſt) quæ erit iam conditio ipſius ſummi magni? nempe vt nihil illi adæquetur, id eſt, vt non ſit aliud ſummum magnum; quia ſi fuerit, adæquabitur; & ſi adæquabitur, non erit iam ſummum magnum, euerſa conditione, &, vt ita dixerim, lege, quæ ſummo magno nihil ſinit adæquari. Ergo vnicum ſit neceſsè eſt, quod fuerit ſummum magnum, par non habendo, nè non ſit ſummum magnum. Ergo non aliter erit, quàm per quod habet eſſe, id & vnicum

omnino. Proinde Deus cúm ſummum magnum ſit, rectè veritas noſtra pronuntiauit: Deus, ſi non vnus eſt, non eſt. Non quaſi dubitemus eſſe Deum, dicendo, Si non vnus, non eſt: ſed quia quem confidimus eſſe, id eum definiamus eſſe, quod ſi non eſt, Deus non eſt; ſummum ſcilicet magnum. Porro, ſummum magnum, vnicum ſit neceſſe eſt. Ergo & Deus vnicus erit. non aliter Deus, niſi ſummum magnum, nec aliter ſummum magnum, niſi parem non habens: nec aliter parem non habens, niſi vnicus fuerit. Certè quemcunque alium Deum induxeris, non alia poteris eum forma tueri Deum, quàm vt & illi proprium diuinitatis adſcripſeris, ſicut æternum, ita & ſummum magnum. Duo ergo ſumma magna quomodo conſiſtent; cùm hoc ſit ſummum magnum, par non habere? par autem non habere, cùm vni competat, in duobus eſſe nullo modo poſſit.

CAPVT IV.

Duo ſummè magna, ſuis etiam diſtincta finibus; non poſſunt conſiſtere.

Per totum. V. Dei vnius notitia. 10.

SED argumentabitur quilibet, Poſſe & duo ſumma magna conſiſtere, diſtincta, atq. disjuncta in ſuis finibus, & vtique aduocabit exemplum; Regna terrarum tanta numero, & tamen ſumma magna in ſuis quibuſque regionibus. & putabit vtique humana diuinis conferenda. Iam ergo ſi huic argumentationi locus dabitur, quid prohibet, non dico & tertium, & quartum Deum inducere, verùm tot iam numero, quot & gentium reges. Dè Deo agitur, cuius hoc principaliter proprium eſt, nullius exempli capere cõparationem. Hoc natura ipſa, ſi non aliquis Eſaïas, vel ipſe per Eſaïam Deus concionabitur, [a] *Cui me ſimilabitis*? Diuinis forſitan comparabuntur humana; Deo non ita. Aliud enim Deus, aliud quæ Dei. Denique, qui exemplo veteris regis, quaſi ſummi magni, vide nè iam non poſſis eo vti. Rex enim, etſi ſummum magnum eſt in ſuo ſolio, vtique ad Deum, tamen infra Deum: comparatus autem ad Deum, excidet iam de ſummo magno tranſlatio in Deum. Hoc ſi ita, quomodo veteris eius rei exemplo ad Dei comparationẽ, quæ dum ad comparationem accedit, amittitur? Quid nunc, ſi nec inter reges pluriſarium videri poteſt ſummum magnum, ſed vnicum & ſingulare; apud eum ſcilicet qui [b] *rex regum* ob ſummitatem magnitudinis, & ſubiectionem cæterorum graduum, quaſi culmen dominationis excipitur? Sed etiã alterius formæ reges, qui ſingulares in vnione imperij præſunt, ſi minutalibus, vt ita dixerim, regnis vndique conferantur in examinationem, qua conſtet quis eorum præcellat in ſubſtantiis & viribus regni, in vnum neceſsè eſt ſummitas magnitudinis eliquetur, omnibus gradatim per comparationis exitum, dè magnitudinis ſumma expreſſis, & excluſis. Adeò & ſi in diſperſo multifarium videtur ſummum magnum, ſuis viribus, & ſua natura, & ſuo ſtatu vnicum eſt. Proinde cùm duo dij conferuntur, vt duo reges, & duo ſumma magna, in alterum concedat neceſsè eſt vnio ſummi magni, ex ſententia comparationis, qua ſummum victoria ſua conſtat, ſuperato æmulo alio magno, non tamen ſummo; atque ex defectione æmuli, ſolitudinem quandam dè ſingularitate præſtantiæ ſuæ poſſidens, vnicum eſt. Ineluctabilis iſte complexus, in hoc ſententiam conſtringit, aut negandum Deum eſſe ſummum magnum, quod nemo patietur ſapiens; aut nulli alij communicandum.

a Iſa. 40.

b 1. Tim. 6. 15.

CAPVT V.

Si duo ſummè magna admittantur, poterunt & plura recipi; ſicut & Valentinus diuinitatis examen, ad fatum vſque triginta Æonum effudit.

In p. V. Dei vnius notitia. 10. in m. ad f. V. Dei notitia. 11.

AVT quæ ratio, duo ſumma magna compoſuit? Primò enim exigam, cur non plura; ſi duo? quando locupletiorem oporteret credi ſubſtantiam diuinitatis, ſi competeret ei numerus. Honeſtior, & liberalior Valentinus, qui ſimul auſus eſt duos concipere, Bythum, & Sigen; cùm vſque ad triginta Æonum fœtus, tanquam Æneïæ ſcrophæ, examen diuinitatis effudit. Quæcunque ratio plura ſumma magna non patitur admitti; eadem nec duo, vt ipſa plura poſt vnum: poſt vnum enim, numerus. Quæ potuit duo admittere, eadem potuit & plura; poſt duo enim, multitudo; vnione iam exceſſa. Denique, apud nos vis rationis iſtius ipſo termino plures deos credi non ſinit, quòd nec duos, illa regula vnum Deum ſiſtens, qua Deum id eſſe oporteat, cui nihil adæquetur, vt ſummo magno: vnicum autem ſit, cui nihil adæquetur. Iam nunc, duo ſumma magna, duo paria, cui operæpretio, cui emolumento deputarentur? quid

interfuit

quid interfuit numeri, cùm duo paria non differant vno? Vna enim res eſt, quæ eadem in duobus eſt. Etiam ſi plura eſſent paria, tantundem omnia vnum fuiſſent; nullo inter ſe differendo, quà paria. Porro, ſi neutrum ex duobus altero diſtat, iam vt ambo ſumma magna, quà Dei ambo, neutrum plus altero præſtat, nullam rationem numeri ſui oſtendunt, præſtantiam non habentes. Numerus autem diuinitatis ſumma ratione conſtare deberet: vel quoniam & cultura eius in anceps deduceretur. Ecce enim duos intuens deos, tam pares, quàm duo ſumma magna, quid facerem ſi ambos colerem? vererer nè abundantia officii, ſuperſtitio potius, quàm religio exiſtimaretur; quia duos tam pares & in altero ambos poſſem in vno demereri: hoc ipſum teſtimonio præſtans parilitati, & vnitati eorum, dum alterum in altero venerater, dum in vno mihi duo ſunt. Si alterum colerem, æquè recogitarem nè ſuffundere viderer numeri vanitatem, ſine differentia ſuperuacui; hoc eſt, tutius cenſerem neutrum colendum, quàm alterum cum ſcrupulo colendum, aut ambos vanè.

CAPVT VI.

Non tantùm duo dij pares, ſed nec diſpares conſtitui poſſunt.

Per totum. V. Dei vnius notitia. 11.

SIc adhuc videmur diſputare, quaſi Marcion duos pares conſtituat. Nam dum defendimus Deum ſummum magnum vnicum credi oportere, excludentes ab eo parilitatem, tanquam de duobus paribus, de his retractauimus: nihilominus tamen, docendo pares eſſe non poſſe ſecundùm ſummi magni formam, ſatis confirmauimus duos eſſe non poſſe. alioquin certi Marcionem diſpares deos conſtituere; alterum iudicem, ferum, bellipotentem; alterum mitem, placidum, & tantummodò bonum, atque optimum. Diſpiciamus æquè & hanc partem, an diuerſitas ſaltim, duos capiat, ſi parilitas capere non potuit. Porro & hic eadem regula ſummi magni patrocinabitur nobis, vt pote quæ totum ſtatum vendicet diuinitatis. Conueniens enim, & quodammodo injecta manu detinens aduerſarii ſenſum, non negantis Creatorem Deum, iuſtiſſimè præſcribo illi diuerſitati locum non eſſe inter eos, qui ex æquo deos confeſſus, non poteſt facere diuerſos. non quia non & homines licet, ſub eadem appellatione diuerſiſſimos eſſe; ſed quia Deus non erit dicendus, quia nec credendus, niſi ſummum magnum. Cùm ergo ſummum magnum cogatur agnoſcere, quem Deum non negat, non poteſt admitti, vt ſummo magno aliquam adſcribat diminutionem, quia ſubjiciatur alij ſummo magno. Deſinit enim, ſi ſubjiciatur. Non eſt autem Dei, deſinere de ſtatu ſuo, id eſt, de ſummo magno. Nam & in illo Deo potiore, periclitari poterit ſummum magnum, ſi depreciari capit in Creatore. Ita cùm duo dii pronuntiantur duo ſumma magna, neceſsè eſt neutrum altero aut majus ſit, aut minus; neutrum altero aut ſublimius, aut dejectius. Nega Deum, quem dicis deteriorem: nega ſummum magnum, quem credis minorem. Deum verò confeſſus, vtrumque duo ſumma magna confeſſus es. Nihil alteri adimes, aut alteri adſcribes; Agnoſcens diuinitatem, negaſti diuerſitatem.

CAPVT. VII.

Marcioni non fauet, quod alijs à Deo vero, Dei nomen attribuitur: quia ideo quòd plures, dij vocentur, nulli eorum, ſed tantùm vni Deo vero per eſſentiam, ſummè magni poſſeſſio competit.

In p. ad vltra m. V. nomen Dei. 1.

TENTABIS adhæc de nomine Dei concutere retractatum, vt paſſiuo, & in alios quoque permiſſo, quia ſcriptum ſit, [a] *Deus deorum ſtetit in eccleſia deorum: in medio autem deos dijudicabit. &*, [b] *Ego dixi, vos dij eſtis*; nec tamen idcirco eis competat poſſeſſio ſummi magni, quia dei cognominentur; ita nec Creatori. Reſpondebo, & ſtulto, qui nec hoc recogitauerit, nè tantundem & in Deum Marcionis poſſit retorqueri, vt & illum Deum dictum, nec ideo tamen ſummum magnum probatum, ſicut nec angeli, aut homines Creatoris. Si communio nominum conditionibus præiudicat, quanti nequam ſerui regum hominibus inſultant, Alexandri, & Darii, & Holofernis? nec tamen ideo regibus, id quod ſunt, detrahetur. Nam & ipſa idola gentium, dei vulgo: ſed Deus nemo, ea re qua Deus dicitur. Ita ego non nomini Dei, nec ſono, nec notæ nominis huius, ſummum magnum in Creatore defendo; ſed ipſi ſubſtantiæ, cui nomen hoc contigit. Hanc inueniens ſolam innatam, infectam, ſolam æternam, & vniuerſitatis conditricem; non nomini, ſed ſtatui; nec appellationi, ſed conditioni eius, ſummum magnum & ad-

a Pſal. 81. 1.
b Ibid. 6.

commendare debebo, quò conſtantius vtar rationis editæ patrocinio. antè omnia quidem, quale eſt, vt qui Deum agnoſcis Creatorem, & priorem de notitia confiteris, non eiſdem modis & alium ſcias tibi examinandum, quibus jam in alio didiciſti, Deum noſſe? Omnis res anterior, poſteriori nurmam præminiſtrauit. Duo nunc dii proponuntur, ignotus, & notus. De noto vacat quæſtio: Eſſe eum conſtat, quia notus non fuiſſet, niſi eſſet. De ignoto inſtat altercatio: Poteſt enim & non eſſe; quia ſi eſſet, notus fuiſſet. Quod ergo quæritur quamdiu ignoratur, incertum eſt quamdiu quæritur: & poteſt non eſſe, quamdiu incertum eſt. Habes Deum certum, quà notum, & incertum, quà ignotum. Si ita eſt, ecquid tibi videtur iuſta ratione defendi, vt ad normam, & formam, & regulam certorum, probentur incerta? Cæterùm, ſi ad hanc cauſam, & ipſam adhuc incertam, etiam argumenta de incertis adhibeantur, ſeries implicabitur quæſtionum, ex ipſorum quoque argumentorum æquè incertorum retractatu, periclitantium de fide per incertum; & ibitur in illas jam [b] *indeterminabiles quæſtiones, quas Apoſtolus non amat.* [b] 1. Tim. 1. 4. Sin de certis, & indubitatis, & abſolutis regulæ, partibus incertis, & dubiis, & inexpeditis præiudicabunt, planè, in quibus diuerſitas ſtatus inuenitur, fortaſſe an non prouocentur incerta ad formam certorum, vt liberata à reliqua comparationis prouocatione, per diuerſitatem ſtatus principalis. Quum vero duo dii proponuntur, communis eſt illis ſtatus principalis. Quod enim Deus eſt, ambo ſunt; innati, infecti, æterni. Hic erit ſtatus principalis. Cætera viderit Marcion, ſi in diuerſitate diſpoſuit. poſteriora enim ſunt in retractatu; immò nec admittentur, ſi de principali ſtatu conſtet. Porro conſtat, quia dei ambo: & ita de quorum ſtatu conſtat communem eſſe, cùm ſub eo ad probationem deuocantur; ſi incerta ſunt, ad eorum certorum formam prouocanda erunt, cum quibus de communione ſtatus principalis cenſentur, vt proinde & de probatione communicent. Hinc itaque conſtantiſſimè dirigam, Deum non eſſe, qui ſit hodiè incertus, quia retro ignotus: quando quem conſtat eſſe, ex hoc ipſo conſtat, quòd nunquam fuerit ignotus, ideo nec incertus.

CAPVT X.

Deus ab initio ſemper cognitus, quem, anima, & conſcientia etiam Ethnica, non ignorauit.

Per totum. V. Dei vnius notitia. 4.

SIQVIDEM à primordio rerum, conditor earum, cum ipſis pariter compertus eſt ipſis ad hoc prolatis, vt Deus cognoſceretur. Nec enim ſi aliquanto poſterior Moſes, primus videtur in templo literarum ſuarum Deum mundi dedicaſſe, idcirco à Pentateucho natales agnitionis ſupputabuntur; cùm totus Moſis ſtilus notitiam Creatoris non inſtituat, ſed à primordio enarret à paradiſo, & Adam, non ab Ægypto, & Moſe recenſendam. Denique, maior popularitas generis humani, nè nominis quidem Moſis compotes, nedum inſtrumenti, Deum Moſis tamen norunt; etiam tantam idololatria dominationem obumbrante, ſeorſum tamen illum quaſi proprio nomine Deum perhibent, *& Deum deorum, &, Si Deus dederit, &, Quod Deo placet, &, Deo commendo.* Vide an nouerint, quem omnia poſſe teſtantur. nec hoc vllis Moſis libris debent. Antè anima, quàm prophetia. Animæ enim à primordio conſcientia, Dei dos eſt: eadem nec alia & in Ægyptiis, & in Syris, & in Ponticis. Iudæorum enim Deum, dicunt animæ Deum. Noli, barbare hæretice, priorem Abraham conſtituere, quàm mundum. Et ſi vnius familiæ Deus fuiſſet Creator, tamen poſterior tuo non erat, etiam Ponticis antè eum notus. Accipe igitur ab antecoſſore formam, à certo incertus, à cognito incognitus. Nunquam Deus latebit, nunquam Deus deerit: ſemper intelligetur, ſemper audietur; etiam videbitur quomodo volet. Habet Deus teſtimonia, totum hoc quod ſumus, & in quo ſumus. Sic probatur & Deus, & vnus, dum non ignoratur; alio adhuc probari laborante.

CAPVT XI.

Deus eſſe non poteſt, ille quem Marcion inducit, qui nihil creauit cùm Deus omnium Dominus, Creationis iure eſſe debeat.

In p. ad m V. Dei vnius notitia. 4. in f. V. Marcionis Deus. 3.

ET meritò, inquiunt; quis enim non tam ſuis notus eſt, quàm extraneis? Nemo. Teneo & hanc vocem. Quale eſt enim, vt aliquid extraneum Deo ſit, cui nihil extraneum eſſet, ſi quis eſſet? quia Dei hoc eſt, omnia illius eſſe, & omnia ad illum pertinere: vel nè ſtatim audiret à nobis, Quid ergo illi cum extraneis? quod plenius ſuo loco audiet. At nunc ſatis eſt, nullum probari, cuius nihil probatur. Sicut enim

Creator, ex hoc & Deus, & indubitatus Deus, quia omnia ipſius, & nihil extraneum illi: ita & alius idcirco non Deus, quia omnia non eius, ideoque & extranea. Denique, ſi vniuerſitatis Creatoris eſt, jam nec locum video Dei alterius. Plena & occupata ſunt omnia ſuo auctore. Si vacat aliquid ſpatii alicuius diuinitati increatuſis, planè falſæ vacabit. Patet mendacio veritas. Tanta vis idolorum, cur non recipiat alicubi Deum Marcionis? Igitur & hoc ex forma Creatoris expoſtulo, Deum ex operibus cognoſci debuiſſe, alicuius proprii ſui mundi, & hominis, & ſæculi: quando etiam error orbis, propterea deos præſumpſerit, quos homines interdum confitentur, quoniam aliquid ab vnoquoque proſpectum videtur vtilitatibus, & commodis vitæ: Ita & hoc ex forma Dei creditum eſt diuinum eſſe, inſtituere, vel demonſtrare quid aptum, & neceſſarium ſit rebus humanis. Adeò inde auctoritas accommodata falſæ diuinitati, vnde præceſſerat veræ. Vnam ſaltem cicerculam Deus Marcionis propriam protuliſſe debuerat, vt nouus aliquis Triptolemus prædicaretur. Aut exhibe rationem Deo dignam, cur nihil condiderit, ſi eſt; quia condidiſſet, ſi fuiſſet: illo ſcilicet præiudicio, quo & noſtrum Deum non aliàs manifeſtum eſt eſſe, quàm quia totum condidit hoc. Semel enim præſcriptio ſtabit, non poſſe illos & Deum confiteri Creatorem, & eum quem volunt æquè Deum credi, non ad eius formam probare, quam & ipſi, & omnes Deum vt quando hoc ipſo nemo Creatorem Deum dubitet, quia totum hoc condidit; hoc ipſo nemo debeat credere Deum & illum qui nihil condidit, niſi ratio fortè profeiatur. Duplex iſta videatur neceſsè eſt, vt aut noluerit condere quid, aut non potuerit. Tertium ceſſat. Sed non potuiſſe, indignum Deo eſt. Noluiſſe, an dignum, volo inquirere. Dic mihi, Marcion, voluit Deus tuus cognoſci ſe quocunque in tempore? annè alio propoſito & deſcendit, & prædicauit, & paſſus reſurrexit, quàm vti cognoſceretur? Et ſine dubio ſi cognitus eſt, voluit: nihil enim circa eum fieret, niſi voluiſſet. Quid ergo tantopere notitiam ſui procurauit, vt in dedecore carnis exhiberetur; & quidem majore ſi

Deut. 21. 22 falſæ? Nam hoc turpius, ſi mentitus eſt ſubſtantiam corporis, & qui maledictum in ſe Creatoris admiſit, ligno ſuſpenſus. Quanto honeſtius per aliqua propriæ molitionis in-

Eſa. 44. 24 dicia cognitionem ſui præſtruxiſſet? maximè aduerſus eum cognoſci habens, apud quem ex operibus ab initio cognitus non erat. Nam & quale eſt, vt Creator quidem ignorans eſſe alium ſuper ſe Deum, vt volunt Marcionitæ, qui ſolum ſe etiam iurans adſeuerabat, tantis operibus notitiam ſui armauerit, quam potuerat non ita curaſſe, ſecundùm ſingularitatis ſuæ præſumptionem: ille autem ſublimior, ſciens inferiorem Deum tam inſtructum, nullam ſibi proſpexerit agnoſcendo paraturam? quando etiam inſigniora, & ſuperbiora opera debuiſſet condidiſſe, vt Deus ex operibus cognoſceretur, ſecundùm Creatorem; & ex honeſtioribus, potior & generoſior Creatore.

CAPVT XII.

Etſi Deum Marcionis eſſe daremus, cogeremur tamen dicere, eum fruſtra eſſe & ſine cauſa, qui nullam rem haberet, cuius ſe Dominum meritò iactare poſſet.

In p. V. Marcionis Deus. 3.

CÆTERVM, etſi eſſe eum poſſemus confiteri, ſine cauſſa eſſe eum deberemus argumentari. Sine cauſſa enim eſſet, qui rem non haberet: quia res omnis cauſa eſt, vt ſit aliquis, cuius res ſit. Porro, inquantum nihil oportet eſſe ſine cauſa, id eſt ſine re; quia ſi ſine cauſa ſit, perinde eſt atque ſi non ſit, non habens rei cauſam, rem ipſam: in tantum Deum dignius credam non eſſe, quàm eſſe ſine cauſa. Sine cauſa enim eſt, qui rem non habendo, non habet cauſam. Deus autem ſine cauſa, id eſt ſine re, eſſe non debet. Ita, quoties oſtendo eum ſine cauſa eſſe, tanquam ſit, hoc conſtituo non eſſe illum: quia ſi fuiſſet, omnino ſine cauſa non fuiſſet. Sic & ipſam fidem dico illum ſine cauſa ab homine captare, aliter ſolito Deum credere ex operum auctoritate formatum, quia nihil tale proſpexit, per quod homo Deum didicit. Nam etſi credunt plerique in illum, non ſtatim ratione credunt, non habentes Dei pignus, opera eius Deo digna. Itaque hoc nomine ceſſationis, & defectionis operum, & impudentiæ, & malignitatis adfinis eſt: impudentiæ, qua fidem non debitam ſibi captat, cui præſtruendæ nihil proſpexit: malignitatis, qua plures incredulitatis reos fecit, nihil fidei procurando.

CAPVT XIII.

Philoſophis teſtibus probat, mundum eſſe opus non indignum Deo.

Inp. ad circa. f. V. mundus. 1. inf. V. Dei potentia. 4.

QVVM Deum hoc gradu expellimus, cui nulla conditio tam propria, & Deo digna, quam Creatoris, teſtimonium præſignarit, narem contrahentes impudentiſſimi Marcionitæ, conuertuntur ad deſtructionem operum Creatoris. Nimirum, inquiunt, grande opus, & dignum Deo, mundus. Nunquid ergo Creator minimè Deus? Planè Deus. Ergo nec mundus Deo indignus. nihil etenim Deus indignum ſe fecit: etſi mundum homini, non ſibi fecit: etſi omne opus inferius eſt ſuo artifice. Et tamen ſi quale quid feciſſe indignum eſt Deo, quantò indignius Deo eſt, nihil eum omnino feciſſe vel indignum, quo poſſet etiam digniorum auctor ſperari? Vt ergo aliquid & dè iſto huius mundi indigno loquar, cui & apud Græcos ornamenti & cultus, non ſordium nomen eſt, indignas videlicet ſubſtantias ipſi illi ſapientiæ profeſſores, dè quorum ingeniis omnis hæreſis animatur, deos pronuntiauerunt, vt Thales aquam, vt Heraclitus ignem, vt Anaximenes aërem, vt Anaximander vniuerſa cœleſtia, vt Straro cœlum & terram, vt Zeno aërem & ætherem, vt Plato ſidera; quæ genus deorum igneum appellat, quum dè mundo. Conſiderando ſcilicet & magnitudinem, & vim, & poteſtatem, & honorem, & decorem, opem, fidem, legem ſingulorum elementorum, quæ omnibus gignendis, alendis, conficiendis, reficiendiſque conſpirant, vt pletique Phyſicorum, formidauerunt initium ac finem mundo dare, nè ſubſtantiæ eius, tantæ ſcilicet, minus Dei haberentur: quas colunt & Perſarum Magi, & Ægyptiorum Hierophantæ, Indorum Gymnoſophiſtæ. Ipſa quoque vulgaris ſuperſtitio communis idololatriæ, cùm in ſimulacris, dè nominibus, & fabulis veterum mortuorum pudet, ad interpretationem naturalium refugit, & dedecus ſuum ingenio obumbrat, figurans Iouem in ſubſtantiam feruidam, & Iunonem eius in aëriam, ſecundùm ſonum Græcorum vocabulorum, item Veſtam in ignem, & Camenas in aquam, & Magnam matrem in terram ſeminalia demeſſam, lacertis aratam, lauacris rigatam. Sic & Oſiris quod ſemper ſepelitur, & in viuido quæritur, & cum gaudio inuenitur, reciprocarum frugum, & viuidorum elementorum, & recidiui anni fidem argumentantur: Sicut aridæ, & ardentis naturæ ſacramenta leones Mithiæ philoſophantur. Et ſuperiores quidem ſitu aut ſtatu ſubſtantias ſufficit facilius deos habitas, quàm Deo indignas. Ad humilia deficiam. Vnus, opinor, de ſepibus floſculus, non dico de pratis; vna cuiuſlibet maris conchula, non dico de Rubro; vna tetraonis pinnula, taceo de pauo, ſordidum artificem pronuntiabit tibi Creatorem?

CAPVT XIV.

Minutiſſima quaque animalia Deum authorem clamant, vindicem lædendo, bonum iuuando. Aquam quoque Creatoris, oleum, & panem, quo ſuum corpus Chriſtus repræſentat, hoc eſt præſens facit; Deus Marcionis in ſuis ſacramentis probat.

In p. V. Dei potentia. 4. à p. ad f. V. Dei Potentia. 1.

AT quum & animalia irrides minutiora, quæ maximus artifex dè induſtria, ingeniis aut viribus ampliauit, ſic magnitudinem in mediocritate probari docens, quemadmodum [a] *virtutem in infirmitate*, ſecundùm Apoſtolum; imitare, ſi potes, apis ædificia, formicæ ſtabula, aranei retia, bombycis ſtamina: ſuſtine, ſi potes, illas ipſas lectuli, & tegetis tuæ beſtias, cantharidis venena, muſcæ ſpicula, culicis & tubam, & lanceam. Qualia erunt maiora, cùm tam modicis aut iuuaris, aut læderis, vt nec in modicis deſpicias Creatorem? Poſtremò, te tibi circumfer, intus ac foris conſidera hominem. placebit tibi vel hoc opus Dei noſtri, quod tuus dominus ille Deus melior adamauit; propter quem in hæc paupertina elementa de tertio cœlo deſcendere laborauit; cuius cauſa in hac cellula Creatoris etiam crucifixus eſt. Sed ille quidem vſque nunc nec aquam reprobauit Creatoris, qua ſuos abluit; nec oleum, quo ſuos vnguit; nec mellis & lactis ſocietatem, qua ſuos infantat; nec panem, quo ipſum corpus ſuum repræſentat; etiam in ſacramentis propriis egens mendicitatib. Creatoris. At tu [b] *ſuper magiſtrum diſcipulus, & ſeruus ſuper dominum*, ſublimius illo ſapis, deſtruens quæ ille deſiderat. Volo inſpicere ſi ex fide ſaltem, vt non & ipſe quæ deſtruis, appetas. Aduerſaris cœlum; & libertatem cœli in habitationibus captas: Deſpicis terram; planè inimicæ iam tuæ carnis matricem; & omnes medullas eius victui extorques: Reprobas &

[a] 2. Cor. 12. 9.

[b] Matth. 10. 24.

mare; ſed vſque ad copias eius, quas ſanctiorem cibum deputas. Roſam tibi ſi obtulero, non faſtidies Creatorem. Hypocrita, vt apocarrereſi probes te Marcionitam, id eſt, repudiatorem Creatoris (nam hæc apud vos pro martyrio affectari debuiſſet, ſi vobis mundus diſpliceret) in quamcunque materiam reſolueris, ſubſtantiam Creatoris vteris. Quanta obſtinatio duritiæ tuæ? Deprecias, in quibus & viuis, & moreris.

CAPVT XV.

Pauper valde, & ſine ſubſtantia eſt Deus Marcionis; tum quòd ad 15. vſque Seueri Annum, cælum, & mundum non habuerit proprium. Tum etiam quod nouem alioquin deos admittat Marcion.

Per totum. V. Marcionis Deus. 22. & à p. in alphab. Errorum. V. Chriſtus reuelatus. 1.

POST hæc, vel antè hæc, quum dixeris eſſe & illi conditionem ſuam, & ſuum mundum, & ſuum cœlum; dè cœlo quidem illo tertio videbimus, ſi & ad Apoſtolum veſtrum diſcutiendum peruenerimus; interim, quæcunque ſubſtantia eſt, cum ſuo vtique Deo apparuiſſe debuerat. At nunc quale eſt, vt Dominus à XII. Tiberij Cæſaris reuelatus ſit, ſubſtantia verò ad decimum quintum iam Seueri Imperatoris, nulla omnino comperta ſit, quæ friuolis Creatoris præcellens, vtique latere deſiſſet, non latente iam Domino ſuo & auctore? Et ideo ſi ipſa non potuit manifeſtari in hoc mundo, quomodo Dominus paruit eius in hoc muudo? Si Dominum cepit hic mundus, cur ſubſtantiam capere non potuit, niſi Domino fortaſſ. maiorem? Iam nunc dè loco quæſtio eſt, pertinens & ad mundum illum ſuperiorem, & ad ipſum Deum eius. Ecce enim, ſi & ille habet mundum ſuum infra ſe, ſupra Creatorem, in loco vtique fecit eum, cuius ſpatium vacabat inter pedes ſuos, & caput Creatoris. Ergo & Deus ipſe in loco erat; & mundum in loco faciebat; & erit iam locus ille maior & Deo, & mundo. Nihil enim non maius eſt, id quod capit, eo quod capitur. & videndum, nè qua adhuc illic vacent ſubſiciua, in quib. & tertius aliqui ſtiparo Deus ſecum mundo ſuo poſſit. Ergo iam incipe deos computare. Erit enim & locus, Deus; non tantùm quà Deo maior: ſed & quà innatus, & infectus; ac per hoc, æternus, & Deo par; in quo ſemper Deus fuerit. Dehinc, ſi & ille mundum ex aliqua materia ſubiacente molitus eſt, innata, & infecta, & contemporali Deo, quemadmodum & de Crearore Marcion ſentit, redigis & hoc ad maieſtatem loci, qui & Deum, & materiam, duos Deos, cluſit. Et materia enim Deus, ſecundùm formam diuinitatis; innata ſcilicet, & infecta, & æterna. Aut ſi dè nihilo molitus eſt mundum, hoc & dè creatore ſentire cogetur, cui materiam ſubjicit in ſubſtantia mundi. Sed ex materia & ille feciſſe debebit; eadem ratione occurrente illi quoque Deo, quæ opponeretur Creatori, vt æquè Deo. Atque ita tres interim mihi deos numera Marcionis, Factorem, & Locum, & Materiam. Proinde & Creatorem in loco facit; vtique eadem conditione cenſendo; & materiam ei ſubjicit, vtiq. innatam, & infectam, & hoc nomine æternam, vt Domino. Amplius, & Malum materiæ deputans, innatum innatæ, infectum infectæ, & æternum æternæ, quartum iam hinc Deum fecit. Habes igitur in ſuperioribus tres ſubſtantias diuinitatis; in inferioribus, quatuor. His quum accedunt & ſui Chriſti; alter qui apparuit ſub Tiberio; alter qui à Creatore promittitur, manifeſtam iam fraudem Marcion paritur ab eis, qui duos inferre præſumunt, quum nouem aſſignet, licet neſciens.

CAPVT XVI.

Deus Marcionis Inuiſibilium tantùm opifex dici non poteſt: quia idem author eſt viſibilium & inuiſibilium.

Per totum. V. Deus Creator. 3.

NON comparente igitur mundo alio, ſicut nec Deo eius, conſequens eſt, vt duas ſpecies rerum, viſibilia & inuiſibilia, duobus auctoribus deis diuidant, & ita ſuo Deo inuiſibilia defendant. Quis autem poterit inducere in animum, niſi ſpiritus hæreticus, eius eſſe inuiſibilia, qui nihil viſibile præmiſerit; quàm eius qui viſibilia operatus, inuiſibilium quoque fidem fecerit: quum iuſtius multo ſit aliquibus exemplariis
Coloſſ.1.16 adnuere, quàm nullis? Videbimus, & Apoſtolus cui auctori inuiſibilia deputet, quum & illum explorauerimus. Nunc enim communib. plurimùm ſenſibus, & argumentationibus iuſtis, ſecuturæ ſcripturarum quoque aduocarioni fidem ſternimus, confirmantes diuerſitatē hanc viſibilium, & inuiſibilium adeò Creatori deputandam, ſicuti tota operatio eius ex diuerſitatibus conſtat; ex corporalibus & incorporalibus, ex ani-

malibus & inanimalibus, ex vocalibus & mutis; ex mobilibus & ſtatiuis, ex genitalibus & ſterilibus, ex aridis & ſuccidis, ex calidis & frigidis. Sic & hominem ipſum diuerſitas temperauit, tam in corpore, quàm in ſenſu. Alia membra fortia, alia infirma: alia honeſta, alia inhoneſta: alia gemina, alia vnica, alia comparia, alia diſparia. Proinde & in ſenſu nunc lætitia, nunc anxietas: nunc amor, nunc odium: nunc ira, nunc lenitas. Quod ſi ita eſt, vt æmula inter ſe conditionis vniuerſitas, iſta modulata ſit, iam igitur & viſibilibus inuiſibilia debentur, non alteri auctori deputanda, quàm cui & æmula eorum, ipſum Creatorem diuerſum notantia, iubentem quæ prohibuit, & prohibentem quæ iuſſit; percutientem, & ſanantem. Cur in hac ſola ſpecie vniformem eum capiunt; viſibilium ſolummodò conditorem, quem proinde credendum ſit, & viſibilia & inuiſibilia condidiſſe, quemadmodum & vitam & mortem, & mala & pacem? Et vtique ſi illa inuiſibilia maiora ſunt viſibilibus creaturis ſuo loco magnis, ſic quoque congruit eius eſſe maiora, cuius & magna; quia nec magna, nedum maiora, ei competant, cuius nec modica comparent.

CAPVT XVII.

Non ſufficit Deo vnicum opus, quod ſuo tribuit Marcion, liberationis hominis: cùm Deus ſeuerus per alia etiam opera, notum ſe mundo fecerit.

In p. V. Marcionis Deus. 6. in m. V. Marcionis Deus. 7.

HIs compreſſi, erumpunt dicere: Sufficit vnicum hoc opus Deo noſtro, quòd hominem liberauit ſumma & præcipua bonitate ſua, & omnibus locuſtis anteponenda. O Deum maiorem, cuius tam magnum opus non potuit inueniri, quàm in homine Dei minoris! Enimverò, prius eſt vt eum probes eſſe, per quæ Deum probari oportet; per opera; tunc deinde per beneficia. Primò enim quæritur, an ſit; & ita, qualis ſit. Alterum dè operibus, alterum dè beneficiis dinoſcetur. Cæterùm, non quia liberaſſe dicitur hominem ideo eſſe eum conſtat: ſed ſi eſſe conſtiterit, tunc & liberaſſe dicetur; vt & an liberauerit conſtet; quia potuerit & eſſe, & non liberaſſe. Quomodo ergo, quia liberaſſe dicetur, etiam eſſe credetur? quum potuerit & eſſe, & non liberaſſe? Nunc in iſto articulo ab ignoti Dei quæſtione deductis, ſatis conſtitit, tam nihil illum condidiſſe, quàm debuiſſe condidiſſe, vti cognoſceretur ex operibus, quia ſi fuiſſet, cognoſci debuiſſet; & vtique à primordio rerum. Deum enim non decuiſſe latuiſſe. Regrediar neceſsè eſt ad originem quæſtionis Dei ignoti, vt cæteros quoque ramulos eius excutiam. Primò enim quæri oportebit, qui poſtea ſe protulerit in notitiam; cur poſtea, & non à primordio rerum? quibus vtique neceſſarius, quà Deus, & quidem ineliot, quò neceſſarior, latere non debuit. Non enim poteſt dici non fuiſſe aut materiam, aut cauſam cognoſcendi Deum, quum & homo à primordio eſſet in ſæculo, cui nunc ſubuenit; & malitia Creatoris, aduerſus quam vt bonus ſubuenit. Igitur aut ignorauit & cauſam, & materiam ſuæ reuelationis neceſſariæ, aut dubitauit, aut non potuit, aut noluit. Omnia hæc Deo indigna. maximè optimo. Sed & hunc locum alibi implebimus, exprobratione feræ reuelationis, ſicut nunc ſola demonſtratione.

Eccli. 11.14
Esa 45. 7.

CAPVT XVIII.

Deus ille Marcionis non rectè dicitur reuelatus, qui neque per naturam ſe ſuis operibus, neque per doctrinam, ſuis ſe ſcripturis & prophetiis reuelauit.

Per totum. V. Marcionis Deus. 9.

PROCESSERIT, age, iam in notitiam quando voluit, quando potuit, quando hora fatalis aduenit, fortaſſe enim anabibazon ei obſtabat, aut aliquæ maleficæ, aut Saturnus quadratus, aut Mars trigonus. Nam & Mathematici plurimùm Marcionitæ: nec hoc erubeſcentes, dè ipſis etiam ſtellis viuere Creatoris. Tractandum & hìc de reuelationis qualitate, an dignè cognitus ſit; vt conſtet an verè; & ita credatur eſſe, quem dignè conſtiterit reuelatum. digna enim Deo probabunt Deum. Nos definimus Deum, primò natura cognoſcendum, dehinc doctrina recognoſcendum: natura ex operibus, doctrina ex prædicationibus. Sed cui nulla natura eſt, naturalia inſtrumenta non ſuppetunt. Ergo vel prædicationibus reuelationem ſui debuerat operari; maximè aduerſus eum reuelandus, qui & conditionis, & prædicationis operibus tot ac tantis, vix tamen hominum fidem impleuerat. Quomodo itaque reuelatus eſt? Si per humanam coniecturam, nega Deum aliàs cognoſci poſſe quàm per ſemetipſum: nec tantùm ad formam prouocans Creatoris, verùm & ad conditionem tam diuinæ magnitudinis,

quàm humanæ mediocritatis. nè maior Deo homo videri poſſit, qui eum non vltro volentem cognoſci, ſuis viribus quodammodo in publicum agnitionis extraxerit: quum humana mediocritas facilius deos fingere ſibi norit, ſecundùm totius æui experimenta, quàm verum ſectari, quem naturâ iam intelligunt. Alioquin, ſi ſic homo Deum commentabitur, quomodo Romulus Conſum, & Tatius Cloacinam, & Hoſtilius Pauorem, & Metellus Alburnum, & quidam antè hoc tempus Antinoum; hoc aliis liceat: nos Marcionem nauclerum nouimus, non regem, nec imperatorem.

CAPVT XIX.

Deus Marcionis dici non poteſt in Chriſto ſuo reuelatus: tum quòd Chriſtus plus quam 115 Annis ante Deum Marcionis apparuerit, cùm Deus Marcionis tantùm ſub Antonino fuerit reuelatus: Tum quòd Chriſtus praceſſerit ſeparationem illam Euangelij a lege veteri, quam Marcion in ſuo Antitheſeon libro primus adinuenit.

A p. V. Marcionis Chriſtus. 4. à m. ad. f. V. Marcionis Deus. 21.

IMMÒ, inquiunt Marcionitæ, Deus noſter, etſi non ab initio, etſi non per conditionem, ſed per ſemetipſum reuelatus eſt, in Chriſto Ieſu. Dabitur & in Chriſtum, liber de omni ſtatu eius. Diſtingui enim materias oportet, quò plenius & ordinatius retractentur. Interim ſatis erit, ad præſentē gradum ita occurrere, vt oſtendam Chriſtum Ieſum non alterius Dei circumlatorem, quàm Creatoris; & quidem paucis. Anno xv Tiberij, Chriſtus Ieſus dè cœlo manare dignatus eſt, ſpiritus ſalutaris: Marcionis ſalutem, qui ita voluit, quoto quidem anno Antonini maioris de Ponto ſuo exhalauerit aura canicularis, non curaui inueſtigare. Dè quo tamen conſtat, Antoninianus hæreticus eſt, ſub Pio impius. A Tiberio autem vſque ad Antoninum, anni ferè cxv. & dimidium anni, cum dimidio menſis. tantumdem temporis ponunt inter Chriſtum, & Marcionem. Quum igitur ſub Antonino primus Marcion hunc Deum induxerit, ſicut
Luc. 3. 1. probauimus; ſtatim, qui ſapis, plana res eſt. Præiudicant tempora, quod ſub Antonino primùm proceſſit, ſub Tiberio non proceſſiſſe, id eſt Deum Antoniniani imperij, Tiberiani non fuiſſe: atque ita non à Chriſto reuelatum, quem conſtat à Marcione primùm prædicatum. Hoc nunc vt probem conſtare, quod ſupereſt ab ipſis aduerſariis ſumam. Separatio Legis, & Euangelij, proprium & principale opus eſt Marcionis: nec poterunt negare diſcipuli eius, quod in ſummo inſtrumento habent, quo denique initiantur, & indurantur in hanc hæreſin. Nam hæ ſunt antitheſes Marcionis, id eſt, contrariæ oppoſitiones; quæ conantur diſcordiam Euangelij cum Lege committere, vt ex diuerſitate ſententiarum vtriuſque inſtrumenti, diuerſitatem quoque argumententur deorum. Igitur, quum ea ſeparatio Legis & Euangelij, ipſa ſit quæ alium Deum Euangelij inſinuauerit, aduerſus Deum Legis; apparet antè eam ſeparationem, Deum in notitia non fuiſſe, qui ab argumento ſeparationis innotuit: atque ita non à Chriſto reuelatum, qui fuit antè ſeparationem; ſed à Marcione commentatum, qui inſtituit ſeparationem aduerſus Euangelij Legiſque pacem, quam retro illæſam, & inconcuſſam, ab apparentia Chriſti, vſque ad audaciam Marcionis, illa vtique ratio ſeruauit, quæ non alium Deum & Legis, & Euangelij tuebatur, præter Creatorem; aduerſus quem tanto poſt tempore ſeparatio à Pontico immiſſa eſt.

CAPVT XX.

Nec dicat Marcion ſe non nouam fidei regulam texuiſſe, ſed corruptam veterem emendaſſe, exemplo Pauli Petrum, reprehendentis: quia Paulus non fidem Creatoris in Petro, ſed conuerſationem reprehendit.

In p. V. Marcionitæ. 1. à p. ad. f. V. legis veteris abrogatio. 2.

HVIC expeditiſſimæ probationi defenſio quoque à nobis neceſſaria eſt, aduerſus obſtrepitacula diuerſæ partis. Aiunt enim Marcionem non tam innouaſſe regulam, ſeparatione Legis & Euangelij, quàm retro adulteratam recuraſſe. O Chriſte patientiſſime Domine! qui tot annis interuerſionem prædicationis tuæ ſuſtinuiſti, donec
a Gal. 2. 9. tibi ſcilicet Marcion ſubueniret. Nam, & ipſum [a] *Petrum, cæteroſque, columnas Apoſtola-*
b 14. ibid. 4. *tus*, à Paulo reprehenſos opponunt, [b] *quòd non recto pede incederent ad Euangelij veritatem;* ab illo certè Paulo, qui adhuc in gratia rudis, trepidans denique [c] *nè in vacuum cucurriſſet*
c Gal. 2. 2. *aut curreret, tunc primùm cum anteceſſoribus Apoſtolus conferebat.* Igitur ſi feruenter, vt adhuc neophytus, aduerſus Iudaïſmum aliquid in conuerſatione reprehendendum exi-
d 1. Cor. 9. 20. ſtimauit, paſſiuum ſcilicet conuictum, poſtmodùm & ipſe vſu [d] *omnibus omnia futurus, vt omnes lucraretur, Iudæis quaſi Iudæus, & eis qui ſub lege, tanquam ſub lege:* tu illam ſolius

con-

conuerſationis, placituræ poſtea accuſatori ſuo, reprehenſionem ſuſpectam vis habe-
ri, etiam dè prædicationis erga Deum præuaricatione. Atquin dè prædicationis vnita-
te, quod ſuprà legimus, [e] *dexteras iunxerant*, & ipſa officij diſtributione, dè Euangelij ſo- [e] Gal. 2. 9.
cietate condixerant: ſicut & alibi, [f] *Siue ego, inquit, ſiue illi, ſic prædicamus*. Sed etſi [g] *quoſ-* [f] 1. Cor. 15.
dam falſos fratres irrepſiſſe deſcripſit, qui vellent Galatas ad aliud Euangelium transferre, ipſe 11.
demonſtrat adulterium illud Euangelij, non ad alterius Dei & Chriſti fidem transfe- [g] Gal. 1. 6.
rendam, ſed ad diſciplinam Legis conſeruandam, habuiſſe intentionem, reprehendens
ſcilicet illos circumciſionem vindicantes; [h] *& obſeruantes tempora, & dies, & menſes, annos* Gal. 5. 2.
Iudaicarum ceremoniarum, quas iam excluſas agnouiſſe debuerant, ſecundùm inno- [h] Gal. 4. 10.
uatam diſpoſitionem Creatoris, olim de hoc ipſo prædicantis per Prophetas ſuos. vt
per Eſaiam: [i] *Vetera tranſierunt, inquit; ecce noua quæ ego nunc facio*. & alibi. [k] *Et diſponam* [i] Eſa. 43. 19.
teſtamentum, non quale diſpoſui ad patres veſtros, cùm illos eduxiſſem de terra Ægypti. ſic & per [k] Hier. 31. 31.
Hieremiam: [l] *Renouate vobis nouamen nouum, & circumcidimini Deo veſtro, & circumcidi-* [l] Hier. 4. 4.
mini præputia cordis veſtri. Hanc ergo circumciſionem iam ſiſtens Apoſtolus, & hoc no-
uamen, illas quoque vetuſtates cæremoniarum diſſuadebat, dè quibus idem conditor Gal. 5. 1. 2.
earum quandoque ceſſaturis profitebatur, per Oſee: [m] *Et auertam omnes iocunditates eius,* [m] Oſee 2. 11.
& dies feſtos eius, & neomenias, & ſabbata, & omnes ceremonias eius. Sic enim & per Eſaiam:
[n] *Neomenias veſtras, & ſabbata, & diem magnum non ſuſtineo: ferias & ieiunium, & dies fe-* [n] Eſa. 1. 14.
ſtos veſtros odit anima mea. Quod ſi & Creator omnia hæc iampridem recuſauerat, &
Apoſtolus ea iam recuſanda pronuntiabat, ipſa ſententia Apoſtoli conſentanea decre-
tis Creatoris, probat non alium Deum ab Apoſtolo prædicatum, quàm cuius decreta Gal. 1. 6.
cupiebat iam agnoſci; falſos & Apoſtolos, & fratres notans in hac cauſa, qui Euange-
lium Chriſti Creatoris transferrent, à nouitate prænuntiata à Creatore, ad vetuſtatem
recuſatam à Creatore.

CAPVT XXI.

Firma ſemper & ſana fides manſit in Deum Creatorem, & Chriſtum eius filium, non tantum in Apoſtolis, ſed & in Eccleſiis Apoſtolicis, in quibus Chriſtus non alterius quàm Dei Creatoris filius oſtenditur.

In p. V. legis veteris abrogatio. 2.

CÆTERVM, ſi quaſi nouum Deum prædicans, veteris Dei legem cupiebat ex-
cludere, quare dè Deo quidem nouo nihil præſcribit, ſed dè vetere lege ſolum-
modò? niſi quoniam fide manente in Creatorem, ſola lex eius conceſſare debebat? vt
& Pſalmus ille præcecinerat: [a] *Diſrumpamus à nobis vincula eorum, & abiiciamus eorum* [a] Pſal. 2. 3.
iugum à nobis: Ex quo ſcilicet [b] *tumultuata ſunt gentes, & populi meditati ſunt inania: adſti-* [b] Verſu. 1.
terunt reges terræ, & magiſtratus conuenerunt in vnum, aduerſus Dominum, & aduerſus Chri- & 2. ibid.
ſtum eius. Et vtique ſi alius Deus prædicaretur à Paulo, nulla diſceptatio eſſet ſeruandæ
legis, necnè, non pertinentis ſcilicet ad Dominum nouum, & æmulum legis. Ipſa enim
Dei nouitas atque diuerſitas, abſtuliſſet non modò quæſtionem veteris & alienæ legis,
verùm omnem eius mentionem. Sed hîc erat totus ſtatus quæſtionis, quòd cúm idem
Deus legis in Chriſto prædicaretur, legi eius derogaretur. Stabat igitur fides ſem-
per in Creatore, & Chriſto eius; ſed conuerſatio, & diſciplina nutabat. Nam &
alij dè idolothyto edendo, alij dè mulierum velamento, alij dè nuptiis vel repudiis,
nonnulli & dè ſpe reſurrectionis, diſceptabant; dè Deo, nemo. Nam ſi fuiſſet hæc quo-
que quæſtio diſceptata, & ipſa apud Apoſtolum inueniretur, vel quantò principalis.
Quòd ſi poſt Apoſtolorum tempora, adulterium veritas paſſa eſt circa Dei regu-
lam; ergo iam Apoſtolica traditio nihil paſſa eſt in tempore ſuo, circa Dei regulam, &
non alia agnoſcenda erit traditio Apoſtolorum, quàm quæ hodie apud ipſorum Eccle-
ſias editur. Nullam autem Apoſtolici cenſus Eccleſiam inuenias; quæ non in Creatore
chriſtianizet. Aut ſi hæ erunt à primordio corruptæ, quæ erunt integræ? nimirum ad-
uerſariæ Creatoris. Exhibe ergo aliquam ex tuis Apoſtolici cenſus, & obduxeris. Igi-
tur, cùm omnibus modis conſtet alium Deum in regula ſacramenti iſtius non fuiſſe à
Chriſto vſque ad Marcionem, quàm Creatorem, ſatìs iam & probatio noſtra munita
eſt, qua oſtendimus notitiam Dei hæretici, ex Euangelij & Legis ſeparatione cepiſſe,
& definitio ſuperior inſtructa eſt, Non eſſe credendum Deum, quem homo de ſuis
ſenſibus compoſuerit, niſi planè Prophetes, id eſt, non de ſuis ſenſibus. Quòd ſi, Mar-
cion, poterit dici, debebit etiam probari. Nihil retractare oportebat: hoc enim cuneo
veritatis, omnis extruditur hæreſis, cùm Chriſtus non alterius Dei, quàm Creatoris
circumlator oſtenditur.

CAPVT XXII.

Deus Marcionis dici non poteſt naturaliter bonus, quòd ab initio lapſum hominem non erexerit.

A p. V. Marcionis Deus. 11. in m. V. Dei bonitas. 2. à m. V. Marcionis Deus. 13.

SED quomodo funditus euertetur Antichriſtus, niſi cæteris quoque iniectionibus eius elidendis locus detur, relaxata præſcriptionum defenſione? Accedamus igitur iam hinc ad ipſam Dei perſonam, vel potius vmbram, & phantaſma, ſecundum Chriſtum ipſius, per idque examinetur, per quod Creatori præfertur. Et vtique erunt regulæ certæ ad examinandam Dei bonitatem. Sed prius eſt vt inueniam illam, & adprehendam, & ita ad regulas perducam. Quum enim circumſpicio tempora, nuſquam eſt à primordio materiarum, & introitu cauſarum, cum quibus debuerat inueniri, exinde agens quod agi habuit. Erat enim iam & mors,[a] *& aculeus mortis delictum*, & ipſa malitia Creatoris; aduerſus quam ſubuenire deberet alterius Dei bonitas, primæ huic regulæ diuinæ bonitatis occurrens, ſi ſe naturalem probaret, ſtatim ſuccurrens, vt cauſa cepit. Omnia enim in Deo naturalia, & ingenita eſſe debebunt, vt ſint æterna, ſecundùm ſtatum ipſius; nè obuenientia, & extranea reputentur; ac per hoc, temporalia, & æternitatis aliena. Ita & bonitas perennis & iugis exigetur in Deo, quæ in theſauris naturalium proprietatum repoſita & parata, antecederet cauſas & materias ſuas; & primam quamque ſuſciperet, non deſpiceret, & deſtitueret, ſi antecedebat. Denique, non minus & hîc quæram, cur non à primordio operata ſit bonitas eius, quam dè ipſo quæſiuimus, cur non à primordio ſit reuelatus? Quidni? qui per bonitatem reuelari haberet, ſi quis fuiſſet. Non poſſe quid, Deo non licet, nedum naturalibus ſuis fungi; quæ ſi continentur, quo minus currant, naturalia non erunt. Et otium enim ſui natura non nouit. hinc cenſetur, ſi agat; ſi nec noluiſſe videbitur exercere bonitatem interim naturæ nomine. Natura enim ſe non poteſt nolle, quæ ſe ita dirigit, vt ſi ceſſauerit, non ſit. Sed ceſſauit aliquando in Deo Marcionis, dè opere bonitas. Ergo non fuit naturalis bonitas quæ potuit aliquando ceſſaſſe, quod naturalibus nō licet. Et ſi nō erit naturalis, iam nec æterna credenda, nec Deo par; quia non æterna, dum non naturalis: quæ denique nullam ſui perpetuitatem, aut dè præterito conſtituat, aut dè futuro repromittat. Nam & à primordio non fuit, & in finem ſine dubio non erit. Poteſt enim & non eſſe quandoque, ſicut non fuit aliquando. Igitur, cùm conſtet in primordio ceſſaſſe bonitatem Dei illius: (non enim à primordio liberauit hominem;) & voluntate potius eam, quàm infirmitate ceſſaſſe, iam voluntas ſuppreſſæ bonitatis, finis inuenietur malignitatis. Quid enim tam malignum, quàm nolle prodeſſe cùm poſſis? quàm vtilitatem cruciare? quam iniuriam ſinere? Totum denique Creatoris elogium in illum reſcribetur, qui ſæuitias eius, bonitatis ſuæ mora iuuit. Nam in cuius manu eſt quid nè fiat, eius iam deputatur, cùm fit. Homo damnatur in mortem, ob vnius arbuſculæ delibationem, & exinde proficiunt delicta cum pœnis; & pereunt iam omnes, qui paradiſi nullum ceſpitem norũt. Et hoc melior aliqui Deus aut neſcit, aut ſuſtinet? Si vt ex hoc melior inueniretur, quantò Creator deterior haberetur, ſatìs & in iſto conſilio malitioſus, qui & illum voluit oneratum operationibus eius admiſſis, & ſæculum in vexatione detinuit. Quid de tali medico iudicabis, qui nutriat morbum mora præſidij, & periculum extendat dilatione remedij, quò pretioſius aut famoſius curet? Talis & in Deum Marcionis dicenda ſententia eſt, mali permiſſorem, iniuriæ fautorem, gratiæ lenocinatorem, benignitatis præuaricatorem, quam non ſtatim cauſæ ſuæ exhibuit. Planè, ſi natura bonus, exhibiturus, & non acceſſione: ſi ingenio optimus, & non diſciplina: ſi ab æuo Deus, & non à Tiberio; immò (quod verius) à Cerdone, & Marcione. Tiberio nunc Deus ille præſtiterit, vt imperio eius diuina bonitas in terris dedicaretur.

a 1. Cor. 15. 56.

CAPVT XXIII.

Marcionis Deus non eſt rationabiliter bonus, qui hominem ab alio Deo creatum adiuuerit.

In p. ad m. V. inimici dilectio. 3. à m. ad f. V. Marcionis Deus. 14.

ALIAM illi regulam prætendo; ſicut naturalia, ita rationalia eſſe debere in Deo omnia. Exigo rationem bonitatis: quia nec aliud bonum haberi liceat, quod non rationaliter bonum ſit, nedum vt ipſa bonitas irrationalis deprehendatur. Facilius malum, cui rationis aliquid adfuerit, pro bono habebitur, quàm vt bonum ratione deſertum, non pro malo iudicetur. Nego rationalem bonitatem Dei Marcionis, iam hoc primò, quod in ſalutem proceſſerit hominis alieni. Scio dicturos: atquin hanc eſſe principalem, & perfectam bonitatem, cùm ſine vllo debito familiaritatis, in extraneos voluntaria & libera effunditur, ſecundùm quam, inimicos quoque

noſtros & hoc nomine iam extraneos diligere iubeamur. Cùm ergo nō à primordio ho- Matt. 5. 44.
minē reſpexit, à primordio extraneū, ceſſando præiudicauit cū extraneo nihil ſibi eſſe. Luc. 6. 27.
Cæterùm diſciplinam diligendi extraneum, vel inimicum, anteceſſit præceptum [a] *diligendi proximū tanquā teipſum*. Quod etſi ex lege Creatoris, & tu quoq; illud excipere debebis, vt à Christo nō deſtructū, ſed potius exſtructū. Nam, quò magis proximū diligas, diligere iuberis inimicum, & extraneum. Exageratio eſt debitæ bonitatis, exactio indebitæ. Antecedit autem debita indebitam, vt principalis, vt dignior miniſtra & comite ſua, id eſt, indebita. Prior igitur cùm prima bonitatis ratio ſit, in rem ſuam exhiberi ex iuſtitia; ſecunda autem in alienam, [b] *ex redundantia iuſtitiæ ſuper Scribarum & Phariſæorū*; quale eſt ſecundam ei rationem referri, cui deficit prima? non habenti proprium hominem, ac per hoc quoque exiguæ? Porro, exigua quæ ſuum non habuit, quomodo in alienum redundauit? Exhibe principalem rationem, & tunc vindica ſequētem. Nulla res ſine ordine rationalis poteſt vindicari, tantò abeſt vt ratio ipſa in aliquo ordinem amittat. Sit nunc & à ſecundo gradu incipiens ratio bonitatis, in extraneum ſcilicet, nec ſecundus illi gradus ratione conſtabit, alio modo deſtructus. Tunc enim rationalis habebitur vel ſecunda in extraneum bonitas, ſi ſine iniuria eius operetur, cuius eſt res. Quamcunque bonitatem, iuſtitia prima efficit rationalem. Sic & in principali gradu rationalis erit cùm in rem ſuam exhibetur, ſi iuſta ſit, ſic & in extraneum rationalis videri poterit, ſi non ſit iniuſta. Cæterùm, qualis bonitas, quæ per iniuriam conſtat, & quidem pro extraneo? Fortaſsè enim pro domeſtico aliquatenus rationalis habeatur bonitas iniurioſa: pro extraneo verò, cui nec proba legitimè deberetur, qua ratione tā iniuſta rationalis defenderetur? Quid enim iniuſtius, quid iniquius, & improbius, quā ita alieno beneſacere ſeruo, vt domino eripiatur, vt alij vindicetur, vt aduerſus caput domini ſubornetur, & quidem, quo indignius, in ipſa adhuc domo domini, de ipſius adhuc horreis viuens, ſub ipſius adhuc plagis tremens? Talis adſertor etiam damnaretur in ſæculo, nedum plagiator. Non aliter Deus Marcionis irrumpens in alienum mundū, eripiens Deo hominem, patri filium, educatori alumnum, domino famulum; vt eum efficiat Deo impium, patri irreligioſum, educatori ingratum, domino nequam. Oro te, ſi rationalis bonitas talem facit, qualem faceret irrationalis? Non putem impudentiorē, quàm qui in aliena aqua, alij Deo tinguitur, ad alienum cœlum alij Deo expanditur, in aliena terra alij Deo ſternitur, ſuper alienum panē alij Deo gratiarum actionibus fungitur, de alienis bonis, ob alium Deū, nomine eleemoſynæ & dilectionis operatur. Quis iſte Deus tam bonus, vt homo ab illo malus fiat? tam propitius, vt alium illi Deum, & Dominum quidem ipſius faciat iratum?

a Leuit. 19. 18.

b Matth. 5. 20.
Luc. 11. 39.

Rationis.

CAPVT XXIV.

Marcionis Deus non eſt perfectè bonus, quia ſolam animam ſaluat; non autem carnem: quam tamen baptizat, virginitati conſecrat, & martyrio.

In p. V. Marcionis Deus. 17. ad circa. f. à p. V. Dei bonitas. 6. & V. electi. in m. V. carnis opera, vt inſtrumenti, &c. 8. in f. V. Marcionis Deus. 16.

SED Deus, ſicut æternus, & rationalis, ita opinor & perfectus in omnibus. [a] *Eritis enim perfecti, quēadmodū Pater veſter qui in cælis eſt.* Exhibe perfectā quoq; bonitatē eius. Etſi de imperfecta ſatis cōſtat, quæ neq; naturalis inuenitur, neq; rationalis, nunc & alio ordine traducetur: nec iā imperfecta, immò & defecta, exigua, & exhauſta, minor numero materiarū ſuarū, quæ nō in omnibus exhibetur. Nō enim omnes ſalui fiunt, ſed pauciores omnibus & Iudæis, & Chriſtianis Creatoris. Pluribus vero pereuntibus, quomodo perfecta defenditur bonitas ex maiore parte ceſſatrix? paucis aliqua, pluribus nulla, cedēs perditioni, partiaria exitij? Quòd ſi plures ſalui nō erunt, erit iā non bonitas, ſed malitia perfectior. Sicut enim bonitatis operatio eſt, quæ facit ſaluos: Ita malignitatis, quæ non facit ſaluos. Magis autem nō faciens ſaluos, dum paucos facit, perfectior erit in nō iuuando, quàm iuuando. Non poteris & in Creatorem referre bonitatem, in omnes defectionem. Quem enim iudicem tenes, diſpenſatorē ſi fortè bonitatis oſtendis intelligendum, non profuſorem; quod Deo tuo vindicas. Vſque adeò hac ſola eum præfers bonitate Creatori; quam ſi ſolā profitetur, & totam, nulli deeſſe debuerat. Sed nolo iam de parte maiore pereuntium, imperfectum bonitatis arguere Deum Marcionis: ſufficit ipſos, quos ſaluos facit, imperfectæ ſalutis inuentos, imperfectā bonitatem eius oſtendere: ſcilicet anima tenus ſaluos, carne deperditos, quæ apud illum non reſurgit. Vnde hæc dimidiatio ſalutis, niſi ex defectione bonitatis? Quid enim tam perfectæ bonitatis, quàm totum hominē redigere in ſalutem, totum damnatum à Creatore, totum à Deo

a Matth. 5. 48.

ô primo allectum? Quod ſciam, & caro tinguitur apud illum, & caro de nuptiis tollitur, & caro in confeſſione nominis deſæuitur. Sed & ſi carni delicta reputantur, præcedit animæ reatus, & culpæ principatus animæ potius adſcribendus, cui caro miniſtri nomine occurrit. carens denique anima caro, hactenus peccat. Ita & in hoc iniuſta bonitas, & ſic quoque imperfecta; innocentiorem ſubſtantiam relinquens in exitium, obſequio non arbitrio delinquentem: cuius Chriſtus etſi non induit veritatem, vt tuæ hæreſi viſum eſt, imaginem tamen eius ſubire dignatus eſt. Ipſum quod mentitus eſt illam, aliquid ei debuit debuiſſe. Quid eſt autem homo aliud quàm caro? Si quidem nomen hominis, materia corporalis, non animalis, ab auctore ſortita eſt. [b] *Et fecit hominem Deus*,
b Gen. 2. 7. *inquit, limum dè terra*: non animam. anima enim de adflatu. *Et factus eſt homo in animam*
c Ibid. 8. *viuam*. quid? vtique qui dè limo. [c] *Et poſuit Deus hominem in paradiſo*: quod finxit, non quod flauit: qui caro nunc, non qui anima. Itaque ſi ita eſt, quo ore contendens perfectum bonitatis titulum, quæ non iam à partitione ſpeciali hominis liberandi defecit, ſed à proprietate generali? Si plena eſt gratia, & ſolida miſericordia, quæ ſoli animæ ſalutaris eſt? plus præſtat hæc vita, qua toti, & integri fruimur. Cæterum, ex parte reſurgere, multari erit, non liberari. Erat & illud perfectæ bonitatis, vt homo liberatus in fidem Dei optimi, ſtatim eximeretur dè domicilio atque dominatu Dei ſæui. At nunc
Gen. 3. 18. & febricitas, ô Marcionita, & cæteros tribulos, & ſpinas dolor carnis tuæ tibi edit; nec fulminibus tantùm, aut bellis, & peſtibus, aliiſque plagis Creatoris, ſed & ſcorpiis eius obiectus; in quo te putas liberatum dè regno eius, cuius te muſcæ adhuc calcant? Si dè futuro erutus es, cur non & de præſenti, vt perfectè. Alia eſt noſtra conditiò, apud auctorem, apud iudicem, apud offenſum principem generis. Tu tantummodo bonum Deum præfers. non potes autem perfectè bonũ oſtendere, à quo non perfectè liberaris.

CAPVT XXIIII.

Deus verus, non eſt ſolius bonitatis causâ æſtimandus.

A p. V. Dei iuſtitia & bonitas. 1 in m. V. Marcionis Deus. 12.

QVOD adtinet ad bonitatis quæſtionem, his lineis deduximus eam minimè Deo adæquari, vt neque ingenitã, neque rationalem, neque perfectã; ſed & improbam, & iniuſtã, & ipſo iam bonitatis nomine indignam: quòd ſcilicet in quantum Deo congruat, in tantum Deum non eſſe conueniat, qui dè tali bonitate etiam præferatur, nec dè tali modo, verùm & ſola. Iam enim & hoc diſcuti par eſt; An Deus dè ſola bonitate cenſendus ſit, negatis cæteris appendicibus, ſenſib. & affectibus, quos Marcionitæ quidem à Deo ſuo abigunt in Creatorem, nos verò & agnoſcimus in Creatore, vt Deo dignos. Et ex hoc quoquè negabimus Deum, in quo non omnia quæ Deo digna ſint, conſtent. Si aliquem dè Epicuri ſchola, Deum adfectauit Chriſti nomine titulare, vt quod beatum, & incorruptibile ſit, neque ſibi, neque alii moleſtias præſtet (hanc enim ſententiam ruminans Marcion, remouit ab illo ſeueritates, & iudiciarias vires) aut in totum immobilem, & ſtupentem Deum concepiſſe debuerat; & quid illi cum Chriſto, moleſto, & Iudæis per doctrinam, & ſibi per ſenſum? aut & dè cæteris motibus eum agnouiſſe, & quid illi cum Epicuro, nec ſibi nec Chriſtianis neceſſario? Ecce enim hoc ipſo quod retro quietus, qui nec notitiam ſui aliquo interim opere curauerit, poſt tantum æui ſenſerit in hominis ſalutem, vtique per voluntatem, nonnè cõcupiſcibilis tunc fuit nouæ voluntati, vt & cæteris motibus videatur obnoxius? Quæ autem voluntas ſine concupiſcentiæ ſtimulo eſt? Sed & cura accedet voluntati. Quis volet, quod non concupiſcet? Quis enim volet, quid & concupiſcet, & non curabit? Igitur cùm & voluit, & concupiit in hominis ſalutem, iam & ſibi, & aliis negotium fecit, Epicuro nolente, conſiliario Marcione. Nam & aduerſarium ſibi conſtituit, ipſum illud, aduerſus quod & voluit, & concupiit, & curauit, ſiue delictum, ſiue mortem: in primis ipſum arbitrum eorum, & dominum hominis Creatorem. Porro, nihil ſine æmulatione decurret, quod ſine aduerſario non erit. Denique volens, & concupiſcens, & curans hominem liberare, hoc ipſo iam æmulatur & eum à quo liberat; aduerſus eum ſcilicet ſibi liberaturus; & ea dè quibus liberat, in alia liberaturus. Proinde enim æmulationi concurrant neceſsè eſt officiales ſuæ, in ea quæ æmulatur, ira, diſcordia, odium, dedignatio, bilis, nolentia, offenſa. Hæc omnia, ſi æmulationi adſiſtunt, æmulatio autem liberando homini procurat; liberatio autem hominis, operatio bonitatis eſt; non poterit ea bonitas ſine ſenſibus, & affectibus, per quos adminiſtratur aduerſus Creatorem, nè ſic quoque irrationalis proſcribatur, ſi careat & ſenſibus, & affectibus debitis. Hæc multò plenius defendemus in cauſa Creatoris, in qua & exprobrantur.

CAPVT XXVI.

Deus verus, etiam iuſtus, & vindex eſſe debet, & pœnarum pro meritis exactor.

In p. V. Dei iuſtitia, & bonitas. 1.

AT hic ſufficit, peruerſiſſimum Deum oſtendi, in ipſo præconio ſolitariæ bonitatis, qua nolunt ei adſcribere eiuſmodi motus animi, quos in Creatore reprehendunt. Si enim neque æmulatur, neque iraſcitur, neque damnat, neque vexat, vtpote qui nec iudicem præſtat; non inuenio quomodo illi diſciplinarum ratio conſiſtat, & quidem plenior. Quale eſt enim, vt præcepta conſtituat non executurus? vt delicta prohibeat, non vindicaturus? quia non iudicaturus: extraneus ſcilicet ab omnibus ſenſibus ſeueritatis, & animaduerſionis. Cur enim prohibet admitti, quod non defendit admiſſum? cùm multò rectius non prohibuiſſet, quod defenſurus non eſſet, quàm vt non defenderet quod prohibuiſſet: immò & permiſiſſe directò debuit, ſine cauſa prohibiturus, vt non defenſurus. Nam & tunc tacitè permiſſum eſt, quod ſine vltione prohibetur. Et vtique non aliud prohibet admitti, quàm quod non amat fieri. Stupidiſſimus ergo qui non offenditur facto quod non amat fieri: quando offenſa comes ſit fruſtratæ voluntatis. Aut ſi offenditur, debet iraſci, ſi iraſcitur, debet vlciſci. Nam & vltio, fructus eſt iræ: & ira, debitum offenſæ; & offenſa, vt dixi, comes fruſtratæ voluntatis. Sed non vlciſcitur; ergo nec offenditur. Sed non offenditur; ergo nec læditur voluntas eius, cùm fit quod fieri noluit: & fit iam delictum ſecundùm voluntatem eius: quia non fit aduerſus voluntatem, quod non lædit voluntatem. Aut ſi hoc erit diuinæ virtutis, ſiue bonitatis, nolle quidem fieri, & prohibere fieri, non moueri tamen, ſi fiat; dicimus iam motum eſſe illum qui noluit: & vanè non moueri ad factum, qui motus ſit ad non faciendum, quando noluit fieri. Nolendo enim, prohibuit. non enim & iudicauit? nolendo fieri, & idcirco prohibendo; non faciendum enim iudicauit, & prohibendum pronuntiauit. Ergo & ille iam iudicat. Si indignum eſt Deum iudicare, aut ſi catenus dignum eſt Deum iudicare, quà tantummodò nolit, & prohibeat; non etiam defendat admiſſum. Atquin nihil Deo tam indignum, quàm non exequi quod noluit, & prohibuit admitti. Primò, quòd qualicunque ſententiæ ſuæ & legi, debeat vindictam, in auctoritatem, & obſequij neceſſitatem. Secundò, quia æmulum ſit neceſſe eſt quod noluit admitti, & nolendo prohibuit. Malo autem parcere Deum, indignius ſit, quàm animaduertere; & quidem Deo optimo, qui non aliàs plenè bonus ſit, niſi mali æmulus, vti boni amorem, odio mali exerceat, & boni tutelam expugnatione mali impleat.

CAPVT XXVII.

Si Deus tantùm bonus, non etiam vindex eſſet, ſine timore viuerent peccatores, omni ſe nequitiæ mancipantes.

In m. V. Timor Dei. 7. in f. V. Marcionis Deus. 15.

SED iudicat planè malum nolendo, & damnat prohibendo: dimittit autem non vindicando, & abſoluit non puniendo. O Deum veritatis præuaricatorem, ſententiæ ſuæ circumſcriptorem! Timet damnare quòd damnat, timet odiſſe quod non amat: factum ſinit, quod fieri non ſinit: mauult oſtendere quid nolit, quàm probare. Hoc erit bonitas imaginaria: diſciplina, phantaſma: & ipſa transfunctoria præcepta, ſecura delicta. Audite, peccatores, quique nondum hoc eſtis, vt eſſe poſſitis. Deus melior inuentus eſt, qui nec offenditur, nec iraſcitur, nec vlciſcitur; cui nullus ignis coquitur in gehenna, cui nullus dentium frendor horret in exterioribus tenebris; bonus tantùm eſt. denique, prohibet delinquere, ſed litteris ſolis. In vobis eſt, ſi velitis, illi obſequium ſubſignate, vt honorem Deo habuiſſe videamini: timorem enim non vult. Atque adeò præ ſe ferunt Marcionitæ, quòd Deum ſuum omnino non timeant. Malus autem, inquiunt, timebitur; bonus autem diligetur. Stulte, quem Dominum appellas, negas timendum; cùm hoc nomen poteſtatis ſit, etiam timendæ? At quomodo diliges, niſi timeas non diligere? Planè nec pater tuus eſt, in quem competat & amor, propter pietatem; & timor, propter poteſtatem? nec legitimus dominus, vt diligas propter humanitatem, & timeas propter diſciplinam? Sic denique plagiarij diliguntur, non etiam timentur. Non enim timebitur, niſi iuſta & ordinaria dominatio. Diligi autem poteſt etiam adultera. Sollicitatione enim conſtat, non auctoritate; & adulatione, non poteſtate. Quid denique adulantius, quàm delicta non exequi? Age itaque, qui Deum non times quaſi bonum, quid non in omnem libidinem ebullis?

ſummum quod ſciam, fructum vitæ omnibus qui Deum non timent; quid non liberalitas tam ſolemneis voluptates circi furentis, & caueæ ſæuientis, & ſcenæ laſciuientis? quid non & in perſecutionibus ſtatim oblata acerra, animam negatione lucrari? Abſit, inquis, abſit. Ergo iam times delictum, & timendo probaſti illum timeri, qui prohibet delictum. Aliud eſt, ſi eadem Dei tui peruerſitate, quem non times, obſeruas, qua & ille quod non vindicat, prohibet. Multò adhuc vanius eum interrogati, quid fiet peccatori cuique die illo? reſpondent, abjici illum quaſi ab oculis. Nonnè & hoc iudicio agitur? iudicatur enim abjiciendus, & vtique iudicio damnationis, niſi ſi in ſalutem abjicitur peccator, vt & hoc Deo optimo competat. Et quid erit abjici, niſi amittere id quod erat conſecuturus, ſi non abjiceretur? id eſt ſalutem. Ergo ſalutis in detrimentum abjicietur: & hoc decerni non poterit niſi ab irato, & offenſo, & executore delicti, id eſt iudice.

CAPVT XXVIII.

Ridet Marcionis Deum non habentem neque quo puniat, neque quo delicta remittat igne & aqua propria carens. Nec congruè regenerare poſſit homines, quos non genuit. Nec Spiritum ſanctum conferre, qui nec Animam contulit. &c.

Per totum V. Marcionis deus. 15.

EXITVS autem illi abiecto quis? Ab igne, inquiunt, Creatoris deprehendetur. Adeonè nullum habet elementum, vel in hanc cauſam prouiſum, quo peccatores ſuos vel ſine ſæuitia relêget, nè illos dedat Creatori? Quid tunc Creator? Credo ſulphuratiorem eis gehennam præparabit, vt blaſphemis ſuis ſcilicet: niſi quòd [a] *Deus zelotes* fortaſſe an deſertoribus aduerſarii ſui parcat. O Deum vſquequaque peruerſum, vbique irrationalem, in omnibus vanum, atque ita neminem! cuius non ſtatum, non conditionem, non naturam, non vllum ordinem video conſiſtere; jam nec ipſum fidei eius ſacramentum. Cui enim rei baptiſma quoque apud eum exigitur? Si remiſſio delictorum eſt, quomodo videbitur delicta dimittere, qui non videbitur retinere? quia retineret ſi iudicaret. Si abſolutio mortis eſt, quomodo abſolueret à morte, qui non deuinxit ad mortem? deuinxiſſet enim, ſi à primordio damnaſſet. Si regeneratio eſt hominis, quomodo regenerat, qui non generauit? Iteratio enim non competit ei, à quo quid nec ſemel factum eſt. Si conſecutio eſt Spiritus ſancti, quomodo ſpiritum attribuet, qui animam non prius contulit? quia factura eſt quodammodo ſpiritus, anima. Signat igitur hominem, nunquam apud ſe reſignatum; lauat hominem, nunquam apud ſe coinquinatum; & in hoc totum ſalutis ſacramentum, carnem mergit exortem ſalutis. Nec ruſticus terram rigabit, fructum non relaturam, niſi tam vanus, quàm Deus Marcionis. Proinde, cur tantam, ſiue ſarcinam, ſiue gloriam, infirmiſſimæ aut indigniſſimæ carni imponit ſanctitatem? Quid dicam autem de diſciplinæ vanitate, qua ſanctificat ſubſtantiam ſanctam? Quid aut onerat infirmam, aut exornat indignam? Quid non ſalute remunerat, quam onerat, vel éxornat? Quid fraudat mercedem operis, non rependens carni ſalutem? Quid & honorem ſanctitatis in illa mori patitur?

a Exo. 20. 5.

CAPVT XXIX.

Marcionis hæreſis ſtulta, ſolos Baptizans cælibes, & virgines, tollens & omnino coniugium à Deo benedictum, quo & genus hominum propagatur; & virgines, cælibes, omnis denique ſpeciei ſancti naſcuntur.

In p. ad m. V. Nuptias impugnant hæretici. 3. in m. in alphab. Errorum V. nuptiæ. 6. à m. ad f. V. nuptias impugnant hæretici. 4.

NON tinguitur apud illum caro, niſi virgo, niſi vidua, niſi cælebs, diuortio baptiſma mercata, quaſi non etiam ſpadonibus ex nuptiis nata. Sine dubio ex damnatione coniugij inſtitutio iſta conſtabit. Videamus an iuſta: non quaſi deſtructuri fælicitatem ſanctitatis, vt aliqui Nicolaitæ aſſertores libidinis atque luxuriæ; ſed qui ſanctitatem ſine nuptiarum damnatione nouerimus, & ſectemur, & præferamus; non vt malo bonum, ſed vt bono melius. Nôn enim projicimus, ſed deponimus nuptias: nec præſcribimus, ſed ſuademus ſanctitatem; ſeruantes & bonum, & melius pro viribus cuiuſque ſectando. tunc denique coniugium exertè defendentes, cùm inimicè accuſatur ſpurcitiæ nômine, in deſtructionem Creatoris, qui proinde coniugium pro rei honeſtate benedixit, in crementum generis humani, quemadmodum & vniuerſum conditionis, in integros, & bonos vſus. Non ideo autem & cibi damnabuntur, quia operoſius exquiſiti in gulam com-

mittunt: vt nec veſtitus ideo accuſabuntur, quia pretioſius comparati in ambitionem tumeſcunt. Sic nec matrimonii res ideo deſpuentur, quia in temperantius diffuſæ in luxuriam inardeſcunt. Multum differt inter cauſam, & culpam; inter ſtatum, & exceſſum. Ita huiuſmodi non inſtitutio, ſed exorbitatio reprobanda eſt, ſecundùm cenſuram
inſtitutoris ipſius; cuius eſt tam, [a] *Creſcite, & multiplicamini*, quàm &, [b] *Non adulterabis*, a Gen. 1. 28.
&, [c] *Vxorem proximi tui non concupiſces*; morte punientis & inceſtam, ſacrilegam, atque b Exo. 20. 14
monſtroſam in maſculos, & in pecudes libidinum inſaniam. Sed & ſi nubendi iam mo- c Deut. 5. 21.
dus ponitur, quem quidem apud nos ſpiritalis ratio, Paracleto auctore, defendit, vnum Leuit. 20. 15
in fide matrimonium præſcribens; eiuſdem erit modum figere, qui modum aliquando diffuderat: is colliget, qui ſparſit: is cædet ſiluam, qui plantauit: is metet ſegetem, qui
ſeminauit: is dicet, [d] *Supereſt, vt & qui vxores habent, ſic ſint quaſi non habeant*, cuius & d 1. Cor. 7.
retro fuit, [e] *Creſcite, & multiplicamini*: eiuſdem finis, cuius & initium. Non tamen vt 29.
accuſanda cæditur ſilua, nec vt damnanda ſecatur ſeges; ſed vt tempori ſuo parens. Sic e Gen. 1. 28.
& connubii res, non vt mala, ſecurem & ſalcem admittit ſanctitatis, ſed vt matura defungi, vt ipſi ſanctitati reſeruata, cui cædendo præſtat & eſſe. Vnde iam dicam Deum Marcionis cum matrimonium vt malum, & impudicitiæ negotium reprobat, aduerſus ipſam facere ſanctitatem, cui videtur ſtudere: Materiam enim eius eradit. Quia ſi nuptiæ non erunt, ſanctitas nulla eſt. Vacat enim abſtinentiæ teſtimonium, cùm licentia eripitur.
Quoniam ita quædam in diuerſis probantur. Sicut & [f] *virtus in infirmitate perficitur*, ſic & f 2. Cor. 12.
abſtinentia nubendi in facultate dinoſcitur. Quis denique abſtinens dicetur, ſublato eo à 9.
quo abſtinendum eſt? Quæ temperantia gulæ in fame? quæ ambitionis repudiatio in egeſtate? quæ libidinis infrænatio in caſtratione? Iam verò ſementem generis humani compeſcere in totum, neſcio an hoc quoque optimo Deo congruat. Quomodo enim ſaluum hominem volet, quem vetat naſci, de quo naſcitur, auferendo? quomodo habebit in quo bonitatem ſuam ſignet, quem eſſe non patitur? quomodo diligit, cuius originem non amat? Timet forſitan redundantiam ſobolis, nè laboret plures liberando, nè multos
faciat hæreticos, nè generoſiores habeat Marcionitas ex Marcionitis. Non erit immanior Exo. 1. 16.
duritia Pharaonis, naſcentium enecatrix: nam ille animas adimit, hic non dat. Ille aufert de vita, hic non admittit in vitam. Nihil apud ambos de homicidio differt: ſub vtroque, homo interficitur; ſub altero, iam editus; ſub altero edendus. Gratus eſſes, ô Deo hæretice, ſi iſſes in diſpoſitionem Creatoris, quòd marem & fœminam miſcuit: vtique enim & Marcion tuus, ex nuptiis natus eſt.

CAPVT XXX.

Breui Epilogo, lectorem ſequentibus libris præparat decurrendis.

SATIS hæc de Deo Marcionis, quem & definitiones vnicæ diuinitatis, & conditiones ſtatuum eius, omnino non eſſe confirmant. Sed & totius opuſculi ſeries in hoc vtique ſuccedit. Proinde, ſi cui minus quid videmur egiſſe, ſperet reſeruatum ſuo tempori, ſicut & ipſarum ſcripturarum examinationem, quibus Marcion vtitur.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI

ADVERSVS MARCIONEM LIB. II.

In librum ſecundum aduerſus Marcionem.

ARGVMENTVM.

Liber hic ſecundus, meritò à Pamelio inſcriptus eſt, De Deo iuſto, & tamen optimo. *quia diuinam bonitatem aſſerit, æquitate & iuſtitia potius compleri, quàm imminui; cùm Marcion ſuæ diuinitati ſolam bonitatem adſcriberet. Cæterùm libro de Anima cap. 21. alludit ad caput. 5. 6. 7. 8. in quibus hîc agit de libero arbitrio. vbi dicebat*: Hæc erit vis diuinæ gratiæ, potentior vtique natura, habens in nobis ſubiacentem ſibi liberam arbitrii poteſtatem &c. Ineſſe autem nobis, τὸ αὐτεξούσιον naturaliter, iam & Marcioni oſtendimus. *vnde patet prius ſcripſiſſe contra Marcionem, quàm de Anima. Item libro de Reſur. cap. 14.* Niſi, *inquit*, homo deliquiſſet, optimum ſolummodo Deum noſſet, ex na-

turæ proprietate; At nunc etiam iuſtum eum patitur, ex cauſæ ſuæ neceſſitate: tamen & hoc ipſo optimum, dum & iuſtum. Et bono enim iuuando, & malo puniendo, iuſtitiam exhibens, vtramque ſententiam bono præſtat; (id eſt, ex plenitudine bonitatis;) hinc vindicans iſtud, inde remunerans illud. Sed cum Marcione plenius diſces, an hoc Dei ſit totum. *Scorpiaci item cap. 5. huius etiam ſecundi libri mentionem facit, vbi ait:* longum eſt, vt Deum meum bonum oſtendam; quod iam à nobis didicerunt Marcionitæ. *tempus quo ſcripſit in libri primi argumento præſcripſimus.*

CAPVT PRIMVM.

Cum libro primo Tertullianus probauerit Deum Marcionis, Deum non eſſe, & vnicam eſſe diuinitatem: hoc ſecundo libro probat Deum noſtrum verè Deum eſſe, nempe bonum, & vnicum quærendum, adorandum, & promerendum, & timendum.

Per totum. V. Dei vnius notitia. 2.

OCCASIO reformandi opuſculi huius, cui quid acciderit primo libellulo præfati ſumus, hoc quoque contulit nobis, vti duobus diis aduerſus Marcionem retractandis, ſui cuique titulum, & volumen diſtingueremus, pro materiæ diuiſione; alterum De[um] in definientes omnino non eſſe, alterum defendentes dignè Deum eſſe: quatenus ita Pontico placuit alterum inducere, alterum excludere. Non enim poterat ædificare mendacium, ſine demolitione veritatis. Aliud ſubruere neceſsè habuit vt quod vellet, exſtrueret. Sic ædificat, qui propria paratura caret. Oportuerat autem in hoc ſolum diſceptaſſe, quòd nemo ſit Deus ille qui Creatori ſuperducitur; vt falſo Deo depulſo, regulis certis; & vnicam & perfectam præſcribentibus diuinitatem, nihil iam quæreretur in Deum verum: quem quantò conſtaret eſſe, ſic quoque dum alium eſſe non conſtat, tantò qualemcunque ſine controuerſia haberi deceret, adorandum potius, quam iudicandum; & demerendum magis, quàm retractandum, vel quàm timendum ob ſeueritatem. Quid enim amplius homini neceſſarium, quàm cura in Deum verum, in quem (vt ita dixerim) inciderat, quia alius Deus non erat.

CAPVT II.

Deus vnus non curioſe, & ex proprio ſenſu iudicandus, ſed ſimplici fide credendus; non hæretica electione diiudicandus; quem Adam licet peccando vindicem fecerit, non tamen ex iuſtitia malum, vt Marcion blaſphemauit.

In p. V. Dei vnius notitia. 2. à p. V. Dei vnius notitia. 1. in f. V. hæretici diuerſi 1.

AT nunc negotium patitur Deus omnipotens, dominus & conditor vniuerſitatis ideo tantùm opinor, quia à primordio notus eſt, quia nunquam latuit, quia ſemper illuxit, etiam antè Romulum ipſum, nedum antè Tiberium: niſi quòd ſolis hæreticis cognitus non eſt, qui ei negotium faciunt: propterea alium Deum exiſtimantes præſumendum, quia quem conſtat eſſe, reprehendere magis poſſunt, quàm negare; de arbitrio ſenſus ſui penſitantes Deum aliqui: proinde atque ſi cæcus, vel fluitantibus oculis ideo alium ſolem præſumere velit mitiorem & ſalubriorem; quia quem videat, non videt. Vnicus Sol eſt, ô homo, qui mundum hunc temperat; & quando non putas, optimus & vtilis, & quum tibi acrior & infeſtior, vel etiam ſordidior atque corruptior, rationi tamen ſuæ par eſt. Eam tu ſi perſpicere non vales, iam nec vllius alterius Solis, ſi qui fuiſſet, radios ſuſtinere potuiſſes, vtique maioris. Nam qui inferiorem Deum cæcutis, quid in ſublimiorem? Quin potius infirmitati tuæ parcis, nec in periculum extenderis, habens Deum certum & indubitatum & hoc ipſo ſatis viſum, cùm id primum conſpexeris eum eſſe, quem non ſcias, niſi ex parte quà voluit ipſe. Sed Deum quidem vt ſciens non negas, vt neſciens retractas: immò & accuſas quaſi ſciens; quem ſi ſcires, non accuſares, immò nec retractares. Reddens nomen illi, negas ſubſtantiam nominis, id eſt magnitudinis, quæ Deus dicitur, non tantam eam agnoſcens, quantam ſi homo omnifariàm noſſe potuiſſet, magnitudo non eſſet. Eſaïas iam tum Apoſtolus, proſpiciens hæ-

a Eſa. 40. 14 retica corda: [a] *Quis*, inquit, *cognouit ſenſum Domini, aut quis illi conſiliarius fuit, aut ad quem conſultauit? aut viam intellectus, & ſcientia quis demonſtrauit ei?* Cui & Apoſtolus

b Rom. 11. 33. 34. condicet: [b] *O profundum diuitiarum, & ſophiæ Dei: vt inueſtigabilia iudicia eius!* vtique

Dei

Dei iudicis; *& inueſtigabiles viæ eius!* vtique intellectus, & ſcientiæ, ques ei nemo
monſtrauit: niſi fortè iſti cenſores diuinitatis, dicentes: Sic non debuit Deus; & Sic
magìs debuit. [c] *quaſi ſi cognoſcat aliquis quæ ſint in Deo, niſi ſpiritus Dei.* [d] *Mundi autem* c 1. Cor. 2. 11
habentes ſpiritum, non agnoſcentes in ſapientia Dei, per ſapientiam Deum, conſultiores d 1. Cor. 1. 21
ſibimet videntur Deo. Quoniam ſicut [e] *ſapientia mundi, ſtultitia eſt penès Deum: ita*
& ſapientia Dei, ſtultitia eſt penès mundum. Sed nos ſcimus *ſtultum Dei ſapientius homi-* e 1. Cor 1. 25
nibus; & inualidum Dei, *validius hominibus.* Et ita Deus tunc maximè magnus, cùm
homini puſillus: & tunc maximè optimus, cum homini non bonus: & tunc maximè
vnus, cùm homini duo, aut plures. Quòd ſi à primordio, [f] *homo animalis non recipiens* f 1. Cor. 2. 14
quæ ſunt ſpiritus, ſtultitiam exiſtimauit Dei legem, vt quam obſeruare neglexit; ideo-
que non habendo fidem etiam quod videbatur habere, ademptum eſt illi, paradiſi gra- Luc. 8. 18.
tia, & familiaritas Dei, per quam omnia Dei cognouiſſet, ſi obediſſet: quid mirum ſi
redhibitus materiæ ſuæ, & in ergaſtulum terræ laborandæ relegatus, in ipſo opere
prono & deuexo ad terram, vſurpatum ex illa ſpiritum mundi, vniuerſo generi ſuo
tradidit, duntaxat animali, & hæretico, non recipienti quæ ſunt Dei? Aut quis du-
bitabit, ipſum illud Adæ delictum, hæreſin pronuntiare, quod per electionem ſuæ
potius, quàm diuinæ ſententiæ admiſit? Niſi quòd Adam nunquam [g] *figulo ſuo dixit,*
Non prudenter deſinxiſti me. confeſſus eſt ſeductionem: non occultauit ſeductricem. g Rom 9. 20.
rudis admodum hæreticus fuit. non obaudiit: non tamen blaſphemauit Creatorem,
nec reprehendit auctorem, quem à primordio ſui bonum & optimum inuenerat: &
ipſe ſi fortè iudicem fecerat à primordio.

CAPVT III.

Dei bonitas etiam ante hominis formationem, bonis ſe operibus manifeſtauit.

In. p. V. Dei vnius notitia. 6. à p. ad f. V. Dei bonitas. 3.

IGITVR oportebit ineuntes examinationem in Deum notum, ſi quæritur in qua conditione ſit notus, ab operibus eius incipere, quæ priora ſunt homine, vt ſtatim cum ipſo comperta bonitas eius, & exinde conſtituta atque præſcripta, aliquem ſenſum ſuggerat nobis intelligendi, qualiter ſequens rerum ordinatio euaſerit. Poſſunt autem diſcipuli Marcionis cognoſcentes bonitatem Dei noſtri, dignam quoque Deo agnoſcere per eoſdem titulos, per quos indignam oſtendimus in Deo illorum. Iam hoc ipſum, quod materia eſt agnitionis ſuæ, non apud alium inuenit, ſed de ſuo ſibi fecit. Prima denique bonitas Creatoris, qua ſe Deus noluit in æternum latere, id eſt, non eſſe aliquid, cui Deus cognoſceretur. Quid enim tam bonum, quàm notitia, & fructus Dei? Nam etſi nondum apparebat, hoc bonum eſſe, quia nondum erat quicquam cui appareret; ſed Deus præſciebat quid boni apparitiurum eſſet: & ideo in ſuam ſummam commiſit bonitatem, apparituri boni negotiatricem, non vtique repentinam, nec obuentitiæ bonitatis, nec prouocatitiæ animationis, quaſi exinde cenſendam, quo cœpit operari. Si enim ipſa conſtituit initium, exinde quo cœpit operari, non habuit initium ipſa cùm fecit. Initio autem facto, ab ea etiam ratio temporum nata eſt, vt pote quibus diſtinguendis & notandis, ſidera, & luminaria cœleſtia diſ-
poſita ſunt. [a] *Erunt enim*, inquit, *in tempora, & menſes, & annos.* Ergo nec tempus a Gen. 1. 14.
habuit antè tempus, quæ fecit tempus: ſicut nec initium antè initium, quæ conſtituit initium. Atque ita carens & ordine initii, & modo temporis, de immenſa & interminabili ætate cenſebitur; nec poterit repentina, vel obuentitia, & prouocatitia reputari, non habens vnde reputetur, id eſt, aliquam temporis ſpeciem; ſed & æterna, & Deo ingenita, & perpetua præſumenda, ac per hoc Deo digna, ſuffundens iam hinc bonitatem dei Marcionis, non dico initiis, & temporibus, ſed ipſa malitia Creatoris poſteriorem, ſi tamen malitia potuit à bonitate committi.

CAPVT IV.

Dei bonitas, homini domicilium mundi proſpexit, ſuis operibus benedicens; dehinc hominem non verbo tantùm & iuſſu, ſed & manu fecit eique viuam animam inſpirauit, & delitias paradiſi contulit, legem dedit, & tranſgreſſionis periculi admonuit.

In p. V. Dei bonitas. 5. in m. V. Maria 10. & Homo Imago Dei. 1. à m. V. Eccleſia. 7. in f. V. lex prima. 6.

IGITVR, quum cognoſcendo Deo, hominem proſpexiſſet bonitas Dei [illegible] hoc præconio ſuo addidit, quòd prius domicilium homini commentata eſt [illegible] poſtmodum molem maximam, poſtmodum & majorem, vt in magna tanquam in minore proluderet, atque proficeret: & ita de bono Dei, id eſt de magno, ad optimum quoque eius, id eſt, ad majus habitaculum promoueretur. Adhibet operi bono optimum etiam miniſtrum, ſermonem ſuum. [a] *Eructauit*, inquit, *cor meum ſermonem optimum*.

a Pſal. 44. 1.

Agnoſcat hinc primum fructum optimum, vtique optimæ arboris Marcion importuniſſimus ruſticus quidem in malam, bonam inſeruit: ſed non valebit blaſphemiæ ſurculus, areſcet cum ſuo artifice, & ita ſe bonæ arboris natura teſtabitur. Adſpice ad [illegible] mam, qualia ſermo fructificauerit. [b] *Et dixit Deus, Fiat, & factum eſt; & vidit Deus quia bonum*: non quaſi neſciens bonum, niſi videret: ſed quia bonum, ideo videns, honorans, & conſignans, & diſpungens bonitatem operum, dignatione conſpectus. Sic & benedicebat, quæ benè faciebat, vt tibi totus Deus commendaretur, bonus, & dicere, & facere. Maledicere adhuc ſermo non norat, quia nec malè facere. Videbimus cauſas, quæ hoc quoque à Deo exegerunt. Interim mundus ex bonis omnibus conſtitit, ſatis præmonſtrans quantum boni pararetur illi, cui præparabatur hoc totum. Quis denique dignus incolere Dei opera, quàm *ipſius imago, & ſimilitudo*? Eam quoque bonitas & quidem operantior operata eſt, non imperiali verbo, ſed familiari manu, etiam verbo blandiente præmiſſo, [c] *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*. Bonitas dixit, bonitas finxit hominem de limo, in tantam ſubſtantiam carnis, ex vna materia tot qualitatibus exſtructam. Bonitas inflauit animam, non mortuam, ſed viuam. Bonitas præfecit vniuerſis fruendis atque regnandis, etiam cognominandis. Bonitas amplius delicias adiecit homini, vt quamquam totius orbis poſſidens, in amœnioribus moraretur, tranſlatus in paradiſum, iam tunc de mundo in Eccleſiam. Eadem bonitas & adiutorium proſpexit, nè quid non boni; [d] *Non eſt enim*, inquit, *bonum, ſolum eſſe hominem*. Sciebat illi ſexum Mariæ, & deinceps Eccleſiæ profuturum. Sed & quam arguis legem, quam in controuerſias torques, bonitas erogauit, conſulens homini quo Deo adhæreret, nè non tam liber, quàm abiectus videretur, æquandus famulis ſuis cæteris animalibus, ſolutis à Deo, & ex faſtidio liberis: ſed vt ſolus homo gloriaretur, quòd ſolus dignus fuiſſet qui legem à Deo ſumeret; vtque animal rationale, intellectus & ſcientiæ capax, ipſa quoque libertate rationali contineretur; [e] *ei ſubiectus, qui ſubiecerat illi omnia*. Cuius legis obſeruandæ conſilium, bonitas pariter adſcripſit: [f] *Qua die autem ederitis, morte moriemini*. Benigniſſimè enim demonſtrauit exitum tranſgreſſionis, nè ignorantia periculi, negligentiam iuuaret obſequii. Porro, ſi legis imponendæ ratio præceſſit, ſequebatur etiam obſeruandæ, vt pœna tranſgreſſioni adſcriberetur; quam tamen euenire noluit, qui antè prædixit. Agnoſce igitur bonitatem Dei noſtri interim, vel hucuſque ex operibus bonis, ex benedictionibus bonis, ex indulgentiis, ex prouidentiis, ex legibus & præmonitionibus bonis, & benignis. Iam hinc ad quæſtiones omnes.

b Gen. 1. per totum.

c Gen. 1. 26.

Gen. 2. 8.

d Gen. 2. 18.

e 1. Cor. 15. 28.

f Gen. 2. 17.

CAPVT V.

Quidquid oblatret Marcion, non Deo præſcio, & bono; ſed hominis arbitrio, eius imputandus eſt lapſus.

In p. ad vltra. m. V. blaſphemia. à m. V. libertas. 3. in f. V. libertas. 5.

Apoc. 22. 15

O canes, quos foras Apoſtolus expellit, latrantes in Deum veritatis! hæc ſunt argumentationum oſſa quæ obroditis. Si Deus bonus, & præſcius futuri, & auertendi mali potens, cur hominem, & quidem imaginem & ſimilitudinem ſuam, immò & ſubſtantiam ſuam, per animæ ſcilicet cenſum, paſſus eſt labi de obſequio legis in mortem, circumventum à diabolo? Si enim & bonus, qui euenire tale quid nollet, & præſcius qui euenturum non ignoraret, & potens qui depellere valeret, nullo modo eueniſſet, quod ſub his tribus conditionibus diuinæ maieſtatis euenire non poſſet. Quod ſi euenit, abſolutum eſt, è contrario Deum neque bonum credendum, neque præſcium, neque potentem. Siquidem in quantum nihil tale euenisset, ſi talis Deus, id eſt bonus, & præſcius, & potens; in tantum ideo euenit, quia non talis Deus. Ad hæc, Prius eſt iſtas ſpecies in Creatore defendere, quæ in dubium vocantur; bonitatem dico, & præſcientiam,

Io. 10. 25. & potentiam. Nec immorabor huic articulo, præeunte definitione etiam ipſius

etiam ipſius Chriſti. Ex operibus ineundæ probationes. Opera Creatoris vtrumque teſtantur, & bonitatem eius, qua bona, ſicut oſtendimus; & potentiam quà tanta; & quidem ex nihilo. Nam etſi ex aliqua materia, vt quidam volunt, hoc ipſo tamen ex nihilo, dum non id fuerunt, quod ſunt. Poſtremò, vel ſic magna, dum bona: vel ſic Deus potens, dum omnia ipſius, vnde & omnipotens. De præſcientia verò quid dicam? quæ tantos habet teſtes, quantos fecit prophetas? Quamquam quis præſcientiæ titulus in omnium auctore, qua vniuerſa vtique diſponendo præſciit, & præſciendu diſpoſuit. Certè ipſam tranſgreſſionem; quam niſi præſciſſet, nec cautionem eius delegaſſet ſub metu mortis. Igitur ſi & fuerunt in Deo iſtæ facultates, præ quibus nihil mali euenire homini aut potuiſſet, aut debuiſſet, & nihilominus euenit; videamus & hominis conditionem, nè per illam potius euenerit, quod per Deum euenire non potuit. Liberum, & ſui arbitrii, & ſuæ poteſtatis inuenio hominem à Deo inſtitutum, nullam magìs imaginem & ſimilitudinem Dei in illo animaduertens, quàm eiuſmodi ſtatus formam. Neque enim facie & corporalibus lineis, tam variis in genere humano, ad vniformem Deum expreſſus eſt; ſed in ea ſubſtantia, quam ab ipſo Deo traxit, id eſt animæ, ad furmam Dei
reſpondentis, & arbitrii ſui libertate, & poteſtate ſignatus eſt. Hunc ſtatum eius confir- Gen. 2. 17.
mauit etiam ipſa lex, tunc à Deo poſita. Non enim poneretur lex ei, qui non haberet obſequium debitum legi in ſua poteſtate: nec rurſus comminatio mortis tranſgreſſioni adſcriberetur, ſi non & contemptus legis in arbitrii libertatem humini deputaretur.
Sic & in poſteris legibus Creatoris inuenias, [a] *proponentis antè hominem bonum & malum,* a Eccli. 15. 18
vitam & mortem: ſed nec aliàs totum ordinem diſciplinæ per præcepta diſpoſitum, auocante Deo, & minante, & exhortante; niſi & ad obſequium, & ad contemptum libero & voluntario homine.

CAPVT VI.

Dei bonitas, & humanæ naturæ perfectio exigebat, vt homo liber crearetur; alias non iuſtè boni, vel malè facti merces ei redderetur, qui non voluntate, ſed neceſſitate, benè, vel malè ageret.

In p. V. libertas. 9 à p. V. Bonitas. 1. circa m. V. Dei bonitas 4. & V. libertas. 2. & V. libertas. 3. in f. à m. V. libertas. 8. circa f. V. lex prima. 4. in f. V. libertas. 4.

SED quoniam ex hoc iam intelligimur, cò ſtruentes liberam hominis poteſtatem arbitrii ſui, vt quod ei euenit, non Deo, ſed ipſi debeat exprobrari; nè & tu hinc iam opponas, non ita illum inſtitui debuiſſe, ſi libertas & poteſtas arbitrii exitioſa futura eſſet; hoc quoque prius defendam, ita inſtitui debuiſſe, quò fortius commendem, & ita inſtitutum, & dignè Deo inſtitutum, potiore oſtenſa ea cauſa quæ ita fecit inſtitui. Bonitas Dei, & ratio eius, huic quoque inſtituto patrocinabuntur, in omnibus conſpirantes apud Deum noſtrum. Nec ratio enim ſine bonitate, ratio eſt; nec bonitas ſine ratione, bonitas: niſi fortè penès Deum Marcionis irrationaliter bonum, ſicut oſtendimus. Oportebat Deum cognoſci: bonum hoc vtique, & rationale. Oportebat dignum aliquid eſſe, quod Deum cognoſceret: quid tam dignum proſpici poſſet, quàm imago Dei & ſimilitudo? Et hoc bonum, ſine dubio, & rationale. Oportebat igitur imaginem & ſimilitudinem Dei, liberi arbitrii, & ſuæ puteſtatis inſtitui, in qua hoc ipſum, imago & ſimilitudo Dei deputaretur; arbitrii ſcilicet libertas & poteſtas: in quam rem ea ſubſtantia homini incommodata eſt, quæ huius ſtatus eſſet, adflatus Dei; vtique liberi & ſuæ poteſtatis. Sed & aliàs quale erat vt totius mundi poſſidens homo, non in primis animi ſui poſſeſſione regnaret, aliorum dominus, ſui famulus? Habes igitur & bonitatem Dei agnoſcere ex dignatione, & rationem ex diſpoſitione. Sola nunc bonitas deputetur, quæ tantum homini largita ſit, id eſt, arbitrii libertatem. Aliud ſibi ratio defendat in eiuſmodi inſtitutionem. Nam bonus natura Deus ſolus. Qui enim quod eſt ſine initio habet, non inſtitutione habet illud, ſed natura. Homo autem, qui totus ex inſtitutione eſt, habens initium, cum initio ſortitus eſt formam qua eſſet: atque ita non natura in bonum diſpoſitus eſt, ſed inſtitutione; non ſuum habens bonus eſſe quia non natura in bonum diſpoſitus eſt, ſed inſtitutione, ſecundùm inſtitutorem bonum, ſcilicet bonorum conditorem. Vt ergo bonum iam ſuum haberet homo, emancipatum ſibi à Deo, & fieret proprietas iam boni in homine, & quodammodo natura, de inſtitutione adſcripta eſt illi, quaſi libripens emancipati à Deo boni, libertas & poteſtas arbitrii, quæ efficeret, bonum, vt proprium, iam ſponte præſtari ab

homine; quoniam & hoc ratio bonitatis exigeret voluntariè exercendæ; ex libertate ſcilicet arbitrii, non fauente inſtitutioni, non ſeruiente: vt ita demum bonus conſiſteret homo, ſi ſecundùm inſtitutionem quidem, ſed ex voluntate iam bonus inueniretur, quaſi de proprietate naturæ: proinde vt & contra malum (nam & illud vtique Deus prouidebat) fortior homo prætenderet, liber ſcilicet & ſuæ poteſtatis: quia ſi careret hoc iure, vt bonum quoque non voluntate obiret, ſed neceſſitate, vſurpabilis etiam malo futurus eſſet ex infirmitate ſeruitii, proinde & malo, ſicut bono famulus. Tota ergo libertas arbitrii in vtramque partem conceſſa eſt illi, vt ſui dominus conſtanter occurreret, & bono ſponte ſeruando, & malo ſponte vitando: quoniam & aliàs poſitum hominem ſub iudicio Dei, oportebat iuſtum illud efficere de arbitrii ſui meritis, liberi ſcilicet. Cæterùm, nec boni, nec mali merces iure penſaretur ei, qui aut bonus, aut malus neceſſitate fuiſſet inuentus, non voluntate. In hoc & lex conſtituta eſt, non excludens, ſed probans libertatem, de obſequio ſponte præſtando, vel tranſgreſſione ſponte committenda; ita in vtrumque exitum libertas patuit arbitrii. Igitur ſi & bonitas, & ratio Dei inuenitur circa libertatem arbitrii conceſſam homini, non oporter omiſſa prima definitione bonitatis, atque rationis, quæ antè omnem tractatum conſtituenda eſt, pòſt factis præiudicare, non ita Deum inſtituere debuiſſe, quia aliter quam Deum deceret euaſit; ſed diſpecto, quia ita debuerit inſtituere, ſaluo eo quod diſpectum eſt, cætera explorare. Cæterùm, facilè eſt offendentes ſtatim in hominis ruinam, antequam conditionem eius inſpexerint, in auctorem referre quod accidit, quia nec auctoris examinata ſit ratio. Denique, & bonitas Dei à primordio operum perſpecta, perſuadebit nihil à Deo mali euenire potuiſſe, & libertas hominis recogitata, ſe potius ream oſtendet, quod ipſa commiſit.

CAPVT VII.

Dei grauitas, fides, & conſtantia traditam ſemel homini, non debuit impedire libertatem, licet ea abuſurum eſſe præſciret. Nec enim legiſlatori, præmonenti, terrenti, gratiam qua homo tentationem vinceret, & libertatem qua gratia ſibi ſubiecta vti poſſet tribuenti, culpa imputanda eſt, ſed homini, gratia & libertate ſponte ſua abutenti.

In p. V. libertas. 4. à p. ad f. V. libertas. 10.

HAc definitione omnia Deo ſalua ſunt; & natura bonitatis, & ratio diſpoſitionis, & præſcientiæ, & potentiæ copia. Exigere tamen à Deo debes & grauitatem ſummam, & fidem præcipuam in omni inſtitutione eius, vt deſinas quærere, an Deo nolente potuerit quid euenire. Tenens enim grauitatem & fidem Dei boni, ſed rationalibus inſtitutionibus eius vindicandas, nec illud miraberis, quòd Deus non intercesſerit aduerſus ea, quæ noluit euenire; vt conſeruaret ea, quæ voluit. Si enim ſemel homini permiſerat arbitrii libertatem & poteſtatem, & dignè permiſerat, ſicut oſtendimus, vtique fruendas eas ex ipſa inſtitutionis auctoritate permiſerat; fruendas autem quantum in ipſo, ſecundùm ipſum; id eſt, ſecundùm Deum, id eſt, in bonum: quis enim aduerſus ſe permitter aliquid? quantum verò in homine, ſecundùm motus libertatis ipſius? Quis enim non hoc præſtat ei, cui ſemel frui præſtat, vt pro animo & arbitrio ſuo fruatur? Igitur conſequens erat, vti Deus ſecederet à libertate, ſemel conceſſa homini; id eſt, contineret in ſemetipſo & præſcientiam & præpotentiam ſuam, per quas interceſſiſſe potuiſſet, quo minus homo malè libertate ſua frui aggreſſus, in periculum laberetur: Si enim interceſſiſſet, reſcidiſſet arbitrii libertatem, quam ratione & bonitate permiſerat. Denique, puta interceſſiſſe, puta reſcidiſſe illum arbitrii libertatem, dum reuocat ab arbore, dum ipſum circumſcriptorem colubrum à congreſſu fœminæ arcet, nonnè exclamaret Marcion? O dominum futilem, inſtabilem, infidelem, reſcindentem quæ inſtituit! Cur permiſerat liberum arbitrium, ſi intercedit? cur intercedit, ſi permiſit? Eligat vbi ſemetipſum erroris notet, in inſtitutione, an in reſciſſione. Nonnè tunc magis deceptus ex impræſcientia futuri videretur, cùm obſtitiſſet? & quod quaſi ignorans quomodo euaſurum eſſet, indulſerat, quis non diceret? Sed eti præſcierat malè hominem inſtitutione ſua vſurum, quid tam dignum Deo, quàm grauitas, quàm fides inſtitutionum qualiumcunque? Vidiſſet homo, ſi non benè diſpunxiſſet, quod benè acceperat; vt ipſe legi reus fuiſſet, cui obſequi noluiſſet, non vt legiſlator ipſe fraudem legi ſuæ faceret, non ſinendo præſcriptum eius impleri. Hæc digniſſimè peroraturus in Creatorem, ſi libero arbitrio hominis, ex prouidentia & potentia, quas exigis, obſtitiſſet; nunc tibi inſuſurra pro Creatore & grauitatem, & patientiam, & fidem, inſtitutionibus ſuis functo, vt & rationalibus, & bonis.

Gen. 2. 17.
Gen. 3. 15.

CAPVT VIII.

Homini ſoli peccatum imputandum eſt, quem Deus ad rectè viuendum, in plena libertate & gratia creauerat.

In p. V. lex prima 5. à p. V. mors 8. In m. V. Hominis dignitas. 6. & V. lex prima 3. in f. V. libertas. 11. & in alphab. errorum. V. libertas.

NEQVE enim ad viuendum ſolummodò produxerat hominem, vt non ad rectè viuendum, in reſpectu ſcilicet Dei, legiſque eius. Igitur viuere quidem ille ipſe præſtiterat, [a] *facto in animam viuam*, rectè verò viuere demandarat, admonito in legis obſequium. Ita non in mortem inſtitutum hominem probat, qui nunc cupit in vitam a Gen. 2. 7.
reſtitutum; [b] *malens peccatoris pœnitentiam, quàm mortem*. Igitur, ſicut Deus homini vitæ
ſtatum induxit; ità homo ſibi mortis ſtatum attraxit. Et hoc non per infirmitatem, ſicuti b Ezech. 18. 23.
nec per ignorantiam, nè quid auctori imputaretur. Nam etſi angelus qui ſeduxit; ſed
liber, & ſuæ poteſtatis, qui ſeductus eſt; ſed imago & ſimilitudo Dei, fortior angelo; Gen. 2. 3.
ſed adflatus Dei generoſior ſpiritu materiali, quo angeli conſtiterunt. [c] *Qui facit, inquit,* Gen 3. 5.
ſpiritus angelos, & apparitores flammam ignis. Quia nec vniuerſitatem homini ſubiecißet c Pſ. 103. 4. Hebr. 1. 7.
infirmo dominandi, & [d] *non potiori angelis*, quibus nihil tale ſubiecit. Sic nec legis pon- d Pſ. 8. 6.
dus impoſuiſſet, ſi grauis lex inualido ſuſtinendi; nec quem excuſabilem ſciret nomine imbecillitatis, eum definitione mortis conueniſſet. poſtremò, non libertate, nec poteſtate arbitrij feciſſet infirmum, ſed potius defectione earum. Atque adeò eundem hominem, eandem ſubſtantiam animæ, eundem Adæ ſtatum, eadem arbitrij libertas &
poteſtas, victorem efficit hodie de eodem diabolo, cùm ſecundùm obſequium legum Gen. 2. 3.
eius adminiſtratur.

CAPVT IX.

Deo peccatum hominis anima & voluntate libera commiſſum imputandum non eſt, ex eo quod anima ex afflatu Dei ſit homini infuſa, neque enim ideo debuit ſicut Deus, ſic impeccabilis eſſe anima; quæ licet rationalis, libera, immortalis, ad imaginem Dei creata, aliquando etiam futuri ſit præſcia; tamen non ad omnem vim diuinitatis, & indefectibilitatis eſt prouecta.

In p. ad circa f. V. Animæ dignitas. 2. à m. V. Hominis dignitas. 7. in f. V. peccatum. 2.

QVOQVO tamen, inquis, modo ſubſtantia Creatoris delicti capax inuenitur, quum adflatus Dei, id eſt anima, in homine deliquit: nec poteſt non ad originem ſummam referri corruptio portionis. Ad hoc interpretanda erit qualitas animæ. In primis tenendum, quod Græca ſcriptura ſignauit, adflatum nominans, non ſpiritum. Quidam enim de Græco interpretantes, non recogitata differentia, nec curata proprietate verborum, pro adflatu, ſpiritum ponunt, & dant hæreticis occaſionem ſpiritum Dei delicto infuſcandi, id eſt, ipſum Deum. & vſurpata iam quæſtio eſt. Intellige itaque adflatum minorem ſpiritu eſſe, etſi de ſpiritu accidit, vt aurulam eius, non tamen ſpiritum. nam & aura vento rarior, etſi de vento aura, non tamen ventus aura. Capit etiam
imaginem ſpiritus, dicere flatum. nam & ideo homo imago Dei, id eſt, ſpiritus: [a] *Deus* a Io. 4. 24.
enim ſpiritus. Imago ergo ſpiritus, flatus. Porro, imago veritati non vſquequaque adæquabitur. Aliud eſt enim ſecundùm veritatem eſſe; aliud ipſam veritatem eſſe. Sic & adflatus, quum imago ſit ſpiritus, non poteſt ita imaginem Dei comparare, vt quia veritas, id eſt ſpiritus, id eſt Deus, ſine delicto eſt; ideo & adflatus, id eſt imago, non debuerit admiſiſſe delictum. In hoc erit imago minor veritate, & adflatus ſpiritu inferior, habens illas vtique lineas Dei, quà immortalis anima, quà libera & ſui arbitrij, quà præſcia plerumque, quà rationalis, capax intellectus & ſcientiæ: tamen & in his imago, & non vſque ad ipſam vim diuinitatis; ſic nec vſque ad integritatem à delictos quia hoc ſoli Deo cedit, id eſt veritati, & hoc ſolùm imagini nõ licet. Sicut enim imago, quũ omnes lineas exprimat veritatis, vi tamen ipſa caret, non habens motum: ita & anima, imago ſpiritus, ſolã vim eius exprimere non valuit, id eſt, non delinquendi fœlicitatem. Cæterũ, nõ eſſet anima, ſed ſpiritus; nec homo, qui animã ſortitus eſt, ſed Deus. Et aliàs autẽ, non omne quod Dei erit, Deus habebitur: vt expoſtules Deum & adflatum, id eſt, vacuum à delicto, quia Dei ſit adflatus. Nec tu enim ſi in tibiam flaueris, hominẽ tibiam
feceris, quamquam de anima tua flaueris ſicut & Deus de ſpiritu ſuo. Denique, quum
manifeſtè ſcriptura dicat: *Flaſſe Deum in faciem hominis & factum hominẽ in animã viuam*, Gen. 2. 3.
non in ſpiritum viuificatorem; ſeparauit eam à conditione factoris. Opus enim aliud ſit neceſsè eſt ab artifice, id eſt, inferius artifice. Nec vrceus enim factus à figulo, ipſe erit

Ff iij

figulus; ita nec adflatus factus à ſpiritu, ideo erit ſpiritus. Ipſum quod anima, vocitatus eſt flatus. Vide etiam nè dè adflatus conditione, tranſierit in aliquam diminutiorem qualitatem. Ergo, inquis, dediſti animæ infirmitatem ſuptà negatam. Planè quum illam exigis Deo parem, id eſt, delicti immunem, dico infirmam: quum verò ad angelum prouocatur, fortiorem defendam neceſsè eſt dominũ vniuerſitatis; [b] *cui iam angeli*
b Hebr. 1.7. *adminiſtrant*; [c] *qui etiã angelos iudicaturus eſt*, ſi in Dei lege cõſtiterit, quod in primordio
14. noluit. Hoc ipſum ergo potuit adflatus Dei admittere. Potuit, ſed non debuit: potuiſſe
c 1. Cor. 6.3. enim habuit, per ſubſtantiæ exilitatẽ, quà adflatus, non ſpiritus: non debuiſſe autẽ, per arbitrij poteſtatem, quà liber, non ſeruus; adſiſtente amplius demonſtratione non delinquendi ſub comminatione moriendi, qua ſubſtrueretur ſubſtantiæ exilitas, & regeretur ſententiæ libertas. Itaque non per illud iam videri poteſt anima deliquiſſe, quod illi cum Deo affine eſt, id eſt, per adflatum: ſed per illud quod ſubſtantiæ acceſſit, id eſt, per liberum arbitrium; à Deo quidem rationaliter attributum; ab homine verò, quà voluit agitatum. Quòd ſi ita ſe habent, omnis iam Dei diſpoſitio, dè mali exprobratione purgatur. Libertas enim arbitrij non ei culpam ſuam reſpuet, à quo data eſt; ſed à quo, non vt debuit, adminiſtrata eſt. Quod denique malum diſcribes Creatori? ſi delictum hominis; non erit Dei, quod eſt hominis: nec idem habendus eſt delicti auctor, qui inuenitur interdictor, immò & condemnator. Si mors malum, nec mors comminatori ſuo, ſed contemptori faciet inuidiam, vt auctori. Contemnendo enim, eam fecit; non vtique futuram, ſi non contempſiſſet.

CAPVT X.

Quamuis in diabolum tentatorem transfunderetur hominis culpa, non tamen Deo eius Creatori deberet aſcribi. Hunc enim Deus non diabolum, id eſt delatorem, ſed Angelum & bonum fecit.

In p. V. peccatum 3. à p ad circa f. V. Angelus 2. in f. V. diabolus. 20.

a Pſ. 103. 5. SED etſi ab homine in diabolum tranſcripſeris mali elogium, vt in inſtinctorẽ delicti,
Hebr. 1. 7. vti ſic quoque in Creatorẽ dirigas culpam, vt in auctorẽ diaboli, [a] *qui facit angelos ſpiritus*: ergo quod factus à Deo eſt, id eſt angelus, id erit eius, qui fecit; quod autem factus à Deo non eſt, id eſt diabolus, id eſt delator, ſupereſt vt ipſe ſeſe fecerit, deferendo dè
Gen. 3. 3. & ſeq. Deo, & quidem falſum: primò, quòd Deus illos ex omni ligno edere vetuiſſet: dehinc quaſi morituri non eſſent, ſi ediſſent: tertiò, quaſi Deus illis inuidiſſet diuinitatem. Vnde igitur malitia mendacij & fallaciæ in homines, & infamiæ in Deum? à Deo vtique
Ezec. 28.12 non, qui & angelum ex forma operum bonorum, inſtituit bonum. Denique ſapientiſſimus omnium editur, antequam diabolus; niſi malum eſt ſapientia. Et ſi euoluas Eze-
b Ezech. 28. chielis prophetiam, facilè animaduertes tam inſtitutione bonum angelum illum, quàm
1. 12. & ſeq. ſponte corruptum. In perſona enim principis Tyr, ad diabolum pronuntiatur: [b] *Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, ſume planctum ſuper principem Tyr; & dices, Hac dicit Dominus, Tu es reſignaculum ſimilitudinis*: qui ſcilicet integritatem imaginis & ſimilitudinis reſignaueris; *Plenus ſapientia, corona decoris*; hoc vt eminentiſſimo angelorum,
c Ibid. 13. vt archangelo, vt ſapientiſſimo omnium; [c] *In delicijs paradiſi Dei tui natus es*: Illic enim, vbi Deus, in ſecunda animalium figuræ formatione, angelos fecerat. *Lapidem optimum indutus es; Sardium, topazium, ſmaragdum, carbunculum, ſaphirum, iaſpin, lyncurium, achaten, amethyſtum, chryſolithum, beryllum, onychinum; & auro repleſti horrea tua, & theſauros tuos. Ex qua die conditus es, cum Cherub poſui te in monte ſancto Dei. fuiſti in medio lapidum igneorum. fuiſti inuituperabilis in diebus tuis, ex qua die conditus es, donec inuenta ſunt læſura*
d Ibid. 16. *tua.* [d] *De multitudine negotiationis tua promas tuas repleſti, & deliquiſti*: Et cætera. Quæ ad ſugillationem angeli, non ad illius principis propriè pertinere manifeſtum eſt, eo quòd
Gen. 2. 15. nemo hominum in paradiſo Dei natus ſit; nè ipſe quidem Adam, tranſlatus potius
Ezec. 28.14 illuc: nec cum Cherub poſitus in monte ſancto Dei, id eſt, in ſublimitate cœleſti, de
Luc. 10 18. qua Satanam Dominus quoque decidiſſe teſtatur; nec inter lapides igneos demoratus,
Ezec. 28.14. inter gemmantes ſiderum ardentium radios, vnde etiam quaſi fulgur deiectus eſt Satanas. Sed ipſe auctor delicti, in perſona peccatoris viri denotabatur; retro quidem
Ibid. 15. *inuituperabilis à die conditionis ſua*, à Deo in bonum conditus, vt à bono conditore inuituperabilium conditionum, & exculptus omni gloria angelica, & apud Deum conſti-
Ibid. tutus, quà bonus, apud bonum: poſtea verò à ſemetipſo tranſlatus in malum. *Ex quo enim, inquit, apparuerunt læſura tua*: illi eas reputans, quibus ſcilicet læſit hominem eiectum à Dei obſequio: & ex illo, deliquit, ex quo delictum ſeminauit; atque ita exinde *negotiationis, id eſt, malitia ſua multitudinem exercuit*; delictorum ſcilicet & cenſuum, non

minus & ipſe liberi arbitrij inſtitutus, vt ſpiritus. Nihil enim Deus proximum ſibi non libertate eiuſmodi ordinaſſet. Quem tamen & prædamnando, teſtatus eſt ab inſtitutionis forma, libidine propria conceptæ vltro malitiæ exorbitaſſe; & commearum operationibus eius admetiendo, rationem bonitatis ſuæ egit; eodem conſilio differens extinctionem diaboli, quo hominis reſtitutionem. Certamini enim dedit ſpatium, vt & homo eadem arbitrij libertate elideret inimicum, quà ſucciderat illi; probans ſuam, non Dei culpam; & ita ſalutem dignè per victoriam recuperaret; & diabolus amarius puniretur, ab eo quem eliſerat antè deuictus; & Deus tantò magis bonus inueniretur, ſuſtinens hominem glorioſiorem in paradiſum, ad licentiam decerpendæ arboris vitæ, iam de vita regreſſurum.

CAPVT XI.

Non malitia Deo, ſed bona iuſtitia adſcribenda eſt; ſi poſt peccatum hominis, iudicem ſe, & ſeuerum exhibuit.

In f. V. Dei Iuſtitia & bonitas. 9. in f. V. Dei iuſtitia & miſeric. 3.

IGITVR vſque ad delictum hominis, Deus à primordio tantùm bonus, exinde iudex, & ſeuerus, &, quod Marcionitæ volunt, ſæuus. ſtatim mulier in doloribus
parere, & viro ſeruire damnatur: ſed quæ antè ſine vlla contriſtatione, per benedictio- Gen 3 16.
nem, in incrementum generis audierat; *Creſcite* tantùm *& multiplicamini*: ſed quæ in ad- Gen. 1.28.
iutorium maſculo, non in ſeruitium fuerat deſtinata. ſtatim & terra maledicitur; ſed Gen. 1. 18,
antè benedicta. ſtatim tribuli & ſpinæ; ſed antè fœnum, & herbæ, & arborum fructuo- Gen. 3. 16.
ſa. ſtatim ſudor, & labor panis; ſed antè ex omni ligno victus immunis, & alimenta ſe- Gen. 1 11.
cura. exinde homo ad terram, ſed antè de terra. exinde ad mortem, ſed antè ad vitam. Gen. 3. 18.
exinde in ſcorteis veſtibus, ſed antè ſine ſcrupulo nudus. Ita prior bonitas Dei, ſecun- Gen. 2.29.
dùm naturã; ſeueritas poſterior, ſecundũ cauſam. Illa ingenita, hæc accidens: illa pro- Gen. 3.29.
pria, hæc accommodata: illa edita, hæc adhibita. Nec natura enim, inoperatam de- Gen. 2. 25.
buit continuiſſe bonitatem; nec cauſa, diſſimulatam euaſiſſe ſeueritatem. Alteram Gen. 3. 21.
ſibi, alteram rei Deus præſtitit. Incipe nunc etiam iudicis ſtatum, vt ad finem mali arguere; qui idcirco alium Deum ſomniaſti ſolummodò bonum, quia non potes iudicem: quamquam & illum, vt iudicem oſtendimus. Aut ſi non iudicem, certè peruerſum ac vanum, diſciplinæ non vindicandæ, id eſt, non iudicandæ conſtitutorem. Non reprobas autem Deum iudicem, qui non iudicem Deum probas? Ipſam ſine dubio iuſtitiam accuſare debebis, quæ iudicem præſtat, aut & eam in ſpecies malitiæ deputare, id eſt, iniuſtitiam in titulos bonitatis adſcribere. Nunc enim iuſtitia malum, ſi iniuſtitia bonum. Porro, quum cogeris iniuſtitiam dè peſſimis pronuntiare, eodem iugo vrgeris, iuſtitiam dè optimis cenſere. Nihil enim æmulum mali, non bonum; ſicut & boni æmulum nihil, non malum. Igitur quantò malum iniuſtitia, tantò bonum iuſtitia. Nec ſpecies ſolummodò, ſed tutela reputanda bonitatis; quia bonitas niſi iuſtitia regatur vt iuſta ſit, non erit bonitas, ſi iniuſta ſit. Nihil enim bonum, quod iniuſtum; bonum autem omne, quod iuſtum.

CAPVT XII.

Perperam hinc Deus bonus, inde alius Deus iuſtus à Marcione diuiditur, cùm indiuiſo ſemper fœdere bonitas & Iuſtitia, in vno Deo vero coniunctæ ſint.

In p. V. Dei Iuſt. & miſeric. 3. à p. ad f. V. Dei Iuſtitia & bonitas. 5.

ITA ſi ſocietas, & conſpiratio bonitatis, atque iuſtitiæ, ſeparationem earum non poteſt capere, quò ore conſtitues diuerſitatem duorum deorum in ſeparatione? ſeorſum deputans deum bonum, & ſeorſum deum iuſtum? Illic conſiſtit bonum, vbi & iuſtum. A primordio denique Creator tam bonus, quàm & iuſtus: pariter vtrumque proceſſit. Bonitas eius operata eſt mundum, iuſtitia modulata eſt, quæ etiam tum mundum iudicauit ex bonis faciendum; quia cum bonitatis conſilio iudicauit. Iuſtitiæ opus eſt, quòd [a] *inter lucem & tenebras ſeparatio pronuntiata eſt*, inter diem, & noctem;
inter cœlum, & terram; inter aquam ſuperiorem, & inferiorem; inter maris cœtum, & [a] Gen. 1.4. & 6.
aridæ molem; inter luminaria maiora, & minora, diurna atque nocturna; inter marem & fœminam; inter arborem agnitionis mortis, & vitæ; inter orbem, & paradiſum; inter aquigena, & terrigena animalia. Omnia vt bonitas concepit, ita iuſtitia diſtinxit. Totum hoc iudicatò diſpoſitum & ordinatum eſt, Omnis ſitus, habitus elementorum,

effectus, motus, ſtatus, ortus, occaſus ſingulorum, iudicia ſunt Creatoris; nè p[illegible]s cum exinde iudicem definiendum; quo malum cepit; atque ita iuſtitiam, de ca[illegible]ſa mali offuſces. His enim modis oſtendimus eum, cum auctrice omnium bonitate prodiſſe, vt & ipſam ingenitam Deo & naturalem, nec obuentitiam deputandam quæ in Domino inuenta ſit arbitratrix operum eius.

CAPVT XIII.

Omne opus Iuſtitia diuinæ, eius bonitati plurimum ſeruit, cùm iudicij timor homines non ad malum, ſed ad bonum impellat.

In p. V. Dei Iuſtitia, & bonitas. 5. à p. ad f. V. Dei Iuſtitia & bonitas. 7.

AT ENIM, vt malum poſtea erupit, atque inde iam cepit bonitas Dei cum aduerſario agere, aliud quoquè negotium eadem illa iuſtitia Dei nacta eſt iam, ſecundùm aduerſionem dirigendæ bonitatis, vt ſepoſita libertate eius, qua & vltro Deus bonus, pro meritis cuiuſque penſetur; dignis offeratur, indignis denegetur, ingrat[i]s auferatur; proinde omnibus æmulis vindicetur. Ita omne hoc iuſtitiæ opus, procuratio bonitatis eſt, quod iudicando damnat, quod damnando punit; quod, vt dicitis, ſæuit; vtique bono, non malo proficit. Denique timor iudicij ad bonum, non ad malum confert. Non enim ſufficiebat bonum per ſemetipſum commendari, iam ſub aduerſario laborans. Nam etſi commendabile per ſemetipſum, non tamen & conſeruabile, quia expugnabile iam per aduerſarium, niſi vis aliqua præeſſet timendi, quæ bonum etiam nolentes appetere, & cuſtodire compelleret. Cæterùm, tot illecebris mali expugnantibus bonum, quis illud appeteret, quod impunè contemneret. quis cu[ſt]odiret, quod ſine periculo amitteret? Legis [a] *mali viam latam, & multo frequentiorem:*
a Matt. 7. 13 nonnè omnes illa laberentur, ſi nihil in illa timeretur? Horremus terribiles minas Creatoris, & vix à malo auellimur. quid ſi nihil minaretur. Hanc iuſtitiam, ma[l]um dices, quæ malo non fauet? Hanc bonum negabis, quæ bono proſpicit? Non qualem oportet Deum velles; qualem malles expediret? ſub quo delicta gauderent? cui diabolus illuderet? Illum bonum iudicares Deum, qui hominem poſſet magis malum facere, ſecuritate delicti? Quis boni auctor, niſi qui & exactor? Proinde, quis mali extraneus, niſi qui & inimicus? quis inimicus, niſi qui & expugnator? quis expugnator, n[i]ſi qui & punitor? Sic totus Deus bonus eſt, dum pro bono omnia eſt. Sic denique omnipotens, quia & iuuandi, & lædendi potens. Minus eſt, tantummodò prodeſſe, quia non aliud quid poſſit quàm prodeſſe. De eiuſmodi, qua fiducia bonum ſperem, ſi hoc ſolum poteſt; quomodo innocentiæ mercedem ſecter, ſi non & nocentiæ ſpectem? diffidam neceſsè eſt; nè nec alteram partem remuneretur, qui vtramque non valuit. Vſqueadeò iuſtitia etiam plenitudo eſt diuinitatis ipſius, exhibens Deum perfectum, & patrem, & dominum: patrem, clementia: dominum, diſciplina. patrem, poteſtate blanda: dominum, ſeuera. patrem, diligendum piè: dominum, timendum neceſſariè. diligendum, quia [b] *malit miſericordiam, quàm ſacrificium;* & timendum, quia nolit peccatum. diligendum, quia [c] *malit pœnitentiam peccatoris, quàm mortem;* & timendum, quia nolit peccatores ſui iam non pœnitentes. Ideo lex vtrumque definit, [d] *Diliges Deum,* [e] *& Timebis Deum.* Aliud obſecutori propoſuit, aliud exorbitatori.

b Oſee. 6. 6. Matt. 9. 13. c Ezec. 33. 11 d Deut. 6. 5. 13.

CAPVT XIIII.

Deus in Scripturis mali pœna tantùm, non autem culpa author dicitur.

In p. V. Dei Iuſtitia & bonitas. 7. & per totum. V. malum.

AD omnia tibi occurrit Deus idem. [a] *percutiens, ſed & ſanans;* [b] *mortificans, ſed & viuificans;* [c] *humilians, ſed & ſublimans; condens mala, ſed & pacem faciens.* vt etiam & hinc reſpondeam hæreticis: Ecce enim, inquiunt, ipſe ſe conditorem profitetur malorum, dicens, *Ego ſum qui condo mala.* Amplexi enim vocabuli communionem, duas malorum ſpecies in ambiguitate turbantem; quia mala dicuntur, & delicta, & ſupplicia; paſſim volunt eum conditorem intelligi malorum, vt & malitiæ auctor renuntietur. Nos autem adhibita diſtinctione vtriuſque formæ, ſeparatis malis delicti, & malis ſupplicij, malis culpæ & malis pœnæ, ſuum cuique parti definimus auctorem: malorum quidem peccati & culpæ, diabolum: malorum verò ſupplicij & pœnæ, Deum creatorem; vt illa pars, malitiæ deputetur, iſta iuſtitiæ; mala condentis iudicia, aduerſus mala delicti. Dè his ergo Creator profitetur malis, quæ congruunt iudici. Quæ quidem illis mala ſunt, quibus rependuntur: cæterùm, ſuo nomine bona,

a Deut. 32. 39. b 1. Reg. 2. 6. 7. c Eſa. 45. 7. Ibid.

quà

quà iuſta, & bonorum defenſoria, & delictorum inimica, atque in hoc ordine, Deo Gen. 3. 3.
digna. Aut proba ea iniuſta, vt probes malitiæ deputanda, id eſt, iniuſtitiæ mala: quia Gen. 7. 19.
ſi iuſtitiæ erunt, iam mala non erunt, ſed bona; malis tantummodò mala, quibus Gen. 19. 24.
etiam directò bona pro malis damnantur. Conſtitue igitur iniuſtè hominem diuinæ
legis voluntarium contemptorem id retuliſſe, quo voluit caruiſſe; iniuſtè malitiam
æui illius imbribus, dehinc & ignibus cæſam; iniuſtè Ægyptum fœdiſſimam, ſuper-
ſtitioſam, amplius hoſpitis populi conflictatricem, decemplici caſtigatione percuſſam.
d *Indurat cor Pharaonis*: ſed meruerat in exitium ſubminiſtrari, qui iam negauerat d Exo. 7. 17.
Deum; qui iam legatos eius toties ſuperbus excuſſerat; qui iam populo laborem ope & ſeq.
ris adiecerat: poſtremò, quà Ægyptius olim Deo reus fuerat gentilis idololatriæ, ibin Num. 11. 5.
& crocodilum citius colens, quàm Deum viuum. Impendit & ipſum populum, ſed in- & Num. 21. 6.
gratum. Immiſit & pueris vrſos, ſed irreuerentibus in Prophetam. 4. Reg. 2. 24.

CAPVT XV.

Iuſtitia, & proinde bonitas Dei eſt, quæ ſeueritas cæcorum oculis apparet.

In p. V. malum. à p. ad f. V Dei Iuſtitia. 3.

IVSTITIAM ergo primò iudicis diſpice, cuius ſi ratio conſtiterit, tunc & ſeueri-
tas, & per quæ ſeueritas decurrit, rationi & iuſtitiæ reputabuntur. Ac nè pluribus
immoremur, adſerite cauſas cæteras quoque, vt ſententias condemnetis, excuſate de-
licta, vt iudicia reprobetis. Nolite reprehendere iudicem, ſed reuincite malum iudi- Exo. 20. 5.
cem. Nam & ſi patrum delicta ex filiis exigebat, duritia populi talia remedia compu-
lerat, vt vel poſteritatibus ſuis proſpicientes, legi diuinæ obedirent. Quis Gen. 12. 3.
enim non magìs filiorum ſalutem, quàm ſuam curet? Sed etſi benedictio patrum, ſe- Gen. 13. 15.
mini quoque eorum deſtinabatur, ſine vllo adhuc merito eius; cur non & reatus pa- 16.
trum in filios quoque redundaret? Sicut gratia, ita & offenſa; vt per totum genus & Gen. 15. 18.
gratia decurreret, & offenſa. ſaluo eo quod poſtea decerni habebat: Non dicturos Gen. 17. 7.
a *acidam vuam patres manducaſſe, & filiorum dentes obſtupuiſſe*; id eſt, b *non ſumpturum* Gen. 18. 18.
patrem delictum filij, nec filium delictum patris; ſed vnumquemque delicti ſui reum futurum; Hier. 31. 29.
vt poſt duritiam populi, duritia legis edomita, iuſtitia iam non genus, ſed perſonas iu- a Ezech. 18. 2. & 18. 19.
dicaret. Quamquam ſi euangelium veritatis accipias, ad quos pertineat ſententia
reddentis in filios patrum delicta cognoſces. ad illos ſcilicet qui hanc vltro ſibi ſen-
tentiam fuerant irrogaturi, c *Sanguis illius ſuper capita noſtra, & filiorum noſtrorum*. c Matth. 27.
Hoc itaque omnis prouidentia Dei cenſuit, quod iam audierat. 25.

CAPVT XVI.

Quæ ad iuſtitiam pertinent, non magis exprobranda ſunt Iudici, quàm medico, vrendi, ligan-di, ſecandi, inſtrumenta.

In p. V. Dei Iuſtitia, 3. à p. ad f. V. Paſſiones. & in m. in alphab. Errorum. V. Deus corporeus, 2.

BONA igitur & ſeueritas, quia iuſta, ſi bonus iudex, id eſt iuſtus. Item cætera bo-
na, per quæ opus bonum currit bonæ ſeueritatis, ſiue ira, ſiue æmulatio, ſiue ſæui-
tia. Debita enim omnia hæc ſunt ſeueritati, ſicut ſeueritas debitum eſt iuſtitiæ. Vin-
dicanda erit procacitas ætatis verecundiam debentis. Atque ita non poterunt iudici
exprobrari, quæ iudici accedunt, carentia & ipſa culpa, ſicut & iudex. Quid enim, ſi
medicum quidem dicas eſſe debere, ferramenta verò eius accuſes, quod ſecent, & in-
urant, & amputent, & conſtringent? quando ſine inſtrumento artis, medicus eſſe non
poſſit. Sed accuſa malè ſecantem, importunè amputantem, temerè inurentem, atque
ita ferramenta quoque eius, vt mala miniſteria, reprehende. Proinde eſt enim, cùm
Deum quidem iudicem admittis, eos verò motus & ſenſus, per quos iudicat, deſtruis. Philip. 2. 7.
Deum nos à Prophetis & à Chriſto, non à philoſophis, nec ab Epicuro, erudimur.
Qui credimus Deum etiam in terris egiſſe, & humani habitus humilitatem ſuſcepiſſe
ex cauſa humanæ ſalutis, longè ſumus à ſententia eorum qui nolunt Deum curare
quidquam. Inde venit ad hæreticos quoque definitio eiuſmodi: Si Deus iraſcitur, &
æmulatur, & extollitur, & exacerbatur; ergo & corrumpetur, ergo & morietur. Benè
autem quòd Chriſtianorum eſt, etiam mortuum Deum credere, & tamen viuentem in
æuo æuorum. Stultiſſimi, qui dè humanis diuina præiudicant, vt quoniam in homine
corruptoriæ conditionis habentur huiuſmodi paſſiones, ideirco & in Deo eiuſdem
ſtatus exiſtimentur. Diſcerne ſubſtantias, & ſuos eis diſtribue ſenſus, tam di-

CAPVT XVIII.

Ad Marcionis antitheſes progrediens; probat pœnam talionis, ciborum immundorum interdictionem, & onera ſacrificiorum, ad Dei bonitatem pertinere.

In p. V. lex Vetus. 5. in m. V. lex vetus. 6. à m. ad f. V. lex vetus. 7.

SED quæ potius legis bona defendam, quàm quæ hæreſis concupiit, vt talionis de-
finitionem, [a] *oculum pro oculo, dentem pro dente, & liuorem pro liuore repetentis?* Non a Leuit. 24.
enim iniuriæ mutuò exercendæ licentiam ſapit, ſed in totum cohibendæ violentiæ 20.
proſpicit, vt quia duriſſimo, & infideli in Deum populo longum, vel etiam incredibile
videretur à Deo expectare defenſam, edicendam poſtea per Prophetam, [b] *Mihi defen-* b Deut. 32. 35
ſam, & ego defendam, dicit Dominus: interim commiſſio iniuriæ, metu vicis ſtatim oc-
curſuræ repaſtinaretur; & licentia retributionis, prohibitio eſſet prouocationis; vt ſic
improbitas aſtuta ceſſaret, dum ſecundâ permiſſâ, prima terretur; & primâ deterritâ,
nec ſecunda committitur, quà & aliàs facilior timor talionis, per eundem ſaporem
paſſionis. Nihil amarius quàm idipſum pati, quod feceris aliis. Et ſi lex aliquid cibis Deut 14. 3.
detrahit, & immunda pronuntiat animalia, quæ aliquando benedicta ſunt, conſilium & ſeq.
exercendæ continentiæ intellige, & frænos impoſitos illi gulæ agnoſce, quæ quum pa- Gen. 1. 22.
nem ederet angelorum, cucumeres & pepones Ægyptiorum deſiderabat. Agnoſce 24.
ſimul & comitibus gulæ, libidini ſcilicet atque luxuriæ proſpectum, quæ ferè ventris Pſal. 77. 19.
caſtigatione frigeſcunt. [c] *Manducauerat enim populus, & biberat, & ſurrexerat ludere.* Num. 11. 5. c Exo. 32. 6.
proinde vt & pecuniæ ardor reſtingueretur ex parte, qua de victus neceſſitate cauſa-
tur, pretioſorum ciborũ ambitio detracta eſt. Poſtremò, vt facilius homo ad ieiunan-
dum Deo formaretur, paucis, & non glorioſis eſcis aſſuefactus, & nihil de lautioribus
eſuriturus. Reprehendendus ſanè Creator, quòd cibos potius populo ſuo abſtulit, Leuit. 1. 1.
quàm ingratioribus Marcionitis. Sacrificiorum quoque onera, & operationum, & Leuit. 2. 2.
oblationum negotioſas ſcrupuloſitates nemo reprehendat, quaſi Deus talia ſibi pro- & ſeq.
priè deſiderauerit, qui tam manifeſtè exclamat; [d] *Quò mihi multitudinem ſacrificiorum* d Eſa. 1. 11. 12.
veſtrorum? Et quis exquiſiuit iſta dè manibus veſtris? ſed illam Dei induſtriam ſentiat, qua
populum pronum in idololatriam & tranſgreſſionem, eiuſmodi officiis religioni ſuæ
voluit adſtringere, quibus ſuperſtitio ſæculi agebatur, vt ab ea auocaret illos, ſibi iu-
bens fieri quaſi deſideranti, nè ſimulacris faciendis delinqueret.

CAPVT XIX.

Legis veteris cerimoniæ, Dei bonitatem commendant; ideo enim eas iniunxit; vt ne momento quidem à Dei cultu vacarent Hebræi.

Per totum. V. lex vetus. 7. in m. V. Ira. 1.

SED & in ipſis commerciis vitæ, & conuerſationis humanæ, domi, ac foris, vſ- Matt. 23. 25.
que curam vaſculorum omnifariam diſtinxit, vt iſtis legalibus diſciplinis occurrẽ-
tibus vbique, nè vllo momento vacarent à Dei reſpectu. Quid enim faceret [a] *beatum* a Pſal. 1. 2.
hominem, quàm in lege Domini voluntas eius? & in lege Domini meditabitur die ac nocte.
Quam legem non duritia promulgauit auctoris, ſed ratio ſummæ benignitatis, populi
potius duritiam edomantis, & rudem obſequio fidem, operoſis officiis dedolantis:
vt nihil dè arcanis attingam ſignificantis legis, ſpiritalis ſcilicet, & propheticæ, & in
omnibus penè argumentis figuratæ. Sufficit enim in præſenti, ſi ſimpliciter hominem
Deo obligabat, vt nemo eam reprobare debeat, niſi cui non placet Deo deſeruire. Ad
hoc beneficium, non onus legis adiuuandum, etiam Prophetas eadem bonitas Dei or-
dinauit, docentes Deo digna; [b] *Auferre nequitias dè anima, diſcere benefacere, ex-* b Eſa. 1. 16.
quirere iudicium, iudicare pupillo, & iuſtificare viduam, diligere quaſtiones, fugere im-
proborum contactum, dimittere conflictam in integram, diſſipare ſcripturam iniuſtam,
[c] *infringere panem eſurienti, & tectum non habentem inducere in domum tuam; nudum* c Eſa. 58. 6.
ſi videris, contegere, & domeſticos ſeminis tui non deſpicere; [d] *compeſcere linguam à ma-* 7.
lo, & labia nè loquantur dolum; declinare à malo, & facere bonum; quærere pacem, & d Pſal. 33. 13.
ſectari eam; [e] *iraſci, & non delinquere*, id eſt, in ira non perſeuerare, ſiue ſæuire; [f] *non* e Pſal. 4. 5.
abire in concilium impiorum, nec ſtare in via peccatorum, nec in cathedra peſtilentium ſe- f Pſal. 1. 1.
dere. Sed vbi? [g] *Vide quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum,* [h] *medi-* g Pſal. 132. 1.
tantes die ac nocte in lege Domini; [i] *Quia bonum ſcilicet fidere in Dominum, quàm* h Pſal. 1. 2.
fidere in hominem; & ſperare in Dominum, quàm ſperare in principes. *Qualis enim* i Pſal. 17. 8.

apud Deum merces homini? [k] *Et erit tanquam lignum quod plantatum eſt iuxta exitus*
k Pſal. 1. 3. *aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, & folium eius non decidet: & omnia*
quæcunque faciet, proſperabuntur illi. [l] *Innocens autem, & purus corde, qui non accepit*
l Pſal. 23. 4. *in vanum nomen Dei, & non iurauit ad proximum ſuum in dolo: iſte accipiet benedictio-*
nem à Domino, & miſericordiam à Deo ſalutificatore ſuo. [m] *Oculi enim Domini ſuper ti-*
m Pſ. 32. 18. *mentes eum, ſperantes in miſericordiam ipſius, ad eliberandas animas eorum de morte,* vti-
que æterna, *& enutricandos eos in fame,* vtique vitæ æternæ. [n] *Multa enim preſſuræ*
iuſtorum, & ex omnibus liberabit eos Dominus. [o] *Honorabilis mors in conſpectu Domini*
n Pſ. 33. 19. *ſanctorum eius. Dominus cuſtodit omnia oſſa eorum: vnum ex ipſis non comminuetur. Re-*
o Pſ. 115. 5. *dimet Dominus animas ſeruorum ſuorum.* Pauca iſta de tantis ſcripturis Creatoris in-
p Pſ. 33. 20. tulimus, & nihil puto iam ad teſtimonium Dei optimi deeſt, quod ſatis & præcepta
bonitatis, & promiſſa conſignant.

CAPVT XX.

Iuſtus & miſericors Deus, iuſſit Ægyptios ab Hebræis ſpoliari, ad compenſandam filiorum occiſorum, & ſexcentorum millium hominum per tot annos operum iacturam.

In p. V. Dei bonitas. 1. à p. ad f. V. furtum.

SED ENIM ſepiæ iſti, quorum figura illud quoque piſculentum dè cibis
Deut. 14. 10 Lex recuſauit, vt traductionem ſui ſentiunt, tenebras hinc blaſphemiæ
interuomunt, atque ita intentionem vniuſcuiuſque iam proximam diſpargunt,
iactitando & adſeuerando ea quæ relucentem bonitatem Creatoris infuſcent.
Exo. 11. 2. Sed & per iſtas caligines ſequemur nequitiam, & in lucem extrahemus inge-
nia tenebrarum, obijcientia Creatori vel maximè fraudem illam & rapinam
auri & argenti, mandatam ab illo Hebræis in Ægyptios. Age, infeliciſſime hære-
tice, teipſum expoſtulo arbitrum: cognoſce in vtramque gentem prius, & ita
dè auctore præcepti iudicabis. Repoſcunt Ægyptij dè Hebræis vaſa aurea & ar-
Exo. 12. 35. gentea. contrà, Hebræi mutuas petitiones inſtituunt, allegantes ſibi quoque eorum-
dem patrum nomine, ex eodem ſcripturæ inſtrumento, mercedes reſtitui oportere
illius operariæ ſeruitutis, pro laterinis deductis, pro ciuitatibus & villis ædificatis.
Quid iudicabis, optimi Dei elector? Hebræos fraudem agnoſcere debere, an Ægy-
ptios compenſationem? Nam & aiunt ita actum per legatos vtrinque; Ægyptiorum
Exo. 1. 11. quidem repetentium vaſa, Iudæorum verò repoſcentium operas ſuas: & tandem vaſis
iſtis renuntiauerunt ſibi Ægyptij. Hodie aduerſus Marcionitas amplius allegant He-
bræi, negantes compenſationi ſatis eſſe quantumvis illud auri & argenti, ſi ſexcen-
torum millium operæ, per tot annos, vel ſingulis nummis diurnis æſtimentur. Quæ
autem pars maior? repetentium vaſa, an incolentium villas & vrbes? Querela ergo
maior Ægyptiorum, an gratia Hebræorum? Vt ſolo iniuriarum iudicio Hebræi Æ-
Exo 5. 14. & 16. gyptios repercuterent, liberi homines in ergaſtulum ſubacti, vt ſolas ſcapulas ſuas
Scribæ eorum apud ſubſellia ſua oſtenderent, flagellorum contumelioſa atrocitate
laceratas: non paucis lancibus & ſcyphis, pauciorum vtique diuitum vbique, ſed to-
tis & ipſorum facultatibus, & popularium omnium collationibus, ſatisfaciendum
Hebræis pronuntiaſſes? Igitur ſi bona Hebræorum cauſa, bona iam & cauſa, id eſt,
mandatum Creatoris, qui & Ægyptios gratos fecit neſcientes, & ſuum populum
in tempore expeditionis anguſto aliquo ſolatio tacitæ compenſationis expunxit.
Exo. 1. 16. 22 Planè minus exigi iuſſit: Hebræis enim etiam filios Ægyptij reſtituere debue-
rant.

CAPVT XXI.

Deus ſibi contrarius non fuit, prohibens Sabbato operari, & iubens Sabbato arcam circumferri.

Per totum. V. Dei immutabilitas. 1.

SIC & in cæteris contrarietates præceptorum ei exprobras, vt mobili & inſtabili;
prohibentis ſabbatis operari, & iubentis arcam circumferri per dies octo, id eſt,
Ioſuë 6. 15. etiam ſabbato, in expugnatione ciuitatis Hiericho. Nec ſabbati enim inſpicis legem,
opera humana, non diuina prohibentem. Siquidem, [a] *Sex, inquit, diebus operare, & fa-*
cies omnia opera tua, ſeptima autem die ſabbata Domino Deo tuo; non facies in ea omne opus.
a Exo. 20. 9. quod? vtique tuum. Conſequens enim eſt, vt ea opera ſabbato auferret, quæ ſex
diebus ſuprà indixerat: tua ſcilicet, id eſt, humana, & quotidiana. Arcam verò cir-

cumferre, neque quotidianum opus videri poteſt, neque humanum; ſed & ratum, & Ioſuè 6. 15.
ſacroſanctum, & ex ipſo tunc Dei præcepto, vtique diuinum. quod & ipſe quid ſigni-
ficaret, ediſſererem, niſi longum eſſet figuras argumentorum omnium Creatoris ex-
pandere, quas forſitan nec admittis. Sed plus eſt, ſi dè abſolutis reuincamini, ſimpli-
citate veritatis, non curioſitate: ſicut & nunc certa diſtinctio eſt ſabbati, humana, non
diuina opera prohibentis. Ideoque qui ſabbatis lignatum ierat, morti datus eſt: ſuum
enim opus fecerat, lege interdictũ. Qui verò arcam ſabbatis circumtulerant, impunè Num. 15. 31. & ſeq.
geſſerunt: non ſuum enim, ſed Dei opus, ex præcepto ſcilicet ipſius adminiſtrauerant.

CAPVT XXII.

Non repugnat lex Idolorum, ſine ſimilitudinum non adorandarum, cum ænei ſerpentis, & Cherubim Effigie. Iuſtéque ſibi Deus, non Idolis voluit offerri ſacrificia, quæ rurſus iuſtiſſimè reprobauit.

In p. V. Dei Immutabilitas. 2. in m. ad f. V. Dei immutabilitas. 3.

PROINDE & [a] *ſimilitudinem vetans fieri omnium quæ in cælo, & in terra & in aquis,* a Exo. 20. 5.
oſtendit & cauſas, idololatriæ ſcilicet ſubſtantiam cohibentes. ſubjicit enim,
Non adorabitis ea, neque ſeruietis illis. Serpentis autem ænei effigies poſtea præcepta Num. 21. 9.
Moſi à Domino, non ad idololatriæ titulum pertinebat, ſed ad remediandos eos qui
à ſerpentibus infeſtabantur. Et taceo dè figura remedij. Sic & Cherubim, & Seraphim Exo. 25. 18.
aurea in arcæ figuratum exemplum, certè ſimplex ornamentum, accommodata ſug-
geſtui, longè diuerſas habendo cauſas ab idololatriæ conditione, ob quam ſimilitudo
prohibetur, non videntur ſimilitudinum prohibitarum legi refragari, non in eo ſimi-
litudinis ſtatu deprehenſa, ob quem ſimilitudo prohibetur. Diximus de ſacrificiorum
rationali inſtitutione, auocantis ſcilicet ab idolis ad Deum officia ea; quæ ſi rurſus
ejecerat, dicens, [b] *Quò mihi multitudinem ſacrificiorum veſtrorum?* hoc ipſum voluit in- b Eſaiæ 1. 11.
telligi, quòd non ſibi ea propriè exegiſſet. [c] *Non enim bibam, inquit, ſanguinem tauro-* c Pſ. 49. 11. 13.
rum: quia & alibi ait, [d] *Deus æternus non eſuriet, nec ſitiet.* Nam etſi ad oblationes Abel
aduertit; & holocauſta Noe odoratus eſt libenter, quæ iucunditas ſiue viſcerum ver- d Eſa. 40. 28
uecinorum, ſiue nidoris ardentium victimarum? Sed animus ſimplex, & Deum me- e Gen. 4. 4 Gen. 8. 20.
tuens, offerentium ea quæ à Deo habebant, & pabuli, & ſuauis olentiæ gratia apud 21.
Deum deputabatur, non quæ fiebant exigentis, ſed illud propter quod fiebant, ob ho-
norem ſcilicet Dei. Si cliens diuiti, aut regi nihil deſideranti, tamen aliquid viliſſimi
munuſculi obtulerit, quantitas & qualitas muneris infuſcabit diuitem, & regem, an
delectabit titulus officij? At ſi cliens ei munera vltro, vel etiam edicta, ordine ſuo of-
ferat, & ſolemnia regis obſeruet, non ex fide tamen, nec corde puro, nec pleno circa
cætera quoque obſequia, nonnè conſequens, vt rex ille, vel diues exclamet: [e] *Quò* e Eſa. 1. 11.
mihi multitudinem munerum tuorum? Plenus ſum. &, Solemnitates, & dies feſtos, & veſtra
ſabbata odit anima mea: veſtra dicendo, quæ ſecundùm libidinem ſuam, non ſecun-
dùm religionem Dei celebrando, ſua iam, non Dei fecerant: conditionalem idcirco
& rationalem demonſtrauit recuſationem eorum quæ adminiſtranda præſcripſerat.

CAPVT XXIII.

Cùm boni ſit Iudicis, pro præſentibus meritis, Eligere, & reprobare; Deus abſque leuitate: ſecundùm præſentia merita, probat nunc, quandoque reprobandos, aut reprobat aliquando probatos.

Per totum. V. Dei Immutabilitas. 4.

SI verò etiam circa perſonas leuem vultis intelligi, quum reprobat aliquando pro-
batos; aut improuidum, quum probat quandoque reprobandos, quaſi iudicia ſua
aut damnet præterita, aut ignoret futura: atquin nihil tam bono & iudici conuenit,
quàm pro præſentibus meritis & reiicere, & adlegere. Adlegitur Saül, ſed nondum 1 Reg. 9. 2.
deſpector Prophetæ Samuelis. Reiicitur Salomon, ſed iam à mulieribus alienis &c. 15. 1.
poſſeſſus, & idolis Moabitarum, & Sidoniorum mancipatus. Quid faceret Crea- 3. Reg. 11 4
tor, nè à Marcionitis reprehenderetur? Benè adhuc agentes prædamnaret iam pro- & ſeq.
pter futura delicta? Sed Dei boni non erat, nondum merentes prædamnare.
Proinde peccantes nunc non recuſaret propter priſtina benefacta. Sed iuſti iudicis
non erat, reſciſſis iam bonis priſtinis ſcelera donare. Aut quis hominum ſine delicto,
vt eum Deus ſemper adlegeret, quem nunquam poſſet recuſare? Vel quis item
ſine aliquo bono opere, vt eum Deus ſemper recuſaret, quem nunquam poſſet

poſſet adlegere? Exhibe bonum ſemper, & non recuſabitur: exhibe malum ſemper, & nunquam adlegetur. Cæterùm, ſi idem homo, vt in vtroque pro temporibus, in vtroque diſpungetur à Deo, & bono, & iudice, qui non leuitate, aut improuidentia ſententias vertit; ſed cenſura grauiſſima & prouidentiſſima, merita temporis cuiuſque diſpenſat.

CAPVT XXIV.

Malè Marcion Dei pœnitentiam interpretatur, quæ apud Græcos non delicti confeſſionem, ſed animi mutationem ſonat, etſi Deus non animum ſuum, ſed opera mutet.

Per totum. V. Dei immutabilitas 5. & in m. V. Dei iuſtitia. 1.

SIc & pœnitentiam apud illum prauè interpretaris, quaſi proinde mobilitate vel improuidentia, immò iam ex delicti recordatione pœniteat: quoniam quidem dixerit, [a] *Pœnituit quòd regem fecerim Saul*; præſcribens ſcilicet, pœnitentiam confeſſionem ſa-
a 1. Reg. 15. 11. pere mali operis alicuius vel erroris. Porro non ſemper. Euenit enim in bonis factis pœnitentiæ confeſſio, ad inuidiam & exprobrationem eius qui beneficii ingratus extiterit. ſicut & tunc circa perſonam Saulis honorandam, annuntiatur à Creatore: qui non deliquerat quum Saülem aſſumit in regnum, & ſancto Spiritu auget: optimum enim adhuc; [b] *qualis*, inquit, *non erat in filiis Iſraelis*, digniſſime adlegerat. ſed nec ignorauerat
b 1. Reg 9. 2 & cap. 10. 10. ita euenturum. nemo enim te ſuſtinebit improuidentiam adſcribentem Deo ei, quem Deum non negans, confiteris & prouidum: hæc enim illi propria diuinitas conſtat. Sed malum factum Saülis (vt dixi) onerabat pœnitentiæ ſuæ profeſſione; quam, vacante delicto circa Saülis adlectionem, conſequens eſt inuidioſam potius intelligi, non criminoſam. Ecce, inquis, criminoſam eam animaduerto circa Niniuitas, dicente ſcriptura Ionæ: [c] *Et pœnituit Dominum de malitia quam dixerat facturum ſe illis, nec fecit.* Sicut &
c Ionæ. 3. 10. ipſe Ionas ad Dominum: [d] *Propterea præueni profugere en Tharſos, quia cognoueram te eſſe*
d Ionæ. 4. 2. *miſericordem & miſereſcentem, patientem, & plurimum miſericordiæ, pœnitentem malitiarum.* Benè igitur quòd præmiſit optimi Dei titulum, patientiſſimi ſcilicet ſuper malos, & abundantiſſimi miſericordiæ & miſerationis ſuper agnoſcentes & deplangentes delicta ſua, quales tunc Niniuitæ. Si enim optimus qui talis, de iſto prius ceſſiſſe debebis, non compererе in talem, id eſt in optimum, etiam malitiæ concurſum. Et, quia Marcion
e Matt. 7. 18 defendit [e] *arborem bonam, malos quoque fructus non licere producere*, ſed malitiam tamen nominauit, quod optimus non capit, nunquid aliqua interpretatio ſubeſt etiam earum malitiarum intelligendarum, quæ poſſint & in optimum decucurriſſe? Subeſt autem. Dicimus denique malitiam nunc ſignificari, non quæ ad naturam redigatur Creatoris quaſi mali, ſed quæ ad poteſtatem, quaſi iudicis; ſecundum quam enuntiarit, [f] *Ego ſum*
f Eſa. 45. 7. *qui condo mala.* &, [g] *Ecce ego emitto in vos mala.* non peccatoria, ſed vltoria: quorum
g Hier. 18. 11 ſatis diluimus infamiam, vt congruentium iudici. Sicut autem, licet mala dicantur, non reprehenduntur in iudice; nec hoc nomine ſuo malum iudicem oſtendunt: ita & malitia hæc erit intelligenda nunc, quæ ex illis malis iudiciariis deputata, cum ipſis comperat iudici. Nam & apud Græcos interdum malitiæ, pro vexationibus, & læſuris, non pro malignitatibus ponuntur; ſicut & in iſto articulo. atque adeò, ſi eius malitiæ pœnituit
Io. 3. 4. Creatorem, quaſi creaturæ reprobandæ ſcilicet, & delictum vindicandæ. Atqui nec vllum admiſſum criminoſum reputabitur Creatori qui iniquiſſimam ciuitatem dignè meritòque decreuerat abolendam. Ita, quod iuſtè deſtinauerat, non malè deſtinans, ex iuſtitia, non ex malitia deſtinarat; ſed pœnam ipſam, malitiam nominauit, ex malo, & merito paſſionis ipſius. Ergo, dices, ſi malitiam iuſtitiæ nomine excuſas, quia iuſtè exitium deſtinarat in Niniuitas, ſic quoque culpandus eſt, qui iuſtitiæ, vtique non pœnitendæ, pœnitentiam geſſit. Immò nec iuſtitiæ, inquam, pœnitebit Deum; & ſupereſt iam agnoſcere quid ſit pœnitentia Dei. Non enim ſi hominem ex recordatione plurimùm delicti, interdum & ex alicuius boni operis ingratia pœnitet, ideo & Deum proinde. In quantum enim Deus nec malum admittit, nec bonum damnat; in tantum nec pœnitentiæ boni, aut mali apud eum locus eſt. Nam & hoc tibi eadem ſcriptura determinat, dicente Samuele Saüli, [h] *Diſcidit Dominus regnum Iſrael de manu tua hodie, & dabit illud*
h 1. Reg. 15. 28. 29. *proximo tuo, optimo ſuper te; & ſcindetur Iſrael in duas partes; & non conuertetur, neque pœnitentiam aget; quia non ſicut homo eſt ad pœnitendum.* Hæc itaque definitio, in omnibus aliam formam diuinæ pœnitentiæ ſtatuit, quæ neque ex improuidentia, neque ex leuitate, neque ex vlla boni, aut mali operis damnatione reputetur, ſicut humana. Quis ergo erit mos pœnitentiæ diuinæ? Iam relucet, ſi non ad humanas conditiones eam referas. Nihil

enim aliud intelligetur, quàm ſimplex conuerſio ſententiæ prioris, quæ etiam ſine reprehenſione eius poſſit admitti, etiam in homine, nedum in Deo, cuius omnis ſententia caret culpa. Nam & in Græco ſono, pœnitentiæ nomen, non ex delicti confeſſione, ſed ex animi demutatione compoſitum eſt, quam apud Deum, pro rerum variantium ſeſe occurſu, regi oſtendimus.

CAPVT XXV.

Marcion fruſtra ignorantiam arguit Dei noſtri Creatoris, non intelligens ipſe, quo ſenſu dixerit: Adam vbi es? vbi eſt Abel frater tuus? deſcendens videbo. *&c.*

In p. ad vltra m. V. Dei infirma. 3. circa f. V. Chriſti incarnatio. 1. & V. confeſſio peccati. in f. V. Dei infirma. 4

IAM nunc vt omnia eiuſmodi expediam, ad cæteras puſillitates, & infirmitates, & incongruentias (vt putatis) interpretandas, purgandaſque pertendam. Inclamat Deus, [a] *Adam vbi es?* ſcilicet ignorans vbi eſſet; & cauſato nuditatis pudore, an de arbore guſtaſſet interrogat, ſcilicet incertus. Immò nec incertus admiſſi, nec ignorans loci. Enimverò oportebat conſcientia peccati deliteſcentem, euocatum prodere in conſpectum Domini, non ſola nominis inclamatione, ſed cum aliqua iam tunc admiſſi ſugillatione. Nec enim ſimplici modo, id eſt, interrogatorio ſono legendum eſt, *Adam vbi es?* ſed impreſſo, & incuſſo, & imputatiuo, *Adam vbi es!* id eſt, in perditione es; id eſt, iam hic non es; vt increpandi, & dolendi exitus vox ſit. Cæterùm, [b] *qui totum orbem comprehendit manu, velut nidum*; [c] *cuius cœlum thronus, & terra ſcabellum*, nimirum huius oculos aliqua paradiſi portio euaſerat; quò minus illi vbicunque Adam antè euocationem viſeretur, tam latens, quàm de interdicta fruge ſumens? Speculatorem vineæ, vel horti tui, lupus aut furunculus non latet. Deum puto de ſublimioribus oculatiorem aliquid ſubiecti præterire non poſſe. Stulte, qui tantum argumentum diuinæ maieſtatis, & humanæ inſtructionis, naſo agis. Interrogabat Deus, quaſi incertus, vt & hìc liberi arbitrii probans hominem, in cauſa aut negationis, aut confeſſionis daret ei locum ſponte confitendi delictum, & hoc nomine releuandi. ſicut de Caìn ſciſcitatur, [d] *vbi nam frater eius*; quaſi non iam *vociferatum à terra ſanguinem Abelis audiſſet*: ſed vt & ille haberet poteſtatem, ex eadem arbitrii poteſtate, ſpontè negandi delicti, & hoc nomine grauandi; atque ita nobis conderentur exempla confitendorum potius delictorum, quàm negandorum: vt iam tunc initiaretur euangelica doctrina [e] *Ex ore tuo iuſtificaberis, & ex ore tuo damnaberis.* Nam etſi Adam propter ſtatum legis deditus morti eſt, ſed ſpes ei ſalua eſt, dicente Domino, [f] *Ecce Adam factus eſt tanquam vnus ex nobis*: de futura ſcilicet adlectione hominis, in diuinitatem. Denique, quid ſequitur? [g] *Et nunc nequando extendat manum, & ſumat de ligno vitæ, & viuat in æuum.* Interponens enim; & nunc, præſentis temporis verbum, temporalem, & ad præſens dilationem vitæ feciſſe ſe oſtendit. Ideoque nec maledixit ipſum Adam, nec Euam, vt reſtitutionis candidatos, vt confeſſione releuatos. Caìn verò maledixit, & cupidum morte luere delictum, mori interim vetuit, vt præter admiſſum, etiam negationis eius oneratum. Hæc erit ignorantia Dei noſtri, quæ ideo ſimulabitur, nè delinquens homo, quid ſibi agendum ſit, ignoret. Sed ad Sodomam, & Gomorrham deſcendens, [h] *Videbo, ait, ſi ſecundum clamorem peruenientem ad me conſummant, ſi verò non; vt agnoſcam.* Et hic videlicet ex ignorantia incertus, & ſcire cupidus. An hic ſonus pronuntiationis neceſſarius, non dubitatiuum, ſed comminatiuum exprimens ſenſum, ſub ſciſcitationis obtentu? Quòd ſi deſcenſum quoque Dei irrides, quaſi aliter non potuerit perficere iudicium, niſi deſcendiſſet; vide nè tuum æquè Deum pulſes: Nam & ille deſcendit, vt quod vellet, efficeret.

[a] Gen. 3. 9
[b] Eſa. 10. 14
[c] Eſa. 66. 1.
[d] Gen. 4. 9.
[e] Matth. 12. 37.
[f] Gen. 3. 22.
[g] Ibid.
Gen. 4. 12.
[h] Gen. 18. 21

CAPVT XXVI.

Marcion perperam arguit Creatorem dicentem: Iuraui per memetipſum & ſine me; & indignatus ira diſperdam illos.

In p. V. iuramentum. 1. in m. ad f V. Dei infirma. 1. inf. V. Chri. Elogia. 10.

SED & iurat Deus. Nunquid fortè per Deum Marcionis? Immò, inquit, quod multo vanius, per ſemetipſum. Quid velles faceret? ſi alius Deus non erat in conſcientia eius, hoc cùm maximè iurantis, [a] *alium abſque ſe omnino non eſſe?* Igitur pejerantem deprehendis, an vanè dejerantem? Sed non poteſt videri pejeraſſe, qui alium eſſe non ſciuit, vt dicitis. Quod enim ſcit, hoc dejerans verè, non pejerauit. Sed nec vanè dejerat, alium Deum non eſſe. Tunc enim vanè dejeraret, ſi non fuiſſent qui alios deos crederent,

[a] Eſa. 45. 23

tunc quidem ſimulacrorum cultores, nunc verò & hæretici. Iurat igitur per ſemetipſum,
vt vel iuranti Deo, credas alium Deum omnino non eſſe. Hoc vt Deus faceret, tu quoque
Marcion coëgiſti: iam tunc enim prouidebaris. Proinde, ſi & in promiſſionibus, aut com-
minationibus iurat, fidem in primordiis arduam extorquens, nihil Deo indignum eſt,
quod efficit Deo credere. Satis & tunc puſillus Deus in ipſa etiam ferocia ſua, cùm ob
b Exo.32.10. vituli conſecrationem efferatus in populum, de famulo ſuo poſtulat Moyſe, [b] *Sine me, & in ira diſperdam illos, & faciam te in nationem magnam.* Vnde meliorem ſoletis affirmare
c Exo.32.32. Moyſen Deo ſuo, deprecatorem, immò & prohibitorem iræ. [c] *Non facies*, inquit, *iſtud, aut & me vnà cum eis impende.* Miſerandi vos quoque cum populo, qui Chriſtum non
agnoſcitis in perſona Moſi figuratum, patris deprecatorem, & oblatorem animæ ſuæ
pro populi ſalute. Sed ſufficit, ſi & Moyſi propriè donatus eſt populus ad præſens: quòd
Ibid. vt famulus poſtulare poſſet à domino, id dominus à ſe poſtulauit. Ad hoc enim famulo
dixit, *Sine me, & diſperdam illos.* vt ille poſtulando, & ſemetipſum offerendo non ſineret; atque ita diſceres quantum liceat fideli, & Prophetæ apud Deum.

CAPVT XXVII.

Marcionitæ majores in Chriſto ſuo puſillitates admittunt, quàm quas objiciunt Creatori: Cùm apparitiones factæ in veteri Teſtamento, Chriſto ſint adſcribendæ.

In p. ad circa. f. V. Dei infirma. 2. & à p. in alphab. Errorum V. filius viſus in carne. 3. & à m. ibid. 4. circa f. V. Chriſti incarnatio. 11. in f. V. Marcionitę. 3.

IAM nunc vt & cætera compendio abſoluam, quæcunque adhuc vt puſilla, & infirma,
& indigna, colligitis ad deſtructionem Creatoris, ſimplici & certa ratione proponam:
Gen.12.1. & ſeq. Deum non potuiſſe humanos cõgreſſus inire, niſi humanos & ſenſus, & affectus ſuſcepiſſet,
Gen. 17. 1. & ſeq. per quos vim maieſtatis ſuæ, intolerabilem vtique humanæ mediocritati, humilitate
temperaret, ſibi quidem indigna, homini autem neceſſaria; & ita iam Deo digna; quia
Gen.18.1.& ſeq. nihil tam dignum Deo, quàm ſalus hominis. De iſto pluribus retractarem, ſi cum ethni-
cis agerem; quamquam & cum hæreticis non multo diuerſa congreſſio ſtet. Quatenus &
Philip. 2. 6. ipſi Deum in figura, & in reliquo ordine humanæ conditionis diuerſatum iam credidi-
ſtis, non exigeris vtique diutius perſuaderi, Deum conformaſſe ſemetipſum humanitati,
ſed de veſtra fide reuincimini. Si enim Deus, & quidem ſublimior, tanta humilitate faſti-
gium maieſtatis ſuæ ſtrauit, vt etiam morti ſubjiceret, & morti crucis; cur non putetis
noſtro quoque Deo aliquas puſillitates congruiſſe, tolerabiliores tamen Iudaïcis contume-
liis, & patibulis, & ſepulchris? An hæ ſunt puſillitates, quæ jam præjudicarę debebunt
Gen.3.9. & ſeq. Chriſtum humanis paſſionibus objectum, ejus Dei eſſe, cui humanitates exprobrantur
à vobis? Nam & profitemur Chriſtum ſemper egiſſe in Dei Patris nomine; ipſum con-
Gen.12.1.& ſeq. greſſum cum Patriarchis, & Prophetis, filium Creatoris, ſermonem ejus, quem ex
ſemetipſo proferendo, filium fecit; & exinde omni diſpoſitioni ſuæ, voluntatique pre-
Io.1.1.&14. fecit; [a] *Diminuens illum modico citra angelos*, ſicut apud Dauid ſcriptum eſt: qua di-
a Pſal. 8. 6. minutione, in hæc quoque diſpoſitus eſt à Patre, quæ vt humana reprehenditis, ediſcens
Gen. 18. 21. iam inde à primordio, iam inde hominem, quod erat futurus in fine. Ille eſt qui deſ-
Gen. 3. 9. & ſeq. cendit; ille qui interrogat ille qui poſtulat; ille qui iurat. Cæterùm, patrem nemini vi-
Gen.4.6. & ſeq. ſum, etiam commune teſtabitur euangelium, dicente Chriſto, [b] *Nemo cognouit patrem niſi filius*; Ipſe enim & veteri Teſtamento pronuntiarat: [c] *Deum nemo videbit, & viuet*;
Exo 32. 10. patrem inuiſibilem determinans, cuius auctoritate, & nomine ipſe erat Deus, qui vide-
b Gen 22. 16 batur Dei filius. Sed & penès nos, Chriſtus in perſona Chriſti accipitur, quia & hoc
Matth.11.27 modo noſter eſt. Igitur quæcunque exigitis Deo digna, habebuntur in patre inuiſibili,
c Exo.33.20. incongreſſibilique & placido, & (vt ita dixerim) philoſophorum Deo. Quæcunque
autem vt indigna reprehenditis, deputabuntur in filio, & viſo, & audito, & congreſſo,
arbitro patris & miniſtro, miſcente in ſemetipſo hominem & Deum; in virtutibus,
Deum; in puſillitatibus hominem; vt tantum homini conferat, quantum Deo detrahit:
totum denique Dei mei penès vos dedecus, ſacramentum eſt humanæ ſalutis. Conuerſa-
batur Deus, vt homo diuinè agere doceretur. Ex æquo agebat Deus cum homine, vt
homo ex æquo agere cum Deo poſſet. Deus puſillus inuentus eſt, vt homo maximus
fieret. Qui talem Deum dedignaris, neſcio an ex fide credas Deum crucifixum. Quanta
itaque peruerſitas veſtra erga vtrumque ordinem Creatoris? Iudicem eum dedignatis, &
ſeueritatem iudicis ſecundùm merita cauſarum congruentem pro ſæuitia exprobratis.
Deum optimum exigitis, & lenitatem eius benignitati congruentem, pro captu medio-
critatis humanæ deiectius conuerſatam, vt puſillitatem depreciatis. Nec magnus vobis
placet, nec modicus; nec iudex, nec amicus. Quid ſi nunc eadem & in veſtro deprehen-

dantur

dantur? Iudicem quidem & illum eſſe iam oſtendimus, in libello ſuo; de iudice neceſſarie ſeuerum, & de ſeuero ſicut ſæuum, ſi tamen ſæuum.

CAPVT XXVIII.

Retorquet per recapitulationem in Deum Marcionis, quæ in Deum noſtrum Creatorem torſerat.

Per totum. V. Marcionitæ. 3. & in f. V. Verbum Dei 11. in fine.

NVNC & dè puſillitatibus, & malignitatibus, cæteriſque notis, & ipſe aduerſus Marcionem antitheſes æmulas faciam. Si ignorauit Deus meus eſſe alium ſuper ſe, etiam tuus omnino non ſciuit eſſe alium infra ſe. Quod enim ait Heraclitus ille tenebroſus, eadem via ſurſum, & deorſum. Denique ſi non ignoraſſet, & ab initio ei occurriſſet. Delictum, & mortem, & ipſum auctorem delicti, diabolum, & omne malum, quod Deus meus paſſus eſt eſſe: hoc & tuus, qui illum pati paſſus eſt. Mutauit ſententias ſuas Deus noſter: proinde quà & veſter. qui enim genus humanum tam ſerò reſpexit, eam ſententiam mutauit, qua tanto æuo non reſpexit. Pœnituit in aliquo Deum noſtrum: ſed & veſtrum. Eo enim quòd tandem animaduertit ad hominis ſalutem, pœnitentiam diſſimulationis priſtinæ fecit, debitam malo facto. Porro, malum factum deputabitur negligentia ſalutis humanæ, nonniſi per pœnitentiam emendata apud Deum veſtrum. Mandauit fraudem Deus noſter; ſed auri & argenti. Quantò autem homo pretioſior auro, & argento, tantò fraudulentior Deus veſter, qui hominem domino, & factori ſuo eripit.[a] *Oculum pro oculo* repoſcit Deus noſter; ſed & veſter vicem prohibens, iterabilem magis iniuriam facit. Quis enim non rurſus percutiet, non repercuſſus? Neſciit Deus noſter qualeis adlegeret: ergo nec veſter. Iudam traditorem adlegiſſet, ſi præſciſſet. Si & mentitum alicubi dicis Creatorem, longè maius mendacium eſt in tuo Chriſto, cuius corpus non fuit verum. Multos ſæuitia Dei mei abſumpſit: tuus quoque Deus, quos ſaluos non facit, vtique in exitium diſponit. Deus meus aliquem iuſſit occidi: tuus ſemetipſum voluit interfici; non minus homicida in ſemetipſum, quàm in eum, à quo vellet occidi. Multos autem occidiſſe Deum eius probabo Marcioni. Nam fecit homicidam, vtique periturum, niſi ſi populus nihil deliqirit in Chriſtum. Sed expedita virtus veritatis, paucis amat. Multa mendacio erunt neceſſaria.

[a] Exo. 21. 24

CAPVT XXIX.

Probat Deum verum, bonum & optimum, non tantùm lenitate, ſed & ſeueritate conſtare debere: nec duos Deos propter duo attributa miſericordiæ, & Iuſtitiæ, debere diſtingui.

Per totum. V. Dei Iuſtitia & miſeric. 4.

CÆTERVM, ipſas quoque antitheſeis Marcionis cominus cæcidiſſem, ſi operoſiore deſtructione earum, egeret defenſio Creatoris tam boni, quàm & iudicis, ſecundùm vtriuſque partis exempla congruentia Deo, vt oſtendimus. Quòd ſi vtraque pars bonitatis, atque iuſtitiæ, dignam plenitudinem diuinitatis efficiunt, omnia potentis; compendio interim poſſum antitheſes retudiſſe, geſtientes ex qualitatibus ingeniorum, ſiue legum, ſiue virtutum diſcernere, atque ita alienare Chriſtum à Creatore, vt optimum à iudice, & mitem à fero, & ſalutarem ab exitioſo. Magìs enim eos coniungunt, quos in eis diuerſitatibus ponunt quæ Deo congruunt. Aufer titulum Marcionis, & intentionem, atque propoſitum operis ipſius, & nihil aliud præſtat; quàm demonſtrationem eiuſdem Dei optimi, & iudicis: quia hæc duo in ſolum Deum competunt. Nam & ipſum ſtudium in eis exemplis opponendi Chriſtum Creatori, ad vnitatem magìs ſpectat. Adeò enim ipſa, & vna erat ſubſtantia diuinitatibus, bona, & ſeuera; & eiſdem exemplis, & in ſimilibus argumentis, vt bonitatem ſuam vellet oſtendere, in quibus præmiſerat ſeueritatem. Quia nec mirum erit, diuerſitas temporalis, ſi poſtea Deus mitior, pro rebus edomitis, qui retro auſterior, pro indomitis. Ita per antitheſeis facilius oſtendi poteſt ordo Creatoris, à Chriſto reformatus, & repercuſſus, & redditus potius quàm excluſus; quum præſertim Deum tuum ab omni motu amariore ſecernas, vtique & ab æmulatione Creatoris ſcilicet. Nam ſi ita eſt, quomodo eum antitheſeis ſingulas ſpecies Creatoris æmulatum demonſtrant? agnoſcam igitur & in hoc, per illas, Deum meum zelotem, qui res ſuas arbuſtiores in primordiis, bona & rationali æmulatione maturitatis, præcurauerit ſuo iure. Cuius antitheſeis etiam ipſe mundus eius agnoſcet, ex contrarietatibus elementorum, ſumma

tamen ratione modulatus. Quamobrem, inconſiderantiſſime Marcion, alium Deum lucis oſtendiſſe debueras, alium verò tenebrarum; quò facilius alium bonitatis, alium ſeueritatis perſuaſiſſes. Cæterùm eius erit antitheſis, cuius eſt & in mundo.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI
ADVERSVS MARCIONEM LIBER TERTIVS

In librum tertium aduerſus Marcionem.

ARGVMENTVM.

Marcione ſuperioribus libris de vnico Deo primò, dehinc Iuſto, & tamen optimo conuicto; tertium nunc aggreditur de Chriſto eiuſdem Dei Creatoris filio comprobando. Quem tertium librum ſupra promiſerat, lib. 1. cap. 19. dabitur & in Chriſtum liber, de omni ſtatu eius. *Et libro de Reſurr. cap. 2. ſic præfatus fuerat de tribus prioribus libris Contra Marcionem: vocans eos:* de Deo vnico, & Chriſto eius. *Vnde & hic initio Capitis 1.* Iam hinc ordo de Chriſto. *de tempore quo ſcriptus eſt, conſule libri primi argumentum.*

CAPVT PRIMVM.

Cùm duobus prioribus libris probauerit alium Deum præter Creatorem non eſſe credendum, hoc conuincere parat nec alium Chriſtum eſſe, quàm filium Creatoris. Nec enim Apoſtolicæ, vel etiam hæreticæ Scripturæ, ante Marcionis hæreſim, alterius Dei vel Chriſti fecere mentionem.

In p. ad vltra. m. V. Deus Creator. 2

SECVNDVM veſtigia priſtini operis, quod amuſſim reformare perſeueramus, iam hinc ordo de Chriſto, licet ex abundanti, poſt decurſam defenſionem vnicæ diuinitatis. Satìs etenim præiudicatum eſt, Chriſtum non alterius Dei intelligendum, quàm Creatoris, quum determinatum eſt, alium Deum non credendum præter Creatorem, quem adeò Chriſtus prædicauerit, & deinceps Apoſtoli non alterius Chriſtum annuntiauerint, quàm eius Dei, quem Chriſtus prædicauit, id eſt Creatoris, vt nulla mentio alterius Dei, atque ita nec alterius Chriſti agitata ſit antè ſcandalum Marcionis. Facillimè hoc probatur Apoſtolicarum, & hæreticarum eccleſiarum recenſu; illic ſcilicet pronuntiandam regulæ interuerſionem, vbi poſteritas inuenitur: quod etiam primo libello intexui. Sed & nunc congreſſio iſta ſeorſus Chriſtum examinatura, eò vtique proficiet, vt dum Chriſtum probamus Creatoris, ſic quoque Deus excludatur Marcionis. Decet veritatem totis viribus vti ſuis, non vt laborantem. Cæterùm, in præſcriptionum compendiis vincit. Sed decretum eſt, vt geſtientem vbique aduerſario occurrere, in tantum furenti, vt facilius præſumpſerit eum veniſſe Chriſtum, qui nunquam ſit annuntiatus, quàm eum qui ſemper ſit prædicatus.

CAPVT II.

Chriſtus Marcionis tam ſubitus apparens, ſuſpectus eſt, nullo patris mittentis, de miſſo filio, teſtimonio præmiſſo.

Per totum. V. Marcionis Chriſtus 1. inf. V. fides. 12.

HINC denique gradum confero, an debuerit tam ſubitò veniſſe. Primò, quia & ipſe Dei ſui filius; hoc enim ordinis fuerat, vt antè pater filium profiteretur, quàm patrem filius; & antè pater de filio teſtaretur, quàm filius de patre. Dehinc & quia miſſus, præter filij nomen. Proinde enim præceſſiſſe debuerat mittentis patrocinium in teſtimonium miſſi, quia nemo veniens ex alterius auctoritate, ipſe eam ſibi ex ſua affirmatione defendit; ſed ab ipſa defendi ſe potius expectat, præeunte ſuggeſtu eius, qui auctoritatem præſtat. Cæterùm, nec filius agnoſcetur, quem nunquam pater nun-

cœpauit; nec miſſus credetur, quem nunquam mandator deſignauit; nuncupaturus pater, & deſignaturus mandator, ſi fuiſſet. Suſpectum habebitur omne, quod exorbitarit à regula; rerumque principalis gradus non ſinit poſterius agnoſci patrem poſt filium, & mandatorem poſt mandatum, & Chriſtum poſt Deum. Nihil origine ſua prius eſt in agnitione, quia nec in diſpoſitione. Subitò filius, & ſubitò miſſus, & ſubitò Chriſtus. Atquin nihil putem à Deo ſubitum, quia nihil à Deo non diſpoſitum. Si autem diſpoſitum, cur & non prædicatum, vt probari poſſet, & diſpoſitum ex prædicatione, & diuinum ex diſpoſitione? Et vtique tantum opus, quod ſcilicet humanæ ſaluti parabatur, vel eatenus ſubitum non fuiſſet, quà per fidem profuturum. In quantum enim credi habebat, vt prodeſſet; in tantum paraturam deſiderabat, vt credi poſſet, ſubſtructam fundamentis diſpoſitionis & prædicationis; qua ordine fides informata, meritò & homini indiceretur à Deo, & Deo exhiberetur ab homine; ex agnitione debens credere quia poſſet; quæ ſcilicet credere didiciſſet ex prædicatione.

CAPVT III.

Non ſufficit quod ait Marcion, quod Chriſtus ſigna fecerit, quibus ſe miſſum probaret; Pſeudoprophetis etiam futura faciliima prodigia, Chriſto teſtante. Maximè cùm & Creator, & ſerui eius quos reprobat Marcion, maxima ediderint.

In p. ad circa. f. V. Marcionis Chriſtus. 2. in f. V. Marcionis Chriſtus. 5.

NON fuit, inquis, ordo eiuſmodi neceſſarius: quia ſtatim ſe & filium, & miſſum, & Dei Chriſtum rebus ipſis eſſet probaturus, per documenta virtutum. At ego negabo, ſolam hanc illi ſpeciem ad teſtimonium competiſſe, quam & ipſe poſtmodum exauctorauit. Siquidem [a] *edicens multos venturos, & ſigna facturos, & virtutes magnas editu- turos*; auerſionem etiam electorum; nec ideo tamen admittendos; temerariam ſigno- a Luc.17.23. Matt.24.24
rum, & virtutum fidem oſtendit, vt etiam apud pſeudochriſtos facillimarum. Aut quale eſt, ſi inde ſe voluit probari, & intelligi, & recipi; ex virtutibus dico; vnde cæteros noluit, æquè & ipſos tam ſubitò venturos, quàm à nullo auctore prædicatos? Si quia prior eis venit, & prior virtutum documenta ſignauit, idcirco, quaſi locum in balneis, ita fidem occupauit, poſteris quibuſque præripuit, vide nè & ipſe in conditione poſteriorum deprehendatur, poſterior inuentus Creatore, antè iam cognito, & proinde virtutes antè operato, & non aliter præfato non eſſe alijs credendum, poſt eum ſcilicet. Igitur ſi priorem veniſſe, & priorem de poſteris pronuntiaſſe, hoc fidem eludet; Exo.7.10 & ſeq.
prædamnatus erit & ipſe iam ab eo quod poſterior eſt agnitus, & ſolius erit auctoritas Eſa.42.7.
Creatoris, hoc in poſteros conſtituendi, qui nullo poſterior eſſe potuit. Iam nunc quum probaturus ſim Creatorem eaſdem virtutes, quas ſolas ad fidem Chriſto tuo vindicas, interdum per famulos ſuos retro edidiſſe, interdum per Chriſtum ſuum edendas deſtinaſſe, poſſum & ex hoc meritò præſcribere, tantò magis Chriſtum non ex ſolis virtutibus credendum fuiſſe, quantò illum non alterius quàm Creatoris interpretari potuiſſent, vt reſpondentes virtutibus Creatoris, & editis per famulos ſuos, & in Chriſtum ſuum repromiſſis. Quamquam etſi alia documenta inuenirentur in tuo Chriſto, noua ſcilicet, facilius crederemus etiam noua eiuſdem eſſe, cuius & vetera, quàm eius tantummodò noua; egentia experimentis fidei victricis vetuſtatis; vt ſic quoque prædicatus venire debuerit, tam prædicationibus proprijs exſtruentibus ei fidem, quàm virtutibus; præſertim aduerſus Chriſtum Creatoris venturum, & ſignis & prophetis propriis munitum; vt æmulus Chriſti per omnes diuerſitatum ſpecies reluceret. Sed quomodo à Deo nunquam prædicato Chriſtus eius prædicaretur? Hoc eſt ergo quod exigit, nec Deum, nec Chriſtum tuum credi, quia & Deus ignotus eſſe non debuit, & Chriſtus agnoſci per Deum debuit.

CAPVT IV.

Si Chriſtus Marcionis ideo poſt Deum Creatorem apparuit, vt opera eius in melius reformaret: debuit quoque eadem cauſa, poſt Chriſtum Creatoris apparere.

In p. V. Marcionis Chriſtus. 5. à p. ad f. V. Marcionis Chriſtus. 5.

DEDIGNATVS, opinor, eſt imitari ordinem Dei noſtri, vt diſplicentis, vtcumque maximè reuincendi. Nouus nouè venire voluit; filius antè patris profeſſionem; & miſſus antè mandatoris auctoritatem; vt & ipſam fidem monſtroſiſſimam induceret, qua antè crederetur Chriſtum veniſſe, quàm ſciretur fuiſſe. Competit mihi etiam illud tractare, cur non poſt Chriſtum venerit. Nam cùm intueor dominum eius, tanto æuo

parientiſſimum acetbiſſimi Crearoris adnuntiantis intetea in homines Chriſtum ſuũ, quacunque id tarione fecit, ram reuelationem, quàm intetceſſionem ſuam differens, eadem rarione dico illum patientiam debuiſſe Creatori, in Chriſto quoque ſuo diſpoſitiones ſuas executuro, vt perfecta & expleta omni operatione æmuli Dei, & æmuli Chriſti, tunc & ipſe proprias diſpoſitiones ſuperduceret. Cæterùm, pœnitentia tantæ patientiæ fecit, quòd non in finem rerum Creatotis perſeuerauerit. Vanè ſuſtinuit prædicari Chriſtum eius, quem non ſuſtinuit exhiberi. Aut ſine cauſa intercidit temporis alieni decurſum; aut ſine cauſa tamdiu non intercidit. Quid illum detinuit, quidve turbauit? Atquin in vtrumque commiſit, poſt Creatotem quidem tam tarde reuelatus, antè Chriſtum verò eius tam properè. Alterum verò iamdudum debuerat traduxiſſe, alterum nondum. Nè illum quidem ramdiu ſæuientem ſuſtinuiſſe: iſtum verò adhuc quieſcentem inquietaſſe; circa ambos excidens ab optimi Dei titulo, certè varius & ipſe, & incertus; tepidus ſcilicet in Crearorem, & calidus in Chriſtum, & vanus vtrubique Non magìs enim compeſcuit Creatorem, quàm obſtitit Chriſto. Manet & Creator, qualis omnino eſt; veniet & Chtiſtus, qualis & ſcribitur. Quid venit poſt Ctearorem, quem emendare non valuit? Quid antè Chriſtum eius reuelatus eſt, quem reuocare non potuetit? Aut ſi emendauit Creatorem, poſt illum reuelatus eſt, vt emendanda præcederent: ergo & Chriſtum eius æquè emendarutus expectaſſe debuerat, proinde & illius poſterior emendator futurus, ſicut Creatoris. Aliud eſt, ſi & ipſe poſt illum rurſus adueniet; vt primo quidem aduentu proceſſerit aduerſus Creatotem, legem & Prophetas deſtruens eius; ſecundo verò procedat aduerſus Chriſtum, regnũ redarguens eius. Tunc ergo concluſurus ordinem ſuum, tunc ſi fortè credendus eſt, aut ſi iam hinc perfecta res eſt eius; vanè ergo venturus eſt, nihil ſcilicet peracturus.

CAPVT .V.

Probaturus Chriſtum filium fuiſſe Creatoris, ipſo teſtimonio Scripturæ eius quam impleuit; duo in prophetis penſanda docet. Primò in eis futura frequenter, pro iam tranſactis poni. Secundò pleraque in eis figuratè portendi.

A p. V. Scriptura. 5. 9. in m. ad f. V. Scripturæ ſenſus. 5.

HIs proluſerim quaſi dè gradu primo adhuc, & quaſi dè longinquo. Sed & hinc iam ad certum & cominus dimicaturus, video aliquas etiam nunc lineas producendas, ad quas erit dimicandum; ad ſcripturas ſcilicet Creatoris. Secundùm eas enim probaturus, Chriſtum Creatoris fuiſſe, vt poſtea Chriſto ſuo adimpletas, neceſſè habeo ipſarum quoque ſcripturarum formam, & (vt ita dixerim) naturam demãdare, nè tunc in controuerſiam deductæ, quum adhibentur ad cauſas, & ſua & cauſarum defenſione commixtæ, obtundant lectoris intentionem. Duas itaque cauſas prophetici eloquij adlego agnoſcendas abhinc aduerſariis noſtris; Vnam, qua futura interdum pro iam tranſactis enuntiantur. Nam & diuinitati competit, quæcunque decreuerit, vt perfecta reputare, quia non ſit apud illam differentia temporis, apud quam vniformem ſtatum temporum dirigit æternitas ipſa, & diuinationi propheticæ magìs familiare eſt id quod proſpiciat, dum proſpicit, iam viſum, atque ita iam expunctum, id eſt, omni mo-
a Eſa. 50. 6. do futurum demonſtrare, ſicut per Eſaïam, [a] *Dorſum meum poſui in flagella, maxillas autem meas in palmas; faciem meam verò non auerti à ſputaminibus.* Siue enim Chriſtus iam tunc in ſemetipſum ſecundùm nos, ſiue Prophetes dè ſemetipſo ſecundùm Iudæos pronuntiabat, nondum tamen factum pro iam tranſacto ſonabat. Alia ſpecies erit, qua
pleraque figuratè protenduntur per ænigmata, & allegorias, & parabolas, aliter intelli-
b Ioel. 3. 18. genda quàm ſcripta ſunt. Nam & [b] *montes legimus diſtillaturos dulcorem*; non tamen vt
c Exo. 3. 8. & cap. 13. 5. ſapam dè petris, aut defrutum dè rupibus ſperes: & [c] *terram audimus lacte & melle manantem*; non tamen vt dè glebis credas te vnquam placentas & ſamias coacturum: quia nec
d Eſa. 43. 10. e Eſa. 41. 18. 19. ſtatim aquilicem & agricolam ſe Deus repromiſit, dicens, [d] *Ponam flumina in regione ſitienti,* [e] *& in ſolitudine cedrum, & buxum.* Sicut & prædicans dè Nationum conuerſione:
f Eſa. 43. 20. [f] *Benedicent me beſtiæ agri, ſirenes, & filiæ paſſerum*; non vtique ab hirundinum pullis, &
1. Cor. 9. 9. 10. vulpeculis, & illis monſtruoſis fabuloſiſque cantricibus fauſta omnia relaturus eſt. Et
1. Cor. 10. 4. quid ego dè iſto genere amplius? quum etiam hæreticorum Apoſtolus, ipſam legem
Gal. 4. 22. 24. indulgentem bubus terentibus os liberum; non dè bubus, ſed dè nobis interpretetur: & petram potui ſubminiſtrando comitem, Chriſtum adleget fuiſſe, docens proinde &
Epheſ. 5. 32. Galatas, duo argumenta filiorum Abrahæ allegoricè cucurriſſe, & ſuggerens Epheſiis, quòd in primordio dè homine prædicatum eſt, relicturo patrem & matrem, & futuris duobus in vnam carnem, id ſe in Chriſtum, & Eccleſiam agnoſcere.

CAPVT VI.

Iudæorum error, quo Chriſtum Creatoris velut extraneum crucifixerunt, quem ignorantes Dei filium, merum hominem crediderunt, Marcioni non fauet: quia & ipſammet eorum ignorantiam & errorem ſcriptura prædixit.

In p. ad vltra. m. V. Marcionitæ. 5. & V. ſcript. ſenſus. 5. à m. in Alphab. errorum. V filius viſus in carne. 5. circa. f. V. Trinitas. 2. perſona filius. 1. in f. V. Iudæi. 4.

SI ſatis conſtat de iſtis interim duabus proprietatibus Iudaïcæ litteraturæ, memento, lector, conſtitiſſe vt quum tale quid adhibuerimus, non retractetur de forma ſcripturæ, ſed de ſtatu cauſæ. Quum igitur hæretica dementia eum Chriſtum veniſſe præſumeret, qui nunquam fuerat annuntiatus; ſequebatur vt eum Chriſtum nondum veniſſe contenderet, qui ſemper fuerat prædicatus: atque ita coacta eſt cum Iudaïco errore ſociari, & ab eo argumentationem ſibi ſtruere, quaſi Iudæi certi & ipſi alium fuiſſe qui venit, non modò reſpuerint eum vt extraneum, verùm & interfecerint eum vt aduerſarium, agnituri ſine dubio, & omni officio religionis proſecuturi, ſi ipſorum fuiſſet. Scilicet nauclero illi non quidem Rhodia lex, ſed Pontica cauerat, errare Iudæos in Chriſtum ſuum non licere; quando etſi nihil tale prædicatum in illos inueniretur, vel ſola vtique humana conditio deceptui obnoxia, perſuaſiſſet, Iudæos errare potuiſſe, quà homines; nec ſtatim præiudicium ſumendum de ſententia eorum, quos credibile fuerit erraſſe. Porro, quum
& prædicatum ſit, non agnituros eos Chriſtum, ideoque etiam perempturos; iam ergo ipſe erit & ignoratus, & interemptus ab illis in quem ita admiſſuri prænotabantur. Hoc ſi probari exigis, non eas ſcripturas euoluam, quæ interemptibilem Chriſtum edicentes vtique & ignorabilem affirmant: Niſi enim ignoratus nihil ſcilicet pati poſſet: ſed reſeruatis eis ad cauſſam paſſionum, eas prædicationes in præſenti ſufficiet adhibere, quæ interim ignorabilem probent Chriſtum, & hoc breuiter, dum oſtendunt omnem vim intellectus ademptam populo à Creatore. [a] *Auferam*, inquit, *ſapientiam ſapientium illorum, & prudentiam prudentiū eorum abſcondam. &,* [b] *Aure audietis, & non audietis: & oculis videbitis: & non videbitis: Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculis concluſerunt, nè quando auribus audiant, & oculis videant, & corde conijciant, & conuertantur, & ſanem illos.* Hanc enim obtuſionem ſalutarium ſenſuum meruerant, [c] *labiis diligentes Deum, corde autem longè abſiſtentes ab eo.* Igitur ſi Chriſtus quidem annuntiabatur à Creatore, [d] *ſolidante tonitrum, & concludente ſpiritum, & annuntiante in homines Chriſtum ſuum,* ſecundùm Amos Prophetam: Si omnis ſpes Iudæorum, nè dicam etiam Gentium, in Chriſti reuelationem deſtinabatur, ſine dubio id demonſtrabantur non agnituri, & non intellecturi, ablatis agnitionis & intelligentiæ viribus, ſapientia atque prudentia, quod annuntiabatur, id eſt Chriſtus, erraturis in eum principalibus ſapientibus eorum, id eſt Scribis, & prudentibus eorum, id eſt Phariſæis: pariter & [e] *populo auribus audituro, & non audituro*, vtique Chriſtum docentem: *& oculis viſuro, & non viſuro*, vtique Chriſtum ſigna facientem, ſecundùm quod & alibi: [f] *Et quis cæcus, niſi pueri mei? & quis ſurdus, niſi qui dominatur eorum?* Sed & quum exprobrat per eundem Eſaïam, [g] *Filios generaui, & exaltaui: at illi me reiecerunt. Agnouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui: Iſraël autem me non cognouit, & populus me non intellexit.* Nos quidem certi, Chriſtum ſemper in Prophetis locutum, ſpiritum ſcilicet Creatoris, ſicut Propheta teſtatur, [h] *Spiritus perſona eius, Chriſtus Dominus*, qui ab initio vicarius patris, in Dei nomine & auditus ſit, & viſus; ſcimus ipſius voces eiuſmodi fuiſſe iam tunc Iſraeli exprobrantis, quæ in illum commiſſuri prædicabantur, [i] *Dereliquiſtis Dominum, & in iram prouocaſtis Sanctum Iſraël.* Si verò non in Chriſtum, ſed in ipſum potius Deum volueris referre omnem Iudaïcæ ignorantiæ de priſtino reputationem, nolens etiam retro ſermonem & ſpiritum, id eſt Chriſtum Creatoris deſpectum ab eis, & non agnitum, ſic quoque reuinceris. Non negans enim filium, & ſpiritum, & ſubſtantiam Creatoris eſſe Chriſtum eius, concedas neceſsè eſt, eos qui patrem non agnouerint, nec filium agnoſcere potuiſſe, per eiuſdem ſubſtantiæ conditionem; cuius ſi plenitudo intellecta non eſt, multò magìs portio, certè quà plenitudinis conſors. His ita diſpectis, iam apparet quomodo & reſpuerint Iudæi Chriſtum, & interemerint, non vt extraneum Chriſtum intelligentes, ſed vt ſuum non agnoſcentes. Qui enim extraneum intelligere potuiſſent, de quo nihil vnquam fuerat adnuntiatum, quum intelligere non potuiſſent, de quo ſemper fuerat prædicatum? Id enim intelligi, vel non intelligi capit, quod habendo ſubſtantiam prædicationis, habebit & materiam vel agnitionis, vel erroris. Quod verò materia caret, non admittit ſapientiæ euentum. Et adeò non quà alterius Dei, Chriſtum auerſati perſecutique ſunt; ſed quà

1 Cor. 2. 8.
a Eſa. 29. 14.
b Eſa. 6. 9. 10.
c Eſa. 27. 13.
d Amos. 4. 13.
Hier. 14. 8.
e Matt. 13. 14.
f Eſa. 42. 19.
g Eſ. 1. 2.
h Thren. 4. 20.
i Eſa. 1. 4.

ſolummodò hominem, quem planum in ſignis, & æmulum in doctrinis exiſtimabant, vt & ipſum hominem, quà ſuum, id eſt Iudæum, ſed Iudaïſmi exorbitatorem & deſtructorem, deduxerint in iudicium, & ſuo iure punierint, alienum ſcilicet non iudicaturi. Tantò abeſt vt alienum Chriſtum intellexiſſe videantur, qui nec hominem eius vt alienum iudicauerunt.

CAPVT VII.

Marcionitæ & Iudæi conuincuntur de duobus Chriſti aduentibus prophetatis, quorum primum abiectum & humilem non cognouerunt.

In p. V. Marcionitæ. 4. in p. ad f. V. Chriſti aduentus duplex. 1. contra Iud. c. 24 in p. ad vltra. m. circa. f. V. Chri. paſſio. 14.

DISCAT nunc hæreticus ex abundanti cum ipſo licebit Iudæo, rationem quoque
a Luc. 6. 39. errorum eius, à quo ducatum mutuatus, in hac argumentatione, [a] *cæcus à cæco in*
Math. 15. 14. *eandem decidit foueam.* Duos dicimus Chriſti habitus à Prophetis demonſtratos, totidem
b Eſa. 53. 7. aduentus eius prænotaſſe: Vnum in humilitate, vtique primum; quum [b] *tanquam ouis ad*
c Verſu. 2. *victimam deduci habebat, & tanquam agnus ante tondentem ſine voce, ita non aperiens os ſuum;*
& ſeq. *nec adſpectu quidem honeſtus.* [c] *Adnuntiauimus eum*, inquit, *de illo; ſicut puerulus, ſicut radix*
in terra ſitienti; & non eſt ſpecies eius, neque gloria. Et vidimus eum, & non habebat ſpeciem,
d Eſa. 8. 14. *neque decorem; ſed ſpecies eius inhonorata, deficiens citra filios hominum. homo in plaga, &*
e Pſal. 8. 6. *ſciens ferre infirmitatem.* vt poſitus à patre in [d] *lapidem offenſionis, & petram ſcandali;* [e] *mi-*
f Pſal. 21. 7. *noratus ab eo modicum citra angelos;* [f] *vermem ſe pronuntians, & non hominem; ignominiam*
hominis, & nullificamen populi. Quæ ignobilitatis argumenta primo aduentui competunt,
g Epheſ. 2. 20. ſicut ſublimitatis ſecundo; quum fiet iam non lapis offenſionis, nec petra ſcandali; ſed [g]
lapis ſummus angularis, poſt reprobationem aſſumptus, & ſublimatus in conſummationem
h Dan. 2. 34. templi, eccleſiæ ſcilicet; & [h] *petra ſanè illa*, apud Danielem, *de monte præciſa*, quæ imaginem ſæcularium regnorum comminuet & conteret. De quo ſecundo aduentu idem Pro-
i Dan. 7. 13. phetes: [i] *Et ecce cum nubibus cæli, tanquam filius hominis veniens, venit vſque ad veterem*
dierũ, & aderat in conſpectu eius & qui aſſiſtebant, adduxerũt illum, & data eſt ei poteſtas regia,
& omnes nationes terræ ſecundùm genera, & omnis gloria famulabunda; & poteſtas eius vſ-
que in æuum, quæ non auferetur; & regnum eius, quod non vitiabitur. Tunc ſcilicet habiturus & ſpeciem honorabilem, & decorem indeficientem ſupra filios hominum. [k] *Tempe-*
k Pſal. 44. 3. *ſtiuus eum*, inquit, *decore citra filios hominum; effuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea bene-*
dixit te Deus in æuum. Accingere enſem ſuper femur tuum, potens tempeſtiuitate tua, & pul-
critudine tua; quum & pater, poſtea quam [l] *diminuit eum modicum quid citra angelos, gloria*
l Pſal. 8. 6. *& honore coronabit illum, & ſubyciet omnia ſub pedibus eius.* Tunc & [m] *cognoſcent eum, qui*
m Zach. 12. 10. *compugerunt; & cadent pectora ſua tribus ad tribum*; vtique quod retro non agnouerunt eum
in humilitate conditionis humanæ conſtitutum. [n] *Et homo eſt*, inquit Hieremias, *& quis*
n Hier. 17. 9 *cognoſcet illum? quia &*, [o] *Natiuitatem eius*, inquit Eſaïas, *quis enarrabit?* Sic & apud Za-
o Eſa. 53. 8. chariam, in perſona Ieſu; immò & in ipſius nominis ſacramento, verus ſummus ſacer-
Zac. 3. 3. & ſeq. dos patris Chriſtus Ieſus, duplici habitu in duos aduentus delineatur. Primò, ſordidis
Io. 13. 2. indutus, id eſt, carnis paſſibilis & mortalis indignitate, quum & diabolus aduerſabatur
Matth. 4. 3. ei, auctor ſcilicet Iudæ traditoris, nè dicam etiam poſt baptiſma tentator. Dehinc, deſpoliatus priſtinas ſordes, & exornatus podere, & mitra, & cidari munda; id eſt, ſecundi aduentus gloria & honore. Si enim & duorum hircorum qui ieiunio offerebantur faciam interpretationem, nonnè & illi vtrumque ordinem Chriſti figurant? Pares quidem atque conſimiles propter eundem Dominum conſpectum, qui non in alia venturus eſt forma, vt qui agnoſci habeat, à quibus & læſus eſt. Alter autem eorum circumdatus coccino, maledictus, & conſputatus, & conuulſus, & compunctus à populo extra
Leuit. 16. 7. & ſeq. ciuitatem abijciebatur in perditionem, manifeſtis notatus inſignibus Dominicæ paſſionis. Alter verò pro delictis oblatus, & ſacerdotibus templi in pabulum datus, ſecundæ repræſentationis argumenta ſignabat, qua delictis omnibus expiatis, ſacerdotes templi ſpiritalis, id eſt eccleſiæ, Dominicæ gratiæ quaſi viſceratione quadem fruerentur, ieiunantibus cæteris à ſalute. Igitur, quoniam primus aduentus & plurimum figuris obſcuratus, & omni inhoneſtate proſtratus canebatur; ſecundus verò & manifeſtus, & Deo condignus; idcirco, quem facilè & intelligere & credere potuerunt, cum ſolum intuentes, id eſt ſecundum, qui eſt in honore & gloria, non immeritò decepti ſunt circa obſcuriorem, certè indigniorem, id eſt primum. Atque ita in hodiernum negant veniſſe Chriſtum ſuum, quia non in ſublimitate venerit, dum ignorant etiam in humilitate fuiſſe venturum.

CAPVT VIII.

Probat Chriſtum verè, in carne veniſſe, alias apertiſſimus mortis Chriſti & reſurrectionis fructus negabitur. Marcionitas porro & eorum Authores à Ioanne dictos meritò Antichriſtos.

Per totum. V. Marcionis Chriſtus. 6.

DESINAT nunc hæreticus à Iudæo, aſpis (quod aiunt) à vipera mutuari venenum;
euomat iam hinc proprii ingenii virus, phantaſma vindicans Chriſtum. Niſi quòd
& iſta ſententia alios habebit auctores, præcoquos & abortiuos quodammodo Marcio-
nitas, quos Apoſtolus Ioannes [a] *Antichriſtos pronuntiauit, negantes Chriſtum in carne ve-*
niſſe; & tamen non vt alterius Dei jus conſtituerent, quia & de iſto notati fuiſſent; ſed a1.Io.4.2.3
quoniam incredibile præſumpſerant Deum carnem. quò magis Antichriſtus Marcion
ſibi eam rapuit præſumptionem; aptior ſcilicet ad renuendam corporalem ſubſtantiam
Chriſti, qui ipſum Deum eius nec auctorem carnis induxerat, nec reſuſcitatorem. opti-
mum videlicet, & in iſto, diuerſiſſimum à mendaciis & fallaciis Creatoris. Et ideo Chri-
ſtus eius nè mentiretur, nè falleret, & hoc modo Creatoris forſitan deputaretur, non erat
quod videbatur, & quod erat mentiebatur; caro nec caro, homo nec homo: proinde
Deus Chriſtus, nec Deus. Cur enim non etiam Dei phantaſma portauerit? An credam
ei de interiore ſubſtantia, qui ſit de exteriore fruſtratus? Quomodo verax habebitur in
occulto, tam fallax repertus in aperto? Quomodo autem in ſemetipſo veritatem ſpiritus
fallacia carnis confundens, negatam ab Apoſtolo, lucis, id eſt veritatis; & fallaciæ, id
eſt tenebrarum, commiſit communicationem? Iam nunc quum mendacium deprehen-
ditur Chriſti caro: ſequitur vt omnia quæ per carnem Chriſti geſta ſunt, mendacio geſta 2.Cor.6.15.
ſint; congreſſus, contactus, conuictus; ipſæ quoque virtutes. Si enim tangendo aliquem
liberauit à vitio, vel tactus ab aliquo; quod corporaliter actum, non poteſt verè actum Luc 7. 39.
credi, ſine corporis ipſius veritate. Nihil ſolidum ab inani, nihil plenum à vacuo perfici Luc. 8. 44.
licuit. Putatiuus habitus, putatiuus actus: imaginarius operator, imaginariæ operæ. Sic Matth. 8.3.
nec paſſiones Chriſti, eius fidem merebuntur. nihil enim paſſus eſt, qui non verè eſt paſ- 15. & c. 9.
ſus. Verè autem pati phantaſma non potuit. Euerſum eſt igitur totum Dei opus. Totum 20.21.29.&
Chriſtiani nominis & pondus & fructus, mors Chriſti negatur, quam tam impreſſe Apo- cap. 14. 36.
ſtolus demandat, vtique veram, ſummum eam fundamentum Euangelii conſtituens, &
ſalutis noſtræ, & prædicationis ſuæ: [b] *Tradidi enim*, inquit, *vobis in primis, quòd Chriſtus*
mortuus ſit pro peccatis noſtris, & quòd ſepultus ſit, & quòd reſurrexerit tertia die. Porro, ſi b1.Cor.15.3
caro eius negatur, quomodo mors eius aduerſatur, quæ propria carni eſt paſſio [c] *per mor-*
tem deuertentis in terram, de qua eſt ſumpta, ſecundùm legem ſui auctoris? Negata verò mor- cGen. 3. 19.
te, dum caro negatur, nec de reſurrectione conſtabit. Eadem enim ratione non reſurre-
xit, qua mortuus non eſt, non habendo ſubſtantiam ſcilicet carnis; cuius ſicut & mors,
ita & reſurrectio eſt. Proinde reſurrectione Chriſti infirmata, etiam noſtra ſubuerſa eſt.
Nec ea enim valebit, propter quam Chriſtus venit, ſi Chriſtus non reſurrexit. Nam ſicut
illi, qui dicebant reſurrectionem mortuorum non eſſe, reuincuntur ab Apoſtolo, ex re-
ſurrectione Chriſti: ita reſurrectione Chriſti non conſiſtente, aufertur & mortuorum
reſurrectio. atque ita [d] *inanis eſt fides noſtra, inanis eſt prædicatio Apoſtolorum. inueniuntur*
autem etiam falſi teſtes Dei, quòd teſtimonium dixerint quaſi reſuſcitauerit Chriſtum, quem non d1. Cor. 15.
reſuſcitauit. & ſumus adhuc in delictis. & qui in Chriſto dormierunt, perierunt. ſanè re- 14.
ſurrecturi, ſed phantaſmate forſitan, ſicut & Chriſtus.

CAPVT IX.

Perperam Marcionitæ, contra veram Chriſti carnem opponunt Angelos Creatoris in carne putatiua apparuiſſe Abrahæ, & Loth, & verè congreſſos & paſtos, & in vera carne, licet non nata: ipſe quoque Tertullianus erronèe dicit, in qua tamen quia nata non erat, nec pro nobis mori diſpoſita fuit.

In p. V. Alphab. Error. V. Angeli. circa. m. in alphab. Error V. Angeli. 2. circa. f. V. Chriſti incarnat. 2 & in alphab. Error. V. Angeli. 2. in f. & ibid. V. filius. in carne viſus. 6. in f. V. Reſurrect. gloria & dotes. 9.

IN iſta quæſtione, qui putaueris opponendos eſſe nobis Angelos Creatoris, quaſi & illi Gen. 18. 2.
in phantaſmate putatiuæ vtique carnis egerint apud Abraham, & Loth, & tamen & ſeq.
verè ſint & congreſſi, & paſti, & operati quod mandatum eis fuerat; primò, non admitte- Gen. 19. 1.
ris ad eius Dei exempla, quem deſtruis. nam & quantò meliorem & perfectiorem Deum
inducis, tantò non competunt illi eius exempla, quò niſi diuerſus in totum, non erit om-
nino melior atque perfectior. Dehinc ſcito, nec illud concedi tibi, vt putatiua fuerit in
angelis caro, ſed veræ & ſolidæ ſubſtantiæ humanæ. Si enim difficilè non fuit illi, putatiuæ
carnis veros & ſenſus, & actus exhibere, multò facilius habuit veris & ſenſibus, & actibus

veram dediſſe ſubſtantiam carnis, vel quà proprius auctor & artifex eius. Tuus autem
Deus, eò quòd carnem nullam omnino produxerit, merito fortaſſe phantaſma eius intu-
lerit, cuius non valuerat veritatem. Meus autem Deus, qui illam de limo ſumptam, in
hac reformauit qualitate, nondum ex ſemine coniugali, & tamen carnem; æquè potuit
ex quacunque materia angelis quoque adſtruxiſſe carnem, qui etiam mundum ex nihilo,
in tot, ac talia corpora, & quidem verbo, ædificauit. Et vtique ſi Deus tuus veram quan-
a Matth. 22 doque ſubſtantiam angelorum hominibus pollicetur; a *Erunt enim*, inquit, *ſicut angeli*;
30. cur non & Deus meus veram ſubſtantiam hominum angelis accommodarit, vnde vnde
ſumptam? Quia nec tu mihi reſpondebis, vnde illa apud te angelica ſumatur; ſufficit mi-
hi hoc definite, quòd Deo congruit; veritatem ſcilicet eius rei, quam tribus teſtibus ſen-
ſibus obiecit, viſui, tactui, auditui. Difficilius Deo mentiri, quam carnis veritatem vnde
producere, licet non natæ. Cæterum, & aliis hæreticis definientibus carnem illam in an-
gelis ex carne naſci debuiſſe, ſi verè fuiſſet humana, certa ratione reſpondemus, quà &
humana verè fuerit, & innata. Humana verè, propter Dei veritatem, à mẽdacio & fallacia
extranei; & quia non poſſent humanitus tractari ab hominibus, niſi in ſubſtantia humana.
Innata autem, quia ſolus Chriſtus in carnem ex carne naſci habebat, vt natiuitatem no-
ſtram natiuitate ſua reformaret: atque ita etiam mortem noſtram morte ſua diſſolueret;
reſurgendo in carne, in qua natus eſt, vt & mori poſſet. Ideoque & ipſe cum angelis tunc
Gen. 18. 4. apud Abraham in veritate quidem carnis apparuit, ſed nondum natæ; quia nondum mo-
rituræ; ſed & diſcentis iam inter homines conuerſari. Quò magis angeli neque ad mo-
Baruch 3.38 riendum pro nobis diſpoſiti, breuem carnis commeatum non debuerunt naſcendo ſum-
pſiſſe, quia nec moriendo depoſituri eam fuerant. ſed vnde vnde ſumptam, & quoquo
b Pſal. 103. 5 modo omnino dimiſſam, mentiti eam tamen non ſunt. Si Creator b *facit angelos ſpiri-*
Matth. 22. *tus, & apparitores ſuos ignem flagrantem*; tam verè ſpiritus, quàm & ignem; idem illos
30. verè fecit & carnem: vt nunc recordemur, & hæreticis renunciemus, eius eſſe promiſſum,
Gen. 18. 2. homines in angelos reformandi quandoque, qui angelos in homines formarit aliquando.

CAPVT X.

*Si Chriſtus carnem aſpernatus eſſet, vt indignam; certè & eius imaginem, ſiue phantaſma, de-
buiſſet dedignari.*

In p. V. Marcionis Deus, 18. ad circa. f. à p. in alphab. Error. V. filius in carne viſus. 7. in f. V. Chri. in-
carnatio. 13.

IGITVR non admiſſus ad conſortium exemplorum Creatoris, vt alienorum, & ſuas
habentium cauſas, velim edas & ipſe conſilium Dei tui, quo Chriſtum ſuum non in
veritate carnis exhibuit. Si aſpernatus eſt illam, vt terrenam, &, vt dicitis, ſtercoribus in-
ferſam, cur non & ſimulachrum eius proinde deſpexit? Nullius enim dedignandæ rei
imago dignanda eſt: ſequitur ſtatum ſimilitudo. Sed quomodo inter homines conuerſa-
retur, niſi per imaginem ſubſtantiæ humanæ? Cur ergo non potius per veritatem? vt verè
conuerſaretur, ſi neceſsè habeat conuerſari? quantò dignius neceſſitas fidem, quam ſtro-
pham, adminiſtraſſet? Satìs miſerum Deum inſtituis, hoc ipſo, quod Chriſtum ſuum non
potuit exhibere, niſi in indignæ rei effigie, & quidem alienæ. Aliquantis enim indignis
conueniet vti, ſi noſtris; ſicut alienis non congruet vti licet dignis. Cur enim non in ali-
qua alia digniore ſubſtantia venit, & in primis ſua, nè & indigna, & aliena videretur eguiſ-
ſe? Si Creator meus per rubum quoque & ignem, idem poſtea per nubem & globum cum
Exo. 3. 2. homine congreſſus eſt, & elementorum corporibus in repræſentationibus ſui vſus eſt, ſa-
& cap. 19. 16. & c. 24. tìs hæc exempla diuinæ poteſtatis oſtendunt, Deum non eguiſſe aut falſæ, aut etiam veræ
17. carnis paratura. Cæterùm, ſi ad certum ſpectamus, nulla ſubſtantia digna eſt, quam Deus
induat. Quodcunque induerit ipſe, dignum facit, abſque mendacio tamen. Et ideo, quale
eſt, vt dedecus exiſtimarit veritatem potius, quam mendacium carnis? Atquin honorauit
illam fingendo. Quanta iam caro eſt, cuius phantaſma neceſſarium fuit Deo ſuperiori?

CAPVT XI.

*Putatiuam in Chriſto carnem ſtultè Marcion agnouit, nè ex vera, natiuitatem quoque admittere
cogeretur. Poterat quippe & putatiuam natiuitatem, ſimili carni confirmare. Cum autem Deo
conuenientior ſit veritas, quàm mendacium, omne phantaſma tam carnis, quàm natiuitatis,
excludendum eſt ab eo.*

In p. ad m. V. Chri. caro 7. à p. in alphab. Error. V. Angeli. 3. in m. V. mulier. 3. in f. V. Chri. nat. 2.

TOTAS iſtas præſtigias putatiuæ in Chriſto corpulentiæ, Marcion illa intentione ſuſ-
cepit, nè ex teſtimonio ſubſtantiæ humanæ, natiuitas quoq; eius defenderetur, atque

ita

ita Chriſtus Creatoris vindicaretur, vt qui naſcibilis, ac per hoc, carneus annuntiaretur. Stultiſſimè & hîc Ponticus; quaſi non facilius crederetur caro in Deo nō nata, quā falſa; præſtruentibus vel maximè fidem iſtam Angelis Creatoris, in carne vera conuerſatis, nec tamen nata. Nam & Philumene illa magìs perſuaſit Apelli, cæteriſque Gen. 18. 2. & ſeq.
deſertoribus Marcionis, ex fide quidem Chriſtum circumtuliſſe carnem; nullius tamen natiuitatis; vt pote de elementis cammutuatum. Quòd ſi verebatur Marcion, nè fides carnis, natiuitatis quoque fidem induceret; ſine dubio qui homo videbatur, natus vtique credebatur. nam & [a] *mulier quædam exclamauerat, Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ hauſiſti*, &c, [b] *Quomodo mater & fratres eius dicti ſunt foris ſtare*? Et videbimus a Luc. 11.27
de his capitulis ſuo tempore. Certè quum & ipſe ſe filium hominis prædicaret, natum b Matt. 12 47
ſcilicet profitebatur. Nunc vt hæc omnia ad Euangelij diſtulerim examinationem, tamen quod ſupià ſtatui, ſi omni modo natus credi habebat, qui homo videbatur, vanè natiuitatis fidem conſilio imaginariæ carnis expungendam putauit. Quid enim profuit, non verè fuiſſe, quod pro vero haberetur, tam carnem, quàm natiuitatem? Aut ſi dixeris, viderit opinio humana: iam Deum tuum honoras fallaciæ titulo, ſi aliud ſe ſciebat eſſe, quàm quod homines fecerat opinari. Iam tunc potuiſti etiam natiuitatem putatiuam illi accommodaſſe, nè in hanc quoque impegiſſes quæſtionem. Nam & mulierculæ nonnunquam prægnantes ſibi videntur, aut ſanguinis tributo, aut aliqua valetudine inflatæ. Et vtique debuerat phantaſmatis ſcenam decucurriſſe, nè originem carnis non defaltaſſet, qui perſonam ſubſtantiæ ipſius egiſſet. Planè natiuitatis mendacium recuſaſti: ipſam enim carnem veram edidiſti. Turpiſſimum ſcilicet Dei, etiam vera natiuitas. Age iam, perora in illa ſanctiſſima & reuerenda opera naturæ: inuehere in totum quod es: carnis atque animæ originem deſtrue: cloacam voca vterum, tanti animalis, id eſt, hominis producendi officinam: perſequere & partus immunda, & pudenda tormenta, & ipſius exinde puerperij ſpurcos, anxios, ludicros exitus. Tamen quum omnia iſta deſtruxeris, vt Deo indigna confirmes, non erit indignior morte natiuitas, & cruce infantia, & natura pœna, & carne damnatio. Si verè iſta paſſus eſt Chriſtus, minus fuit naſci. Si mendacio paſſus eſt, vt phantaſma, potuit & mendacio naſci. Summa iſta Marcionis argumenta, per quæ alium efficit Chriſtum, ſatìs opinor oſtendimus non conſiſtere omnino, dum docemus magìs vtique competere Deo veritatem, quàm mendacium eius habitus, in quo Chriſtum ſuum exhibuit. Si veritas fuit, caro fuit: ſi caro fuit, natus eſt. Ea enim quæ expugnat hæc hæreſis, confirmantur, quum ea per quæ expugnat deſtruuntur. Itaque ſi carneus habebitur, quia natus; & natus, quia carneus; quia phantaſma non fuerit, ipſe erit agnoſcendus, qui in carne, & ex natiuitate venturus adnuntiabatur à Creatoris prophetis, vtpote Chriſtus Creatoris.

CAPVT XII.

Eſaiæ prophetia dè Chriſto Emmanuele vocando, impleta eſt, non quidem vocis ſono, ſed ſignificatione nominis: nobiſcum enim fuit Chriſtus Deus homo.

A p. V. Chri Aduentus primus. 3.

PROVOCA nunc, vt ſoles, ad hanc Eſaiæ comparationem Chriſti, contendens illam in nullo conuenire. Primò enim, inquis, Chriſtus Eſaïæ [a] *Emanuel* a Eſa.7.14. b Eſa 8.4.
vocari habebit; dehinc [b] *virtutem ſumere Damaſci, & ſpolia Samariæ aduerſum regem Aſſyriorum*. Porro, iſte qui venit, neque ſub eiuſmodi nomine eſt editus, neque vlla re bellica functus eſt. At ego te admonebo, vti cohærentia quoque vtriuſque capituli recognoſcas. Subiuncta eſt enim & interpretatio [c] *Emmanuelis, Nobiſcum Deus*; c Matth.1.23
vti non ſolùm ſonum nominis ſpectes, ſed & ſenſum. Sonus enim Hebraïcus, quod eſt *Emmanuel*, ſuæ gentis eſt. Senſus autem eius quod eſt, *Deus nobiſcum*, ex interpretatione communis eſt. Quære ergo, an iſta vox, *Nobiſcum Deus*, quod eſt *Emmanuel*, exinde quod Chriſtus illuxit, agitetur in Chriſto. Et puto nō negabis, vtpote qui & ipſe dicas, *Deus nobiſcū* dicitur, id eſt *Emmanuel*. Aut ſi tam vanus es, vt quia penes te, *Nobiſcum Deus* dicitur, non *Emmanuel*, idcirco nolis veniſſe illum, cuius proprium ſit vocari *Emmanuel*; quaſi nō hoc ſit & *Deus nobiſcū*, inuenies apud Hebræos Chriſtianos, immò & Marcionitas, Emmanuelē nominare, cùm volunt dicere, *Nobiſcū Deus*: ſicut & omnis gens, quoquo ſono dixerit, *Nobiſcum Deus*, Emmanuelem pronuntiabit, in ſenſu ſonum expungens. Quod ſi *Emmanuel nobiſcum Deus eſt*, Deus autem nobiſcum Chriſtus eſt, qui Gal. 3. 26, 27.
etiam in nobis eſt: (*quotquot enim in Chriſtum tincti eſtis, Chriſtum induiſtis*) tam proprius

eſt Chriſtus in ſignificatione nominis, quod eſt, *nobiſcum Deus;* quàm in ſono nominis, quod eſt *Emmanuel* Atque ita conſtat veniſſe iam illum qui prædicabatur Emmanuel: quia quod ſignificat *Emmanuel, venit, id eſt, nobiſcum Deus.*

CAPVT XIII.

Chriſtum infantem adorandum à Magis, & ſpolia Samariæ, id eſt tria munera accepturum Iſaias prophetanit.

In p. V. Chri. Elogia. 19. à p. V. Maria. 9. & V. Chri. Elogia. 20.

ÆQVE & ſono nominum duceris, cùm [a] *virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ, &*
a Eſa. 8. 4. *regem Aſſyriorum*, ſic accipis, quaſi bellatorem portendant Chriſtum Creatoris,
b Ibid. non animaduertens quid ſcriptura præmittat. [b] *Quoniam priuſquam cognoſcat puer vocare patrem & matrem, accipiet virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ aduerſus regem Aſſyriorum.* Antè eſt enim inſpicias ætatis demonſtrationem, an hominem iam Chriſtum exhibere poſſit, nèdum imperatorem. Scilicet vagitu ad arma eſſet conuocaturus infans, & ſigna belli, non tuba, ſed crepitacillo daturus: nec ex equo, vel dè curru, vel dè muro, ſed dè nutricis aut gerulæ ſuæ collo, ſiue dorſo hoſtem deſtinaturus: atque ita Damaſcum, & Samariam pro mamillis ſubacturus. Aliud eſt ſi penès Ponticos, Barbaræ gentis infantes in prælium erumpunt, credo ad ſolem vncti prius, dehinc pannis armari, & butyro ſtipendiati; qui antè norint lanceare, quàm lancinare. Enimverò, ſi nuſquam hoc natura concedit, antè militare quàm viuere; antè virtutem Damaſci ſumere, quàm patris & matris vocabulum noſſe, ſequitur vt figurata pronuntiatio videatur. Sed & virginem, inquit, parere natura non patitur, & tamen creditur prophetæ. Et meritò. Præſtruxit enim fidem incredibili rei, rationem edendo, quòd in ſigno eſſet futura, [c] *Propterea, inquit, dabit vobis Dominus ſignum: Ecce virgo concipiet in vtero, &*
c Eſa. 7. 14 *pariet filium.* Signum autem à Deo, niſi nouitas aliqua monſtruoſa, tam dignum non fuiſſet. Denique & Iudæi, ſi quando ad nos dejiciendos mentiri audent, quaſi non virginem, ſed iuuenculam concepturam, & parituram ſcriptura contineat, hinc reuincuntur, quòd nihil ſigni videri poſſit res quotidiana, iuuenculæ ſcilicet prægnatus, & partus. In ſignum ergo diſpoſita virgo & mater, meritò creditur: infans verò bellator non æquè. Non hîc ſigni ratio verſatur. Sed ſigno natiuitatis nouæ adſcripto, exinde poſt ſignum, alius ordo iam infantis edicitur, mel & butyrum manducaturi. Nec hoc vtique in ſignum eſt, malitiæ non aſſentaturi; & hoc enim infantia eſt; ſed [d] *accepturi*
d Eſa. 8. 4. *virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ aduerſus regem Aſſyriorum.* Serua modum ætatis, & quære ſenſum prædicationis: immò, redde Euangelio veritatis, quæ poſterior detraxiſti; & tam intelligitur prophetia, quàm renuntiatur expuncta. Maneant enim orienta-
Matth. 2. 11. les illi Magi, in infantia Chriſtum recentem auro, & thure munerantes; & *acceperit infans virtutem Damaſci* ſine prælio & armis. Nam præter quod omnibus notum eſt, Orientis virtutem, id eſt vim & vires, auro, & odoribus pollere ſolitam; certè eſt
e Zach. 14. 14. Creatori, virtutem cæterarum quoque gentium conſtituere; ſicut per Zachariam, [e] *Et Iudas pertendet apud Hieruſalem, & congregabit omnem valentiam populorum per*
f Pſal. 71. 15, *circuitum, aurum, & argentum.* De illo autem tunc auri munere etiam Dauid, [f] *Et da-*
g Ibid. 10. *bitur illi ex auro Arabiæ.* & rurſus, [g] *Reges Arabum & Saba munera adferent illi.* Nam & Magos reges habuit ferè Oriens, & Damaſcus Arabiæ retro deputabatur, antequam tranſcripta eſſet in Syrophœnicen, ex diſtinctione Syriarum; cuius tunc virtutem Chriſtus accepit, accipiendo inſignia eius; aurum ſcilicet, & odores. Spolia autem Samariæ, ipſos Magos: qui cùm illum cognouiſſent, & muneribus honoraſſent, & genu poſito adoraſſent, quaſi Deum, & regem, ſub teſtimonio indicis & ducis ſtellæ, ſpolia
Eſa. 1. 23. ſunt facti Samariæ, id eſt idololatriæ, credentes videlicet in Chriſtum. Idololatriam enim Samariæ nomine notauit, vt ignominioſæ, ob idololatriam, qua deſciuerat tunc à Deo, ſub rege Hieroboam. Nec hoc enim nouum eſt Creatori figuratè vti transla-
h Ezech. 16. 3. & 45. tione nominum, ex comparatione criminum. Nam & archontas Sodomorum, appellat archontas Iudæorum; & populum ipſum, populum Gomorrhæ vocat. & idem ali-
i Eſai. 1. 2. Eſa. 19. 1. & ſeq. bi, [h] *Pater,* inquit, *tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa;* ob conſimilem impietatem. quos aliquando etiam ſuos filios dixerat, [i] *Filios generaui, & exaltaui.* Sic & Ægyptus, non-
Apoc. 17. 9. nunquam totus orbis intelligitur apud illum, ſuperſtitionis, & maledictionis elogio. Sic & Babylon etiam apud Ioannem noſtrum, Romanæ vrbis figura eſt; proinde magnæ, & regno ſuperbæ, & ſanctorum Dei debellatricis. Hoc itaque vſu, Magos quoque, Samaritarum appellatione titulauit deſpoliatos, quod habuerant cum Samaritis,
k Eſa. 8. 4. vt diximus, idololatriam. [k] *Aduerſus regem autem Aſſyriorum*, aduerſus Herodem intel-

lige; cui vtique aduerſati ſunt Magi tunc, non [l] *renuntiando* de Chriſto, quem interei- l Matt. 2. 12.
pere quærebat.

CAPVT XIV.

Pſalterium, & Apocalypſis Chriſto arma bellica, non propriè ſed figuratè adſcribunt.

In p. V. Chri. Elogia 7. à p. V. ad circa f. lex vetus & noua. 4.

ADIVVABITVR hæc noſtra interpretatio, dum & alibi bellatorem exiſtimans Chriſtum, ob armorum quorundam vocabula, & eiuſmodi verba, ex reliquorum quoque ſenſuum comparatione conuinceris: [a] *Accingere*, inquit Dauid, *enſe ſuper fe-* a Pſal. 44. 4.
mur. Sed quid ſuprà legis dè Chriſto? [b] *Tempeſtiuus decore præter filios hominum: effuſa eſt* b Ibid. 3.
gratia in labijs tuis. Rideo, ſi quem ad bellum enſe cingebat, ei de tempeſtiuitate decoris, & labiorum gratia blandiebatur. Sic item ſubiungens. [c] *Extende, & properare, &* c Ibid. 5.
regna; adjecit, [d] *Propter veritatem, & lenitatem, & iuſtitiam*. Quis enim hæc enſe operabitur, d Ibid. 6.
& non contraria potius lenitati, & iuſtitiæ, dolum & aſperitatem & iniuſtitiam, propria ſcilicet negotia præliorum? Videamus ergo, an alius ſit enſis ille, cuius alius eſt actus. Nam & Apoſtolus Ioannes in Apocalypſi, enſem deſcribit ex ore Dei prodeuntem, bis acutum, præacutum; quem intelligi oportet ſermonem diuinum, bis acu- Apoc. 1. 16. & c. 19. 15.
tum duobus Teſtamentis, Legis & Euangelij: acutum ſapientia, infeſtum diabolo; [e] e Ephes. 6.
armantem nos aduerſus hoſtes ſpiritales nequitiæ & concupiſcentiæ omnis, amputantem 11. 12.
etiam à cariſſimis ob Dei nomen. Quòd ſi Ioannem agnitum non vis, habes commu- f Ibid. 14.
nem magiſtrum Paulum, [f] *præcingentem lumbos noſtros veritate, & lorica iuſtitiæ, & calciantem nos præparationem Euangelij pacis*, non belli: [g] *adſumere iubentem ſcutum fidei, in quo* g Ibid. 16.
poſſimus omnia diaboli ignita tela extinguere, & galeam ſalutaris, & gladium ſpiritus; quod h Mat. 10. 34
eſt, inquit, Dei ſermo. [h] *Hanc & Dominus ipſe machæram venit mittere in terram, non pacem.*
Si tuus Chriſtus eſt, ergo & ipſe bellator eſt. ſi bellator non eſt, machæram intentans allegoricam, licuit ergo & Chriſto Creatoris in pſalmo, ſine bellicis rebus, enſem ſermonis Dei præcingi figuratò, cui ſupradicta tempeſtiuitas congruat, & gratia labiorum; quem tunc iam cingebatur ſuper femur, apud Dauid, quandoque in ſſurus in terram. Hoc eſt enim quod ait, [i] *Et extende, & proſperare, & regna*. Extendens ſermonem i Pſal 44. 4.
in omnem terram ad vniuerſarum gentium vocationem; proſperaturus ſucceſſu fidei, qua eſt recepturus; & regnans exinde, qua mortem reſurrectione deuicit. [l] *Et deducet* l Ibid. 6.
te, inquit, mirificè dextera tua; virtus ſcilicet gratiæ ſpiritalis, qua Chriſti agnitio deducitur. [m] *Sagittæ tuæ acutæ*, per volantia vbique præcepta, & minæ, & traductiones cor- m Ibid. 7.
dis, compungentes & transfigentes conſcientiam quamque. *Populi ſub te concident*, vtique adorantes. Sic bellipotens & armiger Chriſtus Creatoris. ſic & nunc accipiens ſpolia, non ſolius Samariæ, verum & omnium gentium. Agnoſce & ſpolia figurata, cuius & arma allegorica didiciſti. Figuratè itaque & Domino eiuſmodi loquente, & Eſa. 8. 4.
Apoſtolo ſcribente, non temerè interpretationibus eius vtimur, quarum exempla etiam aduerſarij admittuntur: quo ita in tantum Eſaiæ erit Chriſtus qui venit, in quantum non fuit bellator, quia non talis ab Eſaia prædicatur.

CAPVT XV.

Marcionis Chriſto, vt Chriſti nomen non congruit, tum quòd vnus ſit Chriſtus, & hic Creatoris dictus: tum quod Phantaſmati, non competat vngi.

Per totum. V. Chri. Elogia. 1.

DE quæſtione carnis, & per eam natiuitatis, & vnius interim nominis Emmanuëlis hucuſque. De cæteris vero nominibus, & in primis Chriſti, quid pars diuerſa reſpondebit? Si proinde commune eſt apud vos Chriſti nomen, quemadmodum & Dei, vt ſicut vtriuſque Dei filium Chriſtum competat dici, ſic vtrumque patrem Dominum, certè ratio huic argumentationi refragabitur. Dei enim nomen quaſi naturale diuinitatis, poteſt in omnes communicari, quibus diuinitas vindicatur, ſicut & idolis, dicente Apoſtolo, [a] *Nam & ſunt qui dicuntur dij, ſiue in cælo, ſiue in terris*. Chriſti verò nomen, a 1. Cor 8. 5.
non ex natura veniens, ſed ex diſpoſitione, proprium eius efficitur, à quo diſpoſitum inuenitur. Nec in communicationem alij Deo ſubiacet, maximè æmulo, & habenti ſuam diſpoſitionem, cui & nomina priuata debebit. Quale eſt enim quòd diuerſas diſpoſitiones deorum commentati deorum, ſocietatem nominum admittunt in diſcordiam diſpoſitionum? quando nulla magis probatio adſiſteret

duorum & æmulorum deorum, quàm ſi in diſpoſitione eorum etiam diuerſitas nomi-
num inueniretur. Nullus enim ſtatus differentiarum, nonniſi proprietatibus appella-
tionum conſignatur. quibus deficientibus ſi quando, tunc Græca catachreſis de alieno
abutendo ſuccurrit. Apud Deum autem deficere puto nihil debet, nec dè alieno inſtrui
Pſal. 2. 7. diſpoſitiones eius. Quis hic Deus eſt, qui filio quoque ſuo nomina à Creatore vindi-
Thren. 4. car? non dico aliena, ſed vetera & vulgara, quæ vel ſic non competerent Deo nouo &
20. incognito. Quomodo denique docet, [b] *nouam plagulam non aſſui veteri veſtimento, nec*
Eſa. 45. 1. *vinum nouum veteribus vtribus credi*, adſutus ipſe, & indutus nominum ſenio? Quomo-
Dan 9.16. do abſcidit Euangelium à Lege, tota Lege veſtitus? in nomine ſcilicet Chriſti. Quis
b Luc. 5.36. illum prohibuit aliud vocari, aliud prædicantem, aliunde venientem? cùm propterea
nec corporis ſuſceperit veritatem, ne Chriſtus Creatoris crederetur? Vanè autem no-
luit eum ſe videri, quem voluit vocari: quandò etſi verè corporeus fuiſſet, magìs Chri-
ſtus Creatoris non videretur, ſi non vocaretur. At nunc ſubſtantiam reſpuit, cuius no-
men accepit, etiam ſubſtantiam probaturus ex nomine. Si enim Chriſtus vnctus eſt,
vngui vtique corporis paſſio eſt. Qui corpus non habuit, vngui omnino non potuit. qui
vngui omnino non potuit, Chriſtus vocari nullo modo potuit. Aliud eſt, ſi & nominis
phantaſma affectauit. Sed quomodo, inquit, irreperet in Iudæorum fidem, niſi per ſo-
lenne apud eos & familiare nomen? Inconſtantem, aut ſubdolum Deum narras; aut
diffidentiæ, aut malitioſitatis conſilium eſt, fallendo quid promouere. Multò liberius
atque ſimplicius egerunt Pſeudoprophetæ, aduerſus Creatorem in ſui Dei nomine
venientes. Sed nec effectum conſilij huius inuenio: cùm facilius aut ſuum crediderint
Chriſtum, aut planum potius aliquem, quàm alterius Dei Chriſtum, ſicut Euangelium
probabit.

CAPVT XVI.

Nomen Ieſu competens Chriſto Creatoris, Chriſto Marcionis aduerſo, Commune eſſe non poteſt.

Per totum. V. Ieſus. 3.

NVNC ſi nomen Chriſti, vt ſportulam furunculus, captauit, cur etiam Ieſus voluit
Mat.1.16.21 appellari, non tam exſpectabili apud Iudæos nomine? Nec enim ſi nos per Dei
Luc. 1.31. gratiam intellectum conſecuti ſacramentorum eius, hoc quoque nomen agnoſcimus
Chriſto deſtinatum, ideo & Iudæis, quibus adempta eſt ſapientia, nota erit res. Deni-
que ad hodiernum, Chriſtum ſperant, non Ieſum; & Heliam potius interpretantur
Chriſtum, quàm Ieſum. Qui ergo & in eo nomine venit, in quo Chriſtus non præſu-
Matt. 16.13 mebatur, potuit in eo ſolo nomine veniſſe, quod ſolum præſumebatur. Cæterùm, cùm
Matt. 11.14. duo miſcuit, ſperatum, & inſperatum, expugnatur vtrumque conſilium eius. Siue enim
Matt.17.10 ideo Chriſtus, vt interim quaſi Creatoris irreperet, obſtrepit Ieſus; quia non ſperaba-
tur Ieſus in Chriſto Creatoris: ſiue ideo Ieſus, vt alterius haberetur, non ſinit Chriſtus;
quia non alterius ſpetabatur Chriſtus, quàm Creatoris. Quid horum conſtare poſſit,
ignoro. Conſtabit autem vtrumque in Chriſto Creatoris, in quo inuenitur etiam Ie-
ſus. Quomodo inquis? diſce & hic cum partiarijs erroris tui Iudæis. Quum ſucceſſor
Moyſi deſtinaretur Auſes filius Naue, transfertur certè de priſtino nomine, & incipit
Num.13.17. vocari Ieſus? Certè, inquis. Hanc prius dicimus figuram futuri fuiſſe. Nam quia Ieſus
Ioſuë. 4.18. Chriſtus ſecundum populum, quod ſumus nos nati in ſæculi deſertis, introducturus
& cap. 5.12. erat in terram promiſſionis, melle & lacte manantem, id eſt, vitæ æternæ poſſeſſionem,
qua nihil dulcius; idque non per Moyſen, id eſt, non per legis diſciplinam; ſed per Ie-
ſum, id eſt, per Euangelij gratiam prouenire habebat, circumciſis nobis petrina acie,
1.Cor.10.4. id eſt Chriſti præceptis (petra enim Chriſtus:) ideo is vir, qui in huius ſacramenti ima-
gines parabatur, etiam nominis Dominici inauguratus eſt figura, Ieſus cognominatus.
Hoc nomen ipſe Chriſtus ſuum iam tunc eſſe teſtatus eſt, quum ad Moyſen loqueba-
tur: Quis enim loquebatur, niſi ſpiritus Creatoris, qui eſt Chriſtus? Cùm ergo man-
a Exo.23.20 dato diceret populo, [a] *Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui te cuſtodiat in via,*
Exo. 32. 34. *& introducat in terram, quam paraui tibi: intende illi, & exaudi eum; nè inobaudieris eum: non*
enim celauit te, quoniam nomen meum ſuper illum eſt. Angelum quidem eum dixit, ob ma-
gnitudinem virtutum, quas erat editurus, & ob officium Prophetæ, nuntiantis ſcilicet
diuinam voluntatem. Ieſum autem, ob nominis ſui futuri ſacramentum. Identidem
nomen ſuum confirmauit, quod ipſe ei indiderat; quia non angelum, nec Auſen, ſed
Ieſum eum iuſſerat exinde vocitari. Ergo ſi vtrumque nomen competit in Chriſtum
Num.13.17. Creatoris, tantò vtrumque nõ competit in Chriſtum non Creatoris; ſicut nec reliquus

ordo. Facienda eſt denique iam hinc inter nos certa iſta & iuſta præſcriptio, & vtrique
parti neceſſaria, qua determinatum ſit, nihil omnino commune eſſe debere alterius
Dei Chriſto cum Chriſto Creatoris. Nam & à vobis proinde diuerſitas defendenda eſt,
ſicut à nobis repugnanda eſt: quia nec vos probare poteris, alterius Dei veniſſe Chri-
ſtum, niſi eum longè alium demonſtraueritis à Chriſto Creatoris: nec nos eum Crea-
toris vindicare, niſi talem eum oſtenderimus, qualis conſtituitur à Creatore. Dè no-
minibus iam obduximus. Mihi vindico Chriſtum, mihi defendo Ieſum.

CAPVT XVII.

Iiſdem verbis retexit Scriptura teſtimonia de vili habitu Chriſti patientis, quæ iam libro contra Iudæos, præmiſerat.

Per totum. V. Chri. paſſio. 8.

RELIQVVM ordinem eius cum ſcripturis conferamus. Quodcunque illud cor-
puſculum ſit, quoniam habitum, & quoniam conſpectum fuit; ſi inglorius, ſi igno-
bilis, ſi inhonorabilis, meus erit Chriſtus: talis enim habitu, & aſpectu annuntiabatur.
Adeſt rurſus Eſaias, [a] *Annuntiauimus, inquit, coram ipſo; velut puerulus, velut radix in terra* a Eſa. 53. 2.
*ſitienti, & non eſt ſpecies eius, neque gloria; & vidimus eum, & non habebat ſpeciem neque de-
corem; ſed ſpecies eius inhonorata, deficiens citra omnes homines.* Sicut & ſuprà patris ad
filium vox. [b] *Quemadmodum expaueſcent multi ſuper te, ſic ſine gloria erit ab hominibus forma
tua.* Nam etſi [c] *tempeſtiuus decore*, apud Dauid, *ſupra filios hominum*; ſed in allegorico illo b Eſa. 52. 14.
ſtatu gratiæ ſpiritalis, cùm [d] *accingitur enſem ſermonis*, qui verè ſpecies, & decor, & glo- c Pſal. 44. 3.
ria ipſius eſt: cæterum habitu incorporabili apud eundem Prophetam; [e] *vermis etiam &* d Ibid. 4.
non homo, ignominia hominis, & nullificamen populi. Neque interiorem qualitatem eius, e Pſal. 21. 6.
eiuſcemodi adnuntiant. Si enim [f] *plenitudo in illo ſpiritus conſiſtit, agnoſco virgam de radi-
ce Ieſſe.* flos eius, meus erit Chriſtus, in quo requieuit, ſecundùm Eſaïam, *ſpiritus ſapien-* f Eſa. 11. 2.
tiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & vigoris, ſpiritus agnitionis & pietatis, ſpiritus timoris & ſeq.
Dei. neque enim vlli hominum diuerſitas ſpiritalium documentorum competebat, niſi
in Chriſtum: flori quidem, ob gratiam ſpiritus adæquatum; ex ſtirpe autem Ieſſe de-
putatum, per Mariam inde cenſendum. Expoſtulo autem dè propoſito, ſi das ei omnis
humilitatis, & patientiæ, & tranquillitatis intentionem? & ex his Eſaiæ erit Chriſtus,
[g] *Homo in plaga, & ſciens ferre imbecillitatem: qui* [h] *tanquam ouis ad victimam adductus eſt,* g h. Eſa. 53. 3
& tanquam agnus antè tondentem non aperuit os. [i] *qui neque contendit, neque clamauit, nec au-* & 7.
dita eſt foris vox eius: qui arundinem contuſam, id eſt, quaſſam Iudæorum fidem, *non com-* i Eſa. 42. 2. 3
minuit: qui linum ardens, id eſt, momentaneum ardorem Gentium *non extinxit*, ſed lu-
cernam magìs fecit ortu luminis ſui. Non poteſt alius eſſe, quàm qui prædicebatur.
Oportet actum eius ad ſcripturarum regulam recognoſci, duplici, niſi fallor, opera-
tione diſtinctum, prædicationis, & virtutis. Sed dè vtroque titulo ſic diſponam, vt
quoniam ipſum quoque Marcionis Euangelium diſcuti placuit, dè ſpeciebus doctri-
narum, & ſignorum, illuc differamus quaſi in rem præſentem: hìc autem generaliter
expungamus ordinem cœptum, docentes prædicatorem interim annuntiari Chriſtum
per Eſaiam: [k] *Quis enim, inquit, in vobis, qui Deum metuit? & exaudiat vocem filij eius?* Eſa. 50. 10.
Item medicatorem. [l] *Ipſe enim, inquit, imbecillitates noſtras abſtulit, & languores por-* k Eſa. 53. 4.
tauit.

CAPVT XVIII.

Repetit vt ſupra quæ ex Pentatheucho Moyſi de Chriſti cruce dixerat.

In p. V. Chri. paſſio. 8. à p. V. Scriptura ſacra. 8. & V. Chri. paſſio. 10. & V. Crux. 2.

DE exitu planè puto diuerſitatem tentatis inducere, negantes paſſionem crucis
in Chriſtum Creatoris prædicatam, & argumentantes inſuper non eſſe creden-
dum, vt in id genus mortis expoſuerit Creator filium ſuum, quod ipſe maledixerat:
[a] *Maledictus, inquit, omnis qui pependerit in ligno.* Sed huius maledictionis ſenſum diffe- a Deut. 21. 23
ro, dignæ ſola prædicatione crucis, dè qua nunc maximè quæritur, quia & aliàs ante-
cedit rerum probatio rationem. Dè figuris prius edocebo. Et vtique vel maximè ſacra 1. Cor. 1. 23.
mentum iſtud figurari in prædicatione oportebat; quantò incredibile, tantò magìs Gen. 22. 6.
ſcandalo futurum, ſi nudè prædicaretur: quantòque magnificum, tantò magis obum- 10. 19. 17.
brandum, vt difficultas intellectus gratiam Dei quæreret. Itaque in primis Iſaac, quum
à patre in hoſtiam deditus, lignum ſibi ipſe portaret, Chriſti exitum iam tunc denota-
bat, in victimam conceſſi à patre, & lignum paſſionis ſuæ baiulantis. Ioſeph & ipſe in

Chriſtum figuratus, nec hoc ſolo (nè demorer curſum) quòd perſecutionem à fratribus paſſus eſt, & venundatus in Ægyptum, ob Dei gratiam, ſicut & Chriſtus ab Iſraële carnaliter fratribus venundatus, à Iuda cum traditur. Nam & benedicitur à patre his verba,[b] *Tauri decor eius, cornua vnicornis cornua eius, in eis nationes ventilabit pariter ad ſummum vſque terræ:* non vtique rhinoceros deſtinabatur vnicornis, nec Minotaurus bicornis; ſed Chriſtus in illo ſignificabatur, taurus ob vtramque diſpoſitionem; alijs ferus, vt iudex; alijs manſuetus, vt ſaluator; cuius cornua eſſent crucis extima. nam & in antenna nauis, quæ crucis pars eſt, extremitates cornua vocantur: vnicornis autem media ſtipitis, palus. Hac denique virtute crucis, & hoc more cornutus, vniuerſas gentes & nunc ventilat per fidem, auferens à terra in cœlum; & tunc per iudicium ventilabit, dejiciens de cœlo in terram. Idem erit & alibi taurus apud eandem ſcripturam; quum Iacob in Simeonem, & Leui exporrigens benedictionem, id eſt, in Scribas & Phariſæos (ex illis enim deducitur cenſus iſtorum) ſpiritaliter interpretatur. [c] *Simeon, & Leui perfecerunt iniquitatem, ex ſua hæreſi*, qua ſcilicet Chriſtum ſunt perſecuti. [d] *In concilium eorum nè veniat anima mea, & in ſtationem eorum nè incubuerint iecora mea: quia indignatione ſua interfecerunt homines*, id eſt Prophetas; *& in concupiſcentia ſua ſuciderunt neruos tauri*, id eſt Chriſto, quem poſt necem Prophetarum interfecerunt, & ſuffigendo neruos eius clauis, deſæuierunt. Cæterum, vanum ſi poſt homicidia, alicuius bouis illis exprobrat carnificinam. Iam vero Moyſes, quid vtique tunc tantùm, cum Ieſus aduerſus Amalech prælìabatur, expanſis manibus orabat reſidens; quando in rebus tam attonitis, magìs vtique genibus depoſitis, & manibus cædentibus pectus, & facie humi volutante, orationem commendare debuiſſet, niſi quia illic vbi nomen Domini Ieſu dimicabat, dimicaturi quandoque aduerſus diabolum, crucis quoque erat habitus neceſſarius, per quam Ieſus victoriam eſſet relaturus. Idem rurſus Moyſes poſt interdictam omnis rei ſimilitudinem, cur æreum ſerpentem ligno impoſitum, pendentis habitu in ſpectaculum Iſraëli ſalutare propoſuit, eo tempore, quo à ſerpentibus exterminati ſunt? niſi quòd & hîc Dominicæ crucis vim intentabat, qua ſerpens diabolus publicabatur, & læſo cuique à ſpiritalibus colubris, intuenti tamen & credenti in eam, ſanitas morſuum peccatorum, & ſalus exinde prædicabatur.

b Deut. 33. 17

c Gen. 49. 5.

d Ibid. 6.

Exo. 17. 11.

Num. 21. 9.

CAPVT XIX.

Dicta de Chriſti cruce communiorat ex Pſalmis & Prophetis.

Ap. V. Euchariſtia. 4. in m. V. Crux 7. à m. V. Marcionis Chriſtus. 7. in f. V. Chri. Paſſio. 4.

AGE nunc ſi legiſti penès Dauid,[a] *Dominus regnauit à ligno*, expecto quid intelligas: niſi fortè lignarium aliquem regem ſignificari Iudæorum, & non Chriſtum, qui exinde à paſſione ligni ſuperata morte regnauit. Etſi enim [b] *mors ab Adam regnauit vſque ad Chriſtum*, cur Chriſtus non regnaſſe dicatur à ligno, ex quo crucis ligno mortuus, regnum mortis excluſit? Proinde & Eſaias,[c] *Quoniam, inquit, puer natus eſt nobis, & datus eſt nobis filius.* Quid noui, ſi non de filio Dei dicit? *Cuius imperium factum eſt ſuper humerum ipſius.* Qui omnino regum inſigne poteſtatis ſuæ humero præfert, & non aut capite diadema, aut manu ſceptrum, aut aliquam propriæ veſtis notam? Sed ſolus nouus rex nouorum æuorum Chriſtus Ieſus, nouæ gloriæ & poteſtatem, & ſublimitatem ſuam humero extulit, crucem ſcilicet, vt ſecundùm ſuperiorem prophetiam exinde *Dominus regnaret à ligno.* Hoc lignum & Hieremias tibi inſinuat, dicturis prædicans Iudæis,[d] *Venite, mittamus lignum in panem eius.* vtique in corpus. Sic enim Deus in Euangelio quoque veſtro reuelauit.[e] *panem corpus ſuum appellans*, vt & hinc iam eum intelligas corporis ſui figuram pani dediſſe, cuius retro corpus in panē Propheteſ figurauit, ipſo Domino hoc ſacramentū poſtea interpretaturo. Si adhuc quæris Dominicæ crucis prædicationē, ſatis iam tibi poteſt facere vigeſimus primus pſalmus, totā Chriſti continens paſſionem, canentis iam tunc gloriam ſuam:[f] *Foderunt, inquit, manus meas, & pedes;* quæ propriè atrocitas crucis. Et rurſus, quum auxilium Patris implorat,[g] *Saluum*, inquit, *fac me ex ore leonis*, vtique mortis; *& de cornibus vnicornis humilitatem*; de apicibus ſcilicet crucis, vt ſuprà oſtendimus. Quam crucem nec ipſe Dauid paſſus eſt, nec vllus rex Iudæorum; nè putes alterius alicuius prophetari paſſionem, quàm eius qui ſolus à populo tam inſigniter crucifixus eſt. Nunc & ſi omnes iſtas interpretationes reſpuerit & irriſerit hæretica duritia, concedam illi nullam Chriſti crucem ſignificatam à Creatore: quia nec ex hoc probabit alium eſſe qui crucifixus eſt. niſi fortè oſtenderit hunc exitum eius à ſuo Deo prædicatum; vt diuerſitas paſſionum, ac per huc etiam perſonarum; ex diuerſitate prædica-

a Pſal. 95. 9.

b Rom. 5. 14.

c Eſa. 9. 6.

d Hier. 11. 19

e Io. 6. 52.

Luc. 22. 19.

f Pſal. 21. 18.

g Ibid. 22.

tionum vindicetur. Cæterùm, nec ipſo Chriſto eius prædicato, nedum cruce ipſius,
ſufficit in meum Chriſtum ſolius mortis prophetia. Ex hoc enim quòd non eſt edita
qualitas mortis, potuit & per crucem eueniſſe, tunc alij deputanda, ſi in alium fuiſſet
prædicatum niſi ſi nec mortem volet Chriſti mei prophetatam; quò magìs erubeſcat, ſi
ſuum quidem Chriſtum mortuum annuntiat, quem negat natum: meum verò mor-
talem negat, quem naſcibilem confitetur. Et mortem autem, & ſepulturam, & reſur-
rectionem Chriſti mei, vna voce Eſaiæ volo oſtendere, dicentis: [h] *Sepultura eius ſublata* h Eſa. 57. 2.
dè medio eſt. Nec ſepultus enim eſſet, niſi mortuus; nec ſepultura eius ſublata dè me-
dio, niſi per reſurrectionem. Denique ſubiecit. [i] *Propterea ipſe multos hæreditati habebit,* i Eſa. 53. 12.
& multorum diuidet ſpolia. Quis enim alius, niſi qui natus eſt, vt ſuprà oſtendimus? *Pro*
eo quod tradita eſt anima eius in mortem. Oſtenſa eſt enim cauſa gratiæ huius, pro iniuria
ſcilicet mortis repenſandæ, pariter oſtenſum eſt, hæc illum propter mortem conſecu- l Eſa. 53. 12.
turum, poſt mortem vtique, per reſurrectionem conſecuturum.

CAPVT XX.

Probat ex pſalmis conuerſu Nationes ad Chriſtum Creatoris, nec de Dauid, nec de Salomone poſſe intelligi.

In p. V. fides. 11. à p. ad f. V. Gentilium laudabilia. 2. in m. V. Maria. 4.

SVFFICIT hucuſque de his interim ordinem Chriſti decucurriſſe, quo talis pro-
batus, qualiter adnuntiabatur, non alius haberi debeat, quàm qui talis adnuntia-
batur, vt iam ex iſta conſonantia rerum eius, & ſcripturarum Creatoris, illis etiam re-
ſtituenda ſit fides ex præiudicio maioris partis, quæ ad diuerſas ſententias, vel in du-
bium deducuntur, vel negantur. Amplius nunc ſuperſtruimus ea quoque paria ex ſcri-
pturis Creatoris, quæque poſt Chriſtum futura præcinebantur. Nec enim diſpoſitio
expuncta inueniretur, ſi non ille veniſſet, poſt quem habebat euenire. Adſpice vni-
uerſas nationes dè voragine erroris humani, exinde emergentes ad Deum Creato-
rem, & ad Deum Chriſtum: & ſi audes, nega prophetatum. Sed ſtatim tibi in pſalmis
promiſſio Patris occurret, [a] *Filius meus es tu, ego hodie generaui te. Poſtula dè me, & dabo*
tibi gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Nec poteris magìs Dauid a Pſal. 2. 7.
filium eum vendicare, quàm Chriſtum; aut terminos terræ Dauid potius promiſſos,
qui intra vnicam Iudæorum gentem regnauit, quàm Chriſto, qui totum iam orbem
Euangelij ſui fide cepit. Sic & per Eſaiam, [b] *Ecce dedi te in te in diſpoſitionem generis mei,* b Eſa. 42. 6.
in lucem nationum aperire oculos cæcorum; vtique errantium; *exſoluere dè vinculis vinctos;* id 7.
eſt dè delictis liberare; *& de cella carceris*, id eſt mortis; *ſedentes in tenebris*, ignorantiæ
ſcilicet. Quæ ſi per Chriſtum eueniunt, non in alium erunt prophetata, quàm per quem
eueniunt. Item alibi, [c] *Ecce teſtimonium cum nationibus poſui, principem & imperantem na-* c Eſa. 55. 4.
tionibus. Nationes quæ te non ſciunt, inuocabunt te, & populi confugient ad te. Nec enim hæc
in Dauid interpretaberis; quia præmiſit, [d] *Et diſponam vobis diſpoſitionem æternam, reli-*
gioſa & fidelia Dauid. Atquin hinc magìs Chriſtum intelligere debebis ex Dauid depu- d Ibid. 3.
tatum carnali genere, ob Mariæ virginis cenſum: de hoc enim promiſſo iuratur in pſal-
mo ad Dauid; [e] *Ex fructu ventris tui collocabo ſuper thronum tuum.* Quis iſte venter eſt? e Pſ. 131. 11.
ipſius Dauid? vtique non: neque enim parituruſ eſſet Dauid. ſed nec vxoris eius: non
enim dixiſſet, *Ex fructu ventris tui,* ſed potius, Ex fructu ventris vxoris tuæ. Ipſius ergo
dicendo ventrem, ſupereſt vt aliquem dè genere eius oſtenderit, cuius ventris futurus
eſſet fructus Caro Chriſti, quæ ex vtero Mariæ floruit. Ideoque & fructum ventris
tantùm nominauit, vt propriè ventris; quaſi ſolius ventris, non etiam viri: & ipſum
ventrem ad Dauid redegit; ad principem generis, & familiæ patrem. nam quia viro
deputare non poterat virginis eum ventrem, patri deputauit. Ita, quæ in Chriſto noua
diſpoſitio inuenitur hodie, hæc erit quam tunc Creator pollicebatur, [f] *religioſa & fidelia* f Eſa. 55. 3.
Dauid appellans, quæ erant Chriſti, quia Chriſtus ex Dauid: immò ipſa erit caro eius;
religioſa & fidelia Dauid, iam ſancta religione, & fidelis ex reſurrectione. Nam & Na-
than propheta in ſecundo Baſiliarum, profeſſionem ad Dauid facit [g] *Seminis eius quod* g 2. Reg. 7.
eris, inquit, ex ventre ipſius. Hoc ſi in Salomonem ſimpliciter ediſſeres, riſum mihi in- 12.
cuties. Videbitur enim Dauid peperiſſe Salomonem. An & hic Chriſtus ſignificatur,
ex eo ventre ſemen Dauid, qui eſſet ex Dauid, id eſt Mariæ? Quin & ædem Dei magìs
Chriſtus ædificaturus eſſet, hominem ſcilicet ſanctum, in quo potiore templo inhabi-
taret Dei ſpiritus, & in Dei filium magìs Chriſtus habendus eſſet, quàm Salomon filius
Dauid. Denique & [h] *thronus in æuum, & regnum in æuum,* magìs Chriſto competit quàm h Pſ. 44. 7.
Salomoni, temporali ſcilicet regi. Sed & à Chriſto miſericordia Dei non abſceſſit, Sa- Hebr. 1. 8.

3.Reg.11.9. lomoni verò etiam ira Dei acceſſit, poſt luxuriam, & idololatriam. Suſcitauit enim illi
Satan hoſtem Idumæum. Cùm ergo nihil horum competat in Salomonem, ſed in Chriſtum, certa erit ratio interpretationum noſtrarum, ipſo etiam exitu rerum probante quas in Chriſtum apparet prædicatas: & ita in hoc erunt, *ſancta & fidelia Dauid*. Hunc Deus teſtimonium nationibus poſuit, non Dauid. principem & imperantem nationibus non Dauid, qui ſoli Iſraeli imperauit. Chriſtum hodie [i] *inuocant Nationes, quæ enim non*
i Eſa. 55.3.4 *ſciebant*; & populi ad Chriſtum hodie confugiunt, quem retro ignorabant. Non poteſt futurum dici, quod vides fieri.

CAPVT XXI.

Probat ſcripturis, & Iudæos, & Gentiles ad Chriſtum Creatoris conuertendos.

In p. ad circa. f. V. Gentilium laudabilia. 2. à p. V. Chri. Elogia. 32.

SIC nec illam injectionem tuam potes ſiſtere ad differentiam duorum Chriſtorum; quaſi Iudaïcus quidem Chriſtus, populo ſoli ex diſperſione redigendo deſtinetur à Creatore, veſter verò omni humano generi liberando collatus ſit à Deo optimo; quum poſtremò priores inueniantur Chriſtiani Creatoris, quàm Marcionis; exinde vocatis
a Pſal 95.10 omnibus populis in regno eius, ex quo [a] *Deus regnauit à ligno*, nullo adhuc Cerdone, nedum Marcione. Sed & reuictus de Nationum vocatione, conuertere iam in proſelytos.
b Eſa. 16. 4. Quæris qui de Nationibus tranſeant ad Creatorem, quando & proſelyti diuerſæ, & propriæ conditionis ſeorſum à Propheta nominentur: [b] *Ecce inquit Eſaias, proſelyti per me accedent ad te*; oſtendens ipſos quoque proſelytos per Chriſtum acceſſuros ad Deum. Et Nationes, quod ſumus nos, proinde ſuam habebant nominationem, ſperantes in Chri-
c Eſa. 42. 4. ſtum: [c] *Et in nomine*, inquit, *eius, Nationes ſperabunt*. Proſelyti autem, quos in Nationum prædicatione ſubſtituis, non in Chriſti nomine ſperare ſolent, ſed in Moyſi ordine, à quo inſtitutio illorum eſt. Cæterùm, allectio Nationum à nouiſſimis diebus exorta eſt.
d Eſa. 2. 2. Iiſdem verbis Eſaïas, [d] *Et erit*, inquit, *in nouiſſimis diebus manifeſtus mons Domini*; vtique ſublimitas Dei: *& ædes Dei ſuper ſummos montes*; vtique Chriſtus, catholicum Dei templum, in quo Deus colitur, conſtitutum ſuper omnes eminentias virtutum, & poteſta-
e Ibid. 2. 3. tum. [e] *Et venient ad eum vniuerſæ Nationes; & ibunt multi, & dicent: Venite, aſcendamus in montem Domini, & in ædem Dei Iacob; & annuntiabit nobis viam ſuam, & incedemus*
f Ibid. 4. *in ea.* [f] *Ex Sion enim exibit lex, & ſermo Domini in Hieruſalem.* Hæc erit via ſua, nouæ legis Euangelium, & noui ſermonis, in Chriſto jam, non in Moyſe. *Et iudicabit inter Nationes*; de errore ſcilicet earum. *Et reuincent populum amplum*, ipſorum in primis Iudæorum, & proſelytorum. *Et concident macharas ſuas in aratra, & ſibynas in falces*, id eſt, animorum nocentium, & linguarum infeſtarum, & omnis malitiæ atque blaſphemiæ ingenia, conuertent in ſtudia modeſtiæ, & pacis. *Et non accipiet gens ſuper gentem machæram*: vtique diſcordiæ, *& non diſcent amplius bellare*, id eſt inimicitias perficere; vt & hîc diſcas Chriſtum non bellipotentem, ſed paciferum repromiſſum. Hæc aut prophetata nega, quum coràm videntur; aut adimpleta, quum leguntur. Aut ſi non negas vtrumque, in eo erunt adimpleta, in quem ſunt prophetata. Inſpice enim adhuc etiam ipſum introgreſſum, atque decurſum vocationis in Nationes, à nouiſſimis diebus adeuntes ad Deum Creatorem, non in proſelytos, quorum à primis magìs diebus eſt allectio. Etenim fidem iſtam Apoſtoli induxerunt.

CAPVT XXII.

Prædictum fuit, Dei Creatoris Apoſtolos, & fideles omnes eadem cum Chriſto paſſuros.

In p ad m. V. Apoſtoli. 4. à p. V. legis veteris abrogatio. 3. à m. V. crux. 9. in f. V. Eccleſia. 13.

a Eſa. 52. 7. HABES & Apoſtolorum opus prædicatum, [a] *Quam tempeſtiui pedes euangelizantium*
Rom 10.15. *pacem, euangelizantium bona*, non bellum, nec mala. Reſpondit & Pſalmus, [b] *In*
b Pſal. 18. 4. *omnem terram exiuit ſonus eorum, & in terminos terræ voces eorum*; circumferentium ſcili-
c Eſa. 2. 3. cet [c] *legem ex Sion profectam, & ſermonem Domini ex Hieruſalem*; vt fieret quod ſcriptum
d Eſa. 46. 12 13. eſt: [d] *Longè qui que à iuſtitia mea appropinquauerunt iuſtitia meæ & veritati.* Quum huic
Act. 4. 19. negotio accingerentur Apoſtoli, renuntiauerunt preſbyteris & archontibus, & ſacerdo-
Act. 13. 46. tibus Iudæorum. An non vel maximè, inquit, vt alterius Dei prædicatores? Atquin
e Eſa. 52. 11 ipſius eiuſdem, cuius ſcripturam cum maximè implebant. [e] *Diuertite, diuertite*, inclamat Eſaias, *excedite illinc, & immundum ne attigeritis*; blaſphemiam ſcilicet in Chriſtum. *Excedite de medio eius*, vtique ſynagogæ; *ſeparamini qui Dominica vaſa portatis.*

Iam

Iam enim ſecundùm ſuprà ſcripta, [f] *reuelauerat Dominus brachio ſuo ſanctum*, id eſt, f Io. 12. 38.
virtute ſua, Chriſtum coram nationibus, [g] *vt viderint vniuerſæ nationes, & ſumma* Eſa. 53. 1.
terræ ſalutem, quæ erat à Deo. Sic & ab ipſo Iudaïſmo diuertentes, cùm legis obligamenta g Pſal. 97. 1.
& onera Euangelica iam libertate mutarent, pſalmum exequebantur, [h] *Diſrumpamus* 2. 3.
vincula eorum, & abjiciamus à nobis iugum eorum: Poſtea certè quàm [i] *tumultuatæ ſunt* h Pſal. 2. 3.
gentes, & populi meditati ſunt inania: Aſtiterunt reges terræ, & principes congregati ſunt in i Ibid. 2. 2.
vnum, aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Quæ dehinc paſſi ſunt Apoſtoli?
Omnem, inquis, iniquitatem perſecutionum, ab hominibus ſcilicet Creatoris, vt aduerſarii eius, quem prædicabant. Ecquid Creator, ſi aduerſarius erat Chriſti, non modò prædicat hoc paſſuros Apoſtolus eius, verùm & exprobrat? Nam neque prædicaret alterius Dei ordinem, quem ignorabat, vt vultis; neque exprobraſſet, quod ipſe curaſſet.
[k] *Videte quomodo perit iuſtus. neque quiſquam excipit corde, & viri iuſti auferuntur, nec quiſ-* k Eſa. 57. 1.
quam animaduertit. A perſona enim iniuſtitia, ſublatus eſt iuſtus. quis, niſi Chriſtus? [l] *Venite,* l Sap. 2. 12.
inquiunt, auferamus iuſtum, quia inutilis eſt nobis. Præmittens itaque, & ſubiungens proinde paſſum etiam Chriſtum, æquè iuſtos eius eadem paſſuros, tam Apoſtolos, quàm & deinceps omnes fideles prophetauit, ſignatos illa nota ſcilicet, de qua Ezechiel: [m] *Dicit* m Ezech. 9.
Dominus ad me, Pertranſi medio portæ in media Hieruſalem, & da ſignum Tau in frontibus 4.
virorum. Ipſa eſt enim littera Græcorum Tau, noſtra autem T, ſpecies crucis, quam portendebat futuram in frontibus noſtris, apud veram & catholicam Hieruſalem, in qua fratres Chriſti, filios ſcilicet Dei, gloriam Patri Deo relaturos, pſalmus vigeſimus primus canit ex perſona ipſius Chriſti ad Patrem, [n] *Enarrabo nomen tuum fratribus meis: in* n Pſal. 21. 23
medio eccleſiæ hymnum tibi dicam. Quod enim in nomine & ſpiritu ipſius hodie fieri habebat, meritò à ſe futurum prædicabat. Et paulo infrà: [o] *A te laus mihi in eccleſia magna.* &
in ſexageſimo ſeptimo, [p] *In eccleſiis benedicite Dominum Deum;* vt pariter concurreret & o Ibid. 26.
Malachiæ propheria, [q] *Non eſt voluntas mea, dicit Dominus, & ſacrificia veſtra non accipiam;* p Pſal. 67. 27
quoniam ab ortu ſolis, vſque in occaſum nomen meum glorificatum eſt in nationibus, & in om- q Malach. 1.
ni loco ſacrificium nomini meo offertur, & ſacrificium mundum; gloriæ ſcilicet relatio, & be- 10. & ſeq.
nedictio, & laus, & hymni. Quæ omnia cùm in te quoque deprehendantur, & ſignaculum frontium, & eccleſiarum ſacramenta, & munditiæ ſacrificiorum, debes iam erumpere vti dicas, ſpatium Creatoris tuo Chriſto prophetaſſe.

CAPVT XXIII.

Quia cum Iudæis Chriſtum veniſſe Marcion negat, probat eorum ruinam prædictam impletam: Quæ quidem fruſtra fieret, ſi eam paterentur, propter alterius Dei, quàm ipſius Creatoris Chriſtum, à poteſtatibus Creatoris: in crucem quippe agi non potuit phantaſticus Chriſtus: neque Creator alterum vlciſci, quàm Chriſtum ſuum.

In p. ad m. V. Iudæi 7. à p. V. Chri. paſſio. 11. in f. V. Chri. Magnalia 10.

NVNC quia cum Iudæis negas veniſſe Chriſtum eorum, recognoſce & exitum ipſorum, quem poſt Chriſtum relaturi prædicabantur, ob impietatem qua eum & deſpexerunt, & interemerunt. Primùm enim ex die, qua ſecundùm Eſaïam, [a] *Projecit homo aſ-* a Eſa. 2. 20.
pernamenta ſua aurea, & argentea, quæ fecerunt adorandis vanis, & noctuis; id eſt, ex quo genus hominum dilucidata per Chriſtum veritate, idola projecit: vide an quod ſequitur
expunctum ſit: [b] *Abſtulit enim Dominus ſabaoth à Iudæa, & ab Hieruſalem inter cætera, &* b Eſa. 2. 2. 3.
Prophetam, & ſapientem architectum; Spiritum ſcilicet ſanctum, qui ædificat eccleſiam, templum ſcilicet, & domum, & ciuitatem Dei. Nam exinde apud illos deſtitit Dei gratia.
[c] *Et mandatum eſt nubibus, nè pluerent imbrem ſuper vineam Sorech;* id eſt, cœleſtibus bene- c Eſa. 2. 6. 7.
ficiis, nè prouenirent domui Iſraëlis. *Fecerat enim ſpinas*, ex quibus Dominum corona-
uerat; *& non iuſtitiam, ſed clamorem*, quo in crucem eum extorſerat. Et ita ſubtractis Matth. 27.
charismatum roribus, [d] *Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem.* Dehinc, cùm ex perſeueran- 26.
tia furoris, & nomen Domini per ipſos blaſphemaretur, ſicut ſcriptum eſt: [e] *Propter vos* Luc. 23. 25.
blaſphematur nomen meum in nationibus (ab illis enim cœpit infamia) & tempus medium Eſa. ſupra.
à Tiberio, vſque ad Veſpaſianum, non pœnitentiam intellexiſſent, [f] *facta eſt terra eorum* d Matt. 11. 13
deſerta, ciuitates eorum exuſtæ igni, regionem eorum ſub ipſorum conſpectu extranei deuorant. e Eſ. 52. 5.
derelicta eſt filia Sion, tanquam ſpecula in vinea, vel in cucumerario caſula; ex quo ſcilicet Iſraël f Eſa. 1. 7. 8.
Dominum non cognouit, & populus eum non intellexit, ſed dereliquit, in indignationem prouo- g Ibid. 3.
cauit Sanctum Iſraelis. Sic & machæræ conditionalis comminatio: *Si nolueritis, nec audie-* h Ibid. 20.
ritis me, machæra vos comedet; probauit Chriſtum fuiſſe, quem non audiendo perierunt:
qui & in pſalmo quinquageſimo octauo, diſperſionem eis poſtulat à Patre: [i] *Diſperge eos* i Pſal. 58. 12
in virtute tua. qui & rurſus per Eſaïam, in exuſtionem eorum perorans, [l] *Propter me,* l Eſa. 50. 11.

inquit, *hæc facta vobis. in anxietate dormietis.* Satis vanè, ſi hæc non propter eum paſſi
m Eſa. 53.9. ſunt, qui propter ſe paſſuros pronuntiarat, ſed propter Chriſtum Dei alterius. Atqui in
Chriſtum, inquam, alterius Dei diciris, à Creatoris virtutibus & poteſtatibus, vt ab æmulis
in crucem actum. Sed ecce defenſus oſtenditur à Creatore: [m] *& dati ſunt peßimi pro ſe-
pultura eius*, qui ſcilicet ſubreptum eum aſſeuerauerant: *& locupletes pro morte eius*; qui
ſcilicet & à Iuda traditionem redemerant, & à militibus falſum teſtimonium cadaueris
ſubrepti. Igitur, aut non propter illum acciderunt iſta Iudæis; ſed reuinceris conſpirante
ſenſu ſcripturarum cum exitu rerum, & ordine temporum: aut ſi propter illum accide-
runt, non potuit Creator vlciſci, niſi ſuum Chriſtum, remuneraturus potius Iudam, ſi
aduerſarium Domini ſui peremiſſent. Certè ſi nondum venit Chriſtus Creatoris, pro-
pter quem hæc paſſuri prædicantur; quum venerit ergo, patientur. Et vbi tunc *filia Sion
derelinquenda*, quæ nulla hodie eſt? *vbi ciuitates exurendæ*, quæ iam in tumulis? vbi *diſper-
ſio gentis*, quæ iam extorris? Redde ſtatum Iudææ, quem Chriſtus Creatoris inueniat,
& alium contende veniſſe. Iam verò quale eſt, vt per cœlum ſuum admiſerit, quem in
terra ſua eſſet interempturus; honeſtiore, & glorioſiore regni ſui regione violata, ipſa
n Exo. 20.5. aula ſua, & arce calcata? An hoc magìs adſectauit? Planè [n] *Deus zelotes*, tamen vicit.
Erubeſce, qui victo Deo credis. Quid ſperabis ab eo qui ſe protegere non valuit? Aut
enim per infirmitatem oppreſſus eſt à virtutibus, & hominibus Creatoris, aut per ma-
litioſitatem, vt tantum illis ſceleris patientia infigeret.

CAPVT XXIV.

*Cum Marcion diceret à Deo ſuo reſtituendam eſſe Iudæam, remittit lectorem ad ſequentem li-
brum, de ſinu Abrahæ ſcriptum, & ad opus quod periit;* de ſpe fidelium: *vbi aget de reſti-
tutione Iudææ: hìc porro fuſius tractat ſuum dè mille Annis poſt reſurrectionem, in omni læ-
titia traducendis, errorem.*

In p. V. Marcionis Deus 9. à p. in alphab. Errorum. V. mille anni. 2. circa m. V. Reſurrect. gloria, & dotes. 10. in m. V gloria cœli. 3 à m. V. Prædeſtinatio. circa f. V. Chri. Elogia. 22 & V. ingratitudo & V. ſpes 2. in f. V. Marcionis Chriſtus. 9.

IMMO, inquis, ſpero ab illo (quod & ipſum faciat ad teſtimonium diuerſitatis) re-
gnum Dei æternæ, & cœleſtis poſſeſſionis. Cæterum, veſter Chriſtus priſtinum ſta-
tum Iudæis pollicetur, ex reſtitutione terræ, &, poſt decurſum vitæ, apud inferos in ſinu
Luc. 16. 22 Abrahæ refrigerium. Deum optimum; ſi reddit placatus, quod & abſtulerat iratus! O
a Eſa. 45.7. Deum tuum qui & [a] *cadit & ſanat, condit mala, & facit pacem*! O Deum etiam ad inferos
vſque miſericordem! Sed de ſinu Abrahæ, ſuo tempore. De reſtitutione verò Iudææ,
quam & ipſi Iudæi, ita vt deſcribitur, ſperant, locorum & regionum nominibus inducti,
quomodo allegorica interpretatio in Chriſtum, & in eccleſiam, & in habitum, & fructum
eius ſpiritaliter competat, & longum eſt perſequi, & in alio opere digeſtum, quod inſcri-
Apoc. 20. 4. bimus, *De ſpe fidelium*; & in præſenti vel eo otioſum, quia non de terrena, ſed de cæleſti
& cap. 21.2. promiſſione ſit quæſtio. Nam & confitemur in terra nobis regnum repromiſſum; ſed
antè cœlum, ſed alio ſtatu; vt pote poſt reſurrectionem, in mille annos, in ciuitate diuini
b Gal. 4. 26. operis Hieruſalem cœlo delata, quam & Apoſtolus [b] *matrem noſtram ſurſum* deſignat; &
c Philip 3. polireuma noſtrum, id eſt, [c] *municipatum in cælis eſſe* pronuntians, alicui vtique cœleſti
20. ciuitati eum deputat. Hanc & Ezechiel nouit, & Apoſtolus Ioannes vidit, & qui apud
Ezech. 48. fidem noſtram eſt, nouæ prophetiæ ſermo reſtatur, vt etiam effigiem ciuitatis antè re-
31. præſentationem eius conſpectui futuram in ſignum prædicarit. Denique proximè expun-
Apoc. 21.2. ctum eſt orientali expeditione. Conſtat enim, ethnicis quoque teſtibus, in Iudæa per
dies quadraginta, matutinis momentis, ciuitatem de cœlo pependiſſe, omni mœniorum
habitu euaneſcente de profectu diei, & aliàs de proximo nullam. Hanc dicimus excipien-
dis reſurrectione ſanctis, & reſouendis omnium bonorum vtique ſpiritalium copia, in
compenſationem eorum quæ in ſæculo vel deſpeximus, vel amiſimus, à Deo proſpectam.
Siquidem & iuſtum, & Deo dignum, illic quoque exultare famulos eius, vbi ſunt & afflicti
in nomine ipſius. Hæc ratio regni terreni, poſt cuius mille annos, intra quam ætatem
concluditur ſanctorum reſurrectio, pro meritis maturius, vel tardius reſurgentium, tunc
& mundi deſtructione, & iudicii conflagratione commiſſa, demutati in atomo, in an-
1. Cor. 15.52. gelicam ſubſtantiam, ſcilicet per illud incorruptelæ ſuperindumentum, transferemur in
Matth. 22. cœleſte regnum, de quo nunc ſic ideo retractatur, quaſi non prædicato apud Creatorem,
30. ac per hoc alterius Dei Chriſtum probante, à quo primo & ſolo ſit reuelatum. Diſce
Gen 13. 15. iam hinc illud & prædicatum à Creatore, & ſine prædicatione credendum apud Creato-
rem. Quid tibi videtur, cùm Abrahæ ſemen, poſt primam promiſſionem, qua in multitu-

dinem arenæ repromittitur, ad inſtar quoque ſtellarum deſtinatur; nonnè & terrenæ, & Gen. 26. 4.
cœleſtis diſpoſitionis auſpicia ſunt? Quum Iſaac benedicens Iacob filium ſuum, ᵈ *Dedit,* d Gen. 27. 28
tibi Deus de rore cæli, & de opimitate terræ; nonnè vtriuſque indulgentiæ exempla ſunt?
Denique animaduertenda eſt hìc etiam ſtructura benedictionis ipſius. Nam circa Iacob,
qui quidem poſterioris, & prælationis populi figura eſt, id eſt noſtri, prima promiſſio
cœleſtis eſt roris; ſecunda, terrenæ opimitatis. Nos enim primo ad cœleſtia inuitamur,
cùm à ſæculo auellimur, & ita poſtea inuenimur etiam terrena conſecuturi. Et Euange-
lium veſtrum quoque habet, ᵉ *Quærite primùm regnum Dei, & hæc adijcientur vobis.* Cæ-
terum, ad Eſaü promittit benedictionem terrenam, & ſubjicit cœleſtem ᶠ *De opimita* e Luc. 12. 31
te terræ dicens *erit inhabitatio tua, & à rore cæli.* Iudæorum enim diſpoſitio in Eſau prio- f Gen. 27. 39
rum natu, & poſteriorum affectu filiorum, à terrenis bonis imbuta per legem, poſtea ad
cœleſtia per Euangelium credendo deducitur. Quum vero ᵍ *Iacob ſomniat ſcalas obſirma-* g Gen. 28. 12
tas in terra ad cælum, & angelos alios aſcendentes, & alios deſcendentes, innixum deſuper
Dominum, temerò ſi fortè interpretabimur, ſcalis his iter ad cœlum demonſtrari, quò
alii perueniant, vnde alij decidant, Domini conſtitutum eſſe iudicio. Cur autem vt euigi-
lauit, & primùm loci horrore concuſſus eſt, conuertetur ad interpretationem ſomnii?
Cùm enim dixiſſet, ʰ *Quàm terribilis eſt locus iſte; Non eſt*, inquit, *aliud, ſed ædes Dei, &* h Gen. 28.
hæc porta cæli. Chriſtum Dominum enim viderat, templum Dei, & portam eundem, per 17.
quem aditur cœlum. Et vtique portam cœli non nominaſſet, ſi cœlum non aditur apud
Creatorem. Sed eſt & porta quæ recipit, & quæ perducit, ſtrata iam à Chriſto; de quo
Amos: ⁱ *Qui ædificat in cælum aſcenſum ſuum*; vtique non ſibi ſoli, ſed & ſuis qui cum illo i Amos. 9. 6
erunt. &, ˡ *Circumdabis enim illos tibi*, inquit, *tanquam ornamentum ſponſæ.* Ita per illum l Eſa. 49. 18.
aſcenſum ad cœleſtia regna tendentes, miratur ſpiritus dicens, ᵐ *Volant velut qui ſunt* m Eſa. 31. 5.
milui. ⁿ *Vt nubes volant, & velut pulli columbarum ad me*; ſcilicet ſimpliciter, vt columbæ. n Eſa. 60. 8.
ᵒ *Auferemur enim in nubibus obuiam Domino*, ſecundum Apoſtolum (illo ſcilicet filio ho- o 1. Theſſ. 4.
minis veniente in nubibus, ſecundùm Danielem) *& ita ſemper cum Domino erimus*, ca- 17.
tenus dum & in terra, & in cœlo, qui ob vtriuſque promiſſionis ingratos, ipſa etiam ele- Dan. 7. 13.
menta teſtatur: ᵖ *Audi cælum, & in aures percipe terra.* Et ego quidem, etiam ſi nullam p Eſa 1. 2.
ſpei cæleſtis manum mihi toties ſcriptura porrigente, ſatis haberem huius quoque pro-
miſſionis præiudicium, quòd iam terrenam gratiam teneam, expectarem aliquid & de
cœlo, à Deo cœli, ſicut & terræ: ita crederem Chriſtũ ſublimiora pollicentẽ, eius eſſe qui
& humiliora promiſerat, qui experimenta maiorũ de paruulis fecerat; qui hoc inauditi ſi
fortè regni præconium ſoli Chriſto reſeruauerat, vt per famulos quidem terrena gloria,
cœleſtis verò per ipſum Deum annuntiaretur. At tu hinc quoque alium argumentaris
Chriſtum, quòd regnum nouum annuntiet. Prius eſt, aliquod exemplum indulgentiæ
proferas, nè meritò dubitem de fide tantæ promiſſionis, quam ſperandam dicis; immò
antè omnia eſt, vt quem cœleſtia prædicas repromittere, aliquod cœlum probes eius. At
nunc vocas ad cænam, nec domum oſtendis; allegas regnum, nec regiam monſtras. An
quia Chriſtus tuus cœleſte regnum repromittit, non habens cœlum, quomodo & homi-
nem præſtitit, non habens carnem? O phantaſma inane! ô præſtigia magnæ etiam pro-
miſſionis.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI

ADVERSVS MARCIONEM LIBER QVARTVS

In librum quartum aduerſus Marcionem.

ARGVMENTVM.

Aduerſus opus Marcionis, inſcriptum, Antitheſes ex contrarietatum oppoſitionibus, *quo contendebat legem veterem & nouam aduerſari ſibi, & duos diuerſos Deos inducebat, vnum veteris, alterum noui Teſtamenti Authorem; hunc quartum librum contra Marcionem ſcribit. Quoties porro in alijs operibus ſuis Tertullianus mentionem facit Euangelij Marcionis, toties alludit ad hunc librum quartum. Sicut Cùm libro de carne Chriſti cap. 7. expendit hæc verba, Luc.* 8. quæ mihi mater & qui mihi fratres; Audiat inquit & Apelles, quid iam reſponſum ſit à

etiam ipſorum ſacrificiorum alia officia potiora, & quidem apud nationes deſtinari,
dicente Malachia; [m] *Non eſt voluntas mea in vobis, inquit Dominus, & ſacrificia veſtra non* m Malach.
excipiam de manibus veſtris; quoniam à ſolis ortu vſque ad occaſum, glorificatum eſt in nationi- 1. 10. 11.
bus nomen meum, & in omni loco ſacrificium nomini meo offertur, & ſacrificium mundum, ſci-
licet ſimplex oratio, dè conſcientia pura: neceſſè eſt, omnis demutatio veniens ex in-
nouatione, diuerſitatem ineat cum his quorum fit, & contrarietatem ex diuerſitate.
Sicut enim nihil demutatum, quod non diuerſum; ita nihil diuerſum, quod non con-
trarium. Eiuſdem ergo deputabitur etiam contrarietas ex diuerſitate, cuius fuerit de-
mutatio ex innouatione. Qui diſpoſuit demutationem, iſte inſtituit & diuerſitatem.
qui prædicauit innouationem, iſte prænuntiauit & contrarietatem. Quid differentiam
rerum, ad diſtantiam interpretaris poteſtatum? quid antitheſeis exemplorum diſtor-
ques aduerſus Creatorem, quas in ipſis quoque ſenſibus, & adfectionibus eius potes
recognoſcere? [n] *Ego, inquit, percutiam, & ego ſanabo: Ego, inquit, occidam, & ego viuifica-* n Deut. 32.
bo; [o] *condens ſcilicet mala, & faciens pacem*; quà etiam ſoles illum mobilitatis quoque, & 39.
inconſtantiæ nomine reprehendere; probibentem quæ iubet, & iubentem quæ pro- o Eſa. 45. 7.
hibet. Cur ergo non & antitheſeis ad naturalia reputaſti, contrarij ſibi ſemper Creato-
ris? nec mundum ſaltim recogitare potuiſti, niſi fallor, etiam apud Ponticos, ex diuer-
ſitatibus ſtructum æmulatum inuicem ſubſtantiarum? Prius itaque debueras alium
Deum luminis, alium tenebrarum determinaſſe, vt ita poſſes alium Legis, alium Euan-
gelij adſeueraſſe. Cæterùm, præiudicatum eſt ex manifeſtis, cuius opera, & ingenia
per antitheſeis conſtant, eâdem formâ conſtare etiam ſacramenta.

CAPVT II.

Præter Euangelium Lucæ, quod vnicum Marcion, ſine titulo, & truncatum admittebat; reliqua tria Euangelia, authoritatem ſibi vendicant.

In p. V. Euangelium. 2. in m. V. Marcion. 10. & 17. circa. f. V. Pauli doctrina. 2.

HABES nunc ad antitheſes expeditam à nobis reſponſionem. Tranſeo nunc ad
Euangelij, ſanè non Iudaïci, ſed Pontici, interim adulterati demonſtrationem,
præſtructuram ordinem quem aggredimur. Conſtituimus in primis, Euangelicum In-
ſtrumentum Apoſtolos auctores habere, quibus hoc munus Euangelij promulgandi ab Matt. 28. 19
ipſo Domino ſit impoſitum. Si & Apoſtolicos, non tamen ſolos, ſed cum Apoſtolis, & 20.
poſt Apoſtolos. Quoniam prædicatio diſcipulorum ſuſpecta fieri poſſet de gloriæ ſtu-
dio, ſi non adſiſtat illi auctoritas magiſtrorum, immò Chriſti, qui magiſtros Apoſtolos
fecit. Denique, nobis fidem ex Apoſtolis Ioannes, & Matthæus inſinuant; ex Apo-
ſtolicis, Lucas & Marcus inſtaurant, iiſdem regulis exorſi, quantum ad vnicum Deum
attinet Creatorem, & Chriſtum eius, natum ex virgine, ſupplementum Legis & Pro-
phetarum. viderit enim ſi narrationum diſpoſitio variauit, dummòdo de capite fidei
conueniat, de quo cum Marcione non conuenit. Contrà Marcion, Euangelio, ſcili-
cet ſuo, nullum adſcribit auctorem, quaſi non licuerit illi titulum quoque adfingere,
cui nefas non fuit ipſum corpus euertere. Et poſſem hîc iam gradum figere, non agnoſ-
cendum contendens opus, quod non erigat frontem, quod nullam conſtantiam præfe-
rat, nullam fidem repromittat de plenitudine tituli, & profeſſione debita auctoris. Sed
per omnia congredi malumus, nec diſſimulamus quod ex noſtro intelligi poteſt. Nam
ex iis commentatoribus quos habemus, Lucam videtur Marcion elegiſſe, quem cæ-
deret. Porro, Lucas non Apoſtolus, ſed Apoſtolicus; non magiſter, ſed diſcipulus,
vtique magiſtro minor; certè tanto poſterior, quanto poſterioris Apoſtoli ſectator,
Pauli ſine dubio: vt & ſi ſub ipſius Pauli nomine, Euangelium Marcion intuliſſet, non
ſufficeret ad fidem ſingularitas Inſtrumenti, deſtituta patrocinio anteceſſorum. exi-
geretur enim id quoque Euangelium quod Paulus inuenit, cui fidem dedit, cui mox
ſuum congruere geſtijt. Siquidem propterea [a] *Hieroſolymam aſcendit ad cognoſcendos* a Gal. 2. 1. 2.
Apoſtolos, & conſultandos, ne fortè in vacuum cucurriſſet, id eſt, nè non ſecundùm illos cre- & ſeq.
didiſſet, & non ſecundùm illos euangelizaret. Denique, vt cum auctoribus contulit, &
conuenit dè regula fidei, *dexteras miſcuere*, & exinde officia prædicandi diſtinxerunt, Ibid.
vt illi in Iudæos, Paulus in Iudæos & in Nationes. Igitur ſi ipſe illuminator Lucæ, au-
ctoritatem anteceſſorum & fidei, & prædicationi ſuæ optauit, quantò magis eam
Euangelio Lucæ expoſtulem, quæ Euangelio magiſtri eius fuit neceſſaria? Aliud eſt,
ſi penes Marcionem à diſcipulatu Lucæ, cœpit religionis Chriſtianæ ſacramentum:
cæterùm, ſi & retro decucurrit, habuit vtique authenticam paraturam, per quam ad
Lucam vſque peruenit, cuius teſtimonio adſiſtente, Lucas quoque poſſit admitti.

CAPVT III.

Paulus ad Galatas ſcribens, Apoſtolos de conuerſatione tantummodò reprehendit, non autem de corruptione Euangeliorum, quæ à Pſeudoapoſtolis fuere peruerſa.

In p. V. Pauli doctrina. 11. inf. V. Marcion. 11.

SED ENIM Marcion nactus epiſtolam Pauli ad Galatas, etiam ipſos Apoſtolos ſu- a Gal. 2. 11. gillantis, vt [a] *non recto pede incedentes ad veritatem Euangelij*, ſimul & accuſantis Pſeudapoſtolos quoſdam peruertentes Euangelium Chriſti, connititur ad deſtruendum ſtatum eorum Euangeliorum, quæ propria, & ſub Apoſtolorum nomine eduntur, vel etiam Apoſtolicorum; vt ſcilicet fidem, quam illis adimit, ſuo conferat. Porro, etſi b Gal. 2. 9. [b] *reprehenſus eſt Petrus, & Ioannes, & Iacobus, qui exiſtimabantur columnæ*, manifeſta cauſa eſt. Perſonarum enim reſpectu videbantur variare conuictum. Et tamen, cùm ipſe c 1. Cor. 9. 22. Paulus [c] *omnibus omnia fieret, vt omnes lucraretur*, potuit & Petro hoc in conſilio fuiſſe, aliquid aliter agendi quàm docebat. Proinde, ſi & Pſeudapoſtoli irrepſerant, horum quoque qualitas edita eſt, circumciſionem vindicantium & Iudaïcos faſtos. adeò non dè prædicatione, ſed dè conuerſatione, à Paulo denotabantur; æquè denotaturo, ſi quid dè Deo Creatore, aut Chriſto eius erraſſent. Igitur diſtinguenda erunt ſingula. Si Apoſtolos præuaricationis, & ſimulationis ſuſpectos Marcion haberi queritur, vſque ad Euangelij deprauationem, Chriſtum iam accuſat, accuſando quos Chriſtus elegit. Si verò Apoſtoli quidem integrum Euangelium contulerunt, dè ſola conuictus inæqualitate reprehenſi, Pſeudapoſtoli autem veritatem eorum interpolauerunt & inde ſunt noſtra Digeſta; quod erit germanum illud Apoſtolorum Inſtrumentum, quod adulteros paſſum eſt? quod Paulum illuminauit, & ab eo Lucam? Aut ſi tam funditus deletum eſt, vt cataclyſmo quodam, ita inundatione falſatiorum oblitteratum; iam ergo nec Marcion habet verum. Aut ſi ipſum erit verum, id eſt Apoſtolorum, quod Marcion habet ſolus; & quomodo noſtro conſonat, quod non Apoſtolorum, ſed Lucæ refertur; Aut ſi non ſtatim Lucæ deputandum eſt, quo Marcion vtitur, quia noſtro conſonat, ſcilicet adulterato etiam circa titulum; cæterùm Apoſtolorum eſt. iam ergo & noſtrum, quod illi conſonat, æquè Apoſtolorum eſt, ſed adulteratum de titulo quoque.

CAPVT IV.

Tertullianus diſputans dè Euangelio Lucæ, quod Marcion adulterans ſuum fecit, Tertullianus ſuum quoque facit meliori titulo integritatis conſeruatæ, & antiquitatis iure: Corruptionem Marcioni imputat, qui de Catholico factus eſt hæreticus.

Per totum. V. Euangelium. 3.

FVNIS ergo ducendus eſt contentionis, pari hinc inde niſu fluctuante. Ego meum dico verum, Marcion ſuum. ego Marcionis adfirmo adulteratum, Marcion meum. Quis inter nos determinabit, niſi temporis ratio, ei præſcribens auctoritatem, quod antiquius reperietur; & ei præjudicans vitiationem, quod poſterius reuincetur? In quantum enim falſum corruptio eſt veri, in tantum præcedat neceſſè eſt veritas falſum. Prior erit res paſſione, & materia æmulatione. Alioquin, quàm abſurdum, vt ſi noſtrum antiquius probauerimus, Marcionis verò poſterius; & noſtrum antè videatur falſum, quàm habuerit dè veritate materiam, & Marcionis antè credatur æmulationem à noſtro expertum, quàm eſt editum? & poſtremù id verius exiſtimetur, quod eſt ſerius, poſt tot ac tanta iam opera, atque documenta Chriſtianæ religionis ſæculo edita, quæ edi vtique non potuiſſent ſine Euangelij veritate, id eſt, antè Euangelij veritatem? Quod ergo pertinet ad Euangelium interim Lucæ, quatenus communio eius inter nos, & Marcionem, dè veritate diſceptat, adeo antiquius Marcione eſt, quod eſt eſt ſecundùm nos, vt & ipſe illi Marcion aliquando crediderit; quum & pecuniam in primo calore fidei Catholicæ Eccleſiæ contulit, proiectam mox cum ipſo poſtea quàm in hæreſim ſuam a noſtra veritate deſciuit. Quid nunc ſi negauerint Marcionitæ, primam apud nos fidem eius, aduerſus epiſtolam quoque ipſius? Quid ſi nec epiſtolam agnouerint? Certè antitheſes non modò fatentur Marcionis, ſed & præferunt. ex his mihi probatio ſufficit. Si enim id Euangelium quod Lucæ refertur penès nos (viderimus an & penès Marcionem) ipſum eſt quod Marcion per antitheſes ſuas arguit, vt interpolatum à protectoribus Iudaiſmi, ad concorporationem Legis, & Prophetarum,

quia etiam Chriſtum inde configerent, vtique non potuiſſet arguere, niſi quod inuenerat. Nemo poſt futura reprehendit quæ ignorat futura; emendatio culpam non antecedit. Emendator ſanè Euangelij, à Tiberianis vſque ad Antoniniana tempora euerſi, Marcion ſolus & primus obuenit, expectatus tamdiu à Chriſto pœnitente iam quòd Apoſtolos præmiſiſſe properaſſet ſine præſidio Marcionis. niſi quod humanæ temeritatis, non diuinæ auctoritatis negotium eſt hæreſis, quæ ſic ſemper emendat Euangelia, dum vitiat; quum etſi diſcipulus Marcion, [a] *non tamen ſuper magiſtrum.* & ſi Apoſtolus Marcion, [b] *Siue ego, inquit Paulus, ſiue illi, ſic prædicamus.* & ſi Prophetes Marcion, & ſpiritus Prophetarum Prophetis erunt ſubditi: non enim euerſionis ſunt, ſed pacis. Etiam ſi angelus Marcion, citius anathema dicendus, quàm euangelizator, quia aliter euangelizauit. Itaque dum emendat, vtrumque confirmat; & noſtrum anterius, id emendans quod inuenit; & id poſterius, quod de noſtri emendatione conſtituens, ſuum & nouum fecit.

a Matth. 10. 24.
b 1. Cor. 15. 11.
1. Cor. 14. 32.
Gal. 1. 8.

CAPVT V.

Conſtat, Euangelium Lucæ ab Apoſtolis traditum, Authoritatem habere ab Eccleſiis Apoſtolicis: & proinde alia tria Euangelia, ſicut & Apocalypſim Ioannis.

In p. V. Euangelium. 3. à p. V. Euangelium. 4. & V. Lucas. 2 & V. Lucas. 1. in m. V. Marcion. 12. in f. V. Hæret. Script. corruptores. 5.

IN ſumma, ſi conſtat id verius quod prius, id prius quod & ab initio, id ab initio, quod ab Apoſtolis; pariter vtique conſtabit, id eſſe ab Apoſtolis traditum, quod apud Eccleſias Apoſtolorum fuerit ſacroſanctum. Videamus quod lac à Paulo Corinthij hauſerint; ad quam regulam Galatæ ſint recorrecti; quid legant Philippenſes, Theſſalonicenſes; Epheſij; quid etiam Romani dè proximo ſonent, quibus Euangelium & Petrus & Paulus ſanguine quoque ſuo ſignatum reliquerunt. Habemus & Ioannis alumnas Eccleſias. Nam etſi Apocalypſin eius Marcion reſpuit, ordo tamen Epiſcoporum ad originem recenſus, in Ioannem ſtabit auctorem. Sic & cæterarum generoſitas recognoſcitur. Dico itaque apud illas, nec ſolas iam Apoſtolicas; ſed apud vniuerſas, quæ illis dè ſocietate ſacramenti confœderantur, id Euangelium Lucæ ab initio editionis ſuæ ſtare quod commaximè tuemur: Marcionis verò, pleriſque nec notum; nullis autem notum, vt non eo damnatum. Habet planè & illud eccleſias, ſed ſuas; tam poſteras quàm adulteras; quarum ſi cenſum requiras, facilius apoſtaticum inuenias, quàm apoſtolicum; Marcione ſcilicet conditore, vel aliquo de Marcionis examine. Faciunt fauos & veſpæ: faciunt eccleſias & Marcionitæ. Eadem auctoritas eccleſiarum apoſtolicarum, cæteris quoque patrocinabitur Euangelijs, quæ proinde per illas, & ſecundùm illas habemus; Ioannis dico, & Matthæi; licet & Marcus quod edidit, Petri adfirmetur, cuius interpres Marcus. nam & Lucæ Digeſtum, Paulo adſcribere ſolent. Capit magiſtrorum videri, quæ diſcipuli promulgarint. Itaque & dè his Marcion flagitandus, quid omiſſis eis, Lucæ potius inſtiterit; quaſi non & hæc apud eccleſias à primordio fuerint, quemadmodum & Lucæ. Atquin hæc magìs à primordio fuiſſe credibile eſt, vt priora, quà apoſtolica; vt cum ipſis eccleſiis dedicata. Cæterùm, quale eſt, ſi nihil Apoſtoli ediderunt, vt diſcipuli potius ediderint, qui nec diſcipuli exiſtere potuiſſent, ſine vlla doctrina magiſtrorum? Igitur dum conſter hæc quoque apud eccleſias fuiſſe, cur non hæc quoque Marcion attigit, aut emendanda, ſi adulterata, aut agnoſcenda, ſi integra? Nam & competit, vt ſi qui Euangelium peruertebant, eorum magìs curarent peruerſionem, quorũ ſciebant auctoritatem receptiorem. ideo & Pſeudapoſtoli, quòd per falſum Apoſtolos imitarentur. In quantum ergo emendaſſet quæ fuiſſent emendanda, ſi fuiſſent corrupta, in tantum confirmauit non fuiſſe corrupta, quæ non putauit emendanda. Denique emendauit, quod corruptum exiſtimauit. Sed nec hoc meritò, quia non fuit corruptum. Si enim apoſtolica integra decucurrerunt; Lucæ autem quod eſt ſecundùm nos, adeò congruit regulæ eorum, vt cum illis apud eccleſias maneat, iam & Lucæ conſtat integrum decucurriſſe, vſque ad ſacrilegium Marcionis. Denique, vbi manus illi Marcion intulit, tunc diuerſum & æmulum factũ eſt apoſtolicis. Igitur dabo conſilium diſcipulis eius, vt aut & illa conuertant, licet ſerò, ad formam ſui, quò cum apoſtolicis conuenire videantur (nam & quotidie reformant illud, prout à nobis quotidie reuincuntur:) aut erubeſcant dè magiſtro vtrobique traducto, quum Euangelij veritatem nunc ex conſcientia tranſmittit, nunc ex impudentia euertit. His ferè compendiis vtimur, quum de Euangelij fide aduerſus hæreticos experimur, defendentibus & temporum ordinem poſteritati

1. Cor. 3. 2.
Gal. 6. 16.
Apoc. 2. 1. 8. 12. & ſeq.
Apoc. 3. 1. 7. & ſeq.
Gal. 1. 7.
2. Cor. 11. 13.

falſariorũ præſcribentẽ, & auctoritatem Eccleſiarum traditioni Apoſtolorum patrocinantem: quia veritas falſũ præcedat neceſſè eſt; & ab eis procedat, à quibus tradita eſt.

CAPVT VI.

Probat nullam eſſe veteris & noui Teſtamenti contrarietatem: cùm Chriſtus impleuerit Prophetias Creatoris, leges adiuuerit, promiſſiones effectu compleuerit.

Iom. V. Marcionis Chriſtus. 8. & V. Marcion. 13. circa. f. V. Chri. Obedientia. 3.

Luc. 3. 1. & Luc. 4. 23. & 31. SED alium iam hinc inimus gradum, ipſum (vt profeſſi ſumus) Euangelium Marcionis prouocantes, ſic quoque probaturi adulteratum. Certè enim totum quod elaborauit, etiam antitheſeis præſtruendo, in hoc cogit, vt veteris & noui Teſtamenti diuerſitatem conſtituat; proinde Chriſtum ſuum à Creatore ſeparatum, vt Dei alterius, vt alienum Legis & Prophetarum. Certè propterea contraria quæque ſententiæ ſuæ eraſit, conſpirantia cum Creatore, quaſi ab aſſertoribus eius intexta: competentia autem ſententiæ ſuæ reſeruauit. Hæc cõueniemus, hæc amplectemur, ſi nobiſcum magìs fuerint, ſi Marcionis præſumptionem percuſſerint, tunc & illa conſtabit eodem vitio hæreticæ cæcitatis eraſa, quo & hæc reſeruata. ſic habebit intentio & forma opuſculi noſtri, ſub illa vtrique conditione, quæ ex vtraque parte condicta ſit. Conſtituit Marcion alium eſſe Chriſtum qui Tiberianis temporibus à Deo quondam ignoto reuelatus ſit in ſalutem omnium gentium: alium qui à Deo Creatore in reſtitutionem Iudaici ſtatus ſit deſtinatus, quandoque venturus. Inter hos magnam, & omnem differentiam ſcindit, quantam inter iuſtum, & bonum, quantam inter Legem, & Euangelium, quantam inter Iudaiſmum, & Chriſtianiſmum. Hinc erit & noſtra præſcriptio, qua defigimus, nihil Chriſto Dei alterius commune eſſe debere cum Creatore. cæterùm, Creatoris pronuntiandum, ſi adminiſtrauerit diſpoſitiones eius; ſi impleuerit prophetias eius, ſi adiuuerit leges eius, ſi repræſentauerit promiſſiones eius, ſi reſtaurauerit virtutes eius, ſi ſententias reformauerit, ſi mores, ſi proprietates expreſſerit. Huius pacti, & huius præſcripti quæſo te, lector, memineris vbique, & incipe recognoſcere aut Marcionis Chriſtum, aut Creatoris.

CAPVT VII.

Cùm Marcion eraſis tribus primis capitibus Lucæ, & initio ſtatim de cœlo in terram pariter Creatoris Chriſtum deſcendiſſe fingit: & in Synagogam aduehit; ſciat non ibi legem, & prophetas ſoluiſſe Creatoris, ſed impleſſe: quem & dæmonium, vtpote iam prophetatum, & Ieſum, & ſanctum agnouit. Marcion ex Scriptura ipſa quam admittit, conuincitur.

In p. V. Chri. Magnalia. 11. à p V. Chri. Aduentus primus. 7. & V. Chri. Infirma. 1. Circa. m. V. Chri. Natiuitas. 5. in m V. Chri. Verba. 10. à m. V. Chriſtus Iudex. 4. inf. V. Chri. ſeueritas. 1.

ANNO quintodecimo principatus Tiberiani, proponit eum deſcendiſſe in ciuitatem Galilææ, Capharnaum; vtique dè cœlo Creatoris, in quod de ſuo antè deſcenderat. Ecquid ergo ordinis fuerat, vt prius dè ſuo cœlo in Creatoris deſcendens deſcriberetur? Cur enim non & iſta reprehendam, quæ non implent fidem ordinariæ narrationis, deficientis in mendacio ſemper? Planè ſemel dicta ſint, per quæ iam alibi tractauimus: An deſcendens per Creatorem, & quidem aduerſus ipſum potuerit ab eo admitti, & inde tramitti in terram æquè ipſius. Nunc autem & reliquum ordinem deſcenſionis expoſtulo tenens deſcendiſſe illum. Viderit enim ſicubi apparuiſſe poſitũ eſt. Apparere, ſubitũ ex inopinato ſapit conſpectum, qui ſemel impegerit oculos in id quod ſine mora apparuit. Deſcendiſſe autẽ, dum fit, videtur, & ſubit oculos; de facto etiã ordinem facit. Atque ita cogit exigere, quali habitu, quali ſuggeſtu, quonam impetu, vel temperamento, etiã quo in tempore diei, noctiſvè deſcenderit. Præterea quis viderit deſcendentẽ, quis retulerit, quis aſſeuerauerit, rem vtique nec aſſeueranti facilè credendam. Indignũ denique vt Romulus quidẽ aſcenſus ſui in cœlũ habuerit Proculum affirmatorẽ, Chriſtus verò Dei, deſcenſus dè cœlo ſuo ſui non inuenerit annuntiatorem. quaſi non ſic & ille aſcenderit iiſdem mendacij ſcalis, ſicut & iſte deſcendit. Quid autem illi cum Galilæa, ſi non erat Creatoris? cui iſta regio deſtinabatur ingreſſuro prædicationem, dicente Eſaïa, [a] *Hoc primum bibito, citò facito, regio Zabulon, & terra Nepthalim, & cæteri qui maritimam ad Iordanem, Galilæa nationum, populus qui ſedetis in tenebris, videte lumen magnum. qui habitatis terram, ſedentes in vmbra mortis, lumen ortum eſt ſuper vos.* Benè autem quòd & Deus Marcionis, illuminator vindicatur nationum: quò magìs debuerit vel dè cœlo deſcendere, etſi vtique in Pontum potius

a Eſa. 9. 1.

deſcen-

deſcendere, quàm in Galilæam. Cæterùm, & loco, & illuminationis opere, ſecundùm
prædicationem occurrentibus Chriſto, iam eum prophetatum incipimus agnoſcere,
oſtendentem in primo ingreſſu [b] *veniſſe ſe, non vt Legem & Prophetas diſſolueret, ſed vt po-* b Matt. 5. 17.
tius adimpleret. Hoc enim Marcion, vt additum, eraſit. Sed fruſtra negabit Chriſtum di-
xiſſe, quod ſtatim fecit ex parte. Prophetiam enim interim dè loco adimpleuit; dè cœ-
lo ſtatim ad ſynagogam vt dici ſolet, Ad quod venimus, hoc age. Marcion aufer etiam
illud dè Euangelio: [c] *Non ſum miſſus niſi ad oues perditas domus Iſraël. &, Non eſt auferre pa-* c Matt. 15. 24
nem filys, & dare eum canibus; nè ſcilicet Chriſtus Iſraëlis videretur. Sufficiunt mihi fa- 26.
cta pro dictis. Detrahe voces Chriſti mei, res loquentur. Ecce venit in ſynagogam:
certè ad oues perditas domus Iſraëlis. Ecce, doctrinæ ſuæ panē prioribus offert Iſraëli-
tis; certè vt filios præfert. Ecce, aliis eum nondum impertit; certè vt canes præterit.
Quibus autem magìs impertiſſet, quàm extraneis Creatoris, ſi ipſe in primis non fuiſ-
ſet Creatoris? Et tamen quomodo in ſynagogam potuit admitti tam repentinus, tam
ignotus? cuius nemo adhuc certus dè tribu, dè populo, dè domo, dè cenſu denique
Auguſti? quem teſtem fideliſſimum Dominicæ natiuitatis Romana archiua cuſto-
diunt. Meminerant certè, [d] *niſi circumciſum ſcirent, non admittendum in ſancta ſanctorum.* d Deut 12. 3
Sed etſi paſſim ſynagoga adiretur, non tamen ad docendum, niſi ab optimè cognito, & 7.
explorato, & probato, iam pridem in hoc ipſum, vel aliunde commendato cum hoc
munere. [e] *Stupebant autem omnes ad doctrinam eius*. Planè. *Quoniam, inquit, in poteſtate* e Luc. 4. 32.
erat ſermo eius. Non quoniam aduerſus Legem & Prophetas docebat. Vtique enim elo-
quium diuinum & vim & gratiam præſtabat, magìs exſtruens quàm deſtruens ſubſtan-
tiam Legis & Prophetarum. Alioquin non ſtuperent, ſed horrerent; nec mirarentur,
ſed ſtatim auerſarentur deſtructurē Legis & Prophetarum; & vtique in primis alte-
rius Dei prædicatorem: quia nec potuiſſet aduerſus Legem & Prophetas docere, &
hoc nomine aduerſus Creatorem, non præmiſſa diuerſæ atque æmulæ diuinitatis pro-
feſſione. Quum ergo nihil tale ſcriptura ſignificet, niſi ſolam vim & poteſtatem ſermo-
nis admirationi fuiſſe. facilius oſtendit, ſecundùm Creatorem docuiſſe illum, quia non
negauit; quàm aduerſus Creatorē, quia non ſignificauit. Atque ita aut eius erit agnoſ-
cendus, ſecundùm quem docuit, aut præuaricator iudicandus, ſi ſecundùm eum, ad-
uerſus quem venerat, docuit. [f] *Exclamat ibidem ſpiritus dæmonis, Quid nobis & tibi eſt,* f Luc. 4 34.
Ieſu? veniſti perdere nos; ſcio qui ſis, ſanctus Dei. Hic ego non tetractabo. an & hoc co-
gnomentum competierit ei, quem nec Chriſtum vocari oporteret, ſi non Creatoris.
Alibi iam de nominibus expoſtulatum eſt. At nunc diſcepto, quomodo hoc eum vo-
cari, cognouerit dæmon, nulla vnquam retro emiſſa prædicatione in illum, à Deo igno-
to, & in id temporis muto, cuius nec ſanctum eum conteſtari potuit, vt ignoti etiam
ipſi ſuo Creatori. Quid autem iam tale ediderat nouæ diuinitatis, per quod poſſet alte-
rius Dei ſanctus intelligi? tantum quod ſynagogam introgreſſus, & nec ſermone ope-
ratus aliquid aduerſus Creatorem? Sicut ergo quem ignorabat, nullo modo poterat Num 13. 17.
Ieſum & ſanctum Dei agnoſcere; ita, quem norat, agnouit. Nam & Prophetam me- g Matt. 1. 20
minerat ſanctum Dei prædicaſſe, & Ieſum nomen Dei eſſe in filio Naue. Hæc & ab Luc. 1. 31.
angelo excepetat ſecundùm noſtrum Euangelium, [g] *Propterea, quod in te naſcetur, voca-*
bitur ſanctum filius Dei, & vocabis nomen eius Ieſum. Sed & habebat vtique ſenſum ali-
quem Dominicæ diſpoſitionis (licet dæmon tamen) magìs quàm alienæ, & nondum
ſatìs cognitæ. Nam & præmiſit, [g] *Quid nobis & tibi?* nun quaſi in extraneum Ieſu, ad
quem pertinent ſpiritus Creatoris. Nec enim dixit, *Quid tibi, & nobis? ſed, quid nobis &* g Luc. 4 34.
tibi? ſe deplorans, & ſorti ſuæ exprobrans: quam iam videns, adiicit, *Veniſti perdere nos.*
adeo iudicis & vlturis, & vt ita dixerim, ſæui Dei filium agnouerat Ieſum, non optimi
illius & punire neſcientis, Quorſum hunc locum præmiſimus? vt Ieſum & à dæmone Ibid.
non alium doceamus agnitum, & à ſemetipſo non alium confirmatum quàm Creato-
ris. Atquin, inquis, [h] *increpuit illum Ieſus.* Planè vt inuidioſum, & in ipſa confeſſione h Luc 4. 35.
petulantem, & malè adulantem; quaſi hæc eſſet ſumma gloria Chriſti, ſi ad perditio-
nem dæmonum veniſſet, & non potius ad hominum ſalutem; qui nec diſcipulos dè
ſubactione ſpirituum, ſed dè candida ſalutis gloriari volebat. Aut cur eum increpuit? Si
quaſi mentitum in totum, ergo non fuit Ieſus, nec Dei ſanctus omnino. Si quaſi ex par-
te mentitum, quòd eum Ieſum quidem & ſanctum Dei, ſed Creatoris exiſtimaſſet, in-
iuſtiſſime increpuit hoc ſentientem, quod ſciebat ſentiendum; & hoc non exiſtiman-
tem, quòd ignorabat exiſtimandum, alium Ieſum, & alterius Dei ſanctum. Quòd ſi
veriſimiliorem ſtatum non habet increpatio, niſi quem nos interpretamur, iam ergo
& dæmon nihil mentitus eſt, non ob mendacium increpitus: ipſe enim erat Ieſus,

præter quem alium dæmon agnouiſſe non poterat; & Ieſus eum confirmauit, agnouerat dæmon, dum non ob mendacium increpat dæmonem.

CAPVT VIII.

Chriſtus Nazaræus dictus, detentus & Captus, & tactu ſanans, & à dæmonibus agnitus, quos ſeuerè increpabat, & in ſolitudinem ſuccedens, de more Creatoris; ad Marcionem nullo modo pertinere poteſt.

In p. V. Chri. Elogia 23. à p. V. Chriſti caro. 13. in m. V. Chri. caro. 10. & Chri. ſeueritas. 2. circa. V. ſolitudo. 2.

Matth. 2. 23 NAZARÆVS vocari habebat ſecundùm prophetiam Chriſtus Creatoris vnde &
Eſa. 11. 1. ipſo nomine nos Iudæi Nazaræos appellant per eum. Nam & ſumus, dè quibus
a Thren. 4. 7. ſcriptum eſt, a *Nazaræi exalbati ſunt ſuper niuem.* Qui ſcilicet retro luridati delinquen-
Matth. 2. 23 tiæ maculis, & nigrati ignorantiæ tenebris. Chriſto autem appellatio Nazaræi compe-
titura erat ex infantiæ latebris, ad quas apud Nazareth deſcendit, vitando Archelaum
filium Herodis. Hoc propterea non omiſi, quia Chriſtum Marcionis oportuerat om-
nem commercium cieraſſe, etiam locorum familiarium Chriſti Creatoris, habentem
Matth. 17. 23. tanta Iudææ oppida, non ita Chriſto Creatoris per Prophetas emancipata. Cæterùm,
Luc. 4. 16. & ſeq. Prophetarum erit Chriſtus, vbicunque ſecundùm Prophetas inuenitur. Et tamen
apud Nazareth quoque nihil noui notatur prædicaſſe, dum aliò, merito vnius prouer-
Luc. 4. 29. bij, eiectus refertur. Hic primum manus ei iniectas animaduertens, neceſsè habeo
iam de ſubſtantia eius corporali præfinire, quòd non poſſit phantaſma credi, qui con-
tactum, & quidem violentia plenum, detentus & captus, & ad præcipitium vſque pro-
tractus, admiſerit. Nam etſi per medios euaſit, ſed antè iam vim expertus, & poſtea di-
miſſus; ſcilicet ſoluto, vti adſolet, tumultu; vel etiam irrupto, non tamen per caligi-
Luc. 4. 40. nem eluſo, quæ nulli omnino tactui ſuccidiſſet, ſi fuiſſet. *Tangere enim & tangi, niſi cor-
pus, nulla poteſt res*, etiam ſecularis ſapientiæ digna ſententia eſt. Ad ſummam, & ipſe
mox tetigit alios, quibus manus imponens, vtique ſentiendas, beneficia medicinarum
conferebat, tam vera, tam non imaginaria, quàm erant per quas conferebat. Ipſe igi-
b Eſa. 53. 4. tur eſt Chriſtus Eſaïæ, remediator valetudinum. [b] *Hic, inquit, imbecillitates noſtras au-
fert, & languores portat.* Portare autem Græci etiam pro eo ſolent ponere, quod eſt,
tollere. Sufficit interim mihi generalis repromiſſio. Quodcunque curauerit Ieſus, meus
eſt. Veniemus tamen & ad ſpecies curationum. Cæterùm, & à dæmoniis liberare, cura-
c Luc. 4. 41. tio eſt valetudinis. Itaque ſpiritus nequam, quaſi ex forma iam prioris exempli eum
teſtimonio excedebant vociferantes. [c] *Tu es filius Dei.* Cuius Dei, vel hîc pareat. Sed
proinde increpabantur, & iubebantur tacere. Proinde enim Chriſtus ab hominibus,
non à ſpiritibus immundis, volebat ſe filium Dei agnoſci. Ille Chriſtus duntaxat, cui
hoc congruebat: quia præmiſerat per quos poſſet agnoſci, & vtique digniores prædi-
catores. Illius erat præconium immundi ſpiritus reſpuere, cui ſancti abundabant. Por-
ro, qui nunquam fuerat annuntiatus, ſi tamen volebat agnoſci, (fruſtra autem venerat,
ſi nolebat) non eſſet aſpernatus teſtimonium alienæ & cuiuſcunque ſubſtantiæ, qui
propriæ non habebat, qui in aliena deſcenderat. Iam nunc & quà deſtructor Creato-
ris, nihil magìs geſtiſſet, quàm à ſpiritibus ipſius agnoſci, & diuulgari præ timore, niſi
quòd Marcion Deum ſuum timeri negat, defendens bonum non timeri, ſed iudicem,
apud quem ſint materiæ timoris, ira, ſæuitia, iudicia, vindicta, damnatio. Sed & dæ-
monia timore vtique cedebant. Ergo timendi Dei filium confitebantur, occaſionem
habitura non cedendi, ſi non timendi. Et ille iuſſu, & increpitu ea expellens, non ſua-
ſu quà bonus, timendum ſe exhibebat. Aut nunquid ideo increpabat, quia timebatur,
nolens timeri? Et quomodo ea volebat excedere, quod niſi timore non facerent? Ceci-
dit ergo in neceſſitatem, quà diſparem ſe naturæ ſuæ ageret: cùm poſſet, vt bonus ſe-
mel eis parcere. Cecidit & in aliam præuaricationis notam, quum ſe à dæmoniis quaſi
filium Creatoris ſuſtineret timeri, vt iam non propria poteſtate expelleret dæmonia,
Luc. 4. 42. ſed per Creatoris auctoritatem. In ſolitudinem procedit. Solennis & huiuſmodi regio
Exo. 19. 16. Creatoris. Oportebat ſermonem illic quoque videri in corpore, vbi egerat aliquando
d Eſa. 36. 1. & 41. 19. & in nube. Competebat & Euangelio habitus loci, qui placuerat & Legi. [d] *Capiat ita-
e Luc. 4. 43. que iucunditatem ſolitudo,* hoc Eſaïas promiſerat. Detentus à turbis: [e] *Oportet me, inquit,
& alijs ciuitatibus annuntiare regnum Dei.* Oſtenderat iam alicubi Deum ſuum? Non puto
adhuc vſque. Sed dè eis loquebatur, qui alium quoque Deum nouerant. Nec hoc cre-
do. Ergo ſi nec ille alium Deum ediderat, nec illi nouerant præter Creatorem, eiuſdem
Dei regnum portendebat, quem ſolum ſciebat notum eis qui audiebant.

CAPVT IX.

Chriſtus, piſcatores vocat, leproſos mundat, ſacrificium pro mundatione indicit, quò probet ſe filium eſſe Creatoris, cuius legem implet.

In p. V. Apoſtoli. 1 à p. V. Societas mala. 1. & V. Chriſtus Medicus. 6. & V. Gentilium probra. 3. in m. V. Chriſtus Medicus. 7. à m. V. Chri. Elogia. 31. & V. Vana gloria. 1. in f V Chri. obedientia. 4.

DE tot generibus operum, quid vtique ad piſcaturam reſpexit, vt ab illa in Apo-
ſtolos ſumeret Simonem, & filios Zebedæi? Non enim ſimplex factum videri po-
teſt, dè quo argumentum proceſſurum erat, dicens Petro trepidanti dè copioſa inda- a Luc. 5. 10.
gine piſcium: [a] *Nè time, abhinc enim homines eris capiens.* Hoc enim dicto, intellectum
illis ſuggerebat adimpletæ prophetiæ. ſe eum eſſe qui per Hieremiam pronuntiarat,
[b] *Ecce ego mittam piſcatores multos, & piſcabuntur illos;* homines ſcilicet. Denique [c] *reli-* b Hier. 16. 16
ctis naniculis ſequuti ſunt eum; ipſum intelligentes, qui cœperat facere quod edixerat. c Luc. 5. 11
Aliud eſt, ſi adſectauit de nauiculariorum collegio, adlegere, habiturus Apoſtolum
quandoque nauclerum Marcionem. Præſtruximus quidem aduerſus antitheſes, nihil
proficere propoſito Marcionis, quam putat diuerſitatem legis & Euangelij, vt &
hanc à Creatore diſpoſitam; denique prædicatam in repromiſſione nouæ legis, &
noui ſermonis, & noui Teſtamenti. Sed quoniam attentius argumentatur apud illum
ſuum neſcio quem *συνταλαίπωρον*, id eſt commiſeronem, & *συμμισούμενον*, id eſt, co- Luc. 5. 13.
odibilem, in leproſi purgationem, non pigebit ei occurrere, & in primis figuratæ legis Num. 5. 2.
vim oſtendere; quæ in exemplo leproſi non contingendi, immò ab omni commercio & ſeq.
ſubmouendi, communicationem prohibebat hominis delictis commaculati, cum qua-
libus & Apoſtolus [d] *cibum quoque vetat ſumere*: participari enim ſtigmata delictorum, d 1. Cor. 5. 11
quaſi ex contagione, ſi quis ſe cum peccatore miſcuerit. Itaque Dominus volens al-
tius intelligi Legem, per carnalia ſpiritalia ſignificantem; & hoc nomine non de-
ſtruens, ſed magis exſtruens, quam pertinentius volebat agnoſci, [e] *Tetigit leproſum*, à e Luc. 5. 13
quo etſi homo inquinari potuiſſet, Deus vtique non inquinaretur, incontaminabilis
ſcilicet. Ita non præſcribetur illi quod debuerit legem obſeruare, & non contingere
immundum, quem contactus immundi non erat inquinaturus. Hoc magìs meo Chri-
ſto competere ſic doceò, dum tuo non competere demonſtro. Si enim vt æmulus legis
tetigit leproſum, nihil faciens præceptum legis, per contemptum inquinamenti, quo-
modo poſſet inquinari, qui corpus non habebat quod inquinaretur? phantaſma enim
inquinari non poſſet. Qui ergo inquinari non poterat vt phantaſma, iam non virtute
diuina incontaminabilis erit, ſed phantaſmatis inanitate: nec contempſiſſe videri po-
teſt inquinamentum, cuius materiam non habebat: ita nec legem deſtruxiſſe, qui in-
quinamentum ex occaſione phantaſmatis, non ex oſtentatione virtutis euaſerat. Si Luc. 4. 27.
autem Heliſæus prophetes Creatoris, vnicum leproſum Naaman Syrum ex tot leproſis 4 Reg 5 10.
Iſraëlitis emundauit, nec hoc ad diuerſitatem facit Chriſti; quaſi hoc modo melioris, Luc. 5. 12.
dum Iſraëlitem leproſum emundauit extraneus, quem ſuus Dominus emundare non
valuerat; Syro facilius emundato, ſignificato per Nationes emundationis in Chriſto
lumine earum, quæ ſeptem maculis capitalium delictorum inhorrerent, idololatria,
blaſphemia, homicidio, adulterio, ſtupro, falſo teſtimonio, fraude. Quapropter ſepties
quaſi per ſingulos titulos in Iordane lauit: ſimul & vt toties hebdomadis caneret expia-
tionem, quia vnius lauacri vis & plenitudo Chriſto ſoli dicabatur, facturo in terris, ſicut
ſermonem compendiatum, ita & lauacrum. Nam & hoc opponit Marcion, Heliſæum 4. Reg 5. 14
quidem materia eguiſſe, aquam adhibuiſſe, & eam ſepties: Chriſtum verò verbo ſolo, Luc. 4. 36.
& hoc ſemel functum, curationem ſtatim repræſentaſſe. Quaſi non audeam & verbum 39.
ipſum in ſubſtantiam Creatoris vindicare. Nullius rei non ille potior auctor, qui prior. Luc. 5. 24.
Incredibile planè, vt poteſtas Creatoris verbo remedium vitij vnius operata ſit, quæ
verbo tantam mundi molem ſemel protulit. Vnde magis dignoſcitur Chriſtus Crea-
toris, quàm ex verbi poteſtate? Sed ideo alius Chriſtus, quia aliter quàm Heliſæus,
quia potentior Dominus famulo ſuo. Quid conſtituis Marcion, proinde res agi à ſer-
uis, quemadmodum ab ipſis dominis? Non times ne in dedecus tibi vertat, ſi ideo
Chriſtum negas Creatoris, quia potentior fuerit famulo Creatoris, qui ad Heliſæi pu-
ſillitatem maior agnoſcitur, ſi tamen maior? Par enim curatio, licet diſtet operatio.
Quid amplius præſtitit tuus Chriſtus, quàm meus Heliſæus? Immo, quid magnum
præſtitit tui Chriſti verbum? quum id præſtiterit quod fluuius Creatoris. Secundum
hæc, cetera quoque occurrunt. Quantũ enim ad gloriæ humanæ auerſionẽ pertinebat,
vetuit eum diuulgare: quantum autem ad tutelam legis, iuſſit ordinem impleri: [f] *Vade,*

oſtende te ſacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyſes. Argumenta enim figurata vt po-
f Luc. 5. 14. te prophetaræ legis, adhuc in ſuis imaginibus tuebatur, quæ ſignificabant hominem
quondam peccatorem, verbo mox Dei emaculatum, offerre debere munus Deo apud
templum, orationem ſcilicet & actionem gratiarum apud Eccleſiam, per Chriſtum
g Luc. 5. 14. Ieſum catholicum Patris ſacerdotem. Itaque adiecit, [g] *Vt ſit vobis in teſtimonium.* Sine
h Matt. 5. 17. dubio, quo teſtabatur [h] *ſe legem non diſſoluere, ſed adimplere.* quo teſtabatur ſeipſum eſſe,
i Eſa. 53. 4. [i] *qui morbos & valetudines eorum ſuſcepturus adnuntiabatur.* Hanc tam congruentem &
debitam interpretationem teſtimonij, adulator Chriſti ſui Marcion, ſub obtentu
manſuetudinis & lenitatis quærit excludere. Nam & bonus, inquit, præterea ſciens
omnem qui lepra eſſet liberatus, ſolennia legis executurum, ideo ita præcepit. Quid
tum? Perſeuerauitne in bonitate, id eſt, permiſſione legis, an non? Si enim bonus per-
ſeuerauit, nunquam deſtructor erit legis, nec Dei alterius habebitur, ceſſante legis
deſtructione, per quam alterius Dei vindicatur. Si non perſeuerauit bonus, deſtruen-
do poſtea legem, falſum ergo teſtimonium poſtea collocauit apud illos in curatione
leproſi: deſeruit enim bonitatem, dum deſtruit legem. Malus iam, quando legis euer-
ſor: ſi bonus, quum legis indultor. Sed & eo quòd indulſit legi obſequium, bonam le-
gem confirmauit. Nemo enim malo obſequi patitur. Ergo & ſic malus, ſi obſequium
malæ legi indulſit; & ſic deterior, ſi bonæ legis deſtructor aduenit. Proinde ſi vt ſciens,
omnem qui lepra liberatus eſſet, ita facturum, ideo præcepit munus offerre, potuit &
non præcepiſſe quod ſciebat vltro futurum. In vanum ergo deſcendit, quaſi legem de-
ſtructurus, quum cedit obſecutoribus legis. Atquin quaſi ſciens formam eorum, magis
ab ea auertendos præuenire debuerat, ſi in hoc venerat. Cur ergo non tacuit, vt homo
ſolo ſuo arbitrio legi obediret? tunc enim aliquatenus poſſet videri patientiæ ſuæ præ-
ſtitiſſe. Sed adiicit etiam auctoritatem ſuam exaggeratam teſtimonij pondere. Cuius
iam teſtimonij, niſi legis aſſertæ? Certè nihil intereſt quomodo firmauerit legem, ſiue
quà bonus, ſiue quà ſuperuacuus, ſiue quà patiens, ſiue quà inconſtans, dum te, Mar-
l Matt. 5. 17. cion, de gradu pellam. Ecce præcepit legem impleri. Quocunque modo præcepit, eo-
dem potuit etiam illam præmiſiſſe ſententiam, [l] *Non veni legem diſſoluere, ſed adimplere.*
Quid ergo tibi fuit dè Euangelio eraſiſſe quod ſaluum eſt? confeſſus es enim præ boni-
tate feciſſe illum, quod negas dixiſſe. Conſtat ergo dixiſſe illum, quia & fecit; & eo
potius vocem Domini dè Euangelio eraſiſſe, quàm noſtros inieciſſe.

CAPVT X.

Paralyticum ſanans Chriſtus, & filius hominis peccata dimittens, legem implet Patris ſui Creatoris.

In p. V. Chriſti Mirac. 4. à p. V. Chri. lenitas. 4. & V Remiſſio peccati. circa. m. V. Chri. Elogia. 4. & à m. V. Martyres. 6. circa. f. V. Chri. lenitas. 5. in f. V. Chriſti Elogia. 5.

CVRATVR & *paralyticus*, & quidem in cœtu, ſpectante populo. [a] *Videbit
enim, inquit Eſaias, populus ſublimitatem Domini, & gloriam Dei.* Quam ſu-
a Luc. 5. 17. b Eſa. 35. 2. blimitatem, & quam gloriam? [c] *Conualeſcite manus dimiſſa & genua diſſoluta*: hoc
c Ibid. 3. erit paralyſis. *Conualeſcite nec timete.* Non otioſe iterans, *Conualeſcite*; nec va-
d Luc. 5. 24. nè ſubiungens, *Nec timete*: quoniam cum redintegratione membrorum, vi-
e Luc. 5. 21. rium quoque repræſentationem pollicebatur. [d] *Exſurge, & tolle grabatum tuum*:
ſimul & animi vigorem, ad non timendos qui dicturi erant, [e] *Quis dimittet pec-
cata, niſi ſolus Deus?* Habes itaque iam & ſpecialis medicinæ diſpunctam prophe-
f Eſa. 53. 12. tiam, & eorum quæ medicinam ſunt ſecuta. Pariter & dimiſſorem delictorum Chri-
g Eſa. 1. 18. ſtum recognoſce apud eundem Prophetam, [f] *Quoniam, inquit, in plurimis dimittet de-
licta eorum. &, Delicta noſtra ipſe auferet.* Nam & in priore, ex ipſius Domini perſona, [g] *Et
ſi fuerint delicta veſtra tanquam roſeum, velut niuem exalbabo; & ſi tanquam coccinum, velut
h Micheæ. 7. 18. lanam exalbabo.* In roſeo, ſanguinem oſtendens Prophetarum; in coccino, Domini,
vt clariorem. Etiam Micheas de venia delictorum, [h] *Quis Deus quomodo tu? eximens
iniquitates, & præteriens iniuſtitias reſiduis hereditatis tuæ. Non tenuit in teſtimonium iram
ſuam, quia volunt miſericordiam. Auertet, & miſerebitur noſtri. Demerget delicta noſtra, &
demerget in profunda maris peccata noſtra.* Sed etſi nihil tale in Chriſtum fuiſſet prædica-
Ioan. 3. 10. tum, haberem huius benignitatis exempla in Creatore, promittentia mihi & in filio
patris adfectus. Video Niniuitas ſcelerum veniam conſecutos à Creatore, nè di-
i 2. Reg. 12. 14. xerim tunc quoque à Chriſto, quia à primordio egit in patris nomine. Lego &
Nathan prophetam agnoſcenti Dauid delictum ſuum in Vriam, dixiſſe, [i] *Et
Dominus circumduxit delictum tuum, & non morieris.* Proinde & Achab regem,

maritum Iezabel, reum idololatriæ, & ſanguinis Nabuthæ, veniam meruiſſe, pæniten- 3. Reg. 21.
tiæ nomine: Ionatham filium Saülis, reſignati ieiunij culpam deprecatione deleſſe. Quid 28.
de ipſo populo retexam, totiens delictorum indulgentia reſtituto? ab eo ſcilicet Deo, 1. Reg. 14.
qui [l] *mauult miſericordiam quàm ſacrificium*, & [m] *peccatoris pænitentiam, quam mortem.* 45.
Prius eſt igitur, neges Creatorem indulſiſſe aliquando delicta; conſequens, vt oſtendas [l] Oſee. 6. 6.
nec in Chriſtum ſuum tale quid eum prædicaſſe: & ita probabis nouam iſtam Chriſti noui [m] Ezech. 33.
ſcilicet benignitatem, ſi probaueris nec parem Creatori, nec prædicatam à Creatore. 11.
Sed & peccata dimittere, an eius poſſit eſſe qui negetur tenere; & an eius ſit abſoluere,
cuius non ſit etiam damnare; &, an congruat eum ignoſcere, in quem nihil ſit admiſſum;
alibi iam congreſſi maluimus admonere, quàm retractare. De filio hominis, duplex eſt
noſtra præſcriptio, neque mentiri poſſe Chriſtum, vt ſe filium hominis pronuntiaret, ſi
non verè erat: neque filium hominis conſtitui, qui non ſit natus ex homine, vel patre,
vel matre; atque ita diſcutiendum, cuius hominis filius accipi debeat, patris, an matris.
Si ex Deo patre eſt, vtique non ex homine. ſi non & ex homine, ſupereſt vt ex homine
ſit matre. ſi ex homine, iam apparet quia ex virgine. Cui enim homo pater non datur,
nec vir matri eius deputabitur. porro, cui vir non deputabitur, virgo eſt. Cæterùm,
duo iam patres habebuntur, Deus, & homo, ſi non virgo ſit mater. Habebit enim virum,
vt virgo non ſit; & habendo virum duos patres faciet, Deum, & hominem, ei qui & Dei,
& hominis eſſet filius. Talem, ſi fortè, Caſtori, aut Herculi natiuitatem tradunt fabulæ.
Si hæc ita diſtinguuntur, id eſt, ſi ex matre filius eſt hominis, qui ex patre non eſt; ex
matre autem virgine, quia non ex patre homine; hic erit Chriſtus Eſaiæ, quem con- Eſa. 7. 14.
cepturam virginem prædicat. Qua igitur ratione admittas filium hominis, Marcion,
circumſpicere non poſſum. Si patris hominis, negas Dei filium; ſi & Dei, Her-
culem de fabula facis Chriſtum; ſi matris tantùm hominis, meum concedis; ſi
neque patris hominis, ergo nullius hominis eſt filius; & neceſſè eſt mendacium
admiſerit, qui ſe quod non erat, dixit. Vnum poteſt anguſtiis tuis ſubuenire,
ſi audeas aut Deum tuum patrem Chriſti hominem quoque cognominare, quod de
Æone fecit Valentinus; aut virginem hominem negare, quod ne Valentinus quidem
fecit. Quid nunc ſi ipſo titulo filii hominis cenſetur Chriſtus apud Danielem?
nonnè ſufficiet ad probationem prophetici Chriſti? Quum enim id ſe appellat quod in
Chriſtum prædicabatur Creatoris, ſine dubio ipſum ſe præſtat intelligi, in quem prædi-
cabatur. Nominum communio ſimplex, ſi fortè, videri poteſt, tamen nec Chriſtum,
nec Ieſum vocari debuiſſe defendimus, diuerſitatis conditionem tenentes. Appellatio
autem, quod eſt filius hominis, in quantum ex accidenti obuenit, in tantum difficile eſt
vt & ipſa concurrat ſuper nominis communionem Ex accidenti enim proprio eſt, maxi-
mè quum cauſa non conuenit eadem, per quem deueniat in communionem. Atque
adeò ſi & Chriſtus Marcionis natus ex homine diceretur, tunc & ipſe caperet appellatio-
nis communionem, & eſſent duo filii hominis, ſicut & duo Chriſti, & duo Ieſus. Ergo quum
appellatio propria eſt eius, in quo habet cauſam, ſi alij vindicetur, in quo eſt communio
nominis, non etiam appellationis, ſuſpecta iam ſit communio nominis quoque in eo,
cui vindicatur ſine cauſa communio appellationis; & ſequitur vt vnus idemque credatur,
qui & nominis, & appellationis capacior inuenitur, dum alter excluditur, qui non habet
appellationis communionem, carens cauſa; nec alius erit capacior vtriuſque, quàm
qui prior, & nomen ſortitus eſt Chriſti, & appellationem filii hominis; Ieſus ſcilicet
Creatoris. Hic erat viſus Babylonio regi in fornace, cum martyribus ſuis [n] *quartus, tan-* [n] Dan 3. 92
quam filius hominis; idem ipſi Danieli reuelatus directò [o] *filius hominis, veniens cum cæli* [o] Dan. 7. 13.
nubibus iudex, ſicut & ſcriptura demonſtrat. Hoc dixi ſufficere potuiſſe de nominatione
prophetica, circa filium hominis. Sed plus mihi ſcriptura confert, ipſius ſcilicet Do-
mini interpretatione. Nam cùm Iudæi ſolummodò hominem eius intuentes, necdum
& Deum certi, quà Dei quoque filium, meritò retractarent non poſſe hominem delicta
dimittere, ſed Deum ſolum, cur non ſecundùm intentionem eorum dè homine eis reſpon-
debitis, [p] *Habere eum poteſtatem dimittendi delicta*, quando & filium hominis nominans, [p] Luc. 5. 24.
hominem nominaret? niſi quia ideo ipſa voluit eos apellatione filii hominis, ex inſtru-
mento Danielis repercutere, vt oſtenderet Deum & hominem qui delicta dimitteret;
illum ſcilicet ſolum filium hominis apud Danielis prophetiam, conſecutum iudicandi Dan. 7. 13.
poteſtatem, ac per eam vtique & dimittendi delicta. qui enim iudicat, & abſoluit. vt 14.
ſcandalo iſto diſcuſſo per ſcripturæ recordationem facilius eum agnoſcerent, ipſum eſſe
filium hominis ex ipſa peccatorum remiſſione. Denique, nuſquam adhuc profeſſus eſt
ſe filium hominis, quàm in iſto loco primùm, in quo primùm peccata dimiſit, id eſt, in
quo primùm iudicauit, dum abſoluit. Ad hæc, quodcunque diuerſa pars fuerit argu-

mentatã, quale ſit, diſpice. Nam in illam neceſsè eſt amentiam tendat, vt & filium hominis defendat, nè mendacem eum faciat; & ex homine neget natum, nè filium virginis concedat. Quòd ſi & auctoritas diuina, & rerum natura, & communis ſapientia non admittunt inſaniam hæreticam, occaſio eſt & hìc interpellandi quàm breuiſſimè de ſubſtantia corporis aduerſus phantaſmata Marcionis. Si natus ex homine eſt; vt filius hominis, corpus ex corpore eſt. Planè facilius inuenias hominem natum, cor non habere, vel cerebrum, ſicut ipſum Marcionem, quàm corpus, vt Chriſtum Marcionis. Atque adeò inſpice cor Pontici, aut cerebrum.

CAPVT XI.

Chriſtus publicanum recipiens, cum peccatoribus manducans, ſponſi nomen aſſumens; vinum nouum & vetus, ſicut & pannum inducens in parabolam, ſe probat impletorem, non deſtructorem legis.

In p. V. Chriſtus Medicus. 2. à p. ad m. V. Ioannes Baptiſta. 1. Circa m. V. Chri. Elogia. 27. à m. V. Nuptias Impugnant hæretici. 6 circa. f. V. Chri. obed. 6. & V. Hære. telogia. 3. in f. V. Chri. Verba. 6.

PVBLICANVM adlectum à Domino in argumentum deducit, quaſi ab aduerſario
legis adlectum, extraneum legis, & Iudaiſmi prophanum. Excidit ei vel de Petro,
Luc. 5. 27. 28. Legis homine, & tamen non tantùm adlecto, ſed etiam teſtimonium conſecuto agnitio-
nis præſtitæ à patre. Nuſquam legerat, lumen, & ſp m, & expectationem Nationum
Matth. 16. 17. prædicari Chriſtum. Atquin probauit potius Iudæos, dicendo, *Medicum ſanis non*
Luc. 9. 21. *eſſe neceſſarium, ſed malè habentibus.* Si enim malè valentes voluit intelligi ethnicos,
Eſa. 42. 1. & publicanos quos adlegebat, ſanos Iudæos confirmabat, quibus medicum neceſſarium
Eſa. 49. 22. negabat. Hoc ſi ita eſt, malè deſcendit ad legem deſtruendam, quaſi ad malam valetu-
Gen 49. 10. dinem remediandam; in qua qui agebant, benè valebant, quibus medicus neceſſarius
Luc. 5. 31. non erat. Quale eſt autem, vt ſimilitudinem medici propoſuerit, nec impleuerit? Nam
ſicut ſanis medicum nemo adhibet; ita nec in tantum extraneis, quantum eſt homo à Deo
Marcionis, ſuum habens & auctorem, & protectorem, & ab illo potius medicum Chri-
ſtum. Hoc ſimilitudo præjudicabat, ab eo magìs præſtari medicum, ad quem pertinent
qui languent. Vnde autem & Ioannes venit in medium? Subitò Chriſtus, ſubitò &
Ioannes. Sic ſunt omnia apud Marcionem, quæ ſuum, & plenum habent ordinem apud
Creatorem. Sed de Ioanne, certa alibi. Ad præſentes quoſque articulos reſpondendum
eſt. Nunc illud tuebor, vt demonſtrem & Ioannem Chriſto, & Chriſtum Ioanni con-
uenire, vtique Prophetæ Creatoris, quà Chriſtum Creatoris; atque ita erubeſcat hære-
ticus, Ioannis ordinem fruſtra fruſtratus. Si enim nihil omnino adminiſtraſſet Ioannes,
Eſa. 40. 3. ſecundùm Eſaïam vociferator in ſolitudinem, & præparator viarum Dominicarum, per
Matth 3. 1. 2 denuntiationem, & laudationem pœnitentiæ; ſi non etiam ipſum inter cæteros tinxiſſet,
Luc. 5. 33. nemo diſcipulos Chriſti manducantes & bibentes, ad formam diſcipulorum Ioannis,
aſſiduè ieiunantium & orantium prouocaſſet. quia ſi qua diuerſitas ſtaret inter Chriſtum,
& Ioannem, & gregem vtriuſque, nulla eſſet comparationis exactio, vacaret prouocatio-
nis intentio. Nemo enim miraretur, & nemo torqueretur, ſi diuerſæ diuinitatis æmulæ
prædicationes, de diſciplinis quoque inter ſe non conuenirent, non conuenientes prius
de auctoritatibus diſciplinarum: adeò Ioannis erat Chriſtus, & Ioannes Chriſti; ambo
Creatoris, & ambo Lege & Prophetis, prædicatores, & magiſtri. Sed & Chriſtus re-
jeciſſet Ioannis diſciplinam, vt Dei alterius; & diſcipulos defendiſſet, vt meritò aliter
incedentes, aliam ſcilicet & contrariam initiatos diuinitatem. At nunc humiliter reddens
a Luc. 5. 34. rationem, quod[a] *non poſſent ieiunare filii ſponſi, quamdiu cum eis eſſet ſponſus; poſtea verò
ieiunaturos promittens, cum ablatus ab eis ſponſus eſſet*; nec diſcipulos defendit, ſed potius
excuſauit, quaſi non ſine ratione reprehenſos; nec Ioannis rejecit diſciplinam, ſed ma-
gìs conceſſit, tempori Ioannis eam præſtans, vt tempori ſuo eam deſtinans; reiecturus
alioquin eam, & defenſurus æmulos eius, ſi non ipſius fuiſſet iam quæ erat. Teneo meum
b Pſal. 18. 5. Chriſtum, etiam in nomine ſponſi, de quo pſalmus, [b] *Ipſe tanquam ſponſus egrediens de
thalamo ſuo: & à ſummo cæli profectio eius, & diuerſio eius ad ſummum vſque eius.* Qui etiam
c Eſa. 61. 10. per Eſaïam gaudens ad patrem, [c] *Exultet*, inquit, *anima mea in Domino; induit enim me
indumentum ſalutaris, & tunicam iucunditatis velut ſponſo: circumpoſuit mihi mitram velut
ſponſæ.* In ſe enim, & Eccleſiam deputat, de qua idem Spiritus ad ipſum, *Et circumpones
tibi omnes eos, velut ornamentum ſponſa.* Hanc ſponſam Chriſtus ſibi etiam per Salomo-
Cant. 4. 8 nem, ex vocatione gentium accerſit. Siquidem legiſti, [d] *Veni ſponſa de Libano.* Elegantèr
Gen. 2. 24. Libani vtique montis mentione injecta, qui thuris vocabulum eſt penès Græcos. Dè ido-

Iolatria enim ſibi ſponſabat eccleſiam. Negare nunc dementiſſimum, Marcion. Ecce Gen. 2. 24.
legem tui quoque Dei impugnas: Nuptias non conjungit, conjunctas non admittit, ne-
minem tinguit niſi cœlibem, aut ſpadonem, morti, aut repudio baptiſma ſeruat. Quid
itaque Chriſtum eius ſponſum facis? Illius hoc nomen eſt, qui [e] *maſculum & feminam con-* e Matth. 19.
junxit, non qui ſeparauit. Erraſti in illa etiam Domini pronuntiatione, qua videtur noua, 6.
& vetera diſcernere. Inflatus es viribus veteribus, & excerebratus es nouo vino; atque Luc. 5. 36.
ita veteri, id eſt, priori Euangelio pannum hæreticæ nouitatis adſuiſti. In quo, alter
Creator (velim diſcere) quum per Hieremiam præcepit, [f] *Nouate vobis nouamen nouum;* f Hier. 4. 4.
nonnè à veteribus auertit? quum per Eſaïam edicit, [g] *Vetera transierunt; ecce noua quæ* g Eſa. 43. 18. 19.
ego facio, nonnè ad noua conuertit? Olim hanc ſtatuimus deſtinationem priſtinorum à 2. Cor 15. 17
Creatore potius repromiſſam, à Chriſto exhiberi, ſub vnius & eiuſdem Dei aucto-
ritate, cuius ſint & vetera, & noua. Nam & [h] *vinum nouum is non committit in veteres* h Luc. 5. 37.
vtres, qui & veteres vtres non habuerit; *& nouum additamentum nemo iniicit veteri veſti-*
mento, niſi cui non defuerit & vetus veſtimentum. Ille non facit quid, ſi faciendum non
eſt, qui non habeat vnde faciat, ſi faciendum eſſet. Itaque ſi in hoc dirigebat ſimilitudi-
nem, vt oſtenderet ſe Euangelii nouitatem ſeparare à Legis vetuſtate, ſuam demonſtra-
bat, & illam à qua ſeparabat, alienorum ſeparatione non fuiſſe notandam; quia nemo
alienis ſua adjungit, vt ab alienis ſeparare poſſit. Separatio per coniunctionem capit, de
qua fit. Ita, quæ ſeparabat, & in vno oſtendebat fuiſſe, ſicut & fuiſſent, ſi non ſepararet.
Et tamen ſic concedimus ſeparationem iſtam per reformationem, per amplitudinem,
per profectum, ſicut fructus ſeparatur à ſemine, quum ſit fructus ex ſemine: ſic & Euan-
gelium ſeparatur à Lege, dum prouehitur ex Lege: aliud ab illa, ſed non alienum; di-
uerſum, ſed non contrarium. Nec forma ſermonis in Chriſto noua. quum ſimilitudines
objicit, quum quæſtiones refutat, de ſeptuageſimo ſeptimo venit pſalmo, [i] *Aperiam*, i Pſal. 77. 2.
inquit, *in parabolam os meum*, id eſt ſimilitudinem: *eloquar problemata*, id eſt, ediſſeram
quæſtiones. Si hominem alterius generis probare voluiſſes, vtique de proprietate loquelæ
probares.

CAPVT. XII.

Chriſtus & diſcipuli eius, in operibus neceſſitatis, aut miſericordia nõ fuerũt Sabbati violatores.

In p. V. Chr, obed. 7. à p. V. Marcionis Deus, 2. & V. ſabbatum. 9. & 3. & 6. in m. V. ſabbatum. 11. à m. V. ſabbatum. 10. & 4. circa. f. V. ſabbatum. 10. in f.

De ſabbato quoque illud præmitto, nè hanc quæſtionem conſiſtere potuiſſe, ſi non
[a] *Dominum ſabbati* circumferret Chriſtus. Nec enim diſceptaretur cur deſtrueret a Luc. 6. 5.
ſabbatum, ſi deſtruere deberet. porro, deſtruere debere, ſi alterius Dei eſſet, nec quiſ-
quam miraretur facientem quod illi congruebat. Mirabantur ergo, quia non congruebat
illi Deum Creatorem circumferre, & ſabbatum eius impugnare. Et vt prima quæque
decidamus, nè eadem vbique nouemus, ad omnem argumentationem aduerſarii, ex
aliqua noua Chriſti inſtitutione nitentem: hæc iam definitio ſtabit, ideo de nouitate in-
ſtitutionis cuiuſque diſceptatum; quia de nouitate diuinitatis nihil erat vſque adhuc edi-
tum, ſicuti nec diſceptatum: nec poſſe retorqueri ex ipſa nouitate inſtitutionis cuiuſque
ſatis aliam à Chriſto demonſtratam diuinitatem, quando & ipſam nouitatem pronuntia-
tam à Creatore conſtiterit, in Chriſto non eſſe mirandam. Et oportuerit vtique prius
alium Deum exponi, poſtea diſciplinam eius induci; quia Deus auctoritatem præſtet
diſciplinæ, non Deo diſciplina: niſi ſi & Marcion planè tam peruerſas non per magiſtrum
litteras didicit, ſed per litteras magiſtrum. Cætera de ſabbato ita dirigo: Si ſabbatum
Chriſtus interuertit, ſecundùm exemplum fecit Creatoris. Si quidem in obſidione ciui-
tatis Hierichuntis, circumlata per muros arca teſtamenti ſeptem diebus, etiam ſabbatum Ioſue. 6. 1. &
operatione deſtruxit, vt putant qui hoc & de Chriſto exiſtimant, ignorantes neque ſeq.
Chriſtum ſabbatum deſtruxiſſe, neque Creatorem, vt mox docebimus. Et tamen per
Ieſum tunc quoque concuſſum eſt ſabbatum, vt & hoc in Chriſtum renuntiaretur, etiam
ſi odio inſecutus eſt ſolenniſſimum Iudæorum diem, vt Chriſtus non Iudæorum. Dè
odio quoque ſabbati profeſſus Creatorem, vt Chriſtus ipſius, ſequebatur, exclamantem
ore Eſaïæ, [b] *Neomenias, & ſabbata veſtra odit anima mea.* Sed & hæc quoquo modo di- b Eſa. 1. 14.
cta ſint, ſcimus adhibendam tamen in hac ſpecie etiam abruptam defenſionem, aduerſus
abruptam prouocationem. Nunc & ad ipſam materiam diſceptabo, in qua viſa eſt de-
ſtruere ſabbatum Chriſti diſciplina. E[illegible]erant diſcipuli; ea die ſpicas decerptas manibus
efflixerant, eibum operati ferias ruperant. Excuſat illos Chriſtus, & reus eſt ſabbati læſi· Luc. 6. 11
accuſant Phariſæi, Marcion captat ſtatus controuerſiæ (vt aliquid eludam cum mei

Domini veritate) ſcripti & volũtatis. dè ſcriptura enim ſumitur Creatoris, & dè Chriſti
Ibid. 4. voluntate color, quaſi dè exemplo Dauid introgreſſi ſabbatis templum, & operati ci-
bum, audenter fractis panibus propoſitionis. Meminerat enim & ille hoc priuilegium
1. Reg. 21. 6. donatum ſabbato à primordio, quo dies ipſe compertus eſt; veniam ieiunij dico. Quum
enim prohibuiſſet Creator in biduum legi manna, ſolummodò permiſit in paraſceue,
Exo. 16. 26. vt ſabbati ſequentis ferias, pridiana pabuli paratura, ieiunio liberaret. Benè igitur
quòd & cauſam eandẽ ſecutus eſt Dominus in ſabbati, ſi ita volunt diei, deſtructione:
benè quòd & adfectum Creatoris expreſſit, in ſabbato non ieiunandi honore. Deni-
que, tunc demum ſabbatum deſtruxiſſet, etiam ipſum Creatorem, ſi diſcipulos ſabba-
to ieiunare mandaſſet, aduerſus ſtatum ſcripti, & voluntatis Creatoris. Sed quoniam
diſcipulos non conſtanter tuebatur, ſed excuſat, quoniam humanam opponit neceſ-
ſitatem, quaſi deprecatricem; quoniam potiorem honorem ſabbati ſeruat, non con-
triſtandi, quàm vacandi; quoniam Dauid, comiteſque eius, cum diſcipulis ſuis æquat
in culpa, & in venia; quoniam placet illi, quia Creator indulſit; quoniam de exemplo
eius, ipſe tam bonus eſt; ideo alienus eſt à Creatore. Exinde obſeruant Phariſæi, ſi me-
dicinas ſabbatis ageret, vt accuſarent eum: certè quà ſabbati deſtructorem, non quà
noui Dei profeſſorem; fortaſſe enim hunc ſolum articulum vbique ingeram, alium
Chriſtum nuſquam prædicatum. In totum autem errabant Phariſæi circa ſabbati le-
gem, non animaduertentes, conditionaliter eam indicentem ferias operum, ſub certa
c Exo. 20. 10. ſpecie eorum. Nam quum dè die ſabbati dicit, c *Omne opus tuum non facies in ea*, dicen-
do, *Tuum*, de humano opere definit. quod quiſque ex artificio, vel negotio ſuo exe-
quitur, non dè diuino. Opus autem ſalutis, & incolumitatis, non eſt hominis, ſed Dei
proprium. ſicut & rurſus in lege: d *Non facies, inquit, omne opus in ea*, niſi quod fiet omni
d Leuit. 23. 3. animæ, id eſt, in cauſa animæ liberandæ: quia opus Dei, etiam per hominem fieri po-
teſt in ſalutem animæ, à Deo tamen; quod facturus fuerat & Chriſtus homo, quia &
Deus. In hunc ergo ſenſum legis inducere volens illos per manus arefactæ reſtitutio-
e Luc. 6. 9. nem, interrogat, e *Licetnè ſabbatis benefacere, an non? animam liberare, an perdere?* Vt id
operis promittens, quod pro anima facturus eſſet, admoneret eos, quæ opera ſabbati
lex prohiberet; humana ſcilicet; & quæ præciperet, diuina ſcilicet, quæ fierent animæ
f Luc. 6. 5. omni; f *Dominus ſabbati* dictus, quia ſabbatum, vt rem ſuam, tuebatur. Quod etiamſi
deſtruxiſſet, meritò, quà Dominus magis ille qui inſtituit. Sed non omnino deſtruxit,
Ioſuë. 6. 1 & ſeq. quà Dominus; vt hinc iam apparere poſſit, nè tum quidem in arcæ circumlatione apud
Hierichuntem, ſabbatum à Creatore deſtructum. Nam & illud opus Dei erat, quod
ipſe præceperat, & quod propter animas diſpoſuerat hominum ſuorum, in diſcrimine
g Eſa. 1. 14. belli conſtitutas. Sed & ſi odium alicubi ſabbatorum profeſſus eſt, g *veſtra ſabbata* dicen-
do, hominum ea deputans, non ſua, quæ ſinẽ Dei timore celebrat populus plenus de-
h Eſa. 29. 13. lictis; h *labijs Deum diligens, non corde*; ſuis ſabbatis, id eſt, quæcunque diſciplina eius
i Eſa. 58. 13. agerentur, alium ſtatum fecit, quæ per eundem poſtea Propheten i *vera, & delicata*, &
Eſa. 56. 2. non prophananda pronuntiat. Ita nec Chriſtus omnino ſabbatum reſcindit, cuius le-
Luc. 6. 1. gem tenuit & ſuprà in cauſa diſcipulorum, pro anima operatus; eſurientibus enim ſo-
latium cibi indulſit, & nunc manum aridam curans, factis vbique ingerens, k *Non veni
Luc. 13. 15. diſſoluere legem, ſed adimplere*; nec Marcion hac voce ós ei obſtruxit. Adimpleuit enim
Luc 6. 1. & 6 & hîc legem, dum conditionem interpretatur eius, dum operum differentiam illumi-
k Matt. 5. 17. nat, dum facit quæ lex de ſabbati ferijs excipit, dum ipſum ſabbati diem benedictione
Patris à primordio ſanctum, benefactione ſua efficit ſanctiorem; in quo ſcilicet diuina
præſidia miniſtrabat, quod aduerſarius aliis diebus præſtitiſſet, nè ſabbatum Creato-
ris ornaret, nè opera debita ſabbato redderet. In quo die, ſi & Heliſæus prophetes Su-
namitis filium mortuum reſtituit in vitam, vides, Phariſæe, tuque Marcion, olim
Creatoris eſſe ſabbatis benefacere, animam liberare, non perdere; nihil Chriſtum noui
intuliſſe, quod ſit ex forma, ex lenitate, ex miſericordia, ex prædicatione quoque
l Eſa. 35. 3. Creatoris. Nam & hîc ſpecialis medicinæ prophetiam repræſentat. l *Innaleſcunt manus
diſſolutæ, ſicut & genua diſſoluta* in paralytico.

CAPVT XIII.

Chriſtus in monte pernoctans in oratione, duodecim Apoſtolos eligens, Petro nomen mutans, Gentiles excipiens; veteri teſtamento ſe conformauit.

In p. V. Chri. verba. 2. à p. ad m. V. Apoſtoli. 2. in m. V. Petri priuilegia. 3. in f. V. Eccleſia. 6.

a Eſa. 40. 9. CERTE a *euangelizat Sion, & Hieruſalem pacem & bona omnia.* certè b *aſcendit in
Rom. 10. 15. montem, & illic pernoctat in oratione*; & vtique auditur à Patre. Euolue igitur
b Luc. 6. 12. Prophetas,

Prophetas, & ordinem totum recognoſce. [c] *In montem excelſum*, inquit Eſaïas, *aſcende, qui euangelizas Sion; extolle cum vigore vocem tuam, qui euangelizas Hieruſalem.* Adhuc in vigore obſtupeſcebant in doctrina eius; [d] *Erat enim docens, tanquam virtutem habens,* & rurſus, [e] *Propterea cognoſcet populus nomen meum in illa die.* Quod nomen, niſi Chriſti? *Quod ego ſum ipſe qui loquebar.* Tunc enim ipſe erat qui in Prophetis loquebatur, ſermo, filius Creatoris. *Adſum*, dum hora eſt, [f] *in montibus, vt euangelizans auditionem pacis, euangelizans bona.* Item Naum ex duodecim, [g] *Quoniam ecce veloces pedes in monte euangelizantis pacem.* Dè voce autem nocturnæ orationis ad Patrem, manifeſtè Pſalmus, [h] *Deus meus, clamabo per diem, & non exaudies; & nocte, & non in vanitatem mihi.* & alibi, de loco & voce eadem, Pſalmus: [i] *Voce mea ad Dominum exclamaui, & exaudiuit me de monte ſancto ſuo.* Habes nominis repræſentationem, habes actum euangelizantis, habes locum montis, & tempus noctis, & ſonum vocis, & auditum pacis; habes Chriſtum Prophetarum. Cur autem duodecim Apoſtolos elegit, & non alium quemlibet numerum? Næ & ex hoc meum Chriſtum interpretari poſſem, non tantum vocibus Prophetarum, ſed & argumentis rerum prædicatum. Huius enim numeri figuras apud Creatorem deprehendo: [k] *Duodecim fontes Elim*; &, [l] *Duodecim gemmas in tunica ſacerdotali Aaron*; [m] *& duodecim lapides ab Ieſu de Iordane electos, & in arcam teſtamenti conditos.* Totidem enim Apoſtoli portendebantur; proinde vt fontes & amnes, rigaturi aridum retro, & deſertum à notitia orbem Nationum; ſicut & per Eſaïam, [n] *Ponam in terra inaquoſa flumina.* proinde vt gemmæ, illuminaturi ſacram Eccleſiæ veſtem, quam induit Chriſtus Pontifex Patris. proinde vt & lapides, ſolidi fide, quos de lauacro Iordanis Ieſus verus elegit, & in ſacrarium teſtamenti ſui recepit. Quid tale de numeri defenſione competit Chriſto Marcionis? Non poteſt ſimpliciter factum ab illo quid videri, quod poteſt videri non ſimpliciter factum à meo. Eius erit res, apud quem inuenitur rei præparatura. Mutat & Petro nomen de Simone; quia & Creator Abrahæ & Saræ, & Auſeæ nomina reformauit, hunc vocando Ieſum, illis ſyllabas adiciendo. Sed & cur Petrum? Si ob vigorem fidei, multæ materiæ ſolidæque nomen de ſuo accommodarent. An quia [o] *& petra, & lapis Chriſtus*? Siquidem & legimus [p] *poſitum eum in lapidem offendiculi, & in petram ſcandali.* Omitto cætera. Itaque adfectauit cariſſimo diſcipulorum, de figuris ſuis peculiariter nomen communicare, puto propius quàm de non ſuis. [q] *Conuenerunt à Tyro, & ex alijs regionibus multitudo etiam transmarina.* hoc ſpectat Pſalmus, [r] *Et ecce Allophili, & Tyrus, & populus Æthiopum, iſti fuerunt illic. Mater Sion dicet homo, & homo factus eſt in illa, (quoniam Deus homo natus eſt) & ædificauit eam voluntate Patris*: vt ſcias ad eum tunc Gentiles conueniſſe, quia Deus homo erat natus, ædificaturus eccleſiam ex voluntate Patris, ex Allophylis quoque. Sic & Eſaïas, [s] *Ecce iſti veniunt de longinquo; iſti autem veniunt ab aquilone, & mari; alij autem de terra Perſarum.* De quibus & rurſus [t] *Attolle per circuitum oculos tuos, & vide, & omnes congregati ſunt.* Dè quibus infrà, [u] *Vides ignotos, & extraneos: Et dices cordi tuo, quis iſtos genuit mihi? Porro, hos quis mihi educauit? At hi mihi vbi fuerant?* Hic erit Chriſtus non Prophetarum? Et quis erit Chriſtus Marcionitarum? ſi peruerſitas placet, qui non fuerit Prophetarum.

c Eſa. 40. 9. d Luc. 4. 32. e Eſa. 52. 6. f Eſa. 51. 7. Rom. 10. 15. g Nahum. 1. 15. h Pſal. 21. 2. i Pſal. 3. 4. k Num. 33. 9. l Exo. 28. 17. 18. m Ioſue. 4. 3. n Eſa. 43. 10. Luc. 6. 14. Io. 4. 42. Gen. 17. 15. Num. 13. 17. o Rom. 9. 33. p 1. Petr. 2. 4. 8. Eſa. 8. 14. q Luc 6. 17. r Pſal. 86. 4. 5. s Eſa. 49. 12. t Ibid. 18. u Ibid. 21.

CAPVT XIV.

Sermonis Domini in monte dè octo beatitudinibus, cum veteri teſtamento concordia.

In p. V. Chri. Verba. 3. à p. V. Viduitas. 11. circa. m. V. ſpes. 3. & V. eſurientes. à m. ad f. V. Tentatio. 5.

VENIO nunc ad ordinarias ſententias eius, per quas proprietatem doctrinæ ſuæ inducit ad edictum (vt ita dixerim) Chriſti, [a] *Beati mendici (ſic enim exigit interpretatio vocabuli quod in Græco eſt) quoniam illorum eſt regnum cælorum.* Iam hoc ipſum quod à benedictionibus cepit, Creatoris eſt, qui vniuerſa, prout edidit, nulla alia voce, quàm benedictionibus dedicauit. [b] *Eructauit enim*, inquit, *cor meum ſermonem optimum.* Hic erit ſermo optimus, benedictionis ſcilicet, qui & noui quoque Teſtamenti initiator agnoſcitur de veteri exemplo. Quid ergo mirum eſt, ſi & ab affectibus Creatoris ingreſſus eſt per huiuſmodi dictionem, ſemper mendicos, & pauperes, & humiles, ac viduas, & pupillos vſque diligentis, conſolantis, aſſerentis, vindicantis? vt hanc Chriſti quaſi priuatam benignitatem, riuulum credas de fontibus ſaluatoris. Reuerà quòd dirigam neſcio, in tanta frequentia eiuſmodi vocum, tanquam in ſilua, vel in prato, vel in nemore pomorum, paſſim prout incidit, res petenda eſt. Inclamat Pſalmus, [c] *Iudicate pupillo, & mendico, & humilem & pauperem iuſte tractate. Liberate pauperem, & mendicum de manu peccatoris eruite.* Item Pſalmus ſeptuageſimus primus, [d] *Iuſtitia*

a Luc. 6. 20. b Pſal. 44. 1. c Pſal. 81. 3. 4. d Pſal. 71. 4.

Mm

e Ibid 18. *iudicabit mendicos populi, & faciet ſaluos filios pauperum.* Et ſequentibus de Chriſto, *om-*
f Ibid. 12. & *nes nationes ſeruient ei.* Dauid autem vni genti Iudaicæ præfuit, nè quis in Dauid putet
ſeq. dictum, quia & ille ſuſceperat humiles, & neceſſitatibus laborantes. f *Quod liberauerit,*
inquit, *à dynaſta mendicum, parcet mendico & pauperi, & animas pauperum ſaluas faciet.*
Ex vſura & iniuſtitia redimet eorum animas, & honoratum nomen eorum in conſpectu ipſius.
g Pſal. 9. 18. Item, g *Auertantur peccatores in inferos, omnes nationes quæ Dei obliuiſcuntur; quoniam non*
19.
h Pſal. 112. 5. *in finem obliuioni habebitur mendicus: tolerantia pauperum non peribit in finem.* Item, h *Quis*
6. *ſicut Deus noſter, qui habitat in excelſis, & humilia proſpectat in cælo & in terra? Qui ſuſcitat*
mendicum de terra, & de ſtercore exaltat pauperem. vti ſedere eum faciat cum principibus po-
puli; vtique in regno ſuo. Sic & retro in Baſiliis, Anna mater Samuelis, ſpiritu gloriam
i 1. Reg. 2. 8. Deo reddens, i *Qui* inquit, *excitat pauperem de terra, & mendicum, vti ſedere eum faciat*
eum dynaſtis populi; vtique in regno ſuo. *& in thronis gloriæ;* vtique regalibus. Per
l Eſa. 3. 13. Eſaïam verò, quomodo inuehitur in vexatores egenorum? l *Vos autem ad quid incendiſtis*
vineam meam, & rapina mendici in domibus veſtris? Cur vos læditis populum meum, &
m Eſa. 10. 1. *faciem mendicorum confunditis?* & rurſus, m *Væ qui ſcribunt nequitiam; ſcribentes enim*
ſcribunt nequam, vitantes iudicia mendicorum, & diripientes iudicata pauperum populi mei.
n Eſa. 1. 17. Quæ iudicia pupillis quoque & viduis exigit, vt & ipſis egenis ſolatii. n *Iudicate pupillo,*
18. *& iuſtè tractate viduam, & venite conciliemur, dicit Dominus.* Cui tantus adfectus in
omnem conditionem humilitatis Creatoris eſt, eius erit & regnum quod à Chriſto re-
promittitur; ad cuius adfectum jamdudum pertinent ii, quibus repromittitur. Nam
& ſi putas Creatoris quidem terrenas promiſſiones fuiſſe, Chriſti verò cœleſtes: benè
quòd cœlum nullius alterius vſque adhuc Dei apparet, niſi cuius & terra. benè quod
Creator vel minora promiſit, vt facilius illi & de majoribus credam, quàm qui nunquam
de minoribus prius fidem liberalitatis ſuæ ſtruxit. o *Beati eſurientes, quoniam ipſi ſatu-*
o Luc. 6. 21. *rabuntur.* Poſſem hunc titulum in ſuperiorem tranſmiſiſſe, quod non alii ſunt eſurientes,
quàm pauperes & mendici, ſi non & hanc promiſſionem Creator ſpecialiter in Euange-
lii ſcilicet ſui præſtructionem deſtinaſſet. Siquidem per Eſaïam, de eis quos vocaturus
p Eſa. 5. 26. eſſet à ſummo terræ; vtique Nationes: p *Ecce,* inquit, *velociter & leuiter aduenient.*
Velociter, quà properantes ſub finibus temporum. Leuiter quà ſine oneribus priſtinæ
q Eſa. 49. 10 legis. q *Non eſurient, neque ſitient:* ergo ſaturabuntur. quod vtique niſi eſurientibus
r Eſa. 65. 13. & ſitientibus non promittitur. Et rurſus, r *Ecce,* inquit, *qui ſeruiunt mihi, ſaturabuntur;*
& ſeq. *vos autem eſurietis. Ecce qui ſeruiunt mihi, bibent; vos autem ſitietis.* Videbimus & con-
traria iſta, an Chriſto præminiſtrentur: interim quòd eſurientibus ſaturitatem repro-
ſ Luc. 6. 21. mittit, Dei Creatoris eſt. ſ *Beati plorantes, quia ridebunt.* Decurre ſententiam Eſaïæ.
Eſa. 65. 12. *Ecce qui ſeruiunt mihi, exultabunt in iucunditate; vos autem confundemini. Ecce qui ſeruiunt*
& ſeq. *mihi, oblectabuntur; vos autem clamabitis præ dolore cordis.* Et hæc contraria apud Chri-
ſtum recognoſce. Certè oblectatio & exultatio in jucunditate illis promittitur, qui in
diuerſa conditione ſunt; mœſtis, & triſtibus, & anxiis. ſcilicet etiam Pſalmus cxxv.
t Pſal. 125. 6. t *Qui ſeminant,* inquit, *in lachrimis, in exultatione metent.* Porro, tam exultantibus,
& iucunditatem capientibus riſus accedit, quàm merentibus & dolentibus fletus. Ita
Creator, materias riſus, & fletus prædicans, riſuros plorantes prior dixit. Igitur qui
à conſolatione pauperum, & humilium, & eſurientium, & flentium exorſus eſt, ſtatim
u Eſa. 61. 1 ſe illum repræſentare geſtiuit, quem demonſtrauerat per Eſaïam: u *Spiritus Domini*
x Luc. 6. 20 *ſuper me, propter quod vnxit me ad euangelizandum pauperibus.* x *Beati mendici, quoniam*
y Eſa. 61. 2. *illorum eſt regnum cœlorum;* y *miſit me curare obtritos corde.* z Beati *qui eſuriunt, quo-*
z Luc. 6. 21.
aa Eſa. 61. 2. *niam ipſi ſaturabuntur;* aa *aduocare languentes.* bb *Beati qui plorant, quoniam ridebunt;*
bb Luc. 6. 21. cc *dare lugentibus Sionis gloriam, & pro cinere, vnguenti iucunditatem, & gloriæ habitum*
cc Eſa. 61. 3. *pro ſpiritu tædii.* Hæc ſi ſtatim admiſſus Chriſtus adminiſtrauit, aut ipſe eſt, qui ſe ad
hæc venturum prædicauit, aut ſi nondum venit qui prædicauit, ridiculè, ſed neceſſa-
dd Luc. 6. 22 rie dixerim, fortaſſe mandaueris Chriſto Marcionis: dd *Beati eritis, quum vos odio*
habebunt homines, & exprobrabunt, & eiicient nomen veſtrum, velut nequam, propter
filium hominis. Hac pronuntiatione ſine dubio ad tolerantiam exhortatur. Quid minus
ee Eſa. 51. 7. Creator per Eſaiam? ee *Nè metueritis ignominiam ab hominibus, & nullificatione eorum*
nè minuamini. Quæ ignominia? quæ nullificatio? quæ futura erat propter filium
hominis. Quem iſtum? qui eſt ſecundùm Creatorem. Vnde probabimus? excidio
ff Eſa. 52. 5. in ipſum quoque prædicato? ſicut per Eſaïam ad auctores odii Iudæos, ff *Propter vos*
gg Eſa. 49. 7. *blaſphematur nomen meum in Nationibus.* & alibi, gg *Sancite eum qui circumſcribit ani-*
mam ſuam, qui aſpernamento habetur à Nationibus, famulis, & magiſtratibus. Si enim
odium in illum filium hominis prædicabatur qui ſecundùm Creatorem eſt, Euangelium

autem nomen Chriſtianorum, vtique à Chriſto deductum, odiu futurum conteſtatur, propter filium hominis, quod eſt Chriſtus, eum filium hominis in cauſa odii conſtituit, qui erat ſecundum Creatorem, in quem odium prædicabatur. Et vtique ſi nondum veniſſet, non potuiſſet nominis odium, quod agitur hodie, perſonam nominis anteceſſiſſe. Nam & ſancitur penès nos, & animam ſuam circumſcribit, propter nos eam ponens; & aſpernamento habetur à Nationibus. Et qui natus eſt, ipſe erit filius hominis, propter quem & nomen noſtrum recuſatur.

CAPVT XV.

Chriſtus væ dicens Phariſæis, maledictionibus veteris teſtamenti reſpondit.

ℨp. V Dei iuſtitia & bonitas. 10. & V. Vana gloria. 2. & V. diues. 2. circa. m. V Diuitiæ. 6. circa. f. V. mundus. 6.

[a] S*ECVNDVM hæc*, inquit, *faciebant Prophetis patres eorum.* O Chriſtum verſi- a Luc. 6. 23.
pellem! nunc deſtructorem, nunc aſſertorem Prophetarum! deſtruebat vt æmu-
lus, conuertens diſcipulos eorum; ſibi aſſerebat vt amicus, ſugillans inſectatores eorum.
Porro, in quantum non congruiſſet Chriſto Marcionis aſſertio Prophetarum, ad quo-
rum venerat deſtructionem; in tantum congruit Chriſto Creatoris ſugillatio in inſecta-
tores Prophetarum, quos in omnibus adimplebat; vel quia magìs Creatoris eſt delicta
patrum filiis exprobrare, quam eius Dei, qui nec propria cuiuſque caſtigat. Sed non
ſtatim, inquis. Prophetas tuebatur, ſi iniquitatem Iudæorum affirmatam volebat, quòd
nec cum Prophetis ſuis piè egiſſent. Atquin nulla hîc iniquitas exprobranda erat Iudæis,
laudandis potius & probandis, ſi eos figurauerunt, ad quorum deſtructionem poſt tan-
tum æui Deus optimus motus eſt. Sed puto iam & non optimus, iam aliquid & cum
Creatore moratus, nec in totum Epicuri Deus. Ecce enim demutat in maledictionem,
& oſtendit eum ſe eſſe, qui nouit offendi, & iraſci. Væ enim dicit. Sed ſit nobis quæ-
ſtio de verbi iſtius qualitate, quaſi non tam maledictionis ſit, quàm admonitionis. Et Luc. 16. 25. 26.
quid cauſæ intereſt, quando & admonitio non fit ſine aculeo comminationis, maximè
per Væ amarior facta? Et admonitio autem, & comminatio, eius erunt qui norit iraſci.
Nemo enim admonebit, & nemo comminabitur nè quid faciat, niſi qui factum vindi-
cabit: nemo vindicarit, niſi qui norit iraſci. Alii agnoſcunt quidem verbum maledi-
ctionis, ſed volunt Chriſtum ſic Væ pronuntiaſſe, non quaſi ex ſententia ſua propriè,
ſed quòd Væ à Creatore ſit, & voluerit illis aſperitatem Creatoris opponere, quo ſuam
ſupra in benedictionibus ſufferentiam commendaret. quaſi non Creatori competat, quà
vtrumque præſtanti, & bonum Deum, & iudicem; vt quia præmiſerat in benedictioni-
bus benignitatem, ſubjiceret etiam in maledictionibus ſeueritatem, amplitudinem diſ-
ciplinæ vtriuſque inſtruendæ, tam ad benedictionem ſectandam, quàm ad maledictio-
nem præcauendam. Nam & ita præmiſerat, [b] *Ecce poſui ante vos benedictionem, &* b Deut. 30
maledictionem. Quod etiam in hanc Euangelii diſpoſitionem portendebat. Alioquin, 19.
qualis eſt ille, qui vt ſuam inſinuaret bonitatem, Creatoris oppoſuit aſperitatem? Infir-
ma commendatio eſt, quæ de alterius deſtructione fulcitur. Atqui opponens aſperita-
tem Creatoris, timendum eum confirmauit ſi timendum, magìs vtique obaudiendum,
quàm negligendum; & incipit iam Chriſtus Marcionis Creatori docere. Tunc, ſi Væ Luc. 6. 24.
Creatoris eſt, quod in diuites ſpectat, ergo Chriſtus non eſt diuitibus offenſus, ſed Crea-
tor; & ratas habet Chriſtus diuitum cauſas, ſuperbiam dico, & gloriam, & ſæculi ſtu-
dia, & Dei incuriam, per quæ Væ merentur à Creatore. Sed quomodo non eiuſdem ſit
diuites reprobare, qui ſuprà mendicos probarit? Nemo non contrarium eius quod pro- Ibid. 20.
bauerit, reprobat. Itaque ſi Creatori deputabitur maledictio in diuites, eiuſdem defen-
detur benedictio in mendicos; & totum iam opus Chriſti, Creatoris eſt. Si Deo Marcionis
adſcribetur benedictio in mendicos, eiuſdem imponetur & maledictio in diuites; & erit
par iam Creatoris, tam bonus, quàm & iudex; nec erit iam diſcrimini locus, quo duo
dei fiunt; ſublatoque diſcrimine, ſupererit vnum Deum renuntiari Creatorem. Igitur
Væ, ſi & vox maledictionis eſt, vel alicujus auſterioris inclamationis, & à Chriſto dirigi-
tur in diuites, debeo Creatorem diuitum quoque aſpernatorem probare, ſicut probaui
mendicorum aduocatorem: vt Chriſtum in hac quoque ſententia Creatoris oſtendam,
locupletantis quidem Salomonem: Sed quia permiſſa ſibi optione, maluit ea poſtulare, 3. Reg. 3. 13.
quæ ſciebat Deo grata, ſapientiam; meruerat etiam diuitias conſequi, quas non ma-
gìs voluit: quamquam & diuitias præſtare, non incongruens Deo ſit, per quas & diuites
ſolatio iuuantur, & multa inde opera iuſtitiæ & dilectionis adminiſtrantur. Sed accidentia
vitia diuitiis, illa in Euangelio quoque, [c] *Væ diuitibus*, adſcribunt: *Quoniam*, inquit, c Luc. 6. 24.

recepiſtis aduocationem veſtram. vtique ex [illegible]us, de [illegible] earum, & [illegible]
d Deut. 8. 12 & ſeq. bus. Itaque in Deuteronomio Moyſes, [d] *Nè*, in[illegible], *cum manducaueris, [illegible]*
fueris, & domos magnas ad[illegible]aueris, pecoribus & bubus tuis multiſicatis, & pecunia [illegible]
auro, exaltetur cor tuum, & obliuiſcaris Domini Dei tui. Quemadmodum & E[illegible]
regem theſauris inflatum, & de eis potius, quàm de Deo gl[illegible]atum apud il[illegible]
e Eſa. 39. 6. Perſide aduenerant, inſilit per Eſaïam, [e] *Ecce dies veniunt, & auferentur omnia quæ in*
domo tua ſunt; & quæ patres tui congeſſerunt, in Babylonem transferentur. Sic & p[illegible]
f Hier. 9. 23 reiniam quoque edicit; [f] *Nè glorietur diues in diuitiis ſuis; & qui gloriatur [illegible]*
Eſa. 3. 16. & *glorietur.* Sic & in filias Sionis inuehitur per Eſaïam, cultu & diuitiarum ab[illegible]
flatas; comminabundus: & alibi nubilibus, & ſuperbis: [g] *Dilatauit orcus animam [illegible]*
g Eſa. 5. 14. Luc. 6. 24. *& aperuit os ſuum, & deſcendent incly̆ti, & magni, & diuites: (hoc erit Chriſti Væ, [illegible]uper*
diuites) & humiliabitur homo; vtique exaltatus diuitiis. *& inhonorabitur vir;* vtiq[illegible]
h Eſa. 10. 33. ſubſtantiam honorabilis. De quibus & rurſus; [h] *Ecce Dominus virtutum conturbab[illegible]*
rioſos cum valentia, & elati comminuentur, & ruent gladio ſublimes. qui magìs quam d[illegible]
i Luc 6. 24. [i] *Quia receperunt ſcilicet aduocationem ſuam,* gloriam & honorem, ſublimitatem ex di[illegible]s.
l Pſal. 48. 17 A quibus auertens nos in pſalmo quadrageſimo octauo, [l] *Nè timueris*, inquit, *quum diues*
factus fuerit homo, & quum abundabit gloria eius; quoniam quum morietur, non tollet omn[illegible]
m Pſal 61. 11 *nec deſcendet cum illo gloria ſua.* Item in ſexageſimo primo, [m] *Ne deſideraueritis diuitias*
& ſi relucent, nè adjeceritis cor. Idipſum poſtremò verbum Væ, olim per Amos in diuites
n Amos. 6. 1. & ſeq. affluentes delitiis deſtinatur: [n] *Væ*, inquit, *qui dormiunt in lectis eburneis, & delitiis fluunt*
in thoris ſuis; qui edunt hædos de gregibus caprarum, & vitulos de gregibus boum lactantes,
complaudentes ad ſonum organorum. tanquam perſeuerantia deputauerunt, & non tanquam
Iuxta. 70. *fugientia: qui bibunt vinum liquatum, & vnguentis primariis vnguntur,* Igitur & ſi [illegible]an-
tummodò dehortantem à diuitiis oſtenderem Creatorem, non etiam prædamnantem
diuites, etiàm verbo ipſo quo & Chriſtus, nemo dubitaret ab eodem adjectam in diuites
comminationem per Væ Chriſti, à quo ipſarum materiarum, id eſt, diuitiarum dehor-
tatio præcucurriſſet. Comminatio enim dehortationis, acceſſio eſt. Ingerit, [o] *Væ*
o Luc. 6. 25. *etiam ſaturatis, quia eſurient; etiam ridentibus nunc, quia lugebunt.* His reſpondebunt
p Eſa. 65. 14 illa, quæ ſuprà benedictionibus oppoſita ſunt apud Creatorem. [p] *Ecce qui mihi ſeruiunt,*
ſaturabuntur; vos autem eſurietis; vtique quia ſaturati eſtis. *Et ecce qui mihi ſeruiunt, oble-*
ctabuntur; vos autem confundimini; vtique *ploraturi qui nunc ridetis.* Sicut enim in Pſalmo,
q Pſal. 125. 5 [q] *Qui ſeminant in lacrymis, in lætitia metent: ita in Euangelio, qui in riſu ſeminant, ſcilicet*
ex lætitia, in lacrymis metent. Hæc olim Creator ſimul poſuit, Chriſtus ſolummodò [illegible]i-
r Luc. 6. 26. ſtinguendo, non mutando, renouauit. [r] *Væ, quum vobis benedixerint homines. ſecundum*
hæc faciebant & Pſeudoprophetis patres illorum. Æquè Creator benedictionis & laudis huma-
ſ Eſa. 3. 12. næ ſectatores incuſat per Eſaïam, [s] *Populus meus qui vos beatos dicunt ſeducunt vos, & vias*
pedum veſtrorum diſturbant. Prohibet & alias fidere omnino in hominem, ſic & in laudem
t Hier. 17. 5 hominis, vt per Hieremiam, [t] *Maledictus homo, qui ſpem habet in homine.* Nam & in Pſal-
u Pſal. 117. 8. 9. mo centeſimo decimo ſeptimo, [u] *Bonum eſt fidere in Dominum, quàm fidere in hominem.*
Et bonum eſt ſperare in Dominum, quàm ſperare in principes. Ita, totum quod ab homine
captatur, abdixit Creator, nedum benedictionem. Pſeudoprophetas autem laudatos
ſiue benedictos à patribus eorum, tam eius eſt exprobrare, quàm Prophetas vexatos &
recuſatos: ſicut injuriæ Prophetarum non pertinuiſſent ad Deum ipſorum; ita nec gratiæ
Pſeudoprophetarum diſplicuiſſent, niſi Deo Prophetarum.

CAPVT XVI.

Dilectionem proximi, & inimici, commendauit, & vltionem prohibuit Chriſtus, iuxta ve-
terem legem.

In p. V. inimicorum dilectio. 1. à p. V. Dei iuſtitia. 1. in m. V. Eleemoſyn. 5. in f. V. charitas pro-
ximi. 3.

a Luc. 6. 27. [a] SED *vobis dico*, inquit, *qui auditis;* oſtendens hoc olim mandatum à Creatore,
4 Eſdræ. 15. 1. *Loquere in aures audientium. Diligite inimicos veſtros, & benedicite eos qui vos ode-*
runt, & orate pro eis qui vos calumniantur. Hæc Creator vna pronuntiatione cluſit per
b Eſa. 66. 5. Eſaïam; [b] *Dicite, fratres noſtri eſtis, eis qui vos oderunt.* Si enim qui inimici ſunt, & ode-
runt, & maledicunt, & calumniantur, fratres appellandi ſunt, vtique & benedici odientes,
& orari pro calumniatoribus iuſſit, qui eos fratres deputari præcepit. Nouam planè pa-
c Exo. 21. 24 tientiam docet Chriſtus, etiam vicem iniuriæ cohibens, permiſſam à Creatore; [c] *oculum*
Luc. 6. 29. *exigente pro oculo, & dentem pro dente:* contrà, ipſe alteram amplius maxillam offerri
iubens, & ſuper tunicam pallio quoque cedi Planè hæc Chriſtus adiecerit, vt ſupple-

menta conſentanea diſciplinæ Creatoris. Atque adeo hoc ſtatim renuntiandum eſt,
an diſciplina patientiæ prædicatur penes Creatorem. Si per Zachariam præcepit,
[d] *Nè vnuſquiſque malitiæ fratris ſui meminerit;* ſed nec proximi. nam & rurſus, [d] Zach. 7. 10
[e] *Malitiam, inquit, proximi ſui vnuſquiſque nè recogitet.* multò magis patien- [e] Zach. 8. 17.
tiam indixit iniuriæ, qui indixit obliuionem. Sed & quum dicit, [f] *Mihi vindictam,* [f] Deut. 32.
& ego vindicabo: proinde patientiam docet vindictæ expectatricem. In quantum ergo 35. 43.
non capit, vt idem videatur & [g] *dentem pro dente, oculum pro oculo*, in vicem iniuriæ exi- [g] Exo. 21. 24
gere, qui non modò vicem, ſed etiam vltionem, etiam recordationem & recogitatio- [h] Deut. 32.
nem iniuriæ prohibet: in tantum aperitur nobis, quomodo [h] *oculum pro oculo, & dentem* 35. 43.
pro dente cenſuerit, non ad ſecundam iniuriam talionis permittendam, quam prohibue-
rat interdicta vltione; ſed ad primam coercendam, quam prohibuerat oppoſito talio-
ne, vt vnuſquiſque reſpiciens licentiam ſecundæ iniuriæ, a prima ſemetipſum contine-
ret. Facilius enim vim comprimi ſcit repræſentatione talionis, quàm repromiſſione
vltionis. Vtrumque autem conſtituendum fuit pro natura, & fide hominum; vt qui
Deo crederet, vltionem à Deo expectaret: qui minus fideret, leges talionis timeret.
Hanc legis voluntatem de intellectu laborantem, Dominus & ſabbati, & legis, & om-
nium paternarum diſpoſitionum, Chriſtus & reuelauit, & compotem fecit, mandans
alterius quoque maxillæ oblationem; vt tanto magis vicem iniuriæ extingueret, quam
& Lex per talionem voluerat impediſſe, certè quam prophetia manifeſtè coercuerat;
& memoriam iniuriæ prohibens, & vltionem ad Deum redigens. Ita ſi quid Chriſtus
intulit, non aduerſario, ſed adiutore præcepto, non deſtruxit diſciplinas Creatoris.
Denique, ſi in ipſam rationem patientiæ præcipiendæ, & quidem tam plenæ atque
perfectæ, conſideremus, non conſiſtet, ſi non eſt Creatoris, qui vindictam repromittit,
qui iudicem præſtat. Alioquin, ſi tantum patientiæ pondus, non modo non reper- Luc. 6. 28. &
tiendi, ſed & aliam maxillam præbendi; & non modò non remaledicendi, ſed etiam ſeq.
benedicendi; & non modò non retinendi tunicam, ſed amplius & pallium conceden-
di, is mihi imponit, qui non ſit me defenſurus, in vacuum patientiam præcepit, non
exhibens mihi mercedem præcepti; patientiæ dico fructum, quod eſt vltio; quam mihi
permiſiſſe debuerat, ſi ipſe non præſtat; aut ſi mihi non permittebat, ipſe præſtare. quo-
niam & diſciplinæ intereſt, iniuriam vindicari: metu enim vltionis, omnis iniquitas
refrænatur. cæterùm, paſſim emiſſa libertate dominabitur; vtrumque oculum effoſſu-
ra, & omnem dentem excitatura, præ impunitatis ſecuritate. Sed hoc eſt Dei optimi,
& tantùm boni, patientiæ iniuriam facere, violentiæ ianuam pandere, probos non de-
fendere, improbos non coercere. [i] *Omni petenti te, dato;* vtique indigenti; vel tantò ma- [i] Luc. 6. 30.
gis indigenti, ſi etiam & abundanti. Nè quis ergo indigeat, datori imperatam habes in
Deuteronomio formam Creatoris: [k] *Non erit, inquit, in te indigens; vti benedicens bene-* [k] Deut. 15. 4
dicens benedicat te Dominus Deus tuus; datorem ſcilicet, qui fecerit non eſſe indigentem.
Et plus hîc, non enim petenti iubet dari. *Sed non ſit,* inquit, *indigens in te;* id eſt, cura Ibid.
vtero nè ſit. quò magis petenti præiudicat dandum, etiam in ſequentibus: [l] *Si autem* [l] Ibid 7. 8.
fuerit indigens è fratribus tuis, non auertes cor tuum, nec conſtringes manum tuam à fratre tuo
indigente. Aperiens aperies illi manum, fœnus fœnerabis illi quantum deſiderarit. fœnus
enim niſi petenti dari non ſolet. Sed de fœnore poſtmodum. Nunc ſi qui voluerit argu-
mentari, Creatorem quidem fratribus dari iuſſiſſe, Chriſtum verò omnibus petenti-
bus; vt hoc ſit nouum atque diuerſum: immò vnum erit ex his, per quæ lex Creatoris
erit in Chriſto. Non enim aliud Chriſtus in omnes præcepit, quàm quod Creator in
fratres. Nam etſi maior eſt bonitas quæ operatur in extraneos, ſed non prior ea quæ
antè debetur in proximos. Quis enim non diligens proximos, poterit diligere extra-
neos? Quòd ſi ſecundus gradus bonitatis eſt in extraneos, qui in proximos primus eſt;
eiuſdem erit ſecundus gradus, cuius & primus; facilius quàm vt eius ſit ſecundus, cuius
non extitit primus. Ita, Creator & ſecundùm naturæ ordinem, primùm in proximos
docuit benignitatem, emiſſurus eam poſtea & in extraneos; & ſecundùm rationem
diſpoſitionis ſuæ, primò in Iudæos, poſtea & in omne hominum genus. Ideoque, quam-
diu intra Iſraëlem erat ſacramentum, meritò in ſolos fratres miſericordiam mandabat.
At vbi Chriſto [m] *dedit gentes hæreditatem, & poſſeſſionem terminos terræ,* & cœpit expungi [m] Pſal. 2. 8.
quod dictū eſt per Oſee, [n] *Non populus meus, populus meus; & non miſericordiā conſequuta mi-* [n] Oſee. 1. 9.
ſericordiā conſequuta, Natio ſcilicet: exinde Chriſtus in omnes legē paternę benignitatis
extendit, neminem excipiens in miſeratione, ſicut in vocatione. Ita & ſi quid amplius
docuit, hoc quoque in hæreditatē gentiū accepit. [o] *Et ſicut vobis fieri vultis ab hominibus,* [o] Luc. 6. 31.
ita & vos facite illis. In iſto præcepto vtique alia pars eius ſubauditur: *Et ſicut vobis non*
vultis fieri ab hominibus, ita & vos nè faciatis illis. Hoc ſi nouus Deus & ignotus retro, &

nondum planè editus præcepit, qui me nulla ante hac institutione homines, quid
prius ſcirem quid deberem mihi velle vel nolle, atque ita & aliis facere, quæ mihi
vellem, non facere, quæ & mihi nollem, paſſiuitatem ſententiæ meæ permiſit, nec ad-
ſtrinxit me ad conuenientiam voluntatis & facti, vt id aliis faciam quod mihi velim, &
id nec aliis faciam quod mihi nolim. Non enim deſiuit quid mihi, atque aliis debeam
velle, vel nolle; vt ad legem voluntatis parem factum; & poſſim alij non præſtare, quæ
ab alio mihi velim præſtitum, amorem, obſequium, ſolatium, præſidium, & cætera
bona: proinde nec alij facere, quod ab alio mihi fieri nolim, vim, iniuriam, contume-
liam, fraudem, & eiuſmodi mala. Denique, hac inconuenientia voluntatis & facti,
vtuntur Ethnici nondum à Deo inſtructi. Nam etſi natura bonum & malum notum eſt,
non tamen Dei diſciplina: qua cognita, tunc demum conuenientia voluntatis & facti,
ex fide vt ſub metu Dei agitur. Itaque Deus Marcionis quum maximè reuelatus ſit ta-
men reuelatus non potuit huius præcepti, dè quo agitur, tam ſtrictum, & obſcurum,
& circum adhuc, & facilius pro meo potius arbitrio interpretandum, compendium
emittere, cuius nullam præſtruxerat diſtinctionem. At enim Creator meus & olim, &
vbique præcepit indigentes, pauperes, & pupillos, & viduas protegi, iuuari, refrigera-
p Eſa. 58. 7. ri: ſicut & per Eſaiam; p *Infringito eſurienti panem tuum; & mendicos qui ſine tecto ſunt, in*
q Ezech. 18. 7. *domum tuam inducito; & nudum ſi videris, tegito.* Item per Ezechielem, dè viro iuſto, q
Panem ſuum dabit eſurienti, & nudum teget. Satis ergo tunc me docuit ea facere aliis,
r Exo. 20. 13. quæ mihi velim fieri. Proinde denuntians, r *Non occides, Non adulterabis, Non furaberis,
Non falſum teſtimonium dices.* docuit nè faciam aliis quæ fieri mihi nolim; & ideo ipſius
erit præceptum in euangelio quod illud retro & præſtruxit, & diſtinxit, & ad arbitrium
ſ Eſa. 10. 23. diſciplinæ ſuæ diſpoſuit, & meritò iam compendio ſubſtrinxit, quoniam & aliàs ſ *recci-
ſum ſermonem facturus in terris Dominus*, id eſt Chriſtus, prædicabatur.

CAPVT VII.

Fœnus, & vſuram omnem, Chriſtus ſecundùm legem veterem interdixit.

In p V. Vſura. à p. V. Remiſſio iniuriæ 3. in m. V. Dei Iuſtitia, & bonitas. 11. à m. V. hæreticorum
Elogia. 5. circa f. V. Eleemoſyna. 1. & V. Marcion. 18.

a Luc. 6. 34. HIc nunc de fœnore quum interponit, a *Et ſi fœneraueritis à quibus ſperatis vos rece-
pturos, quæ gratia eſt vobis?* percurre ſequentia Ezechielis, dè eodem viro iuſto
b Ezech. 18. 8. b *Pecuniam, inquit, ſuam fœnori non dedit: & quod abundauerit, non ſumet*; fœnoris ſcilicet
redundantiam, quod eſt vſura. Prius igitur fuit, vt fructum fœnoris eradicaret, quo fa-
cilius aſſuefaceret hominem ipſi quoque fœnori, ſi fortè, perdendo, cuius fructum di-
diciſſet amittere. Hanc etenim dicimus operam Legis fuiſſe procurantis Euangelio.
Quorundam tunc fidem paulatim ad perfectum diſciplinæ Chriſtianæ nitorem, primis
c Ibid. 7. quibuſque præceptis, balbutientis adhuc benignitatis informabat. Nam & ſuprà c *Et
pignus*, inquit, *reddes*; vtique ſi non ſit ſoluendo: quia ſoluturo vtique pignus re-
d Deut. 24. 12. 13. dum eſſe, verum homo ſcriberet? Multò manifeſtius in Deuteronomio, d *Non dormies
ſuper pignus eius: Redditione reddes illi pallium circa ſolis occaſum, & dormiet in pallio ſuo.*
e Deut. 15. 2. Adhuc clarius ſuprà: e *Dimittes omne debitum quod tibi proximus debet, & fratrem tuum
non repoſces: quoniam remiſſio Domini Dei tui inuocata eſt.* Porro, quum debitum dimitti
iubet, vtique non exſoluturo, plus etiam eſt; &, ſi exſoluturo, quum repoſci vetat,
quid aliud docet quàm non exſoluturo fœneremus, qui tam detrimentum fœnori in-
f Luc. 6. 35. dixit? f *Et eritis filij Dei.* Nihil impudentius, ſi ille nos ſibi filios faciet, qui nobis filios
facere non permiſit, auferendo connubium. Quomodo in id nomen allecturus eſt ſuos,
quod iam eraſit? Filius ſpadonis eſſe non poſſum, maximè quum patrem habeam eun-
dem, quem & omnia. Nam tam pater omnium, qui conditor vniuerſitatis, quàm ſpado
qui nullius ſubſtantiæ conditor. Et ſi marem ac fœminam non miſcuiſſet Creator, & ſi
non vniuerſis quoque animalibus filios conceſſiſſet, hoc eram eius antè paradiſum, an-
tè delictum, antè exilium, antè duos, vnum. denuò factus filius fui ſtatim, quum me
manibus enixus eſt, quum dè ſuo halitu mouit. Ille me nunc rurſus filium nuncupat,
Gen. 2. 3. iam non inanimam, ſed in ſpiritum patiens. g *Quia ipſe*, inquit, *ſuauis eſt aduerſus ingra-
g Luc. 6. 35. Matth. 5. 45. tos & malos.* Euge, Marcion, ſatis ingenioſè detraxiſti illi pluuias, & ſoles, ne Crea-
tor videretur. Sed quis iſte ſuauis, qui nè cognitus quidem vſque adhuc? quomodo
ſuauis, à quo nulla beneficia præceſſerunt? Hoc genus ſuauitatis, qua ſoles, & imbres
qui fœnerauerat, non recepturus ab humano genere, vt Creator; qui pro tanta ele-
mentorum liberalitate, facilius idolis, quàm ſibi debitum gratiæ referentes homi-
h Pſal. 18. 11. nes, vſque adhuc ſuſtinet. Verè ſuauis etiam ſpiritalibus commodis. h *Eloquia enim*

Domini dulciora ſuper mel, & fauos. Ille igitur & ingratos ſugillauit, qui gratos experiri
merebatur. Cuius ſoles, & imbres tu quoque Marcion ingratus habuiſti. Cæterum,
tuus non poterat iam queri ingratos, qui non parauerat gratos. Miſericordiam quo-
que præcipiens: [i] *Eſtote,* inquit, *miſericordes, ſicut pater veſter miſertus eſt veſtri.* Hoc erit, [i] Luc. 6. 36.
[k] *Panem infringito eſurienti, & mendicos ſine tecto in domum tuam inducito, & nudum ſi vi-* [k] Eſa. 58. 7.
deris, tegito, &, [l] *Iudicate pupillo, & iuſtificate viduam.* Agnoſco doctrinam eius veterem, [l] Eſa. 1. 17.
qui [m] *mauult miſericordiam, quàm ſacrificium.* Aut ſi alius nunc miſericordiam præcepit, [m] Oſee. 6. 6.
quia & ipſe miſericors ſit; cur tanto æuo miſericors mihi non fuit? [n] *Nolite iudicare, nè* [n] Luc. 6. 37.
iudicemini. Nolite condemnare, nè condemnemini. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabi- 38.
*tur vobis. Menſuram bonam, preſſam, ac fluentem dabunt in ſinum veſtrum. Eadem qua menſi
eritis menſura, remetietur vobis.* Vt opinor, hæc, retributionem pro meritis prouocaram
ſonant. A quo ergo retributio? Si ab hominibus tantum [illegible] humanam docet diſci-
plinam, & mercedem, & in totum hominibus obedientes. Si à Creatore, vt à iudice &
diſpunctore meritorum; ergo illi noſtrum impellit obſequium, apud quem conſtituit
retributionem captandam, vel timendam, prout quiſque [illegible] iudicauerit, aut condemna-
uerit, aut dimiſerit, aut menſus fuerit. Si ab ipſo: ergo & [illegible] iam iudicat, quod Mar-
cion negat. Eligant itaque Marcionitæ, nè tanti ſit de magiſtri regula excidere, quanti
Chriſtum aut hominibus, aut Creatori docentem habere. Sed [o] *cæcus cæcum ducit in fo-* [o] Luc. 6. 39.
ueam. Credunt aliqui Marcioni. Sed [p] *non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum.* Hoc & memi- [p] Et ibid. 40
niſſe debuerat Apelles, Marcionis dè diſcipulo emendator. [q] *Eximat de oculo ſuo trabem* [q] Ibid. 42.
hæreticus, tunc in oculo Chriſtiani ſi quam putat ſtipulam, reuincat. Proinde & [r] *arbor bona non* [r] Ibid. 43.
proferat malum fructum, quia nec veritas hæreſim: *nec mala bonum,* quia nec hæreſis veri-
tatem. Sic nec Marcion *aliquid boni dè theſauro Cerdonis malo protulit,* nec Apelles dè
Marcionis; multò enim hæc congruentius in ipſos interpretabimur, quæ Chriſtus in
homines allegorizauit; non in duos Deos, ſecundùm ſcandalum Marcionis. Puto me
non temerè huic vſque adhuc lineæ inſiſtere, qua definio, nuſquam omnino alium
Deum à Chriſto reuelatum. In hoc ſolo adulterium Marcionis manus ſtupuiſſe miror,
niſi quod etiam latrones timent. Nullum maleficium ſine formidine eſt, quia nec ſine
conſcientia ſui. Tam diu ergo & Iudæi non alium Deum norant, quàm præter quem
neminem adhuc norant; nec alium Deum appellabant, quàm quem ſolum norant. Si
ita eſt, quis videbitur dixiſſe, [ſ] *Quid vocatis, Domine, Domine?* Vtrumnè qui nunquam [ſ] Luc. 6. 46.
hoc fuerat vocatus, vt nuſquam adhuc editus? An ille qui ſemper Dominus habeba-
tur, vt à primordio cognitus? Deus ſcilicet Iudæorum. Quis item adiecisse potuiſſet, Ibid.
Et non facitis quæ dico? Vtrumnè qui cùm maximè edocere tentabat, an qui à primordio
ad illos, & Legis & Prophetarum eloquia mandauerat? qui & inobedientiam illis ex-
probrare poſſet, etiam ſi nunquam alias exprobraſſet. Porro, qui ante Chriſtum, [t] *po-* [t] Eſa. 29. 13.
pulus iſte me labijs diligit, cor autem eorum longè abſiſtit à me, concionatus eſt, veterem vti-
que illis contumaciam imputabat. Alioquin quàm abſurdum, vt nouus Deus, nouus
Chriſtus, nouæ tantæque religionis illuminator, contumaces & inobſequentes pro-
nuntiaret, quos non potuiſſet experiri.

CAPVT XVIII.

Chriſtus fidem Centurionis extollens, & mortuos ſuſcitans, & miracula faciens, Ioanne maior vbique filium Creatoris ſe probat, & veram ſuam carnem Magdalenæ contactu.

In p. V. Chri Verba. 4. à p. ad Vltra. m. in alphab. Errorum. V. Ioannes. 3. circa. f V. Chriſti humilitas. in f. V. Magdalena.

PROINDE extollenda fide Centurionis, incredibile ſi is profeſſus eſt [a] *talem ſe* [a] Luc. 7. 9.
fidem nec in Iſraële inueniſſe, ad quem non pertinebat fides Iſraëlis. Sed nec exinde
pertinere poterat adhuc cruda, vt probaretur vel compararetur, nè dixerim adhuc
nulla. Sed cur non licuerit illi alienæ fidei exemplo vti? Quoniam ſi ita eſſet, dixiſſet
talem fidem nec in Iſraële vnquam fuiſſe: cæterum, dicens talem fidem debuiſſe inue-
niri in Iſraële; quique ad hoc veniſſet, vt eam inueniret, Deus ſcilicet & Chriſtus Iſ-
raëlis, quam non ſugillaſſet, niſi exactor & ſectator eius. Æmulus verò etiam maluiſſet
eam talem inuentam, ad quam infirmandam & deſtruendam magìs venerat, non ad Luc. 7. 15.
comprobandam. Reſuſcitauit & mortuum filium viduæ, non nouum documentum.
Hoc & Prophetæ Creatoris ediderant, quantò magìs filius? Adeò autem in illud vſ-
que momenti, nullum alium Dominus Chriſtus intulerat, vt omnes illic Creatori glo-
riam retulerint, dicentes, [b] *Magnus Propheta prodijt in nobis, & reſpexit Deus populum*
ſuum. Quis Deus? vtique cuius populus, & à quo Prophetæ. Quod ſi illi quidem [b] Luc. 7. 16.

Æquè dè parabolis ſemel ſufficiat probarum, hoc genus eloquij à Creatore promiſsũ.
At nunc illa quoque pronuntiatio eius ad populum, [d] *Aure audietis, & non audietis*, dedit d Eſa. 6. 10.
Chriſto frequenter inculcare, [e] *Qui habet aures, audiat*. Non quaſi ex diuerſitate, audi- e Luc. 8. 8.
tum permitteret Chriſtus, quem ademiſſet Creator: ſed quia comminationem exhor-
tatio ſequebatur, Primò, *aure audietis, & non audietis*: dehinc, *qui habet aures, audiat*. Non
enim audiebant vltro qui aures habebant; ſed oſtendebat aures cordis neceſſarias,
quibus illos audituros negarat Creator. Et ideo per Chriſtum adiicit, [f] *Videte quomodo* f Ibid. 10.
audiatis, & non audiatis; non corde ſcilicet audientes, ſed aure. Si dignum ſenſum
pronunciationi accommodes, pro ſenſu eius qui auditui ſuſcitabat, etiam dicendo, *Vi-*
dete quomodo audiatis, non audituris minabatur. Sanè nominatur mitiſſimus Deus,
quia nec iudicat, nec iraſcitur. Hoc probat etiam ſubiacens ſenſus, [g] *Et qui habet*, g Luc. 8. 18.
dabitur; ab eo autem qui non habet, etiam quod habere ſe putat, auferetur ei. Quid dabitur? Matth. 13. 12
adiectio fidei, vel intellectus, vel ſalus ipſa. Quid auferetur? vtique quod dabitur. A
quo dabitur, & auferetur? Si à Creatore auferetur, ab eo & dabitur. Si à Deo Marcio-
nis dabitur, ab eo & auferetur. Quoquo tamen nomine comminatur ablationem, non
erit eius, Dei qui neſcit comminari, quia non nouit iraſci. Miror autem quum [h] *lucer-* h Luc. 8. 16.
nam negat abſcondi ſolere, qui ſe tanto ſæculo abſconderat maius & neceſſarius lumen,
quum *omnia dè occulto in apertum repromittit*, qui Deum ſuum vſque adhuc obumbrat, ex-
pectans, opinor, naſci Marcionẽ. Venimus ad cõſtantiſſimum argumentũ omnium qui
Domini natiuitatem in controuerſiam deferunt. Ipſe, inquiunt, cõteſtatur ſe non eſſe
natũ, dicendo, [i] *Quæ mihi mater, & qui mihi fratres?* Ita ſemper hæretici, aut nudas, & i Luc. 8. 21.
ſimplices voces coniecturis quò volunt rapiunt; aut rurſus conditionales, & rationales
ſimplicitatis conditione diſſoluunt, vt hoc in loco. Nos contrariò dicimus. primò non
potuiſſe illi annuntiari, quod mater, & fratres eius foris ſtarent quærentes videre eum,
ſi nulla illi mater, & fratres nulli fuiſſent; quos vtique norat qui annuntiarat, vel retro
notos, vel tunc ibidem compertos, dum eum videre deſiderant, vel dum ipſi nuntium
mandant. Ad hanc primam propoſitionem noſtram ſolet ex diuerſo reſponderi, Quid
enim, ſi tentandi gratia nuntiatum eſt ei? Sed hoc ſcriptura non dicit, quæ quantò
ſignificare ſolet ex tentatione quid factum, [l] *Ecce legis doctor adſurrexit tentans eum*; & l Matth. 22. 35.
dè tributi conſultatione, [m] *Et acceſſerunt ad eum Phariſæi tentantes eum*; tantò vbi non
facit tentationis mentionem, non admittit tentationis interpretationem. Et tamen m Matth.
ex abundanti cauſas tentationis expoſtulo, cui rei tentauerint illum, per nominatio- 19. 3.
nem matris & fratrum. Si vt ſcirent natus nè eſſet, an non; quando de hoc fuit quæſtio,
quam ex iſta tentatione diſcuterent? Quis autem dubitaret natum, quem videret ho-
minem? quem audiſſet filium ſe hominis profeſſum? quem dè conſpectu omnis hu-
manæ qualitatis dubitarent Deum, aut filium Dei credere; Propheten faciliùs exiſti-
mantes licet magnum aliquem, vtique tamen natum. Etiamſi in exploratione natiui-
tatis tentandus fuiſſet, quodcunque aliud argumentum tentationi competiſſet, quàm
per earum perſonarum mentionem, quas potuit etiam natus non habere. Dic mihi:
Omnibus natis mater adviuit? omnibus natis adgenerantur & fratres? non licet patres
magìs & ſorores habere, vel & neminem? Sed & cenſus conſtat actos ſub Auguſto
nunc in Iudæa per Sentium Saturninum, apud quos genus eius inquirere potuiſſent.
Adeò nullo modo conſtitit ratio tentationis iſtius. At verè mater & fratres eius foris
ſtabant. Supereſt & diſpicere ſenſum non ſimpliciter pronuntiantis, [n] *Quæ mihi mater,* n Luc. 8. 21.
aut fratres? quaſi ad generis & natiuitatis negationem; ſed & ex cauſæ neceſſitate, &
conditione rationali. Tam proximas enim perſonas foris ſtare, extraneis intus defixis
ad ſermones eius, amplius & auocare eum à ſolenni opere quærentes, meritò indi-
gnatus eſt. Non tam abnegauit, quàm abdicauit. Atque adeò quum præmiſiſſet: [o] *Quæ*
mihi mater, & qui mihi fratres? ſubiungens, *Niſi qui audiunt verba mea, & faciunt ea?* o Luc. 8. 21.
tranſtulit ſanguinis nomina in alios, quos magìs proximos pro fide iudicaret. Nemo
autem transfert quid, niſi ab eo qui habet id quod transfert. Si ergo matrem & fra-
tres eos fecit qui non erant, quomodo negauit eos qui erant? meritorum ſcilicet con-
ditione, non ex proximorum negatione; in ſemetipſo docens, [p] *Qui patrem aut matrem,* p Luc. 14. 26.
aut fratres præponeret verbo Dei, non eſſe dignum diſcipulum. Cæterùm, ex hoc magis ma-
trem & fratres confitebatur, quod illos nolebat agnoſcere; quod alios adoptabat, con-
firmabat quos ex offenſa negauit, quibus non vt veriores ſubſtituit, ſed vt digniores.
Denique nihil magnum, ſi fidem ſanguini præpoſuit, quem non habebat.

CAPVT XX.

Chriſtus ventis & mari imperat, dæmonum legionem pellit, hæmorroiſſam curat, & fidem eius laudat, probans ſe Deum & verum hominem, vbique legem implens.

In p. V Chri. Miracula. 1 à p. V. Chriſtus Medicus. 9. in m. V. Chri. infirma. 3. circa. f. V Chriſtus Medicus 5. in f. V Chriſti Caro. 11.

QVIS [a] *autem iſte eſt, qui & ventis & mari imperat?* nimirum nouus dominator at-
a Luc. 8. 25. que poſſeſſor elementorum, ſubacti iam, & excluſi Creatoris. Non ita eſt. Sed
agnorant ſubſtantiæ auctorem ſuum, quæ famulis quoque eius obaudire cõſueuerant
Inſpice Exodum, Marcion, adſpice mari rubro, vaſtiori ſuper omnia ſtagna Iudææ, vir-
Exo. 14. 21 gam Moyſi imperantem, vt funditus proſciſſum, & pari vtrimque ſtupore diſcriminis
fixum, ſicco populum pede, inteſtino itinere transmitteret, rurſuſque ſub eiuſdem vir-
gæ nutu, redeunte natura, Ægyptium exercitum vndarũ concordia obrueret: in quod
opus & Auſtri ſeruierunt. Lege & Sortes familiæ dirimendæ, in tranſitum eius Iorda-
nis machæram fuiſſe, cuius impetum atque decurſum planè & Ieſus docuerat Prophe-
tis transmeantibus ſtare. Quid ad hæc? Si tuus Chriſtus eſt, non erit potentior famulis
Ioſuë. 3. 2. & ſeq & 4. 10. Creatoris. Sed his ſolis exemplis vſus eſſem, ſi non etiam prædicatio marinæ iſtius ex-
b Pſal. 28. 3. peditionis Chriſtum anteceſſiſſet. Nam quum transfretat, Pſalmus expungitur; [b] *Do-*
c Habac. 9. 3. *minus*, inquit, *ſuper aquas multas*: quum vndas freti diſcutit, Abacuc adimpletur; [c] *Diſ-*
pargens, inquit, *aquas itinere*: quum ad minas eius eliditur mare, Naum quoque abſolui-
d Naum. 1. 4 tur; [d] *Comminans*, inquit, *mare, & arefaciens illud*; vtique cum ventis, quibus inquietaba-
tur. Vnde vis meum vindicem Chriſtum? dè exemplis, an dè Prophetis Creatoris? Age
nunc, qui militarem & armatum bellatorem prædicari putas, non figuratè, nec allego-
ricè, qui bellũ ſpiritale aduerſus ſpiritales hoſtes, ſpiritali militia, & ſpiritalibus armis,
Luc. 8. 30. ſpiritaliter debellaturus eſſet. Quum inuenis in vno homine multitudinem dæmonum,
legionem ſe profeſſam; vtique ſpiritalem; diſce & Chriſtum expugnatorẽ ſpiritalium
hoſtium, ſpiritaliter armatum, & ſpiritaliter bellicoſum intelligendũ; atque ita ipſum
eſſe, qui cum legione quoque dæmonum erat dimicaturus; vt & dè hoc bello Pſalmus
e Pſal. 23. 8. poſſit videri pronuntiaſſe, [e] *Dominus validus, Dominus potens in bello*. Nam cum vltimo
hoſte morte præliatus, per tropæum crucis triumphauit. Cuius autem Dei filium Ieſum
legio teſtata eſt? Sine dubio cuius tormenta & abyſſum nouerant, & timebant, nec enim
videntur poſſe ignoraſſe adhuc, quòd noui, & ignoti Dei virtus operaretur in terris,
quia veriſimile non eſt, Creatorem ignoraſſe. Si enim alium ſupra ſe Deum ignorauc-
rat aliquando, tamen iam infra cœlum ſuum agentem, vtique cõpeterat. Quod autem
Dominus comperiſſet, iam & vniuerſæ familiæ innotuiſſet in eodem mundo, & intra
eundem ambitum cœli, quo peregrina diuinitas conuerſaretur. In quantùm ergo &
Creator ſciſſet eam, & ſubſtantiæ eius, ſi fuiſſet; in tantum quia nulla fuit, non alium
dæmones ſciebant, quàm Dei ſui Chriſtum. Non depetunt ab alio, quod meminiſſent
petendum ſibi à Creatore, veniam ſcilicet abyſſi Creatoris. Denique impetrauerunt.
Quo merito? Quia mentiti erant; quia ſæui Dei filium eum fecerant? Et qualis erit,
qui mentitos iuuabat, qui infamantes ſuſtinebat? Sed enim quia mentiti non erant,
quia Deum abyſſi, & ſuum cognouerant, ita eum ſe & ipſe confirmauit, quemadco-
gnouerunt dæmones, Ieſum iudicem & vltoris Dei filium. Ecce aliquid & dè illis pu-
ſillitatibus, & infirmitatibus Creatoris in Chriſto. Ignorantiã enim & ego adſcribere
ei volo. Permittite mihi aduerſus hæreticum. Tangitur à fœmina quæ ſanguine fluita-
f Luc. 8. 45. bat, & neſciuit à qua. [f] *Quis me*, inquit, *tetigit?* Etiam excuſantibus diſcipulis, perſeue-
rat in ignorantiæ voce, *Tetigit me aliquis*. idque dè argumento affirmat. *Senſi enim virtu-*
tem ex me profectam. Quid dicit hæreticus? Sciebatnè perſonã? Et cur quaſi ignorans lo-
g Gen. 3. 9. quebatur? Vt confeſſionem certè prouocaret aut timorem probaret Sic & Adam ali-
quando quæſierat, quaſi ignorans, [g] *Adam vbi es?* Habes & Creatorem cum Chriſto ex-
Leuit. 15. 25. cuſatum, & Chriſtum Creatori adæquatum. Sed & hoc, qui aduerſarius legis; vt quia
lex à contactu fœminæ ſanguinantis ſummouet, idcirco geſtierit non tantũ contactum
eius admittere, ſed etiam ſanitatem donare. O Deum non natura beneficum, ſed æmu-
h Luc. 8. 48 latione! At enim ſi fidẽ mulieris inuenimus ita meruiſſe, quum dicit, [h] *Fides tua te ſaluam*
fecit, quis es, vt æmulationẽ legis interpreteris in iſto facto, quod ipſe Dominus ex fidei
remuneratione editũ oſtendit? Sed hanc vis mulieris fidẽ conſtituere, qua contempſe-
rat legẽ. Et cui credibile, vt mulier nullius adhuc Dei conſcia, nullius adhuc nouæ legis
initiata, legem irrumperet eam cui adhuc tenebatur? Qua denique fide irrupit? in quem
Deum credens? quem ſpernens? Creatorẽ? Certè enim ex fide tetigit. Si ex fide Crea-
toris, quæ alium Deũ ignorabat; & quomodo legẽ eius irrupit? Tam enim irrupit, ſi ir-
rupit, quã ex fide Creatoris. Quomodo enim vtrumque conueniet, vt & irruperit, & ex
i Oſee. 6. 6. fide eam irruperit, propter quã irrupiſſe non debuit? Dicam. Fides hæc fuit primò, qua
Matt. 9. 13. Deũ ſuum confidebat [i] *miſericordiam malle, quàm ipſum ſacrificiũ*: qua eum Deũ certa erat

operari in Chriſto: quia ſic eum tetigit, non vt hominem ſanctum, nec vt Prophetam, quem contaminabilem pro humana ſubſtantia ſciret; ſed vt ipſum Deum, quem nulla ſpurcitia pollui poſſe præſumpſerat. Itaque non temerè interpretata eſt ſibi legem, ea contaminari ſignificantem, quæ eſſent contaminabilia: non Deum, quem in Chriſto confidebat. Sed & illud recogitauit, ordinarium & ſolennem menſtrui, vel partualis ſanguinis fluxum in lege taxari, qui veniat ex officio naturæ, non ex vitio valetudinis. Illa autem ex vitio valetudinis redundabat, cui non modum temporis, ſed diuinæ miſericordiæ auxilium neceſſarium ſciebat. Atque ita poteſt videri legem non irrupiſſe, ſed diſtinxiſſe. Hæc erit fides, quæ contulerat etiam intellectum. [l] *Niſi credideritis*, inquit, *non intelligetis*. [l Eſa. 7. 9.] Hanc fidem probans Chriſtus eius fœminæ, quæ ſolum credebat Creatorem, eius fidei ſe Deum reſpondit, quam probauit. Nec illud omittam, quòd [Luc. 8. 43.] dum tangitur veſtimentum eius, vtique corpori, non phantaſmati, inditum corpus quoque demonſtrabatur; non quaſi iam dè hoc retractemus, ſed quia ad præſentem conſpirat quæſtionem. Si enim non erat veritas corporis, phantaſma vtique contaminari quâ res vacua, non poſſet. Qui ergo non poteſt contaminari præ inanitate ſubſtantiæ, quomodo voluiſſet? Vt æmulus legis mentiebatur, qui non verè polluebatur.

CAPVT XXI.

Chriſtus Diſcipulos ad prædicandum mittit, & victus & veſtitus curam prohibet, interrogat quem ſe putent homines, paſcit in ſolitudine, & multiplicat panes, perſecutiones prædicit, & in his confeſſionem exigit, ſecundùm veterem legem.

In p. V. prouidentia. 1. à p. V. Chriſtus Iudex 3 & V. prouidentia 6. & V. Petri priuilegia. 1. in m. V. Martyres. 7. circa f. V. Chriſti Caro. 8. in f. V. fides 23.

DIMITTIT diſcipulos ad prædicandum Dei regnum. Nunquid vel hic edidit, cuius? Prohibet eos, victui aut veſtitui quid in viam ferre? Quis hoc mandaſſet, [a] *niſi qui & coruos alit, & flores agri veſtit?* [b] *qui bouis quoque terenti libertatem oris, ad veniam pabuli, ex opere ſummouendi, antè præcepit: quia dignus operarius mercede ſua.* [Luc. 10. 4.] [a Luc. 12. 24 & ſeq.] Hæc Marcion deleat, dum ſenſui ſalua ſint. At [c] *quum iubet puluerem excutere dè pedibus, in eos à quibus excepti non fuiſſent*; & [d] *hoc in teſtimonium mandat fieri*: nemo reſtatur, quod non [a 1. Tim. 5. 18.] iudicio deſtinatur: inhumanitatem qui in teſtationem redigi iubet, iudicem comminatur. [Luc. 10. 7.] Nullum Deum nouum à Chriſto probatum, illa etiam opinio omnium declarauit, [c Luc 10. 11.] quia [e] *Chriſtum Ieſum, alij Ioannem, alij Heliam, alij vnum aliquem ex veteribus Prophetis* [Matt. 10. 14] Herodi aſſeuerabant. Ex quibus quicunque fuiſſet, non vtique ob hoc eſt ſuſcitatus, [d Luc 9. 5.] vt alium Deum poſt reſurrectionem prædicaret. Paſcit populum in ſolitudine, [e Luc. 9. 19.] dè priſtino ſcilicet more. Aut ſi non eadem & maieſtas, ergo iam minor eſt Creatore; [Luc. 9. 17.] qui non vno die, ſed annis quadraginta, nec dè inferioribus materiis panis, & piſcis, [Exo. 12. 34. & 16. 13. 15.] ſed dè manna cœleſti, nec quinque circiter, ſed ſexcenta millia hominum protelauit. Adeò autem ea fuit maieſtas, vt & pabuli exiguitatem non tantùm ſufficere, verùm etiam exuberare, de priſtino voluerit exemplo. Sic enim & in tempore famis ſub Helia, viduæ Sareptenſi modica, & ſuprema alimenta ex Prophetæ benedictione, per totum [3. Reg. 17. 13. & ſeq.] famis tempus redundauerant. Habes tertiam Baſiliarum. ſi & quartam reſoluas, inuenies totum hunc ordinem Chriſti circa illum Dei hominem, qui oblatos ſibi viginti hordeaceos panes, quum populo diſtribui iuſſiſſet, & miniſter eius proinde compa- [f 4 Reg. 4. 42. & ſeq.] rata multitudine, & pabuli mediocritate, reſpondiſſet, [f] *Quid ergo hoc dem in conſpectu* [Luc 9. 17.] *centum hominum? Da*, inquit, *& manducabunt: quoniam hæc dicit Dominus, Et mandu-* [Io. 6 12.] *cauerunt, & reliquerunt reliquias*, ſecundùm dictum Domini. O Chriſtum & in nouis veterem! Hæc itaque quæ viderat, Petrus, & cum priſtinis comparat, & non tantùm retro facta, ſed & in futurum iam tunc prophetantia recognouerat, interroganti Domino, quiſnam illis videretur, quum pro omnibus reſponderet, [g] *Tu es Chriſtus*: [g Luc. 9 20.] non poteſt non eum ſenſiſſe Chriſtum, niſi quem nouerat in ſcripturis, quem iam recenſebat in factis. Hoc & ipſe cõfirmat vſque adhuc patiens, immò & ſilentiũ indicens. Si enim Petrus quidem non poterat alium eum confiteri, quàm Creatoris: Ille autem præcepit, [h] *nè cui hoc diceret*; vtique id noluit prouulgari, quod Petrus ſenſerat. Immò, [h Ibid. 21.] inquis, quia non rectè ſenſerat, noluit mendaciũ diſſeminari. Sed aliam ſilentij cauſam edixit: [i] *Quia oportet filiũ hominis multa pati, & reprobari à Presbyteris, & Scribis, & Sacerdotibus,* [i Ibid. 22.] *& interfici, & poſt tertiũ diem reſurgere.* Quæ quum prædicata ſint, & ipſa in Chriſtum Creatoris, ſicut ſuis locis implebimus, ſic quoque ipſum ſe oſtendit eſſe, in quẽ prædicabantur. Certè & ſi non eſſent prædicata, eam cauſam indicti ſilentij protulit, quæ non Petri errorẽ demonſtraret, obeundarũ paſſionũ neceſſitatẽ. [l] *Qui voluerit*, inquit, *animã* [l Luc. 9. 24]

Dan.3.92. *ſuam ſaluam facere, perdet illam; & qui perdiderit eam propter me, ſaluam faciet eam.* Certè filius hominis hanc ſententiam emiſit, Perſpice igitur & tu cum rege Babylonio, fornacem eius ardentem, & inuenies illic tanquam filium hominis; (nondum enim verè erat, nondum ſcilicet natus ex homine) iam tunc iſtos exitus conſtituentem. Saluas facit animas trium fratrum, qui eas pro Deo perdere conſpirauerant: Chaldæorum verò perdidit, quas illi per idololatriam ſaluas facere maluerant. Quæ eſt iſta noua doctrina, cuius vetera documenta ſunt? Quamquam & prædicationes martyriorum, tam
m Eſa. 57.1. futurorum, quàm à Deo mercedem relaturorum decucurrerunt. [m] *Vide*, inquit Eſaias, *quomodo perit iuſtus, & nemo excipit corde. Et viri iuſti auferuntur, & nemo conſiderat.* Quando magis hoc fit, quàm in perſecutione ſanctorum eius? Vtique non ſimplex, nec dè
n Luc. 9.24. naturæ lege communis, ſed illa inſignis, & pro fide militaris; in qua [n] *qui animam ſuam propter Deum perdit, ſeruat illam*: vt & hîc tamen iudicem adcognoſcas, qui malum animæ luctum, perditione eius, & bonum animæ detrimentum, ſaluto eius remuneratu-
o Luc. 9.26. rus. Sed & zelotem Deum mihi exhibet, [o] *malum malo reddentem. Qui confuſus*, inquit, *mei fuerit, & ego confundar eius.* quando nec confuſionis materia conueniat, niſi meo Chriſto: cuius ordo magìs pudendus, vt etiam hæreticorum conuitiis pateat, omnem natiuitatis, & educationis fœditatem, & ipſius etiam carnis indignitatem, quanta amaritudine poſſunt perorantibus. Cæterùm, quomodo illo erit obnoxius confuſionis, qui eam non capit? non vulua, licet virginis, tamen fœminæ, coagulatus, & ſi non ſemine, tamen ex lege ſubſtantiæ corporalis, ex fœminæ humore: non caro habitus antè formam: non pecus dictus, poſt figuram: non decem menſium cruciatu deliberatus: non ſubita dolorum concuſſione, cum tanti temporis cœno, per corporis cloacam effuſus ad terram: nec ſtatim lucem lacrymis auſpicatus, & primo retinaculi ſui vulnere nec multum ablutus: nec ſale & melle medicatus: nec pannis iam ſepulturæ inuolucrum initiatus: nec exinde per immunditias inter ſinus volutatus, moleſtus vberibus, diu infans, vix puer, tardè homo: ſed dè cœlo expoſitus, ſemel grandis, ſemel totus, ſtatim Chriſtus, ſpiritus, & virtus, & Deus tantum. Cæterùm, vt non verus, qui non videbatur; ita nec dè crucis maledicto erubeſcendus, cuius carebat veritate, carens corpore.
p Luc. 9.26. Non poterat itaque dixiſſe, [p] *Qui mei confuſus fuerit.* noſter hoc debuit pronuntiaſſe,
q Pſal. 8.6. [q] *Minoratus à patre, modicò citra angelos:* [r] *Vermis, & non homo; ignominia hominis, & nulli-*
r Pſal. 21.6. *ficamen populi;* quatenus ita voluit, [s] *vt liuore eius ſanaremur*, vt dedecore eius ſalus noſtra
s Eſa. 53.5. conſtaret. Et meritò ſe pro ſuo homine depoſuit, pro imagine & ſimilitudine ſua, non aliena; vt, quoniam homo non erubuerat lapidem, & lignum adorans, eadem conſtantia non confuſus dè Chriſto. pro impudentia idololatriæ, ſatìs Deo faceret per impudentiam fidei. Quid horum Chriſto tuo competit, Marcion, ad meritum confuſionis? Planè pudere te debet, quòd illum ipſe finxiſti.

CAPVT XXII.

Transfigurationis Chriſti myſterium, per ſingulas partes in veteri lege delineatum.

In p. ad f. V. Chri. Magnalia. 6. à p. in Alphab. Errorum V. Ecſtaſis. 4. & ibid. V. Pſychici. 1. à m. V. Verbum Dei. 2.

NAM & hoc vel maximè erubeſcere debuiſti, quòd illum cum Moyſe & Helia in ſeceſſu montis conſpici pateris, quorum deſtructor aduenerat. Hoc ſcilicet intel-
a Luc. 9.35. & ſeq. ligi voluit vox illa dè cœlo, [a] *Hic eſt filius meus dilectus, hunc audite:* id eſt, non Moyſen iam, & Heliam. Ergo ſufficiebat vox ſola ſine oſtentatione Moyſi, & Heliæ. Definiendo enim quem audirent, quoſcunque alios vetuiſſet audiri. Aut nunquid Eſaiam, & Hieremiam, cæteroſque quos non oſtendit, permiſit audiri, ſi vetuit quos oſtendit? Nunc & ſi præſentia illorum fuit neceſſaria, non vtique in colloquio oſtenderentur, quod familiaritatis indicium eſt: nec in conſortio claritatis, quod dignationis & gratiæ exemplum eſt: ſed in ſordibus aliquibus, quod deſtructionis argumentum eſt, immò in tenebris Creatoris; quibus diſcutiendis erat miſſus. longè etiam diſcreti à claritate Chriſti, qui voces & litteras ipſas eorum, ab Euangelio ſuo erat ſeparaturus. Sic in alienos demonſtrat illos, dum ſecum habet. Sic relinquendos docet, quos ſibi iungit. Sic deſtruit, quos de radiis ſuis exſtruit. Quid faceret Chriſtus ipſorum? Credo ſecundùm peruerſitatem, tales eos reuelaſſet, quales Chriſtus Marcionis debuiſſet; aut
Exo. 34.6. quoſcunque alios ſecum, quá Prophetas ſuos. Sed quid tam Chriſtus Creatoris, quàm
3. Reg. 17.18 & ſeq. ſecum oſtendere prædicatores ſuos? cum illis videri, quibus in reuelationibus erat viſus: cum illis loqui, qui eum fuerant locuti: cum eis gloriam ſuam communicare, à
4. Reg. 19. quibus Dominus gloriæ nuncupabatur: cum principalibus ſuis, quorum alter populi

informator aliquando, alter reformator quandoque; alter initiator veteris Teſtamen- Deut. 18.
ti, alter conſummator noui? Igitur & Petrus meritò contubernium Chriſti ſui agnoſ- 3. Reg. 17.
cens indiuiduitate eius, ſuggerit conſilium, [b] *Bonum eſt nos hic eſſe.* Bonum plane, vbi Exo. 33.
Moyſes ſcilicet, & Helias. Et, *Faciamus hic tria tabernacula; vnum tibi, & Moyſi vnum,* 3. Reg. 19.
& Heliæ vnum: ſed neſciens quid diceret. Quomodo neſciens? vtrumnè ſimplici errore, Exo. 20.
an ratione quam defendimus in cauſa nouæ prophetiæ, gratiæ ecſtaſin, id eſt, amen- b Luc. 9. 33.
tiam conuenire? In ſpiritu enim homo conſtitutus, præſertim quum gloriam Dei con-
ſpicit, vel quum per ipſum Deus loquitur, neceſsè eſt excidat ſenſu, obumbratus ſci-
licet virtute diuina; dè quo inter nos, & Pſychicos quæſtio eſt. Interim facilè eſt amen-
tiam Petri probare. Quomodo enim Moyſem & Heliam cognouiſſet niſi in ſpiritu? Matth. 17. 4
Nec enim imagines eorum vel ſtatuas populus habuiſſet & ſimilitudines, Lege prohi- Luc. 9. 3.
bente; niſi quia in ſpiritu viderat. & ita quod dixiſſet, in ſpiritu, non in ſenſu conſti- Exo. 20. 4.
tutus, ſcire non poterat. Cæterùm, ſi ſic neſcit quaſi errans, eo quòd putaret illorum
eſſe Chriſtum: ergo iam conſtat & ſuprà Petrum interrogatum a Chriſto, quem ſe
exiſtimarent, vt de Creatoris dixiſſe, [c] *Tu es Chriſtus*; quia ſi tunc alterius Dei illum co-
gnouiſſet, hîc quoque non erraſſet. Quod ſi ideo & hic errauit, quia & ſupra; ergo cer- c Luc 9 20.
tus es in illum diem quoque nullam nouam diuinitatem à Chriſto reuelatam, & vſque Matt. 1 15.
adhuc non erraſſe Petrum, Chriſto vſque adhuc nihil eiuſmodi reuelante; & tamdiu
non alterius deputandum Chriſtum, quàm Creatoris, cuius omnem & hîc ordinem
expreſſit. Tres dè diſcentibus arbitros futuræ viſionis & vocis aſſumit; & hoc Crea-
toris eſt, [d] *In tribus*, inquit, *teſtibus ſtabit omne verbum.* In montem ſecedit. Agnoſco Luc. 9. 28.
formam loci. Nam & priſtinum populum apud montem & viſione, & voce ſua Crea- d Deut. 19 15
tor initiarat. Oportebat in eo ſuggeſtu conſignari nouum Teſtamentum, in quo con- Luc. 9. 28.
ſcriptum vetus fuerat; ſub eodem etiam ambitu nubis, quam nemo dubitauit dè aëre Exo. 19 3.
Creatoris conglobatam, niſi & nubes ſuas illò deduxerat, quia & ipſe per cœlum Crea- Ibid 9.
toris viam ruperat; aut proinde & nubilo Creatoris precariò vſus eſt. Itaque nec nunc
muta nubes fuit, ſed vox ſolita dè cœlo, & Patris nouum teſtimonium ſuper Filio: at-
que in ſecundo Pſalmo, [e] *Filius meus es tu: ego hodie genui te.* Dè quo & per Eſaiam,
[f] *Quis Deum metuens, audiat vocem filij eius?* Itaque iam repræſentans eum, [g] *Hic eſt filius* e Pſal. 2 7
meus, vtique ſubauditur, quem repromiſi. Si enim repromiſit aliquando, & poſtea di- f Eſa. 50 10.
cit, *Hic eſt*; eius eſt exhibentis voce vti in demonſtratione promiſſi, qui aliquando g Luc. 9 35.
promiſit; non eius cui poſſit reſponderi, Ipſe enim tu quis es qui dicas, *Hic eſt filius*
meus; dè quo non magis præmiſiſti, quàm teipſum, quod prius eras reuelaſti? *Hunc igi-*
tur audite, quem ab initio edixerat audiendum in nomine Prophetæ, quoniam & Pro-
phetes exiſtimari habebat à populo. [h] *Prophetam*, inquit Moyſes, *ſuſcitabit vobis Deus ex* h Deut. 18.
filijs veſtris; ſecundùm carnalem ſcilicet cenſum: *tanquam me audieritis illum.* Omnis 15. 18. 19.
autem qui illum non audierit, exterminabitur anima eius dè populo ſuo. *Sic & Eſaias*,
[i] *Quis in vobis metuens, exaudiat vocem filij eius?* Quam & ipſe pater commendaturus i Eſa. 50. 10.
erat. Siſtens enim verba filij ſui, dicendo ſcilicet, *Hic eſt filius meus dilectus; hunc audite*
inquit. Itaque & ſi facta tranſlatio ſit auditionis à Moyſe, & Helia in Chriſto, ſed non
vt ab alio Deo, nec ad alium Chriſtum, ſed à Creatore in Chriſtum eius, ſecundùm
deceſſionem veteris, & ſucceſſionem noui Teſtamenti [k] *Non legatus*, inquit Eſaias, *nec* k Eſa. 63. 9.
nuntius, ſed ipſe Dominus ſaluos eos fecit. ipſe iam prædicans & implens Legem, & Pro-
phetas. Tradidit igitur pater filio diſcipulos nouos; oſtenſis prius cum illo Moyſe, & Luc. 9. 36.
Helia in claritatis prærogatiua, atque ita dimiſſis, quaſi iam & officio & honore diſpun-
ctis; vt hoc ipſum confirmaretur; propter Marcionem, ſocietatem eſſe etiam claritatis
Chriſti cum Moyſe, & Helia. Totum autem habitum viſionis iſtius habemus etiam
apud Abacuc, vbi Spiritus ex perſona interdum Apoſtolorum, [l] *Domine, audiui auditum* l Habac. 3 1.
tuum, & extimui. Quem magis, quàm vocis cœleſtis illius, [m] *Hic eſt filius meus dilectus,* m Luc. 9 35.
hunc audite? [n] *Conſideraui opera tua, & excidi mente.* Quando magis, quàm cùm viſa clari- n Habac. 3. 2
tate eius, *neſcijt quid diceret Petrus?* [o] *In medio duorum animalium cognoſceris*, Moyſi & He- o Luc. 9. 33.
liæ. Dè quibus & Zacharias vidit in figura duarum olearum, & duorum ramulorum p Habac. 3 2
oleæ. Nam hi ſunt, de quibus dictum eſt illi, [q] *Duo filij opimitatis adſiſtunt Domino vni-* Exo 7.
uerſæ terræ. Et rurſum idem Abacuc, [r] *Operuit cælos virtus*; vtique nubilo illo. *Et ſplendor* q Zach. 4. 14
eius vt lux erit; vtique qua etiam veſtitus eius refulſit. Et ſi commemoremur promiſſio- r Habac 3 8
nis Moyſi, hîc inuenietur expuncta. Quum enim deſideraſſet conſpectum Domini Luc. 9. 29.
Moyſes dicens, [s] *Si ergo inueni gratiam coram te, manifeſta te mihi, vt cognoſcenter videam*
te; eum conſpectum deſiderans, in quo hominem eſſet acturus, quod Propheta ſcie- s Exo. 33. 13.
bat. cæterùm, [t] *Dei faciem* (iam audierat) *nemo homo videbit, & viuet. Et hunc*, inquit, *ſer-* t Exo 33 20.
monem quem dixiſti, faciam tibi. Et rurſus Moyſes, [u] *Oſtende mihi gloriam tuam.* Et Dominus u Ibid. 18.

Dan. 3. 92. *ſuam ſaluam facere, perdet illam; & qui perdiderit eam propter me, ſaluam faciet eam.* Certè filius hominis hanc ſententiam emiſit, Perſpice igitur & tu cum rege Babylonio, fornacem eius ardentem, & inuenies illic tanquam filium hominis; (nondum enim verò erat, nondum ſcilicet natus ex homine) iam tunc iſtos exitus conſtituentem. Saluas facit animas trium fratrum, qui eas pro Deo perdere conſpirauerant: Chaldæorum verò perdidit, quas illi per idololatriam ſaluas facere maluerant. Quæ eſt iſta noua doctrina, cuius vetera documenta ſunt? Quamquam & prædicationes martyriorum, tam
m Eſa. 57. 1. futurorum, quàm à Deo mercedem relaturorum decucurrerunt. [m] *Vide*, inquit Eſaias, *quomodo perit iuſtus, & nemo excipit corde. Et viri iuſti auferuntur, & nemo conſiderat.* Quando magis hoc fit, quàm in perſecutione ſanctorum eius? Vtique non ſimplex, nec dè
n Luc. 9. 24. naturæ lege communis, ſed illa inſignis, & pro fide militaris; in qua [n] *qui animam ſuam propter Deum perdit, ſeruat illam*: vt & hîc tamen iudicem adcognoſcas, qui malum animæ lucrum, perditione eius, & bonum animæ detrimentum, ſalute eius remuneratu-
o Luc. 9. 26. rus. Sed & zelotem Deum mihi exhibet, [o] *malum malo reddentem. Qui confuſus*, inquit, *mei fuerit, & ego confundar eius.* quando nec confuſionis materia conueniat, niſi meo Chriſto: cuius ordo magìs pudendus, vt etiam hæreticorum conuitiis pateat, omnem natiuitatis, & educationis fœditatem, & ipſius etiam carnis indignitatem, quanta amaritudine poſſunt perorantibus. Cæterùm, quomodo ille erit obnoxius confuſionis, qui eam non capit? non vulua, licet virginis, tamen fœminæ, coagulatus, & ſi non ſemine, tamen ex lege ſubſtantiæ corporalis, ex fœminæ humore: non caro habitus antè formam: non pecus dictus, poſt figuram: non decem menſium cruciatu deliberatus: non ſubita dolorum concuſſione, cum tanti temporis cœno, per corporis cloacam effuſus ad terram: nec ſtatim lucem lacrymis auſpicatus, & primo retinaculi ſui vulnere: nec multum ablutus: nec ſale & melle medicatus: nec pannis iam ſepulturæ inuolucrum initiatus: nec exinde per immunditias inter ſinus volutatus, moleſtus vberibus, diu infans, vix puer, tardè homo: ſed dè cœlo expoſitus, ſemel grandis, ſemel totus, ſtatim Chriſtus, ſpiritus, & virtus, & Deus tantum. Cæterùm, vt non verus, qui non videbatur; ita nec dè crucis maledicto erubeſcendus, cuius carebat veritate, carens corpore.
p Luc. 9. 26. Non poterat itaque dixiſſe, [p] *Qui mei confuſus fuerit.* noſter hoc debuit pronuntiaſſe,
q Pſal. 8. 6. [q] *Minoratus à patre, modicò citra angelos*: [r] *Vermis, & non homo; ignominia hominis, & nulli-*
r Pſal. 21. 6.
s Eſa. 53. 5. *ficamen populi*; quatenus ita voluit, [s] *vt liuore eius ſanaremur*, vt dedecore eius ſalus noſtra conſtaret. Et meritò ſe pro ſuo homine depoſuit, pro imagine & ſimilitudine ſua, non aliena; vt, quoniam homo non erubuerat lapidem, & lignum adorans, eadem conſtantia non confuſus dè Chriſto, pro impudentia idololatriæ, ſatìs Deo faceret per impudentiam fidei. Quid horum Chriſto tuo competit, Marcion, ad meritum confuſionis? Planè pudere te debet, quòd illum ipſe finxiſti.

CAPVT XXII.

Transfigurationis Chriſti myſterium, per ſingulas partes in veteri lege delineatum.

In p. ad f. V. Chri. Magnalia. 6. à p. in Alphab. Errorum V. Ecſtaſis. 4. & ibid. V. Pſychici. 1. à m. V. Verbum Dei. 2.

NAM & hoc vel maximè erubeſcere debuiſti, quòd illum cum Moyſe & Helia in ſeceſſu montis conſpici pateris, quorum deſtructor aduenerat. Hoc ſcilicet intel-
a Luc. 9. 35. & ſeq. ligi voluit vox illa dè cœlo, [a] *Hic eſt filius meus dilectus, hunc audite*: id eſt, non Moyſen iam, & Heliam. Ergo ſufficiebat vox ſola ſine oſtentatione Moyſi, & Heliæ. Definiendo enim quem audirent, quoſcunque alios vetuiſſet audiri. Aut nunquid Eſaïam, & Hieremiam, cæteroſque quos non oſtendit, permiſit audiri, ſi vetuit quos oſtendit? Nunc & ſi præſentia illorum fuit neceſſaria, non vtique in colloquio oſtenderentur, quod familiaritatis indicium eſt: nec in conſortio claritatis, quod dignationis & gratiæ exemplum eſt: ſed in ſordibus aliquibus, quod deſtructionis argumentum eſt, immò in tenebris Creatoris; quibus diſcutiendis erat miſſus. longè etiam diſcreti à claritate Chriſti, qui voces & litteras ipſas eorum, ab Euangelio ſuo erat ſeparaturus. Sic in alienos demonſtrat illos, dum ſecum habet. Sic relinquendos docet, quos ſibi iungit. Sic deſtruit, quos de radiis ſuis exſtruit. Quid faceret Chriſtus ipſorum? Credo ſecundùm peruerſitatem, tales eos reuelaſſet, quales Chriſtus Marcionis debuiſſet; aut
Exo. 34. 6. quoſcunque alios ſecum, quàm Prophetas ſuos. Sed quid tam Chriſtus Creatoris, quàm
3. Reg. 17. 18 & ſeq. ſecum oſtendere prædicatores ſuos? cum illis videri, quibus in reuelationibus erat viſus: cum illis loqui, qui eum fuerant locuti: cum eis gloriam ſuam communicare, à
4. Reg. 19. quibus Dominus gloriæ nuncupabatur: cum principalibus ſuis, quorum alter populi

informator aliquando, alter reformator quandoque; alter initiator veteris Teſtamen- Deut. 18.
ti, alter conſummator noui. Igitur & Petrus meritò contubernium Chriſti ſui agnoſ- 3. Reg. 17.
cens indiuiduitate eius, ſuggerit conſilium, [b] *Bonum eſt nos hic eſſe.* Bonum planè, vbi Exo. 33.
Moyſes ſcilicet, & Helias. Et, *Faciamus hic tria tabernacula; vnum tibi, & Moyſi vnum,* 3. Reg. 19.
& Heliæ vnum: ſed neſciens quid diceret. Quomodo neſciens? vtrumnè ſimplici errore, Exo. 20.
an ratione quam defendimus in cauſa nouæ prophetiæ, gratiæ ecſtaſin, id eſt, amen- b Luc. 9. 33.
tiam conuenire? In ſpiritu enim homo conſtitutus, præſertim quum gloriam Dei con-
ſpicit, vel quum per ipſum Deus loquitur, neceſſè eſt excidat ſenſu, obumbratus ſci-
licet virtute diuina; dè quo inter nos, & Pſychicos quæſtio eſt. Interim facilè eſt amen-
tiam Petri probare. Quomodo enim Moyſem & Heliam cognouiſſet niſi in ſpiritu? Matth. 17. 4.
Nec enim imagines eorum vel ſtatuas populus habuiſſet & ſimilitudines, Lege prohi- Luc. 9. 3.
bente; niſi quia in ſpiritu viderat. & ita quod dixiſſet, in ſpiritu, non in ſenſu conſti- Exo. 20. 4.
tutus, ſcire non poterat. Cæterùm, ſi ſic neſcit quaſi errans, eo quòd putaret illorum
eſſe Chriſtum. ergo iam conſtat & ſuprà Petrum interrogatum à Chriſto, quem ſe
exiſtimarent, vt de Creatoris dixiſſe, [c] *Tu es Chriſtus;* quia ſi tunc alterius Dei illum co-
gnouiſſet, hîc quoque non erraſſet. Quòd ſi ideo & hic errauit, quia & ſuprà; ergo cer- c Luc 9. 20.
tus es in illum diem quoque nullam nouam diuinitatem à Chriſto reuelatam, & vſque Matt. 16. 16.
adhuc non erraſſe Petrum, Chriſto vſque adhuc nihil eiuſmodi reuelante; & tamdiu
non alterius deputandum Chriſtum, quàm Creatoris, cuius omnem & hîc ordinem
expreſſit. Tres dè diſcentibus arbitros futuræ viſionis & vocis aſſumit, & hoc Crea-
toris eſt, [d] *In tribus,* inquit, *teſtibus ſtabit omne verbum.* In montem ſecedit. Agnoſco Luc. 9. 28.
formam loci. Nam & priſtinum populum apud montem & viſione, & voce ſua Crea- d Deut. 19. 15.
tor initiarat. Oportebat in eo ſuggeſtu conſignari nouum Teſtamentum, in quo con- Luc. 9. 28.
ſcriptum vetus fuerat; ſub eodem etiam ambitu nubis, quam nemo dubitauit dè aëre Exo. 19. 3.
Creatoris conglobatam, niſi & nubes ſuas illò deduxerat, quia & ipſe per cœlum Crea- Ibid. 9.
toris viam ruperat; aut proinde & nubilo Creatoris precariò vſus eſt. Itaque nec nunc
muta nubes fuit, ſed vox ſolita dè cœlo, & Patris nouum teſtimonium ſuper Filio: at-
que in ſecundo Pſalmo, [e] *Filius meus es tu: ego hodie genui te.* Dè quo & per Eſaïam,
[f] *Quis Deum metuens, audiat vocem filij eius?* Itaque iam repræſentans eum, [g] *Hic eſt filius* e Pſal. 2. 7.
meus, vtique ſubauditur, quem repromiſi. Si enim repromiſit aliquando, & poſtea di- f Eſa. 50. 10.
cit, *Hic eſt;* eius eſt exhibentis voce vti in demonſtratione promiſſi, qui aliquando g Luc. 9. 35.
promiſit; non eius cui poſſit reſponderi, Ipſe enim tu quis es qui dicas, *Hic eſt filius*
meus; dè quo non magis præmiſiſti, quàm teipſum, quod prius eras reuelaſti? *Hunc igi-*
tur audite, quem ab initio edixerat audiendum in nomine Prophetæ, quoniam & Pro-
phetes exiſtimari habebat à populo. [h] *Prophetam,* inquit Moyſes, *ſuſcitabit vobis Deus ex* h Deut. 18.
filijs veſtris; ſecundùm carnalem ſcilicet cenſum: *tanquam me audietis illum.* Omnis 15. 18. 19.
autem qui illum non audierit, exterminabitur anima eius dè populo ſuo. *Sic & Eſaias,*
[i] *Quis in vobis metuens, exaudiat vocem filij eius:* Quam & ipſe pater commendaturus i Eſa. 50. 10.
erat. Siſtens enim verba filij ſui, dicendo ſcilicet, *Hic eſt filius meus dilectus; hunc audite*
inquit. Itaque & ſi facta tranſlatio ſit auditionis à Moyſe, & Helia in Chriſto, ſed non
vt ab alio Deo, nec ad alium Chriſtum, ſed à Creatore in Chriſtum eius, ſecundùm
deceſſionem veteris, & ſucceſſionem noui Teſtamenti. [k] *Non legatus,* inquit Eſaias, *nec* k Eſa. 63. 9.
nuntius, ſed ipſe Dominus ſaluos eos fecit. ipſe iam prædicans & implens Legem, & Pro-
phetas. Tradidit igitur pater filio diſcipulos nouos; oſtenſis prius cum illo Moyſe, & Luc. 9. 36.
Helia in claritatis prærogatiua, atque ita dimiſſis, quaſi iam & officio & honore diſpun-
ctis; vt hoc ipſum confirmaretur, propter Marcionem, ſocietatem eſſe etiam claritatis
Chriſti cum Moyſe, & Helia. Totum autem habitum viſionis iſtius habemus etiam
apud Abacuc, vbi Spiritus ex perſona interdum Apoſtolorum, [l] *Domine, audiui auditum* l Habac. 3. 1.
tuum, & extimui. Quem magis, quàm vocis cœleſtis illius, [m] *Hic eſt filius meus dilectus,* m Luc. 9. 35.
hunc audite? [n] *Conſideraui opera tua, & excidi mente.* Quando magis, quàm cùm viſa clari- n Habac. 3. 2.
tate eius, *neſcijt quid diceret Petrus? In medio duorum animalium cognoſceris,* Moyſi & He- o Luc. 9. 33.
liæ. Dè quibus & Zacharias vidit in figura duarum olearum, & duorum ramulorum p Habac. 3. 2.
oleæ. Nam hi ſunt, de quibus dictum eſt illi, [q] *Duo filij opimitatis adſiſtunt Domino vni-* Exo. 7.
uerſæ terræ. Et rurſum idem Abacuc, [r] *operuit cælos virtus;* vtique nubilo illo. Et *ſplendor* q Zach. 4. 14.
eius vt lux erit; vtique qua etiam veſtitus eius refulſit. Et ſi commemoremus promiſſio- r Habac. 3. 3.
nis Moyſi, hîc inuenietur expuncta. Quum enim deſideraſſet conſpectum Domini Luc. 9. 29.
Moyſes dicens, [ſ] *Si ergo inueni gratiam coram te, manifeſta te mihi, vt cognoſcenter videam*
te; eum conſpectum deſiderans, in quo hominem eſſet acturus, quod Propheta ſcie- ſ Exo. 33. 13.
bat. cæterùm, [t] *Dei faciem (iam audierat) nemo homo videbit, & viuet. Et hunc,* inquit, *ſer-* t Exo. 33. 20.
monem quem dixiſti, faciam tibi. Et rurſus Moyſes, [u] *Oſtende mihi gloriam tuam.* Et Dominus u Ibid. 18.

x Ibid. 23. ſimiliter de futuro, x *Ego praecedam in gloria mea.* & reliqua. Et in nouiſſimo, *Ex tunc*
videbis poſteriora mea. Non lumbos, nec ſuras; ſed quam deſiderauerat gloriam in
y Num. 12. 6. poſterioribus temporibus reuelandam. In qua, facie ad faciem viſibilem ſe ei repromittit,
etiam ad Araonem dicens, y *Si fuerit Prophetes in vobis, in viſione cognoſcar illi, & in vi-*
& Ibid. 8. *ſione loquar ad eum, non quomodo ad Moyſem; os ad os loquar ad eum in ſpecie (vtique homi-*
z Exo. 3. 11. *nis, quam erat geſtaturus,) non in aenigmate.* Nam & ſi Marcion noluit eum colloquentem
Exo. 34. 35. Domino oſtenſum, ſed ſtantem; & tamen z *& ſtans os ad os ſtabat, & faciem ad faciem cum*
illo, inquit, non extra illum, in gloriam ipſius, nedum in conſpectum. Dè qua gloria non
aliter illuſtratus diſceſſit à Chriſto, quàm ſolebat à Creatore: proinde tunc oculos per-
cutiens filiorum Iſraëlis, quemadmodum & nunc excaecati Marcionis, qui hoc quoque
argumentum aduerſus ſe facere non vidit.

CAPVT XXIII.

Aduenititium & nouellum Marcionis Chriſtum exagitat, eiuſque interpretationem ridet, quae-
rens vnde veniat. Chriſtus autem noſter, iuſtus & lenis, pueros admittit, & volentem ſequi
repellit, arcet alium à ſepultura patris, omnia iuxta legem veterem loquens, & agens.

In p. V. Chri verba. 7. à p. V. Homilitas. 1. in m. V. Dei iuſtitia, & bonitas. 13. & V. pueri, & V.
Nuptias impugnant haeretici. 5. circa. f. V. Hypocriſis. 3. V. Sacerdotium. 3. in f. V. Relapſus. 1.

a Luc. 9. 41. SVSCIPIO in me perſonam Iſraëlis. Stet Chriſtus Marcionis, & exclamet, a *O ge-*
neratura incredula, quouſque ero apud vos? quouſque ſuſtinebo vos? Statim à me audire debe-
bit, Quiſquis es eperchomene, prius ede qui ſis, & à quo venias, & quod in nobis tibi
jus. Vſque adhuc Creatoris eſt totum apud te. Planè ſi ab illo venis, & illi agis, admit-
timus increpationem. Si verò ab alio, dicas velim quid nobis vnquam de tuo commiſiſti,
quod credere debuiſſemus, vt exprobres incredulitatem, qui nec teipſum aliquando no-
bis reuelaſti? Quam olim apud nos agere cœpiſti, vt tempus queraris? in quibus nos ſu-
b Luc. 9. 41. ſtinuiſti, vt patientiam imputes? Aſinus de Æſopi puteo modò venis, & jam exclamas.
Si ſcipio adhuc & perſonam diſcipulorum in quos inſiliit, b *O Natio incredula, quàmdiu*
ero vobiſcum, quàm diu vos ſuſtinebo? Hanc eruptionem eius vtique hoc modo iuſtiſſimè
repercuterem: quiſquis es eperchomene, prius ede qui ſis, à quo venias, quod tibi jus ſit
in nobis? vſque adhuc puto creatoris es, & ideo ſecuti ſumus recognoſcentes omnia il-
lius in te. Quod ſi ab illo venis, admittimus increpationem. Si vero alii agis, oro te,
dicas quid nobis aliquando commiſiſti duntaxat de tuo, quod jam crediſſe debuiſſemus,
vt exprobres incredulitatem, qui nec auctorem tuum vſque adhuc edis? Quàm olim au-
tem apud nos agere cœpiſti? vt tempus quoque opponas. In quibus autem nos ſuſtinuiſti,
vt & patientiam jactes? Aſinus de Æſopi puteo modò huc apparuit, & iam exclamat.
Quis non ita iniuſtitiam increpationis retudiſſet, ſi eius eum crediſſet, qui nondum
queri debuiſſet? niſi quò nec ille eos inſiliſſet, ſi non olim apud illos in Lege, in Prophe-
tis, in virtutibus & beneficiis deuerſatus, incredulos ſemper fuiſſet expertus. Sed ecce
c Luc. 9. 47. & ſeq. c *Chriſtus diligit paruulos, tales eſſe docens debere, qui ſemper majores velint eſſe.* Creator
autem vrſos pueris immiſit, vlciſcens Heliſaeum propheten, conuicia ab eis paſſum. Satis
4. Reg. 2. 24. impudens antitheſis, quum tam diuerſa committit, paruulos & pueros: innocentem
adhuc aetatem, & iudicii iam capacem, quae conuiciari poterat, nè dicam blaſphemare.
Exo 1. 15. Quà ergo iuſtus Deus, nec pueris impiis pepercit, exigens maiori aetati honorem, &
vtique magìs à minore. Quà verò bonus adeò diligit paruulos, vt apud Ægyptum bene-
fecerit obſtetricibus protegentibus partus Hebraeos periclitantes edicto Pharaonis. Ita
& haec affectio Chriſti cum Creatore eſt. Iam nunc Deus Marcionis, qui connubium
Exo. 1. 16. aduerſabatur, quomodo videri poteſt paruulorum dilector, quorum tota cauſa connu-
bium eſt? Qui ſemen odit, fructum quoque execretur neceſſè eſt. Næ ille ſaeuior haben-
Gen. 2. 28. dus Ægyptio rege. nam Pharao educari non ſinebat infantes: iſte nec naſci, auferens
vitam illis etiam decem menſium in vtero. Atenim quanto credibilius, vt eius deputetur
4. Reg 1. 10. affectio in paruulos, qui benedicendo connubium in propagationem generis humani,
ipſum quoque fructum connubii benedicendo promiſit, qui de infantia primus eſt. Re-
Luc. 9. 54. praeſentat Creator ignium plagam Helia poſtulante in illo Pſeudopropheta. Agnoſco
iudicis ſeueritatem; è contrario, Chriſti lenitatem, increpantis eandem animaduerſio-
d Eſa. 42. 2. nem deſtinantes diſcipulos, ſuper illum viculum Samaritarum. Agnoſcat & haereticus
ab eodem ſeueriſſimo iudice promitti hanc Chriſti lenitatem. d *Non contendet*, inquit,
nec vox eius in platea audietur. harundinem quaſſatam non comminuet, & linum fumigans
e 3. Reg. 19. 12. *non extinguet.* Talis vtique multò magìs homines non erat crematurus. Nam & tunc ad
Luc. 9. 57. Heliam, e *Non in igni (inquit Dominus) ſed in ſpiritu miti.* Atenim humaniſſimus Deus,

cur recuſat eum, qui ſe tam induiduum illi comitem offert? Si quia ſuperbè, vel ex hy- Luc. 9. 57.
pocriſi dixerat, *Seqnar te quocunque ieris*; ergo aut ſuperbiam, aut hypocriſin recuſandam
iudicando iudicem geſſit. Et vtique damnauit, quem recuſauit, non conſecuturum ſcili-
cet ſalutem. Nam ſicut ad ſalutem vocat, quem non recuſat, vel etiam quem vltro vocat;
ita in perditionem damnat quem recuſat. Illi autem cauſſato patris ſepulturam, quum
reſpondet, [f] *Sine, mortui ſepeliant mortuos ſuos: tu autem vade, & annuntia regnum Dei*;
vtramque legem Creatoris manifeſtè confirmauit, & de ſacerdotio in Leuitico prohi- f Luc. 9. 59. 60.
bentem ſacerdores ſupremis etiam parentum intereſſe: [g] *Super omnem*, inquit, *animam
defunctam ſacerdos non introibit, & ſuper parentem ſuum non contaminabitur*. Et de deuo- g Leuit. 21. 1. 11.
tione in Arithmis, Nam & illic, qui ſe Deo vouerit, inter cætera iubet, [h] *nè ſuper vllam* h Num. 6. 6. 7.
animam introeat defunctam, nè ſuper patris quidem, aut matris, aut fratris. Puto autem &
deuotioni, & ſacerdotio deſtinabat, quem prædicando regno Dei imbuerat. Aut ſi non
ita eſt, ſatis impius pronuntiandus, qui nulla ratione legis intercedente, ſepulturas pa- Luc. 9. 61. 62.
rentum deſpici à filiis imperabat. Quum verò & tertium illum, prius ſuis valedicere pa Gen. 19. 17.
rantem, prohibet retro reſpectare, ſectam Creatoris exequitur. Hoc & ille noluerat
feciſſe, quos ex Sodomis liberarat.

CAPVT XXIV.

Diſcipulos ſeptuaginta mittit Chriſtus, eoſque iubet omnia ſecundùm legem veterum exequi.

In p. V. Diſcipuli & V. Prouidentia. 5. à p. V. Calceus. 2. & V. Deus iudex. 3. & V. Pax. 1. & V. ſalutatio. in m. V. miſericordia. 2. à. m. V. iudicii tempus. 1. & V. Paſtor. 3. circa. f. V. Chriſtianus. 21. & V. Chriſtianus. 19. in f. V. Chriſtus medicus. 3.

[a] ADLEGIT *& alios ſeptuaginta Apoſtolos* ſuper duodecim. Quo enim a Luc. 10. 1.
duodecim? ſecundùm totidem fontes in Elim; ſi non & ſeptuaginta, ſe- Nuum 33. 9
cundum totidem arbuſta palmarum? Antitheſes plurimum cauſſarum diuerſitas fecit,
non poteſtatum. Sed qui diuerſitatem cauſſarum non reſpexit, facilè eam poteſtatem
exiſtimauit. Profectionem filiorum Iſraëlis, Creator, etiam illis ſpoliis aureorum, & ar-
genteorum vaſculorum, & veſtium, præter oneribus conſparſionum offarcinatam edu- Num. 33. 1.
xit de Ægypto: Chriſtus autem nec virgam diſcipulis in viam ferre præſcripſit. Illi enim Exo. 12. 34.
in ſolitudinem promouebantur; hi autem in ciuitates mittebantur. Conſidera cauſſa- & ſeq.
rum offerentiam, & intelliges vnam & eandem poteſtatem, quæ ſecundùm penuriam & Luc. 10. 4.
copiam expeditionem ſuorum diſpoſuit; proinde per ciuitates abundaturam circunci-
dens, ſicut & egituram per ſolitudinem ſtruxerat. Etiam [i] *calciamenta portare vetuit illos*. Ipſe i Luc. 10. 4.
enim erat, ſub quo nec in ſolitudine per tot annos populus calciamenta detriuerat. [k] *Nemi-* Deut. 29. 5.
nem, inquit, *per viam ſalutaueritis*. O Chriſtum deſtructorem Prophetarum, à quibus hoc k Luc. 10. 4.
quoq; accepit: Heliſæus, quum Giezin puerum ſuum mitteret in viam ad filium Sunamiti-
dis reſuſcitandũ dè morte, puto ſic ei præcepit; [l] *Accinge lumbos tuos, & ſume bacillum meum
in manum, & vade: quemcumque conueneris in via, nè benedixeris eum*; id eſt, nè ſaluta- l 4. Reg. 4. 28.
ueris: *& qui te benedixerit, nè reſponderis ei*, id eſt, nè reſalutaueris. Quæ eſt enim inter Ibid.
vias benedictio, niſi ex occurſu mutua ſalutatio? Sic & Dominus, [m] *In quam introiſſent*
domum, pacem ei dicere; exemplo eodem eſt. Mandauit enim & hoc Heliſæus, quum in- m Luc. 10. 5.
troiſſet ad Sunamitin, diceret ei, [n] *Pax viro tuo, pax filio tuo*. Hæc erunt potius noſtræ n 4. Reg. 4. 26.
antitheſes, quæ comparant, non quæ ſeparant Chriſtum. [o] *Dignus eſt autem operarius
mercede ſua* quis magìs pronuntiarit quàm Deus iudex? Quia & hoc ipſum iudicare eſt, o Luc. 10. 7.
dignum facere mercede operarium. Nulla retributio non ex iudicatione conſtitit. Iam
nunc & hîc lex conſignatur Creatoris, etiam boues operantes dignos operarios mercede
iudicantis. [p] *Boui*, inquit, *terenti os non colligabis*. Quis tam præſtans in homines, niſi qui
& in pecudes? Quòd ſi & Chriſtus dignos mercede pronuntiat operarios, excuſauit præ- p Deut. 25. 4. & 1. Cor. 9. 9.
ceptum illud Creatoris, de vaſis aureis & argenteis Ægyptiorum auferendis. Qui enim
villas & vrbes operati fuerant Ægyptiis, digni vtique operarii mercede, non ad fraudem & 1. Tim. 5. 18.
ſunt inſtructi, ſed ad mercedis compenſationem, quam aliàs à dominatoribus exigere non
poterant. Regnum Dei, neque nouum, neque inauditum, ſic quoque confirmauit, dum Exo. 12. 2. & 35.
illud iubet annuntiari adpropinquaſſe. Quod enim longè fuerit aliquãdo, id poteſt dici ad
propinquaſſe. Si autem nunquam retro fuiſſet, antequam adpropinquaſſet, nec dici potuiſ- Exo. 1. 11.
ſet adpropinquaſſe, quod nunquam longè fuiſſet. Omne quod nouum & incognitum eſt, Luc. 10. 9.
ſubitum eſt. Omne quod ſubitum eſt, quum annuntiatur, tunc primùm ſpeciem induceos,
tunc primum accipit tempus. Cæterum, nec retro tardaſſe poterit, quamdiu non annun-
tiabatur nec ex quo annuntiari cœperit, adpropinquaſſe. Etiam adjicit, vt eis qui illos
non recepiſſent, dicerent; [q] *Scitote tamen adprapinquaſſe regnum Dei*. Si hoc non & commi- Luc. 10. 11.

q Luc. 10. 11. nationis gratia mandat, vaniſſimè mandat. Quid enim ad illos ſi adpropinquaret regnū niſi quia cum iudicio adpropinquat? in ſalutē ſcilicet eorum, qui annuntiationem eius
Luc. 9. 5. recepiſſent. Quomodo? ſi comminatio non poteſt ſine executione, habes Deum executorem in comminatore, & iudicem in vtroque? Sic & puluerem iubet excuti in illos, in teſtificationem, & hærentiam terræ eorum, nedum communicationis reliquæ. Si enim inhumanitas & inhoſpitalitas nullam ab eo relaturæ ſunt vltionem, cui rei præmittit teſtificationem, minas vtique portendentem? Porro, quum etiam Creator in
Deut. 23. 3. Deuteronomio, Ammonitas, & Moabitas prohibeat recipi in Eccleſiam, quòd populum Ægypto profectum, inhumanè & inhoſpitaliter copiis defraudaſſent. ergo in Chriſtum inde manaſſe conſtabit communicationis interdictum, vbi habet formam,
r Luc. 10. 16. [r] *Qui vos ſpernit, me ſpernit.* Hoc & Moyſi Creator, [s] *Non te contempſerunt, ſed me.* Tam
s 1. Reg. 8. 7 enim Apoſtolus Moyſes, quàm & Apoſtoli Prophetæ. Æquanda erit auctoritas vtriuſ-
t Luc. 10. 19. que officij, ab vno eodemque Domino Apoſtolorum, & Prophetarum. Quis nunc [t] *dabit poteſtatem calcandi ſuper colubros, & ſcorpios?* Vtrumnè omnium animalium Dominus, an nec vnius lacertæ Deus? Sed benè quòd Creator hanc poteſtatē etiam paruulis
u Eſa. 11. 8. pueris per Eſaïam repromiſit, [u] *conijcere manum in cauernam aſpidum, & in cubile natorum aſpidum, nec omnino lædi.* Et vtique ſcimus (ſalua ſimplicitate ſcripturæ; nam nec & ipſæ
x Ephes. 6. 12 beſtiæ nocere poterunt, vbi fides fuerit) figuratè ſcorpios & colubros portendi [x] *ſpiritalia malitiæ*, quorum ipſe quoque princeps in ſerpentis, & draconis, & immaniſſimæ cuiuſque beſtiæ nomine deputetur, penes Creatorem, largitum hanc poteſtatem priori
y Pſ. 90. 13. Chriſto ſuo: ſicut nonageſimus Pſalmus ad eum, [y] *Super aſpidem, & baſiliſcum incedes, & conculcabis leonem, & draconem;* ſicut etiam Eſaïas, [z] *Illa die ſuperducet Dominus Deus ma-*
z Eſa. 27. 1. *chæram ſanctam, magnam & fortem,* Chriſtum ſcilicet ſuum, *in draconem illum colubrum*
aa Eſa. 35. 8. *magnum, & tortuoſum, & interficiet eum illa die.* Sed quum idem, [aa] *Via munda, & via ſancta vocabitur, & non tranſibit illic immundum, nec erit illic via immunda: qui autem diſperſi erunt, vadent in ea, & non errabunt; & non erit iam illic leo, nec ex beſtijs peſſimis quicquam aſcendet in eam, nec inuenietur illic;* quum via fidem demonſtret, per quam ad Deum perueniemus, iam tunc eidem viæ, id eſt fidei, hanc erogationem, & ſubiectionem beſtiarum pollicetur. Denique & tempora promiſſionis congruere inuenias, ſi quæ antecedunt, legas. [bb] *Inualeſcite manus dimiſſæ, & genua reſoluta. Tunc patefient oculi cæcorum, &*
bb Eſa. 35. 3. & ſeq. *aures exaudient ſurdorum. Tunc ſaliet claudus vt ceruus, & clara erit lingua mutorum.* Igitur
Luc. 10. 19. vbi medicinarum edidit beneficia, tunc & ſcorpios, & ſerpentes ſanctis ſuis ſubdidit,
Luc. 10. 21. ille ſcilicet qui hanc poteſtatem, vt & aliis præſtaret, prior acceperat à Patre, & ſecun-
9. dùm ordinem prædicationis exhibuit.

CAPVT XXV.

Chriſtus laudat Patrem quòd abſconderit ſua ſapientibus; legis perito quid faciendum reſpondet.

In p. V. Marcionis Deus numero 10. à p. V. Humilitas. 2. circa. m. V. Chri. Magnalia. 5. à m. V. Apoſtoli. 3. à m. ad f. V. Amor Dei. 5.

QVIS Dominus cœli inuocabitur, qui non prius factor oſtenditur? [a] *Gratias*
a Luc. 10. 21. *tibi*, inquit, *ago, & confiteor, Domine cœli, quod ea quæ erant abſcondita ſapientibus, & prudentibus, reuelaueris paruulis.* Quæ iſta? & cuius? & à quo abſcondita? & à quo reuelata? Si à Deo Marcionis abſcondita, & reuelata, qui omnino nihil præmiſerat; in quo aliquid abſconditum eſſe potuiſſet, non prophetias, non parabolas, non viſiones, non vlla rerum, aut verborum, aut nominum argumenta, per allegorias & figuras, vel ænigmatum nebulas obumbrata; ſed ipſam magnitudinem ſui abſconderat, quam cummaximè per Chriſtum reuelabat, ſatis iniquè. Quid enim deliquerant ſapientes & prudentes, vt abſconderetur illis Deus? ad quem cognoſcendum non ſuffecerat ſapientia atque prudentia illorum, nulla via data ab ipſo per aliquam operum prædicationem; vel veſtigia, per quæ ſapientes atque prudentes deducerentur. Quamquam & ſi in aliquo deliquiſſent erga Deum ignotum, pone tunc notum; non tamen zelotem eum experiri debuiſſent, qui diſſimilis Creatoris inducitur. Igitur ſi nec materias præmiſerat, in quibus aliquid occultaſſet; nec reos habuerat, à quibus occultaſſet; nec debuerat occultaſſe, etiam ſi habuiſſet; iam nec reuelator ipſe erit, qui abſconditor non fuit: ita nec Dominus cœli, nec Pater Chriſti; ſed ille, in quem competunt omnia. Nam & abſcondit præmiſſo obſcu-
b Eſa. 7. 9. ritatis propheticæ inſtrumento, cuius intellectum fides mereretur: [b] *Niſi enim credideri-*
Rom. 1. 21. *tis, non intelligetis;* & reos habuit ſapientes atque prudentes, ex ipſis operibus tot ac tantis

tantis intelligibilem Deum non requirentes, vel perperam in illum philoſophantes,
& ingenia hæreticis ſubminiſtrantes; & nouiſſimè, [c] *zelotes eſt*. Denique olim hoe per c Exo 20 5.
Eſaiam concionabatur, quod Chriſtus gratulatur; [d] *Perdam ſapientiam ſapientium, &* d Eſa. 29. 14.
prudentiam prudentium celabo. Sicut & alibi tam abſcondiſſe, quàm reuelatum eſſe ſigni- e Eſa. 45. 3.
ficat, [e] *Et dabo illis theſauros abſconditos, inuiſibiles aperiam illis*. Et rurſus, [f] *Quis alius di-* f Eſa. 44. 25.
ſſiciet ſigna ventriloquorum, & diuinationes ex corde, auertens in poſteriora ſapientes, & cogi-
tationes eorum infatuans? Si autem & Chriſtum ſuum illuminatorem Nationum deſi-
gnauit, [g] *Poſui te in lucem Nationum*; quas interpretamur in nomine paruulorum, ſenſu g Eſa. 42. 6.
ſcilicet retro paruas, & imprudentia infantes; iam verò & humilitate fidei puſillas: fa- & cap. 49. 6.
cilius vtique credemus eundem etiam paruulis reuelaſſe per Chriſtum, qui & retro
abſconder & per Chriſtum reuelationem repromiſerit. Aut ſi Deus Marcionis, ea
quæ à Creatore abſcondita retro fuerant, patefecit: ergo iam Creatori negotium geſ-
ſit, r s eius ediſſerens. Sed in deſtructionem, inquis, vti traduceret eas: ergo illis tra-
duxiſſe debuerat, quibus Creator abſcondidit, ſapientibus & prudentibus. Si enim
benignitate faciebat, illis erat agnitio præſtanda, quibus fuerat negata; non paruulis,
quibus nihil Creator inuiderat. Et tamen vſque adhuc, puto, probamus exſtructio-
nem potius Legis & Prophetarum inueniri in Chriſto, quàm deſtructionem. [h] *Omnia* h Luc. 10 22
ſibi tradita dicit à Patre. Credas, ſi Creatoris eſt Chriſtus, cuius omnia; quia non minori
ſe tradidit omnia filio Creator, quæ per eum condidit, per ſermonem ſuum ſcilicet.
Cæterùm, ſi eperehomenos ille, quæ ſunt omnia quæ illi à Patre ſunt tradita? quæ ſunt
Creatoris? Ergo bona ſunt quæ Pater Filio tradidit; & bonus iam Creator, cuius om-
nia bona ſunt; & ille iam non bonus, qui in aliena bona inuaſit, vt filio traderet, do-
cens alieno abſtinere. Certè mendiciſſimus, qui nec filium vnde ditaret habuit, niſi
dè alieno. Aut ſi nihil dè Creatoris traditum eſt ei à Patre, & quomodo hominem
Creatoris ſibi vendicat? Aut ſi ſolus homo ei traditus eſt; omnia homo non eſt. Scri-
ptura autem omnium edicit traditionem filio factam. Sed & ſi omnia ad hominum ge-
nera, id eſt, ad omnes Nationes interpretaberis; & has filio tradidiſſe Creatoris eſt:
[i] *Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ*. Aut ſi habet & ipſe i Pſal. 2. 8
aliqua ſua, quæ omnia filio traderet, pariter cum homine Creatoris, oſtende vnum
aliquod ex omnibus, in fidem, in exemplum; nè tam meritò non credam eius eſſe om-
nia, cuius nihil video, quàm meritò credam, etiam quæ non video eius eſſe, cuius ſunt
vniuerſa quæ video. Sed, [k] *Nemo ſcit qui ſit pater, niſi filius; & qui ſit filius, niſi pater, &* k Luc. 10 22
cuicunque filius reuelauerit. Atque ita Chriſtus ignotum Deum prædicauit. Hinc enim
& alij hæretici fulciuntur, opponentes Creatorē omnibus notum; & Iſraëli, ſecundùm
familiaritatē & rationibus ſecundùm naturam. Et quomodo ipſe reſtatur nec Iſraeli
cognitum ſe? [l] *Iſrael autem me non cognouit, & populus me non intellexit*; nec Nationibus, l Eſa. 1. 3.
[m] *Ecce enim nec dè Nationibus*, inquit, *nemo*; propter quod & [n] *illas ſtillicidium ſitulæ depu-* m Eſa. 63. 3.
tauit, & [o] *Sionem tanquam ſpeculam in vinea dereliquit*. Vide ergo an confirmatio ſit pro- n Eſa. 40. 15
pheticæ vocis, exprobrantis ignorantiam in Deum humanam, quæ fuerit ad filium vſ- o Eſa 1. 8
que. Nam & ideo ſubtexuit, [p] *ab eo cognoſci Patrem, cui Filius reuelauerit*: quoniam ipſe p Luc. 10 22
erat, [q] *qui poſitus à Patre illuminatio Nationum annuntiabatur*, vtique dè Deo illuminan- q Eſa. 4. 26.
darum; etiam Iſraëlis, vtique per agnitionem Dei pleniorem. Ita non proficient argu-
menta in fidem Dei alterius, quæ Creatori competere poſſunt: quia quæ non compe-
tent Creatori, hæc poterunt in fidem proficere Dei alterius. Si & ſequentia inſpicias,
[r] *Beati oculi qui vident quæ videtis: Dico enim vobis, quia Prophetæ non viderunt quæ vos vide-* r Luc. 10. 23.
tis; dè ſuperiori ſenſu deſcendunt; adeo neminem, vt decuit, Deum cognouiſſe; quan-
do nec Prophetæ vidiſſent, quæ ſub Chriſto videbantur. Nam ſi non meus eſſet Chri-
ſtus, nec Prophetarum hoc in loco mentionem collocaſſet. Quid enim mirum, ſi non
viderant res Dei ignoti, & tanto pòſt æuo reuelati? Quæ autem fuiſſet fœlicitas eorum
qui tunc videbant quæ alij meritò vidiſſe non poterant, ſi non erant conſecuti repræ-
ſentationem eorum quæ nunquam prædicarant, niſi quoniam poterant vidiſſe, qui
Dei ſui res quas etiam prædicauerant, non tamen viderant? Hæc autem fœlicitas
erit aliorum, qui videbant, quæ alij tantùm prædicauerant. Denique oſtendemus, &
iam oſtendimus, ea viſa in Chriſto. quæ fuerant prædicata; abſcondita tamen & ab
ipſis Prophetis, [ſ] *vt abſconderentur & à prudentibus ſeculi*. In Euangelio veritatis, le- ſ Matth. 11.
gis doctor Dominum aggreſſus, [t] *Quid faciens*, inquit, *vitam æternam conſequar?* 25.
In hæretico, vita ſolummodò poſita eſt, ſine æternæ mentione, vt doctor dè ea t Luc. 10. 25.
vita videatur conſuluiſſe, quæ in lege promittitur à Creatore longæua; & Dominus Exo. 20. 12.
ideo illi ſecundùm legem reſponſum dediſſe, [u] *Diliges Dominum Deum tuum ex toto* u Deut. 6. 5.
corde tuo, & ex tota anima tua, & totis viribus tuis; quoniam dè lege vitæ ſciſcitabatur. Luc. 10. 27.

Sed ſi tentat vtique legis doctor, quo pacto vitam legalem conſequi poſſet, vt non de ea interrogaſſet, cuius regulas etiam docebat. Sed quia & mortui jam ſuſcitabantur à Chriſto, exſuſcitatus ad ſpem æternæ vitæ, per exempla recentiora, nè plus aliquid obſeruationis exigeret ſublimior ſpes, idcirco conſuluit de æternæ vitæ conſecutione. Itaque Dominus vt nec ipſe alius; nec aliud nouum inſerens præceptum, quàm quod principaliter ad omnem ſalutem, & vtramque vitam facit, ipſum caput ei legis proponit, omnifariam diligendi Dominum Deum tuum. Denique ſi de vita longæua & ille conſuluit, & Chriſtus reſpondit, quæ ſit penès Creatorem; non de æterna quæ ſit penes Marcionis Deum, quomodo conſequitur æternam? Non vtique eodem modo quo & longæuam. Pro differentia enim mercedum, operarum quoque credenda diſtantia eſt. Ergo non ex dilectione Dei tui conſequetur vitam æternam Marcionitis, ſicut longæuam dilector Creatoris. Sed quale eſt, vt non magìs diligendus ſit, qui æternam pollicetur, ſi diligendus eſt qui longæuam repromittit? Ergo eiuſdem erit vtraque vita, quum eadem eſt vtriuſque vitæ captanda diſciplina. Quod Creator docet, id & Chriſto opus eſt diligi, vt præſterintueniente & hîc illa præſcriptione, qua facilius apud eum debeant credi majora, apud quem minora præcedunt; quàm apud eum, cui nullam de majoribus fidem aliqua minora præparauerunt. Viderit nunc ſi æternam noſtri addiderunt. Hoc mihi ſatìs eſt, quod Chriſtus ille æternæ, non longæ vitæ inuitator, de longæua conſultus quam deſtruebat, non ad æternam potius exhortatus eſt hominem, quam inferebat. Quid oro te, feciſſet Chriſtus Creatoris, ſi qui Creatori diligendo ædificauerat hominem, non erat Creatoris? Credo negaſſet diligendum Creatorem.

CAPVT XXVI.

Chriſtus docet orationem dominicam, parabolas orationis inducit, dæmonium ſurdum expellit: mulier de turba ei acclamat.

In p. V. Oratio. 4. à p. ad vltra. m. V. Oratio. 5. circa f. V. Chriſtus medicus. 8. inf. V. Chriſti caro. 6. in f.

QVVM in quodam loco oraſſet ad patrem illum ſuperiorem, ſatis impudentibus &
Luc. 11. 1. temerariis oculis ſuſpiciens ad cœlum Creatoris, a quo tam aſpero & ſæuo, &
grandine & fulmine potuiſſet elidi, ſicut & Hieruſalem figi ab eo potuit; aggreſſus
a Ibid. enim ex diſcipulis quidam, [a] *Domine*, inquit, *doce nos orare, ſicut & Ioannes diſcipulos ſuos docuit*; ſcilicet quia alium Deum aliter exiſtimaret orandum. Hoc qui præſumpſerat, prius eſt probet alium Deum editum à Chriſto. nemo enim antè voluiſſet orare noſſe, quàm didiciſſet quem oraret. Igitur ſi didicerat, proba. Si nunquam vſque adhuc probas, ſcito illum in Creatorem tantùm orationis poſtulaſſe in quam etiam diſcipuli Ioannis ôrabant. Sed quia & Ioannes nouum aliquem ordinem orationis induxerat, ideo hoc & à Chriſto diſcipulus eius poſtulandum non immeritò præſumpſerat, vt & illi de proprio magiſtri ſui inſtituto, non alium, ſed aliter Deum orarent. Proinde nec Chriſtus antè orationis notitiam diſcipulo contuliſſet, quàm Dei ipſius. Ita & ipſe in eum docuit orationem, quem diſcipulus vſque adhuc nouerat. Denique ſenſus orationis quem Deum
Luc. 11. 2. ſapiant recognoſce. Cui dicam, Pater? ei qui me omnino non facit? à quo originem
Ibid. 13. non traho? an ei qui me faciundo, & inſtruendo generauit? A quo Spiritum ſanctum
b Pſal. 103. 5. poſtulem? a quo nec mundialis ſpiritus præſtatur? [b] *an à quo fiunt etiam angeli ſpiritus*? cuius
c Gen. 1. 2. & in primordio [c] *ſpiritus ſuper aquas ferebatur*? Eius regnum optabo venire, quem nun-
Luc. 11. 2. quam regem gloriæ audiui? [d] *in cuius manu etiam corda ſunt regum*? Quis dabit mihi pa-
d Prou. 21. 1. nem quotidianum? qui nec milium mihi condit, an qui etiam de cœlo panem angelo-
Luc. 11. 3. Pſal. 77. rum quotidianum populo ſuo præſtitit? Quis mihi delicta dimittet? qui ea non judican-
Luc. 11. 4. do non retinet? an qui ſi dimiſerit, retinebit vt iudicet? Quis non ſinet nos deduci
Luc. 11. 4. in tentationem? quam poterit tentator non timere, an qui à primordio tentatorem angelum prædamnauit? Hoc ordine qui alii Deo ſupplicat, & non Creatori, non orat
Luc. 11. 9. illum, ſed infamat. Proinde à quo petam, vt accipiam? apud quem quæram, vt inueniam? ad quem pulſabo, vt aperiatur mihi? Quis habet petenti dare, niſi cuius omnia? cuius ſum etiam ipſe qui peto. Quid autem perdidi apud Deum illum, vt apud
Matth. 11. 25 eum quæram & inueniam? Si ſapientiam atque prudentiam, has Creator abſcondit; apud eum ergo quæram. Si ſalutem & vitam, & has apud Creatorem. Nihil alibi quæretur vt inueniatur, quam vbi latuit vt appareat. Si nec aliorſum pulſabo, quàm vnde ſum functus. Denique, ſi accipere, & inuenire, & admitti, laboris & inſtantiæ fructus eſt illi qui petiit, & quæſiuit, & pulſauit; intellige hæc à Creatore mandari, & repromitti. Ille enim Deus optimus, vltro veniens ad præſtandum non ſuo homini, nullum illi laborem, nec inſtantiam indixiſſet. Iam enim non optimus, ſi non vltro daret non petenti, & inuenire præſtaret non quærenti, & aperiret non pulſanti. Creator

autem potuit indicere iſta per Chriſtum, vt quia delinquendo homo offenderat Deum
ſuum, laboraret, & inſtantia petendi acciperet, & quærendi inueniret, & pulſandi in-
troiret. Sic & præmiſſa ſimilitudo, nocturnum panis petitorem amicum facit, non alie- Luc. 11. 5.
num; & ad amicum pulſantem, non ad ignotum. Amicus autem etiamſi offendit, magis
Creatoris eſt homo, quàm Dei Marcionis. Itaque ad eum pulſat, ad quem ius illi erat,
cuius ianuam norat, quem habere panes ſciebat, cubantem jam cum infantibus, quos
naſci voluerat. Etiam quod ſerò pulſatur, Creatoris eſt tempus. illius & ſerum, cuius
ſæculum, & ſæculi occaſus. ad Deum autem nouum, nemo ſerò pulſaſſet, tantum quòd
luceſcentem. Creator eſt, qui & ianuam olim Nationibus cluſerit, quæ olim pulſabatur
Iudæis; is & exurgit, & dat, & ſi iam non quaſi amico, non tamen quaſi extraneo homini, Ibid. 7.
ſed quaſi moleſto, inquit. Moleſtum autem tam citò Deus recens neminem pati potuit.
Agnoſce igitur & Patrem, quem etiam appellas Creatorem. Ipſe eſt qui ſcit quid filii Exo. 16. 13.
poſtulent. Nam & panem petentibus, de cœlo dedit manna; & carnem deſiderantibus, 15.
emiſit ortygometram; [e] *non ſerpentem pro piſce, nec ſcorpium pro ouo.* Illius autem erit Num. 11. 4.
non dare malum pro bono, cuius vtrumque ſit. Cæterùm, Deus Marcionis non habens e Luc. 11. 12.
ſcorpium, non poterat id ſe dicere non daturum, quod non habebat; ſed ille qui habens
& ſcorpium, non dat. Itaque & Spiritum ſanctum is dabit, apud quem eſt & non ſan-
ctus. [f] *Quum ſurdum dæmonium expuliſſet,* (vt & iſta ſpecie curationis Eſaïæ occurriſſet) f Luc. 11. 13.
in Beelzebule dictus ejicere dæmonia: *Si ego,* inquit, *in Beelzebule ejicio dæmonia, filij* 14. & ſeq.
veſtri in quo ejiciunt? hac voce quid magìs portendit, quàm ejicere ſe, in quo & filii eo-
rum? In virtute ſcilicet Creatoris. Nam ſi putas ſic accipiendum, *Si ego in Beelzebule
ejicio dæmonia, filii veſtri in quo?* quaſi illos ſugillaret in Beelzebule ejicientes, reſiſtet
tibi prior ſenſus, *non poſſe Satanam diuidi aduerſus ſemetipſum.* Adeò nec illi in Beel-
zebule ejiciebant; ſed, vt diximus, in virtute Creatoris: quam vt intelligi faceret,
ſubjungit, *Quòd ſi ego in digito Dei expello dæmonia, ergonè appropinquauit in vos regnum
Dei?* Apud Pharaonem enim venefici illi adhibiti aduerſus Moyſen, virtutem Creato-
ris, digitum Dei appellauerunt: [g] *Digitus Dei eſt hoc.* quòd ſignificaret etiam modicum, g Exo. 8. 19.
validiſſimum tamen. Hoc & Chriſtus oſtendens, commemorator, non obliterator vetu-
ſtatum, ſcilicet ſuarum, virtutem Dei, *digitum Dei dixit;* non alterius intelligendam,
quàm eius apud quem hoc erat appellata. Ergo & regnum ipſius appropinquauerat,
cuius & virtus digitus vocabatur. Meritò igitur applicuit ad parabolam [h] *fortis illius* h Luc. 11. 21.
armati, quem validior alius oppreſſit, principem dæmoniorum, quem Beelzebulem &
Satanam ſuprà dixerat, ſignificans digito Dei oppreſſum, non Creatorem ab alio Deo
ſubactum. Cæterùm, quomodo adhuc ſtaret regnum eius in ſuis terminis, & legibus,
& officiis, quem licet integro mundo, vel ſic potuiſſet videri ſuperaſſe validior ille
Deus Marcionis, ſi non ſecundùm legem eius etiam Marcionitæ moterentur, in
terram defluendo, ſæpè & à ſcorpio docti non eſſe ſuperatum Creatorem. [i] *Exclama-
bat mulier de turba, Beatum vterum qui illum portaſſet, & vbera quæ illum educaſſent.* i Luc. 11. 28.
Et Dominus; *Immò Beati qui ſermonem Dei audiunt & faciunt.* Quia & retrò ſic
rejecerat matrem aut fratres; dum auditores, & obſecutores Dei præfert. Nam nec
hîc mater adſiſtebat illi. Adeò nec retro negauerat, vt nè tum quum id rurſus audit.
rurſus proinde fœlicitatem ab vtero & vberibus matris ſuæ, tranſtulit in diſcipulos, à
qua non tranſtuliſſet, ſi eam non haberet.

CAPVT XXVII.

Phariſæis ſignum petentibus, aliiſque ſeuerè reſpondit in omnibus filius Creatoris.

à p. V. lauacrum. & V. mandata Dei. 1. circa. f. Chri. verba. 8. & V. Chri. verba. 9. & V. Chriſtus iudex. 7. inf. V. Deus iudex. 6.

ALIBI malo purgare quæ reprehendunt Marcionitæ in Creatore. Hîc enim ſuffi-
cit, ſi ea in Chriſto repetiuntur. Ecce inæqualis, & ipſe inconſtans, leuis, aliud do-
cens, aliud faciens: Iubet [a] *omni petenti dare,* [b] *& ipſe ſignum petentibus non dat.* Tanto a Luc. 6. 30.
æuo lucem ſuam ab hominibus abſcondit, & negat lucernam abſtruendam; ſed confirmat b Luc. 11. 29.
ſuper candelabrum proponendam, vt omnibus luceat. Vetat remaledicere, multò Luc. 8. 16.
magìs vtique maledicere; & Væ ingerit Phariſæis, & doctoribus legis. Quis eſt tam ſi- Luc. 6. 28.
milis Dei mei Chriſtus, niſi ipſius? Sæpè jam fiximus, nullo modo potuiſſe illum deſtru- Luc. 11. 42.
ctorem legis denotari, ſi alium Deum promulgaſſet. Ideo & tunc Phariſæus, qui illum 43. & ſeq.
vocarat ad prandium, retractabat penès ſe, cur non prius tinctus eſſet, quàm recubuiſſet
ſecundùm legem, qui Deum legis circumferret? Ieſus autem etiam interpretatus eſt
ei legem, dicens, [c] *Illos calicis, & catini exteriora emundare; interiora autem ipſorum* c Luc. 11. 37.
38. 39.

plena eſſe rapina & iniquitate. vt ſignificaret vaſculorum munditias, hominum eſſe in-
telligendas apud Deum: quia & Phariſæus de homine, non de calice illoto, apud ſe tra-
ctauerat. *Ideo exteriora*, inquit, *calicis lauatis*, id eſt carnem: *interiora autem veſtra non*
emundatis, id eſt animam. adjiciens, *Nonne qui exteriora fecit*, id eſt carnem; *& interiora*
fecit, id eſt animam? quo dicto apertè demonſtrauit, cuius vterque ſit, [d] *præponentis*
d Oſee. 6. 6. *miſericordiam*, non modò lauacro hominis, *ſed etiam ſacrificio.* Subjungit enim, [e] *Date*
e Luc. 11. 41. *quæ habetis eleemoſinam, & omnia munda erunt vobis.* Quòd ſi & alius poteſt Deus mi-
ſericordiam mandaſſe, non tamen antequam cognitus. Porro & hîc apparet, illos
non de Deo increpitos, ſed de eius diſciplina, à quo illis & figuratè vaſculorum
Luc. 11. 42. munditiæ, & manifeſtè miſericordiarum opera imperabantur. Sic & oluſcula deci-
mantes, vocationem autem & dilectionem Dei prætereuntes objurgat. Cuius Dei
vocationem & dilectionem, niſi cuius & rutam & mentam, ex forma legis de decimis
offerebant? Totum enim exprobrationis hoc erat, quod modica curabant; ei vtique,
f Deut. 6. 5. cui majora non exhibebant, dicenti, [f] *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,*
& ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, qui te vocauit ex Ægypto. Cæterùm, nec tem-
pus admiſiſſet, vt Chriſtus tam præcoquam, immò tam acerbam adhuc dilectionem,
Luc. 14. 7. expoſtularet nouo & recenti Deo, nè dixerim nondum palàm facto. Primatum quo-
que captantes locorum, & honorem ſalutationum, quum incuſat, ſectam Creatoris
adminiſtrat, eiuſmodi principes Sodomorum Archontas appellantis, prohibentis etiam
confidere in præpoſitos, immò & in totum [g] *miſerrimum hominem pronuntiantis, qui*
g Hier. 17. 5. *ſpem habet in homine.* Quòd ſi propterea quis adfectat principatum, vt de officiis alio-
rum glnrietur, quia officia vetuit eiuſmodi ſperandi, & confidendi in hominem, idem
& adfectatores principatuum increpuit. Inuehitur & in doctores ipſos legis, quòd
h Luc. 11. 46. [h] *onerarent alios importabilibus oneribus, quæ ipſi nè digito quidem aggredi auderent*, non
legis onera ſugillans, quaſi deteſtator eius. quomodo enim deteſtator, qui cum maximè
potiora legis prætereuntes incuſabat, eleemoſinam, & vocationem, & dilectionem
i Ibid. 42. Dei, nè hæc quidem grauia, [i] *nedum decimas rutarum, & munditias catinorum?* Cæte-
rùm, excuſandos potius cenſuiſſet, ſi importabilia portare non poſſent. Sed quæ onera
taxat? quæ ipſi de ſuo exagerabant, docentes præcepta doctrinas hominum, commo-
k Eſa. 5. 8. dorum ſuorum cauſa, [k] *jungentes domum ad domum, vt quæ proximi ſunt, auferrent,*
l Ibid. [l] *clamantes populum*, [m] *amantes munera, ſectantes retributionem, diripientes iudicata pau-*
m Eſa 1. 23. *perum*; [n] *vti eſſet illis vidua in rapinam, & pupillus in prædam.* Dè quibus idem Eſaïas,
n Eſa. 10. 2. [o] *Væ qui valent in Hieruſalem.* & rurſus, [p] *Qui vos poſtulant, dominantur veſtri.* Qui
o Eſa. 5. 22. magis quàm legis doctores? Hi ſi & Chriſto diſplicebant, vt ſui diſplicebant. Alienæ
p Eſa. 3. 12. enim legis doctores non omnino pulſaſſet. Cur autem [q] *Væ audiunt etiam, quòd ædifi-*
q Luc. 11. 47. *carent Prophetis monimenta, interemptis à patribus eorum*, laude potius digni, qui ex iſto
r Exo. 20. 5. opere pietatis teſtabantur ſe non conſentire factis patrum; ſi non erat [r] *zelotes*, qua-
lem arguunt Marcionitæ, *delicta patrum de filijs exigentem vſque in quartam natiuita-*
tem? Quam verò clauem habebant legis doctores, niſi interpretationem legis? ad cuius
Luc. 11. 52. ſ Eſa. 7. 9. intellectum neque ipſi adibant, non credentes ſcilicet: [ſ] *Niſi enim credideritis, non in-*
telligetis; neque alios admittebant. vtique *docentes præcepta potius, & doctrinas hominum.*
Qui ergo nos ipſos introeuntes, nec aliis aditum præſtantes, increpabat, obtrectator
habendus eſt legis, an fautor? Si obtrectator, placere debebant & præcluſores legis.
Luc. 11. 42. & ſeq. ſi fautor, iam non & æmulus legis. Sed hæc omnia ad infuſcandum Creatorem inge-
rebat, vt ſæuum, erga quem delinquentes, Væ habituri eſſent. Et quis ſæuum non
potius timeret prouocare, deficiendo ab eo? Tantò magis ergo demerendum docebat,
quem timendum ingerebat. Sic oportebat Chriſtum Creatotis.

CAPVT XXVIII.

Chriſtus diſcipulos monet cauere à Phariſæis, Deum timendum, ſe confitendum, daturum Spi-
ritum quid loquatur, item de diuiſione hæreditatis, & diuite ſollicito de horreis ſecundum legem.

In p. V. Hypocrita. 2. à p. V. Timor Dei. 1. & V. Martyres. 11. & V. Spiritus. 5. 9. in m. V. Chri.
verba. 5. in f. V. diuitiæ. 7.

MERITO itaque non placebat illi hypocriſis Phariſæorum, labiis ſcilicet amantium
Deum, non corde: [a] *Cauete*, inquit diſcipulis, *à fermento Phariſæorum, quod eſt hy-*
a Luc. 12. 1. Eſa. 29. 13. *pocriſis*, non prædicatio Creatoris. Odit contumaces Patris Filius, non vult ſuos tales exi-
ſtere in illum: non in alium, in quem hypocriſis fuiſſet admiſſa, cuius exemplum à diſci-
pulis caueretur. Ita Phariſæorum prohibet exemplum. In cum prohibebat illud admitti,

In quem admittebant Phariſæi. Igitur quoniam hypocriſim eorum taxarat, vtique ce-
lantem occulta cordis, & incredulitatis ſecreta ſuperficialibus officiis obumbrantem;
[b] *quæ clauem agnitionis habens, nec ipſa introiret, nec alios ſineret*: ideo adiicit, [c] *Nihil autem* b Luc. 11. 52.
opertum, quod non pateficet; & nihil abſconditum, quod non dignoſcetur; nè quis exiſtimet illum c Luc. 12. 2.
Dei ignoti retro & occulti reuelationem, & adagnitionem intentare, quum ſubiiciat,
etiam quæ inter ſe muſſitarent vel tractarent, ſcilicet ſuper ipſo dicentes, [d] *Hic non ex-*
pellit dæmonia niſi in Beelzebule, in apertum proceſſura, & in ore hominum futura, ex d Luc. 11. 15.
Euangelij promulgatione. Deinde conuerſus ad diſcipulos; [e] *Dico autem*, inquit, *vobis*
amicis meis, nolite terreri ab eis qui vos ſolummodò occidere poſſunt, nec poſt hoc vllam in vobis e Luc. 12. 4.
habent poteſtatem. ſed iis erit Eſaias prædicens, [f] *Vide quomodo iuſtus aufertur, & nemo ad-*
uertit. [g] *demonſtrabo autem vobis quem timeatis. timete eum, qui poſtquam occiderit, poteſta-* f Eſa. 57. 1.
tem habet mittendi in gehennam: Creatorem vtique ſignificans. *itaque dico vobis, hunc ti-* g Luc. 12. 5.
mete. Et hoc in loco ſufficeret mihi, ſi, quem timeri iubet, offendi vetat; & quem of- Ibid.
fendi vetat, demereri iubet, & qui hæc mandat ipſius eſt, cui timendo, & non offen-
dendo, & demerendo procurat. Sed habeo & dè ſequentibus ſumere: [h] *Dico enim vo-*
bis, Omnis qui confitebitur in me coram hominibus, confitebor in illo coram Deo. Qui confite- h Luc. 12. 8.
buntur autem in Chriſto, occidi habebunt coram hominibus, nihil vtique amplius paſ-
ſuri poſt occiſionem ab illis. Hîc ergo erunt quos ſuprà præmonet, nè timeant tan-
tummodò occidi. ideo præmittens non timendam occiſionem, vt ſubiungeret ſub-
ſtruendam confeſſionem: [i] *Et omnis qui negauerit me coram hominibus, denegabitur coram* i Luc. 12. 9.
Deo, ab eo vtique qui illum confitentem confeſſurus fuiſſet. Si enim confeſſorem con-
fitebitur, ipſe eſt qui & negatorem negabit. Porro, ſi confeſſor eſt, cui nihil timendum
eſt poſt occiſionem, negator erit cui timendum eſt etiam poſt mortem. Itaque quum
Creatoris ſit quod timendum eſt poſt mortem, gehennæ ſcilicet pœna, & negator ergo
Creatoris eſt. Si autem & negator, & confeſſor, qui poſt occiſionem nihil ab homine
paſſurus eſt, à Deo planè paſſurus, ſi negaret atque ita Chriſtus Creatoris eſt, qui
oſtendit negatores ſuos, Creatoris gehennam timere debere. Poſt deterritam itaque
negationem, ſequitur & blaſphemiæ formidandæ admonitio, [l] *Qui dixerit in filium*
hominis, remittetur illi; qui autem dixerit in Spiritum ſanctum, non remittetur ei. Quòd ſi l Luc. 12. 10.
iam remiſſio, & retentio delicti, iudicem Deum ſapiunt, huius erit Spiritus ſanctus
non blaſphemandus, non remiſſuri ſcilicet blaſphemiam; ſicut & ſuprà non negandus,
occiſuri ſcilicet etiam in gehennam. Quòd ſi & blaſphemiã Chriſtus à Creatore auer-
tit, quomodo aduerſarius ei venerit, non ſcio. Aut ſi & per hæc ſeueritatem eius in-
fuſcat, non remiſſuri blaſphemiam, & occiſuri etiam in gehennam, ſupereſt vt & illius
diuerſi Dei impunè & Spiritus blaſphemetur, & Chriſtus negetur, & nihil interſit dè
cultu eius, devè contemptu; & ſicut dè contemptu nulla pœna, ita dè cultu nulla ſpe-
randa ſit merces. Perductos ad poteſtates, prohibet ad interrogationem cogitare dè
reſponſione: [m] *Sanctus enim*, inquit, *Spiritus docebit vos ipſa hora quid eloqui debeatis*. Si
eiuſmodi documentum Creatoris eſt, eius erit & præceptum, cuius præceſſit exem- m Luc. 12. 11. 12.
plum. Balaam prophetes in Arithmis arceſſitus à rege Balach, ad maledicendum Iſ- Num. 22. 12
raëlem, cum quo prælium inibat, ſimul ſpiritũ implebatur, non ad quam venerat ma- & cap. 23. 5.
ledictionem, ſed quam illi ipſa hora ſpiritus ſuggerebat, benedictionem pronuntiabat, & ſeq. & c.
antè profeſſus apud nuntios regios, mox etiam apud ipſum, id ſe pronuntiaturum quod 24. 1. & ſeq.
Deus ori eius indidiſſet. Hæ ſunt nouæ doctrinæ noui Chriſti, quas olim famuli Crea-
toris initiauerunt. Ecce planè diuerſum exemplum Moyſi, & Chriſti. Moyſes rixan-
tibus fratribus vltro intercedit, iniurioſum increpat, [n] *Quid proximum tuum percutis?* Et n Exo. 2. 13.
reiicitur ab illo, *Quis te conſtituit magiſtrum, aut iudicem ſuper nos?* Chriſtus verò poſtu- Luc. 12. 13.
latus à quodam, vt inter illum & fratrem ipſius diuidunda hereditate componeret;
operam ſuam, & quidem tam probæ cauſæ denegauit. Iam ergo melior Moyſes meus,
Chriſto tuo, fratrum paci ſtudens, iniuriæ occurrens. Sed enim optimi, & non iudicis
Dei Chriſtus: [o] *Quis me*, inquit, *iudicem conſtituit ſuper vos?* Aliam vocem excuſationis o Luc. 12. 14.
inuenire non potuit, nè ea vteretur qua improbus vir, & impius frater adſertorem pro-
bitatis atque pietatis excuſſerat. Denique probauit malam vocem, vtendo ea; & ma-
lum factum, pacis inter fratres componendæ declinatione. Aut nunquid indignè tu-
lerit, hoc dicto fugatum Moyſen? Ideoque in cauſa pari diſceptantium fratrum, voluit
illos commemoratione eiuſdem dicti confudiſſe. Planè ita. Ipſe enim tunc fuerat in
Moyſe, qui talia audierat, ſpiritus ſcilicet Creatoris. Puto iam alibi ſatis commendaſ- p Dan. 5. 20.
ſe nos, diuitiarum gloriam damnari à Deo noſtro. [p] *ipſos dynaſtas detrahente dè ſolio, &* Luc. 1. 52.
pauperes alleuante dè ſterquilinio. Ab eo ergo erit & parabola diuitis blandientis ſibi de 1 Reg. 2. 8.
prouentu agrorum ſuorum, cui Deus dicit; [q] *Stulte, hac nocte animam tuam repoſcent: quæ* ſ 112. 7. 8.
q Luc. 12. 20.

autem paraſti, cuius erunt? Sic denique rex de gazis, & apothecis delitiatum ſuatum apud Perſas gloriatus, per Eſaiam malè audiuit.

CAPVT XXIX.

Non agendam curam victus, & veſtitus; lumbos ſuccingendos: dè igne in terram miſſo, alijſque Chriſti verbis ſecundum legem.

In p. V. Prouidentia. 2. à p. V. Seruus Dei. 4. à p. ad circa. f. V. Chriſtus Iudex. 9. in f. V. Iudex. 3.

Eſa. 39. 1 & ſeq. & 4. Reg. 20. 13. & ſeq. Luc. 12. 23. & ſeq.
QVIS nollet curam nos agere animæ dè victu, & corporis dè veſtitu, niſi qui iſta homini antè proſpexit: & exinde præſtans, meritò curam eorum, tanquam æmulam liberalitatis ſuæ, prohibet? qui & ſubſtantiam ipſius animæ accommodauit potiorem eſca, & materiam ipſius corporis figurauit potiorem tunica? cuius & corui non ſerunt, nec metunt, nec in apothecas condunt, & tamen aluntur ab ipſo. Cuius & lilia & fœnum non texunt, nec nent, & tamen veſtiuntur ab ipſo; cuius & Salomon glorioſiſſimus, nec vllo tamen floſculo cultior. Cæterùm, nihil tam abruptum, quàm vt alius præſtet, alius dè præſtantia eius ſecurè agere mandet, & quidem derogator ipſius. Denique, ſi quaſi derogator Creatoris, non vult dè eiuſmodi friuolis cogitari, dè quibus nec corui, nec lilia laborent, vltro ſcilicet pro ſua vilitate ſubiectis, paulo poſt patebit. Interim cur illos modicæ fidei incuſat, id eſt cuius fidei? eiuſnè quam nondum poterant perfectam exhibere Deo, tantùm quòd velato, quum maximè diſcentes eum, an quam hoc ipſo titulo debebant Creatori, vt i c ederent hæc illum vltro generi
a Ibid. 30. humano ſumminiſtrare, nec dè eis cogitarent? Nam & quum ſubiicit, [a] *Hæc enim nationes mundi quærunt*, non credendo ſcilicet in Deum conditorem omnium, & præbitorem, quos pares gentium nolebat, in eundem Deum modicos fidei increpabat, in quem gentes incredulas notabat. Porro cùm & adiicit, [b] *Scit autem Pater opus eſſe hæc*
b Ibid. *vobis*; prius quæram quem patrem intelligi velit Chriſtus. Si ipſorum Creatorem demonſtrat, & bonum confirmat, qui ſcit quid filijs opus ſit. Sin illum alium Deum, quomodo ſcit neceſſarium eſſe homini victum atque veſtitum, quorum nihil præſtitit? Si enim ſciſſet, præſtitiſſet. Cæterùm, ſi ſcit quæ ſunt homini neceſſaria, nec tamen præſtitit, aut malignitate, aut infirmitate non præſtitit. Profeſſus autem neceſſaria hæc homini, vtique bona confirmauit. Nihil enim mali neceſſarium. Et non erit iam depreciator operum & indulgentiarum Creatoris, vt quod ſuprà diſtuli, expunxerim. Porro, ſi quæ neceſſaria ſcit homini, alius & proſpexit, & præſtat, quomodo hæc ipſe repromittit? An dè alieno bonus eſt? [c] *Quærite enim*, inquit, *regnum Dei, & hæc vobis*
c Ibid. 31. *adiicientur*. Vtique ab ipſo. Quod ſi ab ipſo, qualis eſt qui aliena præſtabit? Si à Creatore cuius & ſunt, quis eſt qui aliena promittat? Ea ſi regno accedent, ſecundo gradu reſtituenda, eius eſt ſecundus gradus, cuius & primus; eius victus atque veſtitus, cuius & regnum. Ita tota promiſſio Creatoris eſt, parabolarum ſtatus, ſimilitudinum peræquatio, ſi nec alium ſpectant, quàm cui per omnia pariauerint. Sumus ſerui, Domi-
d Luc. 12. 35. num enim habemus Deum. [d] *Succingere debemus lumbos*, id eſt, expediti eſſe ab impedi-
e Ibid. 36. mentis laciniosæ vitæ & implicitæ: Item, [e] *lucernas ardentes habere*, id eſt, mentes à fide
f Ibid. accenſas, & operibus veritatis relucentes; atque ita [f] *expectare Dominum*, id eſt Chriſtum. Vnde redeuntem? ſi *à nuptijs*, Creatoris eſt, cuius nuptiæ. Si non Creatoris, nec ipſe Marcion inuitatus ad nuptias iſſet, Deum ſuum intuens deteſtatorem nuptiarum. Defecit itaque parabola in perſona Domini, ſi non eſſet, cui nuptiæ competunt.
g Ibid. 39. In ſequenti quoque parabola ſatis errat, qui [g] *furem illum, cuius horam ſi paterfamilias ſciret, non ſineret ſuffodi domum ſuam*, in perſonam diſponit Creatoris. Fur enim Creator, quomodo videri poteſt Dominus totius hominis? Nemo ſua furatur, aut ſuffodit, ſed ille potius qui in aliena deſcendit, & hominem à Domino eius alienat. Porro, quum furem nobis diabolum demonſtret, cuius horam etiam in primordio ſi homo ſciſſet,
h Ibid. 40. nunquam ab eo ſuffoſſus eſſet. propterea iubet [h] *vt parati ſimus, quia qua non putamus hora, filius hominis adueniet*; non quaſi ipſe ſit fur, ſed iudex, ſcilicet eorum qui ſe non parauerint, nec cauerint furem. Ergo ſi ipſe eſt filius hominis, iudicem teneo, & in iudice Creatorem defendo. Si verò Chriſtum Creatoris, in nomine filij hominis hoc loco oſtendit, vt eum furem portendat, qui quando venturus ſit, ignoremus, habes ſuprà ſcriptum, Neminem rei ſuæ furem eſſe, ſaluo & illo, quòd in quantum timendum Creatorem ingerit, in tantum illi negotium agens, Creatoris eſt. Itaque interroganti Petro in illos, an & in omnes parabolam dixiſſet; ad ipſos, & ad vniuerſos qui Eccleſijs præfuturi eſſent, proponit actorum ſimilitudinem, quorum qui benè tractauerit con-
Ibid. 41. ſeruos abſentia Domini, reuerſo eo omnibus bonis præponetur: qui verò ſecus egerit,

reuerſo Domino qua die non putauerit, hora qua non ſcierit; illo ſcilicet filio hominis Chriſto Creatoris, non fure, ſed iudice, [i] *ſegregabitur, & pars eius cum infidelibus ponetur.* [i] Ibid. 46.
Proinde igitur, aut & hîc iudicem Dominum opponit, & illi catechizat, aut ſi Deum optimum, iam & illum iudicem affirmat, licet nolit hæreticus. Temperare enim tentant hunc ſenſum, quum Deo eius vindicatur: quaſi tranquillitatis ſit, & manſuetudinis, ſegregare ſolummodò, & partem eius cum infidelibus ponere, ac ſi non ſit vocatus, vt ſtatui ſuo redditus: quaſi non & hoc ipſum iudicato fiat. Stultitia. Quis erit exitus ſegregatorum? Nonne amiſſio ſalutis? Siquidem ab eis ſegregabuntur, qui ſalutem conſequentur. Quis igitur infidelium ſtatus? Nonnè damnatio? Aut ſi nihil patientur ſegregati & infideles, æquè in diuerſo nihil conſequentur retenti, & fideles. Si verò conſequentur ſalutem retenti & fideles, hanc amittant neceſſe eſt in diuerſo ſegregati & infideles. Hoc erit iudicium, quod qui intendit, Creatoris est. Quem alium intelligam, cædentem ſeruos paucis, aut multis plagis, & prout commiſerunt, ita & Luc 12. 47. 48.
exigentem ab eis, quàm retributorem Deum? Cui me decet obſequi niſi remuneratori? Proclamat Chriſtus tuus, [k] *Ignem veni mittere in terram;* ille optimus, nullius gehennæ Dominus; qui paulo antè diſcipulos, ne ignem poſtularent inhumaniſſimo viculo, coercuerat. quando iſte Sodomam, & Gomorram nimbo igneo exuſſit? quando [k] Luc. 12. 49
cantatum eſt, [l] *Ignis antè ipſum præcedet, & cremabit inimicos eius?* quando & per Oſee Gen. 19. 24. [l] Pſal. 96. 3.
comminatus eſt, [m] *Ignem emittam in ciuitates Iudæ?* [n] *Ignis exarſit ex indignatione mea?* [m] Oſee 8. 14
Non mentiatur. Si non eſt ille qui [o] *de rubo quoque ardenti vocem ſuam emiſit,* viderit quem [n] Eſa 30. 27
ignem intelligendum contendat. Etiam ſi figura eſt, hoc ipſo quod de meo elemento 30.
argumenta ſenſui ſuo ſumit, meus eſt, qui dè meis vtitur. Illius erit ſimilitudo ignis, [o] Exo. 3. 4.
cuius & veritas. Ipſe melius interpretabitur ignis iſtius qualitatem, adijciens, [p] *Putatis veniſſe me pacem mittere in terram? non, dico vobis, ſed ſeparationem.* Machæram quidem [p] Luc. 12. 51.
ſcriptum eſt. Sed Marcion emendat, quaſi non & ſeparatio opus ſit machæræ. Igitur & ignem euerſionis intendit, qui pacem negauit. Quale prælium, tale & incendium. qualis machæra, talis & flãma: neutra congruens Domino. Denique, [q] *Diuidetur,* inquit, [q] Luc. 12. 52.
pater in filium, & filius in patrem; & mater in filiam, & filia in matrem; & nurus in ſocrum & ſocrus in nurum. Hoc prælium inter parentes, ſi in ipſis verbis tuba cecinit Prophetæ, 53.
vereor nè Michæas Chriſto Marcionis prædicarit. Et ideo [r] *hypocritas pronuntiabat, cæli* Michea 7. 6
quidem & terræ faciem probantes, tempus verò illud non dinoſcentes. Quo ſcilicet adimplens [r] Luc. 12. 56
omnia quæ ſuper ipſos fuerunt prædicata, nec aliter docens, debuerant agnoſci. Cæterum, quis poſſet eius tempora noſſe, cuius per quæ probaret non habebat? Meritò
exprobrat etiam [ſ] *quòd iuſtum non à ſemetipſis iudicarent.* Olim hoc mandat per Zachariam: [t] *Iuſtum iudicium, & pacatorium iudicate.* Per Hieremiam, [u] *Facite iudicium & iuſtitiam.* Per Eſaiam, [x] *Iudicate pupillo, & iuſtificate viduam;* imputans etiam vineæ Sorech, [y] *quòd non iudicium feciſſet, ſed clamorem.* Qui ergo docuerat vt facerent ex præcepto, is exigebat vt facerent & ex arbitrio. Qui ſeminauerat præceptum, ille & redundantiam [ſ] Luc 12. 57 [t] Zach. 8. 16 [u] Hier. 22. 3. [x] Eſa. 1. 17. [y] Eſa. 5. 7.
eius vrgebat. Iam verò quam abſurdum vt ille mandaret iuſtè iudicare, qui Deum iuſtum deſtruebat. Nam & [z] *iudicem qui mittit in carcerem, nec ducit inde, niſi ſoluto etiam nouiſſimo quadrante;* in perſona Creatoris, obtrectationis nomine diſſerunt. Ad quod [z] Luc. 12. 58
neceſſe habeo eodem gradu occurrere. Quotieſcunque enim ſeueritas Creatoris opponitur, totiens illius eſt Chriſtus, cui per timorem cogit obſequium.

CAPVT XXX.

Chriſtus Sabbato curat, & Parabolas ſinapis, & fermenti inducit; alios eijciendos, alios admittendos regno, dicit ſuus Creatoris, & legis impletor.

In p. V. Sabbatum. 5. à p. V. Verbum Dei. 9. in m. V. Azyma & V. Iudicij ordo & ſpectaculum. 4.

QVÆSTIONEM rurſus dè curatione ſabbato facta, quomodo diſcuſſit. [a] *Vnuſquiſque veſtrum ſabbatis non ſoluit aſinum, aut bouem ſuum à præſepi, & ducit ad potum.* Ergo ſecundùm conditionem legis operatus, legem confirmauit, non diſſoluit, [b] *iubentem nullum opus fieri,* niſi quod fieret omni animæ, quanto potius humanæ? Parabolarum congruentiam vbique recognoſcor exigere. [c] *Simile eſt regnum Dei,* inquit, *grano ſinapis, quod accepit homo, & ſeminauit in horto ſuo.* Quis in perſona hominis intelligendus? vtique Chriſtus. Qui, licet Marcionis, filius hominis eſt dictus, qui accepit à Patre ſemen regni, ſermonem ſcilicet Euangelij, & ſeminauit in horto ſuo, vtique in mundo, puta nunc in homine. Sed cum in ſuo horto dixerit, nec mundus autem, nec homo illius ſit, ſed Creatoris; ergo qui in ſuum ſeminauit, nec Creator oſtenditur. Aut ſi, vt hunc laqueum euadant, conuerterint hominis perſonam à Chriſto, [a] Luc. 13. 15. [b] Leuit. 23. 3 [c] Luc. 13. 19.

in hominem accipientem ſemen regni, & ſeminantem in horto cordis ſuis nec ipſa
materia alij conueniet quàm Creatori. Quale eſt enim, vt leniſſimi Dei regnum ſigni-
ficet ſemen, quod etiam iudicij feruor lacrymoſa auſteritate ſubſequitur? Dè ſequen-
Luc. 13. 21. ti planè ſimilitudine vereor, nè forte alterius Dei regno portendat. Fermento enim
Exo. 12. 15. comparauit illud; non azymis, quæ familiariora ſunt Creatori. Congruit & hæc con-
Exo. 23. 15. iectura mendicantibus argumenta. Itaque & ego vanitatem vanitate depellam, fer-
& 34. 17. mentationem quoque congruere dicens regno Creatoris, quia poſt illam clibanus, vel
Luc. 12. 27. furnus gehennæ ſequatur. Quoties adhuc ſe iudicem oſtendit, & in iudice Creato-
Matth 13. 30 rem? Quoties vtique eiecit, & damnat reiiciendo. Sicut hîc quoque; [d] *Quum ſurrexe-*
d Luc. 13. 25. *rit*, inquit, *paterfamilias*, Quò? niſi quò dixit Eſaias, [e] *Quum ſurrexerit comminuere ter-*
e Eſa. 2. 19. *ram; & clauſerit oſtium*; vtique excludendis iniquis, *quibus pulſantibus reſpondebit, Neſcio*
vnde ſitis. Et rurſus enumerantibus quod coram illo ederint, & biberint, & in plateis
f Luc. 13. 27. eorum docuerit, adiicit, [f] *Recedite à me omnes operarij iniquitatis: illic erit fletus, &*
frendor dentium. Vbi? foris ſcilicet, vbi erunt excluſi, oſtio clauſo ab eo: ergo et r
pœna, à quo fit excluſio in pœnam, [h] *quum videbunt iuſtos introeuntes in regnum Dei, ſe*
verò detineri foris. A quo? Si à Creatore, quis erit ergo intus recipiens iuſtos in regnum?
Deus bonus. Quid ergo illuc Creatori, vt foris detineat in pœnam, quos aduerſarius
eius excluſit, ſuſcipiendos à ſe, vtique magis in aduerſarij bilem? Sed & ille exclu-
ſurus iniquos, ſciat vtique Creatorem illos detenturum in pœnam, aut non ſciat opor-
tet. Ergo, aut nolente eo detinebuntur, & minor eſt illo qui detinet, cedens ei nolens,
aut ſi vult ita fieri, ipſe ita faciendum iudicauit, & non erit melior Creatore, ipſe au-
ctor infamiæ Creatoris. Hæc ſi nulla ratione conſiſtunt, vt alius punire, alius liberare
credatur, vnius erit tam iudicium, quam & regnum; & dum vnius eſt vtrumque, qui
& iudicat, Creatoris eſt.

CAPVT XXXI.

Dè vocandis ad cœnam vel prandium, & dè cœna, ad quam multi vocati ſunt iuxta legem, & prophetas.

In p. V. Pauper. 2. à p. ad f. V. Cœna. 1.

AD prandium, vel ad cœnam quales vocari iubet? Quales oſtenderat per Eſaïam,
a Eſa. 58. 7. [a] *Confringe panem tuum eſurienti & mendicos, & qui ſine tecto ſunt, induc in domũ tuam;*
b Luc. 14. 14 qui ſcilicet [b] *humanitatis iſtius vicem retribuere non poſſint*. Hanc ſi Chriſtus captari ve-
c Eſa. 1. 23. tat, in reſurrectione eam repræmittens, Creatoris eſt forma, cui non placent [c] *aman-*
tes munera, ſectantes retributionem. Etiam inuitatoris parabola cui magis parti occur-
d Luc. 14 16. rat, expende. [d] *Homo quidam fecit cœnam, & vocauit multos*; vtique cœnæ paratura,
vitæ æternæ ſaturitatem figurat. Dico primò, extraneos, & nullius iuris affines inuitari
ad cœnam non ſolere; certe facilius ſolere domeſticos, & familiares. Ergo Creatoris
eſt inuitaſſe, ad quem pertinebant qui inuitabantur, & per Adam quà homines, & per
Patres quà Iudaici; non eius, ad quem neque natura pertinebant, neque prærogatiua.
Ibid 17. Dehinc, ſi is mittit ad conuiuas, qui cœnam parauit; ſic quoque Creatoris eſt cœna,
qui miſit ad conuiuas admonendos, antè iam vocatos per Patres, admonendos autem
per Prophetas: non qui neminem miſerit ad monendum, nec qui nihil prius egerit ad
vocandum, ſed ipſe deſcenderit ſubito: tantùm quòd innoteſcens, iam inuitans; tan-
tùm quòd inuitans, iam in conuiuium cogens; eandem faciens horam cœnandi, & ad
Ibid. 23. cœnam inuitandi. [e] *Excuſant ſe inuitati*. Si ab alio Deo, meritò, quia ſubito inuitati. Si
e Ibid. 18. non meritò, ergo nec ſubitò. Si autem non ſubitò inuitati; ergo à Creatore, à quo
olim. Cuius denique declinauerant vocationem tunc primò, dicentes ad Aaronem,
f Exo. 32. 1. [f] *Fac nobis Deos, qui præeant nobis*. atque exinde, [g] *Aure audientes, & non audientes*; vo-
g Eſa 6. 9. 10 cationem ſcilicet Dei; qui pertinentiſſime ad hanc parabolam per Hieremiam, [h] *Au-*
h Hier. 11. 4. *dite*, inquit, *vocem meam, & ero vobis in Dominum, & vos mihi in populum; & ibitis in omni-*
bus vijs meis, quaſcunque mandauero vobis. Et hæc inuitatio Dei. [i] *Et non audierunt*, inquit, *&*
i Ibid. 10. *non aduerterunt aurem ſuam*. Ecce recuſatio populi. [k] *Sed abierunt in ijs quæ concupierunt*
k Hier. 7. 23. *corde ſuo malo. Agrum emi, & boues mercatus ſum, & vxorem duxi*. Et adhuc ingerit, [l] *Et*
24.
l Luc. 14. 18. *emiſi ad vos omnes famulos meos Prophetas*. Hic erit Spiritus ſanctus admonitor conuiua-
& ſeq. rum, [m] *die, & ante lucem. Et non audijt populus meus, & non intendit auribus ſuis, & obdurauit*
m Hier. 7. 25 *collum ſuum*. Hoc vt patrifamilias renunciatum eſt, motus tunc, bene quòd & motus;
Luc. 14. 24. negat enim Marcion moueri Deum ſuum, ita & hoc meus eſt. mandat de plateis, & vi-
Ibid. 21. cis ciuitatis facere ſublectionem. Videamus an eo ſenſu quo rurſus per Hieremiam,
n Hier. 2. 31. [n] *Nunquid ſolitudo factus ſum domus Iſraelis? aut terra in incultum derelicta?* id eſt, Nunquid
non

non habeo quos adlegam, aut vnde adlegam? *quoniam dixit populus meus, Non venimus* Luc. 14. 23.
ad te. Itaque miſit ad alios vocandos, ex eadem adhuc ciuitate. Dehinc loco abundan-
te, præcepit etiam dè vijs, & ſepibus colligi; id eſt, nos iam dè extraneis gentibus. illa
ſcilicet æmulatione, qua in Deuteronomio, ° *Auertam faciem meam ab eis, & monſtrabo* ° Deut. 32.
quid illis in nouiſſimis, id eſt, alios poſſeſſuros locum eorum: *quoniam genitura peruerſa* 20. & ſeq.
eſt, fily in quibus fides non eſt. Illi obæmulati ſunt me in non Deo, & prouocauerunt me in iram
in idolis ſuis; & ego obæmulabor eos in non Natione, in Natione inſipienti prouocabo eos in iram;
in nobis ſcilicet, quorum ſpem Iudæi gerunt, de qua illos guſtaturos negat Dominus, Luc. 14. 24.
ᵖ *derelicta Sione tanquam ſpecula in vinea, & in cucumerario caſula*, poſteaquàm & nouiſ- ᵖ Eſa. 1. 8.
ſimam in Chriſtum inuitationem recuſauit. Quid ex hoc ordine ſecundùm diſpoſitio-
nes, & prædicationes Creatoris recenſendo, competere poteſt illi, cuius nec ordinem
habet, nec diſpoſitionem, ad parabolæ conſpirationem, qui totum opus ſemel fecit?
Aut quæ erit prima vocatio eius, & quæ ſecundo actu admonitio? Antè debent alij ex-
cuſare, poſtea alij conueniſſe. Nunc autem pariter vtramque partem inuitare venit, dè
ciuitate, dè ſepibus, aduerſus ſpeculum parabolæ. nec poteſt iam faſtidioſos iudicare,
quos nunquam retro inuitauit, quos cum maximè aggreditur. Aut ſi dè futuro eos iu-
dicat, contempturos vocationem; ergo & ſubiectionem loco eorum ex gentibus, dè
futuro portendit. Planè ad hoc ſecundò venturus eſt, vt gentibus prædicet. Et ſi ven-
turus eſt autem, puto non quaſi vocaturus adhuc conuiuas, ſed iam collocaturus. In-
terea qui cœnæ iſtius vocationem, in cœleſte conuiuium interpretaris, ſpiritalis ſaturi-
tatis, & iucunditatis, memento & terrenas promiſſiones vini, & olei & frumenti, &
ipſius ciuitatis, æquè in ſpiritalia figurari à Creatore.

CAPVT XXXII.

De oue, & drachma perditis, & inuentis, iuxta prophetas, ab eodem, qui non vult mortem peccatoris.

Per totum. V. Pœnitens.

OVEM & drachmam perditam quis requirit? Nonnè qui perdidit? Quis autem Luc. 15. 4.
perdidit? Nonnè qui habuit? Quis verò habuit? Nonnè cuius fuit? Si igitur ho-
mo non alterius eſt res, quàm Creatoris; is eum habuit, cuius fuit. Is perdidit, qui ha-
buit. Is requiſiuit, qui perdidit. Is inuenit, qui quæſiuit. Is exultauit, qui inuenit. Ita
vtriuſque parabolæ argumentum vacat circa eum, cuius non eſt ouis, neque drachma,
id eſt homo. Non enim perdidit, quia non habuit; nec requiſiuit, quia non perdidit;
nec inuenit, quia nec requiſiuit; nec exultauit, quia non inuenit. Atque adeò exultare
illius eſt dè pœnitentia peccatoris, id eſt, dè perditi recuperatione; qui ſe profeſſus eſt
olim, ª *malle peccatoris pœnitentiam, quàm mortem.* ª Ezech. 18. 23. & 33. 11.

CAPVT XXXIII.

De Deo & Mammona, lege & Prophetis vſque ad Ioannem, ſecundùm legem, locutus eſt Chriſtus.

Inp. adm. V. Dominus 3. à m. V. Dei ſcientia. 2. & V. Chriſtus Iudex. 10. circa f. V. Ioannes Bapt. 3 inf. V. Veritas. 2.

QVIBVS duobus dominis neget poſſe ſeruiri, quia alterum offendi ſit neceſsè,
alterum defendi, ipſe declarat, ª *Deum proponens, & Mammonam.* Deinde ª Luc. 16. 9.
Mammonam quem intelligi velit, ſi interpretem non habes, ab ipſo potes diſcere.
Admonens enim nos, de ſæcularibus ſuffragia nobis proſpicere amicitiarum, ſecun-
dùm ſerui illius exemplum, *qui ab actu ſummotus, dominicos debitores, diminutis cau-* Luc. 16. 3. &
tionibus, releuat in ſubſidium ſibi. Et ego, inquit, *dico vobis, facite vobis amicos de Mam-* ſeq.
mona iniuſtitiæ; dè nummo ſcilicet, dè quo & ſeruus ille. Iniuſtitiæ auctorem & domi-
natorem totius ſæculi nummum ſcimus omnes. Cui famulatam videns Phariſæorum
cupiditatem, ammentauit hanc ſententiam, ᵇ *Non poteſtis Deo ſeruire, & Mammonæ.* Ir- ᵇ Luc. 16. 13.
ridebant denique Phariſæi pecuniæ cupidi, quòd intellexiſſent ſcilicet Mammonam
dè nummo dictũ, nè quis exiſtimet in Mammona, Creatorem intelligendũ, & Chriſtum
à Creatoris illos ſeruitute reuocaſſe. Quid? nunc potius ex hoc diſce, vnum à Chriſto
Deũ oſtenſum. Duos enim dominos nominauit, Deum, & Mammonam, Creatorem &
nummum. Denique, *non poteſtis Deo ſeruire*; vtique ei, cui ſeruire videbantur; *& Mam-*
monæ, cui magìs deſtinabantur. Quòd ſi ipſe alium ſe ageret, non duos dominos, ſed tres
demonſtraſſet. Et Creator enim Dominus, quia Deus. Et vtique magìs Dominus, quàm

Mammonas; magiſque obſeruandus, quà magis Dominus. Quare eſt enim, vt qui Mammonam Dominum dixerat, & cum Deo iunxerat, verè ipſorum Dominum taceret, id eſt Creatorem? Aut nunquid tacendo eo, conceſſit ſeruiendum ei eſſe, ſi ſolummodò ſibi, & Mammonæ negauit poſſe ſeruiri? Ita, cùm vnum Deum ponit, nominaturus & Creatorem, ſi alius eſſet ipſe, Creatorem nominauit, quem Dominum
c Luc. 16. 11. ſine alio Deo non poſuit. Et illud itaque relucebit, quomodo dictum, [c] *Si in Mammona iniuſto fideles non extitiſtis, quod verum eſt, quis vobis credet?* In nummo ſcilicet iniuſto, non in Creatore, quem & Marcion iuſtum facit. [d] *Etſi in alieno fideles inuenti non eſtis,*
d Ibid. 12. *quod meum eſt, quis dabit vobis?* Alienum enim debet eſſe à ſeruis Dei, quod iniuſtum eſt. Creator autem, quomodo alienus erat Phariſæis, proprius Deus Iudaïcæ gentis? Si ergo hæc non cadunt in Creatorem, ſed in Mammonam, *quis vobis credet quod verum eſt? & quis vobis dabit quod meum eſt?* non poteſt quaſi alius dixiſſe dè alterius Dei
Ibid. gratia. Tunc enim videretur ita dixiſſe, ſi eos in Creatorem, non in Mammonam infideles notando, per Creatoris mentionem, diſtinctiones feciſſet Dei alterius. non commiſſuri ſuam veritatem infidelibus Creatoris. Quomodo tunc alterius videri poteſt, ſi non ad hoc proponatur, vt à re dè qua agitur, ſeparetur? Si autem & iuſtificantes ſe coram hominibus Phariſæi, ſpem mercedis in homine ponebant, illo eos ſenſu
e Hierem 17. 5. increpabat, quo & propheta Hieremias, [e] *Miſer homo, qui ſpem habet in homine:* ſi & adiicit, [f] *Scit autem Deus corda veſtra;* illius Dei vim commemorabat, qui [g] *lucernam ſe pronunf Luc. 16. 15. tiabat, ſcrutantem renes & corda:* ſi ſuperbiam tangit, [h] *Quod elatum eſt apud homines,*
g Hier. 11. 20. *perosum eſt Deo,* Eſaiam ponit antè oculos; [i] *Dies enim Domini ſabbaoth, in omnem*
h Luc. 16. 15. *contumelioſum & ſuperbum, in omnem ſublimem & elatum; & humiliabuntur.* Poſſum
i Eſa. 2. 12. iam colligere, cur tanto æuo Deus Marcionis fuerit in occulto. Expectabat, opinor, donec hæc omnia diſceret à Creatore. Didicit ergo vſque ad Ioannis tempora, atque
k Luc. 16. 16. ita exinde proceſſit annuntiare regnum Dei, dicens; [k] *Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem, ex quo regnum Dei annuntiatur.* Quaſi non & nos limitem quendam agnoſcamus Ioannem conſtitutum inter vetera & noua, ad quem deſineret Iudaïſmus, & à quo inciperet Chriſtianiſmus: non tamen vt ab alia virtute facta ſit ſedatio Legis & Prophetarum. & initiatio Euangelij, in quo eſt Dei regnum, Chriſtus ipſe. Nam etſi probauimus & [l] *vetera tranſitura, & noua ſucceſſura* prædicari à Creatore, ſi & Ioannes ante-
l Eſa. 43. 18. Malach. 3. 1. curſor & præparator oſtenditur viarum Domini, Euangelium ſuperducturi, & regnum Dei promulgaturi; & ex hoc iam quod Ioannes venit, ipſe erit Chriſtus, qui Ioannem erat ſubſecuturus, vt antecurſorem; & ſi deſierunt vetera, & cœperunt noua interſtite Ioanne, non erit mirum quod ex diſpoſitione eſt Creatoris, vt aliunde magis probetur, quàm ex Legis & Prophetarum in Ioannem occaſu & exinde ortu, regnum Dei.
m Luc. 16. 17. [m] *Tranſeat igitur cœlum & terra citius, ſicut & Lex & Prophetæ; quàm vnus apex verborum Domini. Verbum enim,* inquit *Eſaias,* [n] *Dei noſtri manet in æuum.* Nam quoniam in Eſaïa iam
n Eſa. 40. 8.
o Ibid. 3. tunc Chriſtus, ſermo ſcilicet & ſpiritus Creatoris, Ioannem prædicarat, [o] *vocem clamantis in deſerto parare viam Domini,* in hoc venturum, vt Legis & Prophetarum ordo exinde ceſſaret, per adimpletionem, non per deſtructionem, & regnum Dei à Chriſto
p Luc. 16. 17. annuntiaretur: ideo ſubtexuit, [p] *facilius elementa tranſitura, quam verba ſua;* confirmans hoc quoque quod de Ioanne dixerat, non præteriiſſe.

CAPVT XXXIV.

De Prohibito diuortio, deque approbato Coniugio, inferno & ſinu Abrahæ, Moyſe & Prophetis Commendatis à Chriſto filio Creatoris.

In p. ad m. V. Matrimonium. 4. à p. ad m. V. Repudium. 2. in m. V. Adulterium Herodis. à m. V. Diues. 4. & V. Abraham 1. & in Alphab. Errorum. V. Anima Iuſtorum excluſa cœlo ante reſurrect. 4. circa. f. V. Iudicij ordo & Spectac. 3. & V. Paradiſus. inf. V. Verbum Dei. 3.

a Luc. 16. 18. SED Chriſtus diuortium prohibet, dicens; [a] *Qui dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit: qui dimiſſam à viro duxerit, æquè adulter eſt.* Vt ſic quoque prohibeat diuortium, illicitum facit repudiatæ matrimonium. Moyſes
b Deut. 24. 1. verò permittit repudium in Deuteronomio; [b] *Si ſumpſerit quis vxorem, & habitauerit cum ea, & euenerit non inuenire eam apud eum gratiam, eo quòd inuentum ſit in illa impudicum negotium, ſcribet libellum repudij, & dabit in manu eius, & dimittet illam de domo ſua.* Vides diuerſitatem Legis, & Euangelij, Moyſi, & Chriſti? Planè Non enim recepiſti illud quoque Euangelium eiuſdem veritatis, & eiuſdem Chriſti, in quo prohibens
c Matth. 19. 6. & ſeq. diuortium, propriam quæſtionem eius abſoluit; [c] *Moyſes propter duritiam cordis veſtri, præcepit libellum repudij dare: à primordio autem non fuit ſic, quia ſcilicet, qui marem & fœmi-*

nam fecerat, Erunt duo, dixerat, in carne vna; Quod Deus itaque iunxit, homo diſiunxerit? Hoc enim reſponſo, & Moyſi conſtitutionem protexit, vt ſui; & Creatoris inſtitutionem direxit, vt Chriſtus ipſius. Sed quatenus ex his reuincendus es, quæ recepiſti, ſic tibi occurram, ac ſi meus Chriſtus. Nonnè & ipſe prohibens diuortium, & patrem tamen geſtans eum qui marem & fœminam iunxit, excuſauerit potius, quàm deſtruxerit Moyſi conſtitutionem? Sed ecce ſic tuus ſit iſte Chriſtus, contrarium docens Moyſi & Creatori, vt ſi non contrarium oſtendero, meus ſit. Dico enim illum conditionaliter nunc feciſſe diuortij prohibitionem, ſi ideo quis dimittat vxorem, vt aliam ducat: [d] *Qui dimiſerit*, inquit, *vxorem, & aliam duxerit, adulterium commiſit, & qui à marito dimiſſam duxerit, aequè adulter eſt*; ex eadem vtique cauſa, qua non licet dimitti, vt alia ducatur: illicitè enim dimiſſam pro indimiſſa ducens, adulter eſt. Manet enim matrimonium, quod non ritè diremptum eſt. Manente matrimonio nubere, adulterium eſt. Ita ſi conditionaliter prohibuit dimittere vxorem, non in totum prohibuit. & quod non prohibuit in totum, permiſit aliàs, vbi cauſa ceſſat ob quam prohibuit. Et iam non contrarium Moyſi docet, cuius præceptum alicubi conſeruat: nondum dico confirmat. Aut ſi omnino negas permitti diuortium à Chriſto, quomodo tu nuptias dirimis? nec coniungens marem & fœminam, nec alibi coniunctos ad ſacramentum baptiſmatis, & Euchariſtiæ admittens, niſi inter ſe coniurauerint aduerſus fructum nuptiarum, vt aduerſus ipſum Creatorem? Certè quid facit apud te maritus, ſi vxor eius commiſerit adulterium? habebitnè illam? Sed nec tuum Apoſtolum ſinere ſcis coniungi proſtitutæ, membra Chriſti. Habet itaque & Chriſtum aſſertorem iuſtitia diuortij. Iam hinc confirmatur ab illo Moyſes, ex eodem titulo prohibens repudium, quo & Chriſtus, [e] *ſi inuentum fuerit in muliere negotium impudicum*. Nam & in Euangelio [1 Cor 6 15.]
Matthæi; [f] *Qui dimiſerit*, inquit, *vxorem ſuam præter cauſam adulterij, facit eam adulterari. atque ita adulter cenſetur & ille, qui dimiſſam à viro duxerit*. Cæterùm, præter ex cauſa adulterij, nec Creator diſiungit, quod ipſe ſcilicet coniunxit; eodem alibi Moyſe conſtituente, eum qui ex compreſſione matrimonium fecerat, non poſſe dimittere [e Deut 24 1.] [f Matt 19.9. Luc. 16. 18.]
vxorem in omne tempus. Quòd ſi ex violentia coactum matrimonium ſtabit, quanto magìs ex conuenientia voluntarium? ſicut & prophetiæ auctoritate, [g] *Vxorem iuuentutis tuæ non dimittes*. Habes itaque Chriſtum vltro veſtigia vbique Creatoris ineuntem, tam in permittendo repudio, quàm in prohibendo. Habes etiam nuptiarum, quoquo velis latere, proſpectorem, quas nec ſeparari vult, prohibendo repudium; nec cum macula haberi, tunc permittendo diuortium. Erubeſce non coniungens, quos tuus quoque Chriſtus coniunxit. Erubeſce etiam diſiungens ſine eo merito, quo diſiungi voluit & tuus Chriſtus. Debeo nunc & illud oſtendere, vnde hanc ſententiam deduxerit Dominus, quovè direxerit. Ita enim plenius conſtabit, eum non ad Moyſen deſtruendum ſpectaſſe, per repudij propoſitionem ſubitò interpoſitam: quia nec ſubitò interpoſita eſt, habens radicem ex eadem Ioannis mentione. Ioannes enim retundens Herodem, quòd aduerſus legem vxorem fratris ſui defuncti duxiſſet, habentis filiã ex illa, (non aliàs hoc permittente, immò & præcipiente lege, quàm ſi frater illiberis deceſſerit, vt à fratre ipſius, & ex coſta ipſius ſuppararetur ſemen illi) coniectus in carcerem fuerat, ab eodem Herode poſtmodùm & occiſus. Facta igitur mentione Ioannis Dominus, & vtique ſucceſſus exitus eius, illicitorum matrimoniorum, & adulterij figuras iaculatus eſt in Herodem, adulterum pronuntians, etiam qui dimiſſam à viro duxerit: quò magìs impietatem Herodis oneraret, qui non minus morte quàm repudio dimiſſam à viro duxerat; & hoc fratre habente ex illa filiam, & vel eo nomine illicitè; ex libidinis, non ex legis inſtinctu; ac propterea Propheten quoque adſertorem legis occiderat. Hoc mihi diſſeruiſſe proficiet, etiam ſubſequens argumentum diuitis apud inferos dolentis, & pauperis in ſinu Abrahæ requieſcentis. Nã & illud, quantũ ad ſcripturæ ſuperficiem, ſubitò propoſitum eſt, quantum ad intentionem ſenſus, & ipſum cohæret mentioni Ioannis malè tractati, & ſugillatui Herodis malè meritari, vtriuſque exitum deformans, Herodis tormenta, & Ioannis refrigeria: vt iam audiret Herodes, [h] *Habent illic Moyſen, & Prophetas, illos audiant*. Sed Marcion aliorſum cogit, ſcilicet vtramque mercedem Creatoris, ſiue tormenti, ſiue refrigerij apud inferos, determinat eis poſitã, qui Legi & Prophetis obedierint; Chriſti verò & Dei ſui cœleſtem definit ſinum & portum. Reſpondebimus, & hac ipſa ſcriptura reuincente oculos eius, quæ ab inferis diſcernit Abrahæ ſinum pauperi. [i] *Aliud enim inferi*, vt puto, aliud quoque *Abrahæ ſinus. Nam & magnum ait intercedere regiones iſtas profundum, & tranſitum vtrinque prohibere. Sed nec alleuaſſet diues oculos, & quidem de longinquo*, niſi in ſuperiora, & dè altitudinis longinquo, per immenſam illam diſtantiam ſublimitatis, & pro- [i Luc. 16. 22.]

Deut. 22. 28 — g Malach 2. 15. — Matth. 14. 4 Marc. 6. 17. Luc. 3. 19. Leuit. 20 21 Deut. 25. 5. Luc. 16. 16. 18. & ſeq. — Luc. 16. 23. — h Ibid. 29. — d Luc. 16. 18

funditatis. Vnde apparet ſapienti cuique, qui aliquando Elyſios audierit, eſſe aliquam
localem determinationem, quæ ſinus dicta ſit Abrahæ, ad recipiendas animas filiorum
k Gen. 17. 45 eius, etiam ex Nationibus, [k] *patris ſcilicet multarum Nationum* in Abrahæ cenſum de-
putandarum, & ex eadem fide, qua & Abraham Deo credidit, nullo ſub iugo legis, nec
in ſigno circumciſionis. Eam itaque regionem, ſinum dico Abrahæ, etſi non cœleſtem,
ſubliniorem tamen inferis, interim refrigerium præbituram animabus iuſtorum, do-
Luc. 16. 23. nec conſummatio rerum, reſorrectionem omnium plenitudine mercedis expungat:
tuoc apparitura cœleſti promiſſione, quam Marcion ſuo vindicat, quaſi non à Crea-
l Amos. 9. 6. tore promulgatam. Ad quam [l] *aſcenſum ſuum Chriſtus ædificat in cœlum*, ſecundùm
m Eſa. 33. 14 Amos; vtique ſuis, vbi eſt & locus æternus, dè quo Eſaias, [m] *Quis annuntiabit
vobis locum æternum*, niſi ſcilicet Chriſtus *incedens in iuſtitia, loquens viam rectam, odio
Gen. 15. 5. habens iniuſtitiam & iniquitatem*? Quòd ſi æternus locus repromittitur, & aſcenſus in
Luc. 16. 22. cœlom ædificatur à Creatore, promittente etiam ſemen Abrahæ velut ſtellas cœli fu-
turum, vtique ob cœleſtem promiſſionem, ſalua ea promiſſione, cur non capiat, ſinum
Abrahæ dici temporale aliquod animarum fidelium receptaculum, in quo iam deli-
nietur futuri imago, ac candida quædam vtriuſque iudicij proſpiciatur? admonens
quoque vos hæreticos, dum in vita eſtis, Moyſeo & Prophetas vnum Deum prædican-
tes Creatorem, & vnum Chriſtum prædicantes eius, & vtrumque iudicium, pœnæ &
n Deut. 32. ſalutis æternæ, apud vnicum Deum poſitum; [n] *qui occidat, & viuificet.* Immò, inquit,
39. noſtri Dei monela dè cœlo, non Moyſen & Prophetas iuſſit audiri, ſed Chriſtum;
1. Reg. 2. 6. [o] *Hunc audite.* Meritò. Tunc enim Apoſtoli ſatis iam audierant Moyſen & Prophetas,
o Luc. 9. 35. qui ſecuti erant Chriſtum, credendo Moyſi & Prophetis. Nec enim accepiſſet Petrus
Ibid. 20. dicere, *Tu es Chriſtus*, antequam audiuiſſet, & credidiſſet Moyſi & Prophetis, à quibus
ſolis adhuc Chriſtus annuntiabatur. Hæc igitur fides eorum meruerat, vt etiam voce
p Eſa. 52. 7. cœleſti confirmaretur, iubeote illum audiri, quem agnouerant; [p] *euangelizantem pacem,
q Eſa. 33. 14. euangelizantem bona;* [q] *annuntiantem locum æternum;* [r] *ædificantem illis aſcenſum ſuum in cœ-
r Amos. 9. 6. lum.* Apud inferos autem dè eis dictum eſt, [ſ] *Habent illic Moyſen & Prophetas, audiant
ſ Luc. 16. 29. illos:* qui non credebant, vel qui nec omnino ſic credebant eſſe poſt mortem ſuperbiæ
diuitiarum, & gloriæ delitiarum, ſupplicia annuntiata à Moyſe & Prophetis: decreta
t Luc. 1. 52. autem ab eo Deo, [t] *qui dè thronis deponit dynaſtas, & dè ſterculinis eleuat inopes.* Itaquum
1. Reg. 1. 8. vtrinque pronuntiationis diuerſitas comperat Creatori, non erit diuinitatum ſtatuen-
da diſtantia, ſed ipſarum materiarum.

CAPVT XXXV.

De væ dicto ſcandali, venia danda fratri, de decem leproſorum mundatione, dè Aduentu Iudicis improuiſo ſecundùm legem.

In p. V. Scandalum. 4. à p. ad vltram. V. Chri. Elogia. 35. & V. Correctio. & V. Remiſſio Iniuriæ. 2°. à m. V. Gratiarum actio. & V. Regnum Dei. 2. circa. f. V. Chriſtus Iudex. 8.

a Luc. 17. 1. 2 CONVERSVS ibidem ad diſcipulos, [a] *Væ, dicit, auctori ſcandalorum: expediſſet iſi
natus non fuiſſet, aut ſi molino ſaxo ad collum deligato præcipitatus eſſet in profundum,
quàm vnum ex illis modicis, vtique diſcipulis eius, ſcandalizaſſet.* Æſtima quale ſuppli-
cium comminetur illi. Nec enim alius vlciſcetur ſcandalum diſcipulorum eius.
Agnoſce igitur & iudicem; & illo adfectu pronuntiantem dè cura ſuorum, quo &
b Zach. 2. 8. Creator retro: [b] *Qui tetigerit vos, ac ſi pupillam oculi mei tangat.* Idem ſenſus eiuſdem eſt.
Luc. 17. 3. Peccantem fratrem iubet corripi; quod qui non fecerit, vtique deliquit, aut ex odio
volens fratrem in delicto perſeuerare, aut ex acceptione perſonæ, parcens ei; habens
c Leuit. 19. 17 Leuiticum, [c] *Non odies fratrem tuum in animo tuo, traductione traducens proximum tuum,*
d Exo. 23. 4. vtique & fratrem; *& non ſumes propter illum, delictum.* Nec mirum ſi ita docet, [d] *qui pe-
cora quoque fratris tui, ſi errantia in via inueneris, prohibet deſpicias; quo minus ea reducas fra-
Luc. 17. 4. tri tuo*: nedum ipſum ſibi. Sed & veniam des fratri in te delinquenti iubet, etiam ſe-
pties. parum planè. Plus eſt enim apud Crearorem, qui nec modum ſtatuit, in iofini-
e Leuit. 19. tum proountians, [e] *Fratris malitiæ memor nè ſis* Nec petenti eam præſtes mandat, ſed &
18. non petenti. Non enim dooes offenſam vult, ſed obliuiſcaris. Lex leproſorum quantæ
Leuit. 13. 1. ſit interpretationis erga ſpecies ipſius vitij, & inſpectationis ſummi ſacerdoris, noſtrũ
& ſeq. erit ſcire: Marcionis, moroſiratem legis opponere, vt & hìc Chriſtum æmulum eius af-
Leuit. 14. 2. firmet, præuenientem ſolennia legis etiam in curatione decem leproſorum, quos tan-
& ſeq. tummodò ire iuſſos vt ſe oſtenderent ſacerdotibus, in itinere purgauit, ſine tactu iã, &
Luc. 17. 14. ſine verbo, tacita poteſtate, & ſola voluntate: quaſi neceſsè ſit, ſemel remediatore lan-
guorũ & vitiorũ annuntiato Chriſto, & dè effectibus probato, dè qualitatibus curatio-
nũ retractari; aut Creatorẽ in Chriſto ad legẽ prouocari; ſi quid aliter quã lege diſtinxit,

ipſe perfecit : cùm aliter vtique Dominus per ſemetipſum operetur , ſiue per filium ; aliter per Prophetas ſamulos ſuos ; maximè documenta virtutis & poteſtatis ; quæ vt clariora & validiora, quà propria, diſtare à vicariis fas eſt. Sed eiuſmodi & alibi jam dicta ſunt, in documento ſuperiore. Nunc etſi præſatus eſt, [f] *multos tunc fuiſſe leproſos apud* f Luc. 4. 27.
Iſraëlem in diebus Heliſæi prophetæ, & neminem eorum purgatum niſi Naaman Syrum : non 4. Reg. 5. 14
vtique numerus faciet ad differentiam Deorum , in deſtructionem Creatoris , vnum remediantis, & prælationem eius qui decem emundarit. Quis enim dubitabit plures potuiſſe curari ab eo, qui vnum curaſſet , quàm ab illo decem, qui nunquam retro vnum ? Sed hac cum maximè pronuntiatione diffidentiam Iſraëlis , vel ſuperbiam pulſat ; quòd cum multi eſſent illic leproſi , & Prophetes non deeſſet , etiam edito documento , nemo decucurriſſet ad Deum operantem in Prophetis. Igitur , quoniam ipſe erat authenticus pontifex Dei Patris , inſpexit illos ſecundùm legis arcanum , ſignificantis Chriſtum eſſe verum diſceptatorem , & elimatorem humanarum maculatum. Sed & quod in manifeſto fuit legis , præcepit ; [g] *Ite oſtendite vos ſacerdotibus*. Cur ? ſi illos antè erat emundatu- g Luc. 17. 14
rus. An quaſi legis illuſor , vt in itinere curatis oſtenderet , nihil eſſe legem cum ipſis ſacerdotibus ? Et vtique viderit , ſi cui tam opinioſus videbitur Chriſtus. immò digniora ſunt interpretanda, & fidei iuſtiora. ideo illos remediatos, quà ſecundùm legem iuſſi abire ad ſacerdotes , obaudierant : neque enim credibile eſt , emeruiſſe medicinam à deſtructore legis , obſeruatores legis. Sed cur priſtino leproſo nihil tale præcepit ? quia nec Heliſæus Syro Naaman ; & tamen non idcirco non erat Creatoris. Satis reſpondi ; ſed qui credidit , intelligit etiam altius aliquid. Diſce igitur & cauſas. In Samariæ regionibus 3 Reg. 11. 29
res agebatur, vnde erat & vnus interim ex leproſis. Samaria autem deſciuerat ab Iſraële, & ſeq.
habens ſchiſma illud ex decem tribubus , quas auulſas per Achiam prophetam , collocauerat apud Samariam Hieroboam. Sed & alias ſemper ſibi placentes erant Samaritani de montibus & puteis patrum ; ſicut in Euangelio Ioannis , Samaritana illa in colloquio Domini apud puteum , [h] *Nū tu major ſis* , & cætera Et rurſus , *Patres noſtri in iſto monte* h Io. 4. 20.
adorauerunt , & vos dicitis quia Hieroſolymis oportet adorare. Itaque, qui & per Amos , [i] *Væ* i Amos. 6. 1.
dixerit eis , *qui confident in monte Samariæ* ; jam & ipſam reſtituere dignatus, de induſtria, iubet oſtendere ſe ſacerdotibus , vtique qui non erant , niſi vbi & templum ; ſubjiciens Samaritam Iudæo , quoniam ex Iudæis ſalus Iſraëlitæ , & Samaritanæ. Tota enim promiſſio Tribui Iudæ Chriſtus fuit : vt ſcirent Hieroſolymis eſſe & ſacerdotes, & templum, & matricem religionis , & fontem, non puteum , ſalutis. Et ideo , vt vidit agnouiſſe illos legem Hieroſolymis expungendam , ex fide iam iuſtificandos , ſine legis ordine reme- Luc. 17. 14.
diauit. Vnde & vnum illum ſolutum ex decem , memorem diuinæ gratiæ Samariten miratus , non mandat offerre munus ex lege ; quia ſatis jam obtulerat, gloriam Deo reddens , hoc & Domino volenti interpretari legem. Et tamen cui Deo gratiam reddidit Samarites , quando nec Iſraëlites alium Deum vſque adhuc didiciſſet ? cui alii , quàm cui omnes remediati retro à Chriſto : Ideo , [k] *Fides tua te ſaluum fecit* , audit : quia intel- k Luc. 17. 19
lexerat veram ſe Deo omnipotenti oblationem, gratiarum ſcilicet actionem, apud verum templum , & verum pontificem eius Chriſtum facere debere. Sed nec Pharisæi poſſunt videri de alterius Dei regno conſuluiſſe Dominum , quando venturum ſit, quamdiu alius à Chriſto editus Deus non erat ; nec ille de alterius regno reſpondiſſe , quàm de cuius conſulebatur. [l] *Non venit* , inquit , *regnum Dei cum obſeruatione : nec dicent , Ecce hic , ecce*
illic : Ecce enim regnum Dei intra vos eſt. Quis non ita interpretabitur , *intra vos eſt* , id eſt l Luc. 17. 20. 21.
in manu , in poteſtate veſtra : ſi audiatis , ſi faciatis Dei præceptum ? Quod ſi in præcepto eſt Dei regnum , propone igitur contrà, ſecundum noſtras antitheſes, Moyſen , & vna ſententia eſt. [m] *Præceptum*, inquit , *excelſum non eſt , nec longè à te. Non eſt in cœlo, vt dicas,*
Quis aſcendet in cœlum , & deponet nobis illud , & auditum illud faciemus ? nec vltra mare m Deut 30. 11. & ſeq.
eſt , vt dicas , Quis transfretabit & ſumet illud nobis , & auditum illud faciemus ? Propè te eſt
verbum , in ore tuo, & in corde tuo , & in manibus tuis facere illud. Hoc erit , [n] *Non hic, nec* n Luc. 17. 20
illic ; ecce enim intra vos eſt regnum Dei. Et nè argumentetur audacia hæretica , de regno 21.
Creatoris , de quo conſulebatur , non de ſuo reſpondiſſe eis Dominum , ſequentia obſiſtunt. Dicens enim , [o] *Filium hominis antè multa pati , & reprobari oportere , antè aduen-*
tum ſuum ; in quo & regnum ſubſtantialiter reuelabitur, ſuum oſtendit & regnum de quo o Luc. 17. 25
reſponderat , quod paſſiones & reprobationes ipſius expectabat. Reprobari autem habens , & poſtea agnoſci & aſſumi , & extolli , etiam ipſum verbum , reprobari , inde decerpſit , vbi in lapidis ænigmate , vtraque reuelatio eius apud Dauid canebatur ; prima recuſabilis , ſecunda honorabilis : [p] *Lapis* , inquit , *quem reprobauerunt ædificantes , iſte*
factus eſt in caput anguli. A Domino factum eſt hoc. Vanum enim , ſi credidimus Deum p Pſal. 117. 22 Dan. 2. 45.
de contumelia , aut gloria ſcilicet alicuius prædicaſſe , vt non eum portenderet , quem & Eſa. 8. 14.

in lapidis, & in petræ, & in montis figura portenderet. Sed ſi de ſuo loquitur aduentu, cur cum diebus Noë, & Loth comparat, tetris & atrocibus, Deus & lenis, & mitis? Cur
1. Cor. 10. 4 admonet, [g] *meminiſſe vxoris Loth*, quæ præceptum Creatoris non impunè contempſit
g Luc. 17. 26 & 32. ſi non cum iudicio venit vindicandorum præceptorum ſuorum? Etiam ſi vindicat vt & ille, ſi iudicat me, non debuit per eius documenta formare quem deſtruit, nè ille me formare videatur. Si verò & hic non de ſuo loquitur aduentu, ſed de Iudæi Chriſti, expectemus etiam nunc nè quid de ſuo prædicet, illum interim eſſe credentes, quem omni loco prædicat.

CAPVT XXXVI.

Dè parabolis iudicis interpellati à vidua, publicani & phariſæi, iuuene iuſſo omnia vendere, cæco illuminato filium Dauid clamante.

In p. V. orationis conditiones. 11. à p. V. miſericordia. 1. in m. ad f. V. Ieſus. 4.

NAM & orandi perſeuerantiam, & inſtantiam mandans, parabolam iudicis ponit,
a Luc. 18. 4. coacti audire viduam, inſtantia & perſeuerantia interpellationum eius. Ergo iudicem Deum oſtendit orandum, non ſe, ſi non ipſe eſt iudex. Sed ſubjunxit, [a] *facturum Deum vindictam electorum ſuorum*. Si ergo ipſe erit iudex, qui & vindex, Creatorem
b Ibid. 7. 8. ergo meliorem Deum probauit, [b] *quem electorum ſuorum clamantium ad eum die ac nocte vindicem oſtendit*. Et tamen, cùm templum Creatoris inducit, & duos adorantes diuer-
Luc. 18. 10. ſa mente deſcribit, Phariſæum in ſuperbia, Publicanum in humilitate; ideoque alterum reprobatum, alterum iuſtificatum deſcendiſſe; vtique docendo qua diſciplina ſit orandum, eum & hic orandum conſtituit, à quo relaturi eſſent eam orandi diſciplinam, ſiue reprobatricem ſuperbiæ, ſiue iuſtificatricem humilitatis. Alterius Dei nec templum,
Ibid 14. nec oratores, nec iudicium inuenio penès Chriſtum, niſi Creatoris. Illum iubet adorare in humilitate, vt alleuatorem humilium; non in ſuperbia, vt deſtructorem ſuperborum. Quem alium adorandum mihi oſtendit? qua diſciplina? qua ſpe? Neminem opinor. Nam & quam docuit orationem, Creatori probauimus conuenire. Aliud eſt ſi etiam
c Luc. 18. 19 adorari qua Deus optimus, & vltro bonus non vult. Sed [c] *quis optimus, niſi vnus*, inquit, *Deus*, Non quaſi ex duobus diis vnum optimum oſtenderit; ſed vnum eſſe optimum
d Matth. 5. 45. Deum ſolum, qui ſic vnus ſit optimus, quà ſolus Deus. Et vtique optimus, [d] *qui pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, & ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos*, ſuſtinens, & alens, &
e Luc. 18. 18. iuuans etiam Marcionitas. Denique interrogatus ab illo quodam [e] *Præceptor optime, quid faciens vitam æternam poßidebo*? de præceptis Creatoris an ea ſciret, id eſt faceret, expoſtulauit, ad conteſtandum, præceptis Creatoris vitam acquiri ſempiternam. Cùm-
f Ibid. 22. que ille principaliora quæque affirmaſſet obſeruaſſe ſe ab adoleſcentia: [f] *Vnum*, inquit, *tibi deeſt. Omnia quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo, & veni, ſequere me.* Age Marcion, omneſque jam commiſerones, & coodibiles eius hæretici, quid audebitis dicere? Reſciditnè Chriſtus priora præcepta, non occidendi, non adulterandi, non furandi, non falſum teſtandi, diligendi patrem & matrem? An & illa ſeruauit, & quod deerat, adjecit? quamquam & hoc præceptum largitionis in egenos vbique diffuſum ſit in Lege & Prophetis, vtì glorioſiſſimus ille obſeruator præceptorum, pecuniam multo cariorem habiturus traduceretur. Saluum eſt igitur & hoc in Euangelio,
g Matth. 5. 17. [g] *Non veni diſſoluere Legem & Prophetas, ſed potius adimplere.* Simul & cætera dubitatione liberauit, manifeſtando vnius eſſe & Dei nomen, & optimi, & vitam æternam, & theſaurum in cœlo, & ſemetipſum; cuius præcepta ſupplendo, & conſeruauit, & auxit
Luc. 18. 19. ſecundùm Micheam quoque hoc loco recognoſcendus, dicentem; [h] *Si annuntiauit tibi*
h Mich. 6. 8. *homo quid bonum? aut quid a te Dominus exquirit, quàm facere iudicium, diligere miſericordiam, & paratum eſſe ſequi Dominum Deum tuum?* Et homo enim Chriſtus annuntians
i Luc. 18. 20 quid ſit bonum, ſcientiam legis; [i] *Præcepta*, inquit, *ſcis? facere iudicium; Vende*, inquit, *quæ habes; diligere miſericordiam; Et da*, inquit, *egenis; paratum eſſe ire cum Deo; Et veni*, inquit, *ſequere me.* Tam diſtincta fuit à primordio Iudæa gens per tribus, & populos, & familias, & domos, vt nemo facilè ignorari de genere potuiſſet, vel de recentibus Auguſtianis cenſibus, adhuc tunc fortaſsè pendentibus. Ieſus autem Marcionis, & natus non dubitaretur, qui homo videbatur; vtique quà non natus, nullam poterat generis ſui in publico habuiſſe notitiam, ſed erat vnus aliqui deputandus ex iis, qui quoquo modo ignoti habebantur. Quum igitur prætereuntem illum cæcus audiſſet, cur exclamauit,
l Luc. 18. 38. [l] *Ieſu fili Dauid, miſerere mei*, niſi quia filius Dauid, id eſt, ex familia Dauid non temerè deputabatur; per matrem & fratres, qui aliquando ex notitia vtique annuntiati ei fue-
m Ibid. 39. rant? Sed [m] *antecedentes increpabant cæcum, vti taceret.* Meritò, quoniam quidem voci-

ferabatur, non quia de Dauid filio mentiebatur. Aut doce increpantes illos fuiſſe, quod
Ieſus non eſſet filius Dauid; vt idcirco ſilentium cæco indixiſſe credantur. Sed & ſi do-
ceres, facilius illos ignoraſſe præſumeretur, quàm Dominum falſam in ſe prædicationem
ſuſtinere potuiſſe. Sed patiens Dominus: Non tamen confirmator erroris, immò etiam
detectorCreatoris; vt non prius hanc cæcitatem hominis illius enubilaſſet, ne vltra Ieſum
filium Dauid exiſtimaret. Atquin, nè patientiam eius infamaretis, nec vllam rationem
diſſimulationis illis affingeretis, nec filium Dauid negaretis, manifeſtiſſimè confirmauit
cæci prædicationem, & ipſa remuneratione medicinæ, & teſtimonio fidei. [n] *Fides*, inquit, n Ibid. 42.
tua te ſaluum fecit. Quid vis cæcum credidiſſe? Ab alio Deo deſcendiſſe Ieſum, ad deje-
ctionem Creatoris? ad deſtructionem Legis & Prophetarum? non illum eſſe, [o] *qui ex ra-* o Eſa. 11. 1.
dice Ieſſe, & ex fructu lumborum Dauid deſtinabatur, cæcorum quoque remunerator? Pſal. 131. 11.
Sed nondum puto eiuſmodi tunc cæci erant, qualis Marcion, vt hæc fuerit cæci illius Act. 2. 30.
fides, qua crediderit in voce, Ieſu filii Dauid. Qui hoc ſe & cognouit, & ab omnibus
cognoſci voluit, fidem hominis etſi melius oculatam, etſi veri luminis compotem, ex-
teriore quoque viſione donauit, vt & nos regulam, ſimulque mercedem fidei diſceremus.
Qui vult videre Ieſum, Dauid filium credat per virginis cenſum. Qui non ita credet, non
audiet ab illo: [p] *Fides tua te ſaluum fecit.* Atque ita cæcus remanebit, ruens in antitheſim, p Luc. 18. 42.
ruentem & ipſam antitheſim. Sic enim [q] *cæcus cæcum deducere ſolet.* Nam ſi aliquando q Luc. 6. 39.
Dauidem in recuperatione Sionis offenderant cæci reſiſtentes, quòminus admitteretur; 2. Reg. 5. 6.
(in figuram populi proinde cæci, non admiſſuri quandoque Chriſtum filium Dauid) 8.
ideo Chriſtus ex diuerſo, cæco ſubuenit, vt hinc ſe oſtenderet non eſſe filium Dauid, &
ex animi diuerſitate bonus cæcis, quos ille juſſerat cædi. Et cur fidei, & quidem prauæ,
præſtitiſſe ſe dixit? Atquin & hoc filius Dauid, & antitheſim de ſuo retundendam. Nam
& quid Dauid offenderant, cæci: nunc verò eiuſdem carnis homo ſupplicem ſe obtulerat
filio Dauid, idcirco ei ſatisfacienti quodammodo placatus filius Dauid, reſtituit lumina,
cum teſtimonio fidei, quâ hoc ipſum crediderat, exorandum ſibi eſſe filium Dauid. Et
tamen Dauid audacia hominum puto offenderat, non valetudo. Luc. 19. 9.

CAPVT XXXVII.

De Zachæo excipiente Dominum, ſeruorum parabola, & fænerata eis pecunia.

Inp. V. Zachæus. circa. f. V. Chri. elogia. 9.

CONSEQVITVR & Zachæi domus ſalutem. Quo merito? Nunquid vel ille cre-
diderat Chriſtum à Marcione veniſſe? Atquin adhuc in auribus erat omnium vox
illa cæci, [a] *Miſerere mei, Ieſu fili Dauid; Et omnis populus laudes referebat Deo*: non Mar- a Luc. 18. 38.
cionis, ſed Dauid. Enimverò Zachæus etſi allophylus fortaſſe, tamen aliqua notitia ſcri- 43.
pturarum ex commercio Iudaïco adflatus; plus eſt autem, & ignorans Eſaiam, præcepta
eius impleuerat. [b] *Confringito*, inquit, *panem tuum eſurienti; & non habentes tectum, in* b Eſa. 58. 7.
domum tuam inducito; hoc cum maximè agebat, exceptum domo ſua paſcens Dominum:
[c] *Et nudum ſi videris, contegito*; hoc cum maximè promittebat, in omnia miſericordiæ c Ibid.
opera dimidium ſubſtantiæ offerens; diſſoluens violentiorum contractuum obnexus, & Luc. 19. 6.
dimittens conflictatos in laxamentum, & omnem conſcriptionem iniquam diſſipans,
dicendo; [d] *Et ſi cui quid per calumniam eripui, quadruplum reddo.* Itaque Dominus, *Hodie*, d Luc. 19. 8.
inquit, *ſalus huic domui.* Teſtimonium dixit, ſalutatia eſſe quæ præceperat Prophetes
Creatoris. Cùm verò dicit, [e] *Venit enim filius hominis ſaluum facere quod periit*; jam non e Luc 19. 10.
contendo eum veniſſe vt ſaluum faceret quod perierat, cuius fuerat, & cui perierat quod
ſaluum venerat facere; ſed in alterius quæſtionis gradum dirigo. De homine agi nulla
dubitatio eſt. Hic quum ex duabus ſubſtantiis conſtet, ex corpore, & anima, quærendum
eſt, ex qua ſubſtantiæ ſpecie periiſſe videatur. Si ex corpore, ergo corpus perierat,
anima non. *Quod perierat, ſaluum facit filius hominis*: habet igitur & caro ſalutem, ſi &
anima perierat, animæ perditio ſaluti deſtinatur: caro quæ non periit, ſalua eſt. Si totus
homo perierat ex vtraque ſubſtantia, totus homo ſaluus fiat neceſſè eſt; & eliſa eſt ſen-
tentia hæreticorum negantium carnis ſalutem. Iam & Chriſtus Creatoris confirmatur,
qui ſecundum Creatorem totius hominis, pollicebatur. Seruorum quoque parabola, qui
ſecundùm rationem fœneratæ pecuniæ dominicæ dijudicantur, iudicem oſtendit Deum,
etiam ex parte ſeueritatis; non tantum honorantem, verum & auferentem quod quis
videatur habuiſſe. Aut ſi & hic Creatorem finxerit [f] *auſterum, tollentem quod non poſueris, &* f Luc. 19. 21.
metentem quod non ſeueris, hic quoque me ille inſtruit, cuius pecuniam vt fœnerem edocet.

CAPVT XXXVIII.

Chriſtus dè baptiſmo Ioannis, ſeptem fratrum vxore & filio Dauid interrogatus.

In p. V. Baptiſmus Ioannis 2. à p. V. Homo imago dei. 6. & in Alphab. Error. V. Anima ex ſubſtantia Dei. & à p. ad circa. V. nuptiæ vt bonæ. 3. & V. Reſponſio. 1. & circa. m. V. Reſponſio. 2. in f. V. Chri. Elogia. 6.

Luc. 20. 4. SCIEBAT Chriſtus baptiſma Ioannis vnde eſſet. & cur quaſi neſciens interrogabat? Sciebat non reſponſuros ſibi Phariſæos. & cur fruſtra interrogabat? An vt ex ore
ipſorum iudicaret illos, vel ex corde? Refer ergo & hæc ad excuſationem Creatoris, &
Luc. 20. 6. ad comparationem Chriſti; & conſidera jam quid ſecuturum eſſet, ſi quid Phariſæi ad
interrogationem renuntiaſſent. Puta illos renuntiaſſe humanum Ioannis baptiſma, ſta-
Gen. 2. 17. tim lapidibus eliſi fuiſſent. Exiſteret aliqui Marcion aduerſus Marcionem, qui diceret:
O Deum optimum! ô Deum diuerſum à Creatoris exemplis! Sciens præcepſ ituros homines, ipſe illos in præruptum impoſuit. Sic enim & de Creatore, in arboris lege, tra-
a Luc. 20. 6. ctatur. Sed de cœlis fuit baptiſma Ioannis. [a] *Et quare*, inquit Chriſtus, *non credidiſtis ei?* Ergo qui credi voluerat Ioanni, increpaturus quòd non credidiſſent, eius erat,
cuius ſacramentum Ioannes adminiſtrabat. Certè nolentibus renuntiare quid ſaperent,
b Luc. 20. 8. quum & ipſe vicem opponit; [b] *Et ego non dico vobis in qua virtute hæc facio*; malum pro
c Luc. 20. 25. Matth. 22. 21. malo reddit. [c] *Reddite quæ Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Quæ erunt Dei? quæ ſimilia ſunt denarii Cæſaris, imago ſcilicet & ſimilitudo eius. Hominem igitur reddi iubet Creatori, in cuius imagine, & ſimilitudine, & nomine, & materia expreſſus eſt. Quærat ſibi monetam Deus Marcionis. Chriſtus denarium hominis, ſuo Cæſari iubet reddi, non alieno; niſi quod neceſſè eſt qui ſuum denarium non habet. Iuſta & digna præſcriptio eſt in omni quæſtione ad propoſitum interrogationis pertinere debere ſenſum reſponſionis. Cæterùm, aliud conſulenti, aliud reſpondere, dementis
Luc. 20. 29. eſt. Quò magìs abſit à Chriſto, quod nè homini quidem conuenit. Sadducæi reſurrectionis negatores, de ea habentes interrogationem, propoſuerant Domino ex lege
Deut. 25. 5. materiam mulieris, quæ ſeptem fratribus ex ordine defunctis, ſecundum præceptum legale nupſiſſet, cuius viri deputanda eſſet in reſurrectione. Hæc fuit materia quæſtionis, hæc ſubſtantia conſultationis. Ad hoc reſpondiſſe Chriſtum neceſsè eſt. Ne-
d Luc. 20. 34. minem timuit, vt quæſtiones aut declinaſſe videatur, aut per occaſionem earum, quod alias palam non docebat, ſubostendiſſe. Reſpondit igitur [d] *Huius quidem æui filios nubere.* Vides quàm pertinenter ad cauſam. Quia dè æuo venturo quærebatur, in quo neminem nubere definiturus, præſtruxit, hic quidem nubi, vbi ſit & mori. quos verò dignatus ſit Deus illius æui poſſeſſione, & reſurrectione à mortuis, neque nubere, ne-
e Ibid. 35. que nubi; quia nec morituri jam ſint quum [e] *ſimiles angelorum ſint, Dei & reſurrectionis filii facti.* Quum igitur ſenſus reſponſionis non in aliud ſit dirigendus, quàm ad propoſitum interrogationis, ſi hoc ſenſu reſponſionis, propoſitum abſoluitur interroga-
Luc. 20. 27. tionis, non aliud reſponſio Domini cepit, quam quo quæſtio abſoluitur. Habes & tempora permiſſarum, & negatarum nuptiarum, non ex ſua propria, ſed ex reſurrectionis quæſtione. Habes & ipſius reſurrectionis confirmationem, & totum quod Sadducæi ſciſcitabantur, non de alio Deo interrogantes, nec de proprio nuptiarum iure quærentes. Quod ſi ad iſta facis reſpondere Chriſtum, dè quibus non eſt conſultus, nega eum de quibus interrogatus eſt, reſpondere potuiſſe, Sadducæorum ſcilicet ſapientia captum. Examinabo nunc & poſt præſcriptionem, retractabo aduerſus argumentationes cohæ-
f Luc. 20. 35. rentes. Nacti enim ſcripturæ textum, ita in legendo decucurrerunt: [f] *Quos autem dignatus eſt Deus illius æui*, illius æui Deo adiungunt, quo alium Deum faciant illius æui. Quum ſic legi oporteat, *Quos autem dignatus eſt Deus*, vt facta hîc diſtinctione poſt Deum, ad ſequentia pertineat, *Illius æui*, id eſt, quos dignatus ſit Deus, illius æui poſſeſſione & reſurrectione. Non enim de Deo, ſed de ſtatu illius æui conſulebatur, cuius vxor futura eſſet poſt reſurrectionem in illo æuo. Sic & de ipſis nuptiis reſponſum ſub-
g 34. Ibid. uertunt; [g] *Filii huius æui nubunt & nubuntur*, de hominibus dictum ſit Creatoris, nuptias permittentis: ſe autem quos Deus illius æui, alter ſcilicet, dignatus ſit reſurrectione, jam & hic non nubere, quia non ſint filii huius æui. quando de nuptiis illius æui conſultus, non de huius, eas negauerat de quibus conſulebatur. itaque qui ipſam vim & vocis, & pronuntiationis, & diſtinctionis exceperant, nihil aliud ſenſerunt, quàm
h Luc. 20. 39. quod ad materiam conſultationis pertinebat. Atque adeò Scribæ, [h] *Magiſter, inquiunt, bene dixiſti.* Confirmauerat enim reſurrectionem, formam eius edendo aduerſus Sadducæorum opinionem. Denique teſtimonium eorum qui ita eum reſpondiſſe præſumpſe-
i Pſal. 109. 1. rant, non recuſauit. Si autem Scribæ Chriſtum filium Dauid exiſtimabant, [i] *Ipſe autem Dauid*

Dauid Dominum eum appellat; quid hoc ad Chriſtum? Non Dauid errorem Scribarum
obtundebat, ſed honorem Chriſto Dauid procurabat; quem Dominum Chriſtum ma-
gìs quàm filium Dauid confirmabat; quod non congrueret deſtructori Creatoris. At ex Luc. 18. 38.
noſtra parte, quàm conueniens interpretatio? Nam qui olim à cæco illo filius Dauid fue-
rat inuocatus, quod tunc reticuit, non habens in præſentia Scribas, nunc vltro coram
eis dè induſtria protulit; vt ſe, quem cæcus ſecundùm Sribarum doctrinam filium tantùm
Dauid prædicarat, Dominum quoque eius oſtenderet; remunerata quidem fide cæci,
qua filium Dauid crediderat illum; pulſata verò traditione Scribarum, qua non & Do-
minum eum nórant. Quodcunque ad gloriam ſpectaret Chriſti Creatoris, ſic non alius
tueretur, quàm Chriſtus Creatoris.

CAPVT XXXIX.

Dè venturis in nomine Chriſti, cæteriſque præcurrentibus iudicium iuxta Prophetas & Euangelium, diuerſiſque docendi temporibus.

In p. V. Marcionitæ. 6. à p. V. iudicium extremum. 5. & V. Martyres. 5. & 14. in m. V. Chriſtus iudex. 6. à m. V. iudicium extremum. 3. circa f V. iudicium extremum. 4. & V. bonitas. 3. in f. V. Chriſti verba. 1.

OLIM conſtitit de nominum proprietate, ei illam competere, qui prior & Chriſtum
ſuum in homines annuntiaret, & Ieſum tranſnominaret. Conſtabit itaque & de im- a Luc. 21. 8.
pudentia eius, [a] *qui multos dicat venturos in nomine ipſius*; quòd non ſit ipſius, ſi non Chri-
ſtus & Ieſus Creatoris eſt, ad quem proprietas nominum pertinet. amplius, & prohibeat
eos recipi, quorum & ipſe par ſit, vt qui proinde in nomine venit alieno, ſi non ipſius
erat à mendacio nominis præuenire diſcipulos, qui per proprietatem nominis poſſidebat
veritatem eius. [b] *Venient denique illi, dicentes, Ego ſum Chriſtus.* Recipies eos, qui b Ibid.
conſimilem recepiſti. Et hic enim in nomine ſuo venit. Quid nunc quòd & ipſe veniet
nominum Dominus, Chriſtus, & Ieſus Creatoris? Rejicies illum? Et quàm iniquum,
quàm iniuſtum, & optimo Deo indignum, vt non recipias eum in nomine ſuo venien-
tem, qui alium in nomine eius recepiſti? Videamus & quæ ſigna temporibus imponat. c Luc. 21. 9.
[c] *Bella, opinor, & regnum ſuper regnum, & gentem ſuper gentem, & peſtem, & fames, terraque motus, & formidines, & prodigia dè cælo*: quæ omnia ſeuero, & atroci Deo
congruunt. Hæc quum adjicit *etiam oportere fieri*, quem ſe preſtat? deſtructorem an
probatorem Creatoris? cuius diſpoſitiones confirmat impleri oportere, quas vt optimus
tam triſtes, quàm atroces abſtuliſſet potius, quàm conſtituiſſet, ſi non ipſius fuiſſent.
Antè hæc autem perſecutiones eis prædicat & paſſiones venturas, in martyrium vtique
& in ſalutem. Accipe prædicatum in Zacharia: [d] *Dominus*, inquit, *omnipotens proteget* Luc. 21. 19.
eos. Et conſument illos, & lapidabunt lapidibus fundæ, & bibent ſanguinem illorum velut d Zach. 9. 15
vinum, & replebunt pateras quaſi altaris; & ſaluos eos faciet Dominus illo die, velut oues, populum ſuum, quia lapides ſancti volutant. Et nè putes hæc in paſſiones prædicari, quæ
illos tot bellorum nomine ab allophylis manebant; reſpice ad ſpecies. Nemo in præ-
dicatione bellorum legitimis armis debellandorum, lapidationem enumerat, populari-
bus cœtibus magìs, & inermi tumultui familiarem. Nemo tanta in bello ſanguinis flu-
mina paterarum capácitate metitur, aut vnius altaris cruentationi adæquat. Nemo oues
appellat eos, qui in bello armati, & ipſi ex eadem feritate certantes cadunt; ſed qui in
ſua proprietate, atque patientia, dedentes potius ſemetipſos, quàm vindicantes truci-
dantur. Denique, quia [e] *lapides*, inquit, *ſancti volutant*, non quia milites pugnant. e Ibid.
Lapides enim ſunt, & [f] *fundamenta, ſuper quæ nos ædificamur; exſtructi*, ſecundùm Paulum, f Epheſ. 2.
ſuper fundamentum Apoſtolorum, qui lapides ſancti oppoſiti omnium offenſui, volutabant. 20.
Et hîc igitur ipſe [g] *vetat cogitari, quid reſponderi oporteat apud tribunalia*, qui & Balaam, g Luc. 21. 14.
quod non cogitauerat, immo contra quam cogitauerat, ſuggeſſit; & Moyſi cauſato lin- 15.
guæ tarditatem, os repromiſit, & ſapientiam ipſam, cui nemo reſiſteret, per Eſaiam de- Num. 22. 38
monſtrauit: [h] *Hic dicet, Ego Dei ſum, & clamabit in nomine Iacob, & alius inſcribetur in* & cap. 23. 5.
nomine Iſraëlis. Quid enim ſapientius, & incontradicibilius confeſſione ſimplici & exer- & 24. 5.
ta, in martyris nomine, cum Deo inualeſcentis? quod eſt interpretatio Iſraëlis. Nec mi- Exo. 4. 10.
rum ſi his cohibuit præcogitationem, qui & ipſe à Patre excepit pronuntiandi tempeſtiuè Luc. 21. 15.
ſubminiſtrationem: [i] *Dominus mihi dat linguam diſciplinæ, quando debeam proferre ſer-* h Eſa. 44. 5.
monem. Niſi Marcion Chriſtum non ſubiectum Patri infert. A proximis quoque per- Gen. 32. 28.
ſecutiones, & nominis ex odio, vtique blaſphemiam prædicatam, non debeo rurſus oſten- Eſa. 50. 4.
dere. Sed [k] *per tolerantiam*, inquit, *ſaluos facietis voſmetipſos*; dè qua ſcilicet Pſalmus: [l] *To-* k Luc. 21. 19
lerantia, inquit, *iuſtorum non peribit in finem.* Quia & alibi, [m] *Honorabilis mors iuſtorum*; l Pſal. 9. 19.
ex tolerantia ſine dubio, quia & Zacharias; [n] *Corona autem erit eis qui tolerauerint.*] Sed nè audeas argumentari, Apoſtolos, vt alterius Dei præcones, à Iudæis m Pſal. 115. 5. n Zach. 6. 14

vexatos; memento Prophetas quoque eadem à Iudæis paſſos, non tamen non alterius
o Luc. 21. 25. Dei Apoſtolos fuiſſe, quàm Creatoris. Sed monſtrato dehinc tempore excidii, o *quum cœpiſſet vallari exercitibus Hieruſalem ſigna iam vltimi finis enarrat, ſolis & lunæ ſiderumque prodigia, & in terra anguſtias Nationum obſtupeſcentium, velut à ſonitu maris fluctuantis pro expectatione imminentium orbi malorum. Quod & ipſa vires cælorum concuti habeant,*
p Ioel. 2. 30. accipe Ioelem: p *Et dabo prodigia in cælo, & in terra, ſanguinem & ignem, & fumi vaporem. Sol conuertetur in tenebras, & in ſanguinem luna, priuſquam adueniet dies magnus*
q Habac. 3. *& illuſtris Domini.* Habes & Abacuc, q *Fluminibus diſrumpetur terra, videbunt te: & parturient populi: Diſperges aquas greſſu: Dedit abyſſus ſonum ſuum; ſublimitas timoris eius elata eſt: Sol & luna conſtitit in ſuo ordine, in lucem coruſcationis tuæ ibunt in fulgorem: Fulgur ſcutum tuum, in comminatione tua diminues terram; & in indignatione tua depones Nationes.* Conueniunt, opinor, & Domini pronuntiationes, & Prophetarum, de concuſſionibus mundi, & orbis, elementorum, & Nationum. Poſt hæc quid Do-
r Luc. 21. 27 minus? r *Et tunc videbunt filium hominis venientem de cælis cum plurima virtute.* ſ *Quum*
ſ Ibid. 28. *autem hæc fient, erigetis vos, & leuabitis capita, quoniam adpropinquauit redemptio veſtra.*
t Ibid. 31 In tempore ſcilicet regni, de quo ſubjectarit ipſa parabola, t *Sic & vos quum videritis omnia hæc fieri, ſcitote adpropinquaſſe regnum Dei.* Hic erit dies magnus Domini, & illu-
u Dan. 7. 15. ſtris, venientis de cœlis filii hominis, ſecundùm Danielem, u *Ecce cum cæli nubibus tanquam filius hominis adueniens, &c. Et data eſt illi regia poteſtas;* quam in parabola
Luc. 19. 15. poſtulaturus exierat, relicta pecunia ſeruis, quæ fœnetaretur: Et vniuerſæ Nationes,
x Pſal. 2. 8. quas promiſerat ei in pſalmo Pater, x *Poſtula de me, & dabo tibi gentes hereditatem*
y Dan. 7. 14. *tuam: y Et gloria omnis ſeruiens illi, & poteſtas eius æterna, quæ non auferetur, & re-*
z Luc. 20. 36. *gnum eius quod non corrumpetur;* quia nec morientur in illo, z *nec nubent, ſed erunt ſicut angeli.* Dè eodem aduentu filii hominis, & fructu eius apud Abacuc, aa *Exiſti*
aa Habac. 3. 13. *in ſalutem populi tui, ad ſaluos faciendos Chriſtos tuos;* erecturos ſcilicet ſe, & capita
Luc. 21. 28. leuaturos in tempore regni redemptos. Igitur cùm & hæc quæ ſunt promiſſionum, proinde conueniant, ſicut & illa quæ ſunt concuſſionum, ex conſonantia Propheticarum, & Dominicarum pronuntiationum; nullam hîc poteris interſtruere diſtinctionem; vt concuſſiones quidem referas ad Creatorem, ſæuitiæ ſcilicet Deum, quas nec ſinere, nedum expectare deberet Deus Optimus, promiſſiones verò Deo optimo deputes, quas Creator ignorans illum non prophetaſſet. Aut ſi ſuas prophetauit, non diſtantes à promiſſionibus Chriſti, par erit in libertate optimo Deo; nec plus videbitur à Chriſto tuo repromitti, quàm à meo filio hominis. Ipſum decurſum ſcripturæ
Luc. 21. 7. & 30. Euangelium, ab interrogatione diſcipulorum, vſque ad parabolam fici, ita inuenies contextu ſenſus filio hominis, hinc atque illinc adhærere, vt in illum compingat & triſtia, & læta; & concuſſiones, & promiſſiones; nec poſſis ſeparare ab illo alteram partem. Vnius enim filii hominis aduentu conſtituto inter duos exitus, concuſſionum, & promiſſionum; neceſſè eſt ad vnum pertineant filium hominis, & incommoda nationum, & vota ſanctorum: quia ita poſitus eſt in medio, vt communis exitibus ambobus, alterum concluſurus aduentu ſuo, id eſt, incommoda Nationum; alterum incipiens, id eſt, vota ſanctorum; vt ſiue mei Chriſti conceſſeris aduentum filii hominis, quò mala imminentia ei deputes, quæ aduentum eius antecedunt, cogaris etiam bona ei adſcribere, quæ ab aduentu eius oriuntur; ſiue tui malueris, quò bona ei adſcribas, quæ ab aduentu eius oriuntur, cogaris mala quoque ei deputare, quæ aduentum eius antecedunt. Tam enim mala cohærent aduentui filii hominis, antecedendo, quàm & bona ſubſequendo. Quære igitur, quem ex duobus Chriſtis, conſtituas in perſona vnius filii hominis, in quem vtraque diſpoſitio referatur. Aut & Creatorem optimum, aut Deum tuum aſperum dediſti natura. In ſumma ipſius parabolæ conſidera exem-
bb Luc. 21. 30 plum. bb *Adſpice ficum, & arbores omnes, quum fructum protulerint, intelligunt homines æſtatem adpropinquaſſe. Sic & vos, quum videritis hæc fieri, ſcitote in proximo eſſe regnum Dei.* Si enim fructificationes arbuſcularum, ſignum æſtiuo tempori præſtant, antecedendo illud; proinde & conflictationes orbis, ſignum prænotant regni, præcedendo illud. Omne autem ſignum eius eſt, cuius eſt res, cuius eſt ſignum. Et omni rei ab eo imponitur ſignum, cuius eſt res. Ita ſi conflictationes ſigna ſunt regni, ſicut fructificationes æſtatis; ergo & regnum Creatoris eſt, cuius conflictationes deputantur, quæ ſigna ſunt regni. Præmiſerat oportere hæc fieri tam atrocia, tam dira, Deus optimus; certè à Prophetis & à Lege prædicata, adeò Legem & Prophetas non deſtruebat, quum quæ prædicauerant, confirmat perfici oportere. Adhuc ingerit; cc *Non*
cc Ibid. 32. 33 *tranſiturum cælum ac terram, niſi omnia peragantur.* Quænam iſta? Si quæ à Creatore ſunt, merito ſuſtinebunt elementa Domini ſui ordinem expungi. Si quæ à Deo

optimo, neſcio an ſuſtineat cœlum & terra perfici, quæ æmulus ſtatim. Hoc ſi
patietur Creator, zelotes Deus non eſt. Tranſeat, age nunc, terra & cœlum. Sic enim
Dominus eorum deſtinauit, dum verbum eius maneat in æuum. ſic enim & Eſaïas præ-
nuntiauit, Admoneantur & diſcipuli, [dd] *ne quando grauentur corda eorum crapula & ebrie-* dd Luc. 21.
tate, & ſæcularibus curis; & inſiſtat eis repentinus dies ille, velut laqueus; vtique oblitis 34. 35.
Deum ex plenitudine, & cogitatione mundi, Moyſi erit admonitio. Adeò is [ee] *liberabit* Deut. 8. 11.
à laqueo diei illius, qui hanc admonitionem retro intulit. Erant & loca alia apud Hieru- Deut. 32. 15.
ſalem ad docendum, erant & extra Hieruſalem adſecedendum; ſed enim [ff] *per diem in* ee Pſal. 90. 3
templo docebat; vt qui per Oſee prædixerat, [gg] *In templo meo me inuenerunt, & illic diſpu-* ff Luc. 21.
tatum eſt ad eos, Ad noctem verò in elæonem ſecedebat: Sic enim Zacharias demonſtra gg Oſee. 12. 4.
rat; [hh] *Et ſtabunt pedes eius in monte eleaone*. Erant horæ quoque auditorio competentes; hh Zach. 14.
Diluculo conueniendum erat; quia per Eſaïam quum dixiſſet, [ii] *Dominus dat mihi lin-* 4.
guam diſciplinæ, Adiecit, *Appoſuit mihi mane aurem ad audiendum*. Si hoc eſt prophetias ii Eſa. 50. 4.
diſſoluere, quid erit adimplere?

CAPVT XL.

De eſu Paſchæ, Iudæ proditione, corporis & ſanguinis Dominici diſtributione iuxta prophetas.

Per totum. V. Euchariſtia. 6. in m. V. Marcion. 2.

PROINDE ſcit & quando pati oporteret eum, cuius paſſionem lex figurat. Nam è Leuit 25. 5.
tot feſtis Iudæorum, Paſchæ diem elegit: In hoc enim ſacramentum pronuntiarat & ſeq.
Moyſes, [a] *Paſcha eſt Domini*. Ideo & affectum ſuum oſtendit, [b] *Concupiſcentia concupiui* Luc. 25 15.
Paſcha edere vobiſcum, antequam patiar. O legis deſtructorem, qui concupierat etiam Paſ- a Exo. 12 11.
cha ſeruare: Nimirum veruecina illum Iudaïca delectaret? An ipſe erat, [c] *qui tanquam* b Luc 22. 15.
ouis ad victimam adduci habens, & tanquam ouis coram tondente, ſic os non aperturus; figuram c Eſa. 53. 7.
ſanguinis ſui ſalutaris implere concupiſcebat? Poterat & ab extraneo quolibet tradi; nè Luc. 22. 15.
dicerem & in hoc Pſalmum expunctum, [d] *Qui mecum panem edit, leuabit in me plantam*. Pſal. 40 10.
Poterat & ſine præmio tradi: Quanta enim opera traditoris circa eum, qui populum co- d Luc. 22. 21
ram offendens, nec tradi magis potuiſſet, quàm inuadi? Sed hoc alii competiſſet Chriſto, 47. & ſeq.
non qui prophetias adimplebat. Scriptum eſt enim, [e] *Pro eo quòd venundedêre iuſtum*. e Amos. 1. 6
Nam & quantitatem & exitum pretii poſtea Iuda pœnitente reuocati, & in emptionem Math. 27. 3
dati agri figuli, ſicut in Euangelio Matthæi continetur, Hieremias prææcanit, [f] *Et acce-* 6. 7.
perunt triginta argentea pretium appretiati, vel honorati, & dederunt ea in agrum figuli. Pro f Hier 32. 9.
feſſus itaque *ſe concupiſcentia concupiſſe edere Paſcha*, vt ſuum (indignum enim vt quid alie- Zach. 11 12. 13.
num concupiſceret Deus) acceptum panem, & diſtributum diſcipulis, corpus illum ſuum
fecit, [g] *hoc eſt corpus meum* dicendo, id eſt, figura corporis mei. Figura autem non fuiſſet, g Luc. 22. 19
niſi veritatis eſſet corpus. Cæterum, vacua res quod eſt phantaſma, figuram capere
non poſſet. Aut ſi propterea panem corpus ſibi finxit, quia corporis carebat veritate:
ergo panem debuit tradere pro nobis. Faciebat ad vanitatem Marcionis, vt panis cruci-
figeretur. Cur autem *panem corpus ſuum appellat*, & non magìs peponem, quem Marcion Ibid
cordis loco habuit? non intelligens veterem fuiſſe iſtam figuram corporis Chriſti dicentis
per Hieremiam, [h] *Aduerſus me cogitauerunt cogitatum dicentes, Venite, conjiciamus lignum in* h Hier. 11. 19
panem eius, ſcilicet crucem in corpus eius. Itaque illuminator antiquitatum, quid tunc
voluerit ſignificaſſe panem, ſatìs declarauit, corpus ſuum vocans panem. Sic & in calicis
mentione teſtamentum conſtituens ſanguine ſuo obſignatum, ſubſtantiam corporis con-
firmauit. Nullius enim corporis ſanguis poteſt eſſe, niſi carnis Nam & ſi qua corporis qua-
litas non carnea opponetur nobis, certè ſanguinem niſi carnea non habebit. Ita conſiſtit
probatio corporis, dè teſtimonio carnis: probatio carnis, dè teſtimonio ſanguinis. Vt au-
tem & ſanguinis veterem figuram in vino recognoſcas, aderit Eſaïas, [i] *Quis*, inquit, *qui ad-* i Eſa. 63 1.
uenit ex Edom? rubor veſtimentorum eius ex Boſor. Sic decorus in ſtola vinolenta cum fortitu-
dine? Quare rubra veſtimenta tua? & indumenta ſicut dè foro torcularis pleno conculcato? Spiritus
enim propheticus, velut jam contemplandus Dominum ad paſſionem venientem, carne
ſcilicet veſtitum, vt in ea paſſum, cruentum habitum carnis, in veſtimentorum rubore
deſignat, conculcatæ, & expreſſæ vi paſſionis, tanquam de foro torcularis; quia exinde
quaſi cruentati homines, dè vini rubore deſcendant. Multo manifeſtius Geneſis in be-
nedictione Iudæ, ex cuius tribu, carnis cenſus Chriſti proceſſurus, jam tunc Chriſtum
in Iuda delineabat. [k] *Lauabit*, inquit, *in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ amictum* k Gen. 49.
ſuum, ſtolam, & amictum, carnem demonſtrans, & vinum ſanguinem. Ita & nunc ſan- 12.
guinem ſuum in vino conſecrauit, qui tunc vinum in ſanguine figurauit.

CAPVT XLI.

Imprecatur Iuda, & oſculo eius, & dè Chriſto, & Dei filio interrogatur.

In p. V. Chri. Paſſio. 1. & Euchariſtia. 6. à p. ad f. V. Chri. paſſio. 1.

a Luc. 22. 22 VÆ, [a] *ait, per quem traditur filius hominis.* Ergo iam Væ, conſtat imprecationis, &
comminationis inclamationem intelligendam, & irato & offenſo deputandam:
niſi ſi Iudas impunè erat tantum ſceleris relaturus. Aut ſi impunè, vacat Væ. Si non
impunè, vtique ab eo puniendus, in quem ſcelus traditionis admiſit. Porro, ſi ſciens
paſſus eſt hominem, quem ipſe comitatui ſuo aſciuerat, in tantum ſcelus ruere, noli
iam de Creatore circa Adam retractare, quæ in tuum quoque Deum retorquentur, aut
ignoraſſe illum qui non ex prouidentia obſtitit peccaturo, aut obſiſtere non potuiſſe, ſi
ignorabat; aut noluiſſe, ſi & ſciebat, & poterat; atque ita malitioſum iudicandum, qui
Luc. 22. 33. 34. paſſus ſit hominem ſuum ex delicto perire. Suadeo igitur agnoſcas potius & in iſto
Exo. 10. 5. Creatorem, quàm parem illi Deum optimum, aduerſus ſententiam tuam facias. Nam
Luc. 22. 48. & Petrum præſumptoriè aliquid elocutum, negationi potius deſtinando, zelotem
b Eſa. 29. 13. Deum tibi oſtendit. Debuit etiam oſculo tradi, propheticus ſcilicet Chriſtus, vt eius
Luc. 24. 66. ſcilicet filius, [b] *qui labijs à populo diligebatur.* Perductus in conſeſſum, an ipſe eſſet Chri-
ſtus interrogatur. Dè quo Chriſto Iudæi quæſiſſent, niſi dè ſuo? Cur ergo non vel tunc
alium eis prodidit? Vt pati poſſet, inquis. Id eſt, vt ille optimus ignorantes adhuc in
c Ibid. 67. ſcelus mei geret. Atquin & ſi dixiſſet, paſſurus eſſet. [c] *Si dixero enim*, inquit, *vobis, non
credetis.* Porro non credituri, perſeueraſſent in necem eius. Et cur non magìs paſſurus
eſſet, ſi alterius Dei, ac per hoc, aduerſarium Creatoris manifeſtaſſet? Ergo non vt
pateretur, alium ſe tunc quoque ſuperſedit oſtendere: ſed quoniam ex ore eius con-
feſſionem extorquere cupiebant, nec confeſſo tamen credituri, qui cum ex operibus
ſcripturas adimplentibus agnouiſſe debuerant: Ita ei[illegible]s fuit, occultaſſe ſe, cui vltro
d Luc. 22. 69 debebatur agnitio. Et tamen adhuc eis manum porrigens, [d] *Abhinc*, inquit, *erit filius
Dan. 7. 13. hominis ſedens ad dexteram virtutis Dei.* Suggerebat enim ſe ex Danielis prophetia filium
e Pſ. 109. 1. hominis, & è pſalmo Dauid, [e] *ſedentem ad dexteram Dei.* Itaque ex iſto dicto, & ſcriptu-
f Luc. 22. 70 ræ comparatione illuminati, quem ſe vellet intelligi, [f] *Ergo*, inquiunt, *tu Dei filius es?*
Cuius Dei, niſi quem ſolum nouerant? Cuius Dei, niſi quem [illegible] pſalmo meminerant
dixiſſe filio ſuo, *Sede ad dexteram meam?* Sed reſpondit, *Vos dicitis quia ego ſum.* Atquin
confirmauit id ſe eſſe quod illi dixerant, dum rurſus interrogant. Vnde autem proba-
bis interrogatiuè, & non ipſos confirmatiuè pronuntiaſſe, *Ergo tu filius Dei es?* Vt quia
g Luc. 22. 70 oblique oſtenderat, ſe per ſcripturas filium Dei intelligendum, ſic ſenſerunt, [g] *Ergo tu
Dei es filius?* quod te non vis apertè dicere; æquè ita & ille, *Vos dicitis*, confirmatiuè reſ-
pondit; & adeò ſic fuit pronuntiatio eius, vt perſeuerauerint in eo, quod pronuntiatio
ſapiebat.

CAPVT XLII.

Interrogatur Chriſtus, & Iudicatur apud Pilatum & Herodem. Crucifigitur. Mortem eius elementa lugent. Sepelitur & hæc omnia implet ſecundùm Prophetas.

In p. ad circa. m. V. Chri. paſſio. 2. à m. V. Angelus. 8. circa. f. V. Chri. obed. 8. in f. V. Chriſti
caro. 14.

PERDVCTVM enim illum ad Pilatum onerare cœperunt, [a] *quod ſe regem diceret*;
a Luc. 23. 2 Chriſtum ſine dubio Dei filium, [b] *ſeſſurum ad Dei dexteram.* Cæterùm, alio eum ti-
b Luc. 22. 70 tulo grauaſſent, incertum filium Dei ſe dixiſſet, niſi [c] *Vos dicitis* ſic pronuntiaſſet, hoc
c Luc. 23. 3. ſe eſſe quod dicerent. Pilato quoque interroganti, *Tu es Chriſtus*; proinde, *Tu dicis*; nè
metu poteſtatis videretur amplius reſpondiſſe. Conſtitutus eſt igitur Dominus in iu-
d Eſa. 3. 12. dicio. [d] *Et ſtatuit in iudicio populum ſuum. Ipſe Dominus in iudicium venit cum presbyteris, &
archontibus populi*, ſecundùm Eſaiam. Atque exinde omne ſcriptum paſſionis ſuæ im-
e Pſal. 2. 1. 2. pleuit. [e] *Tumultuatæ ſunt ibidem nationes, & populi meditati ſunt inania. Aſtiterunt reges
terræ, & archontes congregati ſunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.*
Nationes, Romani qui cum Pilato fuerant. Populi, Tribus Iſraelis. Reges, in Hero-
de; Archontes, in ſummis ſacerdotibus. Nam & Herodi velut munus à Pilato miſſus,
f Oſee. 10. 6. Oſee vocibus fidem reddidit; dè Chriſto enim prophetauerat, [f] *Et vinctum eum ducent
Luc. 23. 8. xenium regi.* Delectatus eſt denique Herodes viſo Ieſu, nec vocem vllam ab eo audi-
g Eſa. 53. 7. uit. [g] *Tanquam agnus enim coram tondente, ſic non aperuit os ſuum; quia Dominus dederat illi
linguam diſciplinæ, vt ſciret quomodo eum oporteret proferre ſermonem.* Illam ſcilicet linguam,

quam in Pſalmo [h] *adglutinatam guttuii ſuo* tunc probabat, non loquendo. Et Barrabas / Pſal.
quidem nocentiſſimus, vita, vt bonus, donatur; Chriſtus vero iuſtiſſimus, vt homicida Luc. 23
morti expoſtulatur. Sed & duo ſceleſti circumfiguntur illi, [i] *vt inter iniquos ſilicet deputaretur.* Ibid.
Veſtitum plane eius militibus diuiſum, partim ſorte conceſſum, Marcion [i] Eſa. 53. 12.
abſtulit, reſpiciens Pſalmi prophetiam, [k] *Diſpertiti ſibi ſunt veſtimenta mea, & in veſtitum meum ſortem miſerunt.* Luc. 23. 34.
Aufer igitur & crucem ipſam. Idem tamen Pſalmus dè eo [k] Pſal. 21. 19
non tacet: [l] *Foderunt manus meas, & pedes meos.* totus in illo exitus legitur: *Circumdederunt me canes, ſynagoga maleficorum circumvallauit me. Omnes qui ſpectabant me naſo irridebant me. Locuti ſunt labijs, & capita mouerunt. Sperauit in Deum, liberet eum.* [l] Ibid. 18. & ſeq.
Quo iam teſtimonium veſtimentorum? habe ſalui tui prædam, totus Pſalmus veſtimenta ſunt
Chriſti. Ecce autem & elementa concutiuntur. Dominus enim patiebatur ipſorum.
Cæterùm, aduerſario læſo, cœlum luminibus floruiſſet, magis ſol radijs inſultaſſet,
magis dies ſtetiſſet, libenter ſpectans pendentem in patibulo Chriſtum Marcionis.
Hæc argumenta quoque mihi competiſſent, etſi non fuiſſent prædicata. [m] *Cælum*, inquit Eſaias, *veſtiam tenebris.* [m] Eſa. 50. 3.
Hic erit dies, dè quo & Amos, [n] *Et erit illa die, dicit Dominus, occidet ſol meridie;* [n] Amos 8. 9
(*Habes & horæ ſextæ ſignificationem*) *& contenebrabit ſuper terram,* [o] Luc. 23. 45.
[o] *Sciſſum eſt & templi velum*, angeli eruptione, [p] *derelinquentis filiam Sionis, tanquam in vinea ſpeculam, & in cucumerario caſulam.* [p] Iſa. 1. 8.
O quantùm perſeuerauit, etiam trigeſimo pſalmo Chriſtum ipſum reddere! [q] *Vociferatur ad Patrem*, vt & moriens vltima voce Prophetas adimpleret. Pſ. 30.
Hoc dicto exſpirauit. Quis? ſpiritus ſemetipſum, an caro ſpiritum? [q] Luc. 23. 46
Sed ſpiritus ſemetipſum exſpirare non potuit. Alius eſt qui exſpirat, alius qui exſpiratur.
Si ſpiritus exſpiratur, ab alio exſpiretur neceſſe eſt. Quod ſi ſolus ſpiritus fuiſſet,
diſceſſiſſe potius diceretur, quàm exſpiraſſe. Quis igitur exſpirat ſpiritum, niſi caro?
quæ & ſpirat, quando illum habet; & ita cum quum amittit, exſpirat. Denique, ſi
caro non fuit, ſed phantaſma carnis; phantaſma antè ſpiritus fuit, ſpiritus autem ſemetipſum exſpirauit, & exſpirando diſceſſit ſine dubio phantaſma diſceſſit quum ſpiritus
qui erat phantaſma, diſceſſit, & nuſquam comparuit phantaſma cum ſpiritu. Nihil ergo
remanſit in ligno. Nihil pependit etiā poſt exſpirationē. Nihil dè Pilato poſtulatū. Nihil dè patibulo detractū. Nihil ſyndone inuolutū, Nihil ſepulcro nouo conditum. Atquin nō nihil.
Quid igitur illud fuit? Si phantaſma, adhuc ergo inerat & Chriſtus. Si diſceſſerat Chriſtus, ergo abſtulerat phantaſma. Mat. 27. 26 Marc 15. 19.
Supereſt impudentiæ hæreticæ dicere, Io. 19. 2. 17. 34.
phantaſma illic phantaſmatis remanſiſſe. Sed ſi & Ioſeph corpus fuiſſe nouerat, quod
tota pietate tractauit: ille Ioſeph, qui non conſenſerat in ſcelere Iudæis: [r] *Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorū non ſtetit, & in cathedra peſtium non edit.* Luc. 23. 51.
Oportuerat etiam ſepultorem Domini prophetari, ac iam tunc merito benedici. [r] Pſal. 1. 1.

CAPVT XLIII.

Mulieres vnctura Chriſtum, Angelos vident, Reſurrectionem annuntiant. Chriſtus Diſcipulis Emmaus, & turbatis Apoſtolis apparet, cibum petit, Apoſtolos ad prædicandum mittit. In omnibus ipſo Euangelio Marcionis, hoc eſt Lucæ, Marcion ipſe per omnia conuincitur

Inp. V. Mulierum virtus. 6. à p. V. Angelus. 9. & V. Mulierum vi[illegible] à m. ad circa. f. Vide Chri[illegible] cato. 16.

SI nec mulierum illarum officium præterit prophetia, quæ antè lucem conuenerunt
ad ſepulcrum, cum odorum paratura. De hoc enim per Oſee, [a] *Vt quærant*, inquit, [a] Oſee. 5. 15
faciem meam, ante lucem vigilabunt ad me, dicentes, Eamus, & conuertamur ad Dominum, quia ipſe eripuit, & curabit nos, percuſſit, & miſerebitur noſtri; ſanabit nos poſt biduum, in die tertia reſurgemus. Luc. 24. 3. [b] Eſa. 5[illegible] 2.
Quis enim hæc non credat in recogitatu mulierum illarum volutata, inter Luc. 24. 4.
dolorem præſentis deſtitutionis, qua percuſſæ ſibi videbantur à Domino, & ſpem reſurrectionis ipſius, qua reſtitui ritè arbitrabantur. Corpore autem non inuento, [b] *ſublata erat ſepultura eius dè medio*, ſecundùm Eſaiam. Sed & duo ibidem angeli apparuerunt.
Tot ferè laterenſibus vti ſolebat, [c] *in duobus teſtibus conſiſtens Dei ſermo.* Reuertentes [c] Deut. 19 15
quoque à ſepulcro mulieres, & ab illa angelorum viſione proſpiciebat Eſaias; *Mulieres*, inquit, *venientes à viſione, venite;* ad renuntiandam ſcilicet Domini reſurrectionem. Luc. 24. 9.
Benè autem, quod incredulitas diſcipulorum perſeuerabat, vt in finem vſque defenſio noſtra conſiſteret, Chriſtum Ieſum non alium ſe diſcipulis edidiſſe, quàm Prophetarum.
Nam quum duo ex illis ambularent, & Dominus eis adhæſiſſet, non comparens quòd ipſe eſſet, etiam diſſimulans de conſcientia rei geſtæ; [e] *Nos autem putabamus*, inquiunt, *ipſum eſſe redemptorem Iſraelis;* vtique ſuum Chriſtum, id eſt Creatoris. [d] Eſa. 27. 11 Luc. 24. 13. [e] Ibid. 21.
adeò nec alium ſe ediderat illis. Cæterùm, non exiſtimarent eum Creatoris; & quem

Creatoris exiſtimaretur, non ſuſtinuiſſet hanc de ſe exiſtimationem, ſi non erat qui
exiſtimatur: aut ipſe erit auctor erroris, & præuaricator veritatis aduerſus Dei optimi
titulum. Sed nec poſt reſurrectionem alium ſe eis oſtendit, quam quem exiſtimatum
f Ibid. 25. ſibi dixerant. Planè inuectus eſt in illos: [f] *O inſenſati, & tardi corde, in non credendo omnibus quæ locutus eſt ad vos*? Quæ locutus non alterius ſe Dei eſſe probat, ſed eiuſdem Dei.
Nam eadem & angeli ad mulieres: Rememoramini quæ locutus ſit vobis in Galilæa,
g Ibid. 46. dicens, [g] *Quòd oportet tradi filium hominis, & crucifigi, & tertia die reſurgere.* Et quare
oportebat, niſi quia ita à Deo Creatore ſcriptum? Igitur increpauit illos, vt dè ſola
paſſione ſcandalizatos, & vt dubios dè fide reſurrectionis annuntiatæ ſibi à fœminis,
per quæ non crediderant ipſum fuiſſe, quem exiſtimauerant. Itaque quod exiſtimauerant, id volens credi ſe, cum ſe confirmabat quem exiſtimauerant, Creatoris ſcilicet
Chriſtum redemptorem Iſraëlis. Dè corporis autem veritate, quid poteſt clarius?
h Luc. 24. 38. quum hæſitantibus eis nè phantaſma eſſet, immo phantaſma credentibus [h] *Quid turbati eſtis* (inquit) *& quid cogitationes ſubeunt in corda veſtra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipſe ſum; quoniam ſpiritus oſſa non habet, ſicut me habentem videtis.* Et Marcion quædam contraria ſibi, illa credo induſtria eradere dè Euangelio ſuo noluit, vt ex his quæ
eradere potuit, nec eraſit, illa quæ eraſit, aut negetur eraſiſſe, aut meritò eraſiſſe dicatur. Nec parcit niſi eis quæ non minus aliter interpretando quàm delendo ſubuertit.
Vult itaque ſic dictum; quaſi, *Spiritus oſſa non habet, ſicut me videtis habentem*; ad ſpiritum
referatur, *ſicut me videtis habentem*; id eſt, non habentem oſſa, ſicut & ſpiritus. Et quæ
ratio tortuoſitatis iſtius? quum ſimpliciter pronuntiare potuiſſet, Quia ſpiritus oſſa
non habet, ſicut me videtis non habentem. Cur autem in conſpectu eorum manus & pe-
i Luc. 24. 39. des ſuos offert, quæ membra ex oſſibus conſtant, ſi oſſa non habebat? Cur adiicit, [i] *Et ſcitote quia ego ſum.* quem ſcilicet corporatum retro nouerant. Aut ſi phantaſma erat vſquequaque, cur illos phantaſma credentes increpabat? Atquin adhuc eis non credentibus, propterea cibum deſiderauit, vt ſe oſtenderet etiam dentes habere. Impleuimus, vt opinor, ſponſionem. Exhibuimus Ieſum Chriſtum Prophetarum doctrinis,
ſententiis, adſectibus, ſenſibus, virtutibus, paſſionibus etiam reſurrectione, non alium
quàm Creatoris. Siquidem & Apoſtolos mittens ad prædicandum vniuerſis Nationi-
k Pſal. 18. bus, [k] *in omnem terram exire ſonum eorum, & in terminos terræ voces eorum*, Pſalmum adimplendo, præcepit. Miſereor tui, Marcion, fruſtra laboraſti. Chriſtus enim Ieſus in
Euangelio tuo, meus eſt.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI

ADVERSVS MARCIONEM LIBER QVINTVS

In librum quintum aduerſus Marcionem.

ARGVMENTVM.

Quia Marcion librum quoque Apoſtolicum inſcripſerat, & ex Epiſtolis Pauli mutilatis, & diuerſo ordine redactis conſarcinauerat, ſicut & Euangelium Lucæ corruperat; Tertullianus præmiſſo libro 4. quo ex Euangelio Lucæ Marcionem conuicerat, Chriſtum eſſe filium Creatoris, non deſtructorem, ſed adimpletorem per omnia legis, & prophetarum eius: ſic libro iſto quinto probat, non alium Deum & Chriſtum ab Apoſtolo prædicari, quam Deum Creatorem, & filium eius Chriſtum Ieſum. Promiſerat hunc librum Tertullianus cùm ſcriberet aduerſus Marcionem lib. 1. cap. 15. Si inquit, & ad Apoſtolum veſtrum diſcutiendum venerimus. *Et cap. 16.* Videbimus, & Apoſtolus cui Author inuiſibilia deputet, cùm & illum explorauerimus. *Cæterùm Marcion in totum Epiſtolas ad Timotheum, Titum, & Hebræos ex libro ſuo Apoſtolico reiecit, ſicut & Actus Apoſtolorum: tempus quo ſcripſit, habes ſupra in primi libri argumento.*

CAPVT PRIMVM.

Originem petit à Marcione ſui Apoſtoli Pauli, quam non poteſt ex Euangelio probare, ſed tantùm ex Actis Apoſtolorum quæ ipſe reycit.

In p. V. origo. à p V. teſtimonium. 1. in m. V. Pauli conuerſio. 2. à m. V. Pauli doctrina. 5. inf. V. Hæretici Scripturæ corruptores. 6.

NIHIL SINE ORIGINE, niſi Deus ſolus. quæ quantum præcedit in ſtatu omnium rerum, tantum præcedat neceſſe eſt etiam in retractatu earum, vt conſtare de ſtatu poſſit. Quia nec habeas diſpicere quid quale ſit, niſi certus an ſit, quum cognoueris vnde ſit. Et ideo ex opuſculi ordine ad hanc materiam deuolutus, Apoſtoli quoque Pauli originem à Marcione deſidero, nouus aliqui diſcipulus, nec vllius alterius auditor, qui nihil, interim credam, niſi nihil temerè credendum. temerè porro credi quodcunque ſine originis agnitione creditur, quique digniſſimè ad ſollicitudinem redigam iſtam inquiſitionem, quum is mihi affirmatur Apoſtolus, quem in albo Apoſtolorum apud Euangelium non deprehendo. Denique audiens poſtea eum à Domino electum, iam in cœlis quieſcentem quaſi improuidentiam exiſtimo, ſi non antè ſciuit illum ſibi neceſſarium Chriſtus; ſed iam ordinato officio Apoſtolatus, & in ſua opera dimiſſo, ex incurſu, non ex proſpectu adiiciendum exiſtimauit, neceſſitate, vt ita dixerim, non voluntate. Quamobrem, Pontice naucleri, ſi nunquam furtiuas merces, vel illicitas, in acatos tuas recepiſti ſi nullum omnino onus auertiſti, vel adulteraſti, cautior vtique & fidelior in Dei rebus, edas velim nobis quo ſymbolo ſuſceperis Apoſtolum Paulum? quis illum tituli charactere percuſſerit? quis tranſmiſerit tibi? quis impoſuerit, vt poſſis eum conſtanter exponere? ne illius probetur, qui omnia Apoſtolatus eius inſtrumenta protulerit. Ipſe ſe, inquit, Apoſtolum eſt profeſſus, & quidem non ab hominibus, nec per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum. Planè profiteri poteſt ſemetipſum quiuis. Verùm profeſſio eius alterius auctoritate conficitur: alius ſcribit, alius ſubſcribit, alius obſignat, alius actis refert. Nemo ſibi & profeſſor, & teſtis eſt. Præter hæc vtique legiſti, [a] *multos venturos qui dicant, Ego ſum Chriſtus*. Si eſt qui ſe Chriſtum mentiatur, quantò magìs qui ſe Apoſtolum prædicet Chriſti? Adhuc ego in perſona diſcipuli, & inquiſitoris conuerſor, vt iam hinc & fidem tuam obtundam, qui vnde eam probes non habes; & impudentiam ſuffundam, qui vindicas, & vnde poſſis vindicare non recipis. Sit Chriſtus, ſit Apoſtolus, vt alterius, dum non probantur niſi de inſtrumento Creatoris. Nam mihi Paulum etiam Geneſis olim repromiſit. Inter illas enim figuras, & propheticas ſuper filios ſuos benedictiones, Iacob quum ad Benjamin direxiſſet, [b] *Benjamin*, inquit, *lupus rapax, ad matutinũ comedet adhuc, & ad veſperã dabit eſcã.* Ex tribu enim Benjamin oriturũ Paulum prouidebat, lupum rapacem, ad matutinum comedentẽ, id eſt, prima ætate vaſtaturum pecora Domini, vt perſecutorẽ Eccleſiarum; dehinc ad veſperam eſcã daturum, id eſt, deuergente iã ætate oues Chriſti educaturũ, vt doctorem Nationum. Nã & Saülis primò aſperitas inſectationis erga Dauid, dehinc pœnitentia & ſatisfactio, bona pro malis recipientis; non aliud portendebat quàm Paulum in Saüle, ſecundũ tribus & Ieſum in Dauid, ſecundũ virginis cenſum. Hęc figurarũ ſacramenta ſi tibi diſplicent, certe Acta Apoſtolorum hunc mihi ordinem Pauli tradiderunt, à te quoque non negandum. Inde Apoſtolum oſtendo perſecutorem, [c] *non ab hominibus, neque per hominem*; inde & ipſi credere inducor; inde te à defenſione eius expello; nec timeo dicentem, Tu ergo negas Apoſtolum Paulum? non blaſphemo quem tueor. Nego, vt te probare compellam. Nego, vt meum eſſe conuincam. Aut ſi ad noſtram fidem ſpectas, recipe quæ eam faciunt. Si ad tuam prouocas, ede quæ eam præſtruunt. Aut proba eſſe, quæ credis; aut ſi non probas, quomodo credis? Aut qualis es aduerſus eum credens, à quo ſolo probatur eſſe quod credis? Habe nunc & Apoſtolum de meo, ſicut & Chriſtum; tam meum Apoſtolum, quàm & Chriſtum. Iiſdem & hic dimicabimus lineis, in ipſo gradu prouocabimus præſcriptionis, Oportere ſcilicet & Apoſtolum, qui Creatoris negetur, immò & aduerſus Creatorem profeteatur, nihil docere, nihil ſapere, nihil velle ſecundùm Creatorem; & in primis tanta conſtantia alium Deum edicere. quanta à lege Creatoris abrupit. Neque enim veriſimile eſt, vt auertens à Iudaiſmo, non pariter oſtenderet in cuius Dei fidem auerteret: quia nemo tranſire poſſet à Creatore, neſciens ad quem tranſeundum ſibi eſſet. Siue enim Chriſtus iam alium Deum reuelauerat, ſequebatur etiam Apoſtoli teſtatio; vel ne non eius Dei Apoſtolus haberetur, quem Chriſtus reuelauerat; & quia non licebat abſcondi ab Apoſtolo, qui iam reuelatus

[a] Luc. 21. 8.

[b] Gen. 49. 27

1 Reg. 18. 9. & 11. & 19. 1, 2. & c. 20. 33. & c. 23. 23. & c. 24. 3. & 17. 18. Act. 9. 1. 5. & ſeq.

[c] Gal. 1. 1.

fuiſſet à Chriſto. Siue nihil tale de Deo Chriſtus reuelauerat, tantò magìs ab Apoſtolo debuerat reuelari, qui iam non poſſet ab alio; non credendus ſine dubio ſi nec ab Apoſtolo reuelatus. Quod idcirco præſtruximus, vt iam hinc profiteamur nos proinde probaturos, nullum alium Deum ab Apoſtolo circumlatum, ſicut probauimus, nec à Chriſto; ex ipſis vtique Epiſtolis Pauli, quas proinde mutilatas etiam dè numero, forma iam hæretici Euangelij præiudicaſſe debebit.

CAPVT II.

Ex capite primo ad Galatas, admittit quidem legis Moſaica Ceremonias reprobatas, non tamen Authorem eius Creatorem, qui & mutandum vetus in nouum Teſtamentum pariter ſuum prædixit. Nec aliud eſſe Euangelium, quàm quod Paulus prædicanit ſecundùm Creatorem & Chriſtum eius.

In p. ad m V. Pauli doctrina. 7. à p. V. Ioannes Bapt. 4. in m. V. Euangelium. 1 à m. ad f. V. Acta Apoſt. 2.

PRINCIPALEM aduerſus Iudaïſmum epiſtolam nos quoque confitemur, quæ
Galatas docet Amplectimur etenim omnem illam legis veteris abolitionem, vt
& ipſam dè Creatoris uenientem diſpoſitione, ſicut ſæpè iam in iſto ordine tractaui-
a Eſa. 43. 18. 19. mus, dè prædicata nouatione à Prophetis Dei noſtri. Quod ſi Creator quidem [a] *vetera,*
ceſſura p[...]git, noua ſcilicet oriturū; Chriſtus verò tempus diſtinctionis iſtius, ([b] *Lex &*
b Luc. 16. 16. *Prophetæ vſque ad Ioannem,*) terminum in Ioanne ſtatuens inter vtrumque ordinem, de-
2. Cor. 5. 17 ſinentium exinde veterum, & incipientium nouorum: neceſſariè & Apoſtolus in
Chriſto poſt Ioannem reuelato vetera infirmat, noua verò confirmat: atque ita non
alterius Dei fidem curat quàm Creatoris, apud quem & vetera deceſſura prædi-
cabantur. Igitur & legis deſtructio, & Euangelij ædificatio, pro me faciunt in
iſta quoque epiſtola, ad eam Galatarum præſumptionem pertinentes, qua præſume-
bant Chriſtum, vt putà Creatoris, ſalua Creatoris lege credendum: quòd adhuc in-
credibile videretur, legem à ſuo auctore deponi. Porro, ſi omnino alium Deum ab
Apoſtolo audiſſent, vltro vtique ſciſſent abſcedendum ſibi eſſe à lege eius Dei quem
reliquiſſent, alium ſecuti. Quis enim expectaret diutius diſcere, quòd nouam deberet
ſectari diſciplinam, qui nouum Deum recepiſſet? Immò quia eadem quidem diuinitas
prædicabatur in Euangelio, quæ ſemper fuerat in Lege, diſciplina verò non eadem,
hic erat totus quæſtionis ſtatus; An lex Creatoris ab Euangelio deberet excludi, in
Chriſto Creatoris. Denique, aufer hunc ſtatum, & vacat quæſtio. Vacante autem
quæſtione, vltro omnibus agnoſcentibus diſcedendum ſibi eſſe ab ordine Creatoris,
per fidem Dei alterius, nulla Apoſtolo materia competiſſet id tam preſsè docendi
quod vltro fides ipſa dictaſſet Igitur tota intentio epiſtolæ iuſtius nihil aliud docet,
quàm legis diſceſſionem venientem dè Creatoris diſpoſitione, vt adhuc ſuggeremus.
Sed item nullius noui Dei exerit mentionem, quod nuſquam magìs feciſſet, quàm in iſta
materia, vt rationem ſcilicet ablegandæ legis, vnica hac & ſufficientiſſima definitione
proponeret nouæ diuinitatis, apparet quomodo ſcribat; [c] *Miror vos tam citò transferri,*
c Gal. 1. 6. *ab eo qui vos vocauit in gratiam, ad aliud Euangelium*: Ex conuerſatione aliud, non ex re-
ligione; ex diſciplina, non ex diuinitate. Quoniam quidem Euangelium Chriſti à lege
euocare deberet ad gratiam, non à Creatore ad alium Deum. Nemo enim illos moue-
d Ibid. rat à Creatore, vt viderentur ſic ad aliud Euangelium transferri, quaſi dum ad Crea-
torem transferuntur. Nam & adijciens, [d] *quòd aliud Euangelium omnino non eſſet*, Crea-
toris confirmat id, quod eſſe defendit. Si enim & Creator Euangelium repromittit,
dicens per Eſaiam, [e] *Aſcende in montem excelſum, qui euangelizas Sion; extolle vocem in*
e Eſa. 48. 9. *valentia tua, qui euangelizas Hieruſalem.* Item ad Apoſtolorum perſonam, [f] *Quàm tem-*
f Eſa. 52. 7. *peſtiui pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona*: vtique & nationibus euange-
g Eſa. 42. 4. lizantium; quoniam &, [g] *In nomine eius*, inquit, *nationes ſperabunt*, Chriſti ſcilicet; cui
h Ibid. 6. ait, [h] *Poſui te in lumen nationum.* Eſt autem Euangelium etiam Dei noui, quod vis tunc
ab Apoſtolo defenſum. Iam ergo duo ſunt Euangelia apud duos Deos, & mentitus
i Gal. 1. 6. erit Apoſtolus, dicens [i] *quòd aliud omnino non eſt*, quum ſit & aliud, quum ſic ſuum Euan-
k Gal. 1. 8 gelium defendere potuiſſet, vt potius demonſtraret, non vt vnum determinaret. Sed
fortaſsè vt fugias hinc; & ideo, dices, ſubtexit, [k] *Licet angelus dè cœlo aliter euangelizaue-*
rit, anathema ſit; quia & Creatorem ſciebat euangelizaturum. Rurſus ergo te implicas,
Hoc eſt enim quo aſtringeris. Duo enim Euangelia confirmare, non eſt eius qui aliud
iam negarit. Tamen lucet ſenſus eius qui ſuam præmiſit perſonam. *Sed & ſi nos aut an-*
gelus dè cœlo aliter euangelizauerit. Verbi enim gratia dictum eſt. Cæterùm, ſi nec ipſe
aliter

aliter euangelizaturus, vtique nec angelus. Ita angelum ad hoc nominauit, quò multò
magis hominibus non eſſet credendum, quando nec angelo, nec Apoſtolo; non ange-
lum ad Euangelium referret Creatoris. Exinde, decurrens ordinem conuerſionis ſuæ,
dè perſecutore in Apoſtolum; ſcripturam Actorum Apoſtolicorum confirmat, apud
quam ipſa etiam epiſtolæ iſtius materia recognoſcitur, [l] *interceſſiſſe quoſdam, qui dicerent* Gal. 1.13.
circumcidi oportere, & obſeruandam eſſe Moyſi legem: tunc Apoſtolos dè iſta quæſtione con- l Gal. 5.1.
ſultos, ex auctoritate Spiritus renuntiaſſe, [m] *non eſſe imponenda onera hominibus, quæ pa-* m Act.15.10.
tres ipſi non potuiſſent ſuſtinere. Quòd ſi ex hoc congruunt Paulo Apoſtolorum Acta, cur Act. 2.2.
ea reſpuatis iam apparet, vt Deum ſcilicet non alium prædicantia quàm Creatorem,
nec Chriſtum alterius quàm Creatoris, quando nec promiſſio Spiritus ſancti aliunde
probetur exhibita, quàm de inſtrumento Actorum. Quæ vtique veriſimilè non eſt, ex
parte quidem Apoſtolo conuenire, quum ordinem eius ſecundùm ipſius teſtimonium
oſtendunt; ex parte verò diſſidere, quum diuinitatem in Chriſto Creatoris annuntiant;
vt prædicationem quidem Apoſtolorum omnino ſit ſecutus Paulus, qui formam ab eis
deducendæ legis accepit.

CAPVT III.

Idem Confirmat ex Capite 2. & 3. ad Galatas, vbi, de aſcenſu Petri in Ieruſalem, Circumciſione reiecta, conuerſatione diuerſa, eadem tamen fide in Deum Creatorem.

In p. V. Pauli doctrina. 3. à p. V. Pauli doctrina. 8. circa. m. V. Pauli doctrina. 10. & V. Pauli virtutes. 1. in m. V. Ioannes Bapt. 2. à m. V. fides. 5. circa. f. V. Benedictio & V. Chri. infirma. 8. in f. V. Abrahá. 2.

DENIQVE, ad patrocinium Petri cæterorumque Apoſtolorum, aſcendiſſe Hie-
roſolymam poſt annos quatuordecim, ſcribit, vt conferret cum illis dè Euange-
lij ſui regula; [a] *nè in vacuum tot annis cucurriſſet, aut curreret*; ſi quid ſcilicet citra formam a Gal. 2.1. &
illorum euangelizaret. Adeò ab illis probari, & conſtabiliri deſiderarat. Quòd ſi quan- ſeq.
do vultis Iudaiſmi magis affines ſubintelligi, quum nec Titum dicit circumciſum;
iam incipit oſtendere ſolam circumciſionis quæſtionem, ex defenſione adhuc legis, Gal. 2. 3.
concuſſam ab eis, quos propterea [b] *falſos & ſuperinductitios fratres* appellat, non aliud b Ibid. 4.
ſtatuere pergentes quàm perſeuerantiam legis, ex fide ſine dubio integra Creatoris;
atque ita peruertentes Euangeliũ, non interpolatione ſcripturæ, qua Chriſtum Crea-
toris effingerent, ſed retentione veteris diſciplinæ ne legem Creatoris excluderent.
Ergo, [c] *Propter ſuperinductitios*, inquit, *falſos fratres, qui ſubintrauerant ad ſpeculandam li-* c Gal. 2. 4.
bertatem noſtram, quam habemus in Chriſto, vt nos ſubigerent ſeruituti, nec ad horam ceſſimus
ſubiectioni. Intendamus enim & ſenſui ipſi, & cauſæ eius, & apparebit vitiatio ſcriptu-
ræ. Quum præmittit, [d] *Sed nec Titus, qui mecum erat, quum eſſet Græcus, coactus eſt cir-* d Ibid. 3.
cumcidi: dehinc ſubiungit, [e] *propter ſuperinductitios falſos fratres*, & reliqua: contrarij e Ibid. 4.
vtique facti incipit reddere rationem, oſtendens propter quid fecerit, quod nec fe-
ciſſet, nec oſtendiſſet; ſi illud propter quod fecit, non accidiſſet. Denique, dicas ve-
lim, non ſubintroiſſent falſi illi fratres ad ſpeculandam libertatem eorum, ceſſiſſent
ſubiectioni? non opinor. Ergo ceſſerunt, quia fuerunt propter quos cederetur. hoc
enim rudi fidei, & adhuc dè legis obſeruatione ſuſpenſæ competebat, ipſo quoque
Apoſtolo, *nè in vacuum cucurriſſet, aut curreret*, ſuſpecto. Itaque fruſtrandi erant falſi Gal. 1. 6. &
fratres, ſpeculantes libertatem Chriſtianam, nè antè eam in ſeruitutem abducerent c. 2. 1. & ſeq.
Iudaiſmi, *quàm Paulus ſciret ſe non in vacuum cucurriſſe*, quàm dexteras ei darent ante-
ceſſores, quàm ex cenſu eorum in nationes prædicandi munus ſubiret. Neceſſariò
igitur ceſſit ad tempus. Et ſic ei ratio conſtat, Timotheum circumcidendi, & ra- Act. 16. 3.
ſos introducendi in templum, quæ in Actis edicuntur, adeò vera, vt Apoſtolo &c. 21. 16.
conſonent profitenti: [f] *Factum ſe Iudæis Iudæum, vt Iudæos lucrifaceret; & ſub lege*
agentem, propter eos qui ſub lege agerent: ſic & propter ſuperinductitios illos, & omnibus f 1. Cor. 9.
nouiſſimè omnia factum, vt omnes lucraretur. Si hæc quoque intelligi ex hoc poſtu- 20. 22.
lant, id quoque nemo dubitauit, eius Dei & Chriſti prædicatorem Paulum, cuius
legem, quamuis excludens, interim tamen pro temporibus admiſerat, ſtatim amo-
liendam ſi nouum Deum protuliſſet. Benè igitur quod & [g] *dexteras Paulo dederunt Pe-* g Gal. 2. 9.
trus, & Iacobus, & Ioannes; & dè officij diſtributione pepigerunt, vt Paulus in nationes, 10.
illi in circumciſionem; tantùm vt meminiſſent egenorum. & hoc ſecundùm legem Creato-
ris, pauperes & egenos fouentis, ſicut in Euangelij veſtri retractatu probatum eſt. Adeò
conſtat dè lege ſola fuiſſe quæſtionem, dum oſtenditur quid ex lege cuſtodiri conue-
nerit. Sed [h] *reprehendit Petrum, non recto pede incedentẽ ad Euangelij veritatẽ*. Plane repre- h Gal. 2. 11
hendit; nõ ob aliud tamen, quàm ob inconſtantiã victus, quem pro perſonarũ qualitate & ſeq.

Ibid. 12. variabat, [i] *timens eos qui erant ex circumciſione*; non ob aliquam diuinitatis peruerſitatem, dè qua & aliis in faciem reſtitiſſet, qui dè minore cauſa conuerſationis ambiguæ, Petro ipſi non pepercit. Sed quomodo Marcionitæ volunt credi? Dè cætero pergat
k Ibid. 16. Apoſtolus, [k] *negans ex operibus legis iuſtificari hominem, ſed ex fide.* eiuſdem tamen Dei, cuius & lex. Nec enim laboraſſet fidem à lege diſcernere, quam diuerſitas vltro ipſius
l Ibid. 18. diuinitatis diſcreuiſſet, ſi fuiſſet. Meritò [l] *non readificabat quæ deſtruxit.* deſtrui autem
m Luc. 3. 4. lex habuit, ex quo vox Ioannis clamauit in eremo, [m] *Parate vias Domini; vt fierent riui,*
Eſa. 40. 3 & *& colles, & montes repleti, & humiliati, & tortuoſa & aſpera, in rectitudinem, & in campos,*
ſeq. id eſt, Legis difficultates, in Euangelij facilitates. Meminerat iam & Pſalmi eſſe tempus, [n] *Diſrumpamus à nobis vincula eorum, & abyciamus à nobis iugum ipſorum: Ex quo tu-*
n Pſal. 2. 3.
o Ibid. 1. 2. *multuatæ ſunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & magiſtratus con-*
p Gal. 3. 11. *gregati ſunt in vnum, aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum ipſius; vt iam ex fidei liber-*
q Habac. 2. 4. *tate iuſtificetur homo, non ex legis ſeruitute:* [q] *Quia iuſtus ex fide viuit.* Quòd ſi Prophetas Abacuc prænuntiauit, habes & Apoſtolum Prophetas confirmantem, ſicut & Chriſtus. Eius ergo Dei erit *fides, in qua viuet iuſtus*; cuius & lex, in qua
r Gal. 3. 9. 10. 13. non iuſtificatur operarius. Proinde, ſi [r] *in lege maledictio eſt, in fide verò benedictio,*
s Deut. 11. 26 vtrumque habes propoſitum apud Creatorem. [s] *Ecce poſui,* inquit, *antè te maledictionem,*
t Gal. 3. 13. *& benedictionem.* Non potes diſtantiam vindicare; quæ etſi rerum eſt, non ideo auctorum; quæ ab vno auctore proponitur. Cur autem [t] *Chriſtus factus ſit pro nobis maledictio*;
u Deut. 21. 23. ipſo Apoſtolo edocente manifeſtum eſt, quam nobiſcum faciat, id eſt, ſecundùm fidem Creatoris. Neque enim quia Creator pronuntiauit, [u] *Maledictus omnis in ligno ſuſpenſus*; ideo videbitur alterius Dei eſſe Chriſtus, & idcirco à Creatore iam tunc in lege maledictus. Et quomodo præmaledixiſſet eum Creator, quem ignorat? Cur autem non magis competat Creatori, filium ſuum dediſſe maledictioni ſuæ, quàm illi Deo tuo ſubdidiſſe maledictioni, & quidem pro homine alieno? Denique, ſi atrox videtur hoc in Creatore circa filium, proinde tuo in Deo. Si verò rationale & in tuo; proinde
x Deut. 11. 26. & in meo, & magis in meo. Facilius enim crederetur, eius eſſe, per maledictionem Chriſti, benedictionem proſpexiſſe homini, qui & [x] *maledictionem aliquando, & bene-*
y Gal. 3. 14. *dictionem propoſuerit ante hominem*, quàm qui neutrum vnquam ſit apud te profeſſus.
Habac. 2. 4. [y] *Accepimus igitur benedictionem ſpiritalem per fidem,* inquit, *ex qua ſcilicet viuet iuſtus* ſecundùm Creatorem. Hoc eſt ergo quod dico, eius Dei fidem eſſe, cuius eſt forma gra-
z Gal. 3. 26. tiæ fidei. Sed & quum adiicit, [z] *Omnes enim filij eſtis fidei*; oſtenditur quid ſuprà hæretica induſtria eraſerit; mentionem ſcilicet Abrahæ, qua nos Apoſtolus filios Abrahæ per
aa Gen. 15. 6 fidem affirmat, ſecundùm quam mentionem, hic quoque filios fidei notauit. Cæterùm,
Rom. 4. 3 quomodo filij fidei. Et cuius fidei, ſi non Abrahæ? Si enim [aa] *Abraham Deo credidit, &*
Gal. 3. 6. *deputatum eſt iuſtitiæ: atque exinde pater multarum nationum meruit nuncupari*: nos autem
bb Habac. 2. 4. credendo Deo magìs, proinde iuſtificamur, ſicut Abraham; & vitam proinde conſe-
Gal. 3. 11. quimur, ſi [bb] *iuſtus ex fide viuit*; ſic fit vt & ſuprà, filios nos Abrahæ pronuntiarit, quâ patris fidei, & hîc filios fidei, per quam Abraham pater nationum fuerat repromiſſus. Ipſum, quod fidem à circumciſione reuocabat, nonnè Abrahæ filios conſtituere quærebat, qui in carnis integritate crediderat? Denique, alterius Dei fides, ad formam Dei alterius non poteſt admitti, vt credentes iuſtitiæ deputet, vt iuſtos viuere faciat, vt nationes filios fidei dicat. Totum hoc eius eſt, apud quem antè iam notum eſt ſub eadem Abrahæ mentione, dum ipſo ſenſu reuincatur.

CAPVT IV.

Proſequitur ex capite 4. 5. & 6. ad Galatas dè veteri teſtamento, elementis mundi, adoptione filiorum per Spiritum, nec reuertendum ad elementa & obſeruationes Iudaicas. Item dè duobus Abrahæ filijs, & teſtamentis, Circumciſionis abrogatione, lege impleta per dilectionem, & Chriſti ſtigmatibus.

In p. V. Pauli virtutes. 2. à p. V. teſtamentum. 3. & V. Marcion. 4. & V. tempus. & V. Chri. obe. 1. & V. legis vet. abrogatio. 9. circa. m. V. teſtamentum. 1. & V. legis Veteris abrogatio. 4. in m. V. Marcion. 5. & V. Chriſtianus. 13. à m. V. legis vet. abrogatio. 5. & V. legis Vet. abrogatio. 10. circa. f. V. Circumciſio. 1. & V. Charitas proximi. 2. & Deus Iudex. 7. inf. V. Stigmata.

a Gal. 4. 3. ADHVC, [a] inquit, *ſecundùm hominem dico, dum eſſemus paruuli, ſub elementis mundi*
b Gal. 3. 15. *eramus poſiti, ad deſeruiendum eis.* Atquin non eſt hoc humanitus dictũ: Non enim exemplũ eſt, ſed veritas. Quis enim paruulus, vtique ſenſu, quod ſunt nationes, nõ elementis ſubiectus eſt mundi, quæ pro Deo ſuſpicit? Illud autem facit, quod quum [b] *ſe-*

cundùm hominem dixiſſet, tamen teſtamentum hominis nemo ſpernit aut ſuperordinat. Exem-
plo enim humani teſtamenti permanentis, diuinum tuebatur. [c] *Abrahæ dictæ ſunt pro-* c Ibid. 16.
miſſiones, & ſemini eius. Non dixit, ſeminibus, quaſi pluribus; ſed ſemini, tanquam vni, quod
Chriſtus eſt. Erubeſcat ſpongia Marcionis, niſi quòd ex abundanti retracto, quæ abſtu-
lit, quum validius ſit illum ex his reuinci quæ ſeruauit. [d] *Quum autem euenit impleri tem-* d Gal. 4. 4.
pus, miſit Deus filium ſuum; vtique is, qui etiam ipſorum temporum Deus eſt, quibus Gen. 1. 14.
ſæculum conſtat; qui ſigna quoque temporum ordinauit, ſoles, & lunas, & ſidera, & e Eſa. 2. 2.
ſtellas; qui filij denique ſui reuelationem in extremitatem temporum & diſpoſuit, &
prædicauit. *In nouiſſimis diebus erit manifeſtus mons Domini.* & [f], *In nouiſſimis diebus ef-* f Ioël. 2. 28.
fundam dè ſpiritu meo in omnem carnem, ſecundùm Ioelem. Ipſius erat ſuſtinuiſſe tem-
pus impleri, cuius erat etiam finis temporis, ſicut initium. Cæterùm, Deus ille otio-
ſus, nec operationis, nec prædicationis vllius; atque ita nec temporis alicuius; quid
omnino egit quod efficeret tempus impleri? etiam implendum ſuſtineri? Si nihil, ſatìs
vanum eſt, vt Creatoris tempora ſuſtinuerit, ſeruiens Creatori. Cui autem rei [g] *miſit* g Gal. 4. 5.
filiũ ſuum? vt eos qui ſub lege erant, redimeret: hoc eſt, [h] *vt efficeret tortuoſa in viã rectam, &* h Eſa. 40. 3. 4
aſpera in vias leues, ſecundùm Eſaïam, [i] *vt vetera tranſirent, & noua orirentur;* [k] *Lex noua* i Eſa. 43. 18.
ex Sion, & ſermo Domini ex Hieruſalem; & [l] *vt adoptionem filiorum acciperemus*, vtique na- 19.
tiones, quæ filij non eramus. [m] *Et ipſe enim lux erit nationum*, [n] *& in nomine eius nationes* k Eſa. 2. 3.
ſperabunt. Itaque, vt certum eſſet nos filios Dei eſſe, [o] *miſit ſpiritum ſuum in corda noſtra,* l Gal. 4. 5.
clamantem, Abba pater. [p] *In nouiſſimis enim*, inquit, *diebus effundam dè meo ſpiritu in om-* m Eſa. 11. 10.
nem carnem. Cuius gratia, niſi cuius & promiſſio gratiæ? Quis pater, niſi qui & factor? n Eſa. 42. 4.
Poſt has itaque diuitias, [q] *non erat reuertendum ad infirma, & mendica elementa.* Elemen- o Gal. 4. 6.
ta autem apud Romanos quoque, etiam primæ litteræ ſolent dici. Non ergo per p Ioel 2. 28.
mundialium elementorum derogationem, à Deo eorum auertere cupiebat; etſi di- Act. 2. 2.
cendo ſuprà, [r] *Si ergo his qui non natura ſunt Dei ſeruitis;* phyſicæ, id eſt, naturalis ſuper- q Gal. 4. 9.
ſtitionis elementa, pro Deo habentis, ſugillabat errorem, nec ſic tamen elemento- r Ibid. 8.
rum Deum taxans. Sed quæ velit intelligi elementa, primas ſcilicet litteras legis, ipſe
declarat: [ſ] *Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos; & ſabbata*, vt opinor, & cœnas ſ Ibid. 10.
puras, & ieiunia, & dies magnos. Ceſſare enim ab his quoque, ſicut & circumciſione,
oportebat ex decretis Creatoris, qui & per Eſaïam; [t] *Neomenias veſtras, & ſabbata, &*
diem magnum non ſuſtinebo: Ieiunium, & ferias, & ceremonias veſtras odit anima mea. & t Eſa. 1. 14.
per Amos, [u] *Odi, reieci ceremonias veſtras, & non odorabor in frequentijs veſtris.* item per
Oſee, [x] *Auertam vniuerſas iucunditates eius, & ceremonias eius, & ſabbata, & neomenias* u Amos. 5. 21
eius, & omnes frequentias eius. Quæ ipſe conſtituerat, inquis, eraſit? Magis quàm x Oſee. 2. 2.
alius: aut ſi alius, ergo ille adiuuit ſententiam Creatoris, auferens quæ & ille damna-
uerat. Sed non huius loci quæſtio, cur leges ſuas Creator infregerit. Sufficit quòd in-
fracturum probauimus, vt confirmetur nihil Apoſtolum aduerſus Creatorem deter-
minaſſe, cùm & ipſa amolitio legis à Creatore ſit. Sed vt furibus ſolet aliquid excidere
dè præda, in indicium; ita credo & Marcionem nouiſſimam Abrahæ mentionem de-
reliquiſſe, nullam magìs auferendam, etſi ex parte conuertit. Si enim [y] *Abraham duos* y Gal. 4. 22,
liberos habuit, vnum ex ancilla, & alium ex libera: ſed qui ex ancilla, carnaliter natus eſt, & ſeq.
qui verò ex libera, per repromiſſionem. Quæ ſunt allegorica, id eſt, aliud portendentia *Hæc*
ſunt enim duo teſtamenta, ſiue duæ oſtenſiones, ſicut inuenimus interpretatum; *Vnum à* Epheſ. 1. 20.
monte Sina, in ſynagogam Iudæorum, ſecundùm legem, *generans in ſeruitutem; Aliud*
ſuper omnem principatum, generans vim, dominationem, & omne nomen quod nominatur, non
tantùm in hoc æuo, ſed & in futuro; quæ eſt mater noſtra, in quam repromiſimus ſanctam
Eccleſiam: (ideoque adijcit, [z] *Propter quod, fratres, non ſumus ancillæ filij; ſed liberæ.*) z Gal. 4. 31.
Vtique manifeſtauit & Chriſtianiſmi generoſitatem in filio Abrahæ ex libera nato,
allegoriæ habere ſacramentum; ſicut & Iudaiſmi ſeruitutem legalem, in filio ancil-
læ: atque ita eius Dei eſſe vtramque diſpoſitionem, apud quem inuenimus vtriuſque Ibid.
diſpoſitionis deliniationem. Ipſum quod ait, *Qua libertate Chriſtus nos manumiſit;* nonnè
eum conſtituit manumiſſorem, qui fuit dominus? Alienos enim ſeruos nè Galba qui- Gal. 5. 1.
dem manumiſit, facilius liberos ſoluturus. Ab eo igitur præſtabitur libertas, apud
quem fuit ſeruitus legis. Et meritò. Non decebat manumiſſos rurſus iugo ſeruitutis,
id eſt, legis adſtringi; iam Pſalmo adimpleto, [aa] *Diſrumpamus vincula eorum, & abycia-* aa Pſal. 2. 3.
mus à nobis iugum ipſorum: Poſtquam Archontes congregati ſunt in vnum, aduerſus Domi- & 2.
num, & aduerſus Chriſtum ipſius. Dè ſeruitute igitur exemptos, ipſam ſeruitutis notam Gal. 5. 1.
eradere perſeuerabat, circumciſionem; ex prædicationis ſcilicet propheticæ auctori- bb Hier. 4. 4
tate; memor, dictum per Hieremiam, [bb] *Et circumcidimini præputia cordis veſtri.* Quia cc Deut. 10.
& Moyſes, [cc] *Circumcidetis duritiam cordis veſtram*, id eſt, non carnem. Denique, ſi circum- 16. dd Gal. 5. 6.

ii Gal. 5. 6. ciſionem ab alio Deo veniens excludebat, cui etiam ii *præputiationem negat quicquam valere in Chriſto, ſicut & circumciſionem*? præferre enim debebat æmulam eius, quam expugnabat, ſi ab æmulo circumciſionis Deo eſſet. Porro, quia & circumciſio, & præ-
putiatio vni Deo deputabantur, ideo vtraque in Chriſto vacabat, propter fidei præ-
ee Eſa. 11. 10. lationem; illius fidei, de qua erat ſcriptum, ee *Et in nomine eius Nationes credent*; illius
ff Gal. 5. 6. fidei, quam dicendo ff *per dilectionem perfici*, ſic quoque Creatoris oſtendit. Siue enim
gg Deut. 56. dilectionem dicit quæ in Deum, & hoc Creatoris eſt, gg *Diliges Deum ex toto cor-*
hh Deut. 5. *de tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis*: ſiue quæ in proximum, hh *& proximum*
20. 21. *tuum tanquam te*, Creatoris eſt. ii *Qui autem turbat vos, iudicium feret.* A quo Deo? Ab
ii Gal. 5. 10. optimo? Sed ille non iudicat. A Creatore? Sed nec ille damnabit aſſertorem circumciſionis. Quod ſi non erit alius qui iudicet niſi Creator, iam ergo non damnabit Legis defenſores, niſi qui ipſe eam ceſſare conſtituit. Quid nunc ſi & confirmat illam ex parte qua debet? kk *Tota enim*, inquit, *Lex in vobis adimpleta eſt*: *Diliges proximum tuum*
kk Gal. 5. 14. *tanquam te*. Aut ſi ſic vult intelligi, *Adimpleta eſt*, quaſi iam non adimplenda; ergo non vult vt diligam proximum tanquam me, vt & hoc cum lege ceſſauerit. Sed perſeuerandum erit ſemper in iſto præcepto. Ergo lex Creatoris etiam ab aduerſario probata eſt; nec diſpendium, ſed compendium ab eo conſecuta eſt, redacta ſumma in vnum iam præceptum. Sed nec hoc alij magis competit, quàm auctori. Atque adeo quum dicit ll *Onera veſtra inuicem ſuſtinete, & ſic adimplebitis legem Chriſti*; Si hoc non poteſt fieri,
ll Gal. 6. 2. niſi quis diligat proximum ſuum tanquam ſe, apparet, mm *Diliges proximum tuum tan-*
mm Gal. 5. 14 *quam te*; per quod auditur, *Inuicem onera veſtra portate*, Chriſti eſſe legem, quæ ſit Crea-
nn Gal. 6. 7. toris: atque ita Chriſtum Creatoris eſſe, dum Chriſti eſt lex Creatoris. nn *Erratis, Deus non deridetur.* atquin derideri poteſt Deus Marcionis, qui nec iraſci nouit, nec vlciſci. oo *Quod enim ſeminauerit homo, hoc & metet.* Ergo retributionis & iudicij Deus
oo Ibid. 8. intentat. pp *Bonum autem facientes non fatigemur.* &, qq *Dum habemus tempus, operemur bo-*
pp Ibid. 9. *num.* Nega Creatorem bonum facere præcepiſſe, & diuerſa doctrina ſit diuerſæ diui-
qq Ibid. 10. nitatis. Porro, ſi retributionem prædicat, ab eodem erit & corruptionis meſſis, & vitæ.
rr Ibid. 9. rr *Tempore autem ſuo metemus*; quia & Eccleſiaſtes, ſſ *Tempus*, inquit, *erit omni rei.* Sed &
ſſ Eccl. 3. 2. mihi famulo Creatoris tt *mundus crucifixus eſt*; *non tamen Deus mundi*; *& ego mundo*, non
& ſeq. tamen Deo mundi. Mundum enim, quantum ad conuerſationem eius poſuit, cui re-
tt Gal. 6. 14. nuntiando mutuo transfigimur, & inuicem morimur; perſecutores vocat Chriſti.
uu Ibid. 17. Quum verò adiicit, uu *Stigmata Chriſti in corpore ſuo geſtare ſe* (vtique corporalia compe-
tunt) iam non putatiuam, ſed veram & ſolidam carnem profeſſus eſt Chriſti, cuius ſtigmata corporalia oſtendit.

CAPVT V.

Ex prima Corinth. cap. 1. notat Paulum, iuxta Eſaiam, præfari pacem, & gratiam; Deo vtique Creatore offenſo. Crucem item, & ſapientum Confuſionem, & ſtultorum in ſacrificijs veteribus electionem, ad Creatorem pertinere.

In p V. Gratia Dei. 1. à p. V. Crux. 10. circa f. V. Chri. Infirma. 7. & V. mundus. 7. in f. V. lex vetus. 2.

PRÆSTRVCTIO ſuperioris epiſtolæ ita duxit, vt de titulo eius non retractauerim, certus & alibi retractari eum poſſe; communem ſcilicet, & eundem in epi-
a 1. Cor. 1. 3 ſtolis omnibus: quòd non vtique ſalutem præſcribit eis quibus ſcribit, ſed a *gratiam, & pacem.* Non dico, quid illi cum Iudaïco adhuc more, deſtructori Iudaïſmi? Nam & hodie Iudæi, in pacis nomine, appellant, & retro in ſcripturis ſic ſalutabant. Sed intel-
b Eſa. 52. 7. ligo illum defendiſſe officio ſuo prædicationem Creatoris, b *Quàm maturi pedes euan-*
Nahum. 1. 15 *gelizantium bona, euangelizantium pacem!* Euangelizator enim bonorum, id eſt, gratiæ
Rom. 10. 15. Dei, paci eam præferendam ſciebat. Hæc cùm c *à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu ad-*
c 1. Cor. 1. 3. *nuntians*, communibus nominibus vtatur, competentibus noſtro quoque ſacramento, non puto diſpici poſſe, quis Deus Pater, & Dominus Ieſus prædicetur, niſi ex accidentibus, cui magis competant. Primo quidem Patrem Dominum præſcribo, non alium agnoſcendum, quàm & hominis, & vniuerſitatis Creatorem & inſtitutorem. Porro, Patri etiam Domini nomen accedere ob poteſtatem, quod & filius per Patrem capiat. Dehinc, gratiam, & pacem non ſolùm eius eſſe, à quo prædicabantur, ſed eius qui fuerit offenſus; nec gratia enim fit, niſi offenſæ, nec pax, niſi belli: & populus autem, per diſciplinæ tranſgreſſionem, & omne hominum genus, per naturæ diſſimulationem, & deliquerat, & rebellauerat aduerſus Creatorem. Deus autem Marcionis & quia ignotus, non potuit offendi, & quia neſcit iraſci. Quæ ergo gratia à non offenſo?

quæ pax à non rebellato? Ait [d] *crucem Chriſti ſtultitiam eſſe perituris, virtutem autem, & ſapientiam Dei, ſalutem conſecuturis.* Et vt oſtenderet vnde hoc eueniret, adiicit, Scriptum eſt enim, [e] *Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium irritam faciam.* Si hæc Creatoris ſunt, & quæ ad cauſam crucis pertinent, ſtultitiæ deputatæ; ergo & crux, & per crucem Chriſtus, ad Creatorem pertinebit, à quo prædicatum eſt quod ad crucem pertinet. Aut ſi Creator, quà æmulus, idcirco ſapientiã abſtulit, vt crux Chriſti, ſcilicet aduerſarij, ſtultitia deputetur; & quomodo poteſt aliquid ad crucẽ Chriſti nõ ſui Creator pronuntiaſſe, quem ignorabat quum prædicabat? Sed & cur apud Dominum optimum, & profuſæ miſericordiæ, alij ſalutem referunt, credentes crucẽ, virtutem & ſapientiam Dei eſſe; alij perditionẽ, quibus Chriſti crux ſtultitia reputatur, ſi non Creatoris eſt, aliquam & populi, & humani generis offenſam, detrimento ſapientiæ atque prudentiæ multaſſe? Hoc ſequentia confirmabunt, quum dicit, [f] *Nonne infatuauit Deus ſapientiam mundi?* Cùmque & hic adiicit; quare; [g] *Quoniam in Dei ſapientia non intellexit mundus per ſapientiam Deum: boni duxit Deus per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes.* Sed prius dè mundo diſceptabo, quatenus ſubtiliſſimi hæretici hic vel maximè, mundum per Dominum mundi interpretantur: nos autem hominem qui ſit in mundo, intelligimus ex forma ſimplici loquelæ humanæ, qua plerunque id quod continet, ponimus pro eo quod continetur; Circus clamauit, & Forum locutum eſt, & Baſilica fremuit; id eſt, qui in his locis rem egerunt. Igitur, quia homo, non Deus mundi, *in ſapientia non cognouit Deum*, quem cognoſcere debuerat, & Iudæus in ſapientia ſcripturarum, & omnis gens in ſapientia operum: ideo Deus idem, qui in ſapientia ſua non erat agnitus, ſtatuit ſapientiam hominum ſtultitia repercutere, ſaluos faciendo credentes quoſque in ſtultam crucis prædicationẽ. [h] *Quoniã Iudæi ſigna deſiderant*; qui iam dè Deo certi eſſe debuerant: *Et Græci ſapientiã quærunt*; qui ſuam ſcilicet, non Dei ſapientiam ſiſtunt. Cæterũ, ſi nouus Deus prædicaretur, quid deliquerant Iudæi ſigna deſiderantes quibus crederent? aut Græci ſapientiã ſectantes, cui magìs crederent? Ita & remuneratio ipſa in Iudæos, & Græcos, & zeloten Deũ confirmat, & iudicẽ, qui ex retributione æmula & iudice, infatuauerit ſapientiã mũdi. Quòd ſi eius ſunt & cauſæ, cuius adhibentur ſcripturæ; ergo dè Deo tractans Apoſtolus nõ intellecto, dè Creatore vtique docet intelligendum, etiam quòd [i] *ſcandalum Iudæis prædicat Chriſtum*, prophetiam ſuper illo conſignat Creatoris dicentis per Eſaiam, [k] *Ecce poſui in Sion lapidem offenſionis, & petram ſcandali: petra autem fuit Chriſtus*, etiam Marcion ſeruat. Quid eſt autem [l] *ſtultum Dei ſapientius hominibus*, niſi crux & mors Chriſti? Quid *infirmum Dei, fortius homine*, niſi natiuitas & caro Dei? Cæterùm, ſi nec natus ex virgine Chriſtus, nec carne conſtructus; ac per hoc neque crucem, neque mortem verè perpeſſus eſt, nihil in illo fit ſtultum & infirmum; nec iam [m] *ſtulta mundi elegit Deus, vt confundat ſapientiam; nec infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia; nec inhoneſta, & minima, & contemptibilia, quæ non ſunt*, id eſt, quæ non verè ſunt, *vt confundat quæ ſunt*, id eſt, quæ verè ſunt. Nihil enim à Deo diſpoſitũ, eſt verè modicum, & ignobile, & contemptibile, ſed quod ab homine: apud Creatorẽ autem etiã vetera, ſtultitiæ, & infirmitati, & inhoneſtati, & puſillitati, & contemptui deputari poſſunt. Quid ſtultius, quid infirmius, quàm ſacrificiorum cruentorum, & holocauſtomatum nidoroſorum à Deo exactio? Quid infirmius, quàm vaſculorum, & grabatorum purgatio? Quid inhoneſtius, quàm carnis iam erubeſcentis, alia dedecoratio? Quid tam humile, quàm talionis indictio? Quid tam contemptibile, quàm ciborum exceptio? Totum, quod ſciam, vetus Teſtamentum omnis hæreticus irridet. [n] *Stulta enim mundi elegit Deus, vt confundat ſapientiam.* Marcionis Deus nihil tale. Quia nec æmulatur contraria contrariis redarguere, [o] *nè glorietur omnis caro;* vt quemadmodum ſcriptum eſt, [p] *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* In quo? vtique in eo qui hoc præcepit. niſi Creator præcepit, vt in Deo Marcionis glorietur.

d 1. Cor. 1. 18 · e Ibid. 19. · f Ibid. 20. · g Ibid. 21. · Ibid. · h Ibid 22. · i 1. Cor. 1. 23. · k Eſa. 8. 14. · Eſa. 28. 16. · Rom. 9. 33. · 1 Cor. 10. 4. · l 1. Cor. 1. 25 · m Ibid. 27. · Leuit. 2. 3. 4. 5. 6. · Leuit. 2. 2. · n 1. Cor. 1 27 · o 1. Cor. 1. 29 · p 1. Cor. 1 31

CAPVT VI.

Ex prima Corinth. cap. 2. & 3. Agit de Sapientia Dei abſcondita, & Domino gloriæ ignoto Crucifixo à virtutibus. De prudentia autem architecti Pauli, ſapientia mundi ſtulta apud Deum, iuxta prophetas ſcribente Apoſtolo.

p. V. lex vetus. 2. à p. Deus Creator. 1. à p. ad vltra. m. V. Dei Sapientia. 1. circa. f. V. Templum. 3. & V. Doctrina Pauli. 12. in f. V. mundus. 5. & V. Spes. 1.

IGITVR per hæc omnia oſtendit, [a] *cuius Dei ſapientiam loquatur inter perfectos:* a 1. Cor. 2. 6
Eius ſcilicet, [b] *qui ſapientiam ſapientium abſtulerit, & prudentiam prudentium* b 1. Cor. 1. 19 & ſeq.

eum, [p] *ſuper quod prout quiſque ſuperſtruxerit*, dignam ſcilicet, vel indignam doctrinam, *ſi opus eius per ignem probabitur*, ſi merces illi per ignem rependetur, Creatoris eſt; *Quia per ignem iudicatur* veſtra ſuperædificatio, vtique ſui fundamenti, id eſt ſui Chriſti: [q] *neſcitis quòd templum Dei ſitis, & in vobis inhabitet ſpiritus Dei*, Si homo, & res, & opus, & imago, ſimilitudo, & caro per terram, & anima per adflatum Creatoris eſt; totus ergo in alieno habitat Deus Marcionis, ſi non Creatoris ſumus templum. [r] *Quod ſi templum Dei quis vitiauerit, vitiabitur*, vtique à Deo templi. Vltorem intentans, Creatorem intentabit. [s] *Stulti eſtote, vt ſitis ſapientes.* Quare? *Sapientia enim huius mundi, ſtultitia eſt penès Deum.* Penès quem Deum? Si nihil nobis & adhuc ſenſuum priſtina præiudicauerunt, benè quòd & hîc adſtruit, Scriptum eſt enim, [t] *Deprehendens ſapientes in nequitia illorum.* Et rurſus, [u] *Dominus ſcit cogitationes ſapientium, quod ſint ſuperuacuæ.* In totum enim præſcriptum à nobis, nulla illum ſententia vti potuiſſe eius Dei, quem deſtruere deberet, ſi non illi doceret. [x] *Ergo*, inquit, *nemo glorietur in homine.* Et hoc ſecundum Creatoris diſciplinam, [y] *Miſerum hominem, qui ſpem habet in hominem*; &, [z] *Bonum eſt fidere in Deo, quàm fidere in homine*: ita & gloriari.

p 1. Cor. 3.13 — q Ibid. 16. — r Ibid. 17. — ſ 1. Cor. 3.18 19. — t Iob. 5.13. — u Pſal. 93.11 — x 1 Cor. 3.21 — y Hier. 17.5. — z Pſal. 117. 8.

CAPVT VII.

Ex prima Corinth. cap. 4. 5 6. 7. 8. 9 & 10. Iuxta vetus teſtamentum, probat Chriſtum illuminatorem occultorum, ſpectaculum ſe factum mundo, Chriſtum Paſcha immolatum, cauendum à fornicatione, templum Spiritus corrumpente, in Domino nubendum: Nihil eſſe idolum, manibus laborandum, omnia in figuris prius acta.

In p. V. Deus iudex. 1. à p. V. mundus. 3. & V. Pauli doctrina. 1. & V. Angelus. 3 11. à p. V. luxuria. 23. & V. ad Euchar. diſpoſitio. 5 & V. luxuria. 8. & V. matrimonium. 3. circa. m. V. caſtit. cuſt. 12. & V. nuptiæ cum infideli prohibitio. 3. in m. V. idolum. 1. & V. mundus. 4. à m. V. Pauli virtutes. 10. circa. f. V. Chri. Elogia. 13. & V. Marcionis deus. 4.

[a] ET *occulta tenebrarum ipſe inluminabit*, vtique per Chriſtum, qui Chriſtum inluminationem repromiſit; ſe quoque lucernam pronuntiauit [b] *ſcrutantem corda & renes. Ab illo erit & laus vnicuique*, à quo & contrarium laudis, vt à iudice. Certè, inquis, vel hîc mundum, Deum mundi interpretatur, dicendo, *Spectaculum facti ſumus mundo, & angelis, & hominibus.* Quia ſi mundum, homines mundi ſignificaſſet, non etiam homines poſtmodum nominaſſet. Immò nè ita argumentareris, prouidentia Spiritus ſancti demonſtrauit, quidnam dixiſſet, [d] *Spectaculum facti ſumus mundo; dum angelis* qui mundum miniſtrant, *& hominibus* quibus miniſtrant. Verebatur nimirum tantæ conſtantiæ vir, nè dicam Spiritus ſanctus, præſertim ad filios ſcribens, [e] *quos in Euangelio generauerat*; liberè Deum mundi nominare, aduerſus quem, niſi exertè, non poſſet videri prædicare. Non defendo ſecundùm legem Creatoris diſplicuiſſe illum, qui mulierem patris ſui habuit. communis & publicæ religionis ſecutus ſit diſciplinam. Sed cum eum damnat [f] *dedendum ſatanæ*, damnatoris Dei præco eſt. Viderit & quomodo dixerit *in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini*, dum & de carnis interitu, & de ſalute ſpiritus iudicarit; & [g] *auferri iubens malum de medio*, Creatoris frequentiſſimam ſententiam commemorauerit. [h] *Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi.* Ergo azymi figuræ erant noſtræ apud Creatorem. [i] *Sic & paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.* Quare paſcha Chriſtus, ſi non paſcha figura Chriſti, per ſimilitudinem ſanguinis ſalutaris, & pecoris Chriſti? Quid nobis, & Chriſto, imagines imbuit ſolemnium Creatoris, ſi non erant noſtræ? Auertens autem nos à fornicatione; manifeſtat carnis reſurrectionem. [k] *Corpus*, inquit, *non fornicationi, ſed Domino, & Dominus corpori*; vt templum Deo, & Deus templo. Templum ergo Deo peribit, & Deus templo. Atquin vides, [l] *Qui Dominum ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit*, in corpore quoque ſuſcitabit; quia corpus Domino, & Dominus corpori. Et benè quod aggerat, [m] *Neſcitis corpora veſtra membra eſſe Chriſti?* Quid dicet hæreticus? Membra Chriſti non reſurgent, quæ noſtra jam non ſunt: [n] *Empti enim ſumus pretio magno.* Planè nullo, ſi phantaſma fuit Chriſtus, nec habuit vllam ſubſtantiam corporis, quam pro noſtris corporibus dependeret. Ergo Chriſtus habuit quo nos redimeret; & ſi aliquo magno redemit hæc corpora, in quæ eadem committenda fornicatio non erit, vt in membra jam Chriſti, non noſtra: vtique ſibi ſalua præſtabit, quæ magno comparauit. Iam nunc quomodo honorabimus? quomodo tollemus Deum in corpore perituro? Sequitur de nuptiis congredi, quas Marcion conſtantior Apoſtolo prohibet. etenim Apoſtolus, etſi bonum continentiæ præfert, tamen conjugium & contrahi permittit, & vſui eſſe, & magìs retineri, quàm disjungi ſuadet. Planè Chriſtus vetat diuortium, Moyſes verò permittit. Marcion totum concubi-

a 1. Cor 4.5. — b 1 Cor. 3.21. — Pſal. 7.10 — c 1. Cor. 4 5. — d 1. Cor. 4.9 — e 1. Cor. 4 15 — f 1. Cor. 5.5. — g Deut. 13.5. & cap. 17.7. — h 1. Cor. 5.7 — Exo. 12.15. — i 1. Cor. 5.7. — k 1. Cor. 6. 13. — l Ibid. 14. — m Ibid. 15. — n Ibid. 20. — 1. Cor. 7.1. 17. — Matth. 19. 6 8. — Deut. 24. 1.

bitum auferens fidelibus, (viderint enim catechumeni eius) repudium antè nuptæ jubeos, cuius ſententiam ſequitur, Moyſi, an Chriſti? Atquin & Chriſti Apoſtolus quum
o 1. Cor. 7. 10 præcipit o *mulierem à viro non diſcedere; aut ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut reconciliari viro*; & repudium permiſit, quod non in totum prohibuit; & matrimonium confirmauit, quod primò vetuit disjungi; & ſi fortè disjunctum, voluit reformari. Sed &
p 1. Cor. 7. 29. continentiæ quas ait cauſas? p *Quia tempus in collecto eſt.* Putaueram, quia Deus alius in Chriſto; & tamen à quo eſt collectio temporis, ab eo erit & quod collectioni temporis congruit. Nemo alieno tempori conſulit. Puſillum Deum adfirmas tuum, Marcion,
q 1. Cor. 7. 39. quem in aliquo coanguſtat tempus Creatoris. Certe præſcribens. q *Tantum in Domino eſſe nubendum*; nè qui fidelis ethnicum matrimonium contrahat, legem tuetur Creatoris,
Deut 7. 3 allophylorum nuptias vbique prohibentis. r *Sed, & ſi ſunt, qui dicuntur Dei, ſiue in cælis,*
r 1. Cor. 8. 5 *ſiue in terris*, apparet quomodo dixerit, non quaſi verè ſint qui dicantur, quando non
ſ Ibid. 4. ſint: de idolis enim cœpit, de idolothytis diſputaturus: ſ *Scimus quod idolum nihil ſit.* Creatorem autem & Marcion Deum non negat; ergo non poteſt videri Apoſtolus Creatorem quoque inter eos poſuiſſe, *qui Dei dicantur, & tamen non ſint*; quando etſi fuiſſent,
t 1. Cor. 8. 6. t *nobis tamen vnus eſſet Deus Pater.* Ex quo omnia nobis, niſi cuius omnia? Quænam iſta?
u 1. Cor. 3. 22. Habes in præteritis, u *Omnia veſtra ſunt, ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas; ſiue mundus, ſiue vita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura.* Adeò omnium Deum Creatorem facit, à quo & mundus, & vita, & mors; quæ alterius Dei eſſe non poſſunt. Ab eo igitur inter omnia & Chriſtus. x *Ex labore ſuo vnumquemque docens viuere oportere*; ſatis exempla
x 1. Cor. 9. 8. 9. præmiſerat militum, paſtorum, ruſticorum; ſed diuinæ illi auctoritas deerat. Legem igitur opponit Creatoris ingratis, quam deſtruebat: ſui enim Dei nullam talem habe-
y Deut. 25. 4 bat. y *Bouis*, inquit, *terentis os non obligabis.* & adjicit, z *Nunquid de bubus pertinet ad Do-*
z 1 Cor. 9. 10. *minum*? etiam & bubus propter homines benignum? *Propter nos enim ſcriptum eſt*, inquit. Ergo & legem allegoricam, ſecundùm nos probauit, & de Euangelio viuentibus patrocinantem; ac propter hoc non alterius eſſe Euangelizatores, quàm cuius lex, quæ proſpexit illis, cum dicit, *Propter nos enim ſcriptum eſt.* Sed noluit vti legis poteſtate, quia maluit gratis laborare. Hoc ad gloriam ſuam retulit, quam negauit quemquam ei euacuaturum, non ad Legis deſtructionem, qua alium probauit vſurum. Ecce autem & in pe-
aa 1. Cor. 10. 4. tram offendit cæcus Marcion, aa *de qua bibebant in ſolitudine patres noſtri.* Si enim petra illa Chriſtus fuit, vtique Creatoris, cuius & populus. Cui rei figuram extranei ſacra-
Num 20. 11 menti interpretatur? An vt hoc ipſum doceret, figurata fuiſſe vetera in Chriſtum ex illis
bb 1. Cor. 10. 6. recenſendum: Nam & reliquum exitum populi decurſurus, præmittit, bb *Hæc autem exempla nobis ſunt facta.* Dic mihi à Creatore alterius quidem ignoti Dei, hominibus exempla ſunt facta; an alius Deus ab alio mutuatus exempla, & quidem æmulo? Dè illo me terret ſibi, à quo fidem meam transfert. Meliorem me illi aduerſarius faciet? Iam ſi dereliquero eadem quæ & populus, eademnè paſſurus ſum, an non? Atquin ſi non eadem, vanè mihi timenda proponit, quæ non ſum paſſurus. Paſſurus autem à quo ero? Si à Creatore; qualia infligere ipſius eſt? & quale erit, vt peccatorem æmuli ſui puniat magìs, quam è contrario foueat Deus zelotes? Si ab illo Deo: Atquin punire non nouit. Ita, tota iſta propoſitio Apoſtoli nulla ratione conſiſtit, ſi non ad diſciplinam Creatoris eſt. Denique
cc Ibid. 11. & in clauſula, præfationi reſpondet. cc *Hæc autem quemadmodum euenerunt illis, ſcripta ſunt ad nos commonendos, in quos fines æuorum decucurrerunt.* O Creatorem, & præſcium jam, & admonitorem alienorum Chriſtianorum! Prætereo, ſi quando paria eorum quæ retractata ſunt quædam, & breuiter expungo. Magnum argumentum Dei alterius,
dd 1. Cor. 10 25. dd *permiſſio omnium obſoniorum; aduerſus Legem*; quaſi non & ipſi confiteamur Legis onera dimiſſa: ſed ab eo qui impoſuit, qui nouationem repromiſit; ita & cibos qui abſtulit, reddit, quod & a primordio præſtitit. Cæterùm, ſi quis alius Deus fuiſſet deſtructor Dei noſtri, nihil magìs ſuos prohibuiſſet, quàm de copiis aduerſarii viuere.

CAPVT VIII.

Ex prima Corinth. cap. 11. 12. 13 & 14. caput viri Chriſtum non velandum, ſed mulierem, fugiendas hæreſes. Dona Spiritus effuſa, tacere debere mulieres viris ſubiectas, probat.

In p. V. Chri. Elogia 29. à p. V. Chri. Elogia. 25. & V. Velandæ mul. 5 & in alphab. Errorum. V. Angeli amatores fœmin. 9. & V. Euchariſti. 2. à m. V. amor dei. 2. circa. f. V. mulierum virtus. 2. inf. V. abſtinentia. 2. & in alphab. Errorum. V. Ecſtaſis. 5. & V. Marcionis Deus. 5.

a 1. Cor. 11. 3 a CAPVT *viri Chriſtus eſt.* Quis Chriſtus, qui non eſt viri auctor? Caput enim ad auctoritatem poſuit; auctoritas autem non alterius erit, quàm auctoris. Cuius
b Ibid. 4. denique viri caput eſt? Certè de quo ſubjicit, b *Vir enim non debet caput velare, cùm ſit*
Dei

Dei imago. Igitur ſi Creatoris eſt imago, ille enim Chriſtum ſermonem ſuum intuens
hominem futurum, [c] *Faciamus*, inquit, *hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*; c Gen. 1.26.
quomodo poſſum alterius habere caput, non eius cuius imago ſum? Cùm enim imago
ſim Creatoris, non eſt in me locus capitis alterius. Sed & quare [d] *mulier poteſtatem ſuper ca-*
put habere debebit? Si quia ex viro, & propter virum facta eſt ſecundum inſtitutionem Crea- d 1. Cor. 11. 10.
toris ſic quoque eius voluntatem Apoſtolus curauit, de cuius inſtitutione cauſas diſciplinæ e Ibid.
interpretatur. Adijcit etiam, [e] *Propter angelos.* Quos? id eſt, cuius? Si Creatoris apoſta-
tas, meritò, vt illa facies quæ eos ſcandalizauit, notam quandam referat de habitu humi-
litatis, & obſcuratione decoris. Si verò propter angelos Dei alterius, quid vereiur, ſi Gen. 6.2.
nec ipſi Marcionitæ fœminas appetunt? Sæpè iam oſtendimus hæreſes apud Apoſtolum,
inter mala vt malum poni, & eos probabiles intelligendos, qui hæreſes vt malum fugiant. 1. Cor. 1. 11. 19.
Proinde panis & calicis ſacramento, iam in Euangelio probauimus corporis & ſangui-
nis dominici veritatem, aduerſus phantaſma Marcionis. Sed & omnem iudicii mentio- Luc. 22.19. 20.
nem Creatori competere, vt Deo iudici, toto penè opere tractatum eſt. Nunc de ſpi-
ritalibus dico, hæc quoque in Chriſtum à Creatore promiſſa, ſub illa præſcriptione 1 Cor.11.19
iuſtiſſima opinor, qua non alterius credenda ſit exhibitio, quam cuius probata fuerit re-
promiſſio. Pronuntiauit Eſaias, [f] *Prodibit virga de radice Ieſſe, & flos de radice aſcendet, &* f Eſa 11. 1.
requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini. dehinc ſpecies eius enumerat: *Spiritus ſapientiæ & in-*
telligentiæ, ſpiritus conſilii & valentiæ, & ſpiritus agnitionis & religionis. ſpiritus eum re-
plebit timoris Dei. Chriſtum enim in floris figura oſtendit, oriturum ex virga profecta
de radice Ieſſe, id eſt virgine, generis Dauid filii Ieſſe, in quo Chriſto conſiſtere habe-
ret tota ſubſtantia ſpiritus; non quaſi poſtea obuentura illi, qui ſemper ſpiritus Dei fuerit,
antè carnem quoque; nè ex hoc argumenteris prophetiam ad eum Chriſtum pertinere,
qui vt homo tantum, ex ſolo cenſu Dauid, poſtea conſecuturus ſit Dei ſui ſpiritum. Sed
quoniam exinde quo floruiſſet in carne ſumpta ex ſtirpe Dauid, requieſcere in illo om-
nis haberet operatio gratiæ ſpiritalis, & conceſſare, & finem facere quantum ad Iudæos; g Eſa 3. 2.
ſicut & res ipſa teſtatur, nihil exinde ſpirante penès illos Spiritu Creatoris, [g] *ablato à Iu-* h Luc 16 16
dæa ſapiente, & prudente architecto, & conſiliario, & propheta; vt hoc ſit, [h] *Lex & Prophetæ* i Pſa 67.19
vſque ad Ioannem. Accipe nunc quomodo & à Chriſto in cœlum recepto, chariſmata k Epheſ. 4. 18.
obuentura pronuntiarit. [i] *Aſcendit in ſublimitatem*, id eſt, in cœlum. [k] *captiuam duxit*
captiuitatem, id eſt, mortem, vel humanam ſeruitutem. *data dedit filiis hominum*; id eſt
donatiua, quæ chariſmata dicimus. Eleganter *Filiis hominum* ait, non paſſim hominibus;
nos oſtendens *filios hominum*, id eſt, verè hominum, Apoſtolorum. [l] *In Euangelio enim*, l 1 Cor 4.15
inquit, *Ego vos generaui.* &, [m] *Filii mei, quos parturio rurſus.* Iam nunc & illa promiſſio m Gal 4 19.
Spiritus abſolutè facta per Ioelem, [n] *In nouiſſimis diebus effundam de meo ſpiritu in omnem* n Ioel.2.28.
carnem, & prophetabunt filii filiæque eorum. Et ſuper ſeruos & ancillas meas de meo ſpiritu ef- Act.2.17.
fundam. Et vtique ſi in nouiſſimos dies gratiam Spiritus Creator repromiſit, Chriſtus
autem ſpiritalium diſpenſator in nouiſſimis diebus apparuit, dicente Apoſtolo, [o] *At* o Gal 4 4.
vbi tempus expletum eſt, miſit Deus filium ſuum. & iterum, [p] *Quia tempus iam in collecto eſt*, p 1 Cor 7.29
apparet & de temporum vltimorum prædicatione, hanc gratiam Spiritus ad Chriſtum q 1. Cor. 12. 8.
prædicatoris pertinere. Compara denique ſpecies Apoſtoli, & Eſaiæ. [q] *Alij*, inquit, *da-* r Eſa. 11.2.
tur per ſpiritum ſermo ſapientiæ; ſtatim & Eſaias [r] *ſpiritum ſapientiæ* poſuit. *Alij ſermo*
ſcientiæ: hic erit *ſermo intelligentiæ & conſilii. Alii fides in eodem ſpiritu*: hic erit *ſpiritus*
religionis & timoris Dei. Alii donum curationum, alii virtutum: hic erit *valentiæ ſpiritus*,
Alii prophetia, alii diſtinctio ſpirituum, alij genera linguarum, alii interpretatio linguarum:
hic erit *agnitionis ſpiritus.* Vides Apoſtolum & in diſtributione facienda vnius Spiritus,
& in ſpecialitate interpretanda, Prophetæ conſonantem. Poſſum dicere, ipſum,
qui corporis noſtri per multa, & diuerſa membra vnitatem, & chariſmatum vario
rum compagini adæquauit; eundem & corporis humani, & Spiritus ſancti Dominum 1.Cor.12.12.
oſtendit, qui meritum chariſmatum noluerit eſſe in corpore Spiritus, quæ nec in cor 1 Cor 13.1. & ſeq.
pore humano collocauit, qui de dilectione quoque omnibus chariſmatibus præpo- s Matth. 22.
nenda, Apoſtolum inſtruxerit principali præcepto; quod probauit & Chriſtus; 37.
[s] *Diliges Dominum de totis præcordiis, & totis viribus, & tota anima tua; & proximum* Luc. 10 27.
tibi tanquam teipſum. Quod, etſi in lege ſcriptum eſſet, commemorat: in aliis lin- Deut 6.5.
guis, & in aliis labiis locuturum Creatorem, cum hac commemoratione chariſma 1 Cor.14 21
linguarum confirmat, nec hic poteſt videri alienum chariſma Creatoris prædicatione Eſa.28. 11.
confirmaſſe. Æquè præſcribens ſilentium mulieribus in Eccleſia, nè quid diſcendi 1. Cor. 14. 34.
duntaxat gratia loquantur, (cæterùm prophetandi ius & illas habere iam oſtendit, 1.Cor.15.5.
quum mulieri etiam prophetandi velamen imponit) ex lege accipit ſubijciendæ fe- Gen.3.16.
minæ auctoritatem, quam (vt ſemel dixerim) noſſe non debuit, niſi in deſtructionem.

Sed vt iam à ſpiritalibus recedamus, res ipſæ probare debebunt, quis noſtrum temerè Deo ſuo vindicet, & an noſtræ parti poſſit opponi, ſi & Creator repromiſit in ſuum Chriſtum nondum reuelatum, vt Iudæis tantum deſtinatum, ſuas habitura in ſuo tempore, in ſuo Chriſto, & in ſuo populo operationes. Exhibeat itaque Marcion Dei ſui dona, aliquos Prophetas, qui tamen non de humano ſenſu, ſed de Dei Spiritu ſint locuti; qui & futura prænuntiarint, & cordis occulta traduxerint.
1. Cor. 14. 16 Edat aliquem pſalmum, aliquam viſionem, aliquam orationem, duntaxat ſpiritalem, in ecſtaſi, id eſt amentia, ſi qua linguæ interpretatio acceſſit. Probet mihi etiam mulierem apud ſe propheta ſſe, ex illis ſuis ſanctioribus feminis; magni ducam. Si hæc omnia facilius a me proferuntur, & vtique conſpirantia regulis, & diſpoſitionibus, & diſciplinis Creatoris, ſine dubio Dei mei erit & Chriſtus, & Spiritus, & Apoſtolus.

CAPVT IX.

Caput 15. primæ Corinth. de reſurrectione mortuorum exponit contra Marcionem.

In p. V. Deus Marcionis. 5. à p. V. Reſurrectionem impugnant Hæret. 1 & V. Reſurrectio. Probat. Rationibus. 11. circa. m. V. Chri. nat. 4. à m. V. Chri. Elogia 30. circa. f. V. mulier. 8. in f. V. Chri. Elogia. 13.

HABET profeſſionem meam, qui voluerit eam exigere. Interim Marcionites nihil eiuſmodi exhibebit, qui timet iam pronuntiare, cuius magis Chriſtus nondum fit reuelatus. Sicut meus expectandus eſt, quia à primordio prædicatus eſt, illius, idcirco non eſt, quia non à primordio fit. Melius nos credimus in Chriſtum futurum, quàm hæreticus in nullum. Mortuorum reſurrectionem quomodo quidam tunc negarint, prius diſpiciendum eſt. Vtique eodem modo quo & nunc. Siquidem ſemper reſurrectio carnis negatur. Cæterùm, animam & ſapientium plures diuinam vindicantes, ſaluam repromittunt; & vulgus ipſum ea præſumptione defunctos colit, qua animas eorum manere confidit. Cæterum, corpora aut ignibus ſtatim, aut feris, aut etiam diligentiſſimè condita, temporibus tamen aboleri manifeſtum eſt. Si ergo carnis reſurrectionem negantes Apoſtolus retundit, vtique aduerſus illos tuetur, quod illi negabant, carnis ſcilicet reſurrectionem. Habes cõpendio reſponſum. Cætera jam ex abũdanti. Nam & ipſum quòd mortuorum reſurrectio dicitur, exigit defendi proprietates vocabulorum. Mortuum itaque non eſt, niſi quod amiſit animam, de cuius facultate viuebat. Corpus eſt quod amittit animam, & amittendo fit mortuum: ita Mortui vocabulum corpori competit. Porro, ſi reſurrectio mortui eſt, mortuum autem non aliud eſt, quàm corpus, corporis erit reſurrectio. Sic & Reſurrectionis vocabulum non aliam rem vindicat, quàm quæ cecidit. Surgere enim poteſt dici & quod omnino non cecidit, quod ſemper retro jacuit. Reſurgere autem non niſi eius quod cecidit. Iterum enim ſurgendo, quia cecidit, reſurgere dicitur. Re enim ſyllaba, iterationi ſemper adhibetur. Cadere ergo dicimus corpus in terram, per mortem, ſicut & res ipſa teſtatur, ex Dei leg. corpori enim dictum eſt, [a] *Terra es, & in*
a Gen. 3. 19. *terram ibis*. Ita quod de terra eſt, ibit in terram. Hoc abit, quod in terram ibit, hoc reſurgit,
b 1. Cor. 15. 21. quòd cadit. [b] *Quia per hominem mors, & per hominem reſurrectio.* Hîc mihi & Chriſti corpus oſtenditur in nomine hominis, qui conſtat ex corpore, vt ſepè iam docuimus. Quòd
c Ibid. 22. ſi [c] *ſic in Chriſto viuificamur omnes, ſicut mortificamur in Adam*: quando in Adam corpore mortificamur, ſic neceſſè eſt & in Chriſto corpore viuificemur. Cæterùm, ſimilitudo non conſtat, ſi non in eadem ſubſtantia mortificationis in Adam, viuificatio concurrat in Chriſto. Sed interpoſuit adhuc aliquid de Chriſto, & propter præſentem diſceptationem non omittendum. Tantò magis enim probabitur carnis reſurrectio, quantò Chriſtum
d Pſal. 109. 1. 2. eius Dei oſtendero, apud quem creditur carnis reſurrectio. Quum dicit, [d] *Oportet enim regnare eum, donec ponat inimicos eius ſub pedes eius*: jam quidem & ex hoc vltorem Deum edocuit, atque exinde ipſum qui hoc Chriſto repromiſerit, *Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum: Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion,*
4 Reg. 19. 1. & ſeq. & Eſa. 37. 36 *& dominabitur in medio inimicorũ tuorum. Tecum*, &c. Sed neceſſe eſt, ad meam ſententiã genere defendam eas ſcripturas, quas & Iudæi nobis auocare conantur. Dicunt deniq; hunc Pſalmum in Ezechiam cecinisse, quia is ſederit ad dexteram templi, & hoſtes eius
e Pſal. 109. 4 auerterit Deus, & abſumpſerit; Propterea igitur, &c. [e] *antè luciferum ex vtero generaui te,*
Luc. 2. per totum. in Ezechiam conuenire, & in Ezechiæ natiuitatem. Nos edimus Euangelia, (de quorum fide aliquid vtique iam in tanto opere iſto confirmaſſe debemus) nocturna natiuitate declarantia Dominum, vt hoc ſit antè luciferum, & ex ſtella. Magis intellecta, & ex teſtimonio angeli, qui nocte paſtoribus annuntiauit natum eſſe cummaximè Chriſtum; & ex loco partus: in diuerſorium enim ad noctem conuenitur. Fortaſſe an & myſtice factum
f Pſal. 109. 4 ſit vt nocte Chriſtus naſceretur, lux veritatis futurus ignorantiæ tenebris. Sed nec [f] *gene-*

rauit te, edixiſſet Deus, niſi filio puero. Nam etſi de toto populo ait, [g] *Filios generaui*; ſed
non adiecit, *Ex vtero*. Cur autem adjecit, *Ex vtero*, tam vanè. quaſi aliquis hominum g Eſa.1.2.
ex vtero natus dubitaretur? niſi quia curioſius voluit intelligi in Chriſtum; *Ex vtero ge-
nerauit te*, id eſt, ex ſolo vtero, ſine viri ſemine; carni deputans ex vtero ſpiritus. Quod
& in ipſo hic accedit [h] *Tu es ſacerdos in æuum*. Nec ſacerdos autem Ezechias nec in h Pſal 109. 4.
æuum etſi fuiſſet. *Secundùm ordinem*, inquit, *Melchiſedec*. Quid Ezechias ad Mel-
chiſedec Altiſſimi ſacerdotem, & quidem non circumciſum, qui Abraham circumciſum
jam accepta decimarum oblatione benedixit? At in Chriſtum conueniet ordo Melchi-
ſedec, quoniam quidem Chriſtus proprius & legitimus Dei antiſtes, præputiati ſacer- Gen. 14. 19.
dotij pontifex, tum in Nationibus conſtitutus, à quibus magìs ſuſcipi habebat, cognituram 20.
ſe quandoque circumciſionem, & Abrahæ gentem, cùm vltimò venerit, acceptatione & Heb. 6. 20. & 7. 1.
benedictione dignabitur. Eſt & alius Pſalmus ita incipiens, [i] *Deus iudicium tuum regi da*;
id eſt, Chriſto regnaturo: *Et iuſtitiam tuam filio regis*, id eſt populo Chriſti. Filii enim eius
ſunt, qui in ipſo renaſcuntur. Sed & hic Pſalmus Salomoni canere dicetur quæ tamen i Pſal. 71. 1. & ſeq.
ſoli competunt Chriſto, docere non poterunt etiam cætera non ad Salomonem, ſed ad
Chriſtum pertinere? [k] *Deſcendit*, inquit, *tanquam imber ſuper vellus, & velut ſtillæ de-* k Ibid. 6.
ſtillantes in terram. Placidum deſcenſum eius, & inſenſibilem deſcribens de cœlo in
carnem. Salomon autem etſi deſcendit alicunde, non tamen ſicut imber, quia non
de cœlo. Sed ſimpliciora quæque proponam: [l] *Dominabitur*, inquit, *à mari ad mare*, l Ibid. 8.
& à flumine vſque ad terminos terræ. Hoc ſoli datum eſt Chriſto. Cæterùm, Salomon
vni & modicæ Iudææ imperauit. [m] *Adorabunt illum omnes reges*: quem omnes, niſi m Ibid. 11.
Chriſtum? *Et ſeruient ei omnes Nationes*: cui omnes, niſi Chriſto? [n] *Sit nomen eius* n Ibib. 17.
in æuum: cuius nomen in æternum, niſi Chriſti? *Antè ſolem manebit nomen eius*:
antè ſolem enim ſermo Dei, id eſt Chriſtus. [o] *Et benedicentur in illo vniuerſæ gentes*:
in Salomone nulla natio benedicetur; in Chriſto verò omnis. Quid nunc ſi & o Ibid. 18.
Deum eum Pſalmus iſte demonſtrat? Et beatum eum dicent: [p] *Quoniam benedictus*
Dominus Deus Iſraelis, qui facit mirabilia ſolus. Benedictum nomen gloriæ eius, & replebitur p. Ibid. 19.
vniuerſa terra gloria eius. Contra Salomon (audeo dicere) etiam quam habuit in Deo 3. Reg. 11. 4.
gloriam, amiſit, per mulierem in idololatriam vſque pertractus. Itaque quum in me-
dio pſalmo illud quoque poſitum ſit, [q] *Inimici eius puluerem lingent*; ſubjecti vtique
pedibus ipſius, ad illud pertinebit, propter quod hunc pſalmum & intuli, & ad meam q. Ibid. 9.
ſententiam defendi, vt confirmauerim & regni gloriam, & inimicorum ſubiectionem, ſe-
cundùm diſpoſitionem Creatoris, conſecuturus, non alium credendum, quàm Creatoris.

CAPVT X.

Proſequitur exponere reliquam partem capitis 15. primæ Corinth. de reſurrectione.

à p. V. Reſurrect. probat. ſcript. 14. & 15. & V. Reſurrect. gloria & dotes. 8. à p. ad m. V. Chri. Elogia. 3. circa m. in Alphab Errorum. V. Anima corp. & eff g. 8. à m. V. carnis infirmitas. 3. circa. f. V. Reſurrect. impug hæret. 14. in f. V. mors 17.

REVERTAMVR nunc ad reſurrectionem, cui & aliàs quidem proprio volumine
ſatisfecimus, omnibus hæreticis reſiſtentes; ſed nec hîc deſumus propter eos qui
illud opuſculum ignorant. [a] *Quid ait, facient qui pro mortuis baptizantur, ſi mortui non* a 1. Cor. 15. 29.
reſurgunt? Viderit inſtitutio iſta. Kalendæ ſi fortè Februariæ reſpondebunt illi, pro mor-
tuis petere. Noli ergo Apoſtolum nouum ſtatim auctorem, aut confirmatorem eius de-
notare, vt tantò magìs ſiſteret carnis reſurrectionem, quantò illi qui vanè pro mortuis
baptizarentur, fide reſurrectionis hoc facerent. Habemus illum alicubi [b] *vnius baptiſ-* b Epheſ. 4. 5.
mi definitorem. Igitur & pro mortuis tingui, pro corporibus eſt tingui; mortuum enim
oſtendimus. [c] *Quid facient qui pro corporibus baptizantur, ſi corpora non reſurgunt*? Atque c 1. Cor. 15.
adeò rectè hunc gradum figimus, vt & Apoſtolus ſecundam diſceptationem æquè de cor- 29.
pore induxerit. [d] *Sed dicent quidam, Quomodo mortui reſurgent? quo autem corpore venient?* d 1. Cor. 15.
Defenſa etenim reſurrectione quæ negabatur, conſequens erat de qualitate corporis re- 35.
tractare, quæ non videbatur. Sed de iſta cum aliis congredi conuenit. Marcion enim in
totum carnis reſurrectionem non admittens, & ſoli animæ ſalutem repromittens, non
qualitatis, ſed ſubſtantiæ facit quæſtionem. Porro & ex his manifeſtiſſimè obducitur, quæ
Apoſtolus ad qualitatem corporis tractat, propter illos qui dicunt, [e] *Quomodo reſurgent* e 1. Cor. 15.
mortui? quo autem corpore venient (jam enim prædicauit reſurrecturum eſſe corpus,) 37. & ſeq.
de corporis qualitate tractari. Denique ſi proponit *exempla grani tritici, vel alicuius eiuſ-
modi, vel quibus det corpus Deus prout volet. Si vnicuique ſeminum, proprium ait eſſe corpus*;
*& aliam quidem carnem hominum, aliam verò pecudum, & volucrum; & corpora cœleſtia, at-
que terrena; & aliam gloriam ſolis, & lunæ aliam, & ſtellarum aliam*: nonnè carnalem, &

corporalẽ portendit reſurrectionẽ,quam per carnalia,& corporalia exempla cõmendat? nonnè etiam ab eo Deo eam ſpondet,à quo ſunt & exẽpla? *Sic & reſurrectio*,inquit. Quomodo? ſicut & granum corpus ſeritur,corpus reſurgit. Seminationem denique vocauit diſ-
f Ibid. 43. ſolutionem corporis in terram;Quia [f] *ſeritur in corruptela,reſurgit in honeſtatem,& virtutẽ.* Cuius ille ordo in diſſolutione, ſi auferas corpus reſurrectioni, quod dediſti diſſolu-
g 1. Cor. 15. 44. tioni, vbi conſiſtet diuerſitas exitus? Proinde & ſi [g] *ſeritur animale, reſurgit ſpiritale.* Et ſi habet aliquod proprium corpus anima vel ſpiritus, vt poſſit videri corpus animale animam ſignificare, & corpus ſpiritale ſpiritum; non ideo animam dicit in reſurrectione ſpiritum futurum, ſed corpus, quod cum anima naſcendo, & per animam viuendo, animale dici capit, futurum ſpiritale, dum per ſpiritum ſurgit in æternitatem. Denique, ſi non anima, ſed caro ſeminatur in corruptela, dum diſſoluitur in terram, iam non anima erit corpus animale, ſed caro, quæ fuit corpus animale. Siquidem de animali efficitur ſpiritale, ſicut & infrà dicit, [h] *Non primum quod ſpiritale.* Ad hoc enim & de ipſo Chriſto præſtruit, [i] *Factus primus homo Adam in animam viuam; nouiſsimus*
l Ibid. 46. i 1. Cor. 15. 45. *Adam in ſpiritum viuificantem*; licet ſtultiſſimus hæreticus noluerit ita eſſe. Dominum enim poſuit nouiſſimum, pro nouiſſimo Adam; veritus ſcilicet, neſi & Dominum nouiſſimum haberet, Adam, & eiuſdem Chriſtum defenderemus in Adam nouiſſimo, cuius & primum. Sed falſum relucet. Cur enim primus Adam, niſi quia & nouiſſimus Adam? Non habent ordinem inter ſe niſi paria quæque, & eiuſdem vel nominis, vel ſubſtantiæ, vel auctoris. Nam etſi poteſt in diuerſis quoque eſſe aliud primum, aliud, nouiſſimum; ſed vnius auctoris. Cæterùm, ſi & auctor alius, & ipſe quidem poteſt nouiſſimus dici. Quod tamen intulerit primum eſt; nouiſſimum autem, ſi primo par ſit. Par autem primo non eſt, quia non eiuſdem auctoris eſt. Eodem modo & in nomine hominis redincetur. [k] *Primus*, inquit, *homo dè humo terrenus; ſecundus, Dominus dè*
k Ibid. 47. *cælo.* Quare ſecundus, ſi non homo, quod & primus? Aut nunquid & primus Dominus, & ſecundus? Sed ſufficit, ſi in Euangelio filium hominis adhibet Chriſtum & hominem, & in nomine Adam, eum negare non poterit. Sequentia quoque eum com-
l Ibid. 48. primunt. Quum enim dicit Apoſtolus, [l] *Qualis qui dè terra*, homo ſcilicet, *tales & terreni homines* vtique. Ergo & qualis qui dè cœlo, homo; tales & qui dè cœlo, homines. Non enim poterat hominibus terrenis, non homines cœleſtes oppoſuiſſe, vt ſtatum, ac ſpem ſtudioſius diſtingueret, in appellationis ſocietate. Statu enim ac ſpe dicit terrenos, atque cœleſtes homines; tamen ex pari, qui ſecundùm exitum aut in Adam, aut in Chriſto deputantur. Et ideo iam ad exhortationem ſpei cœleſtis: [m] *Sicut portauimus*,
m Ibid. 49. inquit, *imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis*; non ad ſubſtantiam vllam referens reſurrectionis, ſed ad præſentis temporis diſciplinam. Portemus enim, inquit, non portabimus; præceptiuè, nos promiſſiuè, volens nos ſicut ipſe inceſſit, ita incedere, & à terreni, id eſt, veteris hominis imagine abſcedere, quæ eſt carnalis operatio.
n 1. Cor. 15. 50. Denique, quid ſubiungit? [n] *Hoc enim dico, fratres, quia caro & ſanguis regnum Dei non*
Gal 5. 19. 21 *poſsidebunt.* Opera ſcilicet carnis & ſanguinis; quibus & ad Galatas ſcribens, abſtulit Dei regnum. ſolitus & aliàs ſubſtantiam pro operibus ſubſtantiæ ponere; vt quum dicit, [o] *Eos qui in carne ſunt, Deo placere non poſſe.* quando enim placere Deo poterimus, niſi
o Rom. 8. 8. dum in carne hac ſumus? aliud tempus operationis nullum opinor eſt. Sed ſi in carne quanquam conſtituti, carnis opera fugiamus; tum, non erimus in carne, dum non in ſubſtantia carnis non ſumus, ſed in culpa. Quod ſi in nomine carnis opera, non ſubſtantiam carnis iubemur exponere; operibus ergo carnis, non ſubſtantiæ carnis, in nomine carnis denegatur Dei regnum. Non enim id damnatur, in quo malè fit, ſed id quod fit. Venenum dare, ſcelus eſt; calix tamen in quo datur, reus non eſt. Ita & corpus carnalium operum vas eſt, anima eſt autem quæ in illo venenum alicuius mali facti temperat. Quale autem, vt ſi anima auctrix operum carnis merebitur Dei regnum, per expiationem eorum quæ in corpore admiſit, corpus miniſtrum ſolummodò, in damnatione permaneat? Venefico abſoluto, calix erit puniendus? Et tamen non vtique carni defendimus Dei regnum, ſed reſurrectionem ſubſtantiæ ſuæ, quaſi ianuam regni, per quam aditur. Cæterùm, aliud reſurrectio, aliud regnum. Primò enim reſurrectio, dehinc regnum. Reſurgere itaque dicimus carnem, ſed mutatam conſequi regnum. [p] *Reſurgent enim mortui incorrupti*, illi ſcilicet, qui fuerant corrupti, dilapſis
p 1. Cor. 15. 52. corporibus in interitum. *Et nos mutabimur in atomo*, in oculi momentaneo motu. [q] *Opor-*
q Ibid. 53. *tet enim corruptiuum hoc*; tenens vtique carnem ſuam dicebat Apoſtolus, *induere incorruptelam, & mortale hoc immortalitatem*; vt ſcilicet habilis ſubſtantia efficiatur regno
r Matth. 22. 30. Dei. [r] *Erimus ſicut angeli.* Hæc erit demutatio carnis reſuſcitatæ. Aut ſi nulla erit, quomodo induet incorruptelam, & immortalitatem? Aliud igitur facta per demutatio-

nem, tunc conſequetur Dei regnum; iamnon caro: nec ſanguis, ſed quod illi corpus f 1. Cor. 15.
Deus dederit. Et ideo rectè Apoſtolus, f *Caro & ſanguis regnum Dei non conſequentur*, de- 50.
mutationi illud adſcribens, quæ accedit reſurrectioni. Si autem t *tunc fiet verbum, quod* t 1. Cor. 15.
ſcriptum eſt apud Creatorem, *Vbi eſt, mors, victoria tua, vel contentio tua? Vbi eſt, mors* 54. 55.
aculeus tuus? Verbum autem hoc Creatoris eſt, per Prophetam; Eius erit & res, id eſt Oſee 13. 14:
regnum, cuius & verbum fiet in regno. Nec alij u *Deo gratias dicte, quòd nobis victoriam*, u 1. Cor. 15.
vt que dè morte, referre præſtirerit; quàm illi à quo verbum inſultatorium dè morte 57.
& triumphatorium accepit.

CAPVT XI.

Ex cap. 1. 3. & 4. Ep. 2. ad Corinth. probat benedictum Deum Creatorem Patrem Chriſti, Deum miſericordiarum, promiſiſſe pro littera prius data, Spiritum; auferendum velamen Moyſi, aperta facie contemplandum Chriſtum, Deum ſæculi excæcaſſe mentes infidelium, illuxiſſe cordibus fidelium. Theſaurum lucis in vaſe fictili, mortificationem & vitam Chriſti manifeſtari in corporibus noſtris, interioris hominis renouationem.

Inp. V Dei miſericordia ſeorſim. 1. à p. Vide Iudæi. 3. & V. lex noua. 7. & V. lex vetus, & noua. 2. circa m. V. Deus Iudex. 5. in m. V. Gentilium laudabilia. 5 à m. V. Chri. magnalia. 4. & V. Hæret. Script. corruptores. 8. circa f. V. Hominis dignitas. 3. in f. V. Reſurrect. gloria, & dotes. 4.

SI Deus commune vocabulum factum eſt vitio erroris humani, quatenus plu- a 2. Cor. 1. 3.
res Dei dicuntur atque creduntur in ſæculo, a *Benedictus tamen Deus Domini no-* Gen. 1. per
ſtri Ieſu Chriſti Pater, nun alius quam Creator intelligetur, qui & vniuerſa bene- totum.
dixit; habes Geneſim; & ab vniuerſis benedicitur; habes Danielem. Proinde ſi Dan. 3. à
pater poteſt dici ſterilis Dei nullius magis nomine, quàm Creatoris; *miſericor-* verſu 17. &
diarum tamen pater idem erit, qui b *miſericors, & miſerator*, c *& miſericordia plu-* ſeq.
rimus eſt dictus: habes apud Ionam cum ipſo miſericordiæ exemplo, quam Niniui- b Pſ. 110. 4.
tis exorantibus præſtitit, facilis & Ezechiæ fletibus flecti, & Achab marito Iezabelis c Ion. 4. 2. &
d precanti, ſanguinem ignoſcere Nabuthæ, & Dauid agnoſcenti delictum ſtatim in- 3. 10.
dulgere; d *malens ſcilicet pœnitentiam peccatoris, quàm mortem*, vtique ex miſericordiæ af- 4. Reg. 20. 5
fectu. Si quid tale Marcionis Deus edidit, vel edixit, agnoſcam patrem miſericordia- 3. Reg. 11. 29
rum. Si verò ex eo tempore hunc titulum ei adſcribit, quo reuelatus, quaſi exinde ſit 3. Reg. 12. 13
pater miſericordiarum, quo liberare inſtituit genus humanum: atquin & nos ex eo d Ezech. 33.
tempore negamus illum, ex quo dicitur reuelatus. non poteſt igitur aliquid ei adſcri- 1.
bere, quem tunc oſtendit, cùm aliud ei adſcribit. Si enim prius conſtaret eum eſſe, tunc
& adſcribi ei poteſt. Accidens enim eſt quod adſcribitur: accidentia autem antecedit
ipſius rei oſtenſio, cui accidunt; maximè cùm iam alterius eſt, quod adſcribitur ei, qui
prius non ſit oſtenſus. tanto magis negabitur eſſe, quantò per quod adfirmatur eſſe,
eius eſt, qui iam oſtenſus eſt. Sic & teſtamentum nouum non alterius erit, quàm qui
illud repromiſit; & ſi non littera, at eius ſpiritus, hoc erit nouitas. Denique, qui litte- 2. Cor. 3. 6.
ram tabulis lapideis inciderat, idem & de ſpiritu edixerat, e *Effundam dè meo ſpiritu in* Exo. 24. 12.
omnem carnem. Etſi littera occidit, ſpiritus verò viuificat, eius vtrumque eſt, qui ait, f *Ego* e Ioël. 2. 28.
occidam, & ego viuificabo; percutiam, & ſanabo. Olim duplicem vim Creatoris vindicaui- 2. Cor. 3. 6.
mus, & iudicis, & boni; littera occidentis, per Legem; & ſpiritu viuificantis, per Euan- f Deut. 32.
gelium. Non poſſunt duos Deos facere, quæ & ſi diuerſa, apud vnum recenſeri præue- 39.
nerunt. Commemorat & dè velamine Moyſi, quo faciem tegebat incontemplabilem g 2. Cor. 3. 7
filijs Iſrael. Si ideo vt claritatem maiorem defenderet g *noui Teſtamenti, quod manet in* Exo. 34. 30.
gloria, quam veteris, quod euacuari habebat: hoc & meæ conuenit fidei, præponenti Euan-
gelium Legi. & vide ne magis meæ. Illic enim erit ſuperponi quid, vbi fuerit & illud
cui ſuperponitur. At cùm dicit, h *Sed obtuſi ſunt ſenſus mundi;* non vtique Creatoris, ſed h 2. Cor. 3.
populi qui in mundo eſt. Dè Iſraele enim dicit; i *Ad hodiernum vſque, velamen idipſum* 14.
in corde eorum. Figuram oſtendit fuiſſe velamen faciei in Moyſe, velaminis cordis in i Ibid.
populo; quia nec nunc apud illos perſpiciatur Moyſes corde, ſicut nec facie tunc.
Quid eſt ergo adhuc velatum in Moyſe, quod pertineat ad Paulum, ſi Chriſtus Crea-
toris à Moyſe prædicatus nondum venit? quomodo iam operta & velata adhuc deno-
tantur corda Iudæorum, nondum exhibitis prædicationibus Moyſi, id eſt dè Chriſto,
in quo eum intelligere deberent? Quid ad Apoſtolum Chriſti alterius, ſi Dei ſui ſacra-
menta Iudæi non intelligebant, niſi quia velamen cordis illorum ad cæcitatem, qua k Ibid. 16.
non perſpexerant Chriſtum, Moyſi pertinebat? Denique, quod ſequitur, k *Quum verò*
conuerterit ad Deum, auferetur velamen; hoc Iudæo propriè dicit, apud quem & eſt ve-
lamen Moyſi; qui quum tranſierit in fidem Chriſti, intelligit Moyſen dè Chriſto præ-

dicaſſe. Cæterùm, quomodo auferetur velamentum Creatoris in Chriſto Dei alterius,
l2.Cor.3.18 cuius ſacramenta velaſſe non potuit Creator; ignoti videlicet ignota? Dicit ergo, [l] *nos*
m Exo. 34. *iam aperta facie*, vtique cordis, quod velatum eſt in Iudæis, *contemplantes Chriſtum, ea-*
29 30. & *dem imagine transfigurari à gloria* (qua ſcilicet & Moyſes transfigurabatur à gloria Do-
ſeq. mini) [m] *in gloriam*: ita corporalem Moyſi inluminationém dè congreſſu Domini, &
corporale velamen dè infirmitate populi proponens, & ſpiritalem reuelationem, &
n 2.Cor.3.18 ſpiritalem claritatem in Chriſto ſuperducens, [n] *tanquam à Domino*, inquit, *ſpirituum*,
totum ordinem Moyſi, figuram ignorati apud Iudæos, agniti verò apud nos Chriſti
fuiſſe teſtatur. Scimus quoſdam ſenſus ambiguitatem pati poſſe, dè ſono pronuntia-
tionis, aut dè modo diſtinctionis, quum duplicitas earum intercedit. Hanc Marcion
o 2. Cor. 4. captauit ſic legendo, [o] *In quibus Deus æui huius*: vt Creatorem oſtendens Deum huius
4. æui, alium ſuggerat Deum alterius æui. Nos contrà, ſic diſtinguendum dicimus, [p] *In*
p Ibid. *quibus Deus*; dehinc; [q] *æui huius excæcauit mentes infidelium*; In quibus Iudæis infideli-
q Eſa 29.13 bus; in quibus opertum eſt aliquibus Euangelium adhuc ſub velamine Moyſi [r] *Illis*
Matth.7 6. *enim Deus labijs diligentibus eum, corde autem longè abſiſtentibus ab eo*, minatus fuerat,
r Eſa.6.9.10 [s] *Aure audietis, & non audietis. Oculis videbitis, & non videbitis; Et niſi credideritis, nec in-*
s Eſa. 7. 9. *telligetis; Et auferam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium irritam faciam.* Hæc
t Eſa.29.14. autem non vtique dè Euangelio Dei ignoti abſcondendo minabatur. Ita, etſi *huius æui*
Deus, ſed infidelium huius æui excæcat cor, quod Chriſtum eius non vltro recognoue-
rint, dè ſcripturis intelligendum. Et poſitum in ambiguitate diſtinctionis hactenus
tractaſſe, nè aduerſario prodeſſet contentus victoriæ, næ vltro poſſum & in totum
contentionem hanc præteriſſe ſimpliciori reſponſo. præ manu erit huius æui Domi-
u Eſa.14.14. num, diabolum interpretari, qui dixerit, Propheta teſtante, [u] *Ero ſimilis Altiſſimi,
ponam in nubibus thronum meum*, ſicut & tota huius æui ſuperſtitio illi mancipata eſt, qui
excæcet infidelium corda, & in primis, apoſtatæ Marcionis. Denique, non vidit oc-
x 2. Cor. 4. currentem ſibi clauſulam ſenſus, [x] *Quoniam Deus qui dixit ex tenebris lucem luceſcere, re-*
6. *luxit in cordibus noſtris, ad illuminationem agnitionis ſuæ, in perſona Chriſti.* Quis dixit,
y Gen.1.3. [y] *Fiat lux*? Et de illuminatione mundi, quis Chriſto ait, [z] *Poſui te in lumen Nationum, ſe-*
z Eſa.42.6. *dentium ſcilicet in tenebris, & in vmbra mortis*? Cui reſpondet Spiritus in Pſalmo, ex
aa Pſal.4.7. prouidentia futuri, [aa] *Significatum eſt*, inquit, *ſuper nos lumen perſona tua Domine*. Perſona
bb Thren.4. autem Dei, [bb] *Chriſtus Dominus*. Vnde & Apoſtoli ſuprà, [cc] *Qui eſt imago*, inquit, *Dei*.
20. Igitur ſi Chriſtus perſona Creatoris dicentis, *Fiat lux*; & Chriſtus, & Apoſtoli, &
cc 2.Cor. 4. Euangelium, & velamen, & Moyſes, & tota ſeries, ſecundùm teſtimonium clauſulæ,
4. Creatoris eſt Dei huius æui, certè non eius qui nunquam dixit, *Fiat lux*. Prætereo hîc
Gen. 1. 3. & de alia epiſtola, quam nos ad Epheſios præſcriptam habemus, hæretici verò ad Lao-
dd Epheſ. 2. dicenos. Ait enim [dd] *meminiſſe Nationes, quòd illo in tempore cum eſſent ſine Chriſto, alieni
11. & 12. ab Iſraele, ſine conuerſatione, & teſtamentis, & ſpe promiſſionis, etiam ſine Deo eſſent, in mun-
do* vtique, etſi dè Creatore. Ergo ſi nationes ſine Deo dixit eſſe, Deus autem illis dia-
bolus eſt, non Creator, apparet Dominum æui huius eum intelligendum, quem Na-
tiones pro Deo receperunt, non Creatorem quem ignorant. Quale eſt autem vt non
ee 2. Cor.4. eiuſdem habeatur [ee] *theſaurus in fictilibus vaſis noſtris*, cuius & vaſa ſunt? Nam ſi gloria
7. Dei eſt in fictilibus vaſis tantum theſauri haberi; vaſa autem fictilia Creatoris ſunt; er-
go & gloria Creatoris eſt, cuius vaſa eminentiam virtutis Dei ſapiunt, & virtus ipſa.
Ibid. Quia propterea in vaſa fictilia commiſſa ſunt, vt eminentia eius probaretur Cæterùm,
iam non erit alterius Dei gloria, ideoque nec virtus, ſed magìs dedecus, & infirmitas,
ff 2. Cor. 4. cuius eminentiam fictilia & quidem aliena ceperunt. Quod ſi hæc ſunt [ff] *fictilia vaſa, in
10. quibus tanta nos pati dicit, in quibus etiam mortificationem circumferimus Domini*; ſatìs in-
gratus Deus, & iniuſtus, ſi non & hanc ſubſtantiam reſuſcitaturus eſt, in qua pro fide
eius tanta tolerantur, in qua & mors Chriſti circumfertur, in qua & eminentia virtutis
gg Ibid.11. conſecratur. Sedenim proponit, [gg] *Vt & vita Chriſti manifeſtetur in corpore noſtro*, ſcilicet
ſicut & mors eius circumfertur in corpore. Dè qua ergo Chriſti vita dicit? qua nunc
viuimus in illo? Et quomodo in ſequentibus, non ad viſibilia, nec ad temporalia, ſed
ad inuiſibilia, & ad æterna; id eſt, non ad præſentia, ſed ad futura exhortatur? Quod ſi
dè futura vita dicit Chriſti, in corpore eam dicens apparituram, manifeſtè carnis re-
hh Ibid.16. ſurrectionem prædicauit. [hh] *exteriorem quidem hominem noſtrum corrumpi* dicens, & non
quaſi æterno interitu poſt mortem, verùm laboribus, & incommodis, dè quibus præ-
Ibid. miſit, adiiciens, *Et non deficiemus. Nam & interiorem hominem noſtrum renouari dè die in
diem* dicens, hîc vtrumque demonſtrat, & corporis corruptionem, ex vexatione ten-
tationum, & animi renouationem, ex contemplatione promiſſionum.

CAPVT XII.

Ex cap. 5. 6. 7. 11. 12. & 13. Ep. 2. ad Corinth. probat domum nos habere non manu factam in cælis, ſuperinduendos, deuorandum mortale a vita, interim pignoratos ſpiritu, peregrinari à Domino, donec ad tribunal Chriſti pro merito recipiamus. noua facta omnia, mundanda inquinamenta, vt digna ſimus membra Virginis Eccleſiæ. Pſeudapoſtolos transfiguratos, ſicut Angelus malus. Creatoris eſſe paradiſum, Apoſtolum colaphizatum; ipſumque ſauientem iuxta Creatorem inducit.

In p. V. Reſurrect. gloria, & dotes. 4. circa. m. V. mors. 15. in m. V. Iudicij ordo & ſpectac. 3. circa. f. V. Eccleſia 4. & V. Pauli Virtutes 12. in f. V. Timor Dei. 2.

TERRENI domicilij noſtri. Non ſic ait [a] *habere nos domum æternam, non manu fa-* a2. Cor. 5. 1.
ctam in cælis, quia quæ manu facta ſit Creatoris, intereat, in totum diſſoluta poſt
mortem. Hæc enim ad mortis metum, & ad ipſius diſſolutionis contriſtationem con-
ſolandam, retractans etiam per ſequentia manifeſtius, quum ſubiungit; [b] *Ingemere nos* b Ibid. 2.
de iſto tabernaculo corporis terreni, quod de cælo eſt ſuperindui cupientes: ſiquidem & deſpoliati
non inueniemur nudi; id eſt, recipiemus quod deſpoliati ſumus, id eſt corpus. Et rurſus,
[c] *Et enim qui ſumus in iſto tabernaculo corporis, ingemimus quòd grauemur, nolentes exui, ſed* c Ibid. 4.
ſuperindui. Hic enim expreſſit, quod in prima epiſtola ſtrinxit, [d] *Et mortui reſurgent in-* d1. Cor. 15.
corrupti, qui iam obierunt; *& nos mutabimur*, qui in carne fuerimus deprehenſi à Deo. 52.
Et illi enim reſurgent incorrupti, recepto ſcilicet corpore, & quidem integro, vt & hoc
ſint, incorrupti: & hi propter temporis vltimum iam momentum, & propter merita
vexationum Antichriſti, compendium mortis; ſed mutati conſequentur, ſuperinduti
magis quod de cœlo eſt, quàm exuti corpus. Ita ſi hi ſuper corpus, induent cœleſte il-
lud, vtique & mortui recipient corpus, ſuper quod & ipſi induant incorruptelam de
cœlo; quia & de illis ait, [e] *Neceſſe eſt corruptiuum iſtud induere incorruptelam, & mortale* e Ibid. 53.
iſtud immortalitatem. Illi induunt, cùm receperint corpus; iſti ſuperinduunt, quia non
amiſerint corpus. & ideo non temerè dixit, [f] *Nolentes exui corpore, ſed ſuperindui*; id eſt, f2. Cor. 5. 4.
nolentes mortem experiri, ſed vita præueniri; *vt deuoretur mortale hoc à vita*, dum eri-
pitur morti per ſuperindumentum demutationis. Ideo quia oſtendit hoc melius eſſe, Ibid.
nè contriſtemur mortis ſi fortè præuentu, & [g] *arrabonem nos ſpiritus dicit à Deo habere*, g Ibid. 5.
quaſi pignoratos in eandem ſpem ſuperindumenti; *& abeſſe a Domino, quamdiu in carne*
ſumus, ac propterea debere boni ducere abiſſe potius a corpore, & eſſe cum Domino, vt & mortem
libenter excipiamus. Atque adeo, [h] *omnes ait nos oportere manifeſtari antè tribunal Chriſti*, h2. Cor. 5. 10
vt recipiat vnuſquiſque quæ per corpus admiſit, ſiue bonum, ſiue malum. Si enim tunc retribu-
tio meritorum, quomodo iam aliqui cum Deo poterunt deputari? Et tribunal autem
nominando, & diſpunctionem boni, ac mali operis, vtriuſque ſententiæ iudicem
oſtendit, & corporum omnium repræſentationem confirmauit. Non enim poterit,
quod corpore admiſſum eſt, non corpore iudicari. Iniquus enim Deus, ſi non per id
punitur quis aut iuuatur, per quod operatus eſt. [i] *Si qua ergo conditio noua in Chriſto, ve-* i 2. Cor. 5.
tera tranſierunt, ecce noua facta ſunt omnia, impleta eſt Eſaiæ prophetia. Si etiam iubet vt 17.
[k] *mundemus nos ab inquinamento carnis & ſanguinis*, non ſubſtantiam capere regnum Dei, Eſa. 43. 19.
ſi & [l] *virginem ſanctam deſtinat Eccleſiam aſſignare Chriſto*, vtique vt ſponſam ſponſo: non k2. Cor. 7. 1.
poteſt imago coniungi inimico veritatis rei ipſius. Si & Pſeudapoſtolos dicit operarios l2. Cor. 11. 2
doloſos, transfiguratores ſui, per hypocriſin ſcilicet, conuerſationis, non prædicatio-
nis adulteratæ reos taxat. adeo de diſciplina, non de diuinitate diſſidebatur. Si [m] *trans-* m2. Cor. 11.
figuratur Satanas in angelum lucis, non poteſt hoc dirigi in Creatorem. Deus enim, non 14.
angelus, Creator; in Deum lucis, non in angelum transfigurate ſe dictus eſſet, ſi non
eum Satanam ſignificaret, quem & nos & Marcion angelum nouimus. Dè paradiſo
ſuus ſtilus eſt, ad omnem quam ſubiacet quæſtionem. Hic illud forte mirabor, ſi pro- 4. Reg 2. 11.
prium potuit habere paradiſum Deus nullius terrenæ diſpoſitionis, niſi ſit etiam para- 2. Cor. 12 7.
diſo Creatoris precariò vſus eſt, ſicut & mundo. Etiamen hominem tollere ad cœlum nDan 5. 20.
Creatoris, exemplum eſt in Helia. Magis vero mirabor Dominum optimum, percu Luc. 1. 52.
tiendi, & ſæuiendi alienum; nec proprium ſaltem, ſed Creatoris angelum Satanæ, co Iob. 2. 5.
laphizando Apoſtolo ſuo applicuiſſe, & ter ab eo obſecratum non conceſſiſſe. Emen- o 2. Cor. 12.
datigitur & Deus Marcionis ſecundum Creatorem, elatos æmulantem; vt [n] *deponen-* 9.
tem ſci licet de ſolio dynaſtas. Aut nunquid ipſe eſt, qui & in corpus Iob dedit Satanæ po- Gal. 1. 6.
teſtatem, [o] *vt virtus in infirmitate comprobaretur*? Quid & formam Legis a litera tenet pDeut. 19. 15
Galatarum caſtigator, [p] *in tribus teſtibus præfiniens ſtatutum omne verbum*? Quid & [q] *non* & Ibid. 3. 1.
parſurum ſe peccatoribus comminatur, leniſſimi Dei prædicator? Immò & ipſam *duritia* q 2. Cor. 13.
1. 10.

agendi in præſentia poteſtatem à Domino datam ſibi adfirmat. Nega nunc, hæretice, timeri Deum tuum, cuius Apoſtolus timebatur.

CAPVT XIII.

Ex Epiſtola ad Romanos cap. 1. 2. 3. 5. 6. & 7. Iuſtitiam Dei reuelatam, & iram probat. Iudicanda occulta hominum. Furantes arguit. Deum blaſphemari, Circumciſionem cordis præferri. Pacem apud Deum prius iratum haberi: legem & gratiam ab eodem Deo datam. Chriſtum ſurrexiſſe. Per legem bonam cognitionem peccati.

Ap V. Marcion. 15. à m. V. Circumciſio. 4. & Pax. 1. circa. f. V. lex vetus, & noua. 3. in f. V. lex vetus. 3.

QVANDO opuſculum profligatur, breuiter iam retractanda ſunt quæ rurſus occurrunt; quædam verò tramittenda quæ ſæpius occurrerunt. Piget de Lege
* Ceſſionẽ. adhuc congredi, qui toties probauerim, * conceſſionem eius nullum argumentum præſtare diuerſi Dei, in Chriſto, prædicatam ſcilicet, & repromiſſam in Chriſtum apud Creatorem, quatenus & ipſe Apoſtolus legem plurimum videtur excludere. Sed & iudicem Deum ab Apoſtolo circumferri ſæpè iam oſtendimus, & in iudice vltorem,
a Rom. 1. 16. & Creatorem in vltore. Itaque & hic cùm dicit, [a] *Non enim me pudet Euangelij: Virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti, Iudæo & Græco, quia iuſtitia Dei in eo reuelatur, ex fide in fidem.* Sine dubio & Euangelium, & ſalutem iuſto Deo deputat, non bono, vt ita dixerim, ſecundùm hæretici diſtinctionem, transferenti ex fide Legis, in fidem Euan-
b Rom. 1. 18. gelij; ſuæ vtique Legis, & ſui Euangelij. Quoniam & [b] *iram dicit reuelari de cælo, ſuper impietatem & iniuſtitiam hominum, qui veritatem in iniuſtitia detinent.* Cuius Dei ira? vtique Creatoris. Ergo & veritas eius erit, cuius & ira, quæ reuelari habet in vltionem
c Rom. 2. 2. veritatis. Etiam adiiciens, [c] *Scimus autem iudicium Dei ſecundùm veritatem eſſe,* & iram ipſam probauit, ex qua venit iudicium pro veritate, & veritatem rurſus eiuſdem Dei confirmauit, cuius iram probauit, probando iudicium. Aliud eſt, ſi veritatem Dei alterius in iniuſtitia detentam Creator iratus vlciſcitur. Quantas autem foueas in iſta vel maximè epiſtola Marcion fecerit, auferendo quæ voluit, de noſtri inſtrumenti integritate parebit. Mihi ſufficit quæ proinde eradenda non vidit, quaſi negli-
d Rom. 2. 16 gentias, & cæcitates eius accipere. Si enim [d] *iudicabit Deus occulta hominum,* tam eorum qui in lege deliquerunt, quàm eorum qui ſine lege; quia [e] *& hi legem ignorant, & na-*
e Rom. 2. 11. 14 *turâ faciunt quæ ſunt legis,* vtique is Deus iudicabit, cuius ſunt & lex, & ipſa natura,
f Ibid. 16. quæ legis eſt inſtar, ignorantibus legem. Iudicabit autem quomodo? [f] *Secundum Euangelium,* inquit, *per Chriſtum.* Ergo & Euangelium, & Chriſtus illius ſunt, cuius & lex, & natura, quæ per Euangelium, & Chriſtum vindicabuntur, adeo illo iudicio Dei quod & ſuprà, ſecundum veritatem. Ergo qua defendenda *reueletur de cælo ira,* non niſi à Deo iræ: ita & hic ſenſus priſtino cohærens, in quo iudicium Creatoris edicitur, non poteſt in alium Deum referri, qui nec iudicat, nec iraſcitur, ſed in illum cuius dum hæc ſunt, iudicium dico, & iram, etiam illa ipſius ſint neceſſè eſt, per quem hæc habent tranſigi, Euangelium, & Chriſtus. & ideo vehitur in tranſgreſſores Legis, docentes non furari, & furantes, vt homo Dei legis, non vt Creatorem ipſum his modis tangens, qui & furari vetans, fraudem mandauerit in Ægyptios auri & argenti, quemadmodum & cætera in illum retorquent. Scilicet Apoſtolus verebatur conuicium Deo palàm facere, à quo non verebatur diuertiſſe? Adeo autem Iudæos inceſſerat, vt
g Rom. 2. 24 ingeſſerit propheticam increpationem, [g] *Propter vos nomen Dei blaſphematur.* Quam ergo peruerſum, vt ipſe blaſphemaret eum, cuius blaſphemandi cauſa malos exprobrat.
h Rom. 2. 29 Præfert & circumciſionem in cordis, præputiationi; apud Deum Legis, eſt facta [h] *circum-*
i Hier. 4. 4. *ciſio cordis, non carnis: ſpiritu, non litera.* Quod ſi hæc eſt circumciſio Hieremiæ, [i] *Circum-*
k Deut. 10. 16. *cidimini præputia cordis;* dicit & Moyſis, [k] *Circumcidemini duricordiam veſtram:* eius erit ſpiritus circumcidens cor, cuius & littera metens carnem eius. &, [l] *Iudæus qui in*
l Rom. 2. 28. 29. *occulto, cuius & Iudæus in aperto:* quia nec Iudæum nominare vellet Apoſtolus non Iu-
m Rom. 3. 22 dæorum Dei ſeruum. *Tunc lex, nunc iuſtitia Dei per fidem Chriſti.* Quæ eſt iſta diſtinctio? Seruauit Deus tuus diſpoſitioni Creatoris, dans ei tempus, & Legi eius. An eius tunc, cuius & nunc? eius lex, cuius & fides Chriſti. diſtinctio diſpoſitionum eſt, non deorum.
n Rom. 5. 1. Monet [n] *iuſtificatos ex fide Chriſti, non ex lege pacem ad Deum habere.* Ad quem? Cuius nuſquam fuimus hoſtes, an cuius legi, & naturæ rebellauimus? Nam ſi in eum competit pax, cum quo fuit bellum, ei & iuſtificabimur, & eius erit Chriſtus, ex cuius fide iuſti-
o Rom. 5. 20 ficabimur, ad cuius pacem competit redigi hoſtes eius aliquando. [o] *Lex autem,* inquit, *ſubintrouit, vt abundaret delictum.* Quare? *Vt ſuperabundaret,* inquit, *gratia.* Cuius

Dei

Dei gratia, ſi non cuius & lex? niſi ſi Creator ideo legem intercalauit, vt negotium Ibid.
procuraret gratiæ Dei alterius, & quidem æmuli, nè dixerim ignoti; *vt quemadmodum
apud ipſum regnauerat peccatum in mortem, ita & gratia regnaret in iuſtitia in vitam per Ie-* p Gal. 3.22.
ſum Chriſtum, aduerſarium ipſius. Propter hoc, [p] *omnia concluſerat lex Creatoris ſub deli-* q Rom 3.23.
ctum, [q] *& totum mundum deduxerat in reatum*, [r] *& omne os obſtruxerat, nè quis gloriaretur* r Ibid. 19.
per illam; vt gratia ſeruaretur in gloriam Chriſti, non Creatoris, ſed Marcionis. Poſſum
& hîc de ſubſtantia Chriſti præſtruere, ex proſpectu quæſtionis ſubſecuturæ. [f] *Mor-* f Rom. 6. 11.
tuos enim nos, inquit, *Legi*. Ergo corpus Chriſti & poteſt corpus contendi, non ſtatim
caro. Sed & quæcunque ſubſtantia ſit, cùm eius nominat corpus, quem ſubiicit ex
mortuis reſurrexiſſe, non poteſt aliud corpus intelligi, quàm carnis, in quam lex mor-
tis eſt dicta. Ecce autem & teſtimonium perhibet legi, & cauſa delicti eam excuſat.
[t] *Quid ergo dicemus? Quia lex peccatum? Abſit.* Erubeſce, Marcion: Abſit. abominatur t Rom. 7. 7.
Apoſtolus criminationem legis. *Sed ego delictum non ſcio niſi per legem.* O ſummum ex Ibid.
hoc præcōnium legis, per quam liquuit delictum latere. [u] *Non ergo lex ſeduxit, ſed pec-* u Ibid. 11.
catum per præcepti occaſionem. Quid Deo imputas Legis, quod Legi eius Apoſtolus im-
putare non audet? Atquin & accumulat, [x] *Lex ſancta, & præceptum eius iuſtum, & bonum.*
Si taliter veneratur legem Creatoris, quomodo ipſum deſtruat neſcio. Quis diſcernit x Ibid. 12.
duos Deos, iuſtum alium, bonum alium; cùm is vtrumque debeat credi, cuius præce-
ptum & bonum, & iuſtum eſt? Si autem & ſpiritalem confirmat legem; vtique & pro- Rom. 7. 14.
pheticam, vtique & figuratam. Debeo enim & hinc conſtituere Chriſtum lege figura-
tè prædicatum, quò nec à Iudæis omnibus potuerit agnoſci.

CAPVT XIV.

Ex Rom. cap. 8. 10. 11. 12. 13 & 14. In Chriſto probat veram carnem, ſimilitudinem tantùm carnis peccati. Nos non eſſe debere in carnis operibus. Reſurrectura corpora ſecundum Chriſtum. Iudæos zelare ſine ſcientia. Finem legis Chriſtum. Iudicia Dei inſcrutabilia. Mali odium, fraternitatis amorem, ſpei gaudium, pacem cum omnibus habendam, Iudicij comminationem à Paulo doceri ſecundùm Creatorem.

In p. V. Chri. Infirma. 6. à p. V. Carnis Infirmitas. 4. & V. Chri. Magnalia, 8. circa m. V. Iudæi. 5. circa. f. V. Charitas proximi. 1. & V. Vltio. 1.

HVNC [a] *ſi Pater miſit in ſimilitudinem carnis peccati*; non ideo phantaſma dice- a Rom. 8. 3.
tur caro, quæ in illo videbatur. Peccatum enim carni ſuprà adſcripſit, & illam
fecit [b] *legem peccati habitantem in membris ſuis, & aduerſantem legi ſenſus*: Ob hoc igitur b Rom 7. 23.
[c] *miſſum Filium in ſimilitudinem carnis peccati, vt peccati carnem ſimili ſubſtantia redimeret*, c Rom. 8. 3.
id eſt carnea, quæ peccatrici carni ſimilis eſſet, quum peccatrix ipſa non eſſet. Nam
& hæc erit Dei virtus, in ſubſtantia pari perficere ſalutem. Non enim magnum, ſi ſpi-
ritus Dei carnem remediaret; ſed ſi caro conſimilis peccatrici, dum caro eſt, ſed non
peccati. Ita ſimilitudo ad titulum peccati pertinebit, non ad ſubſtantiæ mendacium.
Nam nec addidiſſet, peccati, ſi ſubſtantiæ ſimilitudinem vellet intelligi, vt negaret
veritatem. Tantùm enim carnis poſuiſſet, non & peccati. Quum verò tunc ſic ſtruxe-
rit, *carnis peccati*, & ſubſtantiam confirmauit, id eſt carnem; & *ſimilitudinem* ad vitium
ſubſtantiæ retulit, id eſt ad peccatum. Pura nunc ſimilitudinem ſubſtantiæ dictam,
non ideo negabitur ſubſtantiæ veritas. Cur ergo ſimilis, vera? Quia vera quidem, ſed
non ex ſemine; de ſtatu ſimilis, ſed vera de cenſu, non verò diſſimilis. Cæterùm, ſimi-
litudo in contrariis nulla eſt. Spiritus non diceretur carnis ſimilitudo, quia nec caro
ſimilitudinem ſpiritus caperet; ſed phantaſma diceretur, ſi id quod non erat, videba-
tur. Similitudo autem dicitur, quum eſt quod videtur. Eſt enim, dum alterius par eſt.
Phantaſma autem, quà hoc tantùm eſt, non eſt ſimilitudo. Et hîc autem ipſeediſſerens,
quomodo nolit eſſe nos in carne, quum ſimus in carne; vt ſcilicet non ſimus in operi-
bus carnis, oſtendit hac ratione ſcripſiſſe, [d] *Caro & ſanguis regnum Dei conſequi non poſ-* d 1. Cor. 15.
ſunt; non ſubſtantiam damnans, ſed opera eius: quæ quia poſſunt non admitti à 50.
nobis in carne adhuc poſitis, non ad reatum ſubſtantiæ, ſed ad conuerſationis per-
tinebunt. Item ſi [e] *corpus quidem mortuum propter delictum, (adeò non animæ, ſed corporis* e Rom. 8. 10.
mors eſt) ſpiritus autem vita propter iuſtitiam; ei vtique obueniet vita propter iuſtitiam,
cui mors obuenit propter delictum, id eſt corpori. Non enim alicui reſtituitur quid,
niſi qui illud amiſit; & ita erit reſurrectio mortuorum, dum eſt corporum. Nam
& ſubiungit, [f] *Qui ſuſcitauit Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra.* f Rom. 8. 11.

Adeò & carnis reſurrectionem confirmauit, abſque qua, nec corpus aliud dici capit, nec mortale aliud intelligi, & Chriſti ſubſtantiam corporalem probauit. Si quidem
proinde viuificabuntur & mortalia corpora noſtra, quemadmodum & ille reſuſcitatus
eſt, non aliàs proinde, niſi quia in corpore. Salio & hîc ampliſſimum abruptum inter-
g Rom. 10. 2 ceptæ ſcripturæ; ſed apprehendo teſtimonium perhibentem Apoſtolum Iſraeli, g *quod
zelum Dei habeant; ſui vtique, non tamen per ſcientiam. Deum enim*, inquit, *ignorantes, &
ſuam iuſtitiam ſiſtere quærentes, non ſubiecerunt ſe iuſtitiæ Dei. Finis enim legis Chriſtus in iu-
ſtitiam omni credenti.* Hîc erit argumentatio hæretici, quaſi Deum ſuperiorem ignora-
uerint Iudæi, qui aduerſus eum iuſtitiam ſuam, id eſt, legis ſuæ conſtituerint, non re-
cipientes Chriſtum finem legis. Cur ergo & zelo eorum erga Deum proprium teſti-
monium perhibet, ſi non & inſcientiam erga eundem Deum eis exprobrat. *quod zelo
quidem Dei agerentur, ſed non per ſcientiam: ignorantes ſcilicet eum*, dum diſpoſitiones eius
in Chriſto ignorant, conſummationem legi ſtaturo, atque ita ſuam iuſtitiam tuentur
aduerſus illum. Atque adeò ipſe Creator & ignorantiam erga ſe eorum conteſtatur,
h Eſa. 1. 3. h *Iſrael me non agnouit, & populus meus me non intellexit;* & i *quod iuſtitiam ſuam magis ſiſte-
Rom. 10. *rent*, k *docentes doctrinas præcepta hominum; necnon &* l *congregati eſſent aduerſus Dominum,
k Luc. 11. 46 & aduerſus Chriſtum ipſius;* ex inſcientia ſcilicet. Nihil igitur poteſt in alium Deum ex-
l Pſal. 2. 2. poni, quod competit in Creatorem, quia & aliàs immeritò Apoſtolus Iudæos de igno-
rantia ſugillaſſet, erga Deum ignotum. Quid enim deliquerant, ſi iuſtitiam Dei ſui
aduerſus eum ſiſtebant, quem ignorabant? Atquin exclamat, m *O profundum diuitiarum,
m Rom. 11. & ſapientiæ Dei, & inueſtigabiles viæ eius!* Vnde illa eruptio? ex recordatione ſcilicet
33. ſcripturarum, quas retro reuoluerat, ex contemplatione ſacramentorum, quæ ſuprà
diſſeruerat in fidem Chriſti, ex lege venientem. Hæc ſi Marcion dè induſtria non eraſ-
ſit, quid Apoſtolus eius exclamat, nullas intuens diuitias Dei tam pauperis & egeni,
quàm qui nihil condidit, nihil prædicauit, nihil denique habuit, vt qui in aliena deſ-
cendit? Sed enim & opes & diuitiæ Creatoris olim abſconditæ, nunc reſeratæ. Sic enim
repromiſerat. n *Et dabo illis theſauros occultos, inuiſibiles aperiam eis.* Inde ergo exclama-
n Eſa. 45. 3. tum eſt, o *O profundum diuitiarum & ſapientiæ Dei*, cuius iam theſauri patebant: Id Eſaiæ,
o Rom. 11 33. & ſequentia de eiuſdem Prophetæ inſtrumento. p *Quis enim cognouit ſenſum Domini,
p Eſa. 40 13. aut quis conſiliarius eius fuit? Quis prior dedit ei, & retribuetur illi?* Qui tanta, de ſcripturis
q Rom. 12 9 ademiſti, quid iſta ſeruaſti? quaſi non & hæc Creatoris. Plane noui Dei præcepta vi-
r 1. Cor. 5. 13. deamus. q *Odio*, inquit, *habentes malum, & bono adhærentes.* Aliud eſt enim apud Crea-
1. Pet. 3. 11. torem, r *Auferte malum de vobis, & declina à malo, & fac bonum. Amore fraternitatis inui-
2. Pet 1. 7. cem adfectuoſi.* Non enim idipſum eſt, ſ *Dilige proximum tanquam te. Spe gaudentes;* vti-
ſ Leuit. 19. que Dei. t *Bonum eſt enim ſperare in Dominum, quàm ſperare in magiſtratus.* u *Preſſuram ſu-
18. ſtinentes;* x *Exaudiet enim te Dominus in die preſſuræ.* Habes Pſalmum, y *Benedicite, & no-
Rom. 12. 12 lite maledicere.* Quis hoc docebit, quàm qui omnia benedictionibus condidit? z *Non
t Pſal. 117. 9. altum ſapientes, ſed humilibus adſectantes, nè ſitis apud vos ſapientes.* Væ enim audiunt per
u Rom. 12. 12 Eſaiam. aa *Malum pro malo nemini retribueritis,* & bb *malitia fratris veſtri nè memineritis.
x Pſal 19. 1 Nec voſmetipſos vlciſcentes.* cc *Mihi enim vindictam, & ego vindicabo, dicit Dominus. Pa-
y Rom. 12. 14 cem cum omnibus hominibus habetote.* Ergo & legalis talio non retributionem iniuriæ
Gen. 1. 22. permittebat, ſed inceptionem, metu retributionis comprimebat. Meritò itaque to-
z Rom. 12. 16. tam Creatoris diſciplinam principali præcepto eius concluſit, *Diliges proximum tanquam
aa Rom. 12. 17. te.* Legis ſupplementum, hîc ex ipſa Lege eſt, quis ſit Deus legis iam ignoro: Metuo nè
bb Leuit. 19. 18. Deus Marcionis. Si verò Euangelium Chriſti hoc præcepto adimpletur, Chriſti au-
cc Deut. 32. 35. tem, non eſt Creatoris, quo iam contendimus, dixerit Chriſtus an non, ff *Ego non veni
legem diſſoluere, ſed implere?* Fruſtra de iſta ſententia neganda Ponticus laborauit. Si
dd Rom. 12. 18. Euangelium Legem non adimpleuit, ecce Lex Euangelium adimpleuit. Benè autem
Deut. 19. 21. quòd & in clauſula, Tribunal Chriſti comminatur; vtique iudicis, & vltoris, vtique
ee Rom. 13. 9 Creatoris; illum certè conſtituens promerendum, quem intentat timendum, etiam ſi
Leuit 19. 18. alium prædicaret.

CAPVT XV.

ff Matth. 5. 17.
1. Theſſ. 2. 15 *Ex Epiſtola 1. ad Theſſalonicenſes, cap. 2. 4. & 5. Breuitatem commendat. Queritur Paulus prophetas Creatoris, & Chriſtum eius à Iudæis occiſos dicit Deum velle noſtram ſanctitatem, à ſtupro, non à connubio abſtinere. rapiendos in aera ſuſcitandos. Spiritum non extinguendum, nec prophetas Creatoris contemnendos. hominẽ totum Chriſto ſaluatori in fine repræſentandum.*

In p. V. Verbum Dei. 12. à p. V. Dei vnius notitia. 12. & V. Hæret. Script. corruptores. 10. & V. Nuptiæ vt bonæ. 7. in m. V. Prophetia. 1. & V. Reſurrect. gloria & dotes. 6. circa f. in Alphab. Errorum. V. Animæ corp. & effig. 9. in f. V. Reſurrect. impug. hæret. 7.

BREVIORIBVS quoque epiſtolis non pigebit intendere. eſt ſapor & in paucis.
Occiderant Iudæi Prophetas ſuos. Poſſum dicere, Quid ad Apóſtolum Dei alte-
rius, & quidem optimi, qui nec ſuorum delicta damnare dicatur, quique & ipſe Pro-
phetas eoſdem deſtruendo quodammodo perimat? Quid enim mali admiſit apud illum
Iſraël, ſi occidit quos & ille reprobauit? ſi prior inimicam in eos ſententiam ſtatuit? de-
liquit autem apud Deū ipſorum. Is exprobrauit iniquitatem, ad quem pertinet læ-
ſus: certè quiuis alius, quàm aduerſarius læſi. Sed nec oneraſſet illos, imputando etiam
Domini necem, [a] *qui & Dominum interfecerunt*, dicendo, *& Prophetas ſuos*; licet ſuos, a Ibid.
adiectio ſit hæretici. Quid enim tam acerbum, ſi alterius Dei prædicatorem Chriſtum
interemerunt, qui ſui Dei Prophetas contrucidauerunt? Status autem exaggeratio-
nis, quòd & Dominum & famulos eius peremiſſent. Denique, ſi alterius Dei Chriſtum,
alterius Prophetas peremerunt, æquauit impietates, non exaggerauit. Æquanda au-
tem non fuit; ergo exaggerari non potuit, niſi in eundem Dominum commiſſa, ex vtro- b 1. Theſſ. 4.
que titulo. Ergo eiuſdem Dei Chriſtus, & Prophetæ. Quam autem [b] *ſanctitatem noſtram*, 3.
voluntatem Dei dicat, ex contrariis quæ prohibet, agnoſceres. *Abſtinere*, inquit, *à ſtupro*, c Ibid. 4. 5.
non à matrimonio. [c] *Scire vnumquemque ſuum vas in honore tractare*. Quomodo? *dum non
in libidine qua gentes*. Libido autem nec apud gentes matrimonio adſcribitur, ſed ex-
traordinariis, & non naturalibus, & portentoſis. Sanctitas, luxuriæ eſt, turpitudini quo-
que, & immunditiæ contraria, quæ non matrimonium excludat, ſed libidinem, quæ
vas noſtrum in honore matrimonij tractet. Hunc autem locum, ſalua alterius, id eſt,
plenioris ſanctitatis prælatione, tractauerim; continentiam, & virginitatem nuptiis
anteponens; ſed non prohibitis. deſtructores enim Dei nuptiarum, non ſectatores ca-
ſtitatis retundo. Ait, [d] *Eos qui remaneant in aduentum Chriſti, cum eis qui mortui in Chriſto* d 1. Theſſ. 4.
primi reſurgent, quòd in nubibus auferentur in aerem obuiam Domino. Agnoſco his iam tunc 17.
proſpectis mirari ſubſtantias cœleſtes [e] *ipſam Hieruſalem quæ ſurſum eſt*, & per Eſaïam e Gal. 4. 26.
pronuntiare, [f] *Qui nam hi velut nubes volant, tanquam columbæ cum pullis ad me?* f Eſa. 60. 8.
Hunc aſcenſum ſi Chriſtus nobis præparauit, erit ille Chriſtus, de quo Amos: [g] *Qui* g Amos. 9. 6.
aſcenſum ſuum ædificat in cælos, vtique ſibi & ſuis. Exinde, à quo ſperabo nunc, niſi
à quo hæc audiui? [h] *Quem ſpiritum prohibet extingui? & quas prophetias vetat nihili ha-* h 1. Theſſ. 5.
beri? vtique non Creatoris Spiritum, nec Creatoris prophetias, ſecundùm Marcio- 19. 20.
nem. Quæ enim deſtruxit, ipſe iam extinxit, & nihili fecit, nec poteſt prohibere quæ
nihili fecit. Ergo incumbit Marcioni exhibere hodie apud Eccleſiam ſuam, exinde ſpi-
ritum Dei ſui, qui non ſit extinguendus, & prophetias quæ non ſint nihili habendæ.
Et ſi exhibuit quod putat, ſciat nos quodcunque illud ad formam ſpiritalis, & prophe-
ticæ gratiæ, atque virtutis prouocaturos, vt & futura prænuntiet, & occulta cordis re-
uelet, & ſacramenta ediſſerat. Quum nihil tale protulerit ac probarit, nos proferemus
& ſpiritum, & prophetias Creatoris, ſecundùm ipſum prædicantes. Atque ita con-
ſtabit Apoſtolum de quibus dixerit, de eis ſcilicet quæ futura erant in Eccleſia eius
Dei, qui dum eſt, Spiritus quoque eius operatur, & promiſſio celebratur. Age nunc
qui ſalutem carnis abnuitis, & ſi quando corpus in huiuſmodi prænominatur, aliud neſ-
cio quid interpretamini illud, quàm ſubſtantiam carnis; quomodo Apoſtolus omnes
in nouis ſubſtantiis, certis nominibus diſtinxit? & omnes in vno voto conſtituit ſalutis;
Optans [i] *vt ſpiritus noſter, & corpus, & anima ſine querela, in aduentum Domini, & ſaluti fica-* i 1. Theſſ. 5.
toris noſtri Chriſti conſeruentur? Nam & animam poſuit, & corpus, tam duas res, quàm 23.
diuerſas: licet enim & animæ corpus ſit aliquod ſuæ qualitatis, ſicut & ſpiritus; cùm ta-
men & corpus, & anima diſtincte nominantur, habet anima ſuum vocabulū proprium,
non egens communi vocabulo corporis; id relinquitur carni, quæ non nominata pro-
prio, communi vtatur neceſsè eſt. Etenim aliam ſubſtantiam in homine non video, poſt
ſpiritum, & animam, cui vôcabulum corporis accommodetur, præter carnem. Hanc
totiens in corporis nomine intelligens, quotiens non nominatur; multò magis hîc,
cùm quæ dicitur corpus, ſuo nomine appellatur.

CAPVT XVI.

Ex 2. ad Theſſalonicenſ. cap. 1. 2. & 3. perſecutores fidelium puniendos; eos autem in Iudicio quieturos. Antichriſtum antea reuelandum, ab Angelo Creatoris occidendum; Indignum cibo non operantem Omnia loqui Paulum iuxta veterem legem Creatoris.

In p. V. Iudicium extremum. 7. in m. V. Antichriſtus. 1. in m. ad f. V. Antichriſtus. 2. in f. V. Labor.

COGIMVR quædā identidem iterare, vt cohærêntia eis cōfirmemus; Dominū & hîc
retributorem vtriuſque meriti, dicimus circumferri ab Apoſtolo, aut Creatorē,

aut (quod nolit Marcion) parem Creatoris, apud quem iuſtum ſit afflictatoribus no-
a 2. Theſſ. 1. 7 ſtris rependi afflictationem; & nobis qui affligimur requietem, [a] *in reuelatione Domini Ieſu venientis à cælo cum angelis virtutis ſuæ, & in flamma ignis*. Sed flammam, & ignem, delendo, hæreticus extinxit, ne ſcilicet noſtratem Deum faceret. Lucet tamen vanitas liturę. Cùm enim *ad vltionem venturum ſcribat Apoſtolus Dominum, exigendam de eis qui Deum ignorent, & qui non obaudiant Euangelio, quos ait pœnam luituros, exitialem, æternam, à facie Domini, & à gloria valentiæ eius*: Sequitur vt flammam ignis induat; ſcilicet veniens ad puniendum; ita & in hoc, nolente Marcione, crematoris Dei Chriſtus eſt, & in illo Creatoris eſt, quod etiam de ignorantibus Dominum vleiſcitur, id eſt de ethnicis. Seorſum enim poſuit Euangelio non obaudientes, ſiue Chriſtianos peccatores, ſiue Iudæos. Porro de ethnicis exigere pœnas, qui Euangelium fortè non norint, non eſt Dei eius, qui naturaliter ſit ignotus, nec vſquam niſi in Euangelio ſit reuelatus, non omnibus ſcibilis. Creatori autem etiam naturalis agnitio debetur, ex operibus intelligendo, & exinde in pleniorem notitiam requirendo. Illius eſt ergo etiam ignorantes Deum plectere, quem non liceat ignorari. Ipſum quod ait, [b] *A facie Domini, & à gloria valentiæ eius*, verbis vſus Eſaiæ, ex ipſa cauſa eun-
b Eſa. 2. 19. c 2. Theſſ. 2. 3. dem ſapit *Dominum conſurgentem, vt comminuat terram*. Quis autem eſt [c] *homo delicti, filius perditionis, quem reuelari prius oportet ante Domini aduentum, extollens ſe ſuper omne quod Deus dicitur, & omnem religionem; conſeſſurus in templo Dei, & Deum ſe iactaturus*? Secundum nos quidem, Antichriſtus, vt docent veteres & nouæ prophetiæ; vt Ioannes Apoſtolus, qui [d] *iam Antichriſtos dicit proceſſiſſe in mundum, præcurſores*
d 1 Io. 2. 18. 1. Io. 4. 2. *Antichriſti ſpiritus, negantes Chriſtum in carne veniſſe, & ſoluentes Ieſum*, ſcilicet in Deo Creatore. Secundùm verò Marcionem, neſcio, nè Chriſtus ſit Creatoris: non-
e 2. Theſſ. 2. 9. dum enim venit apud illum. Quiſquis eſt autem ex duobus, quæro, cur [e] *veniat in omni virtute, & ſignis, & oſtentis mendacij? Propterea*, inquit, *quòd dilectionem veritatis non ſuſceperint, vt ſalui eſſent; & propter hoc erit eis inſtinctum fallaciæ, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati*. Igitur ſi Antichriſtus eſt ſecundùm nos, & Deus Deus erit Creator, qui eum mittit ad impingendos eos in errorem, qui non crediderunt veritati, vt ſalui fierent; eiuſdem erit veritas, & ſalus, qui ex ſubmiſſu erroris vleiſcitur, id eſt Creatoris, cui & competit zelus ipſe, errore decipere, quos veritate non cepit. Si verò non eſt Antichriſtus ſecundùm nos, ergo Chriſtus eſt Creatoris ſecundùm Marcionem. Et quale erit vt ad vleiſcendam veritatem ſuam, Chriſtum Creatori ſubmittat? Sed & ſi de Antichriſto conſentit: Proindo
Eſa. 11. 4. f 2. Theſſ. 2. 8. dixerim, quale eſt, vt [f] *illi Satanas angelus Creatoris ſit neceſſarius? & occidatur ab eo, habens fallaciæ operatione ſurgi Creatori*? In ſumma, ſi indubitatum eſt, eius eſſe & angelum, & veritatem, & ſalutem, cuius & ira, & æmulatio, & fallaciæ immiſſio, aduerſus contemptores & deluſores, etiam aduerſus ignorantes, (vt iam & Marcion de gradu cedat, Deum quoque ſuum zeloten concedens) quis dignius iraſcetur? puto qui à primordio rerum naturam operibus, beneficijs, plagis, prædicationibus, teſtibus ad agnitionem ſui præſtruxit, nec tamen agnitus eſt: an qui ſemel vnico Euangelij inſtrumento, & ipſo incerto, nec palàm alium Deum prædicante, productus eſt? Ita cui competit vindicta, ei competet materia vindictæ: Euangelium dico, & veritas, & ſalus. [g]
g 2. Theſſ. 3. 8. 10. 11. *Iubere autem operari eum qui velit manducare*, eius diſciplina eſt, *qui boni triturantis os liberum iuſſit*.

CAPVT XVII.

Ex Ep. ad Epheſios cap. 1. & 2. Mutatum eius titulum in Laodicenos queritur. Cœlum & terram Creatoris, probat ad Chriſtum omnium caput eſſe redacta. Speraſſe in Chriſtum Iudæos antequam veniret, à prophetis promiſſum Spiritum: Chriſtum regem gloriæ, cæcorum illuminatorem: principem aeris operari in filijs diffidentiæ, & iræ. Factum & conditum hominem in natura & gratia ab eodem Deo & Chriſto, à quo Gentiles alienati prius, prope facti ſunt. In Chriſto Iudæum & Gentilem Pacificatos per crucem, & vnum lapidem angularem.

In p. V. Traditio. 7. à p. V. Spiritus. 5. 6. & V. Chriſti Incarnatio. 13. & V. Chri. Elogia. 8. circa m. V. mundus 2. & V. diabolus. 4. in m. V. peccati diuiſio. 2 à m. V. hominis dignitas. 4. circa. f. V. Chri. paſſio. 20. & V. Chri. obedientia. 5. in f. V. Chri. Incarnatio. 10. & V. Marcion. 5.

ECCLESIÆ quidem veritate epiſtolam iſtam ad Epheſios habemus emiſſam, non ad Laodicenos; ſed Marcion ei titulum aliquando interpolare geſtiit, quaſi & in iſto diligentiſſimus explorator. Nihil autem de titulis intereſt, cùm ad omnes Apoſtolus ſcripſerit, dum ad quoſdam: certè tamen eum Deum prædicans in Chriſto, cui

competunt quæ prædicantur. Cui ergo competent [a] *ſecundùm boni exiſtimationem, quam* a Epheſ. 1.10
propoſuerit in ſacramento voluntatis ſuæ, in diſpenſationem adimpletionis temporum (vt ita di-
xerim, ſicut verbum illud in Græco ſonat) recapitulare (id eſt, ad initium redigere, vel ab initio
recenſere) omnia in Chriſtum, quæ in cælis, & quæ in terris; niſi cuius erunt omnia ab initio,
etiam ipſum initium, à quo & tempora, & temporum adimpletiones, diſpenſatio, ob
quam omnia ad initium, recenſentur in Chriſto? Alterius autem Dei, quod initium,
id eſt vnde? cuius opus nullum? quæ tempora, ſine initio? quæ adimpletio, ſine tem-
poribus? quæ diſpenſatio, ſine adimpletione? Denique, quid in terris egit iam olim, vt
longa aliquã temporum adimplendorum diſpenſatio reputetur, ad recenſenda omnia
in Chriſto, etiam quæ in cœlis? Nec in cœlis autem res ab altero actas exiſtimabimus
quæcunque ſunt, quàm ab eo, à quo & in terris acta omnibus conſtat. Quòd ſi non ca-
pit alterius omnia iſta deputari ab initio, quàm Creatoris, quis credet ab alio ea recen-
ſeri in Chriſtum alium, & non à ſuo auctore, & in ſuum Chriſtum? Si Creatoris ſunt,
diuerſa ſint neceſsè eſt à diuerſo Deo. Si diuerſa, vtique cõtraria. Quomodo ergo con-
traria recenſeantur in eum, à quo denique deſtruuntur? Nam & ſequentia quem te-
nuntiant Chriſtũ, cùm dicit, [b] *Vt ſimus in laudem gloriæ nos qui præſperauimus in Chriſtum*? b Epheſ. 1.12
Qui enim præſperaſſe potuerunt, id eſt, antè ſperaſſe in Deum, quàm veniſſet; niſi Iu-
dæi, quibus Chriſtus prænuntiabatur ab initio? Qui ergo prænuntiabatur, ille & præ-
ſperabatur. Atque adeò hoc ad ſe, id eſt, ad Iudæos refert, vt diſtinctionem faciat, con-
uerſus ad Nationes: [c] *In quo & vos quum audiſſetis ſermonem veritatis, Euangelium, in quo* c Epheſ. 1.13
credidiſtis, & ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis eius ſancto. Cuius promiſſionis? factæ per
Ioelem, [d] *In nouiſſimis diebus effundam de meo ſpiritu in omnem carnem*; id eſt, & in Na- d Ioël. 2. 28.
tiones. Ita & Spiritus & Euangelium in eo erit Chriſto, qui præſperabatur, dum præ-
dicabatur. Sed & Pater gloriæ ille eſt, cuius Chriſtus rex gloriæ canitur in Pſalmo aſ-
cendens, [e] *Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ.* Ab illo ſpiritus ſa- e Pſ. 23. 10.
pientiæ optatur, apud quem hæ quoque ſpiritalium ſpecies enumerantur, inter ſeptem Epheſ. 1.17.
ſpiritus per Eſaïam, Ille dabit illuminatos cordis oculos; qui etiam exteriores oculos 18.
luce ditauit; cui diſplicet cæcitas populi. [f] *Et quis cæcus, niſi pueri mei? &, Excæcati ſunt* f Eſa. 11. 2.
famuli Dei. Apud illum ſunt & diuitiæ hæreditatis in ſanctis; qui eam hæreditatem ex Eſa. 42. 19.
vocatione Nationum repromiſit: [g] *Poſtula de me, & dabo tibi gentes hæreditatem ſuam.* g Pſal. 2. 8.
Ille inoperatus eſt in Chriſtum valentiam ſuam, ſuſcitando eum à mortuis, & collo-
cando eum ad dexteram ſuam, & ſubiiciendo omnia; qui & dixit, [h] *Sede ad dexteram* h Pſ. 109. 1.
meam, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Quia & alibi ſpiritus ad Pa-
trem de filio, [i] *Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius.* Si ex his alius Deus & alius Chriſtus i Pſal. 8. 8.
inſeritur quæ recognoſcuntur in Creatore, quæramus iam Creatorem. Planè puto in-
uenimus, quum dicit, [k] *Illos delictis mortuos, in quibus ingreſſi erant, ſecundùm æuum mun-* k Epheſ. 2.
di huius, ſecundùm principem poteſtatis aëris huius, qui operatur in filiis incredulitatis. Sed 1. 2.
mundum non poteſt & hîc pro Deo mundi Marcion interpretari. Non enim ſimile eſt
creatum Creatori, factum factori, mundus Deo. Sed nec princeps poteſtatis aëris di-
cetur, qui eſt princeps poteſtatis ſæculorum. Nunquam enim præſes ſuperiorum de
inferioribus notatur, licet & inferiora ipſi deputentur. Sed nec incredulitatis operator
videri poteſt, quam ipſe potius à Iudæis, & à Nationibus patitur. Sufficit igitur, ſi hæc
non cadunt in Creatorem. Si autem & eſt in quem magis competant, vtique magìs hoc
Apoſtolus ſciit. Quis iſte? Sine dubio ille, qui ipſi Creatori filios incredulitatis obſtruit,
aëre iſto potitus, ſicut dicere eum profert, & refert: [l] *Ponam in nubibus thronum meum,* l Eſa 14. 14.
Ero ſimilis Altiſſimo. Hic erit diabolus, quem & alibi, (ſi tamen ita & Apoſtolũ legi vo- m 2. Cor. 4.
lunt) [m] *Deum huius* agnoſcemus. Ita enim totũ ſæculum mendacio diuinitatis impleuit. 4.
Qui planè ſi non fuiſſet, tunc hæc in Creatorẽ ſpectaſſe potuiſſent. Sed & in Iudaiſmo
conuerſatus Apoſtolus, nõ quia interpoſuit, [n] *de delictis, in quibus & nos omnes conuerſati* n Epheſ. 2. 2.
ſumus, ideo delictorum Dominũ & principem aëris huius Creatorem præſtat intelligi,
ſed quia in Iudaïſmo vnus fuerat de filiis incredulitatis, diabolũ habens operatorem, Act. 9. 1. &
quum perſequeretur Eccleſiã, & Chriſtũ Creatoris. Propter quod & [o] *iracundiæ filii fui-* ſeq.
mus, inquit, *ſed natura.* Ne quia filios appellauit Iudæos Creator, argumẽtetur hæreticus o Epheſ. 2. 3.
Dominũ iræ Creatorẽ. Quum enim dicit, *Fuimus natura filii iracundiæ*; Creatoris autem & ſeq.
non natura ſunt filii Iudæi, ſed adlectione patrũ; *iræ filios* ad naturã retulit, non ad Crea- Ibid. ſup.
torem. Ad ſummã ſubiungens, *Sicut & cæteri*; qui vtique filii Dei non ſunt. Apparet cõ-
muni naturæ omniũ hominum & delicta, & concupiſcentias carnis, & incredulitatem,
& iracundiã reputare, diabolo tamen captante naturã, quàm & ipſe iam infecit delicti
ſemine illato. [p] *Ipſius*, inquit, *ſumus factura, conditi in Chriſto.* Aliud eſt enim facere, aliud p Epheſ. 2.
cõdere. Sed vtrumque vni dedit. Homo autẽ factura Creatoris eſt. Idẽ ergo condidit in 10.

Chriſto, qui & hoc fecit. Quantũ enim ad ſubſtantiam, fecit, quantum ad gratiã, condidit.
q Epheſ. 1. 11 Inſpice & cohærentia. q *Memores vos aliquando nationes in carne fuiſſe, appellabamini præputium, ab ea quæ dicitur circumciſio in carne manu facta, quòd eſſetis illo in tempore ſine Chriſto, alienati à conuerſatione Iſraelis, & peregrini teſtamentorum & promiſſionis eorum, ſpem non habentes, & ſine Deo in mundo.* Sine quo autem Deo fuerunt nationes, & ſine quo Chriſto?
r Ibid 13. Vtique eo, cuius erat conuerſatio Iſraëlis, & teſtamenta, & promiſſio. r *At nunc*, inquit, *in Chriſto, vos, qui eratis longè, facti eſtis propè in ſanguine eius.* A quibus erant retro longè? A quibus ſuprà dixit: A Chriſto Creatoris, à conuerſatione Iſraëlis, à teſtamentis, à ſpe promiſſionis, à Deo ipſo. Si hæc ita ſunt, ergo his propè fiunt nunc nationes in Chriſto, à quibus tunc longè fuerant. Si autem conuerſationi Iſraëlis, quæ eſt in religione Dei Creatoris, & teſtamentis, & promiſſioni, & ipſi Deo eorum proximi ſumus facti in Chriſto, ridiculum ſatis, ſi nos alterius Dei Chriſtus, de longinquo admouit Creatori. Meminerat Apoſtolus ita prædicatum de nationum vocatione ex longinquo vocandarum.
ſ Eſa. 46. 12 13. ſ *Qui longè erant à me, appropinquauerunt iuſtitiæ meæ.* Tam enim iuſtitia, quàm & pax Creatoris in Chriſto annuntiabatur, vt ſæpè iam oſtendimus.
t Epheſ. 2. 14. t *Itaque ipſe eſt*, inquit, *pax noſtra, qui fecit duo vnum;* Iudaïcum ſcilicet populum, & Gentilem,
Ibid. *quod propè, & quod longè, ſoluto medio pariete inimicitiæ, in carne ſua.* Sed Marcion abſtulit ſua vt inimicitiæ daret carnem, quaſi carnali vitio, non Chriſto æmulæ. Sicubi alibi dixit, & hîc, Non Marrucine, ſed Pontice, cuius ſuprà ſanguinem confeſſus es, hîc negas carnem.
u Epheſ. 2. 15 Si u *legem præceptorum ſententiis vacuam fecit*; adimplendo certè legem, (vacat enim iam,
x Exo. 20. 13 & ſeq. x *Non adulterabis*, quum dicitur, *Nec videbis ad concupiſcendum*: vacat *Non occides*, quum dicitur, *Nec maledices*;) aduerſarium legis de adiutore non potes facere.
Matth. 5. 28 & ſeq. y *Vt duos conderes in ſemetipſo.* Qui fecerat, idem condens, ſecundùm quod & ſuprà.
y Epheſ. 2. 15 *Ipſius enim factura ſumus, conditi in Chriſto. In vnum nouum hominem faciens pacem.* Si verè nouum, verè & hominem, non phantaſma. Nouum autem, & nouè natum ex
z Ibid. 16. virgine, Dei ſpiritu; z *vt reconciliet ambos Deo*; & Deo, quem vtrumque genus offenderat, & Iudaïcum, & Gentile. *In vno corpore*, inquit, *cùm interfeciſſet inimicitiam in eo per crucem.* Ita & hîc caro corpus in Chriſto, quod crucem pati potuit.
aa Ibid. 17. 18. Hoc itaque aa *annuntiante pacem iis qui propè, & iis qui longè acceſſum conſecuti ſimul ad Patrem;*
bb Ibid. 19. bb *iam non ſumus peregrini, nec aduenæ, ſed conciues ſanctorum, ſed domeſtici Dei*; vtique eius, à quo ſuprà
cc Ibid. 20. oſtendimus alienos fuiſſe nos, & longè conſtitutos. cc *Superædificati ſuper fundamentum*
Epheſ. 2 20. *Apoſtolorum.* Abſtulit hæreticus, *& Prophetarum*; oblitus
dd 1. Cor 12. 28. dd *Dominum poſuiſſe in Eccleſia ſicut Apoſtolos, ita & Prophetas.* Timuit ſcilicet nè & ee *ſuper veterum Prophetarum funda-*
ee Epheſ. 4. 11 12. *menta, ædificatio noſtra conſtaret in Chriſto*; cùm ipſe Apoſtolus vbique nos de Prophetis exſtruere non ceſſet. Vnde enim accepit *ſummum lapidem angularem dicere Chriſtum*, niſi
ff Epheſ. 2. 20. de Pſalmi ſignificatione: *Lapis quem reprobauerunt ædificantes, iſte factus eſt ſummo anguli?*
gg Pſal. 117. 21. Dè manibus hæretici præcidentis non miror, ſyllabas ſubtrahit, quum paginas totas plerumque ſubducat.

CAPVT XVIII.

Ex Epiſt. ad Epheſ. 3. 4. 5. & 6. Apoſtolum notam feciſſe diſpenſationem incarnationis principatibus, Chriſtum captiuaſſe captiuitatem. Mendacium, & iram deponendam & ebrietatem. Pſallendum Deo. Virum & mulierem inuicem diligendos. Filiorum & parentum debitum: luctandum armis ſpiritalibus contra dæmones. vinctum Paulum liberè prædicaſſe.

In p. V. Dei ſcientia. 2. à p. V. Chri. magnalia. 12. & V. lex vetus, & noua. 5. in m. V. Chriſti Elogia. 28. à m. V. matrimonium. 2. & V. filii. 4 & V. Hæretici ſcripturæ corruptores. 7. circa. f. V. diabolus. 6. & in Alphab. Errorum. V. Angeli amat. fœmin. 8. in f. V. Hæret. ſcripturæ corruptores. 7.

a Epheſ. 3 8 9. a DATAM, inquit *ſibi Apoſtolus gratiam nouiſſimo omnium, illuminandi omnes: quæ diſpenſatio ſacramenti occulti ab æuis in Deo, qui omnia condidit.* Rapuit hæreticus, *in*, præpoſitionem, & ita legi fecit, *Occulti ab æuis Deo, qui omnia condidit.* Sed emicat
b Ibid. 10. falſum. Inſert enim Apoſtolus, b *Vt nota fiat principatibus, & poteſtatibus, in ſupercæleſtibus, per Eccleſiam, multifaria ſapientia Dei.* Cuius dicit principatibus, & poteſtatibus? Si Creatoris, quale eſt vt principatibus, & poteſtatibus eius oſtendi voluerit Deus ille ſapientiam ſuam, ipſi autem non? quando nec poteſtates ſine ſuo principe potuiſſent quid cognoſcere. Aut ſi ideo Deum non nominauit hîc, quaſi in illis & princeps ipſe reputetur: Ergo & *occultatum ſacramentum principatibus, & poteſtatibus eius, qui omnia condidit*, pronuntiaſſet; proinde in illis deputans ipſum. Quòd ſi illis dicit occultatum, illi debebat dixiſſe manifeſtum: Ergo non Deo erat occultatum, ſed in Deo omnium conditore;
c Rom. 11. 34. occultum autem principatibus & poteſtatibus eius. c *Quis enim cognouit ſenſum Domini,*

aut quis conſiliarius ei fuit? Hîc ca ſu hæreticus fortaſſe mutauit, vt dicat, Deum ſuum
ſuis poteſtatibus & principatibus notam facere voluiſſe diſpenſationem ſui ſacramenti,
quam ignoraſſet Deus conditor omnium. Et quò competebat prætendere ignorantiam
Creatoris extranei, & longa ſeparatione diſcreti, quum domeſtici quoque ſuperioris Dei
neſciſſent? Tamen & Creatori notum erat futurum. An non vtique notum, quod ſub cœ-
lo in terra eius habebat reuelari? Ergo ex hoc confirmatur quod ſuprà ſtruximus. Si enim
Creator cogniturus erat quandoque occultum illud Dei ſuperioris ſacramentum, & ita
ſcriptura habebat, *Occulti Deo, qui omnia condidit*; ſic inferre debuerat, *Vt nota fiat illi mul-
tifaria ſapientia Dei*, tunc & poteſtatibus & principatibus cuiuſcunque Dei, cum quibus
ſciturus eſſet Creator. Adeo ſubtractum conſtat, quod & ſic veritati ſuæ ſaluum eſt. Vo-
lo nunc & ego tibi de allegoriis Apoſtoli controuerſiam nectere. Quas nouus in Prophe-
tis habuiſſet formas? [d] *Captiuam*, inquit, *duxit captiuitatem*. Quibus armis? quibus prœ- d Epheſ. 4.8
liis? de cuius gentis vaſtatione? de cuius ciuitatis euerſione? quas feminas, quos pueros, Pſal. 67.19.
quoſve regulos catenis victor inſeruit? Nam & quum apud Dauid Chriſtus canitur [e] *ſuc-* e Pſal 44.4.
cinctus gladio ſuper femur, aut apud Eſaïam [f] *ſpolia accipiens Samariæ & virtutem Damaſci*, f Eſa. 8. 3.
verè eum & viſibilem excondis prœliatorem; agnoſce igitur iam & armaturam, & mi-
litiam eius ſpiritalem, ſi iam didiciſti eſſe captiuitatem ſpiritalem, vt & hanc illius agnoſ-
cas. vel quia & captiuitatis huius mentionem de Prophetis Apoſtolus ſumpſit, à quibus
& mandata. [g] *Deponentes mendacium, loquimini veritatem ad proximum ſuum quiſque. &*, g Epheſ. 4.
Iraſcimini, & nolite delinquere; ipſis verbis quibus Pſalmus exponeret ſenſus eius. [h] *Sol* 25.
non occidat ſuper iracundiam veſtram. [i] *Nolite communicare operibus tenebrarum.* [k] *Cum iuſto* Ibid. 26.
enim iuſtus eris, & cum peruerſo peruerteris. &, [l] *Auferte malum de medio veſtrum. &*, [m] *Exi-* Pſal. 45.
te de medio eorum; *Immundum nè attigeritis.* [n] *Separamini, qui fertis vaſa Domini. Sic &*, h Epheſ. 4.
Inebriari vino, dedecor; inde eſt, vbi ſanctorum inebriatores increpantur: *Et* [p] *potum da-* 26.
batis ſanctis meis vinum. quod prohibitus erat potare & Aaron ſacerdos, & filii eius, cùm i Epheſ 5. 18
adirent ad ſancta. Et [q] *Pſalmis & hymnis Deo canere* docere illius eſt, qui cum tympanis k Pſal 17. 27
potius & pſalteriis vinum bibentes incuſari a Deo norat. Ita, cuius inuenio præcepta, & l 1. Cor. 5. 13
ſemina præceptorum, vel augmenta, eius Apoſtolum agnoſco. Cæterùm, [r] *mulieres vi-* m 2. Cor. 6.
ris ſubiectas eſſe debere, vnde confirmat? [ſ] *Quia vir*, inquit, *caput eſt mulieris.* Dic mihi, 17.
Marcion, de opere Creatoris Deus tuus legi ſuæ adſtruit auctoritatem? Hoc iam planè n Eſa 52. 11.
minus eſt, cùm & ipſi Chriſto ſuo, & Eccleſiæ eius inde ſtatum ſumit? [t] *Sicut & Chriſtus* o Epheſ. 5.
caput eſt Eccleſiæ. Similiter & cùm dicit, [u] *Carnem ſuam diligit, qui vxorem ſuam diligit,* 18.
ſicut & Chriſtus Eccleſiam. Quantum honoris carni datur in Eccleſiæ nomine? *Nemo*, ir p Amos. 2. 12
quit, *carnem ſuam odio habet*, niſi planè Marcion ſolus: *ſed & nutrit, & fouet eam, ſicut &* Num. 6. 3.
Chriſtus Eccleſiam. At tu ſolus eam odiſti, auferens illi reſurrectionem. Odiſſe debebis Leuit. 10. 9.
& Eccleſiam, quia proinde diligitur a Chriſto. At enim Chriſtus amauit & carnem ſicut q Epheſ. 5. 19
Eccleſiam. Nemo non diliget imaginem quoque ſponſæ, immò & ſeruabit illam, & ho- Eſa. 5. 11. 12.
norabit, & coronabit. Habet ſimilitudo cum veritate honoris conſortium. Laborabo r Epheſ. 5.
ego nunc eundem Deum probare maſculi, & Chriſti; mulieris, & Eccleſiæ; carnis, & 22.
ſpiritus: ipſo Apoſtolo ſententiam Creatoris adhibente, immò & differente: [x] *Propter* ſ Ibid. 23.
hoc relinquet homo patrem & matrem, & erũt duo in carnem vnam. [y] *Sacramentum hoc magnum* t Epheſ 5. 23
eſt. Sufficit inter iſta, ſi Creatoris magna ſunt apud Apoſtolum ſacramenta, minima u Ibid. 29.
apud hæreticos. Sed *ego autem dico*, inquit, *in Chriſtum & Eccleſiam.* Habet interpre- Epheſ. Ibid
tationem, non ſeparationem ſacramenti. Oſtendit figuram ſacramenti ab eo præmini- x Epheſ 5.
ſtratam, cuius erat vtique ſacramentum. Quid videtur Marcioni? Creator quidem 31.
ignoto Deo figuras præminiſtrare non potuit: etiam quia aduerſario, ſi noto. Deus ſu- y Ibid. 32.
perior, ab inferiore, & ad deſtruendum potius mutuari nihil debuit. [z] *Obaudiant & pa-* Ibid.
rentibus filii. Nam & ſi Marcion abſtulit, *Hoc eſt enim primum in promiſſione præceptum*; z Epheſ. 6. 1. 2.
Lex loquitur, *Honora patrem & matrem, &*, [aa] *Parentes, enutrite filios in diſciplina & cor-* Exo. 20. 11.
reptione Domini. Audiſti enim & veteribus dictum, [bb] *Narrabitis hæc in auribus filiorum* aa Epheſ. 6. 4.
veſtrorum, & filii veſtri æquè in auribus filiorum ſuorum. Quò iam mihi duos Deos, ſi vna bb Deut. 6.
eſt diſciplina? & ſi duo ſunt, illum ſequar qui prior docuit. Sed [cc] *aduerſus munditenentes* 7.
luctatio ſit nobis, ô quanti iam Dii Creatores! Cur enim non & hoc vindicem, vnum cc Epheſ. 6.
munditenentem nominari debuiſſe, ſi Creatorem ſignificabat, cuius eſſent quas præmiſit 12.
poteſtates? Porro, quum ſuprà quidem [dd] *induere nos iubeat armaturam, in qua ſtemus ad* dd Ibid. 11.
machinationes diaboli; iam oſtendit diaboli eſſe, quæ diabolo ſubjungit, [ee] *poteſtates, &* ee Ibid. 12.
munditenentes tenebrarum iſtarum, quæ & nos diabolo deputamus. Aut ſi diabolus crea-
tor eſt, quis erit diabolus apud Creatorem? An ſicut duo Dei, ita & duo diaboli, & plu-
raliter poteſtates, & munditenentes? Sed quomodo Creator & diabolus & Deus idem?
cùm diabolus non idem & Deus & diabolus. Aut enim ambo & Dei, ſi ambo iam dia-

boli; aut qui Deus hic, & non diabolus, ſicut nec diabolus Deus. Ipſum [illegible]
boli, quæro ex qua delatura comperat Creatori. fortaſſe detulit aliquam [illegible]
ris intentionem, quod ipſe ab archangelo paſſus eſt, & quidem mentito. Non [illegible] enim
Gen. 3. 4. interdixerat illius arbuſculæ guſtum, nè Dei fierent, ſed nè de tranſgreſſione morerentur.
Gen. 2. 17. [ff] *Nec ſpiritalia autem nequitiæ* ideo Creatorem ſignificabant, quia adjecit, *In cœlis*.
ff Epheſ. 6. 12. Sciebat enim & Apoſtolus in cœlis operata eſſe ſpiritalia nequitiæ angelorum ſcandalizarorum in filias hominum. & quale erit, & ambiguitatibus, & per ænigmata neſcio quæ, Creatorem taxaret: qui in catenis iam conſtitutus, ob libertatem prædicationis
Gen. 6. 2. conſtantiam manifeſtandi ſacramenti [gg] *in apertione oris*, quam ibi expoſtulare a Deo mandabat, Eccleſiæ vtique præſtabat.

gg Epheſ. 6. 19.

CAPVT XIX.

Ex Epiſt. ad Coloſſenſes cap. 1. 2. 3. & 4. Paulum inducit Euangelium vbique ſpargentem, prædicantem Chriſtum, Imaginem Dei inuiſibilis, in quo omnia condita ſunt; omnium reconciliatorem per crucem. Paulum adimplere quæ deſunt paſſionum Chriſti. Cauendum ab inani Philoſophia & humana traditione. Deum iratum delicta donare. de cibo, potu, & feſtis Iudaicis Chriſtianos non iudicandos.

In p. V. fides. 9. inf. à p. V. Chri. Magnalia. 3. & V. Trinit. 2. perſona filius. 9. & V. Chri. paſſio. 21. circa. m. V. Chri. paſſio. 17. in m. V. fides. 22. inf. V. Chri. Obedientia. 2.

SOLEO in præſcriptione aduerſus hæreſes omnes, de teſtimonio temporum compendium figere, priorem vindicans regulam noſtram omni hæretica poſteritate. Hoc nunc probabit & Apoſtolus dicens, [a] *De ſpe repoſita in cœlis, quam audiſtis in ſermone*
a Coloſſ. 1. 5. *veritatis Euangelij, quod peruenit ad vos, ſicut & in totum mundum.* Nam ſi iam tum traditio Euangelica vbique manauerat, quantò magis nunc? Porro, ſi noſtra eſt, quæ vbique manauit, magìs quàm omnis hæretica, nedum Antoniani Marcionis, noſtra erit Apoſtolica. Marcionis autem quum totum impleuerit mundum, nè tunc quidem ſe defendere poterit de Apoſtolica. Eam enim & ſic conſtabit eſſe, quæ prior mundum repleuit, illius ſcilicet Dei Euangelio, qui & hæc cecinit de prædicationibus eius: [b] *In*
b Pſal. 18. 4. *omnem terram exijt ſonus eorum, & in terminos orbis verba eorum. Inuiſibilis Dei imaginem*
c Coloſſ. 1. 15 ait Chriſtum. Sed nos enim inuiſibilem dicimus Patrem Chriſti, ſcientes filium ſemper retro viſum, ſi quibus viſus eſt in Dei nomine, vt imaginem ipſius: nè quam & hinc differentiã ſcindat Dei viſibilis & inuiſibilis; cùm olim Dei noſtri ſit definitio, [d] *Deum nemo videbit, & viuet.* Si non eſt Chriſtus [e] *primogenitus conditionis*, [f] *vt ſermo Creatoris per*
d Exo. 33. 20 *quem omnia facta ſunt, & ſine quo nihil factum eſt*; ſi non [g] *in illo condita ſunt vniuerſa in cœ-*
e Coloſſ. 1. 15. & ſeq. *lis, & in terris, viſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates: ſi non cuncta per illum & in illo ſunt condita*, (hæc enim Marcioni diſplicere opor-
f Io. 1. 3. tebat) non vtique tam nudè poſuiſſet Apoſtolus, [h] *Et ipſe eſt ante omnes.* Quomodo
g Coloſſ. ſupra. enim antè omnes, ſi non ante omnia? [i] *Quomodo antè omnia, ſi non primogenitus condi-*
h Coloſſ. 1. 17. *tionis?* ſi non ſermo Creatoris? Vnde antè omnes probabitur fuiſſe, qui poſt omnia apparuit? Quis ſcit priorem fuiſſe, quem eſſe neſciit? Quomodo item [k] *boni duxit om-*
i Coloſſ. 1. 15 & ſeq. *nem plenitudinem in ſemetipſo habitare?* Primò enim, quæ eſt iſta plenitudo, niſi ex illis quæ Marcion detraxit conditis in Chriſto, in cœlis & in terris, angelis & hominibus;
k Coloſſ. 1. 19. niſi ex illis inuiſibilibus & viſibilibus? niſi ex thronis, & dominationibus, & principatibus, & poteſtatibus? Aut ſi hæc Pſeudapoſtoli noſtri, & Iudaici euangelizatores de ſuo intulerint, & ad plenitudinem Dei ſui Marcion qui nihil condidit: cæterùm, quale eſt vt plenitudinem Creatoris, æmulus & deſtructor eius in ſuo Chriſto habitare
l Coloſſ. 1. 20. voluerit? Cui denique [l] *reconciliat omnia in ſemetipſum, pacem faciens per crucem ſuæ ſanguinem*; niſi quem offenderant vna ipſa? aduerſus quem rebellauerant per tranſgreſſionem, cuius nouiſſimè fuerant? Conciliari enim extraneo poſſent, reconciliari verò
m Ibid. 21. non alij quàm ſuo. [m] *Ita & nos quondam alienatos, & inimicos ſenſu, malis operibus*, Crea-
Rom. 12. 5. tori redigit in gratiam, cuius admiſeramus offenſam, *colentes conditionem aduerſus Crea-*
Epheſ. 1. 22. 23. *torem*: Sicubi autem & Eccleſiam corpus Chriſti dicit eſſe, vt hic ait, [n] *Adimplere ſe reliqua preſſurarum Chriſti in carne, pro corpore eius quod eſt Eccleſia*; non propterea & in to-
n Coloſſ. 1. 24. tum mentionem corporis, transferes à ſubſtantia carnis. Nam & ſuprà [o] *reconciliari nos*
o Coloſſ. 1. 20. *ait in corpore eius per mortem*; vtique in eo corpore, in quo mori potuit per carnem; mortuus eſt, non per Eccleſiam, planè propter Eccleſiam; corpus commutando pro cor-
Epheſ. 2. 16. pore, carnale pro ſpiritali. At cùm monet [p] *cauendum à ſubtililoquentia, & philoſophia, &*
p Coloſſ. 2. 8 *inani ſeductione, quæ ſit ſecundum elementa mundi*; non ſecundùm cœlum aut terram, dicens,

dicens,ſed ſecundùm literas ſeculares, & *ſecundùm traditionem*; ſcilicet hominum ſubtililoquorũ,& philoſophorum longum eſt quidem, & alterius operis, oſtendere,hac ſentẽtia omnes hæreſes damnari, quòd omnes ex ſubtililoquentiæ viribus, & philoſophiæ regulis conſtent. Sed Marcion principalem ſuæ fidei terminum, de Epicuri ſchola agnoſcat, Dominum inferens hebetem, nè timeri eum dicat, collocans & cum Deo Creatore materiam, de porticu Stoicorum: negans carnis reſurrectionem, dè qua proinde nulla philoſophia conſentit. Cuius ingeniis tam longè abeſt veritas noſtra, vt & iram Dei excitare formidet, & omnia illum ex nihilo protuliſſe confidat, & carnem eandem reſtituturum repromittat, & Chriſtum ex vulua virginis natum non erubeſcat, ridentibus philoſophis, & hæreticis, & ethnicis ipſis. q *Stulta enim mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes*: ille ſine dubio, qui ex reſpectu huius tuæ diſpoſitionis r *perditurum ſe ſapientiam ſapientium præminabatur.* Hac ſimplicitate veritatis contraria ſubtililoquentiæ, & philoſophiæ, nihil peruerſi poſſumus ſapere. Denique ſi nos Deos cum Chriſto viuificat, donans delicta nobis; non poſſumus credere ab eo delicta donari, in quem admiſſa non fuerint, vt retro ignotum. Age jam quum dicit; ſ *Nemo vos iudicet in cibo & potu, & in parte diei feſti, & neomeniæ, & ſabbati, quæ eſt vmbra futurorum, corpus autem Chriſti*; quid tibi videtur, Marcion? De lege jam non retractamus, niſi quòd & hîc quemadmodum excluſa ſit edocet, dum ſcilicet de vmbra transfertur in corpus, id eſt, de figuris ad veritatem, quod eſt Chriſtus. Ergo & vmbra eius, cuius & corpus, id eſt & lex eius, & Chriſtus. Segrega alii Legem, & alii Deo Chriſtum, ſi potes aliquam vmbram ab eo corpore, cuius vmbra eſt, ſeparare. Manifeſtè Legis eſt Chriſtus, ſi corpus eſt vmbræ. Si autem & aliquos taxat, t *qui ex viſionibus angelicis dicebant cibis abſtinendum, nè attigeris, nè guſtaueris, volentes in humilitate ſenſus incedere, non tenentes caput*; non ideo Legem, & Moyſen pulſat, de angelica ſuperſtitione conſtituerit interdictionem quorundam edulium. Moyſen enim à Deo accepiſſe Lege conſtat. Denique, hanc diſciplinam, u *ſecundùm præcepta*, inquit, *& doctrinam hominum* deputauit in eos, qui caput non tenerent, id eſt, ipſum; in quo omnia recenſentur, in Chriſtum ad initium reuocata; etiam indifferentia eſcarum. Cætera præceptorum, vt eadem, ſatis ſit jam alibi docuiſſe, quam à Creatore manarint; qui eum x *vetera prædicaret tranſitura, noua facturus vniuerſa*, mandans etiam, y *Nouate vobis nouamen nouum* iam tunc docebat z *deponere veterem hominem, & nouum induere.*

q 1. Cor. 1. 27.
r Eſa. 29. 14
ſ Coloſſ. 2. 16.
t Coloſſ. 2. 18.
u Ibid. 22.
x Eſa. 43. 19
y Hier. 4. 4.
z Coloſſ. 3. 9.

CAPVT XX.

Ex Epiſt. ad Philipenſes cap. 1. 2. & 3. multos non quidem Deum alium, ſed animo à Charitate alieno prædicare. Chriſtum non in nuda Eſſentia, ſed veritate Deum & hominem, vere crucis mortem paſſum. Paulum dicta lucra veteris legis, reputare detrimenta, non rejecto Deo legis, ſed prepoſita fide & iuſtitia Chriſti filii Creatoris in lege promiſſi. Municipatum noſtrum in cælis, cum ſtellis id eſt Abrahæ poſteris. Illi corpus noſtrum ſuſcitatum conſirmabit corpori gloriæ ſuæ ſublatum in cælum.

¶ in p. V. Doctor. 2. 1 p. V. Euchariſtia. 5 à m. V. Pauli doctrina. 6. in f. V Reſurrect. gloria & dotes. 5

CVM prædicationis enumerat varietatem, a *Quòd alii ex fiducia vinculorum eius, audentius ſermonem enuntiarent; alii per inuidiam & contentionem; quidam vero & per ſermonis exſtimationem, plerique ex dilectione, nonnulli ex æmulatione, iam aliqui ex ſimultate Chriſtum prædicarent*; erat vtique vel locus taxandæ ipſius prædicationis, de diuerſitate ſententiæ, quæ tantam efficeret etiam animorum varietatem. Sed cauſas ſolas animorum, non regulas ſacramentorum in diuerſitate proponens, vnum tamen Chriſtum, & vnum eius Deum, quocunque conſilio prædicatum confirmat; & ideò, b *Nihil mea*, inquit, *ſiue cauſatione, ſiue veritate Chriſtus annuntietur*; quia vnus annuntiabatur, ſiue ex cauſatione, ſiue ex veritate fidei. Ad finem enim prædicationis retulit mentionem veritatis, non ad regulæ ipſius: quia vna quidem erat regula, ſed fides prædicantium quorundam vera, id eſt ſimplex, quorundam nimis docta. Quod quum ita ſit, apparet eum Chriſtum prædicatum, qui ſemper annuntiabatur. Nam ſi alius longè ab Apoſtolo induceretur, feciſſet diuerſitatem nouitas rei. Nec enim defuiſſent, qui prædicationem euangelicam nihilominus in Chriſtum Creatoris interpretarentur; quum & hodie major pars ſit omnibus in locis ſententiæ noſtræ quam hæreticæ. Quò nè hîc Apoſtolus de diuerſitatis denotatione & increpatione tacuiſſet. Itaque quum diuerſitas nè taxatur quidem, nouitas non probatur. Proinde & ſubſtantia Chriſti putant & hîc Marcionitæ ſuffragari Apoſtolum ſibi, quòd phantaſma carnis fuerit in Chriſto, quum dicit, quod c *in effigie Dei conſtitutus, non rapinam exiſtimauit pa-*

a Philipp. 1. 14. & ſeq.
b Philipp. 1. 18.
c Philip. 2. 6. & ſeq.

Vu

riari Deo, ſed exhauſit ſemetipſum accepta effigie ſerui, non veritate; *& in ſimilitudine hominis*, non in homine: *& figura inuentus homo*, non ſubſtantia, id eſt non carne: quaſi non & figura, & ſimilitudo, & effigies ſubſtantiæ quoque accedant. Bene autem quod
d Coloſſ. 1. 15. & alibi Chriſtum, [d] *imaginem Dei inuiſibilis appellat*. Nunquid ergo & hîc qua in effigie eum Dei collocat? Æquè non erit Deus Chriſtus verè, ſi nec homo verè fuit in effigie hominis conſtitutus. Vtrubique enim veritas neceſſe habebit excludi, ſi effigies & ſimilitudo, & figura phantaſmati vindicabitur. Quòd ſi in effigie, & imagine, qua filius Patris verè Dei prædicatus eſt, etiam in effigie, & imagine hominis, qua filius hominis verè hominem inuentum. nam & inuentum ratione poſuit, id eſt certiſſimè hominem: quod enim inuenitur, conſtat eſſe. Sic & Deus inuentus eſt per virtutem, ſicut homo per carnem; quia nec morti ſubditum pronuntiaſſet, non in ſubſtantia mortali conſtitutum.
e Philipp. 2. 8. Plus eſt autem quod adiecit, [e] *Et mortem Crucis*. Non enim exaggerat atrocitatem, extollendo virtutem ſubiectionis, quam imaginariam phantaſmate ſciſſet, fruſtrato potius eam, quàm experto; nec virtute functo in paſſione, ſed luſu. Quæ autem retro [f] *lucris*
f Philipp. 3. 7. *duxerat*; quæ & ſuprà numerat, *gloriam carnis, notam circumciſionis, generis Hebræi ex*
Ibid. *Hebræo cenſum, titulum Tribus Benjamin, Phariſææ candidæ dignitatem: hæc modo detrimen-*
g Ibid. 8. *to ſibi deputat*: non Deum, ſed ſtuporem Iudæorum. [g] *Hæc ac ſi ſtercora exiſtimat, præ compa-*
h Ibid. 9. *ratione agnitionis Chriſti*, non præ rejectione Dei Creatoris, [h] *habens iuſtitiam non ſuam iam quæ ex Lege, ſed quæ per ipſum*, ſcilicet Chriſtum, ex Deo. Ergo, inquis, hac diſtinctione Lex non ex Deo erat Chriſti. Subtiliter ſatis. Accipe itaque ſubtilius. Quem enim dicit, *Non quæ ex lege, ſed quæ per ipſum*; non dixiſſet, Per ipſum, de alio, quam cuius fuit lex. [i] *Noſter*, inquit, *municipatus in cœlis*. Agnoſco veterem ad Abraham promiſſio-
i Philip. 3. 20. nem Creatoris, [k] *Et faciam ſemen tuum tanquam ſtellas in cœlo*. [l] *Ideo & ſtella à ſtella differt*
k Gen. 22. 17. *in gloria*. Quòd ſi Chriſtus adueniens de cœlis, [m] *transfigurabit corpus humilitatis noſtræ*
l 1. Cor. 15. 41. *conformale corpori gloriæ ſuæ*; reſurget ergo corpus hoc noſtrum, quod humiliatur in paſſionibus, & in ipſa lege mortis in terram dejectum. Quomodo enim transfigurauerit, ſi
m Philipp. 3. 21. nullum erit? Aut ſi de eis dictum, qui in aduentu Dei deprehenſi in carne deputari habebunt, quid facient qui primi reſurgent? Non habebunt de quo transfigurentur? At-
n 1. Theſſ. 4. 17. quin, Cum illis, dicit, [n] *ſimul rapiemur in nubibus obuiam Domino*. Si cum illis ſublati, vtique cum illis & transfigurati.

CAPVT XXI.

Solam Epiſtolam ad Philemonem intactam reliquit Marcion, reiectis duabus ad Timotheum, & altera ad Titum de ſtatu eccleſiaſtico tractantibus. hic ex Apoſtolo tractata iam alibi ſcripſerat, non ſuperuacua repetitione, nec dilatione ſuſpecta.

ad Philemon.

In p. V. Marcion. 14.

SOLI huic epiſtolæ breuitas ſua profuit, vt falſarias manus Marcionis euaderet. Miror tamen, quum ad vnum hominem literas factas receperit, quid ad Timotheum duas, & vnam ad Titum, de Eccleſiaſtico ſtatu compoſitas recuſauerit. Adfectauit, opinor, etiam numerum epiſtolarum interpolare. Memento, inſpector, quòd ea quæ pertractata ſunt, retro de Apoſtolo quoque probauerimus; & ſi qua in hoc opus dilata erant, expunximus; nè aut hîc ſupernacuam exiſtimes iterationem, qua confirmauimus ſpem priſtinam; aut illic ſuſpectam habeas dilationem, qua eruimus tempora iſta. Si totum opuſculum inſpexeris, nec hîc redundantiam, nec illic diffidentiam iudicabis.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI
AD MARTYRAS.

In librum ad Martyras.

ARGVMENTVM.

Scripſit & hunc Chriſtianus, ad hortandos Martyres in carcere conſtitutos, initio quintæ ſub Seuero perſecutionis. Quem imitatus eſt Cyprianus, tam libro de Exhortatione, & laude Martyrij, quàm in ſuis ad Martyres, & Confeſſores Epiſtolis. Tempus quo ſcripſit, Pamelius in eius vita, retulit ad Annum Chriſti ducenteſimum ſecundum, Zephirini tertium, Seueri nonum. Baro. verò incidere facit cum hoc Chriſti anno Victoris nonum, & Seueri octauum.

CAPVT PRIMVM.

Carceratos Martyres ad pacem hortatur, vel ex eo quòd eam ab ipſis, & per ipſos, ab Eccleſiæ pace & communione præciſi ſoleant exorare.

In p. V. Martyres. 16. à p. V. Animæ dignitas. 6. & V. Spiritus. 5. 12. circa f. V. carcer. 1. in f. V. Martyres. 13 & V. pax. 4.

INTER carnis alimenta, benedicti Martyres deſignati, quæ vobis & domina mater Eccleſia de vberibus ſuis, & ſinguli fratres de opibus ſuis propriis in carcerem ſubminiſtrant, capite aliquid & à nobis quod faciat ad ſpiritum quoque educandum. Carnem enim ſaginari, & ſpiritum eſurire non prodeſt. Immò ſi quod infirmum eſt curatur, æquè quod infirmius eſt negligi non debet. Nec tantus ego ſum, vt vos alloquar. Veruntamen & gladiatores perfectiſſimos non tantùm magiſtri & præpoſiti ſui, ſed etiam idiotæ, & ſuperuacuè quique adhortantur de longinquo, vt ſæpè de ipſo populo dictata ſuggeſta profuerint. In primis ergo benedicti, ª *nolite contriſtare Spiritum ſanctum*, qui vobiſcum introiit carcerem. Si enim non vobiſcum nunc introiſſet, nec vos illic hodie fuiſſetis. Et ideo date operam, vt illic vobiſcum perſeueret: ita vos inde perducat ad Dominum. Domus quidem diaboli eſt & carcer, in qua familiam ſuam continet. Sed vos ideo in carcerem perueniſtis, vt illum etiam in domo ſua conculcetis. Iam enim foris congreſſi conculcaueratis. Non ergo dicat. In meo ſunt, tentabo illos vilibus ſcidiis, affectionibus, aut inter ſe diſſentionibus. Fugiat conſpectum veſtrum, & in ima ſua delitеſcat, contractus & torpens, tanquam coluber excantatus, aut effumigatus. Nec illi tam benè ſit in ſuo regno, vt vos committat ſed inueniat munitos, & concordia armatos: quia pax veſtra bellum eſt illi. Quam pacem quidam in eccleſia non habentes, à martyribus in carcere exorare conſueuerunt. Et ideo eam etiam propterea in vobis habere, & fouere, & cuſtodire debetis: vt ſi fortè & aliis præſtare poſſitis.

ª Epheſ. 4. 30.

CAPVT II.

Carcer grauis cenſendus non eſt, vt pote qui Confeſſores grauiſſimo mundi carcere liberet, qui iudicia Dei ſubit, non alicuius iudicis. Et in carcere quidem, velut in eremo Prophetæ Deo vacant, & neceſſaria vita à Chriſtianis accipiunt.

In p. V. Martyres. 8. à p. V. Bonitas. 4. in m. ad f. V. carcer. 2.

CÆTERA æquè animi impedimenta vſque ad limen carceris deduxerint vos, quouſque & parentes veſtri. Exinde ſegregati eſtis à mundo. Si enim recogitemus ipſum magis mundum carcerem eſſe, exiſſe vos è carcere, quàm in carcerem introiſſe intelligimus. Majores tenebras habet mundus quæ hominum præcordia excæcant. Grauiores catenas induit mundus, quæ ipſas animas hominum conſtringunt. Pejores immunditias expirat mundus, libidines hominum. Plures poſtremò mundus reos continet, ſcilicet vniuerſum hominum genus. Iudicia denique non Proconſulis, ſed Dei ſuſtinet. Quo vos, benedicti, de carcere in cuſtodiarium ſi fortè tranſlatos exiſtimetis. Habet tenebras, ſed ª *lumen eſtis ipſi.* Habet vincula, ſed vos ſoluti Deo eſtis. Triſte illic expirat, ſed ᵇ *vos odor eſtis ſuauitatis.* Iudex expectatur, ſed ᶜ *vos eſtis de iudicibus ipſis iudicaturi.* Contriſtetur illic qui fructum ſæculi ſuſpirat. Chriſtianus etiam extra carcerem ſæculo renuntiauit, in carcere autem etiam carceri. Nihil intereſt vbi ſitis in ſæculo, extra ſæculum eſtis. Et ſi aliqua amiſiſtis vitæ gaudia, negotiatio eſt aliquid amittere, vt majora lucreris. Nihil adhuc dico de præmio, ad quod Deus martyres inuitat. Ipſam interim conuerſationem ſæculi & carceris comparemus, ſi non plus in carcere ſpiritus acquirit, quàm caro amittit; immò & quæ iuſta ſunt, caro non amittit per curam eccleſiæ, agapen fratrum: & inſuper quæ ſemper vtilia fidei ſpiritus adipiſcitur. Non vides alienos deos, non imaginibus eorum incurris, nos ſolennes Nationum dies ipſa commixtione participas, non nidoribus ſpurcis verberaris, non clamoribus ſpectaculorum atrocitates, vel furores, vel impudicitias celebrantium cæderis. non in loca libidinum publicarum oculi tui impingunt: vacas à ſcandalis, à tentationibus, à recordationibus malis, iam & à perſecutione. Hoc præſtat carcer Chriſtiano, quod eremus Prophetis. Ipſe Dominus in ſeceſſu frequentius agebat, vt liberius oraret, vt ſæculo cederet: gloriam denique ſuam diſcipulis in ſolitudine demonſtrauit. Auferamus carceris nomen, ſeceſſum vocemus. Etſi corpus includitur, etſi caro detinetur, omnia ſpiritui patent. Vagare ſpiritu, ſpatiare ſpiritu, & non ſtadia opaca, aut porticus longas proponens tibi, ſed illam viam quæ ad Deum ducit. Quotiens eam ſpiritu deambulaueris, totiens in carcere non eris. Nihil crus ſentit in neruo, cùm animus in cœlo eſt. Totum

ª Matth. 5. 14.
ᵇ 2. Cor. 2. 15.
ᶜ 1. Cor. 6. 1. & ſeq.
Marc 1. 3.
Luc 4. 1.
Matth 17. 1. 2.
Marc. 9. 1.
Luc. 5 16.
Matth. 7. 13.

d Matth. 6. 21. hominem animus circumfert, & quo velit transfert. [d] *Vbi autem erit cor tuum illic erit & theſaurus tuus.* Ibi ergo ſit cor noſtrum, vbi volumus habere theſaurum.

CAPVT III.

Carceris moleſtiam leuat cogitatio militiæ Chriſtianæ, cui nomen in baptiſmo dedimus. Agoni noſtro præſidet Deus Pater, Xiſto noſtro præeſt Spiritus, adſtat adiutor Chriſtus, qui nos ad locum certaminis adduxit, & expoſuit luctæ.

In p. V. Martyrium. 13. in m. ad f. V. gloria. cœll. 6.

SIT nunc, benedicti, carcer etiam Chriſtianis moleſtus. Vocati ſumus ad militiam Dei viui, iam tunc, cum in ſacramenti verba reſpondimus. Nemo miles ad bellum cum deliciis venit, nec de cubiculo ad aciem procedit, ſed de papilionibus expeditis & ſubſtrictis: vbi omnis duritia, & imbonitas, & inſuauitas conſtitit. Etiam in pace, labore & incommodis bellum pati jam ediſcunt: in armis deambulandu, campum decurrendo, foſſam moliendo, teſtitudinem denſando. Sudore omnia conſtant, ne corpora atque animi expaueſcant: de vmbra ad ſolem, de ſole ad cœlum, de tunica ad loricam, de ſilentio ad clamorem, de quiete ad tumultum. Proinde vos, benedicti, quodcumque hoc durum eſt, exercitationem virtutum animi & corporis deputate. Bonum agonem ſubituri eſtis, in quo agonuthetes Deus viuus eſt: xyſtarches Spiritus ſanctus: corona æternitas: brabium angelicæ ſubſtantiæ politia in cœlis, gloria in ſæcula ſæculorum. Itaque epiſtates veſter Chriſtus Ieſus, qui vos ſpiritu vnxit, & ad hoc ſcamma produxit, voluit vos ante diem agonis ad duriorem tractationem à liberiore conditione ſeponere, vt vires corroborarentur in vobis. Nempe enim & athletæ ſegregantur ad ſtrictiorem diſciplinam, vt robori ædificando vacent: continentur a luxuria, à cibis lætioribus, a potu jucundiore: coguntur, cruciantur, fatigantur; quantò plus in exercitationibus laborauerint, tantò plus de victoria ſperant. [a] *Et illi*, inquit Apoſtolus, *vt coronam corruptibilem*
a 1 Cor 9. 25. *conſequantur. Nos æternam conſecuturi*, carcerem nobis pro palæſtra interpretemur, vt ad ſtadium tribunalis, benè exercitati incommodis omnibus, producamur: quia virtus duritia extruitur, mollitia verò deſtruitur.

CAPVT IV.

Carnis infirmitas à martyrio non excuſat, nec ſuppliciorum timori; cùm vanæ intuitu gloriæ tot viri, & fœminæ Gentilium, dura quæque pertulerint.

In p. V. carnis infirmitas. 6. à p ad f. V. fortitudo. 1.

a Matt. 26. 41. SCIMVS ex Dominico præcepto, [a] *quòd caro infirma ſit, ſpiritus promptus.* Non ergo nobis blandiamur, quia Dominus conſenſit, carnem infirmam eſſe. Propterea enim prædixit ſpiritum promptum eſſe, vt oſtenderet quid cui debeat eſſe ſubiectum, ſcilicet, vt caro ſeruiat ſpiritui, infirmior fortiori, vt ab eo etiam ipſa fortitudinem aſſumat. Colloquatur ſpiritus cum carne de communi ſalute, nec iam de incommodis carceris, ſed ipſo agone & prælio cogitans. Timebit forſitan caro gladium grauem, & crucem excelſam, & rabiem beſtiarum, & ſummam ignium pœnam, & omne carnificis ingenium in tormentis: ſed ſpiritus contraponat ſibi & carni, acerba licet iſta, à multis tamen æquo animo excepta, immò & vltro appetita, famæ & gloriæ cauſa; nec à viris tantum, ſed etiam à fœminis, vt vos quoque, benedictæ, ſexui veſtro reſpondeatis. Longum eſt ſi enumerem ſingulos qui ſe gladio confecerint, animo ſuo ducti. De fœminis ad manum eſt Lucretia, quæ vim ſtupri paſſa, cultrum ſibi adegit in conſpectu propinquorum, vt gloriam caſtitati ſuæ pareret. Mutius dexteram ſuam in ara cremauit, vt hoc factum eius fama haberet. Minus fecerunt philoſophi, Heraclitus, qui ſe bubulo ſtercore oblitum exuſſit: item Empedocles, qui in ignes Ætnæi montis diſſiluit, & Peregrinus, qui non olim ſe rogo immiſit; cùm feminæ quoque contempſerint ignes. Dido, ne poſt virum dilectiſſimum nubere cogeretur: Item Aſdrubalis vxor, quæ iam ardente Carthagine, cùm maritum ſuum ſupplicem Scipioni videret, cum filiis ſuis in incendium patriæ deuolauit. Regulus, dux Romanorum captus à Carthaginienſibus cum ſe vnum pro multis captiuis Carthaginienſibus compenſari noluiſſet, maluit hoſtibus reddi, & in arcæ genus ſtipatus, vndique extrinſecus clauis tranſfixus, tot cruces ſenſit. Beſtias fœmina libens appetiit, & vtique aſpides, ſerpentes, tauro, vel vrſo horridiores, quas Cleopatra immiſit ſibi, nè in manus inimici perueniret. Sed mortis metus non tantus eſt, quantus tormentorum. Itaque, ceſſit carnifici meretrix Athenienſis; quæ conſcia coniurationis, cùm propterea torqueretur à tyranno, & non prodidit coniuratos, &

nouiſſimè linguam ſuam comeſtam in faciem tyranni expuit, vt nihil agere ſe ſcirent tormenta, etſi vltra perſeuerarent. Nam quæ hodie apud Lacedæmonas ſolemnitas maxima eſt, διαμαστίγωσις, id eſt flagellatio, non latet. In quo ſacro ante aram nobiles quique adoleſcentes flagellis affliguntur aſtantibus parentibus, & propinquis, & vti perſeuerent adhortantibus. ornamentum enim & gloria deputabitur maiore quidem titulo, ſi anima potius ceſſerit plagis, quàm corpus. Igitur ſi tantum terrenæ gloriæ licet de corporis & animi vigore, vt gladium, ignem, crucem, beſtias, tormenta contemnant ſub præmio laudis humanæ, poſſum dicere, [b] *modicæ ſunt iſtæ paſſiones ad conſecutionem gloriæ cæleſtis & diuinæ mercedis*. Si tanti vitrum, quanti margaritum? Quis ergo non libentiſſimè tantum pro vero habeat erogare, quantum alij pro falſo?

[b] Rom. 8. 18

CAPVT V.

Gladiatores tot acerba cum affectatione ſubeuntes, confundent in Iudicio Chriſtianos, Martyria pro veritate, & ſalute perpetua recuſantes.

Per totum. V. fortitudo 2.

OMITTO nunc gloriæ cauſam. Eadem omnia ſæuitiæ & cruciatus certamina, iam apud homines affectatio quoque & morbus quidam animi conſulcauit. Quot otioſos affectatio armorum ad gladium locat? Certè ad feras ipſas affectatione deſcendunt, & de morſibus & de cicatricibus formoſiores ſibi videntur. Iam & ad ignes quidam ſe autorauerunt, vt certum ſpatium in tunica ardente conficerent. Alij inter venatorum taureas ſcapulis patientiſſimis inambulauerunt. Hæc, benedicti, non ſine cauſa Dominus in ſæculum admiſit, ſed ad nos & nunc exhortandos, & in illo die confundendos, ſi reformidauerimus pati pro veritate in ſalutem, quæ alij affectauerunt pro vanitate in perditionem.

CAPVT VI.

Attendant pro Chriſto carcerati, quanta etiam liberis, ab ignibus, feris, latronibus, plerumque ferenda ſint pericula, his maximè temporibus, quibus Imperatoris cauſa, inopinatos caſus, vel ab eius aduerſarijs, vel ſi ipſi contra eum ſteterint, patiantur ab illo.

Per totum. V. fortitudo. 3.

SED hæc exempla conſtantiæ omittamus de affectatione venientis. Conuertamur ad ipſam conditionis humanæ contemplationem, vt & illa nos inſtruant, ſi qua conſtanter adeunda ſint, quæ & inuitis euenire conſueuerunt. Quoties enim incendia viuos cremauerunt? quoties feræ, & in ſiluis ſuis, & in mediis ciuitatibus elapſæ caueis, homines deuorauerunt? quot à latronibus ferro, ab hoſtibus etiam cruce extincti ſunt, torti prius, immò & omni contumelia expuncti? Nemo non etiam hominis cauſa pati poteſt, quod in cauſa Dei pati dubitat. Ad hoc quidem vel præſentia nobis tempora documenta ſint, quantæ qualeſque perſonæ inopinatos natalibus, & dignitatibus, & corporibus, & ætatibus ſuis, exitus retulerunt, hominis cauſa: aut ab ipſo, ſi contra eum fecerint, aut ab aduerſarijs eius, ſi pro eo ſteterint.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI

DE MONOGAMIA.

In librum de Monogamia.

ARGVMENTVM.

Cùm Anno ducenteſimo decimo tertio, vt notat Nicephorus, primum ſuum, factus hæreticus, contra Eccleſiam de exhortatione Caſtitatis librum edidiſſet: ſecundum hunc ſcripſit de Monogamia, vt refert in eius vita Pamelius, anno Chriſti 214. *Zephyrini.* 15. *Antonini.* 3. *Sed Pamelium corrigit, vno aut altero Anno frequenter errantem in Chronico, Cardinalis Baronius. Vult enim hunc ſecandum li-*

brum contra Eccleſiam à Tertulliano editum Anno Chri. 216. Zephyrini 14. Antonini Caracallæ 4. In quo quidem iam olim, & nuper confutatas Cathaphrygum hæreſes pertinaciſſimè defendit; & inter cæteras, Bigamiam ab Apoſtolo, & antiqua traditione permiſſam, Montanum ſecutus, improbauit, edito hoc de Monogamia libro, hoc ipſo Anno, vt patet ex capite 13. eiuſdem libri; in quo, à tempore ſcriptæ Epiſtolæ primæ Pauli ad Corinthios, hoc eſt, ab Anno Chri. 57. Centum ſex numerat Annos. de qua eius hæreſi S. Auguſtinus lib. de bono Viduitatis. cap. 4. Hinc, inquit, maximè Cataphrygarum, & Nouatianorum hæreſes tumuerunt, quas buccis ſonantibus, non ſapientibus, Tertullianus inflauit, dum ſecundas nuptias tanquam illicitas maledico dente concidit, quas omnino licitas Apoſtolus ſobria mente concedit. *Cæterum tam validis argumentis pro Monogamiæ honeſtate luctatur, vt ſepoſita hæreſi, qua ſecundas nuptias tanquam inlicitas reprobat, ad vidualem prorſus continentiam ſeruandam lectorem inducat.*

CAPVT PRIMVM.

Monogamiam commendaturus, mediam ſe dicit tenere ſententiam inter hæreticos nuptias omnino reycientes, & Catholicos Pſychicos ſiue animales, eas iterantes.

In p. ad m. V. Alphab. Error. V. Nuptiæ 7. & V. Pſychici. 5. in m. ibid. 6. à m. V. Caſtit. Cuſtod. 10. & in Alphab. Error. V. Pſychici. 7. inf. V. luxuria. 14.

HÆRETICI nuptias auferunt, Pſychici ingerunt. Illi nec ſemel, iſti non ſemel nubunt. Quid agis, Lex Creatoris? Inter alienos ſpadones, & vrigas tuos, tantundē quereris de domeſtico obſequio quantū de faſtidio extraneo; proinde & te lædunt qui abutuntur, quemadmodum qui non vtuntur. Verū neque continentia eiuſmodi laudanda, quia hæretica eſt; neque licentia defendenda, quia pſychica eſt. illa blaſphemat, iſta luxuriat, illa deſtruit nuptiarū Deum, iſta confundit. Penès nos autē, quos Spiritales meritò dici facit agnitio ſpiritalium chariſmatum, continentia tam religioſa eſt, quàm licentia verecunda, quandoquidem ambæ cum Creatore ſunt. Continentia legem nuptiarum honorat, licentia temperat. Illa non cogitur, iſta regitur. Illa arbitrium habet, hæc modum. Vnum matrimonium nouimus, ſicut vnum Deum. Magìs honorem refert lex nuptiarum, vbi habet & pudorem. Sed Pſychicis non recipientibus ſpiritum, ea quæ ſunt ſpiritus non placent. Ita, dum quæ ſunt ſpiritus non placent, ea quæ ſunt carnis placebunt, contraria ſpiritui. [a] *Caro*, inquit, *aduerſus ſpiritum concupiſcit, & ſpiritus aduerſus carnem.* Quid autem concupiſcet caro, quàm quæ magìs carnis ſunt? Propter
a Gal. 5. 17. quod & in primordio extranea ſpiritus facta eſt: [b] *Non*, inquit, *permanebit ſpiritus meus in iſtis hominibus in æuum, eo quòd caro ſint.*
b Gen. 6. 3.

CAPVT II.

Montanum Paracletum vocat, quem falsò aſſerit nihil contra veritatem docuiſſe: cùm tamen libro de Præſcriptionibus cap. 52. inter hæreticos recenſeat Cataphrygas, eo quod dicĕrent Paracletum in Montano plura, meliora, & maiora docuiſſe, quàm Chriſtus in Euangelio. Hic autem docet Chriſtum Ioannis 16. de Montano ſeueriorem diſciplinam inducturo promiſiſſe: Adhuc multa habeo loqui vobis, quæ non poteſtis portare modò; cum autem venerit Spiritus paracletus, ille docebit vos omnem veritatem.

Per totum. In alphab. Errorum. V. Paracletus. 9.

ITAQVE Monogamiæ diſciplinam in hæreſim exprobrant. Nec vlla magìs ex cauſa Paracletum negare coguntur, quàm dum exiſtimant nouæ diſciplinæ inſtitutorem, & quidem duriſſimæ illis, vt iam de hoc primum conſiſtendum ſit in generali retractatu, An capiat, Paracletum aliquid tale docuiſſe, quod aut nouum deputari poſſit, aduerſus Catholicam traditionem, aut oneroſum, aduerſus leuem ſarcinam Do-
a Io. 16, 12. mini? De vtroque autem ipſe Dominus pronuntiauit. Dicens enim, [a] *Adhuc multa habeo quæ loquar ad vos, ſed nondum poteſtis portare ea: quum venerit Spiritus ſanctus, ille vos ducet in omnem veritatem*; ſatìs vtique prætendit ea acturum illum quæ & noua exiſtimati

poſſint, vt nunquam retro edita, & aliquantò oneroſa, vt idcirco non edita. Ergo, inquis, hac argumentatione quiduis nouum, & oneroſum Paracleto adſcribi potuit, etſi ab aduerſario ſpiritu fuerit. Non vtique. Aduerſarius enim ſpiritus, ex diuerſitate prædicationis appareret, primò regulam adulterans fidei, & ita ordinem adulterans diſciplinæ; quia cuius gradus prior eſt, eius corruptela antecedat, id eſt fidei, quæ prior eſt diſciplina. Antè quis dè Deo hæreticus ſit neceſſe eſt, & tunc de inſtitutis. Paracletus autem multa habens edocere, quæ in illum diſtulit Dominus, ſecundum præfinitionem, ipſum primo Chriſtum conteſtabitur, qualem credimus, cum toto ordine Dei Creatoris, & ipſum glorificabit, & de ipſo commemorabit, & ſic de principali regula agnitus, illa multa quæ ſunt diſciplinarum reuelabit, fidem dicente pro integritate prædicationis, licet nouis, quia nunc reuelantur; licet oneroſis, quia nec nunc ſuſtinentur; non alterius tamen Chriſti, quàm qui habere ſe dixit, & alia multa, quæ à Paracleto edocerentur, non minus iſtis oneroſa, quàm illis à quibus nondum tunc ſuſtinebantur.

CAPVT III.

Monogamiam docet non eſſe nouam, vt poſt sùm Chriſtus & Apoſtoli continentiam pretulerint nuptijs.

In p. V. Monogamia. 4. & in alphab. Errorum. V. Paracletus. 9. à p. V. permiſſio. 1. & in alphab. Errorum. V. Nuptiæ. 8. circa. m. V. Nuptiæ vt bonæ. 2. in m. V. Nuptiæ vt bonæ 4. & in alphab. Errorum. V. Nuptiæ. 9. à m. V. Caſtit. excel. 6. inf. in alphab. Errorum. V. Nuptiæ 10.

SED an oneroſa Monogamia, viderit adhuc impudens infirmitas carnis. An autem noua, de hoc interim conſtet. Illud enim amplius dicimus, etiamſi totam & ſolidam virginitatem ſiue continentiam Paracletus hodie determinaſſet, vt ne vnis quidem nuptiis feruorem carnis deſpumare permitteret, ſic quoque nihil noui inducere videretur; ipſo Domino ſpadonibus aperiente regna cœlorum, vt & ipſo ſpadone, ad quem ſpectans & Apoſtolus, propterea & ipſe caſtratus, continentiam mauult. Sed ſaluo, inquis, iure nubendi. Planè ſaluo. & videbimus quovſque; nihilominus iam ex ea parte deſtructo, qua continentiam præfert. [a] *Bonum*, inquit, *homini mulierem non contingere.* Ergo malum eſt contingere. Nihil enim bono contrarium, niſi malum. Ideoque [b] *ſupereſſe, vt & qui habeant vxores ſic ſint, quaſi non habeant;* quò magis qui non habent, habere non debeant. Reddit etiam cauſas cur ita ſuadeat; quod innupti de Deo cogitent; nupti vero quomodo in matrimonio quis ſuo placeat. Et poſſum contendere, non mere bonum eſſe, quod permittitur. Quod enim mere bonum eſt, non permittitur, ſed vltro licet. Permiſſio habet cauſam, aliquando & neceſſitatis. Denique, in hac ſpecie non eſt voluntas permittentis nubere. Aliud enim vult. [c] *Volo vos*, inquit, *omnes ſic eſſe, quomodo & ego.* Et quum oſtendit melius eſſe, quid vtique ſe velle confirmat, quàm quod melius eſſe præmiſit? Et ita, ſi aliud quàm quod voluit permittit, non voluntate, ſed neceſſitate permittens, non mere bonum oſtendit, quod inuitus indulſit. Denique quum dicit, [d] *Melius eſt nubere quam vri;* quale id bonum intelligendum eſt, quod melius eſt pœna? quod non poteſt videri melius, niſi peſſimo comparatum? Bonum illud eſt, quod per ſe hoc nomen tenet ſine comparatione non dico mali, ſed etiam boni alterius; vt ſi & alij bono comparatum adumbretur, remaneat nihilominus in boni nomine. Cæterum, ſi per mali collationem cogitur bonum dici, non tam bonum eſt, quàm genus mali inferioris, quod ab altiore malo obſcuratum, ad nomen boni impellitur. Aufer denique conditionem, vt non dicas, *Melius eſt nubere, quam vri;* & quæro an dicere audeas, *Melius nubere;* non adiiciens quo melius ſit. Fit ergo iam non melius; & dum non melius, nec bonum; ſublata conditione, quæ dum melius illud facit alio, ita bonum haberi cogit. Melius eſt vnum oculum amittere, quàm duos. ſi tamen diſcedas à comparatione mali vtriuſque, non erit melius vnum oculum habere; quia nec bonum. Quid nunc, ſi omnem indulgentiam nubendi, de ſuo, id eſt, de humano ſenſu accommodat ex neceſſitate qua diximus, Quia *melius ſit nubere quam vri?* Denique, conuerſus ad alteram ſpeciem dicendo, [e] *Nuptis autem denuntio, non ego, ſed Dominus;* oſtendit illa quæ ſuprà dixerat, non Dominicæ auctoritatis fuiſſe, ſed humanæ æſtimationis. At vbi ad continentiam reflectit animos, [f] *Volo autem vos ſic eſſe omnes. Puto autem*, inquit, *& ego ſpiritum Dei habeo;* vt ſi quid indulſerat ex neceſſitate, id Spiritus ſancti auctoritate reuocaret. Sed & Ioannes monens ſic nos incedere debere quemadmodum & Dominus, vtique etiam ſecundùm ſanctitatem carnis admonuit incedere, adeo manifeſtè. [g] *Et omnis*, inquit, *qui ſpem iſtam in illo habet, caſtificat ſe, ſicut*

Matt. 19. 12.
1. Cor. 7. 7.
a 1. Cor. 7. 1.
b Ibid. 29.
c 1. Cor. 7. 8.
d 1. Cor. 7.
Ibid.
Ibid. 1. & 9.
e 1. Cor. 7. 10.
f 1. Cor. 7.
Ibid. 40.
1. Io. 2. 6.
g 1. Io. 3. 3.

b Leuit. 11. 44. *& ipſe caſtus eſt.* Nam & alibi, [b] *Eſtote ſancti, quoniam & ille ſanctus fuit*; ſcilicet carne. De ſpiritu enim non dixiſſet, quia ſpiritus vtique ſanctus agnoſcitur, nec exſpectat ſanctitatis admonitionem, quæ propria natura eſt eius. Caro autem docetur ſanctitatem, quæ & in Chriſto fuit ſancta. Igitur ſi omnia iſta obliterant licentiam nubendi, & conditione licentiæ inſpecta, & prælatione continentiæ impoſita, cur non potuerit poſt Apoſtolos idem [i] *ſpiritus ſuperueniens ad deducendam diſciplinam in omnem veritatem*, per

i Io. 16. 13. gradus temporum, ſecundùm quod Eccleſiaſtes, [k] *Tempus omni rei*, inquit, ſupremam

k Eccl. 3. 1. iam carni fibulam imponere, iam non obliquè à nuptijs auocans, ſed exertè, cum ma-

l 1. Cor. 7. 29. gis nunc [l] *tempus in collecto* factum ſit, annis circiter CLX. exinde productis? Nonne ipſe apud te retractares, Vetus hæc diſciplina eſt, præmonſtrata iam tunc in carne Domini & voluntate; dehinc in Apoſtolorum eius tam conſilijs quam exemplis. Olim ſanctitati huic deſtinabamur. Nihil noui Paracletus inducit. Quod præmonuit, de fine quod ſuſtinuit, expoſcit. Et nunc recogitans iſta, facile tibi perſuadebis multo magis vnicas nuptias competiſſe paracleto prædicare, qui potuit & nullas, magiſque credendum temperaſſe illum, quod & abſtuliſſe decuiſſet, ſi quæ velit Chriſtus intelligas. In hoc quoque Paracletum agnoſcere debes aduocatum, quod à tota continentia infirmitatem tuam excuſat.

CAPVT IV.

Monogamiæ antiquitatem probat ex vna vxore à Deo Adæ promiſſa.

A p. V. Monogamia 5. in m. V. Monogamia. 2. à m. ad f. V. Monogamia. 7.

SECEDAT nunc inuentio Paracleti, vt noſtri alicuius auctoris. Euoluamus cõmunia inſtrumenta ſcripturarum priſtinarũ. Hoc ipſum demõſtratur à nobis, neque nouam neque extraneam eſſe Monogamiæ diſciplinam, immo & antiquam, & propriam Chriſtianorum; vt Paracletum reſtitutorem potius ſentias eius, quàm inſtitutorem. Quod pertineat ad antiquitatem, quæ poteſt antiquior forma proferri, quàm ipſe cenſus ge-

Gen. 2. 21. neris humani? Vnam fœminam maſculo Deus finxit, vna coſta eius decerpta, & vtique

a Gen. 2. 18. ex pluribus. Sed & in præfatione ipſius operis, [a] *Non eſt*, inquit, *bonum homini*, *ſolum eum eſſe; faciamus adiutorium illi*. Adiutores enim dixiſſet, ſi pluribus eum vxoribus de-

b Gen. 2. 24. ſtinaſſet. Adiecit & legem de futuro. Siquidem prophetice dictum eſt, [b] *Et erunt duo in carnem vnam*; non tres, neque plures. Cæterum, iam non duo, ſi plures. Stetit lex. Denique, perſeuerauit vnio coniugij in auctoribus generis ad finem vſque; non quia non erant feminæ aliæ, ſed quia ideo non erant, ne primitiæ generis duplici matrimonio contaminarentur. Alioquin, ſi Deus voluiſſet, eſſe potuiſſent: certe de filiarum ſuarum numeroſitate ſumpſiſſet, non minus ex oſſibus & ex carne ſua habens Euam, ſi hoc pie

Gen. 4. 8. 19. fieret. At vbi primum ſcelus, homicidium, in fratricidio dedicatum, tam dignum ſecundo loco ſcelus non fuit, quàm duæ nuptiæ. Neque enim refert duas quis vxores ſingulas habuerit, an pariter ſingulæ duas fecerint. Idem numerus coniunctorum & ſeparatorum. Semel tamen vim paſſa inſtitutio Dei per Lamech, conſtitit poſtea in

Gen. 4. 19. finem vſque gentis illius. Secundus Lamech nullus exſtitit, quomodo duabus mari-

Gen. 6. 7. tatus. Negat ſcriptura quod non notat. Aliæ diluuium iniquitates prouocauerunt, ſe-

c Gen. 4. 24. mel defenſæ qualeſcunque fuerunt; non tamen [c] *ſeptuagies ſepties*, quod duo matrimo-

Gen. 9. 1. nia meruerunt. Sed & reformatio ſecundi generis humani Monogamia matre cenſe-

Gen. 6. 19. tur. Iterum duo in vnam carnem creſcere & redundare ſuſcipiunt. Noë & vxor, filijque eorum in vnicis nuptijs. Etiam in ipſis animalibus Monogamia recognoſcitur, ne

d Gen. 7. 2. vel beſtiæ de mœchia naſcerentur. [d] *Ex omnibus*, inquit, *beſtijs, ex omni carne, duo induces in arcam, vt viuant tecum maſculus & fœmina. Erunt de animalibus volatilibus ſecundum genus, & de omnibus ſerpentibus terræ, ſecundùm genus ipſorum; duo ex omnibus introibunt ad*

Gen. 7. 3. *te, maſculus & fœmina.* Eadem forma & ſeptena ex binis adlegi mandat ex maſculo & fœmina, vno & vna. Quid amplius dicam? Immundis quoque alitibus cum binis feminis introire non licuit.

CAPVT V.

Recapitulatione omnium in Chriſto Virgine facienda, & exemplum Eccleſiæ ſponſæ eius vnicæ ſequendum.

In p. ad m. in alphabeto. Errorum. V. Nuptiæ. 11. in m. ad circa. f. V. Monogamia. 8. in f. in alphab. Errorum. V. Nuptiæ. 12.

HÆc quantum ad primordiorum teſtimonium, & originis noſtræ patrocinium, & diuinæ inſtitutionis præiudiciũ. Quæ vtique lex eſt, non monimentum; quoniam ſi ita

ita factum eſt à primordio, inuenimus nos ad initium dirigi à Chriſto: ſicut in quæ-
ſtione repudij, dicens [a] *illud propter duritiam ipſorum à Moyſe eſſe permiſſum; ab initio au-* a Matt 19. 8
tem non ita fuiſſe; ſine dubio ad initium reuocat matrimonij indiuiduitatem. Ideoque
[b] *quos Deus ab initio coniunxit in vnam carnem duos, hodie homo non ſeparabit*. Dicit & b Ibid.
Apoſtolus ſcribens ad Epheſios, [c] *Deum propoſuiſſe in ſemetipſo ad diſpenſationem adimple-* c Epheſ. 1.
tionis temporum, ad caput, id eſt, ad initium *reciprocare vniuerſa in Chriſto, quæ ſunt ſuper* 9. 10.
cælos & ſuper terras in ipſo. Sic & duas Græciæ litteras ſummam & vltimam ſibi induit Ibid.
Dominus, initij & finis concurrentium in ſe figuras: vti quemadmodum α ad ω vſque
voluitur, & rurſus ω ad α replicatur, ita oſtenderet in ſe eſſe & initij decurſum ad Apoc. 1. 8.
finem, & finis recurſum ad initium; vt omnis diſpoſitio in eum deſinens, per quem 18. & c. 22.
cœpta eſt, per Sermonem ſcilicet Dei, [d] *qui caro factus eſt*, proinde deſinat quemadmo- 13.
dum & cœpit. Et adeo in Chriſto omnia reuocantur ad initium, vt & fides reuerſa ſit d Io. 1. 14.
à circumciſione ad integritatem carnis illius, ſicut ab initio fuit; & libertas ciborum, Gal. 4. 4. 5.
& ſanguinis ſolius abſtinentia; ſicut ab initio fuit & matrimonij indiuiduitas, ſicut ab Act. 15. 28.
initio fuit, & repudij cohibitio, quod ab initio non fuit; & poſtremò totus homo in pa- Matth. 19. 8
radiſum reuocatur, vbi ab initio fuit. Cur ergo vel Monogamum illo non debeat
Adam referre, qui non poteſt tam integrum præſtare, quàm inde miſſus eſt? Quantum
pertinet itaque ad initij reſtitutionem, id à te exigit & diſpoſitionis & ſpei tuæ ratio,
quod ab initio fuit, ſecundum initium quod tibi & in Adam cenſetur, & in Noe re-
cenſetur. Elige in quo eorum initium tuum deputes. In ambobus te ſibi Monogamiæ
cenſura defendit. Sed & ſi initium tranſmittit ad finem, vt α ad ω, quomodo finis re-
mittit ad initium, vt ω ad α, atque ita cenſus noſter transfertur in Chriſtum, animalis
in ſpiritalem; quia [e] *non primò quod ſpiritale eſt, ſed quod animale, dehinc quod ſpiritale*:
proinde videamus, an idipſum debeas huic quoque cenſui ſecundo; an in eadem re e 1. Cor. 15.
forma eſſe conueniat, in qua nouiſſimus quoque Adam, in qua & primus; quando no- 46.
uiſſimus Adam, id eſt Chriſtus, innuptus in totum, quod etiam primus Adam ante ex-
ſilium. Sed donato infirmitati tuæ carnis ſuæ exemplo, perfectior Adam, id eſt Chri-
ſtus, eo quoque nomine perfectior quà integrior, volenti quidem tibi ſpado occurrit
in carne. ſi vero non ſufficis, Monogamus occurrit in ſpiritu, vnam habens Eccleſiam
ſponſam, ſecundùm Adam & Euæ figuram; quam Apoſtolus [f] *in illud magnum ſacra-*
mentum interpretatur, in Chriſtum & Eccleſiam, competiſſe carnali Monogamiæ per ſpi- f Epheſ. 5. 32
ritalem. Vides igitur quemadmodum etiam in Chriſto nouans cenſum, non poſſis eum
ſine Monogamiæ profeſſione deferre, niſi carne ſis quod ſpiritu ille eſt, licet & quod
fuit in carne, æquè eſſe debueris.

CAPVT VI.

Monogamiam Iſaac, Ioſeph, Aaronis, & Moyſi, opponit Bigamiæ Abrahæ, Dauidis, & Salomonis

Inp. ad vltra. m. in alphab. Errorum. V. Nuptiæ. 12. inf. V. Ieſus. 1. & V. Monogamia. 10.

SED adhuc nobis quæramus aliquos originis principes. Non placent enim quibuſ-
dam Monogami parentes, Adam & Noe, fortaſſe nec Chriſtus. Ad Abraham
denique prouocant, prohibiti patrem alium præter Deum agnoſcere. Sit nunc pater
noſter Abraham, ſit & Paulus. [a] *In Euangelio*, inquit, *ego vos generaui*. Etiam Abrahæ te Matth. 23. 9.
filium exhibe. Non enim paſſiuus tibi cenſus eſt in illo. Certum tempus eſt, quo tuus a 1. Cor. 4. 15
pater eſt. [b] *Si enim ex fide filij deputamur Abrahæ*, vt Apoſtolus docet, dicens ad Galatas, b Gal. 3. 7.
Cognoſcitis nempe, quia qui ex fide, iſti ſunt filij Abrahæ; *quando* [c] *credidit Abraham Deo, & de-* Ibid.
putatum eſt ei in iuſtitiam? opinor adhuc in Monogamia, quia in circumciſione nondum. c Gen. 15. 6.
Quod ſi poſtea in vtrumque mutatus eſt, & in Digamiam per ancillæ concubinatum, Gen. 16. 3.
& in Circumciſionem per teſtamenti ſignaculum, non potes illum patrem agnoſcere, Gen. 17.
niſi tunc, cùm Deo credidit; ſiquidem ſecundùm fidem filius eius es, non ſecundùm Gen. 17. [illegible]
carnem. Aut ſi poſteriorem Abraham patrem ſequeris, id eſt Digamum, recipe & Cir-
cumciſum. Si renuis Circumciſum, ergo recuſabis & Digamum. Duas diſpoſitiones
eius binis inter ſe modis diuerſas, miſcere non poteris. Digamus cum Circumci-
ſione eſſe orſus eſt, Monogamus cum Præputiatione. Recipis Digamiam, admitte
& Circumciſionem. Tueris Præputiationem, teneris & Monogamiæ. Adeo autem Mo-
nogami Abrahæ filius es, ſicut & Præputiati: vt ſi circumcidaris, iam non ſis filius, quia
non eris ex fide, ſed ex ſignaculo fidei in præputiatione iuſtificatæ. Habes Apoſtolum, Gal. 3. 6.
diſce cum Galatis. Proinde etſi Digamiam tibi intuleris, non es illius Abrahæ filius, cu-
ius fides in Monogamia præceſſit. Nam etſi poſtea pater multarum nationum nuncu-
patur, ſed earum quæ ex fide Digamiam præcedente filij habebant deputari Abrahæ.

Exinde res viderint. Aliud ſunt figuræ, aliud formæ. Aliud imagines, aliud definitio-
nes. Imagines tranſeunt adimpletæ, definitiones permanent adimplendæ. Imagines
prophetant, definitiones gubernant. Quid Digamia illa Abrahæ portendat, idem
Apoſtolus edocet, interpretator vtriuſque Teſtamenti, ſicut idem ſemen noſtrum in
Iſaac vocatum determinat. Si ex libera es, ad Iſaac pertinens, hic certè vnum matri-
2 Reg.5.14 monium pertulit. Iſti itaque ſunt, vt opinor, in quibus cenſeor. Cæteros neſcio. Quo-
2.Reg.11.15 rum ſi exempla circumſpicis, alicuius Dauid etiam per ſanguinem nuptias ſibi in-
27. rentis, alicuius Salomonis etiam vxoribus diuitis; meliora ſectari iuſſus, habes & Io-
3.Reg.11.3. ſeph vniiugum, & hoc nomine, audeo dicere, patre meliorem; habes Moyſen, Dei de
Gen.41.45. proximo arbitrum; habes Aaronem principalem ſacerdotem. Secundus quoque Moy-
Gen. 29.31. & ſeq.& 30. ſes populi ſecundi, qui imaginem noſtram in promiſſionem Dei induxit, in quo primò
4.26. nomen Domini dedicatum eſt, non fuit digamus.
Exo. 2. 14.
&Exo.6.23.

CAPVT VII.

Num.13.17. *Lex vetus licet quoad onera Sacrificiorum & Ceremoniarum, ſublata ſit, manet integra quoad præcepta Iuſtitiæ, quæ etiam in nobis debet ſuperabundare. Vtraque porro lex ſacerdotibus Monogamiam inducit; omnes autem Chriſtiani orationes offerendo ſunt quodammodo ſacerdotes.*

In p. V. legis vet. abrogatio 7. à p. in alphab. Errorum. V. Nuptiæ. 13. à m. ad f. V. Monogamia. 14 & V. Nuptiæ cum infideli prohibitæ. 2.

POST vetera exempla originalium perſonarum, æquè ad vetera tranſeamus in-
ſtrumenta legalium ſcripturarum, vt per ordinem de omni noſtra paratura retra-
ctemus. Et quoniam quidam interdum nihil ſibi dicunt eſſe cum lege, quam Chriſtus
non diſſoluit, ſed adimpleuit; interdum quæ volunt legis arripiunt; plane & nos ſic di-
cimus deceſſiſſe legem, vt onera quidem eius, quæ ſecundùm ſententiam Apoſtolo-
Act 15.10. rum nec Patres ſuſtinere voluerunt, conceſſerint; quæ verò ad iuſtitiam ſpectant, non
tantum reſeruata permaneant, verùm & ampliata; vt ſcilicet [a] *redundare poſsit iuſtitia*
a Matt.5.20 *noſtra ſuper Scribarum & Phariſæorum iuſtitiam.* Si iuſtitia, vtique & pudicitia. Si ergo
quoniam in lege præcipitur, vt quis fratris ſui vxorem ſine liberis defuncti in matrimo-
Deut. 25. 5. nium adſumat, ad ſuſcitandum fratri ſuo ſemen; idque ſæpius euenire in vnam perſo-
Matt.22.24 nam poteſt ſecundùm callidam illam quæſtionem Sadducæorum, ideo & aliàs putant
permiſſam frequentiam nuptiarum, intelligere debebunt primò rationem ipſius præ-
cepti, & ita ſcient illam rationem iam ceſſantem ex eis eſſe quæ euacuata ſunt legis.
Neceſſario ſuccedendum erat in matrimonium fratris ſine liberis defuncti. Primùm,
b Gen.1.28. quia adhuc vetus illa benedictio decurrere habebat, [b] *Creſcite & redundate;* Dehinc,
Exo. 20. 5. quoniam patrum delicta etiam de filijs exigebantur: Tertiò, quoniam ſpadones, &
Hier.22.30. & Eſa. 4.1. ſteriles ignominioſi habebantur. Itaque, nè proinde maledicti iudicarentur, qui non
naturæ reatu, at mortis præuentu orbi deceſſiſſent, ideo illis ex ſuo genere vicaria, &
quaſi poſtuma ſoboles ſuppatabatur. At vbi &, *Creſcite & redundate*, euacuauit extre-
c 1. Cor. 7. mitas temporum, inducente Apoſtolo, [c] *Supereſt, vt & qui habent vxores, ſic ſint, ac ſi non*
29. *habeant, quia tempus in collecto eſt*, & deſiit [d] *vua acerba a patribus manducata filiorum den-*
d Hier.31.29 *tes obſtupefacere: vnuſquiſque enim in ſuo delicto morietur;* & ſpadones non tantùm igno-
Eſa. 56.4. minia caruerunt, verùm & gratiam meruerunt, inuitati in regna cœlorum, ſepulta
Leuit.20 21. lege ſuccedendi in matrimonium fratris, contrarium eius obtinuit non ſuccedendi
in matrimonium fratris. Et ita, vt prædiximus, quod ceſſauit valere, ceſſante ra-
tione, non poteſt alij argumentationem accommodare. Ergo non nubet defuncto
viro vxor, fratri vtique nuptura, ſi nupſerit. Omnes enim nos fratres ſumus: Et illa
[e] *nuptura in Domino habet nubere*, id eſt, non ethnico, ſed fratri; quia & vetus lex adi-
e 1. Cor.7.39 mit coniugium allophylorum. Cum autem & in Leuitico cautum ſit, [f] *Quicunque ſum-*
Exo. 34.16. f Leuit. 20. *pſerit fratris vxorem, immunditia eſt, turpitudo, ſine liberis morientur;* ſine dubio dum ille
21. prohibetur denuo nubere, & illa prohibetur, non habens nubere niſi fratri. Quomo-
do ergo Apoſtolo conueniet & legi, quam non in totum impugnat, cum ad epiſtolam
ipſius venerimus, oſtendetur. Interim quod pertineat ad legem, magis nobis compe-
tunt argumentationes eius. Denique prohibet eadem, Sacerdotes denuo nubere. Fi-
Leuit.22.13. liam quoque ſacerdotis iubet viduã vel eiectam, ſi ſemen non fuerit illi, in domũ patris
ſui regredi, & de pane eius ali. Ideo, ſi ſemen non fuerit illi; non, vt ſi fuerit, denuo nu-
bat, (quanto magis enim non nubet, ſi filios habeat?) ſed vt ſi habuerit, à filio potius
alatur quàm à patre, quo & filius præceptum Dei exequatur, [g] *Honora patrem & matrem*,
g Exod. 20. 12. Nos autẽ Ieſus ſummus ſacerdos & magnus patris, de ſuo veſtiens, (quia qui in Chriſto

tinguuntur, Chriſtum induerunt) [h] *ſacerdotes Deo patri ſuo fecit*, ſecundùm Ioannem. *h* Apoc. 1. 6.
Nam & illum adoleſcentem feſtinantem ad exequias patris ideo reuocat, vt oſtendat Matth. 8. 21.
ſacerdotes nos vocari ab eo, quos lex vetabat parentum ſepulturæ adeſſe: [i] *Super om-* *i* Leuit. 21. 10
nem, inquit, *animam defunctam ſacerdos non introibit; & ſuper patrem ſuum, & ſuper matrem*
ſuam non contaminabitur. Ergo & nos hoc interdictum obſeruare debemus? Non vtique.
Viuit enim vnicus pater noſter Deus, & mater Eccleſia; & neque ipſi mortui ſumus,
qui Deo viuimus; neque mortuos ſepelimus, quia & illi viuunt in Chriſto. Certe ſacer-
dotes ſumus à Chriſto vocati, Monogamiæ debitores ex priſtina Dei lege, quæ nos
tunc in ſuis ſacerdotibus prophetauit.

CAPVT VI.

Ipſa noua legis initia, Monogamiam præferunt in Zacharia, Anna vidua, Simeone Iuſto, Ioanne Baptiſta Virgine, Petro Cœlibe, cæteriſque Apoſtolis.

In p. ad m. V. Monogamia. 11. à p. V. Alphabet. Errorum. V. Maria. 2. circa. m. V. Apoſtoli. 9. inf. V. Caſtitatis cuſtodia. 7.

NVNC ad legem propriè noſtram, id eſt, ad Euangelium, conuerſi, qualibus exci-
pimur exemplis? dum ad ſententias peruenimus, ecce ſtatim quaſi in limine, duæ
nobis antiſtites Chriſtianæ ſanctitatis occurrunt Monogamia & Continentia: alia pu-
dica, in Zacharia ſacerdote; alia integra, in Ioanne antecurſore; alia placans Deum,
alia prædicans Chriſtum; alia totum prædicans ſacerdotem, alia plus præferens quàm Luc. 1. 5. 17
Propheten, ſcilicet eum, qui non tantùm prædicauerit, aut demonſtrauerit coràm, ve- & 1. 37.
rùm etiam baptizauerit Chriſtum. Quis enim corpus Domini dignius initiaret, quàm Matth. 1 9.
eiuſmodi caro, qualis & concepit illud & peperit? Et Chriſtum quidem virgo enixa eſt,
ſemel nuptura poſt partum, vt vterque titulus ſanctitatis in Chriſti cenſu diſpungere- Luc. 2. 7.
tur, per matrem & virginem & vniuiram. At vbi infans templo exhibetur, quis illum
in manus ſuſcipit? quis in ſpiritu primus agnoſcit? Vir iuſtus, & cautus, & vterque non Luc. 2. 28.
Digamus, vel ne dignius mox Chriſtus à fœmina prædicaretur vetere vidua & vniuira, Ibid. 37.
quæ & templo dedita ſatis in ſemetipſa portendebat, quales ſpiritali templo, id eſt, Ec-
cleſiæ debeant adhærere. Tales arbitros infans Dominus expertus, non alios habuit &
adultus. Petrum ſolum inuenio maritum, per ſocrum; Monogamum præſumo, per Ec- Matth. 8. 15
cleſiam, quæ ſuper illum ædificata, omnem gradum ordinis ſui de Monogamis erat Matth 16. 18
collocatura. Cæteros cùm maritos non inuenio, aut ſpadones intelligam neceſsè eſt, 1. Tim. 3. 3.
aut continentes. Nec enim ſi penès Græcos communi vocabulo cenſentur mulieres & Tit. 1. 6.
vxores, pro conſuetudinis facilitate, (ceterum, eſt proprium vocabulum vxorum) ideo
Paulum ſic interpretabimur, quaſi demonſtret vxores Apoſtolos habuiſſe. Si enim de
matrimonijs diſputaret, (quod in ſequentibus facit, vbi magis Apoſtolus aliquod
exemplum nominare potuiſſet,) rectè videretur dicere, [a] *Non enim habemus poteſtatem*
vxores circumducendi, ſicut ceteri Apoſtoli & Cephas? At vbi ea ſubiungit, quæ de victua- *a* 1. Cor 9 5.
ria exhibitione abſtinentiam eius oſtendunt, dicentis: [b] *Non enim poteſtatem habemus*
manducandi & bibendi: non vxores demonſtrat ab Apoſtolis circumductas; quas & qui *b* Ibid. 4.
non habent, poteſtatem tamen manducandi & bibendi habent; ſed ſimpliciter mulie-
res, quæ illos eodem inſtituto quo & Dominum comitantes, miniſtrabant. Iam vero ſi
Chriſtus [c] *reprobat Scribas & Phariſæos, ſedentes in cathedra Moyſi, nec facientes quæ docerent*,
quale eſt vt & ipſe ſuper cathedram ſuam collocaret, qui ſanctitatem carnis præcipere *c* Matt. 23. 2.
magis, non etiam obire meminiſſent, quam illis omnibus modis inſinuarat & docen-
dam & agendam? in primis de ſuo exemplo, tunc de cæteris argumentis: Cùm [d] *puero-*
rum dicit eſſe regnum cælorum; cùm conſortes illis facit alios poſt nuptias pueros; [e] *cùm ad ſimpli-*
citatem columbæ prouocat, auis non tantum innocuæ, verùm & pudicæ, quam vnam vnus *d* Matth. 19.
maſculus nouit; cùm [f] *Samaritanæ maritum negat*, vt adulterum oſtendat numeroſum 14.
maritum; cùm in reuelatione gloriæ ſuæ de tot Sanctis & Prophetis, Moyſen & He- Ibid. 12.
liam ſecum mauult: alterum monogamum, alterum ſpadonem. non enim aliud fuit *e* Matth. 10.
Helias, quam [g] *Ioannes, qui in virtute & ſpiritu venit Heliæ;* [h] *cùm ille vorator & potator ho-* 16.
mo, prandiorũ & cœnarũ cum publicanis & peccatoribus frequentator, ſemel apud vnas nuptias *f* Io. 4. 17.
cœnat multis vtique nubentibus. Totiens enim voluit celebrare eas, quotiens & eſſe. Matth. 17. 3.
g Luc. 1. 17.
h Matth. 11.
19.
Io. 2. 1.

CAPVT IX.

Monogamiam erroneè probat ex illicito repudio, vtiſque morte ſoluto matrimonio, illud repetere cum altero coniuge eſſe adulterium, non minus quam ſi repudiata coniuge viua quis alteram duceret.

Per totum. V. Monogamia. 15. & in m. in alphab. Errorum. V. Nuptiæ. 13.

SED hæ argumentationes potius exiſtimentur de coniecturis coactæ, ſi non & ſententiæ adſtiterint, quas Dominus emiſit in repudij retractatu, quod permiſſum ali-
a Matt. 19. 8 quando iam prohibet; in primis, [a] *quia ab initio non fuit ſic*, ſicut matrimonij numerum,
b Ibid. 6. tum, quia [b] *quos Deus coniunxit, homo non ſeparabit*; ſcilicet nè contra Dominum faciat.
c Matth. 10. 29. Solus enim ille ſeparabit, qui & coniunxit. ſeparabit autem, non per duritiam repudij, quam exprobrat & compeſcit, ſed per debitum mortis. Siquidem [c] *vnus ex paſſeribus duobus non cadit in terram ſine patris voluntate.* Igitur, ſi quos Deus coniunxit, homo
d Matt. 19. 6 non ſeparabit repudio; æquè conſentaneum eſt, vt [d] *quos Deus ſeparauit morte, homo non coniungat matrimonio*; proinde contra Dei voluntatem iuncturus ſeparationem, atque ſi ſeparaſſet coniunctionem. Hoc quantum ad Dei voluntatem non deſtruendam, & in tij formam reſtruendam. Cæterùm, & alia ratio conſpirat, immò non alia, ſed quæ
e Matt. 19. 9 initij formam impoſuit, & voluntatem Dei mouit ad prohibitionem repudij: Quoniam [e] *qui dimiſerit vxorem ſuam, præterquam ex cauſa adulterij, facit eam adulterari; & qui dimiſſam à viro duxerit, adulterat vtique.* Non & nubere legitimè poteſt repudiata; & ſi quid tale commiſerit ſine matrimonij nomine, non capit elogium adulterij, quà adulterium in matrimonio crimen eſt? Deus aliter cenſuit citra quàm homines, vt in totum, ſiue per nuptias, ſiue vulgo, alterius viri admiſſio adulterium pronuntietur. Videamus enim quid ſit matrimonium apud Deum, & ita cognoſcemus quid ſit æque adulterium. Matrimonium eſt, cùm Deus iungit duos in vnam carnem, aut iunctos
f Gen. 2. 23. deprehendens in eadem carne, coniunctionem ſignauit. Adulterium eſt, cùm quoquo modo diſiunctis duobus, alia caro, immo aliena miſcetur, de qua dici non poſſit, [f] *Hæc eſt caro ex carne mea, & hoc os ex oſſibus meis.* Semel enim hoc & factum & pronuntiatum ſicut ab initio, ita & nunc in aliam carnem non poteſt conuenire. Itaque ſine cauſa dices, Deum viuo marito nolle repudiatam alij viro iungi, quaſi mortuo velit; quando ſi mortuo non tenetur, proinde nec viuo; tam repudio matrimonium dirimente quàm
g 1. Cor 6. 18 morte, non tenebitur ei, cui per quod tenebatur, abruptum eſt, adeo non intereſt viuo an mortuo viro nubat. Neque enim in illum delinquit, ſed in ſemetipſam. [g] *Omne delictum quod admiſerit homo, extra corpus eſt: qui autem adulteratur, in corpus ſuum delinquit.* Adulteratur autem, ſicut ſuprà præſtruximus, qui aliam carnem ſibi immiſcet ſuper
h Matt. 19. 8 illam priſtinam, quam Deus aut coniunxit in duos, aut coniunctam deprehendit. Ideoque abſtulit repudium, quod ab initio non fuit; vt [h] *quod ab initio fuit*, muniat duorum in vnam carnem perſeuerantiam, ne neceſſitas vel occaſio tertiæ concarnationis irrumpat, ſolius cauſæ permittens repudium, ſi forte præuenerit, cui præcauetur. Adeò autem repudium à primordio non fuit, vt apud Romanos poſt annum ſexcenteſimum Vrbis conditæ, id genus duritiæ commiſſum denotetur. Sed illi etiam non repudiantes adulteria commiſcent; nobis etſi repudiemus, ne nubere quidem licebit.

CAPVT X.

Idem rurſus confirmat dicens, Dei voluntate facto per mortem coniugij etiam ſancti & pacifici diuortio, non licere alteram ducere, cùm & adhuc iunctus ſit defunctæ animo pro qua orat, & anniuerſarium ei procurat, & conſortium in prima reſurrectione ſperat. Vbi & errorem ſuum Millenariorum inſinuat.

In p. ad vltra. m. V. Monogamia. 15. in m. ad f. V. Monogamia. 16. & V. Purgatorij pœnæ. 3.

VIDEO iam hinc ad Apoſtolum nos prouocari. Ad cuius ſenſum facilius perſpiciendum, tanto inſtantius præculcandum eſt mulierem magis defuncto marito teneri, quo minus alium virum admittat. Recogitemus enim repudium, aut diſcordia fieri, aut diſcordiam facere; mortem verò ex lege Dei, non ex hominis offenſa euenire. idque omnium eſſe debitum, etiam non maritorum. Igitur ſi repudiata quæ per diſcordiam, & iram, & odium, & cauſas eorum, iniuriam vel contumeliam, vel quamlibet querelam, & anima & corpore ſeparata eſt, tenetur inimico, ne dicam marito; quanto magis illa, quæ neque ſuo, neque mariti vitio, ſed Domini & legis euentu, à matrimonio non ſeparata, ſed relicta, eius erit etiam defuncti, cui etiam defuncto concordiam debet? A quo repudium non audijt, non diuertit; cui repudium non ſcripſit, cum ipſo eſt; quem amiſiſſe noluit, retinet. Habet ſecum animi licentiam, qui omnia homini quæ non habet, imaginario fructu repræſentat. Ipſam denique interrogo feminam, Dic mihi, ſoror, in pace præmiſiſti virum tuum? Quid reſpondebit? An in diſcordia? Ergo hoc magis ei vincta eſt, cum quo habet apud Deum cauſam. Non diſceſſit, quæ tenetur. ſed in pace? Ergo perſeueret in ea cum illo neceſſe eſt,

quem iam repudiare non poterit, ne ſic quidem nuptura ſi repudiare potuiſſet. Enimvero & pro anima eius orat, & refrigerium interim adpoſtulat ei, & in prima reſurrectione conſortium, & offert annuis diebus dormitionis eius. Nam hæc niſi fecerit, vere repudiauit quantum in ipſa eſt; & quidem hoc iniquius, quanto quomodo potuit, quia non potuit; & hoc indignius, quanto iam indignius, ſi quia non meruit. Aut nunquid nihil erimus poſt mortem, ſecundum aliquem Epicurum, & non ſecundum Chriſtum? Quod ſi credimus mortuorum reſurrectionem, vtique tenebimur, cum quibus reſurrecturi ſumus, rationem de alterutro reddituri. Si autem [i] *in illo æuo neque nubent neque nubentur, ſed erunt æquales angelis;* non ideo non tenebimur coniugibus defunctis, quia non erit reſtitutio coniugij. Atquin eò magìs tenebimur, quia in meliorem ſtatum deſtinamur, reſurrecturi in ſpiritale conſortium, agnituri tam noſmetipſos quàm & noſtros. Cæterum, quomodo gratias Deo in æternum canemus, ſi non manebit in nobis ſenſus & memoria debiti huius? ſi ſubſtantia, non conſcientia reformabimur? Ergo qui cum Deo erimus, ſimul erimus, dum omnes apud Deum vnum (licet merces varia, licet [k] *multæ manſiones penes Patrem eundem*) [l] *vno denario eiuſdem mercedis operati,* id eſt vitæ æternæ, in qua magìs [m] *non ſeparabit quos coniunxit Deus*, quam in iſta minore vita ſeparari vetat. Cùm hæc ita ſint, quomodo alij viro vacabit, quæ ſuo etiam in futurum occupata eſt? Vtrique autem ſexui loquimur, etſi ad alterum ſermo eſt; quia vna diſciplina præeſt. Alium habebit in ſpiritu, alium in carne? Hoc erit adulterium, vnius feminæ in duos viros conſcientia. ſi alterà carne diſiunctus eſt, ſed in corde remanet; illic (vbi etiam cogitatus ſine carnis congreſſu, & adulterium ante perficit ex concupiſcentia, & matrimonium ex voluntate) vſque adhuc maritus eſt, ipſum illud poſſidens, per quod & factus eſt, id eſt animum: in quo ſi & alius habitabit, hoc erit crimen. Cæterùm, non eſt excluſus, ſi a viliòre commercio carnis deceſſit. Honoratior maritus eſt, quando mundior factus eſt.

i Matth. 22. 30.
k Io. 14. 2.
l Matth. 20. 10.
m Matt. 19. 6
Matth. 5. 28

CAPVT XI.

Apoſtoli loco abutitur, quem intelligit de vxore ante fidem ſuſceptam amiſſa, vbi permittit vxore defuncta, in Domino Nubere.

In p. V. Nuptiæ ſecundæ probroſæ. 4. à p. in alphab. Errorum. V. Pſychici. 8. & ibid. 9. & V. Purgatorij pœnæ. 5. à p. ad f. in alphab. Errorum. V. Nuptiæ. 14. & à m. V. fides. 18. & circa. f. V. Pſychici. 10.

VT igitur [a] *in Domino nubas* ſecundùm Legem & Apoſtolum, (ſi tamen vel hoc curas) qualis es id matrimonium poſtulans, quod eis à quibus poſtulas, non licet habere; ab Epiſcopo monogamo, à Presbyteris & Diaconis eiuſdem ſacramenti, à Viduis, quarum ſectam in te recuſaſti? Et illi plane ſic dabunt viros & vxores, quomodo buccellas. Hoc enim eſt apud illos, [b] *Omni petenti te dabis.* Et coniungent vos in Eccleſia virgine, vnius Chriſti vnica ſponſa. Et orabis pro maritis tuis, nouo & vetere. Elige cui te adulteram præſtes. Puto, ambobus. Quod ſi ſapias, taceas defuncto. Repudium ſit illi, ſilentium tuum, alienis iam dotalibus ſcriptum. Hoc modo nouum promereberis maritum, ſi veteris obliuiſcaris. Debes magis illi placere, propter quem Deo placere non maluiſti. Hæc Pſychici volunt Apoſtolum probaſſe, aut in totum non recogitaſſe, cùm ſcriberet, [c] *Mulier vincta eſt in quantum temporis viuit vir eius; ſi autem mortuus fuerit, libera eſt: cui vult, nubat; tantum in Domino.* Ex hoc enim capitulo defendunt licentiam ſecundi matrimonij, immo & plurimi, ſi ſecundi: quod enim ſemel eſſe deſiit, omni obnoxium eſt numero. Quo autem ſenſu Apoſtolus ſcripſerit, ita relucebit, ſi prius conſtet, non hoc illum ſenſu ſcripſiſſe, quo Pſychici vtuntur. Conſtabit autem ſi quis ea recordetur, quæ huic capitulo diuerſa ſunt & apud doctrinam, & apud voluntatem, & apud propriam ipſius Pauli diſciplinam. Si enim ſecundas nuptias permittit, quæ ab initio non fuerunt, quomodo adfirmat [d] *omnia ad initium recolligi in Chriſto*? Si vult nos iterare coniugia, quomodo ſemen noſtrum in Iſaac ſemel marito auctore defendit? Quomodo totum ordinem eccleſiæ de Monogamis diſponit, ſi non hæc diſciplina præcedit in laicis, ex quibus eccleſiæ ordo proficit. Quomodo in matrimonio adhuc poſitos, à fructu matrimonij auocat dicens, [e] *In collecto eſt tempus,* ſi per mortem matrimonio elapſos, iterum in matrimonium reuocat? Hæc ſi diuerſa ſunt ei capitulo, de quo agitur, conſtabit, vt diximus, non hoc illum ſenſu ſcripſiſſe, quo Pſychici vtuntur. Quia facilius eſt, vt aliquam rationem habeat vnum illud capitulum, quæ cum ceteris ſapiat, quàm vt Apoſtolus diuerſa inter ſe docuiſſe videatur. Eam rationem in ipſa materia poterimus recognoſcere. Quæ illa materia

a 1. Cor. 7. 39
1. Tim. 3. 3.
Tit. 1. 5.
b Matt. 5. 42
c 1. Cor. 7. 39.
d Epheſ. 1. 10.
Gal. 4. 31.
1. Tim. 3. 3.
Tit. 1. 6.
e 1. Cor. 7. 19
Ibid. 39.

Apoſtolo fuit ſcribendi talia? tirocinium nouæ & cummaximè orientis eccleſiæ, quam
1.Co.3.2. lacte ſcilicet educabat, nondum ſolido cibo validioris doctrinæ: adeo vt præ illa infantia
fidei ignorarent adhuc quid ſibi agendum eſſet circa carnis & ſexus neceſſitatem. Cuius
etiam ipſas ſpecies ex reſcriptis intelligimus, cum dicit, De his autem quæ ſcribitis:
f1.Cor.7.1. f *Bonum eſt homini mulierem non attingere. propter fornicationes autem, vnuſquiſque vxorem ſuam habeat.* Oſtendit fuiſſe qui in matrimonio a fide deprehenſi, verebantur ne non li-
ceret eis matrimonio ſuo exinde vti, quia in carnem ſanctam Chriſti credidiſſent. Et ta-
g Ibid. 6. men g *ſecundum veniam concedit, non ſecundum imperium*, id eſt, indulgens, non præci-
h Ibid. 7. piens ita fieri. Cæterum, h *malebat omnes id eſſe quod & ipſe.* Proinde & de repudio reſcri-
bens, demonſtrat quoſdam de iſto quoque cogitaſſe vel maxime, qui & in et nuptias ma-
i Ibid. 25. trimonii non putabant poſt fidem ſibi perſeuerandum. Quærebant & i *de virginibus con-*
k Ibid. 8. *ſilium*, *præceptum enim Domini non erat* k *Bonum eſſe homini ſi ſic permaneat*; vtique quo-
l1.Cor.7.27 modo a fide fuerit inuentus. l *Vinctus es vxori, ne quæſieris ſolutionem. Solutus es ab vxore, ne quæſieris vxorem: Si autem acceperis vxorem, non deliquiſti*: Quia ante fidem ſoluto ab vxore, non numerabitur poſt fidem ſecunda vxor, quæ poſt fidem prima eſt. A fide enim
m 28. Ibid. etiam ipſa vita noſtra cenſetur. Sed hic m *parcere ſe dicit illis. Alioquin preſſuram carnis ſubſequuturam, præ anguſtiis temporum* impedimenta matrimonii recuſantibus. quin potius de
Domino ſollicitudinem habendam promerendo, quàm de marito. & ita reuocat quod
n Ibid. 20. permiſit. Sic ergo in eodem ipſo capitulo, quo definit, n *Vnumquemque, in qua vocatione*
o Ibid. 39. *vocabitur, in ea permanere debere*; adiciens, o *Mulier vincta eſt, quamdiu viuit vir eius: ſi autem dormierit, libera eſt; cui volet nubat, tantum in Domino*: hinc quoque eam demon-
ſtrat intelligendam, quæ & ipſa ſic fuerit inuenta ſoluta a viro, quomodo & vir ſolutus
ab vxore; per mortem vtique, non per repudium facta ſolutione. quia repudiaris non
p Ibid. 18. permitteret nubere, aduerſus priſtinum præceptum. p *Itaque mulier ſi nupſerit, non delin-*
quet, quia nec hic ſecundus maritus deputabitur, quia eſt a fide primus; & adeo ſic eſt, vt
q Ibid 39. propterea adiecerit, q *Tantum in Domino*; quia de ea agebatur, quæ ethnicum habuerat,
& amiſſo eo crediderat; ne ſcilicet etiam poſt fidem ethnico ſe nubere poſſe præſumeret.
licet nec hoc Pſychici curent. Sciamus plane non ſic eſſe in Græco authentico, quomo-
do in vſum exiit per duarum ſyllabarum aut callidam aut ſimplicem euerſionem. Si dor-
mierit vir eius, quaſi de futuro ſonet: ac per hoc videatur ad eam pertinere, quæ jam in
fide virum amiſerit. Hoc quidem ſi ita eſſet in infinitum emiſſa licentia, totiens virum
dediſſet, quotiens amiſſus eſſet, ſine vllo pudore nubendi, etiam ethnicis congruente.
r Ibi. 39. Sed etſi ita eſſet, quaſi de futuro r *Si cuius maritus mortuus fuerit*, tantundem & futurum
ad eam pertineret, cuius ante fidem moriretur maritus. Quæuis accipe, dum cetera non
f1.Cor 7.22. euertas. Nam cum & reliquæ ſententiæ cedant, f *Seruus vocatus es, ne curaueris*: t *Impræputia-*
t Ibid. 18. *tus vocatus es, ne circumcidaris: Circumciſus vocatus es, ne adduxeris.* quibus concurrit,
u Ibid 27. u *Vinctus es vxori, ne quæſieris ſolutionem. ſolutus es ab vxore, ne quæſieris vxorem*; ſatis
manifeſtum eſt, ad eos hæc pertinere, qui in noua & recenti vocatione conſtituti, de his
conſulebant, in quibus a fide fuerant deprehenſi. Hæc erit interpretatio capituli iſtius
de hoc examinanda, an & tempori, & cauſæ, & tam exemplis & argumentis præceden-
tibus, quam & ſententiis & ſenſibus ſubſequentibus; & in primis, an ipſius Apoſtoli &
conſilio proprio congruat & inſtituto: nihil enim cuſtodiendum eſt, quàm ne diuerſus
ſibi quis deprehendatur.

CAPVT XII.

Quod Paulus de clericis Monogamia deuinctis, hoc fruſtra cæteris fidelibus præceptum aſſerit.

Per totum. in alphab. Errorum. V. nuptiæ. 15. in m. V. Sacerdotium. 4.

AVDI & ſubtiliſſimam econtrario argumentationem. Adeò, inquiunt, permiſit
Apoſtolus iterare connubium, vt ſolos qui ſunt in Clero, Monogamiæ iugo adſtrin-
xerit: quod enim quibuſdam præſcribit, id non omnibus præſcribit. Nunquid ergo &
quod omnibus præcipit, ſolis epiſcopis non præſcribit? ſi quod epiſcopis præſcribit, non
omnibus præcipit? An ideo omnibus, quia & epiſcopis? & ideo epiſcopis, quia & omni-
bus? Vnde enim epiſcopi & Clerus? nonne de omnibus? Si non omnes Monogamiæ te-
a Apoc.1.6. nentur, vnde Monogami in Clerum? An ordo aliqui ſeorſum debebit inſtitui Mono-
gamorum de quo adlectio fiat in Clerum? ſed quum extollimur & inflamur ad-
uerſus Clerum, tunc vnum omnes ſumus: tunc omnes ſacerdotes; quia a *ſacerdotes nos Deo & Patri fecit*: quum ad peræquationem diſciplinæ ſacerdotalis prouocamur,
deponimus infulas, & impares ſumus. De Eccleſiaſticis ordinibus agebatur, quales ordi-
nari oportet. Oportebat igitur omnem communis diſciplinæ formam ſua fronte pro-

poni, edictum quodammodo futurum vniuerſis in præſeſſione, quo magis ſciret plebs eum ordinem ſibi obſeruandum, qui faceret præpoſitos, & ne vel ipſe honor aliquid ſibi ad licentiam, quaſi de priuilegio loci blandiretur. Proſpiciebat Spiritus ſanctus dicturos quoſdam, omnia licent epiſcopis; ſicut ille veſter Vthinenſis nec Scantidiam timuit. Quot enim & digami præſident apud vos, inſultantes vtique Apoſtolo, certè non erubeſcentes, cùm hæc ſub illis leguntur. Age iam qui putas exceptionem monogamiæ de epiſcopis factam, recede & à reliquis titulis diſciplinæ, qui cum monogamia epiſcopis adſcribuntur: Noli eſſe [b] *irreprehenſibilis, ſobrius, benè moratus, ornatus, hoſpitalis, docibilis; quin verò & vino deditus, & manu promptus ad cædendum, & pugnax, & pecuniæ amans, & domum non regens, nec filiorum curans diſciplinam, ſed nec ab extraneis bonam famam ſectans.* Si enim ſuam habent epiſcopi legem circa monogamiam, etiam cætera quæ monogamiæ accedere oportebit, epiſcopis erunt ſcripta. Laïcis verò, queis monogamia non conuenit, cætera quoque aliena ſunt. Euaſiſti, Pſychice, ſi velis, vincula diſciplinæ totius. Præſcribe conſtanter non omnibus præcipi, quæ quibuſdam ſint præcepta; aut ſi cætera quidem communia ſunt, monogamia verò ſolis epiſcopis impoſita eſt, nunquid illi ſoli Chriſtiani pronuntiandi, in quos tota diſciplina collata eſt?

b 1. Tim. 3. 3. & ſeq.

CAPVT XIII.

Aliis duobus Apoſtoli locis abutitur, ſub adulterij pœna, obſtringens Monogamiæ, eas quæ veteris legis indulgentiæ renuntiauerunt, vel infidelitati, gratiæ lege ſuſcepta.

Per totum. in Alphab. Errorum. V. nuptiæ. 15. in f.

SED & Timotheo ſcribens, [a] *vult iuuenculas nubere, filios ſuſcipere, matres familiæ agere.* Ad eas dirigit, quales ſupra denotat, iuuenculas viduas, quæ in viduitate deprehenſæ, & aliquandiu adſectatæ, [b] *poſtquam in deliciis habuerunt Chriſtum, nubere volunt, habentes iudicium quòd primam fidem reſciderunt;* illam videlicet, à qua in viduitate inuentæ, & profeſſæ eam, non perſeuerant. Propter quod vult eas nubere, nè primam fidem ſuſceptæ viduitatis, poſtea reſcindant; non vt totiens nubant, quotiens in viduitate tentata, immò & in deliciis habita, noluerint perſeuerare. Legimus eum & ad Romanos ſcribentem: [c] *Quæ autem ſub viro eſt mulier, viuenti viro vincta eſt; ſi autem obierit, euacuata eſt à lege viri. Nempe ergo viuente viro adulterare putabitur, ſi iuncta fuerit alteri virò: Si verò obierit vir, liberata eſt à lege,* quòd non ſit adultera facta alii viro. Sed & ſequentia recognoſce, quò ſenſus iſte, qui tibi blanditur, euadat: [d] *Itaque*, inquit, *fratres mei, morti ſicamini & vos legi per corpus Chriſti, vt efficiamini alteri, ei ſcilicet qui à mortuis reſurrexit, vti fructum feramus Deo. Cùm enim eramus in carne, paſſiones delictorum, quæ per legem, efficiebantur in membris noſtris ad fructum ferendum morti: nunc autem euacuati ſumus à lege, mortui in quo tenebamur, ad ſeruiendum Deo in nouitate ſpiritus, & non in vetuſtate litteræ.* Igitur ſi mortificari nos iubet legi per corpus Chriſti, quod eſt eccleſia, quæ ſpiritu nouitatis conſtat; non per litteram vetuſtatis, id eſt legis; auferens te à lege, quæ non tenet vxorem marito defuncto, quominus alii viro fiat; ad contrariam te redigit conditionem, nè amiſſo viro nubas; quantùmque non deputaueris adultera, facta alteri viro, poſt mortem mariti, ſi adhuc in lege agere deberes; tantò ex diuerſitate conditionis, adulterii te præiudicat, poſt mortem mariti, alii nubentem: quia iam mortificata es legi, non poteſt tibi licere, cùm receſſiſti ab ea, apud quam tibi licebat.

a 1. Tim. 5. 14.
b 1. Tim. 5. 11.
c Rom. 7. 2.
d Ibid. 4.

CAPVT XIV.

Fruſtra Apoſtolum exponit quaſi permiſerit tantùm fidelibus, in primis naſcentis Eccleſiæ cunabulis ſoluto morte matrimonio renubere, quod poſtea Spiritus ſanctus in paracleto Montano, perfectiore iam Chriſtianiſsimo interdixit.

Per totum. in alphab. Errorum. V. nuptiæ 16 in m. V. Monogamia. 18. & in alphab. Errorum. V. paracletus. 14. à m. V. nuptiæ ſecundæ probroſæ. 5. circa. f. V. nuptiæ ſecundæ probroſæ. 6. & in alphab. Errorum. V. paracletus. 15.

NVNC ſi & abſolutè Apoſtolus permiſiſſet in fide amiſſo matrimonio nubere, proinde feciſſet quemadmodum & cætera, quæ aduerſus formam regulæ ſuæ pro conditione temporum geſſit, circumcidens Timotheum propter ſuperinductitios falſos fratres; & raſos quoſdam inducens in templum, propter obſeruationem Iudæorum. ille qui Galatas in lege volentes agere, caſtigat. Sed ita res exigebant, [a] *vt omnibus omnia fieret, quò omnes lucrifaceret,* [b] *parturiens illos, donec formaretur Chriſtus in ipſis;* & calefa-

Act. 16. 3.
Gal. 2. 3. 4.
Act. 21. 24.
a 1. Cor. 9. 21. 22.
b Gal. 4. 19.

ſtantia eſt laterum. Talis infirmitas, & tertio, & quarto, & vſque ſeptimo forſitan
trimonio ſufficit; vt quæ totiens fortior, quotiens fuerit infirmior, habitura iam non
Apoſtolum auctorem, ſed Hermogenem aliquem, plures ſolitum mulieres ducere,
quàm pingere. materia enim in illo abundat, vnde & animam eſſe præſumens, multò
magìs ſpiritum à Deo non habet, iam nec Pſychicus, quia non de afflatu Dei Pſychicus.
Quid ſi inopiam quis cauſetur, vt carnem ſuam apertè proſtitutam profiteatur, exhibi-
tionis cauſa nubentem, oblitus de victu & veſtitu non eſſe cogitandum? habet Deum Matth. 6. 26
etiam coruorum educatorem, etiam florum exculturem. Quid ſi ſolitudinem domus 30.
obtendat? quaſi vna mulier frequentiam præſtet, homini ad fugam proximo. habet viduam
vtique, quam adſumat licebit. Non vnam generis huius vxorem, ſed etiam plures habere
conceſſum eſt. Quid ſi de poſteritate quis cogitet iiſdem animis, quibus oculis vxor
Loth, vt ideo quis repetat matrimonium, quia de priore liberos non habuit; hæredes Gen. 19. 26.
ſcilicet Chriſtianus quæret, ſæculi totius exhæres? habet fratres, habet Eccleſiam ma-
trem. Aliud eſt, ſi & apud Chriſtum legibus Iuliis agi credunt, & exiſtimant cœlibes &
orbos ex teſtamento Dei ſolidum non poſſe capere. Nubant igitur huiuſmodi in finem
vſque, vt in iſta confuſione carnis; ſicut Sodoma & Gomorrha, & diluuii dies, ab illo
vltimo exitu ſæculi deprehendantur. Adijciant tertium dictum, [a] *Manducemus, & biba-* a Matth. 24
mus, & nubamus: *cras enim moriemur*; non recogitantes, [b] *Væ illud prægnantibus & la-* 38.
ctantibus, multò grauius & amarius euenturum in concuſſione totius mundi, quàm eue- 1. Cor. 15. 32
nit in vaſtatione vnius particulæ Iudææ. Satìs opportunos nouiſſimis temporibus fructus b Luc. 21. 23.
iteratis matrimoniis colligant, vbera fluitantia, & vteros nauſeantes, & pipiantes. Pa- 6.
rent Antichriſto in quæ libidinoſius ſæuiat. Adducet illis carnifices obſtetrices.

CAPVT XVII.

Opponit fidelibus Ethnicorum Monogamorum, & Virginum exemplum, in confuſionem.

In p. ad circa. f. V. Caſtit. cuſtod. 8. in f. V. monogamia. 9.

HABEBVNT planè Chriſto quod adlegent, ſpecioſum priuilegium, [a] *carnis vſ-* a Matth. 26
quequaque imbecillitatem. Sed hanc iudicabunt iam non Iſaac monogamus pater 41.
noſter, nec Ioannes aliqui Chriſti ſpado, nec Iudith filia Merari, nec tot alia exempla Matth. 11.
Sanctorum. Solent ethnici iudices deſtinari, Exurget regina Carthaginis, & decernet 10.
in Chriſtianas, quæ profuga, & in alieno ſolo, & tantæ ciuitatis cummaximè formatrix, Iudith. 8. 1.
cùm regis nuptias vltro optaſſe debuiſſet; nè tamen ſecundas eas experiretur, maluit è Iudith. 16.
contrario vri quàm nubere. Aſſidebit & illi matrona Romana, quæ etſi per vim noctur- 62.
nam, nihilominus, experta alium virum, maculam carnis ſuo ſanguine abluit, vt Mo-
nogamiam in ſemetipſam vindicaret. Fuerunt & quæ pro viris mori mallent, quàm poſt
viros nubere. Idolis certè & monogamia, & viduitas apparent. Fortunæ muliebri
coronam non imponit, niſi vniuira; ſicut nec matri Matutæ. Pontifex maximus, &
Flaminica nubunt ſemel. Cereris ſacerdotes, viuentibus etiam viris & conſentienti-
bus, amica ſeparatione viduantur. Sunt & quæ de tota continentia iudicent nos, vir-
gines Veſtæ, & Iunonis Achaïcæ, & Dianæ Scythicæ, & Apollinis Pythii. Etiam bo-
uis illius Ægyptii antiſtites, de continentia, infirmitatem Chriſtianorum iudicabunt.
Erubeſce caro, quæ Chriſtum induiſti. Sufficiat tibi ſemel nubere, in quod à primor-
dio facta es, in quod à fine reuocaris. Redi in Adam, vel priorem, ſi in nouiſſimum
non potes. Semel guſtauit ille de arbore, ſemel concupiit, ſemel pudenda protexit, ſe-
mel Deo erubuit, ſemel ruborem ſuum abſcondit, ſemel de paradiſo ſanctitatis exula-
uit, ſemel exinde nupſit. Si in illo fuiſti, habes tuam formam; ſi in Chriſtum tran-
ſiſti, melior eſſe debebis. Exhibe tertium Adam, & hunc digamum, & tunc poteris
eſſe, quod inter duos non potes.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI
AD NATIONES LIBER PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Quoniam duo ſequentes libri ad Nationes Inſcripti, ex antiquiſſimo primùm codice Agobardi per Iacobum Godofredum Iuriſconſultum in lucem editi, & Bibliothecæ Regiæ donati, denuò opera Nicolai Rigaltij Doctiſſimi Viri, typis mandati, ſano eius Iudicio cæmenta magis, ac rudera Tertulliano fuerunt, quàm perpoliti, & dedolati libri, quibus accuratius ipſe poſtea Apologeticum & laboratius elimauit; hæſi diutius, num in Alphabeto librorum eius etiam iſtos duos texerem, & propria ſingulis capitibus argumenta præfigerem, Scholiaque his congrua in Omniloquio rationali ſubſcriberem; Sed nè quid deeſſet operi tanto, & vt amicorum conſilio morigerum me præſtarem, hoc etiam iugum collo meo impoſui. Ad argumentum vtriuſque libri, quod attinet, idem vtrobique fuit ſcopus Authoris, vt Chriſtianam diſciplinam, & nomen, aduerſus Gentilium calumnias tueretur. Qui plura volet, conſulat Argumentum prolixum ſatis in librum eiuſdem Apologeticum aduerſus Gentes. Cæterùm frequens in iſtis libris helleniſmus non ſufficienter arguit, ſpeciales Græcè conſcriptos fuiſſe contra Gentiles libros: tum quòd in cæteris operibus frequentiſsimè græcizet: tum quòd vt apertiſsimè liquet, in toto Apologetico, eaſdem, vel ad verbum, vel ad ſenſum, mutato tantùm ordine, ſententias proferat. Vnde patet non ſine magna tam celebris Authoris iniuria poſſe cenſeri, perpetuâ ferè Batologiâ vel Apologeticum, vel duos ad Nationes libros fuiſſe contextos. Hieronymus certè æquus arbiter ſagaxque diſcretor, Apologeticum, à libris contra Gentes editis ſic diſcreuit; vt in Epiſt. ad Magnum, ſcriberet : Apologeticus eius, & aduerſus Gentiles libri, cunctam ſæculi continent diſciplinam. *Ego certè non pauca in his libris ad Nationes reperi, quæ nec in Apologetico; neque in alijs eius operibus inueniri poſſunt.*

CAPVT PRIMVM.

Eo ipſo iudices Ethnici exaggerant iniuſtitiæ ſuæ crimen, eoque apertè conuincuntur, quòd Chriſtianos condemnent, quorum vitam ignorant, & Chriſtiana diſciplina ſanctitas gratis odio habetur ignorata ex induſtria, quæ cognita amatur.

Per totum. V. Chriſtiana Religio. 14. inf.

TESTIMONIVM ignorantiæ veſtræ, quæ iniquitatem dum defendit, reuincit, in promptu eſt; quòd omnes qui vobiſcum retro ignorabant, & vobiſcum oderant, ſimul eis contigit ſcire, deſinunt odiſſe, qui deſinunt ignorare. Immò fiunt & ipſi quod oderant, & incipiunt odiſſe quod fuerant. Adeò quotidie adoleſcentem numerum Chriſtianorum ingemitis. Obſeſſam vociferamini ciuitatem: in agris, in Caſtellis, in inſulis Chriſtianos. Omnem ſexum, omnem ætatem, omnem denique dignitatem tranſgredi à vobis, quaſi detrimento, doletis: nec tamen hoc ipſo, ad æſtimationem alicuius latentis boni animos promouetis. Non licet rectius ſuſpicari, non licet propius experiri: hîc tantùm curioſitas humana inueniſſe. Mauultis neſcire, quia iam odiſtis; quaſi certè non odituros vos ſciatis. Atquin ſi nullum erit odij, reperietur optimum vtique, ab iniuſtitia priore diſcedere: ſin verò cauſa conſtiterit, nihil odio detrahetur: quod adeò amplius, iuſtitiæ ſcientia cumulabitur: niſi ſi emendari pudet, aut excuſari piget. Scio planè[1], qua reſponſione ſoletis redundantiæ noſtræ teſtimonium conuenire: non vtique eo bonum præiudicari, quia pleroſque conuertat, & ſibi rapiat, inquitis. Noui demutationem mentis in malas partes. Quot

deſertores bonæ vitæ? Quot transfugæ in peruerſum? Multi bona fide, immò iam plures, pro extremitatibus temporum. Verùm, deficit adæquatio comparationis iſtius; Nam de malo ita conſtat apud omnes, vt nè ipſi quidem rei qui ad malum tranſeunt, & à vobis in peruerſa diuertunt, defendere malum pro bono audeant. Turpia timori, pudori impia habent: denique geſtiunt latere, deuitant apparere; trepidant deprehenſi, negant accuſati: nè torti quidem facilè, aut ſemper confitentur, certè damnati mœrent: exprobrant etenim quod erant, in ſemetipſo: malæ mentis ab innocentia tranſitum, vel fato imputant: adeò nolunt ſuum eſſe, quia malum negare non poſſunt. Chriſtiani verò quid tale cõſtquuntur? Neminem pudet, neminem pœnitet, niſi tantùm priſtinorum. Si denotatur, gloriatur: ſi trahitur, non ſubſiſtit: ſi accuſatur, non defendit: interrogatus, confitetur: damnatus, gloriatur. Quod hoc malum eſt, in quo mali natura ceſſat?

CAPVT II.

Iudicum Ethnicorum peruerſitas patet, & Chriſtianæ diſciplinæ ſanctitas elucet, quod cùm cæteros reos torqueant, vt ad criminis ſui confeſſionem cogant; ſolos Chriſtianos excruciant, vt Chriſtum, & ſeipſos Chriſtianos eſſe negare compellant, quod vnicum eſt eorum crimen.

Per totum. V. Chriſtiana Religio. 15. in f.

IN quo ipſi etiam contra formam iudicandorum malorum iudicatis. Nam nocentes quidem perductos, ſi admiſſum negent, tormentis vrgetis ad confeſſionem: Chriſtianos verò ſponte confeſſos, tormentis comprimitis ad negationem. Quæ tanta peruerſitas, vt confeſſioni repugnetis, tormentorum officia mutetis, gratis reum euadere, inuitum compellentes negare. Præſides extorquendæ veritatis, de ſolis nobis mendacium exquiritis, vt dicamus nos non eſſe quod ſumus. Opinor, non vultis nos malos eſſe: ideoque geſtitis de iſto nomine excludere! Sanè cæteros ad hoc tenditis, & excarnificatis, vt negent eſſe quod dicuntur! Atquin illis negantibus non creditis: nobis, ſi negauerimus, ſtatim creditis. Si certi eſtis nos nocentiſſimos eſſe, cur etiam in hoc aliter quàm nocentes, à vobis agimur? Non dico, quòd neque accuſationi, neque recuſationi ſpatium commodetis. Soletis & inaccuſatos, & indefenſos non temerè damnare. Sed verbi gratia, ſi de homicida * confutatur, non ſtatim confeſſo eo nomen homicidæ, diſpuncta cauſa eſt, aut ſatiata cognitio. Quanquam confeſſis difficilè creditis: verùm inſuper conſequentia exigitis; quotiens cædem egerit, quibus telis, quibus in locis, quibus ſpolijs, socijs, receptoribus; nè quid omnino mali hominis deliteſcat, aut deſit aliquid inſtruendæ ad ſententiam veritati. Porro dè nobis, quos atrocioribus, ac pluribus criminibus deputatis, breuiora, ac leuiora elogia conficitis. Credo, non vultis oneratos, quos omni opere perditos vultis; aut non putatis requirenda, quæ noſtis: Hoc ergo peruerſius, ſi cogitis negare, de quibus certiſſimè ſcitis. Immò, quod magis odio veſtro competebat, forma iudicandi, proprio ſtudio non ad negationem certare, nè quos odiſtis, liberareris; ſed ad confeſſionem ſingulorum ſcelerum, quò magìs inimicitiæ ſatiarentur exaggeratione pœnarum, dum recognoſcitur quòt quiſque iã conuiuia illa celebraſſet; quotiens in tenebris incurſaſſet inceſta. Quid? quòd eradicandi generis diffundenda erat requiſitio, porrigenda quæſtio in ſocios conſcioſque. Perducerentur infantarij, & coqui, & ipſi canes pronubi; emendata res eſſet. etiam ſpectaculis gratia adgregaretur. Quanto enim ſtudio in caueam conueniretur, depugnaturo aliquo, qui centum infantes deuoraſſet? Sed enim tam horrenda, tamque monſtruoſa de nobis deferuntur; vtique erui debuerunt, nè incredibilia viderentur, & odium in nos publicum refrigeſceret. Nam & plerique fidem talium temperant, horrentes naturam quærere pabulum ferinum, quam concubitus ab humano genere præcluſit.

* Conſultatur.

CAPVT III.

Solo nomine, abſque vlla criminis inquiſitione, Chriſtiani à Iudicibus Ethnicis peruerſiſſimè cruciantur, cùm nomen Chriſtianum nil barbarum ſonet aut infauſtum, ſed iucundum ſit, & ſuaue.

Per totum. V. Chriſtiana Religio. 16. in m.

VOs igitur, aliàs diligentiſſimi, ac pertinaciſſimi diſcuſſores ſcelerum longè minorum, cum talibus, tam horrendis, & omnem impietatem ſupergreſſis, eam diligentiam deſeratis; neque confeſſionem recipiendo iudicantibus ſemper laborandam; neque exquiſitionem digerendo; damnatoribus ſemper conſulendam; iam apparet,

omne in nos crimen, non alicuius ſceleris, ſed nominis dirigi. Adeo, ſi de criminum veritate conſtaret, ipſa criminum nomina damnatis accommodarent, vt ita pronuntiaretur in nos: illum homicidam, vel inceſtum vel quodcumque iactamur, duci, ſuffigi, ad beſtias dari pla-er. Porro, ſententiæ veſtræ nihil niſi Chriſtianum confeſſum notant. Nullũ criminis nomen extat, niſi nominis crimen eſt. Hæc etenim eſt reuerà ratio totius odij aduerſus nos. Nomen in cauſa eſt, quod quædã occulta vis, per veſtram ignorantiam oppugnat, vt nolitis ſcire pro certo, quod vos pro certo neſcire certi eſtis; & ideo nec creditis quæ probantur; & nè probentur facilè, non vultis inquirere, vt nomen inimicum, ſub præſumptione criminum puniatur. Adeò, vt de nomine inimico recedatur, ideo negare compellimur; dehinc negantes liberamur, tota impunitate præteritorum. Iam non cruenti, neque inceſti, quia nomen illud amiſimus. Sed dum hæc ratio ſuo loco oſtenditur, vos quam inſequimini ad expugnationem nominis, edite: quod nominis crimen? quæ offenſa? quæ culpa? præſcribitur enim vobis; non poſſe crimina obicere, quæ neque inſtitutum dirigit, neque prolatio adſignat, neque ſententia enumerat. Quod præſidi offeratur, quod de reo inquiratur, quid reſpondetur, vel negatur, quod de conſilio recitatur, id reum agnoſco. Itaque de nominis merito, ſi qui reatus eſt nominum, ſi qua accuſatio vocabulorum, ego arbitror nullam eſſe vocabulo aut nomini querelam, niſi cùm quid aut barbarum ſonat, aut infauſtum ſapit, vel aliter quàm enuntiantem deceat, aut audientem delectet. Hæc vocabulorum aut nominum crimina, ſicuti verborum, atque ſermonum barbariſmus eſt vitium, & ſolæciſmus, & inſulſior figura: Chriſtianum verò nom n, quantum ſignificatio eſt, de vnctione interpretatur: etiam cùm corruptè à vobis Chriſtiani pronuntiamur, (nam nè nominis quidem ipſius liquido certi eſtis,) ſic quoque de ſuauitate, vel bonitate modulatũ eſt. Detineris igitur in hominibus innoxijs etiam nomen innoxium noſtrũ, non incommodum linguæ, non auribus aſperum, non homini malum, non patriæ in-
Apol.cap.4 feſtum: ſed & Græcum alijs, & ſonorum, & interpretatione iucundum. Et vtique non gladio, aut cruce, aut beſtijs punienda ſunt nomina.

CAPVT IV.

Cùm liceat diſcipulis Philoſophorum, Authorum ſuorum nomina ſumere, & in varias tranſire ſectas, & liberè in ipſos principes verbis inſultare; (licet ſapientiſſimus Socrates verè Deos plures abnegans, fuerit ab Ethnicis damnatus;) mirum quòd non liceat ad Chriſti nomen, & diſciplinam tranſire, & ſolidam eius veritatem profiteri; cùm etiam profitentes ex peſſimis prius, in optimos euadant.

Pertorum. V. Chriſtiana Religio 16. inf.

SED diciris, ſectam nomine puniri ſui auctoris. Primò quidem, ſectam de auctoris appellatione notari, vtique probum vſitatumque ius eſt: dum Philoſophi quoque de auctoribus cognominentur, Pythagorici & Platonici, vt medici Eraſiſtratei, & Grammarici Ariſtarchij. Itaque ſi ob auctorem malum mala ſecta, tradux mali nominis plectitur. Atquin temeritate præſumeretur. Prius erat cognoſcere auctorem, vt cognoſceretur ſecta, quàm de ſecta inſpectionem auctoris retinere. At nunc neceſſariò ignorando ſectam, quia ignoratis auctorem, aut non recenſendo auctorem, quia nec ſectam recenſetis, in ſolum nomen impingitis, quaſi in illo detinentes ſectam, & auctorem, quos om no non noſtis. Et tamen Philoſophis patet libertas tranſgrediendi à vobis in ſectam, & auctorem, & ſuum nomen; nec quiſquam illis odium mouet, cùm in mores, ritus, cultus, victuſque veſtros palàm ac publicè omnem eloquij amaritudinem elatrent; cum legum contemptu, ſine reſpectu perſonatum, vt quidam etiam
Apol.c. 46. in principes ipſos libertatem ſuam; impunè iaculentur. Sed veritatem ſæculo operoſiſſimam Philoſophi quidem affectant, poſſident autem Chriſtiani: ideoque qui poſſident, magìs diſplicent: quia qui affectat, inludit: qui poſſidet, defendit. Denique Socrates ex ea parte damnatus eſt, qua propius tentauerat veritatem, Deos veſtros deſtruendo:
Apoc. c. 46. Quanquam nondum tunc in terris nomen Chriſtianum, tamen veritas ſemper damnabatur: itaque & ſapientem non negabitis, cui etiam Pythius veſter teſtimonium dixerat: Virorum, inquit, omnium Socrates ſapientiſſimus: Vicit Apollinem veritas, vt ipſe aduerſus ſe pronuntiaret: confeſſus eſt enim, ſe Deum non eſſe, ſed eum quoque ſapientiſſimum affirmans, qui deos abnuebat: Porro apud vos eò minus ſapiens, quia deos abnuens: cùm ideo ſapiens, quia deos abnuens. Quo more etiam nobis ſoletis, Bonus vir Lucius Titius, tantum quòd Chriſtianus. item alius, Ego miror Gaium,
Apol. cap. 4 Seium grauem virum factum Chriſtianum. Pro ſtultitiæ cæcitate laudant quæ ſciunt

vituperant quæ neſciunt, & id quod ſciunt, eò quòd neſciunt, vitiant. Nemini ſubuenir, nè ideo bonus quis & prudens, quia Chriſtianus: aut ideo Chriſtianus, quia prudens & bonus: cùm ſit humanius occulta manifeſtis adiudicare, quàm manifeſta de occulto præiudicare? Aliquos retro antè hoc nomen vagos, viles, improbos norant, emendatos repentè mirantur, & tamen mirari quàm aſſequi norunt. Alij tanta obſtinatione certant, vt cum ſuis vtilitatibus depugnent, quas de commercio iſtius nominis capere poſſunt: Scio maritum, vnum atque alium, anxium retro de vxoris ſuæ motibus, qui nè mures quidem in cubiculum introire pateretur, ſine gemitu ſuſpicionis ſuſtinebat, comperta cauſa nouæ ſedulitatis, & inuſitatæ captiuitatis, omnem vxori patientiam obruiſſe, negaſſe zelotypum, maluiſſe lupæ, quàm Chriſtianæ maritum. ipſi ſuam licuit in peruerſum demutare naturam, mulieri non permiſit in melius reformari. Pater filium de quo queri deſierat, exheredauit. Dominus ſeruum, quem prætereà neceſſarium ſenſerat, in ergaſtulum dedit: Simul quis intellexerit Chriſtianum, mauult nocentem. nam & ipſa per ſe traducitur diſciplina, nec aliunde prodimur, quàm de bono noſtro: ſi & mali de ſuo malo radiant, cur nos ſoli contra inſtituta naturæ peſſimi de bono denotamur? Quid enim inſignè præferimus, niſi primam ſapientiam, qua friuola humanæ manus opera non adoramus: abſtinentiam, qua ab alieno temperamus: pudicitiam, quam nec oculis contaminamus: miſericordiam, qua ſuper indigentes flectimur: ipſam veritatem, qua offendimus: ipſam libertatem, pro qua mori nouimus? qui vult intelligere qui ſint Chriſtiani, iſtis indicibus vtatur neceſſe eſt.

CAPVT V.

Nomen Chriſtiani Auaritiam, luxuriam, omne crimen excludit. Et qui criminoſi ſunt, ſola ſuperficie Chriſtiani ſunt. Et qui magno in bonorum numero pauci mali ſunt, bonorum præſtantiam ſua peruerſitate exaggerant & declarant.

V. Nomen. 1. in m.

QVOD ergo dicitis, Peſſimi, & probroſiſſimi auaritia, luxuria, improbitate; Non negabimus quoſdam: ſufficit & hoc ad teſtimonium nominis noſtri, ſi non omnes, ſi non plures: Neceſſe eſt in corpore, & quantum velis integro, aut puro, vt næuus aliqui effruticet, aut verrucula exſurgat, aut lentigo ſordeſcat: Cælum ipſum nulla ſerenitas tam colata purgat, vt non alicuius nubiculæ flocculo reſignetur: Modica macula in fronte, in parte quadam exemplari viſa, quo vniuerſitas munda eſt: Maior boni portio modico malo ad teſtimonium ſui vtitur. Cùm tamen aliquos de noſtris malos probatis, iam hoc ipſo Chriſtianos non probatis: Quærite, ſecta cui malitiæ deputatur? Ipſi in conloquio, ſi quando aduerſus nos, cur ille, inquitis, fraudator, ſi abſtinentes Chriſtiani? Cur immitis ſi miſericordes? adeo teſtimonium redditis, non eſſe tales Chriſtianos, dum cur tales ſint, qui dicuntur Chriſtiani, retorquetis. Multum diſtantiæ inter crimen, & nomen; inter opinionem, & veritatem. Nam & nomina ſic ſunt inſtituta, vt fines ſuos habeant inter, dici, & eſſe. quot denique Philoſophi dicuntur, nec tamen legem Philoſophiæ adimplent? Omnes nomen de profeſſionibus geſtant. Seducant nomen, ſine profeſſionis præſtantia, qui ſuperficie vocabuli infamant veritatem. Non ſtatim ſunt, qui dicuntur; ſed quia non ſunt, fruſtra dicuntur: & fallunt eos qui rem nomini addicunt, cùm de re, ſtatus nominis competat. Et tamen eiuſmodi, neque congregant, neque participant nobiſcum, facti per delicta denuò veſtri: quando nè illis quidem miſceamur, quos veſtra vis atque ſæuitia ad negandum ſubegit. Vtique enim facilius inter nos inuiti deſertores diſciplinæ, quàm voluntarij continerentur. Cæterùm ſine cauſa vocatis Chriſtianos, quos ipſi negant Chriſtiani, qui ſe negare non norunt.

CAPVT VI.

Leges Gentilium ſtultæ & iniuſtæ, quæ non inquiſita & ignorata geſta puniri volunt.

Per totum. V leges Gentilium 3. in f.

HIs propoſitionibus, reſponſionibuſque noſtris, quas veritas de ſuo ſuggerit, quotiens comprimitur, & coarctatur conſcientia veſtra, tacitæ ignorantiæ ſuæ reſtis, confugitis æſtuantes ad arulam quandam, id eſt legum authoritatem; quòd vtique non plecterent ſectam iſtam, niſi de meritis apud conditore legum conſtitiſſet. Quid ergo prohibuit apud exſecutores quoque legum proinde conſtare, cùm de cæteris criminibus; quæ ſimiliter et legibus arcentur ac puniuntur, niſi prius requiratur, pœna

ceſſat? verbi gratia homicidam, adulterum, lege: diſcutitur tamen de ordine admiſſi: Et tamen cognitum eſt omnibus genus facti. Chriſtianum puniunt leges: ſi quod eſt factum Chriſtiani, erui debet: nulla lex prohibet inquirere: atquin pro legibus facit inquiſitio: quomodo enim legem obſeruabis, cauendo quod lege prohibetur, adempta diligentia cauendi, per defectum agnoſcendi quid obſerues? nulla ſibi lex debet conſcientiam iuſtitiæ ſuæ, ſed eis à quibus captat obſequium: Cæterùm ſuſpecta lex eſt, ſi probari ſe non vult. Meritò igitur tamdiu iuſtæ in Chriſtianos, & reuerendæ, & obſeruandæ cenſentur, quamdiu ignoratur quod perſequuntur: meritò poſt agnitionem iniquiſſimæ repertæ, cum ſuis machæris, & patibulis, & leonibus deſpuuntur. Legis iniuſtæ honor nullus eſt. Vt opinor autem dubitatur de iniquitate legum quarumdam, cùm quotidie nouis conſultis, conſtitutiſque, duritias nequitiaſque earum temperetis.

CAPVT VII.

Non eſt credendum famæ, vt potè plurimùm incertæ, & mendaci: quæ Chriſtianis myſteriis imponit atrociſſima & incredibilia infanticidis, eſus humanæ carnis, & inceſtus crimina; quæ nec ab extraneis ſciri, nec à Chriſtianis, Ethnicis prodi potuerunt; nè tantorum criminum rei punirentur.

V. Chriſtiana religio. 18. in m. & ſeq.

* Apoc. 7. m. VNDE ergo, inquitis, tantũ de vobis famæ licuit, cuius teſtimoniũ ſufficerit forſitan conditoribus legum? Quis oro, ſponſor aut illis tunc, aut exinde vobis, de fide? ſama eſt. Nonnè hæc eſt *fama malum, quo non aliud velocius vllum*? cur malum, ſi vera ſemper ſit, non mendacio plùrimùm; quæ nè tum quidẽ cùm vera defert, à libidine mendacii ceſſat, vt non falſa veris intexat, adiiciens, detrahens, varietate confundens? Quid? quòd ea conditio illi, vt non niſi cum mentitur, perſcueret? Tamdiu enim viuit, quamdiu non probat quicquam: ſiquidem approbata cadit, & quaſi officio nuntiandi functa, decedit; exinde res tenetur, res nominatur: nec quiſquam dicit, verbi gratia, Hoc Romæ aiunt factum: aut Fama eſt, illum prouinciam ſortitum: ſed, ille prouinciam ſortitus eſt: &, Hoc factũ eſt Romæ. Nemo famam nominat, niſi incertus, quia nemo ſit famâ, ſed cõſcientia, certus: nemo famæ credit, niſi ſtultus, quia ſapiens non credit incerto. Fama quantacunque ambitione diffuſa eſt, ab vno aliquando ore exorta ſit neceſſe eſt, exinde in traduces quodammodo linguarum, & aurium ſerpit, & modicum originum vitium, rumores obſcurat: vt nemo recogitet, nè primum illud os mendacia ſeminauerit; quod ſæpè fit aut æmulationis ingenio, aut ſuſpicionis arbitrio, aut etiam noua mentiendi voluptate. Sed benè, quòd omnia tempus reuelat, teſtibus ſententiis, & prouerbiis veſtris, ipſáque naturâ, quæ ita ordinata eſt, vt nihil lateat, etiam quod ſama non prodidit. Videte qualem prodiciam aduerſus nos ſubornaſtis, quia quod ſemel detulit, tantoque tempore ad

* Apoc. c. 7. àp. fidem corroborauit, vſque adhuc probare non potuit. * Principe Auguſto nomen hoc ortum eſt: Tiberio, diſciplina eius inluxit: ſub Nerone, damnatio inualuit, vt iam hinc de perſona perſecutoris ponderetis. Si pius ille princeps, impii Chriſtiani: ſi iuſtus, ſi caſtus, iniuſti, & inceſti Chriſtiani: ſi non hoſtis publicus, nos publici hoſtes: quales ſimus damnator ipſe demonſtrauit, vtique æmula ſibi puniens: & tamen permanſit, eraſis omnibus, hoc ſolum inſtitutum Neronianum: iuſtum denique, vt diſſimile ſui auctoris. Igitur ætati noſtræ nondum anni CCL: Tot iniqui interea, tot cruces diuinitatem conſecutæ, tot infantiæ trucidatæ, tot panes cruentati, tot ſtrages lucernarum, tot errores nuptiarum: & adhuc Chriſtianis ſola fama decernit. Habet quidem grande fundamentum de vitio ingenii humani, fælicius in acerbis atrocibuſque mentitur: quantò enim proni ad malitiam, tantò ad mali fidem opportuni eſtis: facilius denique falſo malo, quàm vero bono creditur. Si quem tamen apud vos prudentiæ locum iniquitas reliquiſſet, ad explorandam famæ fidem, vtique iuſtitia poſcebat diſpicere, à quibus potuiſſet fama in

* Apoc. c. 8. vulgus, & ita in totum orbem dari: * Ab ipſis enim Chriſtianis non opinor, cùm vel ex forma, ac lege omnium myſteriorum, ſilentii fides debeatur: quantò magis talium, quæ prodita non euitarent interim, humana animaduerſione, præſentaneum ſupplicium? Si ergo non ipſi proditores ſui, ſequitur vt extranei: Oro vos, extraneis vnde notitia? cùm etiam iuſta, & licita myſteria omnem arbitrii extraneum caueant? niſi inlicita minus ſpernunt: Atquin extraneis tam honorare, quàm confingere magis competit... domeſticorum curioſitas furata eſt per rimulas, & cauernas. Quid? cùm domeſtici eos vobis prodant? omnes à nullis magis prodimur, quantò magis, ſi atrocitas tanta ſit, quæ iuſtitia indignationis omnem familiaritatis fidem rumpit, non potuerit continere, quod horruit, mens: quod expauit, oculus? Hoc quoque mirum, ſi & ille qui tanto impatientiæ

iure proſiluit, deferre, non & probare geſtit, & ille qui audiit, & non videre curauit: ſi-
quidem par fructus eſt & delatoris, ſi quod detulit probet: & auditoris, ſi quod audit, etiam
ſibi credat. Tunc, inquitis, primò delatum & exhibitum eſt, auditum, & inſpectum eſt,
atque exinde famæ commendatum. Hoc quidem ſuperſcendit omnem admirationem, ſi
ſemel deprehenſum eſt, quod ſemper admittitur: niſi deſiuimus iam talia factitare. at-
quin & idem vocamur, & in iiſdem deputamur, & de die redundamus quod plures, hoc
pluribus odioſi: magìs increſcit odium, increſcente materia. proficiente multitudine
reorum, quid ita non proficit multitudo nuntiatorum? * Quod ſciam, & conuerſatio * Apoc.c.8.
notior facta eſt: ſcitis & dies conuentuum noſtrorum: itaque & obſidemur, & opprimimur,
& in ipſis arcanis congregationibus detinemur. Quis vnquam tamen ſemeſo pueri ſuper-
uenit? quis in cruentato pane veſtigia dentium deprehendit? quis tenebris repentino lu-
mine irruptis, immunda aliqua, nè dixerim inceſta, indicia recognouit? Si præmio im-
petramus, nè tales in publicum extrahamur, quare & opprimimur? poſſumus & omnino
non extrahi: quis enim proditionem criminis alicuius, ſine crimine ipſo, aut vendit,
aut redimit? Sed quid extraneis ſpeculatoribus & indicibus detractem, quia talia obicia-
tis, quæ non ab ipſis nobis cum maxima vociferatione publicentur, aut ſtatim audita ſi
prius demonſtrantur, aut poſtea reperta ſi interim celentur? Sine dubio enim initiatum
volentibus, mos eſt prius ad magiſtrum, * ſacrorum vel patrem adire: tum ille dicet, In- * Apoc.c.9.
fans tibi qui adhuc vagetur neceſſarius qui immoletur, & panis aliquantum qui in ſan-
guine infringatur: præterea, candelabra quæ canes annexi deturbent, & offulæ quæ eoſ-
dem canes: ſed & mater aut ſoror tibi neceſſaria eſt. Quid ſi nullæ erunt? opinor legiti-
mus Chriſtianus eſſe non poteris? Hæc, oro vos, denunciata ab aliis ſuſtinent prodi?
Diuerſum opus. Non eſt ſcire illos: prius fallaciæ negotium perpetratur, ignaris & da-
pes, & nuptiæ ſubjiciuntur. Nihil enim vnquam retro de Chriſtianis myſteriis audierunt.
Tamen poſtea cognoſcant neceſſe eſt, vel aliis quos inducunt præminiſtranda. Cæterùm
quàm vanum eſt profanos ſcire, quod neſciat ſacerdos? Tacent igitur, & accepto ferunt;
& nihil tragœdiæ Thyeſtæ, vel Oedipodis erumpunt; & non protrahunt ad populum:
fide in miniſtros; & magiſtris, & de ipſis, potiores morſus jam doctis.... rapiunt. Si nihil
tale probetur, grande neſcio quid æſtimari oportet, cuius compenſatio tantarum atroci-
tatum tolerantia conſtat. Miſeræ atque miſerandæ Nationes, ecce proponimus vobis
diſciplinæ noſtræ ſponſionem: Vitam æternam ſectatoribus & conſeruatoribus ſuis ſpon-
det, è contrario * profanis & æmulis ſupplicium æternum æterno igni comminatur: ad * Apoc.c.8.
vtramque cauſam mortuorum reſurrectio prædicatur. Viderimus de fide iſtorum, dum in p.
ſuo loco digeruntur: Interim credite, quemadmodum nos: volo enim ſcire, ſi per talia
ſcelera adire parati eſtis, quemadmodum nos? Veni, ſi quis es, demerge ferrum in infan-
tem; vel ſi alterius officium eſt, tu modò ſpecta morientem animam antequam vixit,
certè excipe rudem ſanguinem in quo panem tuum faties, veſcere libenter: interea diſ-
cumbens dinumera loca vbi mater, aut ſoror torum preſſerit: nota diligenter, vt cùm
tenebræ inruerint, tentantes ſcilicet diligentiam ſingulorum, non erres, extraneam in-
curſans: piaculum feceris, niſi inceſtum. Hæc cum expunxeris, viues in æuum. Cupio
reſpondeas, ſi tanti facias æternitatem? immò idcirco nec credis, & iam ſi credideris, ne-
go te velle; & iam ſi velles, nego te poſſe. cur autem alii poſſint, ſi vos non poteſtis? cur
non poſſitis, ſi alii poſſunt? Impunitatem, æternitatem quanto conſtare vultis? An hæ
nobis omni modo redimendæ videntur? an alii ordines dentium Chriſtianorum, & alii
ſpecus faucium, & alii ad inceſti libidinem nerui? Non opinor: ſatìs enim id eſt nobis,
ſola veritate à veſtra poſitione diſcerni.

CAPVT VIII.

Chriſtianos eſſe quoddam tertium hominum genus, & præ cæteris atrox & crudele, probari non poteſt, niſi ex fabulis Gentilium, Pſammetichi Regis Ægypti crudelitate, qui primum linguam & hominum genus inueſtigauit, truncata cuiuſdam nutricis lingua duos infantes educantis.

V. Chriſtiana. Religio. 18. à m.

PLANE,* Tertium genus dicimur. Cynopæſnè aliqui, vel Sciapodes: vel aliqui de * Apoc.c.8.
ſubterranea Antipodes! Si qua iſtic apud vos ſaltem ratio eſt, edatis velim primum, in m.
& ſecundum genus, vt ita de tertio conſtet. Pſammethicus quidem putauit tibi ſe ingenio
exploratum, ſi de prima generis: dicitur enim, infantes recenti è partu ſeorſum à com-
mercio hominum alendos tradidiſſe nutrici, quam & ipſam propterea elinguauerat, vt in
totum exules vocis humanæ, non auditu formarent loquelam, ſed ſuo promentes, eam
primam nationem deſignarent, cuius ſonum natura dictaſſet: Prima vox BEKKOS

renuntiata eſt: Interpretatio eius, *Panis* apud Phrygas nomen eſt: Phryges primi genus exinde habentur. Sed hoc vnũ erit de vanitatibus veſtrarũ fabularum, non otioſè nobis retractandũ, quo fidẽ veſtrã vanitatibus, quã veritatibus deditã demonſtrare geſtimus. An omnino credibile ſit, tali membro delecto, vaſtato ipſius animæ organo, & vtique radicitus cæſo, caſtratis faucibus, quæ etiam extrinſecus periculosè vulnerantur, exinde tabo in præcordia refluente, poſtremò aliquamdiu ceſſantibus alimentis, vitam nutrici perduraſſe? Age nunc, perſeuerauerit Philomelæ medicamentis.... quam & ipſam prudentiores, non linguæ cæde, ſed pudoris rubore mutam interpretantur. ſi ergo vixit, potuit effutire aliquid obtuſum; & exarticulatum ſonum, tinnitumque, ſine modulatu labellorum, expanſo ore; lingua ſtupente; dè ſolis faucibus cogi licet: id fors tunc infantes, quia vnicum, facilius commenrati; paulò modularius, vt-pote linguatuli, in ventum alicuius interpretationis impegerint. Sint nunc primi Phryges, non tamen tertij Chriſtiani: quantæ enim aliæ gentium ſeries poſt Phrygas? Verùm recogitate, nè quos Tertium genus dicitis, principem locum obtineant, ſi quidem non vlla gens non Chriſtiana; itaque quæcunque gens prima, nihilominus Chriſtiana. Ridicula dementia, nouiſſimos dicitis, & tertios nominatis. Sed de ſuperſtitione, tertium genus deputamur, non de natione; vt ſint Romani, Iudæi, dehinc Chriſtiani. Vbi autem Græci? vel ſi in Romanorum ſuperſtitionibus cenſentur, quandoquidem etiam deos Græciæ Roma ſollicitauit; vbi ſaltem Ægyptij, & ipſi, quod ſciam, priuatæ curioſæque religionis? Porro, ſi tam monſtruoſi qui tertij loci, quales habendi, qui primo, & ſecundo antecedunt?

CAPVT IX.

Gentiles probat ſtultos pariter & ambitioſos, qui omnem cladem publicam imputant Chriſtianis, cùm ipſorum dij cultores ſuos à communibus calamitatibus non deffendant.

V. Chriſtiana Religio. 12. in m.

SED quid ego mirer vana veſtra, cùm ex forma naturali, concorporata & concreta intercesſit malitia, & ſtultitia, ſub eodem mancipe erroris? Sanè, quia non miror, enumerem neceſſe eſt, & vos recognoſcendo miremini, in quantam ſtultitiam incidatis, * qui omnis cladis publicæ vel iniuriæ nos cauſas eſſe vultis; ſi Tiberis redundauerit, ſi Nilus non redundauit, ſi cœlum ſtetit, ſi terra mouit, ... triua vaſtauit, ſi famis afflixit, ſtatim omnium vox, Chriſti .... tum. Quaſi modicum habeant, aut aliud metuere! Quid igitur? Opinor, vt contemptores deorum veſtrorum, hæc iacula eorum prouocamus. Vt ſupra edidimus, ætatis noſtræ nondum anni trecenti, quantæ clades antè id ſpatium, ſupra vniuerſum orbem, ad ſingulas vrbes, & prouincias ceciderunt? quanta bella externa, & inteſtina? quot peſtes, fames, ignes, hiatus, motuſque terrarum ſæculum digeſſit? vbi tunc Chriſtiani, cùm res Romana tot hiſtorias laborum ſuorum ſubminiſtrauit? vbi tunc Chriſtiani, cùm Hierennape, & Delphos, & Rhodos, & Creta inſulæ multis cum millibus hominum peſſum ierunt, vel quam Plato memorat maiorem Aſiam, aut Africam in Atlantico mari merſam: cùm Vulſinios de cœlo, Tarpeios de ſuo monte perfudit ignis; cùm terræ motu mare Corinthium ereptum eſt? cùm totum orbem cataclyſmus aboleuit? Vbi tunc non dicam contemptores deorum Chriſtiani, ſed ipſi Dei veſtri, quos clade illâ poſteriores, loca, oppida approbant, in quibus nati, morati, ſepulti ſunt, etiam quæ condiderunt: non aliàs enim ſuperfuiſſent ad hodiernum, niſi poſtuma cladis illius?* Sed relegere & reuoluere non curatis teſtimonia temporum, aliter vobis renunciata, inprimìs nè deos veſtros, iniuſtiſſimos pronuncietis, qui propter contemptores, etiam cultores ſuos lædunt: tunc enim voſmetipſos errare probatis, ſi deos traditis, qui vos à meritis profanorum non diſcernunt. Quòd ſi, vt vnus atque alius .... mus ait, idcirco vobis quoque iraſcuntur, quoniam de noſtra eradicatione negligitis, abſolutum eſt de infirmitate & mediocritate eorum: nam non iraſcerentur vobis in animaduerſione ceſſantibus, ſi ipſi exſequi poſſent. Quamquam & aliàs confitemini iſtud, ſi quando illos ſupplicio noſtro videmini vlciſci: Ab aliud, à maiore defenditur: Pudeat igitur deos ab homine defendi.

* Apol. cap. 40. in. p.

* Apol. cap. 40. in. m.

CAPVT X.

Retorques in Gentiles calumnias impoſitas Chriſtianis, & mutatas leges & diſciplinas veteres exprobras, maximè circa deorum cultum quem Gentiles ipſi peruertunt. Et quidem indigniſſimè contra Deos, Poëtæ, Philoſophi, tragœdi, comœdi inſultant.

V. Dij Gentium. 2. in m.

EFFVNDITE iam omnia venena, omnia calumniæ tela infligite huic nomini, non
ceſſabo vltra repellere: at poſtmodum obtundentur expoſitione totius noſtræ
diſciplinæ: nunc verò eadem ipſa de noſtro corpore vulſa, in vos retorquebo; eadem
vulnera criminum, in vobis defoſſa monſtrabo; quò machæris veſtris, admentatio-
nibuſque cadatis. Iam primò, quòd in nos generali accuſatione dirigitis, diuortium ab
inſtitutis maiorum; conſiderate etiam atque etiam, nè vobiſcum communicemus cri-
men iſtud. Ecce enim per omnia vitæ ac diſciplinæ corruptam, imò deletam in vobis
antiquitatem recognoſco. De legibus quidem iam ſupra dictum eſt, quod eas nouis de
die conſultis, conſtitutiſque obruiſtis. De reliqua verò conuerſationis humanæ diſ- * Apol. c. 6.
poſitione palàm ſubiacet, quanta à maioribus mutaueritis, cultu, habitu, apparatu,
ipſoque victu, ipſoque ſermone; nam priſtinum, vt rancidum relegatis. excluſa vbique
antiquitas in negotijs, in officijs. totam auctoritatem maiorum, veſtra auctoritas deie-
cit. Sanè, quod vobis magìs probro eſt, laudatis ſemper vetuſtates, & nihilominus re-
cuſatis; qua peruerſitate tant..... maiorum apud vos permanere probari debuerunt,
cùm ea quæ probatis, recuſetis? Sed & ipſum quod videmini à maioribus traditũ fide-
liſſimè cuſtodire & defendere, vel quo maximè reos nos tranſgreſſionis poſtulatis, de
quo totum odium Chriſtiani nominis animatur, deorum dico culturam, perinde à vo-
bis deſtrui ac deſpici oſtendam: niſi quòd non perinde: nos enim contemptores deo-
rum haberi nulla ratio eſt, quia nemo contemnit, quod ſciat omnino non eſſe.* Quod * Apol. c. 15.
omnino eſt, id contemni poteſt; quod nihil eſt, nihil patitur. Igitur quibus eſt, ab eis
patiatur neceſſe eſt. Quo magìs oneramini, credentes eſſe, & contemnentes; colentès
& deſpuentes, honorantes & laceſſentes. Licet etiam hinc recognoſcere, imprimìs,
cùm alij alios Deos colitis, eos quos non colitis, vtique contemnitis. prælatio alterius,
ſine alterius contumelia eſſe non poteſt, nec vlla electio, non reprobatione componi-
tur. qui de pluribus ſuſcipit aliquem, eum quem non ſuſcipit deſpexit. Sed, tot ac tanti
ab omnibus coli non poſſunt! Iam ergo tunc primò contempſiſtis, non veriti ſcilicet
ita inſtituere, vt omnes coli non poſſent. Atenim illi ſapientiſſimi ac prudentiſſimi
maiores, quorum inſtitutis renuntiare non noſtis, maximè in perſona deorum veſtro-
rum, ipſi quoque impij deprehenduntur. Mentior, ſi nunquam cenſuerant, Nè qui im-
perator fanum, quod in prælio vouiſſet, prius dedicaſſet, quàm Senatus probaſſet. * vt * Apol. c. 5.
contigit M. Æmilio, qui vouerat Alburno deo. vtique enim impiiſſimum, immò con-
tumelioſiſſimum admiſſum eſt, in arbitrio, & libidine ſententiæ humanæ locare hono-
rem diuinitatis, vt Deus non ſit, niſi cui eſſe permiſerit Senatus. * Sæpè Cenſores in- * Apol. c. 6.
conſulto populo adſolauerunt. certè Liberum patrem cum ſacro ſuo Conſules Senatus
auctoritate, non vrbe ſolummodo, verùm tota Italia eliminauerunt. Cæterũ, Serapem,
& Iſidem, & Arpocratem, & Anubem prohibitos capitolio Varro cõmemorat, eorum-
que ſtatuas à Senatu deiectas, nonniſi per vim popularium reſtructas, ſed tamen & Ga-
binius Conſul Kalendis Ianuarijs, cùm vix hoſtias probaret, præ popularium cœtu, quia
nihil de Serape, & Iſide conſtituiſſet, potiorem habuit Senatus cenſurã, quàm impetum
vulgi, & aras inſtitui prohibuit. Habetis igitur in maioribus veſtris, etſi non nomen, at-
tamen ſectam Chriſtianam, quæ Deos negligit. Horum; ſi vos ſaltem integrum hono-
ribus veſtris, rei eſſe læſæ religionis: ſed inuenio conſpiraſſe à vobis tam ſuperſtitionis,
quàm impietatis profectum. quanto enim irreligioſiores deprehendimini? * Priuatos * Apol. c. 15.
enim Deos, quos Lares, & Penates domeſticâ conſecratione perhibetis, domeſticâ li-
centiâ inculcatis, venditando, pignerando pro neceſſitate, ac voluntate. Eſſent quidem
tolerabiliora eiuſmodi contumaciæ ſacrilegia, niſi qu... [illegible] ... eo iam contumelioſiora; quod
modica. Sed aliquo ſolatio priuatorum & domeſticorum deorum querelæ iuuantur,
quod publicos turpius contumelioſiuſque tractetis. Iam primùm, quos in haſtarium re-
geſſiſtis publicanis ſubd...tis, omni quinquennio inter vectigalia veſtra proſcriptos ad-
dicitis. ſic Serapeum, ſic Capitolium petitur, addicitur, conducitur....... ſub eadem
voce præconis, eadem exactione quæſtoris. Sedenim agri tributo onuſti viliores, homi-
num capita ſtipendio cenſa, ignobiliora nam hæ ſunt captiuitate notæ pœna, Dei verò
qui magìs tributarij, magìs ſancti, immo qui magìs ſancti, magìs tributarij; maieſtas
conſtituitur in quęſtũ, negotiatio religione proſcribitur, ſanctitas locationẽ mendicat:
exigitis mercedem pro ſolo templi, pro aditu ſacri, pro ſtipitibus, pro oſtijs: venditis to-
tam diuinitatẽ, non licet eam gratis coli, plus denique publicanis reficitur, quàm ſacer-
dotibus. Non ſuffecerat vectigalium deorum contumelia, de contemptu ſcilicet æſti-
manda, nec contenti eſtis deis honorem non habuiſſe, niſi etiam quemcunque habetis,

depretietis aliqua indignitate. Quid enim omnino ad honorãdos eos facitis, quod non
etiam mortuis veſtris ex æquo præbeatis? extruitis deis templa, æque mortuis templa;
extruitis aras deis, æquè mortuis aras, eiſdem titulis ſuperſcribitis literas; eaſdem ſta-
tuis inducitis formas, vt cuique ars, aut negotium, aut ætas fuit: ſenex de Saturno, im-
berbis de Apolline, virgo de Diana figuratur, & miles in Marte, & in Vulcano faber
ferri conſecratur. Nihil itaque mirum ſi hoſtias eaſdẽ mortuis, quas & deis cæditis, eoſ-
deinque odores excrematis. Quis iſtam contumeliam excuſet, quæ vt aut mortuos cum
deis deputet? Regibus quidem etiam ſacerdotia adſcripta ſunt, ſacrique apparatus, vt
tenſæ, & currus, & ſoliſternia, & lectiſternia .... nie & ludi. Planè, quoniam illis cœlum
patet, hoc quoque non ſine contumelia deorũ. Primò quidem, quòd non decuerit alios
eis adnumerari, quibus datum ſit poſt mortem Deos fieri: Secundùm, quòd tam liberè
atque manifeſtè coram populo non peieraret contemplator Proculus in cœlũ recepti,
niſi contemneret quos deieraret, quàm ipſe, quàm ij qui ei peierare permittunt. con-
ſentiunt enim ipſi nihil eſſe quod deierant, immò inſuper & præmio afficiunt, quia pu-
blicè contempſerit periurij vindices. quamquam periurij apud vos vnuſquiſque purus
eſt. Immo iam per Deos deierandi periculũ euanuit, potiore habita religione, per Cæ-
ſarem deierandi, quod & ipſum ad offuſcationem pertinet deorum veſtrorum; facilius
enim per Cæſarẽ peierantes punirentur, quàm per vllum Iouem. Sed contemptus ho-
neſtior eſt, habens quandam ſuperbiæ gloriam. venit enim aliquando etiam de fiducia,
vel conſcientiæ ſecuritate, vel naturali ſublimitate animi. Deriſus verò quanto laſci-
uior, tanto denotatior ad contumeliæ morſum. *Recognoſcite igitur quã deriſores in-
*Apol. c. 14. ueniamini numinũ veſtrorũ, non dico quales ſitis in ſacrificando, quòd enecta, & tabi-
da quæque mactatis; de opimis autẽ, & integris, ſuperuacua eſui, capitula, & vngulas, &
plumarum, ſetarumque præuulſa, & ſi quid domi quoque habituri non fuiſſetis. Omi-
to quæ vulgæ, aut ſacrilegæ gulæ videbuntur, maiorũ prope religionem conuenire: at-
quin doctiſſimi, grauiſſimi, quatenus grauitas, atque prudentia, de doctrina proficere
credunt, & in reuerentiſſimi erga Deos veſtros ſemper exiſtunt, nec eis ceſſit literatura,
quàm vt aut turpia, aut vana, aut falſa de deis inſerat. Ab ipſo exordiar Homero veſtro:
eius vnda omnis, & omne æquor, cui quantum honorẽ additis, tantum deis veſtris de-
rogaſtis, magnificando qui de eis luſit. Adhuc meminimus Homeri: ille opinor eſt, qui
diuinã maieſtatem humanâ conditione tractauit, caſibus, & paſſionibus humanis Deos
imbuens, *qui de illis fauore diuerſis, gladiatoria quodammodo paria commiſit: Vene-
*Apol. 14. rem ſauciat ſagittâ humanâ, Martẽ tredecim menſibus in vinculis detinet, fortaſſe pe-
riturum; eadem Iouem penè perpeſſum à cœlitum plebe traducit, aut lacrimas eius ſu-
per Sarpedonem excutit, aut luxuriantem cum Iunone fœdiſſimè inducit, commenda-
to libidinis deſiderio, per commemorationem, & enumerationem amicarum. Exinde
quis non poetarum, ex auctoritate principis ſui, in Deos inſolens, aut vera prodendo,
aut falſa fingendo? Et tragici quidem, aut comici pepercerunt, vt non ærumnas, ac pœ-
nas Dei prætarentur? *Taceo de philoſophis, quos ſuperbia ſeueritatis, & duritia diſci-
*Apol. 14. plinæ ab omni timore ſecuros, nonnullus etiam afflatus veritatis, aduerſus Deos erigit:
denique & Socrates in contumeliam eorum quercum, & canem, & hircum iurat. nam
etſi idcirco damnatus eſt, cùm pœnituerit Athenienſes damnationis, diſcriminatores
quoque impenderit, reſtituitur teſtimonium Socrati; & poſſum retorquere, probatum
eſſe in illo, quod nunc reprobatur in nobis. Sed & Diogenes neſcio quid in Herculem
luſit, & Romani ſtili Diogenes Varro trecentos Ioues, ſeu Iuppiteres dicendũ eſt, ſine
capitibus inducit. *Cætera laſciuiæ ingenia, etiam voluptates veſtras per dedecus deo-
*Apol. 15. rum adminiſtrant. Diſpicite apud vos Lentulorum, & Hoſtiorum ſacrilegas venuſta-
tes, vtrum mimos, an Deos veſtros in ſtrophis & iocis rideatis? Sed & hiſtrionicas lite-
ras magna cum voluptate ſuſcipitis, quæ omnem fœditatem deſignant deorum. con-
ſtuprantur coram vobis maieſtates in corpore impuro: famoſum, & diminutum caput,
imago cuiuſlibet Dei veſtit. luget Sol filium fulmine extinctũ, lætantibus vobis. Cybe-
la paſtorem ſuſpirat faſtidioſum, non erubeſcentibus vobis, & ſuſtinetis Iouis elogia
modulari. Planè religioſiores eſtis in gladiatorum cauea, vbi ſuper ſãguinem humanũ,
ſuper inquinamenta pœnarum, proinde ſaltant Dei veſtri argumenta, & hiſtorias no-
centibus erogandis, aut in ipſis deis nocentes puniuntur. Vidimus ſæpè caſtratũ Attin
Deum à Peſſinunte, & qui viuus cremabatur, Herculẽ induerat. Riſimus & meridiani
ludi de deis luſum, quo Dis Pater, Iouis frater gladiatorũ exſequias cũ malleo deducit,
quo Mercurius, in caluitio pennatulus, in caduceo ignitulus, corpora exanimata iam,
mortemve ſimulantia è cauterio probat. Singula iſta, quæque adhuc inueſtigare quis
poſſit, ſi honorem inquietant diuinitatis, ſi maieſtatis faſtigium adſolant, de contemptu

vtique cenſentur, tam eorum qui eiuſmodi factitant, quàm eorum qui ita ſuſcipiunt. Quare neſcio, nè plus de vobis Dei veſtri, quàm de nobis querantur......... ex alia parte adulamini, redimitis ſi qua delinquitis, & poſtremò licet vobis in eos, quos eſſe voluiſtis: nos verò in totum auerſamur.

CAPVT XI.

Gentiles, Tacito Authore, finxerunt Chriſtianos contempto deorum cultu, Deum Aſinino capite colere; cùm ipſi omnis generis animalia colant.

V. Chriſtiana Religio 6.

NEc tantùm in hoc nomine, rei deſertæ communis religionis, ſed ſuperductæ Apol. 16. in
monſtruoſæ ſuperſtitionis. nam, vt quidam ſomniaſtis, caput aſininum eſſe Deum p.
noſtrum, hanc Cornelius Tacitus ſuſpicionem fecit. * Is enim in quarta Hiſtoriarum Apoc. c. 16.
ſuarum, vbi de bello Iudaico digerit, ab origine gentis exorſus, & tam de ipſa origine, in p. & ſeq.
quàm de nomine religionis, vt voluit, argumentatus; Iudæos refert in expeditione, vaſtis in locis aquæ inopia laborantes, onagris, qui de paſtu aquam perituri æſtimabantur, indicibus, fontibus vſos euaſiſſe, ita ob eam gratiam, conſimilis beſtiæ ſuperficiem à Iudæis coli. Inde opinor præſumptum, nos quoque vt Iudaicæ religionis propinquos, eidem ſimulacro initiari. Atenim idem Cornelius Tacitus, ſanè ille mendaciorum loquaciſſimus, oblitus affirmationis ſuæ, in poſterioribus refert, Pompeium magnum, Iudæis debellatis captiſque, Hieroſolimis templum adiſſe, & perſcrutatum nihil ſimulacri repperiſſe. Vbi ergo is Deus fuerit? vtique nuſquam magìs quàm in templo tam memorabili, præſertim omnibus præter ſacerdotibus clauſo, quò non vereretur extraneum. Sed quid ego defendam, profeſſus interim confeſſionem temporalem, omnium in vobis ex pari transferendorum? Credatur Deus noſter, aſinina aliqua perſona: certè negabitis vos eadem habere nobiſcum? Sane vos totos aſinos colitis, & cum ſua Epona, & omnia iumenta, & pecora, & beſtias, quæ perinde cum ſuis præſepibus conſecratis. Et hoc forſitan crimini datis, quòd inter cultores omnium, tantùm aſinarij ſumus.

CAPVT XII.

Fruſtra Gentiles exprobrant Chriſtianis cultum crucis, cùm eam ipſi in deorum ſuorum ſimulacris fingendis, tropæis & ſignis excolant.

V. Crux. 16. Circa. f.

SEd & qui nos crucis antiſtites affirmat, conſacraneus erit noſter. Crucis qualitas, Apol. 16. in
ſignum eſt de ligno: Etiam de materia colitis penès vos cum effigie. Quamquam m.
ſicut veſtrum humana figura eſt, ita & noſtrum ſua propria; viderint nunc liniamenta, dum vna ſit qualitas; viderit forma, dum ipſum ſit Dei corpus. Quòd ſi de hoc differentia intercedit, quantò diſtinguitur à crucis ſtipite, Pallas Attica, & Ceres Pharia, quæ ſine forma, rudi palo, & ſolo ſtaticulo ligni informis repræſentatur? Pars crucis, & quidem maius, eſt omne robur, quod de recta ſtatione defigitur. Sed nobis tota crux imputatur, cum antenna ſcilicet ſua, & cum illo ſedilis exceſſu. Hoc quidem vos inexcuſabiliores, qui mutilum, & truncum dicaſtis lignum, quod alij plenum, & ſtructum conſecrauerunt. Enimverò de reliquo integra eſt religio vobis integræ crucis, ſicut oſtendam. Ignoratis autem etiam originem iſtam deis veſtris, de iſto patibulo prouenisse: nam omne ſimulacrum, ſeu ligno, ſeu lapide deſculpitur, ſeu ære defunditur, ſeu quacunque alia locupletiore materia producitur, plaſticæ manus præcedant neceſſe eſt; plaſta autem lignum crucis in primo ſtatuit, quoniam ipſi quoque corpori noſtro tacita, & ſecreta linea crucis ſitus eſt: quod caput, emicat; quod ſpina, dirigitur; quod humerorum obliquatio........ Si ſtatueris hominem manibus expanſis, imaginē crucis feceris Huic igitur exordio, & velut ſtatumini argilla deſuper intexta paulatim membra complet, & corpus ſtruit, & habitum quem placuit argillæ, intus cruci ingerit: inde circino, & plumbeis modulis præparatio ſimulacri in marmor, in lutum, vel æs, vel quodcunque placuit Deum fieri, tranſmigratur: A cruce, argilla; ab argilla, Deus: quodammodo tranſit crux in Deum per argillam. Cruce igitur conſecratis, à qua incipitur conſecratur. Exempli gratia dictū erit, nempe de oliuæ nucleo, & nuce perſici, & grano piperis ſub terra temperato, arbor exſurgit in ramos, in comam, in ſpeciem ſui generis, eam ſi transferas, vel de brachiis eius in aliam ſubolem vratis, cui deputabitur quod de traduce prouenit? non illi grano, aut nuci, aut nucleo? Nam cùm tertius gradus ſecūdo adſcribitur, æquè primo ſecūdus, ſic tertius redigitur ad primū, tranſmiſſus per

ſecundum. Nec diutius ſuper iſto argumentandũ eſt, quando naturali præſcriptione, omne omnino genus, cēnſum ad originem refert; quantòque genus cenſetur origine, tantò origo conuenitur in genere. Si igitur in genere deorum, crucum originem colitis, hic erit nucleus, & granum primordiale, ex quibus apud vos ſimulacrorum ſiluæ propagantur. At manifeſta iam: Victorias, vt numina, & quidem auguſtiora, quantò lætiora, veneramini. Con .... one quid melius extollant, cruces erunt inteſtina quodammodo tropæorum. Itaque in victorijs, & cruces colit caſtrenſis religio, ſigna adorat, ſigna deierat, ſigna ipſi Ioui præfert. Sed ille imaginum ſuggeſtus, & totus auri cultus, monilia crucum ſunt. Sic etiam in cantabris atque vexillis, quæ non minore ſanctitate militia cuſtodit, ſiphara illa, veſtes crucum ſunt. Erubeſcitis, opinor, incultas, & nudas cruces colere.

CAPVT XIII.

Gentiles perperam imputant probro Chriſtianis cultum Solis, in die Dominico, & oratione verſus Orientem, quem & ipſi pariter colunt, quin etiam cum Iudæis communicant in cerimonijs.

V. Sol. 1. circa. f.

Apol. 16. à m. ALII planè humanius, Solem Chriſtianum Deum æſtimant, quòd innotuerit ad orientis partem facere nos precationem, vel die ſolis lætitiam curare. Quid vos minus facitis? Non plerique affectatione adorandi aliquando etiam cœleſtia, ad ſolis initium labra vibratis? Vos certè eſtis, qui etiam in la erculum ſeptem dierum ſolem recepiſtis, & ex diebus ipſum prælegiſtis, quo die lauacrum ſubtrahatis, aut in veſperam differatis, aut otium, & prandium curetis: quod quidem facitis, exorbitantes & ipſi à veſtris, ad alienas religiones: Iudæi enim feſti, ſabbata, & cœna pura, & Iudaici ritus lucernarum, & ieiunia cum azymis, & orationes litorales; quæ vtique aliena ſunt à dijs veſtris. Quare, vt ab exceſſu reuertar, qui ſolem, & diem eius nobis exprobratis, agnoſcite vicinitatem; non longè à Saturno, & ſabbatis veſtris ſumus.

CAPVT XIV.

Gentiles Iudæo cuidam apoſtatæ & impoſtori, Deum Chriſtianorum aſininum renuntianti credunt, & nobis inſultant, cùm ipſi Deos plurimos animalium capita vel pennas auium habentes colant.

V. dij Gentilium 7. in f.

Apol. 16. in f. NOVA iam de Deo noſtro fama ſuggeſſit. adeò nuper quidam perditiſſimus in iſta ciuitate, etiam ſuæ religionis deſertor, ſolo detrimento cutis Iudæus, vtique magìs poſt beſtiarum morſus, ad quas ſe locando quotidie toto iam corpore decutit; cùm incedit, picturam in nos propoſuit ſub iſta proſcriptione, ONOCHOETES. Is erat auribus canteriorum, & in toga, cum libro, altero pede vngulato; & credidit vulgus Iudæo. Quod enim aliud genus ſeminarium eſt infamiæ noſtræ? Itaque in tota ciuitate Onochoetes prædicatur. Sed & hóc, tamque heſternum, & auctoritate temporis deſtitutum, & qualitate auctoris infirmum, libenter excipiam ſtudio retorquendi. Videamus igitur, an hîc quoque nobiſcum deprehendamini. neque enim intereſt quâ formâ, dum de formâ ſimulacra curemus. Sunt penès vos, & canino capite, & leonino, & de boue, & de ariete, & hirco cornuti dij, caprigenæ, vel anguini, & alites plantâ, fronte & tergo. Quid itaque noſtrum vnicum denotatis? Plures Onochoetæ penès vos, deprehenduntur.

CAPVT XV.

Gentiles crudeliores infanticidæ Chriſtianis, & auidiores humanæ carnis & ſanguinis, ſæuitiam cum voluptate coniungentes.

V. Sanguis humanus. 3. in f.

*Apol. 9. in m. SI in deis æqualitate concurrimus, ſequitur vt ſacrificij, vel ſacri quoque inter nos diuerſitas nulla ſit, vt ex alia ſpecie comparationis ſatisfiat. Nos infanticidio litamus, ſiue initiamus: Vos, ſi de memoria abierunt, quæ cæde hominis, quæque infanticidijs tranſegiſſe, recognoſcetis ſuo ordine: nunc enim differimus pleraque, nè eadem videamur vbique retractare. Interim, vt dixi, ex alia parte non deeſt adæquatio: nam etſi nos aliter, tamen non aliter vos quoque infanticidæ, qui infantes editos enecantes, legibus quidem prohibemini, ſed nullæ magìs leges tam impunè, tam ſecurè ſub

omnium conſcientia, vnius æ . . . . tabellis eluduntur. Sed nec eo diſtant, ſi vos non ritu ſacri, neque Deo necatis: atquin hoc aſperius, quòd frigore, & fame, aut beſtiis . . . . ,tis, aut longiore in aquis morte demergitis. At & ſi quo . . . . diſſimilius penès vos ſit, eo adicite, quo veſtra pignora ex . . . . s, & ſupplebitur, immò ſupercerauabitur in vobis quicquid . . . . ratione defecerit. Sed de ea impietatis hoſtia dicimur . . . . . dum ita quoque in vobis recognoſcitur, vbi opportunius poſitum eſt, non multo ſecernimur à veſtra voracitate; ſi illa impudica eſt, noſtra verò crudelis; coniungimur ſi fortè naturâ, quà ſemper ſæuitia cum impudicitia concordat. Quamquam quid minus, imò quid non amplius facitis? parum ſcilicet humanis viſceribus inhiatis, quia viuos, & puberes deuoratis? parum humanum ſanguinem lambitis, quoniam futurum ſanguinem elicitis? parum infante veſcimini, quia infantem totum præcoquum perhautitis?

CAPVT XVI.

Non eſt quod Gentiles verecundos ſaltem in tenebris inceſtus Caſtiſſimis chriſtianis obÿciant, quos ipſi palàm exercent; & Oedipum inceſtum per ignorantiam ad miſſum flentem rident, & ludunt in ſcena, & in alio adoleſcente Romano iudicis authoritate compenſant.

V. Gentilium probra. 7. à m.

VENTVM eſt ad horam lucernarum, & caninum miniſterium, & ingenia tenebrarum. Quo in loco metuo nè cedã. Quid enim tale in vobis detinebo? Verùm iam laudate conſilium inceſti verecundi, quòd adulteram noctem commenti ſumus, nè aut lucem aut veram noctem contaminaremus; quòd etiam luminibus terrenis parcendum exiſtimauimus; quòd noſtram quoque conſcientiam ludimus: quodcunque enim facimus, ſi volumus, ſuſpicamur. Cæterùm inceſta veſtra, pro ſua libertate, & luce omni, & nocte omni, & totâ cœli conſcientiâ fruuntur, quodque felicius proueniat, cùm palam miſceatis inceſta toto conſcio cœlo, ſoli ipſi ignoratis: nos verò etiam in tenebris, ſcelera noſtra recognoſcere poſſumus.* Planè Perſæ, Cteſias edit, tam ſcientes, quàm non horrentes cum matribus liberè fiunt. ſed & Macedones, id quod probauerunt, palàm eſt factitare; ſiquidem cùm primus ſcenam eorum Oedipus intrauit, erucidatus oculos, riſu ac deriſu exceperunt: Tragœdus conſternatus retractâ perſonâ: Nunquid, ait, Domini, diſplicui vobis? reſponderunt Macedones: Immò tu quidem pulcrè. Aut ſcriptor vaniſſimus ſi finxit, aut Oedipus dementiſſimus ſi ita fecit; atque exinde alterum, ΕΛΑΥΝΕ, dicebat, ΕΙΣ ΤΗΝ ΜΗΤΕΡΑ. Sed, vna vel alia gens, quantula macula totius orbis? nos enim omnem infecimus ſolem, omnem polluimus oceanum! Date igitur aliquam nationem vacantem ab eis quæ omne hominum genus ad inceſtum trahunt. ſi qua gens concubitu ipſo, & ætatis, ac ſexus neceſſitate, nè dixerim libidine, & luxuria caret, ea erit quæ carebit inceſto: ſi qua ab humana conditione, priuatâ quadam naturâ remora eſt, vt neque ignorantiæ, neque caſui oppoſita ſit, ea erit quæ ſola Chriſtianis reſpondere conſtantius poſſit. Reſpicite igitur luxuriam inter errores, & ventos fluctuantem, ſi deſunt populi, quos ad hoc ſceleris incurſent lata vada, & aſpera erroris? Inprimis, cùm infantes veſtros alienæ miſericordiæ exponitis, aut in adoptionem melioribus parentibus, obliuiſcimini quanta materia inceſti ſubminiſtratur, quanta occaſio caſibus aperitur? Planè ex aliqua diſciplina ſeueriores, aut certo reſpectu eiuſmodi euentuum, à libidine temperatis, quocunque loco, domi, aut peregrè; vt non diſperſio ſeminum, & ſaltus vbique luxuriæ, neſcientibus filios edat, quos aut ipſi poſtmodum parentes, aut alij . . . . . . incurſent, quando etiam ætatum moderatio, libidine excluſa ſit. Quotcunque adulteria, quotcunque ſtupra, quotcunque publicatæ libidinis . . . . ſiue ſtatiuo, vel ambulatorio titulo, tot ſanguinis mixtiones, tot compagines generis, tot inde traduces ad inceſtum; vnde adeò mimis, & comœdis argumentorum venæ fluunt; vnde iſta quoque, talis antè tragœdia, erupit. Fuſciano præfecto Vrbi, iudicata punitione reatus, fortuitâ negligentiâ comitum vltra ianuam progreſſus iter, prætereuntibus tractus, domo excidit. Græculus (vel à limine) Græculo more captauerat (intrans.) inde mutatus Aſiæ ætate, Romam in venalicio refertur. emit imprudens pater, & vtitur Græco, dehinc, vt veſtia, adoleſcentem Dominus in agrum, & vincula legat. illic iamdudum pædagogus, & nutrix pœnas dabant. repræſentatur eis tota cauſa; referunt inuicem exitus ſuos. illi, quòd alumnus in pueritia periſſet. ille, ſe quoque à pueritia periſſe. Cæterùm, eodem euentu Romæ natum honeſtâ domo. forſitan & ſigna quædam retexuerit. Igitur, Dei voluntate, vt tanta ſæculo macula exprobraretur, ſpiritus de die concutit: tempora

Apol. c. 9 à m.

cum ætate reſpondent, aliquid & oculi de lineamentis recordantur, proprietates nonnullæ in corpore recenſentur. dominos, immò iam parentes, tantùm prolatæ inquiſitionis diligentia impellit. inueſtigatur venaliciarius, infeliciter inuenitur. reuelato ſcelere, parentes ſibi laqueo medentur. bona filio malè ſuperſtiti præfectus adſcribit, non ad hereditatem, ſed ad ſtipendium ſtupri, & inceſti. Satis erat vnum iſtud exemplum publicæ erubeſcentiæ eiuſmodi ſcelerum deliteſcentium in vobis. Nihil ſemel euenit in rebus humanis; ſemel planè erui poteſt. De ſacramentis noſtræ religionis opinor intentatis, & ſunt paria veſtris etiam non ſacramentis.

CAPVT XVII.

Gentiles plus rei ſunt læſæ maieſtatis imperatoriæ, ſuis factionibus & irriſionibus, quam Chriſtiani per eorum Genios non iurantes.

V. Imperator. 4. in f.

DE obſtinationibus verò, vel præſumptionibus, ſi qua proponitis, nè iſtæ quidem ad communionem comparationis abſiſtunt. Prima obſtinatio eſt, quæ ſecunda ab eis religio conſtituitur Cæſarianæ maieſtatis, quòd irreligioſi dicamur in Cæſares, neque

Apoc. 30. à p. imagines eorum repropitiando, neque genios dejerando: Hoſtes populi nuncupamur. Ita verò ſit; cùm ex vobis nationibus, quotidie Cæſares, & Parthici, & Medici, & Germanici fiant. Hoc loco Romana gens viderit, in quibus indomitæ, & extraneæ nationes. vos tamen de noſtris aduerſus noſtros conſpiratis. Agnoſcimus ſanè Romanam in Cæſares fidem! Nulla vnquam conjuratio erupit, nullus in ſenatu, vel in palatiis ipſis ſanguinis Cæſaris notam fixit! nulla in prouinciis affectata maieſtas! Adhuc Syriæ cadauerum odorib. ſpirant. adhuc Galliæ Rhodano ſuo non lauant. Sed omitto veſaniæ crimina, quia nec iſta Romanum nomen admittunt. Vanitatis ſacrilegia conueniam, & ipſius vernaculæ gentis inreuerentiam recognoſcam, & feſtiuos libellos, quos ſtatuæ ſciunt, & illa obliqua nonnunquam dicta à concilio, atque maledicta, quæ Circi ſonant. ſi non armis, ſaltim lingua ſemper rebelles eſtis. Sed aliud, opinor eſt, non iurare per genium Cæſaris. Dubitatur enim de perjuris iure, cùm nè per deos quidem veſtros ex fide dejeretis. Sed non dicimus, Deum imperatorem, ſuper hoc enim, quod vulgo aiunt, ſannam facimus. Immò quid Deum Cæſarem dicitis, & deridetis, dicendo quod non eſt; & maledicitis, quia non vult eſſe quod dicitis: mauult enim viuere, quàm Deus fieri.

CAPVT XVIII.

Stultè Gentiles obſtinationem & duritiem imponunt Chriſtianis, ſpe Reſurrectionis & immortalis gloriæ tormenta gaudenter ſubeuntibus; cum Gentiles tam dura pertulerint pro vana gloria, vt patet exemplis.

V. Martyres. 1. circa. f.

Apoc. 35. & 31. RELIQVVM obſtinationis in illo capitulo collocatis: quòd neque gladios, neque cruces, neque beſtias veſtras, non ignem, non tormenta, ob duritatem, ac contemptum mortis, animo recuſemus. At enim hæc omnia apud priores, majoreſque veſtros non contemni modò, ſed etiam magnâ laude penſari ac virtute didicerunt. Gladius quot, & quantos viros voluntarios! piget proſequi. Crucis verò nouitatem, numeroſæ, abſtruſæ, Regulus veſter libenter dedicauit. Regina Ægypti beſtiis ſuis vſa eſt. Ignes poſt Carthaginenſem feminam Aſdrubale marito in extremis patriæ conſtantiorem docuerat inuadere ipſa Dido. Sed & tormenta mulier Attica fatigauit tyranno negans: poſtremò, nè cederet corpus, & ſexus, linguam ſuam paſtam expuit, totum eradicatæ confeſſionis miniſterium. Sed veſtris iſta ad gloriam, noſtris ad duritiam deputatis. Deſtruite nunc gloriam majorum, quò nos quoque deſtruatis: contenti eſtote detrahere etiam laudi parentum ad præſens, nè nobis locum detis. De his forſitan & temporum qualitas, robuſtioris antiquitatis exegerit ingenia duriora: at nunc tranquillitas pacis, & ingenia mitiora, & mentes hominum etiam in extraneos.... Ergo, inquitis, veteribus vos comparate: nobis neceſse eſt in vobis odio proſequi, quod à nobis non probatur, quia nec inuenitur in nobis. Reſponde igitur ad ſingulas ſpecies. non eadem voce exempla depoſco. Si contemptu ſcilicet mortis, gladius de majoribus fabulas fecit, vtique non vitæ amore, gladio vos ad laniſtas auctoratis; ſed mortis nomen militiæ datis. Si feminæ alicui de beſtiis famoſa mors eſt, medio quotidie pacis, ſponte liberâ ad beſtias itis. Si crucem, configendi corporis machinam, nullus adhuc ex vobis Regulus pepigit, attamen iam ignis contemptus euaſit, ex quo ſe quidam proximè veſtiendum incendiali tu-

nica ad certum vſquequaque locum auctorauit. Si flagris mulier inſultauit, hoc quoque proximè inter venatorios ordine tranſcurſo, remenſus eſt, vt taceam de Laconica gloria.

CAPVT XIX.

Stultius Ethnici iudicium, pœnas & mercedes, & metempſychoſin credunt, quàm Christiani Dei iudicium extremum & reſurrectionem ad vitam, vel mortem æternam.

V. nouiſſima hominis. in f.

HVCVSQVE, opinor, horrenda obſtinationum Chriſtianarum; quæ ſi vobiſcum communicamus, ſupereſt deridenda perſonarum confetamus: quamquam de perſuaſionibus omnis obſtinatio noſtra præſtruitur: mortuorum enim præſumimus reſurrectionem. Spes reſurrectionis, faſtidium eſt mortis. Ridete igitur quantumlibet ſtupidiſſimas mentes, quæ moriuntur, vt viuant: ſed quò facilius rideatis, & reſolutius decachinnetis, arreptà ſpongià, vel interim linguà delete literas interim veſtras, quæ ſimiliter aſſeuerant animas in corpora redituras. Attamen quantò acceptabilior noſtra præſum- Apoc. 47. ptio eſt, quæ in eadem corpora rediturus defendit? vobis autem quantò vanius traditum in f. eſt, hominis ſpiritum in carne, vel mulo, aut pauone rediturum? Item, Iudicium annuntiamus à Deo pro cuiuſque meritis poſt interitum deſtinatum. id vos Minoi, & Radamantho adſcribitis, iuſtiore interim Ariſtide recuſato. Eo iudicio iniquos æterno igni, pios & inſontes amœno in loco dicimus perpetuitatem tranſituros. apud vos.... quoque Pyriphlegetontis, & Elyſii non alia conditio diſponitur. Nec Mythici, ac Poëtici ſoli talia canunt, ſed & Philoſophi de animatum reciprocatione, & iudicii diſtributione confirmant.

CAPVT XX.

Epilogo concludit, Gentiles debere Christianos diligere, ſaltem tanquam ſibi in impietate, & duritia ſimiles. Quòd ſi ex ipſa ſimilitudinis æmulatione, eos oderint, ſaltem non eos inaudità & inexcuſſà, & probatà cauſa, non iudicent; ſeipſos ſcrutentur, & emendent, & auferant trabem de oculo ſuo, vt arguant feſtucam in noſtro.

V. Gentilium probra. 9. in m.

QVONIAM igitur vſque, iniquiſſimæ Nationes, non agnoſcitis, immò inſuper execramini veſtros, ſi nihil inter nos diuerſitas habet, ſi vnum & eidem ſumus? Quia non audiſtis quod eſtis, date dextras potius, compingite oſcula, miſcete complexus, cruenti cum cruentis, inceſti cum inceſtis, coniurati cum coniuratis, obſtinati & vani cum æqualibus. pariter deorum numina læſimus, pariter indignationem eorum prouocamus. Habetis & vos Tertium genus, etſi non de tertio ritu, attamen de tertio ſexu. illud aptius de viro, & fœmina, viris & fœminis iunctum. Aut nunquid ipſo vos collegio offendimus? Solet æqualitas æmulationis materiam ſumminiſtrare. ſic figulus figulo, faber ſabro inuidet. Immò iam de fine ſimulata confeſſio redigit conſcientiam ad veritatem, & ad conſtantiam veritatis, nam omnia iſta in nobis ſolis erunt, & a nobis ſolis reuincuntur quibus inlata ſunt, agnitione ſcilicet diuerſæ partis, vnde ſcientia inſtructa, & conſilium inſpirat, & iudicium gubernat. Veſtra denique ſententia eſt, Nè cauſam quis iudicet, niſi duobus auditis. quod in nobis ſolis negligitis. naturæ vitio ſatisfacitis, vt quæ in nobis non refutetis, in aliis...... tis, aut quorum reatum in vobis memineritis, ea in alios iactetis...... opere occupatiores eritis, in extraneos caſti, in voſmetipſos inceſti. exertiores foris, ſubiecti domi. Hæc eſt iniquitas, vt gnari ab ignaris, abſoluti à reis iudicemur. [a] *Auferte ſtipulam de oculo veſtro, aut trabem de oculo veſtro, vt ſti-* a Luc 6.41. *pulam de alieno extrahatis.* emendate voſmetipſos prius, vt Chriſtianos puniatis: Niſi, 42. quod emendaueritis, non punietis, immò eritis Chriſtiani; immò ſi fueritis Chriſtiani, eritis emendati. Diſcite quod in nobis accuſetis, & non accuſabitis. recognoſcite quid in vobis non accuſetis & accuſabitis. Patet etiam hinc vobis, quantum aperire potuerimus, è paucis iſtis libellulis, erroris inſpectio, & veritatis recognitio. damnate veritatem, ſed inſpectam ſi poteſtis, & probare errorem, ſed repertum ſi putatis. Quòd ſi præſcribitur vobis, errorem amare, & odiſſe veritatem; cur quod amatis & oditis, non noueritis?

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI

AD NATIONES LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM.

Totus eſt in hoc libro Tertullianus in confutanda irridendaque tripartita Theologia Gentilium, quæ diuidit Deos in genus Phyſicum, Poſticum, & Gentile, ſiue ciuile. Et conuincit neque cælos & aſtra propter motum, nec elementa, vel homines mortales, & maxime crimino ſos, poſſe meritò deos reputari, neque rerum à Deo vero conditarum inuentores. Illudit etiam innumeræ turbæ deorum quos rebus omnibus, & actibus humanis ſeruientibus præficiunt. Adeò vt ridiculum ſit & impium dicere Romanum imperium à talibus diis foueri & propagari, quod vnus & verus Deus inſtituit, prouexit, & ad ſtatutum vſque tempus conſeruabit.

CAPVT PRIMVM.

Gentiles arguit, colentes deos ab hominibus factos; ridetque ſapientiſſimum authorem gentilium Varronem, omnem Theologiam, & deorum notitiam diuidentem in fabuloſam, phyſicam, & gentilem, ſiue ciuilem.

Vide Dijgentium. 1.

NVNC de deis veſtris, miſerandæ Nationes, congredi vobiſcum defenſio noſtra deſiderat, prouocans ipſam conſcientiam veſtram, ad cenſendum, an verè dei, vt vultis; an falſò, vt ſcire non vultis? Hæc enim materia eſt erroris humani, per artificem eius, nè ignorantia erroris....., quò magis rei ſitis. Patent oculi, nec vident; hiant aures, nec audiunt; cor ſtupet ſaliens, neſcit animus quod agnoſcit. Denique, ſi tantam peruerſitatem vna præſcriptione diſcuti liceret, in expedito eſſet nuntiatio, cùm omnes iſtos deos ab hominibus inſtitutos, non......... hinc excidere fidem veræ diuinitatis, quòd nihil vtique aliquando cœptum, diuinum videri jure poſſit. Sed enim multa ſunt, quibus tenetitas conſcientiæ obduratur in calloſitatem voluntarii erroris. Ingenti manu veritas obſidetur. at ipſa de ſua virtute ſecura eſt. quidni? quoſcunque vult de ipſis aduerſariis ſocios, protectoreſque ſibimet aſſumit, & omnem illam expugnatorum multidinem proſternit. Aduerſus hæc igitur nobis negotium eſt, aduerſus inſtitutiones majorum, auctoritates receptorum, leges dominantium, argumentationes prudentium; aduerſus vetuſtatem, conſuetudinem, neceſſitatem; aduerſus exempla, prodigia, miracula, quæ omnia adulterinam iſtam diuinitatem corroborauerunt. Quare ſecundùm veſtros commentarios, quos ex omni Theologiæ genere cepiſtis, gradum conſerens, quoniam major in huiuſmodi penès vos auctoritas litterarum, quam rerum eſt, elegi ad compendium Varronis opera, qui rerum diuinarum, ex omnibus retrò digeſtis, commentus, idoneum ſe nobis ſcopum expoſuit. Hunc ſi interrogem, qui inſinuatores deorum? aut philoſophos deſignat, aut populos, aut poëtas. Triplici enim genere, deorum cenſum diſtinxit: vnum eſſe phyſicum, quod philoſophi retractant; aliud mythicum, quod inter poëtas voluteturr; tertium gentile, quod populi ſibi quique adoptauerunt. Igitur cum philoſophi phyſicum coniecturis concinnarint, poëtæ mythicum de fabulis traxerint, populi gentile vltrò præſumpſerint, vbinam veritas collocanda? in coniecturis? ſed incerta conceptio eſt; in fabulis? ſed fœda relatio eſt; in adoptationibus? ſed paſſiua & municipalis adoptatio eſt. Denique apud philoſophos incerta, quia varia; apud poëtas omnia indigna, quia turpia; apud populos paſſiua omnia, quia volũtaria. Porro diuinitas, ſi veram retractes, ea definitione eſt, vt iſtud neque argumentationibus incertis colligatur, neque fabulis indignis contaminetur, neque adoptationibus paſſiuis iudicetur. haberi enim debet, ſicut eſt, certa, integra, communis, quia ſcilicet omnium. Cæterùm, quem Deum credam? quem ſuſpicio æſtimauit, quem hiſtoria jactauit, quem ciuitas voluit? Dignius multo neminem credam, quàm dubitandum, aut pudendum, aut adoptiuum.

CAPVT II.

CAPVT II.

Philoſophi Gentiles veri Dei timore deſtituti, qui eſt initium ſapientiæ, veram eius cognitionem habere nonpoſſunt: & licet ſcripturas ſanctas ex parte legerint, eas corruptas in ſuum ſenſum detorſerunt: ac in varias ſectas opinionum diuerſitate diuiſi ſunt.

V. ſcriptura ſancta. 4.

SED Phyſicorum auctoritas philoſophorum, vt mancipum ſapientiæ patrocinatur. Sanè mera ſapientia philoſophorum, cuius infirmitatem prima hæc conteſtatur, varietas opinionum, veniens de ignorantia veritatis. Quis autem ſapiens, expers veritatis, qui ipſius ſapientiæ ac veritatis patrem & dominum Deum ignoret? .... diuina aliàs enuntiatio Salomonis, [a] *Initium*, inquit, *ſapientiæ, metus in Deum.* Porro timoris origo, notitia eſt: quis enim timebit quod ignorat? Ita qui Deum timuerit, omnium notitiam & veritatem adſecutus, plenam atque perfectam ſapientiam obtinebit. * Hoc autem philoſophiæ non liquido ſucceſſit. licet enim per curioſitatem omnimodæ lit[illegible] turæ inſpiciendæ, diuinis quoque ſcripturis, vt antiquioribus, poſſint videri incurſaſſe, & inde nonnulla dempſiſſe, cum tamen .....nt, probant ſeſe aut omnia deſpexiſſe, aut non omnibus ...., nam & alias veritatis ſimplicitas per ſcrupuloſitatem ...... ve fide nutat, & ita accedente libidine gloriæ, ad proprii ingenii opera mutaſſe, per quod incertum abiit etiam quod inuenerant, & facta eſt argumentationum inundatio, de ſtillicidio vno, atque alio veritatis: inuento enim ſolummodò eo, non vt inuenerunt expoſuerunt, vt de qualitatis eius, & de naturâ, etiam de ſede diſceptent. Platonici quidem, curantem rerum, & arbitrum, & iudicem: Epicurei, otioſum & inexercitum, &, vt ita dixerim, neminem. poſitum verò extra mundum, Stoici: intra mundum, Platonici. quem non penitus admiſerant, neque noſſe potuerunt, neque timere, nec inde ſapere, exorbitantes ſcilicet ab initio ſapientiæ, id eſt, metu in Deum. Extant teſtimonia tam ignoratæ, quàm dubitatæ inter philophos diuinitatis. Diogenes conſultus, quid in cœlis agatur? Nunquam, inquit, aſcendi. Item, an dei eſſent? Neſcio, inquit, niſi vt ſint, expedire. Thales Mileſius, Crœſo ſciſcitanti, quid de deis arbitraretur? poſt aliquot deliberandi commeatus, nihil renuntiauit. Socrates ipſe deos iſtos, quaſi certus negabat. idem Æſculapio gallinacium ſecari quaſi certus iubebat. Et ideo cùm tam incerta & inconſtans definiendi de Deo philoſophia deprehenditur, quem potuit .... re eius, quem non liquidò tenebat determinare? De mundo .... dicimus? Hunc enim phyſicum theologiæ genus cogunt: q...... ta deos tradiderunt, vt Dioniſius Stoicus trifariam deos diuidat: vnam vult ſpeciem, quæ in promptu ſit, vt ſolem, lunam ...... aliam, quæ non compareat, vt Neptunum: reliquam, quæ de hominibus ad diuinitatem tranſiſſe dicitur, vt Herculem, Amphiaraum. Æquè Arceſilaus trinam formam diuinitatis ducit, Olympios, Aſtra, Titaneos: de Cœlo & Terra ex his, Saturno & Ope Neptunum, Iouem, & Orcum, & cæteram ſucceſſionem. Xenocrates Academicus bifariam facit, Olympios & Titanios, qui de cœlo & terra. Ægyptiorum plerique quatuor deos credunt, ſolem & lunam, cœlum ac terram. Cum reliquo igni ſuperno, deos ortos Democritus ſuſpicatur, cuius inſtar vult eſſe Naturam Zeno. Vnde & Varro ignem mundi animum facit, vt perinde in mundo ignis omnia gubernet, ſicut animus in nobis. Atqui vaniſſimè: nam cùm eſt, inquit, in nobis, ipſi ſumus; cùm exiuit, emorimur. Ergo & ignis cùm de mundo per fulgura proficiſcitur, mundus emoritur.

Eccli. 1. 16.

* Apol. 47. à p.

CAPVT III.

Gentiles perperam elementa mundi deos eſſe credidere, & cœlum & aſtra animalia à motu, diuina ſtulti cenſuerunt, à quibus dij quoque orti, animales, & mortales fuiſſe conuincuntur.

V. Dei vnius notitia. 3. in f.

HIS ita expeditis, videmus phyſicum iſtud ad hoc ſubornatum, vt deos elementa contendat, cùm ex his etiam alios deos natos alleget: Dei enim nonniſi de deis naſcerentur, quos quoniam in mythico, apud poëtas plenius ſuo loco examinabimus, tamen quod de ipſis interim retractandum eſt, quod ad præſentem ſpeciem facit, ſimul & de præſenti ſpecie ad ipſos ..... an oſtenſuri ſumus, deos nullo modo videri poſſe, qui de elementis nati dicuntur, vt jam hinc præiudicatum fit, deos elementa non eſſe, cum qui de elementis nati dicuntur, dei non ſunt: æquè demonſtrando, orta deos non eſſe ad illam agnatorum ſpeciem præſtruemus rectè, non eſſe defendi, quorum parentes, id eſt elementa, dei non ſunt. Scitum, Deum è Deo naſci, quemadmodum de non deo, non

Deum. Igitur, quod elementa contineat mundus iſte, vt ſummaliter tractem de vniueeſitate, partibus eius præminiſtrans; nam quæ conditio eius, eadem vtique erit & elementorum & membrorum, aut ab aliquo inſtitutus ſit neceſſe eſt, quà Platonis humanitas; aut à nullo, quà Epicuri duritia. Et ſi inſtitutus eſt, habendo initium, habebit & finem. ita quod aliquando non fuit ante initium, & quandoque non erit poſt finem, non capit vtique videri Deus, carens ſubſtantia diuinitatis, id eſt, æternitate, quæ ſine initio & fine cenſetur. Si verò inſtitutus omnino non eſt, ac propterea Deus habendus, quod vt Deus neque initium, neque finem ſui patitur, quomodo quidam aſſignant elementis, quæ deos volunt, generationem, cum Stoici negent quicquam Deo naſci? Item, quomodo volunt, quos de elementis natos ferunt, deos haberi, cùm Deum negent naſci? Itaque quod mundi erit, hoc elementis adſcribetur, cœlo dico, & terræ, & ſideribus, & igni, quæ deos & deorum parentes aduerſus negatam generationem Dei & natiuitatem fruſtra credi propoſuit Varro. & qui Vatto indicauerat animalia eſſe cœlum & aſtra. Quòd ſi ita eſt, etiam mortalia ſint neceſse eſt, ſecundùm animalis formam: nam etſi immortalem conſtat animam, ipſi hoc ſoli licebit, non etiam illi cui adnectitur, id eſt corpori. nemo autem negabit mortale corpus eſſe; cùm & contingamus ea, & contingamur ab ei certa corpora ex illis decidere videamus. Ergo ſi animalia, depoſitâ ratione animæ, quà corporum conditio, mortalia, non vtique dii elementa. Et tamen vnde animalia Varroni videntur elementa? Quoniam mouentur. Ac, nè ex diuerſo proponatur, multa alia mutueri, vt rotas, vt plauſtta, vt machinas cæteras, vltrò præuenit dicens, eò animalia credita, quòd per ſemetipſa mouerentur, nullo extri ſecus apparente motatore eorum aut minature, ſicut apparet qui totam compellit, & plauſtra voluit, & machinam temperat. Igitur niſi animalia, non mobilia per ſe. Porro allegans, quid non appareat, oſtendit quid quæſiſſe debuerat, id eſt, artificem & arbitrum motus; neque enim ſtatim non eſt, quod quia non videmus, non credimus eſſe. Immò eo altius inueſtigandum eſt quod non videatur, vt quod videatur, quale ſit ſcite poſſimus. Alioquin ſi tantùm ea quæ comparent, ideo eſſe creduntur quia comparent, quomodo deos etiam eos recipitis, qui non comparent? ſi autem videntur eſſe qui non ſunt, cur non ſint & qui non videntur? Motatorem dico cœleſtium rerum. Sint ergo & animalia, quia mobilia per ſe, & iam mobilia per ſe, quia non per alium; tamen illa non ſtatim Dei, quia animalia, ita nec ideo quia per ſe mobilia; aut quid vetat vniuerſa animalia, vt mobilia per ſe, Deos haberi? .... lià ſanè vanitate Ægyptiis licet.

CAPVT IV.

Stultè Gentiles Deos ſuos à motu & curſu dixerunt, cùm plerique ſint immobiles. Nec Zenonis materia Deus eſt, multò minus elementa ex ea facta. Nec ſol Deus eſt, aut qualibet aſtra, ſed Deus vnus verus immutabilis opifex mundi, quem ſi Thales contemplatus eſſet, non cœlum, in foueam non cecidiſſet.

V. mundus. 1. circa. f.

AIVNT quidam ptopterea Deos fuiſſe appellatos, quod θεῖν & σείεσθαι procurrete, ac motaſi interpretatio eſt. Sanè vocabulum iſtud non eſt alicuius maieſtatis; à curſu eniin, & motu, non ab diuinitatis denominatione ſormatum eſt. Sed cùm etiam ille vnus Deus quem colimus, Θεὸς cognominetur, nec tamen aut motus vllus, aut curſus eius appareat, quia nec viſibilis cuiquam ſit, palàm eſt, vt vocabulum iſtud .... ſumptum propriumque, quia ſenatiuum, diuinitatis inuentum .... interpretationis eius aſtutià veriſimilis eſt non à curſu & motu Θεοὺς dictos, ſed de appellatione veri Dei mutuatum, vti quos æque Deos excudiſſetis, Θεοὺς cognominaretis. Denique quàm ita ſit, probatio ſuppetit, cùm etiam vniuerſos Deos veſtros, in quibus nullius curſus aut motus officium denotatur, Θεοὺς communiter appelletis. itaque ſi æquè Θεοὺς æquè immobiles, diſceditur vocabuli intetpretatione pariter, & diuinitatis opinione, quæ à curſu, & motu modulata reſcinditur. Quòd ſi nomen iſtud proprium diuinitatis, & ſimplex, nec interpretatorium in illo Deo reprehenſum, in cætera quæ Deos vultis, docete etiam qualitatis inter illos eſſe conſortium, vt iure conſiſtat collegium nominis, communione ſubſtantiæ. Porro Θεὸς ille iam hoc ſulo, quòd non ſit in promptu, vacat à comparatione eorum quæ in promptu ſunt & vi ui, & ſenſui. ſed ſenſui ſatìs, quod eſt teſtimonii ad diuerſitatem occulti, & manifeſti renuntiatio; ſi elementa palàm propoſita omnibus; ſi contra Deus, nemini, quomodo poteris ex ea parte quam non vidiſti, quæ vides congredi? Cùm ergo non habes conjungere ſenſu, ... ratione, quid vocabulo conjungis, vt conjungas etiam poteſtate? Ecce enim Zeno quoque materiam mundialem à Deo ſeparat, vel eum per illam, tanquam mel per fauos tranſiſſe dicit. Itaque materia & Deus, duo

vocabula, duæ res. pro diſcrimine vocabulorum etiam res ſeparantur, etiam materiæ conditio, vocabulum ſequitur. quòd ſi materia non eſt, quia ſic & appellatio præſcribit, quomodo quæ ſunt in materia, id eſt elementa, dei habebuntur, cum membra à corpore alig.... eſſe non poſſint? Sed quid ego cum argumentationibus phyſiologicis? S....... aſcendere debuit de ſtatu mundi, non in incerta deſcen .... lo Platonica forma, quadratum eum, angulatumque com .... do circino rotundo ita collegit, quod ſine capite, ſolum credi laborat. Sed Epicurus qui dixerat, Quæ ſuper nos, nihil ad nos; cum & ipſe cœlum inſpicere deſiderat, ſolis orbem pedalem deprehendit. adhuc ſcilicet frugalitas & in cœlis agebatur. Denique vt ambitio profecit, etiam ſol aciem ſuam extendit, ita ... lum orbem majorem Peripatetici denotauerunt. Oro vos, quid ſapit conjecturarum libido? Quid probat tanta præſumptione aſſeuerationis otium, affectatæ moroſitatis eloquii artificio adornatum? Meritò ergo Mileſius Thales, dum totum cœlum examinat & ambulat oculis, in puteum cecidit ..... r, multum inriſus Ægyptio illi: In terra, inquit, nihil perſpiciebas, cœlum tibi ſpeculandum exiſtimas? Itaque caſus eius per figuram .... s notat, ſcilicet eos qui ſtupidam exerceant curioſitatem ..... naturæ, quam ptius in artificem eius & præſidem, in vacuum ..... ndum habituros.

CAPVT V.

Varronis Theologia Phyſica aberrat à vero, Deos, faciens elementa, cælos, aſtra Deo vero, omnium authori, & ex eius prouidentia, hominis vtilitati, vel caſtigationi famulantia.

V. Sol. 1. circa. f

QVIN ergo ad humaniorem aliquantò con ..... imut opinionem, quæ de communi omnium ſenſu, & ſimplici cog...... deducta videatur? Nam & Varro meminit eius, creditam præterea dicens elementorum diuinitatem, quòd nihil omnino ſine ſuffragio illorum gigni, ali, prouehi poſſit, ad vitæ humanæ, & terræ ſationem; quando nè ipſa quidem corpora, aut animas ſufficere licuiſſet, ſine elementorum temperamento, quo habitatio iſta mundi, circulorum conditionibus fœderata præſtatur, niſi quòd hominum incolatui denegauit enormitas frigoris, aut caloris. Itaque Deos credi: ſolem, qui diei de ſuo cumulet, fruges caloribus. p...... & annum ſtationibus ſeruet: lunam, ſolatium noctium, patrocinium menſium gubernaculis. item ſidera, ſignacula quædam temporum ad mutationem notandorum. ipſum denique cœlum, ſub quo omnia; terram, ſuper quam omnia, & quicquid illorum inter ſe ad commoda humana conſpirat. Nec tantùm beneficiis, fidem diuinitatis elementis conuenire, ſed etiam de diuerſis quæ tanquam de ira & offenſa eorum incidere ſoleant, vt fulmina, vt grandines, vt ardores, vt auræ peſtilentes: item diluuia: item hiatus motuſque terrarum. Et iure credi Deos, quorum natura honoranda ſit in ſecundis, metuenda ſit in aduerſis: domina ſcilicet juuandi & nocendi. Porro, ſi ita ſentiuntur in ..... conuerſatione, non perinde rebus ipſis quibus juuantur, ſiue læduntur, aut gratias referunt, aut querelas intendunt; ſed his ſub quorum ducatu & poteſtate operatio rerum decurrit. Nam in voluptatibus veſtris non tibiæ aut citharæ coronam ad præmium adiudicatis, ſed artifici, qui tibiam & citharam ſuauitatis temperet vi. Æquè, cùm quis valetudine malè eſt, non lanis, nec antidotis, aut malagmatis ipſis gratiam meminiſtis; ſed medicis, quorum operâ atque prudentiâ remedia proueniunt. Item in aduerſis, qui ferro ſauciantur, non gladium ipſum, aut lanceam accuſant; ſed hoſtem, vel latronem. Et quos .... tegulas aut imbrices arguunt, ſed vetuſtatem, ficut & naufragi non petris & fluctibus imputant, ſed procellæ. Meritò. Certum enim eſt, quodcunque eſt, ei adſcribendum, non per quod fit, ſed à quo fit; quia is eſt caput facti, & qui vt fiat, & per quid fiat, inſtituit. Et ſunt in omnibus rebus tres tituli iſti, quod eſt, per quod eſt, & a quo eſt; quia prius eſt, quiquid velit fieri, & quod poſſit, inueniri. Et ita rectè in cæteris agitis, auctorem conſiderantes. At in phyſicis contra naturam regula veſtra, qua in cæteris ſapientiam iudicatis, auferendo ſummum gradum auctoris, & quæ fiunt, non à quo fieri, ... ita credere contingit elementorum poteſtates & ar...eſſe, quæ ſunt ſeruitutes, & officia. Non in iſta inueſtigatione ali.....us artificis intus & domini, ſeruitutis autem non tendimus elementorum, ... operis eorum quas facis poteſtatis. Sed Dei non ſeruiunt: ea igitur quæ ſeruiunt, Dei non ſunt. Aut doceant vulgo fieri, vt de licentia paſſiuitatis, libertas approbetur; de libertate, dominatio; de dominatione, diuinitas intelligatur. Nam ſi omnia hæc ſuper nos certis curriculis, legitimis decurſibus, propriis ſpatiis, æquis vicibus ſub legis inſtar conſtituta voluendis temporibus, & exercendis temporum ducatibus occurrere

meminerunt, ... ex ipſa obſeruatione conditionum ſuarum; & fide operum & inſtantia .... & cura demutationum, memoriâ reciprocatorum, aliquam dominationem ſibi p æ ſſe perſuadeant vobis, cui apparere videatur vniuerſa negotiatio mundialis, perueniens ad humani generis vtilitatem, & ..... nem? Non enim potes dicere, ea ſibi agere iſta, ac ſibi curare, nec quicquam hominum causâ diſponere, cùm propterea defendas elementis diuinitatem, quòd ab illis aut iuuari te, aut lædi ſentias: nam ſi ſibi præſtant, nihil eis debes.

CAPVT VI.

Licet tolerabilior ſit Error Elementa & aſtra colentium, iuxta Phyſicorum Theologiam, quàm ſecundùm mythicam Poetarum, Deos commentitios adorantium, dij tamen eſſe non poſſunt creaturæ mutabiles, ortui, occaſus, defectibus obnoxia.

V. Sol. 1. in f.

AGE iam, conceditisnè diuinitatem non modò non ſeruiliter currere, ſed in primis integrè ſtare, neque minui, neque intercipi, neque corrumpi debere? Cæ..tum abiit omnis felicitas eius, ſi quid patitur vnquam. Ecce autem & aſtra intercidunt, & intercidiſſe ſe atteſtantur. Confitetur & luna quantum amiſerit, cùm reſumit. iam maiora eius detrimenta ſoletis in aquæ ſpeculo conſiderare, vt nihil amplius vllam .... credam quod magi norunt. Ipſe etiam ſol ſæpè defectione tentatus eſt. Fingite quaslibet rationes cœleſtium caſuum, non volet Deus aut minor fieri, aut eſſe deſinere. Viderint igitur humanæ .. ctrinæ patrocinia, quæ c. niectandi artificio ſapientiam mentiuntur, & veritatem. Nam aliàs natura ſic eſt, vt qui melius dixerit, hic verius dixiſſe videatur: non qui verius, is melius. Cæterùm cui res examinabitur, veriſimilius vtique dicet, elementa iſta ab aliquo regi, quàm vltro .....: igitur non Deos, quæ ſub aliquo. At ſi in iſto erratur, melius eſt ſimpliciter, quàm, vt phyſici, diligenter. Sed enim ſi ad mythic....... tes, melius iam in phyſico mortalitas errat, eis diuinitatem adſcribendo, quæ ſuper hominem putat ſitu, & vi, & magnitudine, & diuinitate ſentiri: quod enim ſuper hominem, credas Deo proximum.

CAPVT VII.

Gentilium Theologia Mythica ridicula & obſcœna, homines indignos cœlo donat, & tranſcribit in Deos.

V. Dij Gentilium. 10. circa. m.

CÆTERVM vt ad mythicum tranſeamus, quod poëtis deputatur, neſcio an tantum .... mediocritati noſtræ, an tanti de documentis diuinitatis conf..... . vt Mopſus Africanus, & Bœotus Amphiaraus. delibanda enim nunc eſt ſpecies iſt.., c... us ſuo loco ratio reddetur. Interim, hos certè homines fuiſſe, vel eò palam eſt, quod non conſtanter Deos illos, ſed heroas appellatis. Quid ergo contendimus? ſi addicenda mortuis diuinitas erat, non vtique talibus. Ecce vos, cum eadem licentiâ præſumptionis, ſepulcris regum veſtrorum cœlum infamatis, nonnè probatos quoſque iuſtitia, virtute, pietate, & omni bono, e.uſmodi conſecrationis ſolatio honeſtatis, contenti pro talibus etiam intideri peierantes. At è contrario impios, turpes etiam, priſtinis humanæ gloriæ præmijs aufertis, decreta eorum, & titulos lancinatis, imagines detrahitis, monetam repercutitis. Ille autem conſpector omnium, comprobator, immo largitor bonorum, tantæ indulgentiæ ſuæ ordinationem vulgo proſtituet, & plus diligentiæ atque iuſtitiæ hominibus licebit in diſtribuendis diuinitatibus ſapere? Mun..otes erunt regum & principum comites, quàm ſummi Dei? Atquin horretis & auerſa...int vagos, exules, ...s, debiles, ſordidè natos, inhoneſtè inſtitutos: contra inceſtos, adulteros, raptores, parricidas etiam legibus exerendis. Ridendum, an iraſcendum ſit, tales Deos credi, quales homines eſſe non debeant? Sed enim in iſto mythico genere, quod poëtæ ferunt, quàm incerti agitis circa conſcientiæ pudorem, & pudoris defenſionem. Nam quotiens miſe .... turpia, vel atrocia deorum exprobramus, allegationem poeti .... e vt fabuloſa d. f. nditis? quotiens vltro ſiletur de eiuſmodi poetica? Non modo non horretis, ſ.d inſuper honoratis, vtque in neceſſarijs artibus habetis. denique per hanc initiatricem literaturæ, ingenuitatis ſtudia producitis. Criminatores deorum poetas eliminari Plato cenſuit: ipſum Homerum ſanè coronatum .. uitate pellendum. At .um excipiatis illos, & retineatis, cu. non credatis talia tere..... us de deis veſtris? Igitur ſi creditis poe.., cur tales Deos colitis? Si ideo colitis, qu.a non

crediti poëtis, cur laudem mendacibus fertis, nec cauetis ne offendatis eos, quorum derrectatores honoratis? Sanè fides à poëtis non exigenda! Nonnè qui dicitis Deos poſt mortem factos, homines confitemini antè mortem? Quid ergo noui, ſi qui homines fuerint, humanis aut caſibus, aut criminibus, aut fabulis polluuntur? Non creditis poëtis! cùm de relationibus eorum, etiam ſacra quædam diſpoſuetitis? Cur rapitur ſacerdos Cereris, ſi non tale * Ceres paſſa eſt? cur Saturno alieni liberi immolantur, ſi ille ſuis pepercit? cur Ideæ maſculus amputatur, ſi nullus illi faſtidioſior adoleſcens, libidinis fruſtratæ dolore caſtratus eſt? cur Herculeum polluctum mulieres Lanuuinæ non guſtant, ſi nun mulierum cauſa p...... Mentiuntur ſanè poetæ! ſed non ideo quod talia geſſerint........ homines quas defuerint, nec quod diuinas adſcripſerint ſo..... diuinitatis, cùm interim vobis credibilius viſum eſt Deos fuiſſe, ſed nun tales; quàm tales, ſed non Deos. * Apol.c.15.

CAPVT VIII.

Theologia Gentilis quæ cultum cuiuſque Dei priuati vrbium, & Oppidorum docet, vilis eſt, ridicula, & Ægyptiaca ſuperſtitio ad beſtias vſque colendas deuecta, non contenta ſuo Serapi, ſiue Ioſeph prouido nutritore, niſi etiam Anubim ſemi-hominem & canem adoraret.

V. Dij Gentium. 2. circa. f.

SVPEREST gentile illud genus inter populos deorum, quos libidine ſumptos, non pro notitia veritatis, docet priuata notitia. Deum ergo exiſtimo vbique notum, vbique præſentem, vbique dominantem, omnibus colendum, omnibus demerendum. Atenim cùm illi quoque quos totus orbis communiter colit, excidant probationi veræ diuinitatis; quantò magis iſti, quos ne ipſi quidem municipes ſui norunt? Nam quæ idonea auctoritas præcucurrit eiuſmodi theologiæ, quam etiam fama deſtruit? Quanti ſunt qui norint viſu, vel audiru Arargatin Syrorum. Cæleſtem Afrorum: Varſutinam Maurorum: Obodan & Duſaren Arabum: Belenum, Noricum: vel, quos Varro ponit, Caſinienſium Deluentinum, Narnienſium Viſidianum: Athenienſium Numentinum: Æſculanorum Anchariam, & quam Præuerim: Vulſinienſium Nortiam quorum nè nominum quidem dignitas humanis cognominibus diſtat? ſatis rideo etiam Deos decuriones cuiuſque municipij, quibus honor intra muros ſuos determinatur. Hæc libertas adoptandorum Deorum, quouſque profecerit, Ægyptiorum ſuperſtitiones docent, qui etiam beſtias priuatas colunt ſp.... crocodilos, & anguem ſuum. Parum eſt, ſi etiam hominem conſecrarunt. Illum dico, quem non iam Ægyptus aut Græcia, verùm totus orbis...... Afti iurant; De cuius ſtatu quid conijci poteſt, apud noſtras literas, vt veriſimile videtur, poſitum eſt. Nam * Serapis iſte, quidam olim Ioſeph .... fuit de genere ſanctorum, iunior inter cæteros fratres, ſed excellſior. ...... ab ijſdem fratribus, per liuorem venum in Ægyptum datus, ſeruiebat in familia regis Ægyptiorum Pharao: à regina minus pudicâ deſideratus: ſed quia non obſequebatur, è contrario ab eadem delatus, à rege in carcerem datur. Illic ſomnia quibuſdam non perperam interpretatus, vim ſpiritus ſui oſtendit. Interea rex quoque ſomnia terribilia quædam illi, detractis quos conuocauerat, voluit exponere. Ioſeph expedimenta de carcere edocuit, ſomnium regi aperit: illos boues ſeptem opimiſſimos, defluentes, totidem annorum vbertatem ſignificare: Poſteriores æquè ſeptem ineptos, ſubſequentium ſeptem annorum inopiam. Prædicare itaque ſæpè de recondendis præſidijs in futuram famem, de copia priore. Credidit rex: exitus rerum & prudenrem, & ſanctum ſemper, & neceſſarium probauit. Itaque Pharao vniuerſæ Ægypto & frumentandæ, & exinde curandæ eum præfecit. Hunc Serapidem ex ſuggeſtu, quo caput eius ornatum, vocauerunt: cuius ſuggeſtus modialis figura, frumentationis memoriam obſignat; & curam frugum ſuper caput eius fuiſſe, ipſis ſpicis, quibus per ambitum notatur, apparet. Propterea & canem, quem apud inferos deputant, ſub dexterâ eius dicauerunt, quod ſub manu eius compreſſatus Ægyptiorum: & Phariam adiungunt, quam filiam regis Pharao deriuatio nominis eſſe demonſtrat: nam & tunc Pharao, inter cætera honorum & remunerationum, filiam quoque in matrimonium ei dederat. Sed quia & feras, & homines colere ſuſceperant, vtramque faciem in vnum Anubin contulerunt, in quo naturæ conditioniſque ſuæ potius argumenta videri poſſet conſecraſſe gens rixoſa, ſuis regibus recontrans, in extraneis deiecta, ſanè & gula, & ſpurcitia .... etiam ſerui ipſa. * Apol. 6. circa f.

CAPVT IX.

Arguit Varronem diuidentem Deos Romanorum in Deos certos & incertos. Ipſe verò partitur in Communes & proprios, in aſſumptos & factos ex hominibus, & natos ex ipſis hominibus dijs factis Deos. Cùm autem ob merita vitæ, Romani deificauerint mortales homines, Æneam & Romulum in multis indignos, plures melius meritos à diuinitate excluſerunt.

V. Dij Gentium. 5. circa. f.

HÆc ſecundùm tripertitam diſpoſitionem .... diuinitatis, aut notiora, aut ignoriora digeſſimus, vt poſſit iam videri ſatìs reſponſum de Phyſico genere, de Poetico, de gentibus. Et quoniam omnis ſubſtitutio, non iam Philoſophorum, nec poëtarum, nec populorum à quibus tradita eſt, ſed Dominantium Romanorum, à quibus occupata eſt, auctoritatem ſibi extruxit; alia iam nobis incidenda eſt humani erroris latitudo: immò ſilua cædenda, quæ vndique conceptis ſuperſtitionum ſeminibus, vitij pueritatem obumbrauit. Sed & Romanorum Deos Varro bifariàm diſpoſuit, incertos. & electos. Tantam vanitatem? Quid enim erat illis cum incertis, ſi certos habebant? niſi ſi atticos ſtupores recipere voluerunt? nam & Athenis ara eſt inſcri-
a Act. 17. 23. cripta, a *Ignotis Deis*. Colit ergo quis quod ignorat? Tùm ſi certos habebant, contenti eſſe debuerunt, nec electos deſiderare. In quo etiam inreligioſi deprehenduntur. Si enim Dei, vt bulbi, ſeliguntur; qui non ſeliguntur, re probi pronuntiantur. Nos verò bifariam Romanorum Deos recognoſcimus, communes, & proprios, id eſt, quos cum omnibus habent, & quos ipſi ſunt commenti. Et numquid hi ſunt publici, & aduentitij dicti? Hoc enim aræ docent, Aduentitiorum, ad fanum Carnæ. Publicorum, in Palatio. Quare? cùm communes Dei, quàm* Phyſico quàm in mythico comprehendan-
* tam. tur, actum eſt de iſtis ſpeciebus. De proprijs dicere ...... &. De Romanis ſtupeamus, tertium illud genus hoſtilium deorum ...... e eò quod nulla gens alia tantum ſibi ſuperſtitionis inuenerit, ... duas ſpecies dirigimus; alios de hominibus aſſumptos, alios inde conceptos. Igitur quoniam idem illis color ſuppetit conſecrationis mortuorum, tanquam ob merita vitæ, eandem & nos reſponſionem opponamus neceſſe eſt; neminem ex his quoque tanti fuiſſe. Patrē diligentem Ænean crediderūt, militē numquam glorioſum, lapide debilitatum: Quod telum quantum volgare, atque caninum, tanto ignobile volnus! Sed & proditor Patriæ Æneas inuenitur. tam Æneas, quàm Antenor. Ac ſi hoc verum nolunt, Æneas certè patriâ flagrante; dereliquit ſocios; feminæ Punicæ ſubijciendus, quæ maritum Haſdubralem, Æneæ timiditate ſupplicantem hoſti, non comitata, raptis ſecum filijs, formam & Patrem ſibi habere non in fugam ſapit, ſed in ignes ardentis Carthaginis, vt in amplexus patriæ pereuntis incubuit. Pius Æneas, ob vnicum Puerum, & decrepitum ſenem, Priamo & Aſtyanacte deſtitutis: Atquin Romanis magis deteſtandus, qui pro ſalute principum & domus eorum, aduerſus liberos, & coniuges, & omne pignus ſuum deierant. Conſecrat filium Veneris, & hoc Volcanus ſciens patitur, & Iuno concedit. Si veredi Parentum in cœlo ſedent, cur non Potiùs Argiui Iuuenes Dei habiti, quòd matrem, nè in ſacris piaculum committeret, plus quàm humano more, iugales prouexerunt? Cur non magìs dea, quæ magìs pia, illa filia Patris in carcere fame defecti vberibus ſuis educatrix? Quid aliud Æneæ glorioſum, niſi quòd prælio Laurentino nuſquam comparuit? Rurſus forſitan ſolito more, quaſi deſertor è prælio fugerit. Romulus æquè poſt mortem Deus, ſi quia vrbem condidit, Deus; & alij, vſque in feminas, vrbium auctores. Sanè Romulus & fratrem interfecit, & alienas virgines dolo rapuit. ideo Deus, ideo Quirinus eſt, quia tunc parentibus quiritatum eſt per illum! Quid Sterculus meruit ad diuinitatem? ſi agros ſtercoribus iuuando diligens fuit, Plus fimi Augias conferebat. Si Faunus Pici filius in ius agitabatur mente ictus, curari eum magis, quā conſecrari decebat. ſi Fauni filia pudicitia præcellebat, vt nè conuerſaretur quidem inter viros, aut barbariâ, aut conſcientiâ deformitatis, aut rubore inſaniæ paternæ, quanto dignior Bona Dea Penelopa, quæ inter tot viliſſimos amatores diuerſata, obſeſſam caſtitatem tenerè protexit? Eſt & Sanctus, propter hoſpitalitatem a rege Plotio fanum conſecutus: Potuit & Vlixes de humaniſſimo Alcinoo vnum amplius Deum vobis contuliſſe.

CAPVT X.

Scriptores Gentilium pudere debuerat in Deos referre Parentinam ſcortum Herculis, iactantem ſe coſunctam per ſomnum, Ganymedem chariorem Ioui quam Antinoum Adrianum.

V. Dij Gentilium. 10. circa. f.

AD fœdiora feſtino. Non Puduit Auctores veſtros de Larentina palàm facere ſcortum hæc meritorium fuit, ſiue dum Romuli nutrix, & ideo lupa, quia ſcortum; ſiue dum Herculis amica eſt, etiam mortui Herculis, id eſt, iam Dei. Nam ferunt, æditum eius ſolum forte in æde calculis ludentem, vt ſibi concluſorem, quem non habebat, repræſentaret, vnâ manu Herculis nomine, aliâ ex ſua perſona luſum iniſſe, ſi ipſe viciſſet, cœnulam, & ſcortulum ex ſtipitibus Herculis ſumeret: ſi verò Hercules, id eſt, manus altera, eadem Herculi exhiberet. Vicit manus Herculis. (id quoque potuit duodecim titulis eius adſcribi.) Æditus cœnam Herculi dependit, ſcortum Larentinam conducit: cœnat ignis, qui ſol, & ipſius Herculis co ....niaara conſumpſit: Larentina in æde ſola dormit ....de lenonio ludo iactitat ſe ſomnijs functã, & potuit, dum animo contemplatur, ſomnio pati. Eam de æde progredientem mane primo quidam Adoleſcens, tertius quod aiunt Hercules concupiſcit: ad ſe ....id dictum ſibi ab Hereule, vtique ....ceantur. non enim impune licue ....dem quoque ſcribit: mox illa prop .... per Herculem fuerat inſecuta, agrum .... diuinitatem & filiabus ſuis, quas vtipſas h ....dium à Larentina Romanorum numina digni .... ſola de tot vxoribus Herculi cara, ſola enim diues .... or Cerere quæ mortuo placuit. Tot exemplis & vo ....quis non Deus affirmari potuit? Quis denique Antinoo controuerſiam diuinitatis agitauit, quod decorior Ganymedes, aut Cariot ſuo amatori.....?apud vos mortuis cœlum, viam ab inferis,ad aſtra ſubigitis: Paſſ...... ea aſcendunt, nè multum putetis vos præſtare regibus veſtris.

CAPVT XI.

Gentiles vacuas vmbras Deos præfecerunt ſingulis hominis rebus & ſtatibus, conceptui, natali, nutritioni, &c.

V. Angelus. 4. in f.

NON contenti eos Deos aſſeuerare, qui viſi retro, auditi, contrectatique ſunt, quorum effigies deſcriptæ, negotia digeſta, memoria propagata, vmbras neſcio quas incorporales, inanimales, & nomina de rebus efflagitant, deoſque ſanciunt, diuidentes omnem ſtatum hominis ſingulis poteſtatibus ab ipſo quidem vteri conceptu; vt ſit Deus Conſeuius quidam, qui conſationibus concubitalibus præſit; & Fluuionia, quæ infantem in vtero .... hinc Vitumnus, & Sentinus, per quem viuiſcat infans & ſentiat........: dehinc Dieſpiter, qui puerum perducat ad partum. Cum prin........ & Candeliſera, quoniam ad candelæ lumina pariebant, & quæ .. ..us dictæ. Peruersè natos .... to Proſæ Carmentis eſſe prouin ....: & ab effatu Farmus,& alijs à lo ....nem ad cauendum ſuinminiſtrat ....rix & Albana, & vna Runcinia. Mirum . ... non eſſe prouiſos. Exinde & primi cibi ſum ....,Potina & Edula,& ſtatuendi infantis ſta ....do, Abeona,& Domiducam, & habent Edeam ....æ & Malam. Item voluntatis, Volumnum, Voletam ....Pauentinam, Pauoris: Spei Veniliam: Voluptatis, Volupiam............ntiæ, Præſtitiam: æquè ab actu Peragenorem: à Conſiliis Conſum: Iuuentam, nouorum togatorum: virorum iam, fortuna barbata........ nuptialibus diſſertam. Afferenda eſt, ab afferendis doubus ordinata :........ dor & Mutunus, & Tutunus, & dea Pertunda, & Subigus, & Prema...... Parcite Dei impudentes, luctantibus ſponſis nemo interuenit, ... quorum votum eſt, foris gaudentes erubeſcunt.

CAPVT XII.

Ridet vanitatem Gentilium circa deorum cultum, quorum varietatem primò diuidit, dehinc probat omnes fuiſſe homines, ab ipſo primo Deo Saturno, cuius originem fuiſſe probat; & Philologiam explodit, de tempore ab doctis eorum expoſitam, & de Saturno profert Sybilla teſtimonium, antiquius, & credibilius omnibus eorum labris.

V. Dij Gentilium. 5. circa. f.

ET quoniam vſque Deos..... quia differendum quales Deos receperitis, quantum * Apol.c.10. vobis erubes..... * Rideam vanitatem, an exprobrem cæcitatem, eſt admodum incertum. Nam quot Deos, & quos vtique producam? Maiores, an & minores? veteres, an & nuuicios? mares, an & feminas? cœlibes,an & le......? artifices, an & inertes?

ruſticos, an & vrbanos? ciues, an & peregrinos? Tot enim familiæ, tot nationes, cenſus bona fide quærunt, vt diſpici, & diſtingui, deſcribiſque non poſſint: vt quanto diffuſa res eſt, tanto ſubſtringenda nobis erit. & ideo, qui in iſta ſpecie vnum tuemur propoſitum, demonſtrandi illos omnes homines fuiſſe; non quidem vt cognoſcatis, nam quaſi oblita agitis; compendio, ab ipſa diſpiciendi ratione, ſummam originem generis illorum retractando, Origo enim, totius poſteritatis. Ea origo deorum veſtrorum, Saturno, vt opinor, ſignatur. Neque enim ſi Varro antiquiſſimos Deos Iouem, Iunonem, & Mineruam refert, nobis excidiſſe debet, omnem Patrem filijs antiquio-
* Apol.c.10. rem, tam Saturnum Ioue, quàm cœlum Saturno: * De cœlo enim & Terra Saturnus. & tamen cœli & Terræ originem omitto. Erant vnde cœlibes Dij & orbi, antequam mariti & parentes. Longo ſcilicet æuo creſcendum illis fuit ad tantam proceritatem. Denique, ſimul cœpit & cœlo vox inſoleſcere, & vbera Terræ lapilliſcere, faciunt nuptias inter ſe. Credo, aut cœlum deſcendit ad ſponſam, aut terra aſcendit ad ſponſum: Concepit tamen Terra de cœlo, & peperit illa Athos: Athos Saturnum: mira ratione. Vtri Parentum ſimilis? Sed & peperit; certè ante Saturnum neminem procreauerunt, niſi vnam poſtea opem, exinde de ſubole ceſſatum eſt. Nam Saturnus quidem cœlum caſtrauit dormientem, legimus cœlum genere maſculino: Ceterùm quomodo pater, niſi maſculinus? Sed & vnde caſtrandum? falx illi: Hoc ſ..l....? Nondum enim Vulcanus artifex ferri. Terra vero orbara diſtulit, etſi adhuc iuuenili ætate, alij nubere. Sed nec habebat cœlum ..... tamen niſi illam mare amplectitur, ſed olet ſalſuginem ...... aquis aſſueta. Ita Saturnus vnicus maſculus cœli atque Terræ. Sed ipſe pubeſcens ſorori ſuæ iungitur. Nondum leges quæ inceſta prohiberent, nec quæ parricidium plecterent. Itaque filios virili ſexu deuorabat; melius ipſe quàm lupi, ſi exponeret: Timebat ſcilicet, nè quis illorum de Paterna falce didiciſſet. Nato mox, & abalienato Ioue, ſaxum infantis ementiti deglutiuit Hoc ingenio diu ſecurus, tandem filio quem nondum digeſſerat, in tenebris adulto, oppreſſus, regnoque priuatus eſt. Hunc vobis patriarcham deorum, cœlum & Terra, poetis obſtetricantibus, procreauerunt. Sed eleganter quidam ſibi videntur Phyſiologicè per allegoricam argumentationem de Saturno interpretari; Tempus eſſe, & ideo cœlum & Terram parentes, vt & ipſos origini nullos, & ideo falcatum, quia tempore omnia derimantur. & ideo voratorem ſuorum, quòd omnia ex ſe edita in ſeipſum conſumat. Nominis quoque teſtimonium compellant: Cronium dictum græce, vt Chronon: Æquè Latini vocabul à ſationibus rationem ....nt, qui eum procreatorem coniectantur: per eum ſeminalia cœli in terram deferri: Opem adiungunt, quòd opem viuendi ſemina conferant: & quòd opere ſemina euadant. Quæ, oro, huius tranſlationem ...... ponas. Aut Saturnus fuit, aut Tempus? Quomodo Saturnus .... quomodo Tempus? vtrumque enim non potes, corporale in eo ...... mare. Quid autem prohibuit Tempus coli in ſua qualitate? .... hominis, aut fabulam hominis in ſua ſpecie, non in tempo....... ? Quid ſibi vult intellectio iſta, niſi fœdas materias mentitis argumentationibus colorare? Saturnum neque ideo qui .. d .... tempus, aut dum eum Tempus facis, iam nec hominem vis fuiſſe. Pla .... s omnino Saturnus in terris humanæ qualitatis apud veteres memorias recenſetur. Poteſt incorporaliter fingi quoduis, quod non fuerit omnino: vacat fingendi locus, vbi veritas eſt. Cùm autem Saturnum conſtat vixiſſe, fruſtra demutaris: non conceditur vobis, quem non negabitis fuiſſe hominem, qui neque Deus, neque tempus defendi poteſt. Exſtat apud literas veſtras vſquequaque Saturni Cenſus: legimus apud Caſſium Seuerum, apud Cornelios, Nepotem & Tacitum, apud Græcos quoque Diodorum, quiue alij antiquitatum canos collegerunt. Nec fidel ..ia veſtigia .... quam in ipſa Italia ſignata ſunt: Nam poſt plurimas terras, & Attica hoſpitia, Italiæ, vel, vt tunc vocabatur, Oenotriæ, conſedit: Exceptus ab Iano, ſiue Iane, vt ſi alij vocant: Mons quem coluerat, Saturnius dictus: vrbs, quam depalauerat, Saturnia vſque nunc eſt: tota denique Italia de Saturno vocabatur: Tali teſte, terram, quæ nunc dominatur orbi, etiamſi de origine Saturni dubitatur, de actu tamen conſtat hominem illum fuiſſe. Ita ſi homo Saturnus, proculdubio d....: Immò, quia homo, non vtique de cœlo atque Terra, ſed cui parentes ignoti, quibuſdam facilè illum deorum filium dici, quorum poſſunt omnes videre. Quis enim non cœlum ac Terram Patrem ac matrem venerationis gratia appellet? An ue conſuetudine humanâ, quâ ignoti quique, ex inopinato apparentes, de cœlo aduenisſe dicuntur. Proinde .....ſemper eg..... repentino, vbique inoleuit cœlitem dici. Nam & volgo generis incertos, Terræ filios iactitamus. Nihil allego de ſtatu antiquitatis, qua ... rudes tunc agebantur & oculi, & mentes hominum, & cuiuſlibet noui viri aſpectu, quaſi diuino commouerentur,

nedum

nedum & regis, & quidem primi. Adhuc de Saturno immorabor, quòd & cæteris compendium præſtruam, ſatiatâ primordiorum diſputatione: nec prætermittam potiora teſtimonia diuinarum literarum, quibus fides pro antiquitate ſuperior debetur. Antè enim ſibylla, quàm omnis literatura extitit. Illa ſcilicet ſibylla veri vera vates, & cuius vocabula dæmoniorum vatibus induiſtis. Ea Senario verſu in hunc ſenſum de Saturni proſapia, & rebus eius exponit: *Decimâ*, inquit, *geniturâ hominum, ex quo cataclyſmum prioribus accidit, regnauit Saturnus, & Titan, & Iamfetus, Terræ & cæli fortiſsimi filij*. Si qua ergo, vel vêſtris .... oribus literis veſtris ſuperioribus, ſed id circo magis proximis ..... in illius ætatis, fides adiacet.

CAPVT XIII.

Deos natos & mortales proinde conuincit, nec factos niſi ab hominibus Deos, nec ob merita; cùm Saturnus crudelis, Iupiter Inceſtus, libidinoſus & impius fuerit.

V. Dij Gentilium. 5. circa. f.

SATIS de Saturno & proſapia eius ..... um eſt, bomines fuiſſe: Tenemus compendium, in cæteros originis præſcriptionem, nè per ſingulos euagemur. Qualitas Poſteritatis à principibus generis oſtenditur, mortalia de mortalibus, terrena de terrenis, gradus ad gradus comparantur, nuptiæ, conceptus, natales concurrerunt, Patriæ ſedes, regna, monumenta l .... qui natos non poſſunt negare, mortuos credant: qui mortuos confitentur, Deos non putent. Sed enim manifeſtis vis ſua adſi[...]it: Quos à primordio non .... diuinitatem, affirmando illos poſt mortem Deos factos, vt Varro, & qui cum eo ſomniauerunt. * Hic igitur conſiſto: ..... alle .... in hoc nomen & numen, vt in ordinem ſenatorium, ... veſtra ...... cedari iam neceſſe eſt, aliquem ſummum dominatorem ...... allegendi poteſtatem, & quaſi Cæſarem: neque quiſquam alijs præſtare poteſt, qui non ipſe dominetur. Cæterùm ſi potuerunt Deos ſeſe facere poſt mortem, a... ..... deterioris conditionis ab initio eſſe voluerunt; aut ſi nemo eſt qui Deos fecerit, quomodo facti dicentur, qui non niſi ab alio fieri potuiſſent? Ita nullus vobis datur renuendi locus, eſſe mancipem quemdã diuinitatis. Perſpiciamus itaque cauſas allegendæ mortalitatis in cœlũ. Harum duplicẽ rationem credo profereris: Aut enim illu .... quis idem præſtans facit, vt habeat vel amminicula, vel munimenta, vel etiá ornamenta faſtigij ſui: aut meritorum neceſſitas .... s dignis quibuſque. Aliud quid ſuſpicari non datur. Nemo .... giendo alicui, aut non ſua, aut illius cauſa facit. Sed neque .... petere numini ineſt tanta & poteſtas, vt ſcilicet ..... faciat, & ſi tanta humanitas inrogetur, qui egeat operâ vel adiumento quorumdam, & quidem mortuorum, quo mirum magis, cum alios ſibi immortales inſtituere potuiſſet. Nec diutius de .... tus conquiret, qui humana diuinis comparauit, ſa .... rior opinio eſt, diſcuti debet, ſi Deus renimis .... buta ſi ptiſtinis viris .... recogitandum, quod exinde nemo dig .... ſi capere iam locus non poteſt. Tantis videlicet ....a meruerit antiquitas. Ergo an meruerit, re .... meruiſſe, proponat ipſius merita. Si quid in cunabulis ....litatis, Valent, ad ſuffragium diuinitatis, inceſtorum .... Opem & Saturnum fratres recepiſtis. Furtiuus Infans ..... ter indignus & tecto, & vbere humano, meritoque incre ..... tam mala manebant. Adultus denique qualemcumque genitorem .... liciſſimum, regem aurei ſcilicet ſæculi, ſub quo laboris inopiæ ...... æ pax quieſcebat: ſub quo nulli ſubigebant arua coloni, ... tellus nullo poſcente ferebat. Sed oderat Patrem inceſtum eius .... caſtratorem. Ecce autem & ipſe cum Sorore miſcetur, vt huic primũ dictum putem, τῶ πατρὸς τὸ παιδίον, Tam Pius pater, quam Pius filius ſi iam tunc legibus ageretur, in duos Culleos diuidi Iouem decuit ..... dubitaret, libidine ab inceſto corroborata, in leuiora, id eſt, ... & ſtupra diffundere? de quo Poëtica ſic luſitauit. * Quomodo ...... de fugitiuo palam factum ſolemus & operam eius percon...... abuſui nundinare, modo in pretia luxuriæ eum figurando .... bouem, aut pretium buuis penſauerit, & imbrem Pergulis ... aditum pecuniâ ruperit? modo in ſimilitudines actuum ip ......im, qui tapuit, cycnum, qui cantauerat. Adeò non fabulæ iſtæ ſunt de fa .... ſit an non Laſciu .... na hominum, quos ....emiſſa iam pridem à fide per incr .... non eſt nobis extenſius agendum. ſi enim & re .... pibus & proſeminatoribus ſuis morata plebs eademq .... natura, alibi auctoritas exigebat ſimilitudinem morum ......, quanto deterior, qui non melior? Priuato enim titulo Iouem optimum ...... tis, eſt & Vergilij æquus Iupiter optimus. Proinde inceſti in ſuos, impudici in extraneos, impij, iniuſti, cui nullam inſignem infami iam fabula reliquit .. Deus fieri non fuit dignus.

* Apol. 11.

* Apol. 11.

CAPVT XIV.

Gentiles ſtulti & Impij tranſcribentes in diuos Herculem Laſciuum, auarum Æſculapium, Theſeum Ariadnæ ſeruatricis ſuæ deſertorem.

V. Dij Gentilium. 10. circa f.

SED quoniam alios ſeorſum volunt in diuinitatem ab hominibus receptos, & diſtingui internatiuos, & factos, ſecundum Dionyſium Stoicum, de iſta quoque ſpecie adiciam. De ipſo quidem Hercule ...... ma reſponſionis, an dignus cœlo & diuinitate, ſie enim prov... ... meritis addicunt diuinitatem? ſi ob virtutem, quod feras conſtan .... rit, quid tam memorabile? nonne ludo puniti, vel etiam ad .. . arenariæ vilitatis plurimas in vnum, & quidem ſtudioſiores ..... eiunt? Si ob peragratum orbem, quantis & locupletibus dulcis .... ras, aut Philoſophis famulatoria mendicitas idem præſtitit? non meminerunt Aſclepiadem Cynicum vnicâ vacculâ, cuius & dorſo vehebatur, & ſi quando vbere alebatur, orbem totum oculis ſubegiſſe? ... etiam ad inferos adijt, quis hoc neſciat, Vi... in ad inferos omni.. .. .. as plu... mas .. ... ſi ille Pompeius .... qui nec ho... as al . . . . . . n vni in agnitum Byrſæ Cartha .... re: Quo magis Scipio quàm Hercules ob ...... ti deputatur. Adijcite potius Hercula .... tum, vxorum, & fœtas Omfales, & ob decori pueri amiſſi ... deſertam militiam Argonautarum: Adicite ad gloriam poſt turpitudinem tantam, etiam furias eius: Aut ctoratę ſagittas, quæ filios & vxorem confixerunt: Qui tunc d... nus rogo ſe ſe inrogaſſet præ dolore parri .... Qui ... ob Laſciuiam, venenum ... muentus, magis metu, quam honeſtâ morte moreretur. Hunc vos de pyrâ in cœlum ſubleuate tanta facilitate, qua & alium ignis & diuini confecit m... qui panra c ... ingenia commentus, dicebatur mortuos ad vitam recuraſſe.. ... filius, tam homo, quàm Iouis nepos, Saturni pronepos .. ſpurius vt incerto patre, ... Argiuus ... ates detulit...... repertum, turpius Ioue educatum, canino lacte et vbere . . . .. nemo

*Apol. c. 14 negare poteſt, fulmine hauſtus eſt * Malo Iupiter ſi fulmen ipſius eſt impius in nepotem, inuidus in artificem. Sed enim pi... .... um eius non occultarit, cupiditatem & auaritiam lucri ... .. atam, qua quidem ille vim ad mortem, non mortuum, præuaricatione venalis medicinæ agebar. Dicitur etiam mater eius eodem catu obiiſſe: merito ſam m..... beſtiam eſideraret, iſdem quaſi ſcalis ad cœlum erupiſſe. Et tamen Athenienſes ſcient eiuſmodi Dei ſacrificare. Nam Æſculapio & matri inter mortuos parentant, quaſi n... & ipſi Theſea ſum... ... nt. Mer. . . Deum, qui niſi conſeruatricem ſuam in littore peregrino dereliquit, eadem obliuione, immo amentia, quæ Patri cauſa mortis fuit.

CAPVT XV.

Stultitiam Romanorum irridet, homines mortuos inter aſtra referentes, ſingulis rebus & locis numina præficientes, rerum inuentores pro dijs colentes, & fœlicitatem Imperij Romani deorum cultum & protectioni imputantes non verè fortitudini bellicæ, vel Deo vero, qui regit omnia, dat omnia, & regna diſpenſat iuſto arbitrio.

V. Dij Gentium. 15. circa. f.

LONGVM foret recenſere etiam de illis quos in Sidera ſepeliſtis, & audacitet Dei .... tratis. Sic opinor digni de cœlo Caſtores, & Perſeus, & Erigona, quemadmodum & Iouis exoletus. Sed quid mirandum? etiam Canes, & ſcorpios, Cancros in cœlum tranſtuliſtis. Differo de his quos in oraculis .... . & teſtimonium hic dirum, qui & Triſtitiæ Deos arbitros eſſe voluis... ... dius, qui animam corpore viduet, quem intra muros eludi non permittendo, damnaſtis? Item cæculus, qui oculos ſenſu exanimet, Orbana, quæ in orbitatem ſemina extinguat, & ipſius mortis..... vt cætera tranſuolem, etiam locorum vrbis, vel loca, Deos ar . . . patrem, & diua Arquis, & lana, & montium ſeptemontium: ... illi faciunt, qui in iiſdem locis aras vel ædes habent, præterea .... in alieno loco, aut mercedibus habitant Taceo Aſcenſum .... & Leuicolam à cliuis. Taceo Deos Forculum, à foribus, & Cardeam à cardinibus; & liminum Limentinum, ſiue qui alij inter Vicinos ap .... num Ianitorum adorantur. Quid enim magnum? Cum & habeant in Lupanaribus, in Culinis, & in imo Carcere in L .. .. uaque propr.... .. . alijſque Romanorum Deis, quibus totius vitæ officia diſtribuuntur, taliter vt cæteris opus non ſit. Immò, cùm priuatim apud Romanos deputentur quos ſupra ſignauimus, nec facile ſotis cognitu, quomodo ea omnia quibus illos præeſ

ſe voluerunt, in omni genere humano, & in omni gente proueniunt? Vbi prædet eo- tum, non modò honore, ſed ipſa quoque notitia carent. Sed enim quidam fructus, & neceſſaria victui demonſtrauerunt? Quæſo vos, cùm dicitis inueniſſe illos, non confitemini prius fuiſſe quæ inuenirentur. Cur ergo non auctorem potius honoratis, cuius hæc dona ſunt: ſed auctorem transfertis in reperrores? ..... quàm inueniſſet, vtique auctori gratias egit, vtique illum Deum ſenſit: .... miniſterium inſtitutoris, à quo & ipſe inſtitutus eſt qui inuenit .... ſum quod inuenirentur. Ficum viridem Romæ nemo nouerat ..... .um Cato ſenatui intulit, vt quo iam prouincia hoſtilis eſſet, cui ſub ...... ſemper inſtabat exprimeret. * Ceraſum Cn. Pompeius de Ponto .... Italiæ prouolgauit. Potuerunt mihi nouorum apud Romanos pomorum ....ruiſſe præconium diuinitatis. Tam vanum hoc, quàm etiam .... commenta Deos haberi: quibus ſi comparentur noſtræ ætatis .... o dignius poſteris, quàm prioribus conſecratio competiſſet ... on in omnibus iam artificijs antiquitas exolcuit, vſu quotidiano inſtruente nouitatem: atque adeò quos ob artes ſanctiſi ...... in ipſis artibus & prouocatis in æmulis inſuperatos. * Denique ... toribus ſuis non negatis omnibus his quos Deos antiquitas voluit, Poſteritas c.. ...... ſuperſtitionum .... I.., præſumptio, cui .... bemus: Propterea ſcilicet Romanos totius orbis domi ...... ſe, quod officiis religionum meruerint domina ...... eis præualeant. Nimirum Sterculus ...... hoc Imperium .... ſeu Romanorum diſtin .... tem extraneo potius .... tores & deſtitutores in .... ti, Sepultique ſunt. * Ita nempe .... oblitus antrum illud idæum .... diſſimum odorem. Nonne omni Capitolio .... vt illa potius terra regnaret, ... poſthabita Samo dilecta, & vtique Æneadarum ignibus adoleri ...... *Hic illius arma, hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus eſſe, ſi qua facta ſinant, iam tunc tenditque fouetque.* Miſera aduerſus fata non valuit. Nec tamen tantum honoris Romani fatis decreuerint, vt debentibus Carthaginem ſibi, quantum Larentinæ. Si Dei iſti conferendi in pote ...... uit enim Iupiter Cretæ, & Saturnus Italiæ, & Iſis Ægypto .... regnauerunt, quibus etiam operati plerique traduntur. Itaque ...... mines facit, & dedititius Admeti Ciues Romanos imper ...... lem cultorem ſuum Crœſum ambiguis ſortibus fallendo .... timebat Deum Verum conſtanter prænuntiare regno exc ...., poteſtate regnandi quoque velut in vrbes ſuas tueri ....., potuiſſent. Si Romanis præſtitiſſe valuerunt, Cur Athenas à Xerxe Minerua non defendit? Vel cur Delfos de manu Pyrrhi Apollo non eruit? Seruarint vrbem Romanam, qui ſua perdiderunt? Si hoc Religioſitas Romana meruit. Atqui, non poſt ſummum imperium auitis iam rebus ſuperſtitio quæſita eſt? & ſi à Numa ſacra introducta ſunt, nondum tamen aut ſimulachris, aut templis res veſtras diuina fruſtrabant. *Frugi religio, & Paupertina ſuperſtitio, altaria temeraria, & vaſa ſordida, & nidor .... ex illis, & Deus ipſe nuſquam ..... religioſi, quàm maiores, quia religioſi. Atquin quomodo .... religionem, & Deorum profundiſſimam Curam imperium Romanis .... videri poſſit, quod læſis potius Deis auctum eſt? Niſi fallor enim, omne regnum vel imperium bellis quæritur, & bellis ampliatur. Porro .... ib & Dei vrbis, nam eædem Strages & mœnium, & templorum, pares cædes & Ciuium, & Sacerdotum, eædem rapinæ profanorum & ſacrorum. Tot ſacrilegia Romanorum, quot trophæa: tot de deis, quot de gentibus triumphi. Manent & ſimulacra captiua, & vtique ſentientes Deos non amant. Sed quia nihil ſentiunt, impunè læduntur & qui non læduntur, fruſtra adorantur. Itaque quorum Faſtigium .... adultum eſt, non poſſunt videri religionis meritis excreuiſſe .... nis ſiue lædendo creuerunt. Regnum vniuerſæ nationes temporibus habuerunt, vt Aſſyrij, vt Medi, vt Perſæ, vt Ægyptij .... aut penes quoſdam, & tamen qui amiſerunt, non ſine religionibus & Cultu, & de Propitiorum deorum mora .... Ceſſit vniuerſa penè dominatio. Sors temporum ita volutat ..... Quærite quis temporum vices ordinauit. Idem regnat, diſpenſat, & nunc penes Romanos eam ſummam, tanquam pecuniam de multis nominibus exactam in vnam arcam congregauit. Quid de ea ſtatuerit, ſciunt proximi ei.

*Apol. c. 11.

*Apol. 25.

*Apol. c. 25.

*Apol. c. 25.

Apol. c. 26.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI
IN LIBRVM DE ORATIONE,
ARGVMENTVM.

Orationis Dominicæ laudem, & expoſitionem, antequam fieret Hæreticus aggreſſus eſt; quem & Cyprianus imitatus eſt; & S. Hilarius vtriuſque in hac cauſa commentarij memor Canone 5. in Mathæum. Magdeburgenſes fruſtra ad Errorem Montaniſtarum referunt, quæ hoc libro tam lucidè de Sacroſancto Miſſæ Sacrificio, & corpore Domini ſcripſit; cùm Hilarius exertè dicat, hunc librum ab eo ſcriptum, antequam impingeret in hæreſim Montaniſtarum. Vt & conſtat prius ſcripſiſſe librum de Pœnitentia, quàm incideret in dogma Nouatianorum. Scriptionem huius libri Pamelius in eius vita retudit in Annum Chri. ducenteſimum primum, Zephyrini tertium, Seueri octauum. A quo diſcrepat Baro. vt prænotauimus, Victoris octauum, & Seueri ſeptimum, eidem Chri. Anno ſubſtituens.

CAPVT PRIMVM.

Orationem Dominicam ab ipſo Chriſto eius Asthore, & Noui Teſtamenti Diſcipulis traditore, commendat, quam & totius Euangelicæ Diſciplinæ compendium prædicat.

In p. V. Chri Magnalia. 1. & V. Oratio. 1 à p. V. lex noua. 1. circa. m. V. Oratio. 2. & in alphab. Errorum. V Ioannes. 1. in m. V. orationis conditiones. 10. à m. ad f. V. oratio. 6.

DEI ſpiritus, & Dei ſermo, & Dei ratio, ſermo rationis, & ratio ſermonis, & ſpiritus, vtrumque Ieſus Chriſtus Dominus noſter, nobis, diſcipulis noui Teſtamenti, nouam orationis formam determinauit. Oportebat enim in hac quoque ſpecie [a] *nouum vinum nouis vtribus recondi,*
Matth. 6.9. Luc. 11.1. *& nouam plagulam nouo adſui veſtimento.* Cæterùm quicquid retro fuerat,
a Matth. 9. 16. aut demutatum eſt, vt circumciſio: aut ſuppletum, vt reliqua lex: aut impletum, vt prophetia: aut perfectùm, vt fides ipſa. Omnia de carnalibus, in ſpiritalia renouauit noua Dei gratia, ſuperducto Euangelio expunctore totius retro vetuſtatis, in quo & Dei ſpiritus, & Dei ſermo, & Dei ratio approbatus eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus: ſpiritus quo valuit, ſermo quo docuit, ratio qua venit. Sic igitur oratio à Chriſto conſtituta ex tribus conſtitura eſt. ex ſermone, quo enuntiatur: ex ſpiritu, quo tantùm poteſt: ex ratione, qua ſuſcipitur. Docuerat & Ioannes diſcipulos ſuos adorare. ſed omnia Ioannis, Chriſto præſtruebantur, donec ipſo aucto, ſicut idem Ioannes prænun-
b Io. 3. 30. tiabat, [b] *illum augeri oportere, ſe verò deminui*, totum præminiſtri opus, cum ipſo ſpiritu tranſiret ad Dominum. Ideo nec exſtat in quæ verba docuerit Ioannes adorare, quòd
c Io. 3. 31. terrena cœleſtibus ceſſerint. [c] *Qui de terra eſt*, inquit, *terrena fatur; & qui de cœlis adeſt, quæ vidit, ea loquitur.* Et quid non cœleſte, quod Domini Chriſti eſt; vt hæc quoque
Matth. 6.6. orandi diſciplina? Conſideremus itaque, benedicti, cæleſtem eius ſophiam, in primis de præcepto ſecretè adorandi: quo & fidem hominis exigebat, vt Dei omnipotentis, & conſpectū, & auditum ſub tectis, & in abditis etiam adeſſe confideret: & modeſtiam fidei deſiderabat, vt quem vbique audire, & videre fideret, ei ſoli religionem ſuam offerret, ſequente ſophia in ſequenti præcepto. quod etſi proinde pertineat ad fidem & modeſtiam fidei, ſi non agmine verborum adeundum putemus ad Dominum, quem vltro ſuis proſpicere certi ſimus; attamen breuitas iſta, quod ad tertium ſophiæ gradum faciat, magnæ ac beatæ interpretationis ſubſtantia fulta eſt: quantùmque ſubſtringitur verbis, tantùm diffunditur ſenſibus. Neque enim propria tantùm orationis officia complexa eſt, venerationem Dei, aut hominis petitionem, ſed omnem penè ſermonem Domini, omnem commemorationem diſciplinæ, vt re-vera in oratione breuiarium totius Euangelij comprehendatur.

CAPVT II.

Orationis Dominicæ præfatio, fidem commendat, & Deum orari docet.

Per totum. V. Trinit. 1. Perſona Pater. 1.

INCIPIT à teſtimonio Dei, & merito fidei, quum dicimus, [a] PATER QVI IN COELIS ES. Nam & Deum oramus, & fidem commendamus, cuius meritum eſt hæc appellatio. Scriptum eſt, [b] *Qui in eum crediderint, dedit eis poteſtatem vt filii Dei vocentur.* Quamquam frequentiſſimè Dominus patrem nobis pronuntiauit Deum. immò & præcepit, [c] *nè quem in terris patrem vocemus, niſi quem habemus in cælis.* Itaque ſic adorantes etiam præceptum obimus. Fælices qui patrem agnoſcunt. Hoc eſt quod Iſraëli exprobratur, quod cœlum ac terram Spiritus conteſtatur; [d] *Filios*, dicens, *genui, & illi me non agnouerunt.* Dicendo autem patrem; Deum quoque cognominamus. Appellatio iſta & pietatis, & poteſtatis eſt. Item in patre filius inuocatur. [e] *Ego enim*, inquit, *& pater vnum ſumus.* Nè mater quidem Eccleſia præteritur. Si quidem in filio & patre mater recognoſcitur, de qua conſtat & patris, & filii nomen. Vno igitur genere aut vocabulo, & Deum cum ſuis honoramus, & præcepti meminimus, & oblitos patris denotamus.

a Matt. 6. 9.
b Io 1. 12. Matth. 7. 9. & c. 10. 29. & 16. 17. & 21. 13.
c Matth. 23. 9.
d Eſa. 1. 2.
e Io. 10. 30. Gen. 32. 29. Exo. 3. 6. 14 Matth. 21. 9

CAPVT III.

Prima petitione, quærimus, vt in nobis nomen Domini in ſeipſo ſanctum, ſanctificetur.

In p. V. Trinit. 1. Perſona, Pater. 1. à p. V. nomen. Dei. 2.

NOMEN Dei patris nemini proditum fuerat. Etiam qui de ipſo interrogauerat Moyſes, aliud quidem nomen audierat. Nobis reuelatum eſt in filio. Iam enim filius nouum patris nomen eſt. [a] *Ego veni*, inquit, *in nomine patris.* Et rurſus, [b] *Pater glorifica nomen tuum.* Et apertius, *Nomen tuum manifeſtaui hominibus.* Id ergo vt SANCTIFICETVR poſtulamus. Non quòd deceat homines benè Deo optare, quaſi ſit & alius de quo ei poſſit optari aut laboret niſi optemus. Planè [c] *benedici Deum omni loco ac tempore* condecet, ob debitam ſemper memoriam beneficiorum eius ab omni homine. Sed & hoc benedictionis vice fungitur. Cæterùm quando non ſanctum & ſanctificatum eſt per ſemetipſum nomen Dei, cùm cæteros ſanctificet ex ſemetipſo? Cui illa [d] *angelorum circunſtantia non ceſſant dicere, Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Proinde igitur & nos angelorum, ſi meminerimus, candidati iam hinc cœleſtem illam in Deum vocem, & officium futuræ claritatis ediſcimus. Hoc quantum ad gloriam Dei. alioquin quantùm ad noſtram petitionem, cùm dicimus, [e] *Sanctificetur nomen tuum*, id petimus vt ſanctificetur in nobis, qui in illo ſumus: ſimul & in cæteris quos adhuc gratia Dei expectat, vt & huic præcepto pareamus, [f] *orando pro omnibus, etiam pro inimicis noſtris.* Ideoque ſuſpenſa enuntiatione non dicentes; Sanctificetur in nobis, in omnibus dicimus.

a Io. 5 42 & Io. b. 12. 28. Io. 17. 6. Matth. 6 9.
b Pſal. 33. 1.
c Pſal 103. 2
d Eſa. 6 3. Apoc. 4. 8.
e Matth. 6. 9
f Matth. 5. 44.

CAPVT IV.

Secunda petitio poſcit vt voluntas Dei planè in nobis fiat, tam in terra noſtra, id eſt carne, quàm in cælo, id eſt ſpiritu; & cum Dei voluntas ſit ſalus noſtra, tam hic in terra, quàm illic in cælo, ſalui ſimus. Nec quicquam etiam in aduerſis mali nobis Dei voluntate venire credamus. & exemplo Chriſti patientia nos, Dei voluntati conformantes, offeramus.

Per totum. V. Dei voluntas. 2.

SECVNDVM hanc formam ſubjungimus, [a] FIAT VOLVNTAS TVA IN COELIS ET IN TERRA, non quòd aliquis obſiſtat quo minus voluntas Dei fiat, & ei ſucceſſum voluntatis ſuæ oremus, ſed in omnibus petimus fieri voluntatem eius. Ex interpretatione enim figurata carnis & ſpiritus, nos ſumus cœlum, & terra. Quamquam etſi ſimpliciter intelligendum eſt, idem tamen eſt ſenſus petitionis, vt in nobis fiat voluntas Dei in terris, vt poſſit ſcilicet fieri & in cœlis. Quid autem Deus vult quàm incedere nos ſecundùm ſuam diſciplinam? Petimus ergo ſubſtantiam, & facultatem voluntatis ſuæ ſubminiſtret nobis, vt ſalui ſimus & in cœlis, & in terris; quia ſumma eſt voluntatis eius, ſalus eorum quos adoptauit. Eſt & illa Dei voluntas, quam Dominus adminiſtrauit prædicando, operando, ſuſtinendo. Sic enim ipſe pronuntiauit, *non ſuam, ſed Patris facere ſe voluntatem.* Sine dubio quæ faciebat, ea erant voluntas patris, ad quæ nunc nos velut ad exemplaria prouocamur, vt prædicemus, & operemur, & ſuſtineamus ad mortem vſque. Quæ vt implere poſſimus, opus eſt Dei voluntate. Ita dicentes, *Fiat voluntas tua*, vel eò nobis benè optamus, quòd nihil mali ſit in Dei voluntate, etiam ſi quid pro meritis cuiuſque ſecus irrogatur. Iam hoc dicto, ad ſufferentiam noſmetipſos præmonemus. Dominus quoque cùm ſub inſtantiam paſſionis, infirmitatem carnis demonſtrare iam in ſua carne voluiſſet, [b] *Pater*, inquit, *transfer poculum iſtud. Et recordatus, niſi quod mea non, ſed tua fiat voluntas.* Ipſe erat voluntas, & poteſtas patris; & tamen ad demonſtrationem ſufferentiæ debitæ, voluntati ſe patris tradidit.

a Matth. 6. 10.
Io. 6. 39.
Io. 6. 38.
b Luc. 22. 42

CAPVT V.

Cùm ſemper regnet, petimus vt nobis cito regnum eius, conſummatio ſæculi, & reſurrectio adueniat à Martyribus exoptata.

Per totum. V. Regnum Dei. 2.

Matth. 5. 10. a Prou. 21. 1. VENIAT quoque REGNVM TVVM, ad id pertinet, quod & *Fiat voluntas tua*, in nobis ſcilicet. Nam Deus quando non regnat? [a] *in cuius manu cor omnium regum eſt.* Sed quicquid nobis optamus, in illum auguramur, & illi deputamus, quod ab illo expectamus. Itaque ſi ad Dei voluntatem, & ad noſtram ſuſpenſionem, pertinet regni Dominici repræſentatio, quomodo quidam protractum quendam ſæculo poſtulant? cùm regnum Dei, quod vt adueniat oramus, ad conſummationem ſæculi tendat? Optamus maturius regnare, & non diutius ſeruire. Etiam ſi præfinitum in oratione non eſſet, de
b Heb. 4. 11. poſtulando regni aduentu, vltro eam vocem protuliſſemus, [b] *feſtinantes ad ſpei noſtræ*
c Apoc. 6. 9. 10. *complexum.* [c] *Clamant ad Dominum inuidia animæ martyrum ſub altari: Quouſque non*
d Matth. 6. 10. *vlciſceris, Domine, ſanguinem noſtrum de incolis terræ?* Nam vtique vltio illorum à ſæculi fine dirigitur. Immò quàm celeriter [d] *veniat, Domine, regnum tuum:* Votum Chriſtianorum, confuſio nationum, exultatio angelorum, propter quod conflictamur, immo potius propter quod oramus.

CAPVT VI.

Panem carnis, eique neceſſaria petimus, & animæ quotidianam & perpetuam corporis Chriſti participationem, & indiuiduam ab Eccleſia & ſacramentorum eius communione ſocietatem.

In p. V. orationis conditiones. 16. à p. V. Eucharistiæ effectus. 7. in m. ad f. V. orationis conditiones. 15.

SED quàm eleganter diuina ſapientia ordinem orationis inſtruxit? vt poſt cœleſtia, id eſt, poſt Dei nomen, Dei voluntatem, & Dei regnum, terrenis quoque neceſſitati-
a Matth. 6. 33. bus petitioni locum faceret? nam & edixerat Dominus: [a] *Quærite prius regnum, & tunc*
vobis etiam hæc adjicientur. Quamquam PANEM NOSTRVM QVOTIDIANVM DA NOBIS
Matth. 6. 11. HODIE, ſpiritaliter potius intelligamus. Chriſtus enim panis noſter eſt, quia vita Chri-
b Io. 6. 35. ſtus, & vita panis. [b] *Ego ſum*, inquit, *panis vitæ.* Et paulo ſupra: [c] *Panis eſt ſermo Dei viui,*
c Ibid. 33. *qui deſcendit de cælis.* Tum quod & corpus eius in pane cenſetur: [d] *Hoc eſt corpus meum.*
d Luc. 22. 19 Itaque petendo panem quotidianum, perpetuitatem poſtulamus in Chriſto, & indiuiduitatem à corpore eius. Sed & quia carnaliter admittitur iſta vox, non ſine religione poteſt
Matth. 6. 11 fieri & ſpiritalis diſciplinæ. Panem enim peti mandat, quod ſolum fidelibus neceſſarium
e Ibid. 32. eſt: [e] *cætera enim nationes requirunt.* Ita & exemplis inculcat, & parabolis retractat, cùm
f Matth. 15. 26. dicit: [f] *Nunquid panem filiis pater aufert, & canibus tradit?* Item, [g] *Nunquid filio panem poſ-*
g Matth. 7. 9 *centi lapidem tradit?* Oſtendit enim quid à patre filii expectent. Sed & [h] *nocturnus ille pul-*
h Luc. 11. 5. *ſator panem poſcebat.* Meritò autem adiecit; [i] *Da nobis hodie*, vt qui præmiſerat; [k] *Nolite*
i Matth. 6. 11. 34. *de craſtino cogitare quid edatis.* Cui rei parabolam quoque accommodauit [l] *illius hominis,*
qui prouenientibus fructibus ampliationem horreorum & longæ ſecuritatis ſpatia cogitauit, in
k Luc. 11. 3. l Luc. 12. 16. *ipſa nocte moritur.*

CAPVT VII.

Confeſſio delicti, petitione veniæ exprimitur, & ipſum delictum debitum eſt, quod niſi conſeruo remittenti, non remittetur; ſed exigetur vſque ad quadrantem nouiſſimum.

à p. ad circa f. V. peccatum. veniale. 2.

Io. 8. 46. Matth. 6. 12. CONSEQVENS erat, vt obſeruata Dei liberalitate, etiam clementiam eius precaremur. quid enim alimenta proderunt, ſi illi reputamur reuera quaſi taurus ad victimam? Sciebat Dominus ſe ſolum ſine delicto eſſe. Docet itaque, petamus DIMITTI NOBIS DEBITA NOSTRA. Exomologeſis eſt, petitio veniæ: quia qui petit veniam,
a Ezech. 33. 11. delictum confitetur. Sic & pœnitentia demonſtratur acceptabilis Deo, quia [a] *vult eam*
quàm mortem peccatoris. Debitum autem in ſcripturis delicti figura eſt, quod perinde
b Matth. 5. 25. iudicio debeatur, & [b] *ab eo exigatur, nec euadat iuſtitiam exactionis; niſi donetur exactio,*
Matth. 18. 32. *ſicut illi ſeruo dominus debitum remiſit.* Huc enim ſpectat exemplum parabolæ totius. Nam
& quòd [c] *idem ſeruus à domino liberatus, non perinde parcit debitori ſuo, ac propterea delatus*
c Matth. 5. 26. *penes dominum, tortori delegatur ad ſoluendum nouiſſimum quadrantem, id eſt, modicum vſque*
delictum, competit, quod remittere nos quoque profitemur debitoribus noſtris. Iam & alibi ex
d Luc. 6. 37. ſpecie orationis: [d] *Remittite*, inquit, *& remittetur vobis.* Et cum [e] *interrogaſſet Petrus, ſi*
e Matth. 18. 22. *ſepties remittendum eſſet fratri: Immo*, inquit, *ſeptuagies ſepties*; vt legem in melius refor-

[illegible] quod in Genesi [f] *de Cain ſeptres, de Lamech autem ſeptuagies ſeptres vltio reputata eſt.* f Gen. 4. 24

CAPVT VIII.

Non modò orare docemur dimitti nobis admiſſa delicta, ſed & admittenda, à nobis amoliri; nec in tentationem nos Deus patiatur inferri.

Pertotum. V. diabolus. 19.

ADIECIT ad plenitudinem tam [illegible] expeditæ orationis, vt non de remittendis tantùm; ſed etiam de auertendis in totum delictis ſupplicaremus, [a] NE NOS INDVCAS IN TENTATIONEM, id eſt, ne nos patiatis induci, ab eo vtique qui tentat. Cæterùm abſit vt Dominus tentare videatur, quaſi aut ignoret fidem cuiuſque, aut dejicere geſtiens. Diaboli eſt & infirmitas, & malitia. Nam & Abrahamum non tentandæ fidei gratia [illegible] ſacrificare de filio juſſerat, ſed probandæ, vt per eum faceret exemplum præcepto ſuo, quo mox præcepturus erat [illegible] neque pignora Deo cariora habenda. Ipſe a Diabolo tentatus, præſidem & artificem tentationis demonſtrauit. Hunc locum poſterioribus confirmat: [b] *Orate, dicens, ne tentemini.* Adeò tentati ſunt Dominum deſerendo, qui ſomno potius indulſerant, quam orationi. Eo reſpondet clauſula interpretans quid ſit, [c] *Ne nos deducas in tentationem.* Hoc eſt enim, SED DEVEHE NOS A MALO.

a Matth. 6. 13.
Iac. 1. 13.
Gen. 22. [illegible]
b Luc. 22. 46
c Matth. 6. 13.

CAPVT IX.

Præter ſubſtantiales petitiones, Deus miſericors ius dedit & alia etiam ab eo poſcere: quæ ſunt orationes, ſiue collectæ miſſarum.

In p. V. Oratio. [illegible] in m. V. oratio. 5. in t. V. oratione. 1.

COMPENDIIS [illegible] [illegible] verborum, quot attinguntur edicta Prophetarum, Euangeliorum, Apoſtolorum, ſermones Domini, parabolæ, exempla, præcepta? quot ſimul expunguntur officia? Dei honor in patre, fidei [illegible] nominum in nomine, [illegible] obſequii in voluntate, commemoratio ſpei in regno, petitio vitæ in pane, ex[illegible] debitorum in deprecatione, ſollicitudo tentationum in poſtulatione tutelæ. Quid miru[m]? Deus ſolus docere potuit, vt ſe vellet orari. Ab ipſo igitur ordinata religio orationis, & de ſpiritu ipſius, jam tunc cum ex ore diuino ferretur, animata ſuo priuilegio aſcendit in cœlum, commendans patri quæ filius docuit. Quoniam tamen Dominus proſpector humanarum neceſſitatum, ſeorſum poſt traditam orandi diſciplinam [d] *Petite*, inquit, & *accipietis.* & ſunt quæ petantur pro circumſtantia cuiuſque, præmiſſa legitima & ordinaria oratione, quaſi fundamento, accidentium jus eſt deſideriorum, jus eſt ſuperſtruendi extrinſecus petitiones, cum memoria tamen præceptorum, nè [illegible] quantum a præceptis tantum ab auribus Dei longè ſimus

d Luc. 11. 8.

CAPVT X.

Accedentes ad Altare orationis [illegible] cauſa, memores oportet eſſe præceptorum Dei & vacuos ira, & omni animi perturbatione. ne ſanctum & quietum Dei Spiritus, inquinatum & inquietum hominis ſpiritum non admittat, ſed nec agnoſcat quidem.

In p. V. ira. 2. per [illegible] V. oratio[illegible] conditiones. 1.

MEMORIA præceptorum viam [illegible] ſternit ad cœlum, quorum præcipuum eſt. [a] *Ne prius aſcendamus ad Dei altare quam ſi quid diſcordiæ vel offenſæ cum fratribus contraxerimus, reſoluamus.* Quid eſt enim ad [illegible] Dei recedere ſine pace. ad remiſſionem debitorum cum retentione? Quomodo placabit patrem iratus in fratrem, cùm omnis [illegible] ab initio interdicta ſit nobis? Nam & Ioſeph dimittens fratres ſuos ad perducendum patrem [b] *Et ne, [illegible] iraſcimini in via.* nos ſcilicet monuit. Aliàs enim via cognominatur [illegible] noſtra. Tum ne in via orationis conſtituti, ad patrem cum ira incedamus, [illegible] Domini [illegible] legem, iram in fratrem homicidio ſuperponens; ne [illegible] quidem malo permittit [illegible] pungi. [c] *etiamſi iraſcendum eſt, non [illegible] iraſ[illegible] re[illegible] in, vt Apoſtolus admonet.* Quàm autem [illegible] meratium eſt, aut diem ſine oratione tranſigere, [illegible] fratri [illegible] [illegible] aut orationem perſeuerante ira [illegible] perdere. Nec [illegible] [illegible] animi [illegible] debet eſſe o[illegible] intentio, de [illegible] ſpiritu [illegible] qui [illegible] ad [illegible] mittitur. Neque enim agnoſci [illegible] ſpiritu [illegible] ſpiritus [illegible] aut [illegible] a læto, aut impeditus à libero. Nemo a[d]uerſarium recipit, nemo niſi comparem ſuum admittit.

a Matth. 5. 23.
Gen. 4. 5.
b Gen. 45. 24.
Pſal. 118. 2. & ſeq.
Matth. 5. 22.
c Epheſ. 4. 26.
Sap. 1. 4.

CAPVT XI.

Non decet lotis manibus & corde ſordido Iudaico more orare Chriſtianum, qui expandens orando manus Chriſtum crucifixum repræſentat.

In p. ad circa. f. V. Orationis conditiones. 5.

CÆTERVM quæ ratio eſt, manibus quidem ablutis, ſpiritu verò ſordente orationem obire? quando & ipſis manibus ſpiritales munditiæ ſint neceſſariæ, vt à falſo, à cæde, à ſæuitia, à veneficijs, ab idololatria, cæteriſque maculis quæ ſpiritu conceptæ manuum opera tranſiguntur, puræ alleuentur. Hæ ſunt veræ munditiæ, non quas plerique ſuperſtitiosè curant, ad omnem orationem etiam cum lauacro totius corporis aquam ſumentes. Id cùm ſcrupulosè percontarer, & rationem requirerem, comperi commemorationem eſſe in Domini deditionem. Nos Dominum adoramus, non dedimus. immò & aduerſari debemus deditoris exemplo, nec propterea manus abluere, niſi quod conuerſationis humanæ inquinamentum conſcientiæ cauſa lauemus. Cæterùm ſatis mundæ ſunt manus, quas cum toto corpore in Chriſto ſemel lauimus. Omnibus licet membris lauet quotidie Iſrael, nunquam tamen mundus eſt. Certè manus eius ſemper immundæ ſanguine prophetarum, & ipſius Domini cruentatæ in æternum. Et ideo conſcientia patrum hereditarij rei, nec attollere eas ad Dominum audent, ne exclamet aliquis Eſaias, ne exhorreat Chriſtus. Nos verò non attollimus tantum, ſed etiam expandimus è Dominica paſſione modulatum, & orantes confitemur Chriſto.

Eſa. 1. 15.

CAPVT XII.

Gentiles imitari non debemus ex ſuperſtitione penulas orando deponentes, multo minus ſub ſacrificij & orationis finem quaſi tædio confectos coram Dei maieſtate, & angelo orationis præſide, ſegniter aſſidere dedecet.

In p. ad m. V. Orationis conditiones. 8. in m. ad f. V. Orationis conditiones. 9. in f. V. Angelus. 6.

SED quoniam vnum aliquod attigimus vacuæ obſeruationis, non pigebit cætera quoque denotare, quibus meritò vanitas exprobranda eſt, ſiquidem ſine vllius aut Dominici, aut Apoſtolici præcepti auctoritate fiunt. huiuſmodi enim non religioni, ſed ſuperſtitioni deputantur, affectata & coacta, & curioſi potius, quàm rationalis officij; certè vel eo coërcenda, quod gentilibus adæquent. Vt eſt quorundam, expoſitis pænulis orationem facere: ſic enim adeunt ad idola Nationes. Quod vtique ſi fieri
1. Cor. 11. 4. oporteret, Apoſtoli qui de habitu orandi docent, comprehendiſſent, niſi ſi qui putant
2. Tim. 4. 13 Paulum pænulam ſuam in oratione penès Carpum reliquiſſe. Deus ſcilicet non audiat
Dan. 3. 21. pænulatos, qui tres ſanctos in fornace Babylonij regis orantes cum ſarabaris & tyaris
24. ſui exaudiuit? Item quod adſignata oratione, aſſidendi mos eſt quibuſdam, non perſpicio rationem, niſi ſi Hermas ille, cuius ſcriptura ferè Paſtor inſcribitur, tranſacta oratione non lectum aſſediſſet, verùm aliud quid feciſſet, id quoque ad obſeruationem vindicaremus. Vtique non. Simpliciter enim & nunc poſitum eſt, *Cum adoraſſem, & aſ-*
Luc. 1. 11. *ſediſſem ſuper lectum*, ad ordinem narrationis, non ad inſtar diſciplinæ. Alioquin nuſquam erit adorandum, niſi vbi fuerit lectus. Immò contra ſcripturam fecerit, ſi quis in cathedra, aut ſubſellio ſederit. Porro cùm perinde faciant Nationes, adoratis ſigillaribus ſuis reſidendo, vel propterea in nobis reprehendi meretur, quod apud idola celebratur. Eò apponitur & irreuerentiæ crimen, etiam ipſis Nationibus, ſi quid ſaperent, intelligendum. Si quidem irreuerens eſt aſſidere ſub conſpectu, contraque conſpectum eius, quem quammaximè reuerearis ac venereris: quanto magis ſub conſpectu Dei viui, angelo adhuc orationis aſtante, factum iſtud irreligioſiſſimum eſt, niſi exprobramus Deo quòd nos oratio fatigauerit.

CAPVT XIII.

Humiliter, & modeſtè, nec elatâ voce, & ſtrepitu proximis importuno, orandum eſt, & adorandum numen Diuinum.

Per totum. V Orationis conditiones. 9.

Luc. 18 10. ATQVI cum modeſtia, & humilitate adorantes magis, commendabimus Deo
11. preces noſtras, ne ipſis quidem manibus ſublimius elatis, ſed temperatè ac probè elatis. ne vultu quidem in audaciam erecto. Nam ille Publicanus, qui non tantùm prece, ſed & vultu humiliatus atque deiectus orabat, iuſtificatior Phariſæo procaciſ-

ſimo

ſimo diſceſſit. Sonos etiã vocis ſubiectos eſſe oportet. aut quantis arteriis opus eſt, ſi pro ſono audiamur? Deus autem non vocis, ſed cordis auditor eſt, ſicut conſpector. Dæmonium oraculi Pythij: [a] *Et mutum*, inquit, *intelligo*, *& non loquentem exaudio.* Dei aures a Ionæ. 2. 2.
ſonum expectant? Quomodo ergo oratio Ionæ de ventre ceti, per tantæ beſtiæ viſcera, ab ipſis abyſſis, per tantam æquoris molem, ad cœlum potuit euadere? Quid amplius referent iſti qui clarius adorant, niſi quòd proximis obſtrepunt? Immò prodendo petitiones ſuas, quid minus faciunt, quàm ſi in publico orent?

CAPVT XIV.

Arguit ieiunantes, & habita oratione, oſculum fratribus ſubtrahentes, cum iniuria ſacrificij, à quo non eſt recedendum ſine oſculo, pacis ſignaculo. Illos item carpit, qui ſtatum ac ſolemne ieiunium ſolui putabant Dominici corporis ſumptione: cùm & illud accipere, & reſeruare poſſent, & vtrique debito ſatisfacere, ieiunium ſcilicet integrum ſeruando, & ſacrificio participando.

In f. V. Pax. 3. in m. V. Statio. à m. V. oſculum 2. in f. V. Orationis conditiones. 7.

ALIA iam conſuetudo inualuit, ieiunantes habita oratione cum fratribus, ſubtrahunt oſculum pacis, quod eſt ſignaculum orationis. Quando autem magìs conferenda cum fratribus pax eſt, niſi cùm oratio commendabilior aſcendit, vt ipſi de noſtra operatione participes, iam audeant de ſua pace fratri tranſigere? Quæ oratio cum diuortio ſancti oſculi integra? quem Domino officium facientem impedit pax? quale ſacrificium eſt, à quo ſine pace receditur? Quæcunque operatio ſit, non erit potior præcepti obſeruatione, quo iubemur ieiunia noſtra celare. Iam enim de abſtinentia oſculi agnoſcimur ieiunantes. Sed & ſi qua ratio eſt, ne tamen huic præcepto reus ſis, potes domi, ſi fortè, inter quos latere ieiunium in totum non datur, differre pacem. Vbicumque autem alibi operationem tuam abſcondere potes, debes meminiſſe præcepti: ita & diſciplinæ foris, & conſuetudini domi ſatisfacies. Sic & die Paſchæ, quo communis & quaſi publica ieiunij religio eſt, meritò deponimus oſculum, nihil curantes de occultando quod cum omnibus faciamus. Similiter & Stationum diebus, non putant plerique ſacrificiorum orationibus interueniendum, quòd Statio ſoluenda ſit, accepto corpore Domini. Ergo deuotum Deo obſequium Euchariſtia reſoluit? An magìs Deo obligat? Nonnè ſolemnior erit Statio tua, ſi & ad aram Dei ſteteris? Accepto corpore Domini, & reſeruato, vtrumque ſaluum eſt; & participatio ſacrificij, & executio officij. Si Statio de militari exemplo nomen accipit; nam & [a] *militia Dei ſumus*; vtique nulla lætitia, ſiue triſtitia obueniens caſtris, Stationes militum reſcindit. a 2. Cor. 10. 4. 1. Tim. 1. 18.
Nam lætitia libentius, triſtitia ſollicitius adminiſtrabit diſciplinam. De habitu verò duntaxat feminarum, varietas obſeruationis efficit, poſt ſanctiſſimum Apoſtolum, nos vel maximè nullius loci homines impudenter retractare: niſi quòd non impudenter, ſi ſecundum Apoſtolum retractemus. De modeſtia quidem cultus & ornatus, 1. Tim. 2. 9. 10.
aperta præſcriptio eſt etiam Petri, cohibentis eodem ore, quia eodem & ſpiritu, & veſtium gloriam, & auri ſuperbiam, & crinium lenonem operoſitatem. Sed quod pro- 1. Pet. 3. 3.
miſcuit obſeruatur per Eccleſias, quas .... *Cætera deſunt in omnibus noſtris Codicibus.*

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI
IN LIBVM DE PALLIO
ARGVMENTVM.

Tertullianus, pace orbi Romano reddita, Seueri Imperatoris Anno tertio, vna cum Antonino, & Geta filijs Auguſtis creatis regnante, cùm dimiſſa Toga, Pallium induiſſet, ſeueriorem Chriſtianæ diſciplinæ regulam amplexatus, vt notat Baronius An. Chri. 197. Cùm idcirco leuitatis & inconſtantiæ notam apud Carthaginenſes incurriſſet, hunc librum de Pallio, ſcripſit, quo facti ſui rationem reddit. Sed non Victoris Anno decimo, ſed quarto; nec Seueri ſecundo, ſed tertio, vult hunc librum editum Cardinalis Baronius.

CAPVT PRIMVM.

Pallij laudes ab eius primò vetuſtate commendat, quòd & Carthagini, & Vticæ, & toti Africæ in vſu fuerit. Afri quippe veteres Tunicis ſtrictioribus Pallium ſuperinduere ſolebant,

quod erat Sacerdotum Æſculapij Indumentum. Toga porro quæ à Pelaſgis ad Lydas, & ab his tranſiit ad Romanos, non niſi extremis patriæ ſuæ temporibus, vſu recepta eſt.

In p. V. Carthaginenſe s. 1. à p. V. Carthag. 2. & V. otium. 2. in f. V. Carthag 3.

PRINCIPES ſemper Africæ, viri Carthaginienſes, vetuſtate nobiles, nouitate fælices, gaudeo vos tam proſperos temporum, cùm ita vacat, ac iuuat, habitus denotare. Pacis hæc & annonæ otia: ab imperio, & à cœlo benè eſt. Tamen & vobis habitus aliter olim; tunicæ fuere, & quidem in fama de ſubteminis ſtudio, & luminis concilio, & menſuræ temperamento: quod neque trans crura prodigæ, nec intra genua inuerecundæ, nec brachiis parcæ, nec manibus artæ, ſed nec cingulo ſinus diuidere expetitum: quadrata iuſtitia beatæ in viris ſtabant. Pallium, extrinſecus habitus, & ipſe quadrangulus, ab vtroque laterum regeſtus, & ceruicibus circunſtrictus, in fibulæ morſu humeris acquieſcebat. Inſtar eius hodie Æſculapio iam veſtro ſacerdotium eſt. Sic & in proximo ſoror ciuitas veſtiebat, & ſicubi alibi in Africa Tyros. At cùm ſæcularium ſortium variauit vrna, & Romanis Deus maluit, ſoror quidem ciuitas ſuopte arbitrio mutare properauit, vt adpulſum Scipionem antè iam de habitu ſalutaſſet, Romanum præcoqua. Vobis verò poſt iniuriæ beneficium, vt ſenium non faſtigium exemptis, poſt Gracchi obſcæna omina, & Lepidi violenta ludibria, poſt trinas Pompeij aras, & longas Cæſaris moras, vbi mœnia Statilius Taurus impoſuit, ſolennia Sentius Saturninus enarrauit, cùm concordia iuuat, toga oblata eſt. Pro quantum circummeauit, à Pelaſgis ad Lydos, à Lydis ad Romanos, vt ab humeris ſublimioris populi Carthaginienſes complecteretur! Exinde tunicam longiorem cinctu arbitrante ſuſpenditis, & pallij iam teretis redundantiam tabulata congregatione fulcitis: & ſi quid præterea conditio, vel dignitas, vel temporalitas veſtit, pallium tamen generaliter veſtrum immemores, etiam denotatis. Equidem haud miror præ documento ſuperiore. Nam & arietem, non quem Laberius reciprocicornem, lanicutem, teſtitrahum, ſed trabes machina eſt, quæ muros frangere militat, nemini vnquam adhuc libratum, illa dicitur Carthago *ſtudiis aſperrima belli*, prima omnium armaſſe in oſcillum penduli impetus, commentata vim tormenti de bile pecoris caput vindicantis. Cùm tamen vltimant tempora patriæ, & aries iam Romanus in muros quondam ſuos audet, ſtupuero illico Carthaginienſes, vt nouum, extraneum ingenium: *Tantum æui longinqua valet mutare vetuſtas*. Sic denique nec pallium agnoſcitur.

CAPVT II.

Non mirum ſi veſtem verterit; cùm totus orbis primùm diluuio ſit mutatus; dehinc aſſidua temporum viciſſitudine, cælum, aſtra, tellus, Maria, Inſulæ, regna & populi aliò commeantes, mutationi ſubiaceant.

In p. V. Carthag. 3. & V. Mutatio. 4. circa. m. Mutatio. 5. à m. V. Mutatio. 6. & V. Mutatio. 7. ad f. & V. Scriptura Sac. 3. circa. f. V. Seuerus Imperator.

SIT nunc aliunde res, nè Pœnicum inter Romanos aut erubeſcat, aut doleat. Certè habitũ vertere naturæ totius ſolenne munus eſt. Fungitur & ipſo mundus interim iſte quem incumbimus. Viderit Anaximander ſi plures putat: viderit ſi quis vſpiam alius ad Meropas, vt Silenus, penes aures Midæ blattit, aptas ſanè grandioribus fabulis. Sed & ſi quem Plato æſtimat, cuius imago hic ſit, etiam ille habeat neceſſe eſt proinde mutare. Quippe ſi mundus, ex diuerſis ſubſtantijs officijſque conſtabit, ad formam eius quod mundus hic eſt: neque enim mundus, ſi non vt mundus proinde. Diuerſa in vnum, ex demutatione diuerſa ſunt. Denique diuerſitatis diſcordiam vices fœderant. Ita mutando erit mundus omnis, qui & diuerſitatibus corporatus, & vicibus tẽperatus. Noſtra certè metatio, quod clauſis vel in totũ Homericis oculis liquet, totum verſiforme eſt. Dies & nox inuicẽ vertunt. Sol ſtationibus annuis, luna modulationibus menſtruis variat. Siderum diſtincta confuſio interdum deiicit quid, interdum reſuſcitat. Cœli ambitus, nunc ſubdiuo ſplendidus, nunc nubilo ſordidus: aut imbres ruunt, aut ſi qua miſſilia cum imbribus, dehinc ſubſtillum, & denuò ſudum. Sic & mari fides infamis, dum & flabris æquè mutantibus, de tranquillo probum, de fluſtris temperatum, & extemplò de decumanis inquietat. Sic & terram ſi recenſeas temporatim veſtiri amantem, propè ſis eandem negare, memor viridem cùm conſpicis flauam, mox viſurus & canam. Cæteri quoque eius ornatus ſi quid, non aliud ex alio mutant, & montium ſcapulæ decurrendo, & fontium venæ cauillando, & fluminum viæ obhumando? Mutauit & totus orbis aliquando, aquis omnibus obſitus. Adhuc maris cõchæ, & buccinæ

peregrinantur in montibus, cupientes Platoni probare etiam ardua fluitaſſe. Sed & Gen. 7. 10.
enatando rurſus in forma: mutauit rurſus orbis, alius idem. Mutat & nunc localiter & 24.
habitus, cùm ſitus læditur: cùm inter inſulas nulla iam Delos, arenæ Samos, & Sibylla Gen. 8. 1. & ſeq.
non mendax: cùm in Atlantico Libyã aut Aſiam adæquans quæritur: cùm Italiæ quon- Gen. 9. 1. &
dam latus, Hadria Tyrrhenoque quaſſantibus medio tenus interceptum, reliquias Sici- ſeq.
liam facit: cùm tota illa plaga diſcidij, cõtentioſos æquorũ coitus anguſtis retorquens,
nouum vitij mari imbuit, non exſpuentis naufragia, ſed deuorantis. Patitur & conti-
nens de cœlo, aut de ſuo. Aſpice ad Palæſtinam, qua Iordanes amnis finium arbiter, va-
ſtitas ingens, & orba regio, & fruſtra ager: at vrbes retro, & populi frequentes, & ſolus
audiebat: dehinc vt Deus cenſor eſt, impietas ignium meruit imbres. Hactenus Sodo- Gen. 19. 24.
ma, & nulla Gomorrha, & cinis omnia, & propinquitas maris iuxta cum ſolo mortem
viuit. Ex huiuſcemodi nubilo, & Tuſcia Vulſinios priſtinos deuſta, quò magìs de mon-
tibus ſuis Campania ſpetet, erepta Pompeios. Sed abſit. Vtinam & Aſia ſecura iam ſit
de ſoli ingluuie. Vtinam & Africa ſemel voraginem pauerit, vnicis caſtris fraudatis ex-
piata. Multa & alia huiuſmodi detrimenta habitum orbis murauere, ſitu ſque mouere.
Bellis quoque plurimùm licuiſſe & triſtitia perget, non minus quàm regnorum vices
recenſere. Quoties & iſta mutauerunt, iam inde à Nino Beli progenie? ſi tamen Ninus
regnare primus, vt autumat ſuperiorum profanitas. Fermè apud vos vltra ſtilus non
ſolet. Ab Aſſyrijs, ſi fortè, æui hiſtoriæ pateſcũt. Qui verò diuinas lectitamus, ab ipſius Gen. 1. 1.
mundi natalibus compotes ſumus. Sed læta iam malo: quippe & læta mutator. Denique
ſi quid mare diluit, cœlum deuſſit, terra ſubduxit, gladius detotondit, alias verſura cõ-
penſati redit. Nam & primitus maiorem ambitum terra caſſa, & vacans hominum, &
ſicubi aliqua gens occuparat, ſibimet ſoli erat. Itaque colere omnia (ſi demum intelli- Gen. 46. 1.
gis alibi ſtipantem copiam, alibi deſerentem) runcare atque ruſtare inſtituit, vt inde & ſeq.
velut ex ſurculis & propaginibus, populi de populis, vrbes de vrbibus, per vbique or- Gen. 50. 15.
bis pangerentur. Trans volaucre redundantium gentium examina. Scythæ exuberant Pſal. 113. 1.
Perſas: Phœnices in Africam eructant: Romanos Phryges pariunt: Chaldæum ſemen
in Ægyptum educatur, dehinc cùm inde transducitur Iudæa gens eſt. Sic & Herculea
poſteritas, Temeno pariter Peloponeſum occupando producunt. Sic & Iones Nelei
comites Aſiam nouis vrbibus inſtruunt. Sic & Corinthij cum Archia mœniunt Syra-
cuſas. Sed vanum iam antiquitas, quando curricula noſtra coram. Quantum reforma-
uit orbis ſæculum iſtud? quantum vrbium aut produxit, aut auxit, aut reddidit præſen-
tis imperij triplex virtus? Deo tot Auguſtis in vnum fauente, quot cenſus tranſcripti?
quot populi repurgati? quot ordines illuſtrati? quot barbari excluſi? Reuerà orbis, cul-
tiſſimum huius imperij rus eſt, eradicato omni aconito hoſtilitatis, & cacto, & rubo
ſubdolæ familiaritatis, concultus & amœnus ſuper Alcinoi pometum, & Midæ roſe-
tum. Laudans igitur orbem mutantem, quid denotas hominem?

CAPVT III.

Animalia quoque formam pro veſte mutant, vt pauus, ſerpens, hyæna, Chamæleon, homo denique varias indumentorum formas quotidie mutat, & qui prius nudus, inde ficulneis verenda tectus, tum pelliceis indutus, vt addictus labori; tandem iam non tegendo, ſed ornando potius veſtibus corpori ſtudet.

In p. ad m. V. Mutatio. 8. in m. ad circa. f. V. Mutatio. 9. circa. f. V. Bombix. in f. V. Pallium. 4.

MVTANT & beſtiæ pro veſte formam: quamquam & pauo pluma veſtis, & qui-
dem de cataclyſtis: immò omni conchylio preſſior, quà colla florent: & omni pa-
tagio inauratior, quà terga fulgent: & omni ſyrmate ſolutior, quà caudæ iacent: multi-
color, & diſcolor, & verſicolor: nunquã ipſa, ſemper alia, etſi ſemper ipſa quando alia,
toties denique mutãda, quoties mouenda. Nominandus eſt & ſerpens licet ponè pauũ:
nam & iſte quod ſortitus eſt conuertit, corium & æuum. Si quidẽ vt ſenium perſenſit, in
anguſtias ſtipat, pariterque ſpecũ ingrediens, *ab ipſo ſtatim limine raſus, exuuiis ibi- * Et cute egrediens.
dem relictis nouus explicat: cum ſquamis & anni recuſantur. Hyæna, ſi obſerues, ſexus
annalis eſt, marem & feminã alternat. Taceo ceruum, quod & ipſe ætatis ſuæ arbiter,
ſerpente paſtus, veneno langueſcit in iuuentutẽ. Eſt & quadrupes, tardigrada, agreſtis,
humilis, aſpera. teſtudinẽ Pacuuianam putas? non eſt: capit & alis * beſtiola verſiculũ, * Alia,
de mediocribus oppidò, ſed nomen grande Chamæleontẽ qui audieris, haud ante gna-
rus, iã timebis aliquid amplius cũ leone. at cùm offenderis apud vineã fermè ſub pampi-
no totũ, ridebis illico audaciam & Græciã nominis: quippe nec ſuccus eſt corpori, *quo * Qui.
minutioribus multò liquet. Chamæleon, pellicula, viuit. capitulum ſtatim à dorſo, nam
deficit ceruix, itaq; durũ reflecti, ſed circumſpectu emiſſicij ocelli, immò luminis pun-
cta vertiginant. hebes, feſſus vix à terra ſuſpendit, molitur inceſſũ ſtupẽs & promouet,

gradum magis demonſtrat, quã explicat, Ieiunus ſcilicet ſemper & indefectus, oſcitans
veſcitur, follicans ruminat, de vento cibus. Tamen & chamæleon mutare totus, nec
alius, valet. Nam quum illi coloris proprietas vna ſit, vt quid acceſſit, inde ſuffunditur.
Hoc ſoli chamæleonti datum, quod vulgò dictum eſt, de corio ſuo ludere. Multa di-
cendum fuit, vt ad hominem præſtructim perueniretur. Hunc quoque primordio acci-
pitis, nudus certè & inueſtis figulo ſuo conſtitit: poſt demum ſapientiam, haud dum li-
citum, præreptam potitur. ibidem quod in nouo corpore indebitum adhuc pudori
Gen. 3. 7. & 21. erat, protegere feſtinans, in ficulneis folijs interim circumdat: dehinc cùm de originis
loco exterminat, * pellitus orbi vt metallo datur. Sed arcana iſta, nec omnium noſſe.
* Quippe deliquerat. Cedo iam de veſtro, quod Ægyptij narrant, & Alexander digerit, & mater legit:
ea tempeſtate Oſiridis, qua ad illum ex Libya Ammon facit, * ouium diues. Deni-
* Vaſit. que cum ipſis Mercurium autumant fortè palpati arietis mollitie delectatum, di-
glubaſſe ouiculam: dumque pertentat, & quod facilitas materiæ ſuadebat, tractu
* Eliquaſſe. proſequente filum eliquat, * in reſtis * priſtini modum, quem philyræ tenus iun-
* In veſtis priſtinæ. xerat, exiſſe. Sed vos omnem lanicij diſpenſationem, ſtructuramque telarum Miner-
uæ maluiſtis, cùm penes Arachnen diligentior officina. Exinde materia: nec de oui-
bus dico Mileſijs, & Selgicis, & Altinis, aut quis Tarentum, vel Bætica cluit, natura co-
lorante, ſed quoniam & arbuſta veſtiunt, & lini herbida poſt virorē lauacro niueſcunt:
nec fuit ſatis tunicam pangere & ſerere, ni etiam piſcari veſtitum contigiſſet: Nam &
* Lautiores de mari vellera, quo muſcoſæ lanoſitatis plautiores * conchæ comant. Prorſus haud
latet bumbycem, vermiculi genus eſt, quæ per aërem liquando, araneorum horoſ-
cnpis idunius ſedes rendit, dehinc deuorat, mox aluo reddere; proinde ſi necaueris, ani-
mata iam ſtamina volues. Tantam igitur paraturam materiarum, ingenia quoque ve-
ſtificinæ proſecuta, primùm tegendo homini, quà neceſſitas præceſſit; dehinc & ornan-
do, immò & inflando, quà ambitio ſucceſſit, varias indumentorum formas promulga-
uere: quarum pars gentilitus inhabitantur, cæteris incommunes: pars verò palliutus
omnibus vtiles, vt hoc pallium, etſi Græcum magìs, ſed lingua iam penes Latium eſt:
cum voce veſtis intrauit. Atque adeò ipſe qui Græcos præter vrbem cenſebat, literas
eorum vocemque ſenex iam eruditus, idem Cato iuridicinæ ſuæ in tempore hume-
rum exertus, haud minus palliato habitu Græcis fauit.

CAPVT IV.

Honorabile eſſe, habitum mutare, vt Deus colatur Religioſius. Probroſum autem, ſi ſexus in habitu mutetur, ſi ut Achylles in Virginem, Hercules in Omphalem, Omphales in Herculem, Cleomachus in Cinædum transfiguratus. Aut Phiſco Sardanapalus, Nero & alij pariter immutarunt. Carpit item Empedoclem, Alexandrum, Veſpillonem, Lenonem, Lauiſtam, fæminas quoque habitum matronæ mutantes.

In p. V. Carthag. 4. à p. V. Capillus. 2. & V. Mutatio. 10. ad circa. m.

QVtn nunc, ſi eſt Romanitas omni ſalus, nec honeſtis tamen modis ad Graios
eſtis? Aut, ni ita eſt, vnde gentium in prouincijs melius exercitis, quas natura
agro potius eluctandu commodauit, ſtudia palæſtræ malè ſeneſcentia, & caſſum labo-
rantia, & lutea vnctio, & puluerea volutatio, & arida ſaginatio? Vnde apud aliquos Nu-
midas, etiam equis cæſariatos, iuxta cutem tonſor, & cultri vertex ſolus immunis? Vn-
de apud hirtos & hirſutos, tam rapax à culo reſina, tam furax à mento volſella? Prodi-
gium eſt hæc ſine pallio fieri. Illius eſt hæc tota res Aſiæ. Quid tibi Libya, & Europa
cum xyſticis munditijs, quas veſtire non noſti? Reuerà enim quale eſt, Græcatim depi-
lari magis quàm amiciri? Habitum transferre ita demum culpæ propè eſt, ſi non con-
ſuetudo, ſed natura mutetur. Sat refert inter honorem temporis, & relligionem. Det
conſuetudo fidem tempori, natura Deo. Naturam itaque concuſſit Lariſſæus heros, in
virginem murando: ille ferarum medullis educatus, vnde & nominis concilium, quan-
doquidem labijs vacuerat ab vberum guſtu; ille apud rupicem, & ſyluicolam, & mon-
ſtrum eruditorem ſcrupea ſchola eruditus. Feras, ſi in puero matris ſollicitudinem pa-
* Hirticulus. hyſtriculus. tiens, certè iam * hiſtriculus, certè iam virum alicui clanculus functus, adhuc
ſuſtinet ſtolam fundere, comam ſtruere, cutem fingere, ſpeculum conſulere, col-
lum demulcere, aurem quoque foratu effeminatus, quod illi apud Sigæum ſtrongyla
ſeruat. Planè poſtea miles eſt: neceſſitas enim reddidit ſexum. De prælio ſonuerat, nec
arma longè. Ipſum, inquit, ferrum virum attrahit. Cæterùm ſi poſt incentiuum quoque
puellam perſeueraſſet, potuit & nubere. Ecce itaque mutatio, monſtrum equidem
geminum, de viro femina, mox de femina vir, quando neque veritas negari debuiſſet,

neque fallacia confiteri. Vterque habitus mutandi malus: alter aduerſus naturam, alter
contra ſalutem. Turpius adhuc libido virum cultu tráſfigurauit, quàm aliqua materna
formido, tametſi adoratur à vobis, qui potius erubeſcendus eſt, ſcytalo ſagittipelliger
ille, qui totam epitheti ſui ſortem cum muliebri cultu compenſauit. Tantum Lydiæ
clanculariæ licuit, vt Hercules in Omphale, & Omphale in Hercule proſtitueretur. Vbi
Diomedes, & cruenta præſepia? vbi Buſiris & buſtuaria altaria? vbi Geryon ter vnus?
Cerebris adhuc eorum, claua fœtere malebat, cùm vnguentis offunderetur. Vetus iam
Hydræ, Centaurorumque ſanguis in ſagittis, pumice ſpeculi excludebatur, inſultante
luxuria, vt poſt monſtra transfixa, coronam forſitan ſuerent. Ne ſobriæ mulieris quidẽ,
aut viraginis alicuius ſcapulæ, ſub exuuias beſtiæ tantæ introire potuiſſent, niſi diu
mollitas, & euigoratas, & exeduratas, quod apud Omphale balſamo, aut telino ſpero
factum. Credo & iubas pectinem * paſſas; nè ceruicem eneruem inureret lciria leo- * Paſſus, nè.
nina, hiatus crinibus infarſus, genuini inter antias adumbrari. Tota oris contume-
lia mugiret, ſi poſſet: Nemea certè, ſi quis loci genius, ingemebat: tunc enim ſe circum-
ſpexit leonem perdidiſſe. Qualis ille Hercules in ſerico Omphales fuerit, iam Ompha-
le in Herculis ſcorto deſignata deſcripſit. Sed & qui antè Tirynthium acceſſerat pugil
Cleomachus, poſt Olympiæ cum incredibili mutatu de maſculo fluxiſſet, intra cutem
cæſus & vltra, inter fullones iam Nouianos coronandos, meritòque mimographõ
Lentulo in Catinenſibus commemoratus, vtique ſicut veſtigia cæſtuum virijs occu-
pauit, ita & endormidis ſolocem aliqua multicia ſyntheſi extruſit. Phyſconem, & Sar-
danapalum tacendum eſt, qui niſi inſignes libidinum, alias reges nemo noſſet. Tacen-
dum autem, nè quid & illi de Cæſaribus quibuſdam veſtris obmuſſitent, pariter pro-
pudioſis: nè canina fortè conſtantiæ mandatum ſit, impuriorem Phyſcone, & mollio-
rem Sardanapalo Cæſarem deſignare, & quidem Subnetonem. Nec tepidior vis vanæ
quoque gloriæ mutandis induuijs, & iam viro ſaluo. Calor eſt omnis affectus: verùm
cùm in affectationem flabellatur, iam de incendio gloriæ ardor eſt. Habes igitur ex
iſto fomite æſtuantem magnum regem, ſola gloria minorem. Vicerat Medicam gen-
tem, & victus eſt Medica veſte. Triumphalem cataphracten amolitus, in captiua Sara-
bara deceſſit: pectus ſquamarum ſignaculis diſculptum, textu pellucido tegendo nu-
dauit, & anhelum adhuc ab opere belli, vt mollius, ventilante ſerico extinxit. Non erat
ſatis animi tumens Macedo, ni illum etiam veſtis inflatior delectaſſet. Niſi quòd &
philoſophi puto ipſi aliquid eiuſmodi affectant. Audio enim & in purpura philoſopha-
tum. Si philoſophus in purpura, cur non & in baxa? Tyrium calceari niſi auro, minimè
Græcatur. Dicet, atquin alius & ſericatus, & crepidam æratus inceſſit? dignè quidem,
vt bacchantibus indumentis aliquid ſubtinniret, cymbalo inceſſit: Quòd ſi iam tunc
locorum Diogenes de dolio latraret, non cænulentis pedibus, vt thori Platonici ſciunt,
ſed omnino totum Empedoclem in adyta Cloacinarum detuliſſet, vt qui ſe cœlitem
delirarat, ſorores prius ſuas, dehinc homines Deus ſalutaret. Tales igitur habitus qui
de natura & modeſtia transferunt, & acie figere, & digito deſtinare, & nutu tra-
dere merito ſit. Prorſus ſi quis * Menaodrico fluxu delicatam veſtem humi pro- * Mæandri-
trahat, audiat * penes ſe & comicus, *Qualem demens iſte chlamydem diſperdit?* Enim- co.
verò iam dudum cenſoriæ intentionis epiſcynio diſperſo quantum denotatui, paſ- * Pone ſe
ſiuitas offert libertinos in equeſtribus, ſubuerbuſtos in liberalibus, dediticios in in- quod.
genuis, rupices in vrbanis, ſcurras in forenſibus, paganos in militaribus: veſpillo, leno,
laniſta tecũ veſtiuntur. Conuerte & ad fœminas, habes ſpectare quod Cæcina Seuerus
grauiter ſenatui impreſſit, matronas ſine ſtola in publico. Denique Lentuli Auguris
conſultis, quæ ita ſeſe exauctoraſſet, pro ſtupro erat pœna: quoniam quidem indices
cuſtodeſque dignitatis habitus, vt lenocinij factitandi impedimenta, ſedulò quædam
deſuefecerant. At nunc in ſemetipſas lenocinando, quò planius adeantur, & ſtolam,
& ſupparum, & crepidulam, & caliendrum, ipſas quoque iam lecticas, & ſellas, queis in
publico quoque domeſticè ac ſecretè habebantur, eierauere. Sed alius extinguit ſua
lumina, alius non ſua accendit. Aſpice lupas popularium libidinum nundinas, ipſas
quoque frictrices, & ſi præſtat oculos abducere ab eiuſmodi propudijs occiſæ in publico
caſtitatis, aſpice tamen vel ſublimis, iam matronas videbis. Et cùm latrinarum antiſtes
ſericum ventilat, & immundiorem loco ceruicẽ monilibus conſolatur, & armillis quas
ex virorum fortium donis, ipſæ quoque matronæ temerè vſurpaſſent, omnium puden-
dorum conſcias manus inſerit, impuro cruri purum, aut mulleolum induit calceum:
cur iſtos non ſpectas, vel illos item habitus qui nouitati ſuæ ſtare religionem men-
tiuntur? cùm ob cultum omnia candidatum, & ob notam vittæ, & priuilegium galeri,
Cereri initiantur: cùm ob diuerſam affectionem tenebricæ veſtis, & tetrici ſupra

caput velleris, in Bellonæ, mentes fugantur: cùm latioris pupuræ ambitio, & galatici rubotis ſuperjectio Saturnum commendat: cùm ipſum hoc pallium moroſius ordinatum, & ctepidæ Græcatum Æſculapio adulantur. Quanto tunc magìs arguas illud, & vrgeas oculis, & ſi jam ſimplicis, & inaffectatæ, tamen ſupetſtitionis reum? Enimverò cùm hanc ptimum ſapientiam veſtit, quæ vaniſſimis ſuperſtitionibus renuit, tunc certiſſimè pallium ſuper omnes exuuias & peplos auguſta veſtis: ſuperque omnes apices & tutulos ſacerdos ſuggeſtus. Deduc oculos ſuadeo, reuerere habitum vnius interim erroris tui renuntiatorem.

CAPVT V.

Pallii ſimplicitatem, facilitatemque commendat, cui non vt in Toga induenda, ſit opus artificio. Togam ſiue Togatos plus Reſpublica nocuiſſe, quam milites loricatos. Pallium autem à ſtrepitu fori & belli procul eſſe, non adulari vitiis, ſed ambitionem & gulam arguere, quarum exempla commemorat, Tullii, Sullæ, Druſillani, Vedii, Hortenſii, &c.

In p. V. Pallium. 1. à p. V. Calceus. 1. circa. m. V. Pallium. 2. in m. ad f. V. Pallium. 4. à m. V. Dominus. 2.

TAMEN, inquis, ita à toga ad pallium? quid enim ſi à diademate & à ſceptro? an aliter mutauit Anacharſis, cùm regno Scythiæ philoſophiam præuertit? Nulla in melius tranſgreſſi ſint ſigna, eſt habitus iſte quod faciat. Prius etiam ad ſimplicem captatelam eius, nullo tædio conſtat: adeò nec artificem neceſſe eſt, qui pridie rugas ab exordio formet, & inde deducat in talias, totumque contracti vmbonis figmentum cuſtodibus forcipibus aſſignet, dehinc diluculo tunica prius cingulo correpta, quam præſtabat moderatiorem texuiſſe, recognito rurſus vmbone, & ſi quid exorbitauit reformato, partem quidem de læuo promittat, ambitum verò eius ex quo ſinus naſcitur jam deficientibus tabulis, retrahat à ſcapulis, & excluſa dextera in læuam, adhuc congerat cum alio pari tabulato in terga deuoto, atque ita hominem ſarcina veſtiat. Conſcientiam denique tuam perrogabo, qui te prius in toga ſentias indutum, annè onuſtum? habere veſtem, an bajulare? Si negabis, domum conſequar, videbo quid ſtatim à limine properes. Nullius profectò alterius indumenti expoſitio quàm togæ gratulatur. Calceos nihil dicimus, proprium togæ tormentum, immundiſſimam pedum tutelam, verum & falſam. quem enim non expediat in algore, & ardore rigere nudipedem, quàm in calceo vincipedem? magnum inceſſui munimentum ſutrinæ Venetiæ proſpexere, perones effæminatos. At enim pallio nihil expeditius, etiam ſi duplex, quod Cratetis. mora nuſquam veſtiendo, cùm ponitur: quippe tota molitio eius, operire eſt ſolutim. Id ex vno circumjectu licet, equidem nuſquam inhumano, ita omnia hominis ſimul contegit. Humerum velans, exponit, vel includit, cæteroquin humerum adhæret, nihil circumfulcit, nihil circumſtringit, nihil de tabulatum fide laborat, facilè ſeſe regit, facilè reficit: etiam cùm exponitur, nulli cruci in craſtinum demandatur. Si quid interulæ ſubter eſt, vacat zonæ tormentum: ſi quid calceatus inducitur, mundiſſimum opus eſt: aut pedes nudi magìs, certè viriles magìs quàm in calceis. Hæc pro pallio interim, quantum nomine comitiaſti. Iam verò & de negotio prouocat. Ego, inquit, nihil foro, nihil campo, nihil curiæ debeo: nulli officio aduigilo, nulla roſtra præoccupo, nulla prætoria obſeruo: canales non, * odoro, cancellos non adoro, ſubſellia non contundo, jura non conturbo,

* adoro causas non elatro, non iudico, non milito, ſeceſſi de populo. in me vnicum negotium mihi eſt. niſi aliud non curo, quàm ne curem. Vita meliore magìs in ſeceſſu fruare, quàm in promptu, ſed ignauiam infamabis. Scilicet patriæ, & imperio, reique viuendum eſt. Erat olim iſta ſententia. *Nemo alij naſcitur moriturus ſibi.* Certè cùm ad Epicuros, & Zenonas ventum eſt, ſapientes vocas, totum quietis magiſterium, qui eam ſummæ atque vnicæ voluptatis nomine conſecrauere. Tamen propemodum mihi quoque licebit in publicum prodeſſe. Soleo de qualibet margine, vel ara medicinas moribus dicere, quæ felicius publicis rebus & ciuitatibus, & imperiis bonas valetudines conferent, quàm tuæ operæ. Quippe ſi pergam ad acuta tecum, plus togæ læſere rempublicam, quàm loricæ. Atquin nullis vitiis adulor, nullis veternis parco, nulli impetigini. Adigo cauterem ambitioni, qua M. Tullius quingentis millibus nummum orbem citri emit: qua bis tantum Aſinius Gallus pro menſa eiuſdem Mauritaniæ numerat. Hem quantis facultatibus æſtimauere ligneas maculas! item qua lances centenarii ponderis Sulla molitur! Vereor ſanè nè parua ſit iſta trutina, cùm Druſillanus, equidem ſeruus Claudii, quinquagenariam promulſidem ædificat, ſupraſcriptus fortaſſe menſis neceſſariam, cui ſi officina extructa eſt, debuit & triclinium. Immergo æquè ſcapellum acerbitati ei qua Vedius

Pollio ſeruos murænis inuadendos obiectabat. Noua ſcilicet ſæuitia delectato terrenæ beſtiæ, & edentulæ, & exunguis, & excornis; de piſcibus placuit feras cogere, vtique ſtatim coquendis, vt in viſceribus earum, aliquid de ſeruorum ſuorum corporibus & ipſe guſtaret. Præcidam gulam, qua Hortenſius orator primus pauum cibi cauſa potuit occidere: qua Aufidius Lurco primus ſagina corpora vitiauit, & coactis alimentis in adulterinum prouexit ſaporem: qua Aſinius Celer mulli vnius obſonium ſex ſeſtertiis detulit: qua Æſopus hiſtrio ex auibus eiuſdem pretioſitatis, vt canoris & loquacibus quibuſque, centum millium patinam confiſcauit. Filius eius poſt tale pulpamentum potuit ſumptuoſius eſurire: marguarita namque vel ipſo nomine pretioſa dehauſit, credo ne mendicius patre cœnaſſet. Taceo Nerones, & Apicios, & Rufos. dabo cathárticum impuritati Scauri, & aleæ Curii, & vinolentiæ Antonii. & memento iſtos interim ex multis togatos fuiſſe, * Quales apudpallium? Haud facilè has purulentias ciuitatis quis eliciet, & exſuppurabit, ni ſermo palliatus.

* Quales apud pallium haud facilè. Has purulentias, &c.

CAPVT VI.

Pallij ipſo occurſu, mores improbi compeſcuntur, hoc non modo philoſophum, ſed omnium artium liberalium profeſſores induit; contrà, Toga etiam viliſſimos cerdones, & gladiatores. Pallium tandem nunquam glorioſius extollitur, quàm cùm à philoſopho Gentili, in Chriſtianum deuoluitur.

Per totum. V. Pallium. 4.

SERMONE, inquit, me ſuaſiſti, medicamine ſapientiſſimo. Verùm etſi eloquium quieſcat, aut infantia ſubductum, aut verecundia retentum, nam & elinguis philoſophia vita contenta eſt, ipſe habitus ſonat. Sic denique auditur philoſophus, dum videtur. De occurſu meo vitia ſuffundo. Quis non æmulum ſuum, cùm videt, patitur? Quis oculis in eum poteſt, in quem mentibus non poteſt? Grande pallii beneficium eſt, ſub cuius recogitatu improbi mores vel erubeſcunt. Viderit nunc philoſophia quid proſit: nec enim ſola mecum eſt. Habeo & alias artes in publico vtiles. De meo veſtiuntur, & primus informator literarum, & primus enodator vocis, & primus numerorum arenarius, & Grammaticus, & Rhetor, & Sophiſta, & Medicus, & Poëta, & qui Muſicam pulſat, & qui Stellarem conjectat, & qui volaticam ſpectat. Omnis liberalitas ſtudiorum quatuor angulis tegitur. Planè poſt Romanos Equites, verùm & accedones, & omnis gladiatorum ignominia, togata producitur. Hæc nimirum indignitas erit, *à toga, ad pallium.* Sed iſta pallium loquitur. At ego iam illi etiam diuinæ ſectæ ac diſciplinæ commercium confero. Gaude pallium, & exulta, melior jam te Philoſophia dignata eſt, ex quo Chriſtianum veſtiore cœpiſti.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI

IN LIBRVM DE PATIENTIA

ARGVMENTVM.

Patientiæ laudes fuſiſſimè hoc libro proſequitur Tertullianus, & captata lectoris ſui beneuolentia, eam ſibi potiſſimum exoptat. Hunc ſecutus eſt Cyprianus ſcribens & ipſe librum de bono patientiæ, in quem multa de ſuo Magiſtro verba tranſcripſit: Scriptus eſt liber referente ſupra Pamelio, eodem Anno, quo liber ad Martyras; Chriſti ſcilicet ducenteſimo ſecundo, Zephyrini tertio, Seueri nono. ſecundum Baron. autem erit Annus Victoris nonus, & Seueri octauus.

CAPVT PRIMVM.

Philoſophi Gentiles, omnem ſapientiæ ſuæ gloriam, ex affectata patientia traxerunt.

In p. ad m. V. patientia 1. in m. V. patientiæ neceſſitas. 1. à m. V. patientia. 2. in f. V. patientia in quibus exercenda. 1.

CONFITEOR ad Dominum Deum, ſatis temere me, ſi non etiam impudenter, de patientia componere auſum, cui præſtandæ idoneus omnino non ſim, vt homo nullius boni: quando oporteat demonſtrationem, & commendationem alicuius rei adortos, ipſos prius in adminiſtratione eius rei deprehendi, & conſtantiam cõmonendi, propriæ conuerſationis auctoritate dirigere, ne dicta factis deficientibus erubeſcãt. Atque vtinam erubeſcere iſtud remedium ferat, vti pudor non exhibendi quod aliis ſuggeſtum imus, exhibendi fiat magiſterium: niſi quòd bonorum quorumdam, ſicuti & malorum, intolerabilis magnitudo eſt: vt ad capienda & præſtanda ea, ſola gratia diuinæ inſpirationis operetur. Nam quod maximè bonum, id maximè penès Deum, nec alius id, quàm qui poſſidet diſpenſat, vt cuique dignatur. Itaque velut ſolatium erit diſputare ſuper eo quod frui non datur; vice languentium, qui cum vacent à ſanitate, de bonis eius tacere non norunt. Ita miſerrimus ego, ſemper æger caloribus impatientiæ, quam non obtineo patientiæ ſanitatem, & ſuſpirem, & inuocem, & perorem neceſſe eſt, cùm recordor, & in meæ imbecillitatis contemplatione digero, bonam fidei valetudinem, & Dominicæ diſciplinæ ſanitatem, non facilè cuiquam, niſi patientia adſideat, prouenire. Ita propoſita Dei rebus eſt, vt nullum præceptum obire quis, nullum opus Domino complacitum perpetrare, extraneus à patientia poſſit. Bonum eius, etiam qui cæci viuunt, ſummæ virtutis appellatione honorant. Philoſophi quidem, qui alicuius ſapientiæ animalia deputantur, tantum illi ſubſignant, vt cùm inter ſeſe variis ſectarum libidinibus & ſententiarum æmulationibus diſcordent, ſolius tamen patientiæ in commune memores huic vni ſtudiorum ſuorum commiſerint pacem. in eam conſpirant, in eam fœderantur, illam adfectatione virtutis vnanimiter ſtudent, omnem ſapientiæ oſtentationem de patientia præferunt. Grande teſtimonium eius eſt, cùm etiam vanas ſæculi diſciplinas ad laudem & gloriam promouet. Aut numquid potius iniuria, cùm diuina res in ſecularibus artibus volutatur? Sed viderint illi, quos mox ſapientiæ ſuæ cum ſæculo deſtructæ ac dedecoratæ pudebit.

CAPVT II.

Deus ipſe tanta patientia in ferendis hominum nequitiis præbet exemplum, vt ſua gloria detrahere videatur: adeò vt Gentiles Deum eſſe dubitent tamdiu vindictam differentem.

Per totum. V. Patientiæ exempla. 5.

NOBIS exercendæ patientiæ auctoritatem, non affectatio humana caninæ æquanimitatis ſtupore formata, ſed viuæ ac cœleſtis diſciplinæ diuina diſpoſitio delegat,
Deum ipſum oſtendens patientiæ exemplum jam primum, ª *qui rorem lucis huius ſuper*
ª Match. 5. 45. *juſtos & injuſtos æqualiter ſpargit*: qui temporum officia, elementorum ſeruitia, totius genituræ tributa, dignis ſimul, & indignis patitur ſimul occurrere, ſuſtinens ingratiſſimas Nationes, ludibria artium & opera manuum ſuarum adorantes, nomen cum familia ipſius perſequentes, luxuriam, auaritiam, iniquitatem, malignitatem quotidie inoleſcentem, vt ſua ſibi patientia detrahat: plures enim Dominum idcirco non credunt, quia ſæculo iratum tamdiu neſciunt.

CAPVT III.

Chriſtus propius & familiarius hominibus, factus eſt in omnibus exemplum patientiæ.

Per totum. V. Patientiæ exempla. 6.

ET hæc quidem diuinæ patientiæ ſpecies, quaſi de longinquo, fors vt de ſupernis æſtimetur. Quid illa autem quæ inter homines palàm in terris quodammodo manu apprehenſa eſt? Naſci ſe Deus in vtero patitur matris, & expectat, & natus adoleſcere ſuſtinet, & adultus non geſtit agnoſci, ſed contumelioſus inſuper ſibi eſt, & à ſeruo ſuo tinguitur, & tentatoris congreſſus ſolis verbis repellit. Cùm de domino fit magiſter,
ª Eſa. 42. 2. docens hominem euadere ad ſalutem, ſcilicet veniam offenſæ patientiæ eruditus, ª *non*
Io. 13. 4. *contendit, non reclamauit, nec quiſquam in plateis vocem eius audiuit, arundinem quaſſatam*
Matth. 9. 10 *non fregit, linum fumigans non reſtrinxit*. Nec enim mentitus fuerat propheta, imò ipſius
Luc. 9. 52. Dei conteſtatio, ſpiritum ſuum in filio cum tota patientia collocantis. Nullum volentem
& ſeq. ſibi adhærere non ſuſcepit: nullius menſam tectumvè deſpexit. Aquam ipſe lauandis diſ-
Luc. 17. 18. cipulorum pedibus miniſtrauit. Non peccatores, non publicanos aſpernatus eſt. Non
Matth. 14. 13. illi ſaltem ciuitati quæ eum recipere noluerat iratus eſt, cùm etiam diſcipuli tam contu-
Matth. 26. 4. melioſo oppido cœleſtes ignes repræſentari voluiſſent. Ingratos curauit, inſidiatoribus ceſſit. Parum hoc, ſi non etiam proditorem ſuum ſecum habuit, nec conſtanter denotauit.

uit. Cùm verò traditur, cùm adducitur, vt pecus ad victimam: ſic enim [b] *non magìs aperit os, quàm agnus ſub tondentis poteſtate.* [c] *Ille cui legiones angelorum, ſi voluiſſet, vno dicto* [b] Eſa. 53.7.
de cœlis affuiſſent, ne vnius quidem diſcentis gladium vltorem probauit. Patientia Domini in [c] Matth. 26.
Malcho vulnerata eſt. Itaque & gladij opera maledixit in poſterum, & ſanitatis reſtitutione ei 53.
quem non ipſe vexauerat ſatisfecit per patientiam miſericordiæ matrem. Taceo quod fi- Io. 18. 11.
gitur. in hoc enim venerat. Nunquid tamen ſubeundæ morti etiam contumeliis opus Matth 26. 52.
fuerat? Sed ſaginari voluptate patientiæ diſceſſurus volebat. Deſpuitur, verberatur, de- Matth. 27.
ridetur, fœdis veſtitur, fœdioribus coronatur. Mira æquanimitatis fides. Qui in hominis 35.
figura propoſuerat latere, nihil de impatientia hominis imitatus eſt. Hinc vel maximè Phariſæi Dominum agnoſcere debuiſtis. patientiam huiuſmodi nemo hominum perpetraret. Talia tantaque documenta, quorum magnitudo penes Nationes quidem detractatio fidei eſt, penes nos verò ratio & ſtructio, ſatis apertè non ſermonibus modò in
præcipiendo, ſed etiam paſſionib. in ſuſtinendo probant his [d] *quibus credere datum eſt*, [d] Philipp. 1.
patientiam Dei eſſe naturam, effectum, & præſtantiam ingenitæ cujuſdam proprietatis. 29.

CAPVT IV.

Exemplo ſeruorum & pecudum à quibus exigimus obedientiam patientem, inducimur ad eam ſummo omnium Domino, largiſſimo & æquiſſimo remuneratori præſtandam

In m. V. Seruus Dei. 2. in f. V. patientiæ neceſsitas. 4.

IGITVR ſi probos quoſque ſeruos & bonæ mentis, pro ingenio dominicò conuerſari videmus (ſiquidem artificium promerendi, obſequium eſt: obſequii verò diſciplina, morigera ſubjectio eſt) quantò magìs nos ſecundùm Dominum moratos inueniri oportet? Seruos ſcilicet Dei viui, cujus iudicium in ſuos, non in compede, aut pileo vertitur, ſed in æternitate aut pœnæ, aut ſalutis. Cui ſeueritati declinandæ, vel liberalitati inuitandæ, tanta obſequij diligentia opus eſt, quanta ſunt ipſa quæ aut ſeueritas comminatur, aut liberalitas pollicetur. Et tamen nos non de hominibus modò ſeruitutre ſubnixis, vel quolibet alio jure debitoribus obſequii, verùm etiam de pecudibus, etiam de beſtiis obedientiam exprimimus, intelligentes vſibus noſtris à Domino prouiſas traditaſque. Meliora ergo nobis erunt in obſequii diſciplina, quæ nobis Deus ſubdit? Agnoſcunt denique quæ obediunt. nos cui ſoli ſubditi ſumus, Domino ſcilicet, auſcultare dubitamus? At quàm injuſtum eſt, quàm etiam ingratum, quod per alterius indulgentiam de aliis conſequaris, idem illi per quem conſequeris de temetipſo non rependere? Nec pluribus de obſequii exhibitione debita à nobis Domino Deo. Satis enim agnitio Dei quid ſibi incumbat, intelligit. Ne tamen vt extraneum de obſequio videamur interjeciſſe, ipſum quoque obſequium de patientia trahitur. Nunquam impatiens obſequitur, aut patiens quis obluctatur. Quam ergo dominus omnium bonorum & demonſtrator & acceptator Deus in ſemetipſo circumtulit, quis de bono eius latè retractet? cui item dubium ſit *omne bonum, qui ad Deum pertineat*, pertinentibus ad Deum tota mente ſectandum? Per quæ in expedito & quaſi in præſcriptionis compendio de patientia conſtitutum eſt.

CAPVT V.

Patientiæ bonum, ex impatientia malo dignoſcitur. Hæc primò in diabolo orta eſt, quæ & mulierem, & per eam dejecit Adam, & exinde velut ſeminarium omnis delicti facta eſt, qua & Cain primus homicida, & homines in varia crimina delapſi.

à p. ad m. V. impatientia. 1. In m. V. impatientia. 2. à m. ad f. V. impatientia. 3.

VERVNTAMEN procedere diſputationem de neceſſariis fidei non eſt otioſum, quia nec infructuoſum. Loquacitas in ædificatione nulla turpis, ſi quando turpis. Itaque ſi de aliquo bono ſermo eſt, res poſtulat contrarium quoque boni recenſere. Quid enim ſectandum ſit, magìs illuminabis, ſi quod vitandum ſit, proinde digeſſeris. Conſideremus igitur de impatientia: an ſicut patientia in Deo, ita aduerſaria eius in aduerſario noſtro nata atque comperta ſit. vt ex iſto appareat, quàm principaliter fidei aduerſetur. Nam quod ab æmulo Dei conceptum eſt, vtique non eſt amicum Dei rebus. Eadem diſcordia eſt rerum, quæ & auctorum. Porro cùm Deus optimus, diabolus è contrario peſſimus, ipſa ſui diuerſitate teſtantur neutrum alteri facere, vt nobis non magìs à malo aliquid boni, quàm à bono aliquid mali editum videri poſſit. Igitur natales impatien-

Gen. 1. 26. tiæ in ipſo diabolo deprehendo, jam tunc eùm Dominum Deum vniuerſa opera quæ feciſſet, imagini ſuæ, id eſt, homini ſubjeciſſe impatienter tulit. Nec enim doluiſſet, ſi ſuſtinuiſſet: nec inuidiſſet homini, ſi non doluiſſet. Adeò decepit eum, quia inuiderat. Inuiderat autem, quia doluerat. Doluerat, quia patienter vtique non tulerat. Quid primùm fuerit ille angelus perditionis, malus an impatiens, contemno quærere: palam cùm ſit, impatientiam cum malitia, aut malitiam ab impatientia auſpicatam; deinde inter ſe conſpiraſſe, & indiuiduas in vno patris ſinu adoleuiſſe. At enim quam primus ſenſerat, per quam delinquere intrauerat, de ſuo experimento quid ad peccandum adjutaret instructus, eandem impingendo in crimen homini aduocauit. conuenta ſtatim illi mulier,
Gen. 3. 1. non temerè dixerim, per colloquium ipſum eius afflata eſt ſpiritu impatientia infecto. vſque adeò nunquam omnino peccaſſet, ſi diuino interdicto patientiam perſeruaſſet. Quid quòd non ſuſtinuit ſola conuenta, ſed apud Adam nondum maritum, nondum aures ſibi debentem, impatiens etiam tacendi eſt? ac traducem illum eius quod à Malo hauſerat, facit. Perit igitur & alios homo per impatientiam alterius: perit mox & ipſe per impatientiam ſuam vtrubique commiſſam, & circa Dei præmonitionem, & circa diaboli circumſpectionem: illam ſeruare, hanc refutare non ſuſtinens. Hinc prima iudicii, vnde delicti origo: hinc Deus iraſci exorſus, vnde offendere homo inductus. Inde in Deo prima patientia, vnde indignatio prima. Qui tunc maledictione ſola contentus, ab animaduerſionis impetu in diabolo temperauit. Aut quod crimen ante istud impatientiæ admiſſum homini imputatur? Innocens erat, & Deo de proximo ami-
Gen 3. 17. & ſeq. cus, & paradiſi colonus. At vbi ſemel ſuccidit impatientiæ, deſiuit Deo ſapere, deſiuit cœleſtia ſuſtinere poſſe. Exinde homo terræ datus, & ab oculis Dei ejectus, facilè vſurpari ab impatientia cœpit in omne quod Deum offenderet. Nam ſtatim illa ſemine diabo-
Gen. 4. 1. li concepta, malitiæ fœcunditate iram filium procreauit: editum ſuis artibus erudiit. Quod enim ipſum Adam & Euam morti immerſerat, docuit & filium ab homicidio incipere. Fruſtra iſtud impatientiæ adſcripſerim, ſi Caïn ille primus homicida, & primus
Gen. 4. 8. fratricida, oblationes ſuas à Domino recuſatas æquanimiter nec impatienter tulit: ſi iratus fratri ſuo non eſt, ſi neminem denique interemit. Cùm ergo non occidere potuerit niſi iratus, nec iraſci niſi impatiens, demonſtrat quod per iram geſſit, ad eam referendum, à qua ira ſuggeſta eſt. Et hæc quidem impatientiæ tunc infantis quodammodo incunabula. Cæterùm quanta mox incrementa? nec mirum. Nam ſi prima deliquit, conſequens eſt vt quia prima, idcirco & ſola ſit matrix in omne delictum, defundens de ſuo fonte varias criminum venas. De homicidio quidem dictum eſt. Sed ira editum à primordio, etiam quaſcumque poſtea cauſas ſibi inuenit, ad impatientiam vt ad originem ſui confert. Siue enim quis inimicitiis, ſiue prædæ gratia id ſcelus conficit, prius eſt vt aut odii, aut auaritiæ fiat impatiens. Quicquid compellit, ſine impatientia ſui non eſt vt perfici poſſit. Quis adulterium ſine libidinis impatientia ſubiit? Quod & ſi pretio in fœminis cogitur, venditio illa pudicitiæ, vtique impatientia contemnendi lucri ordinatur. Hæc vt principalia penes Dominum delicta. Nam vt compendio dictum ſit, omne peccatum impatientiæ aſcribendum. Malum impatientia eſt boni. Nemo impudicus non impatiens pudicitiæ, & improbus probitatis, & impius pietatis, & inquietus quietis. Vt malus vnuſquiſque fiat, bonus perſeuerare non poterit. Talis igitur excetra delictorum: cur non Dominum offendat improbatorem malorum? An non ipſum quoque Iſraël
Exo. 16. 3. per impatientiam ſemper in Deum deliquiſſe manifeſtum eſt? exinde quum oblitus brachii cœleſtis quo Ægyptiis afflictationibus fuerat exactus, de Aaron ſibi deos duces poſtulat; quum in idolum auri ſui collationes defundit: tam neceſſarias enim Moyſis cum
Exo. 17. 2. Domino congredientis impatienter exceperat moras. Poſt mannæ eſcatilem pluuiam, poſt petræ aquatilem ſequelam deſperant de Domino, tridui ſitim non ſuſtinendo. nam hæc quoque illis impatientia à Domino exprobratur. Ac ne ſingula peruagemur, numquam non per impatientiam delinquendo perierunt. Quomodo autem manus prophetis
Act. 7. 25. 56. intulerunt, niſi per impatientiam etiam videndi? Quod ſi patientiam iniſſent, liberarentur.

CAPVT VI.

Patientia fidem Abrahæ præceſſit & ſecuta eſt. Chriſtus legem nouam veteri ſuperponens, iram patientia vincere docuit.

In p. ad m. V. patientiæ neceſsitas. 6. in m. ad f. V. patientiæ neceſsitas. 12.

a Gal. 3. 6. Gen. 15. 6. IPSA adeò eſt, quæ fidem & ſubſequitur, & antecedit. Denique [a] *Abraham Deo credidit, & iuſtitia deputatus ab illo eſt*: ſed fidem eius patientia probauit, quum filium

immolare iuſſus eſt, ad fidei non tentationem dixerim, ſed typicam conteſtationem. Cæterùm Deus, quem iuſtitiæ deputâſſet, ſciebat. Tam graue præceptum quod nec Domino perfici placebat, patienter & audiuit, & ſi Deus voluiſſet, impleſſet. Meritò ergo benedictus, quia & fidelis: meritò fidelis, quia & patiens. Ita fides patientia illuminata, quum in nationes ſeminaretur per ſemen Abrahæ quod eſt Chriſtus, gratiam legi ſuperduceret, ampliandæ adimplendæque legi adiutricem ſuam patientiam præfecit, quod ea ſola ad iuſtitiæ doctrinam retro defuiſſet. Nam olim & *oculum pro oculo, & dentem pro dente repetebant, & malum malo fœnerabant.* nondum enim patientia in terris, quia nec fides. ſcilicet interim impatientia occaſionibus legis fruebatur. Facile erat, abſente Domino patientiæ & magiſtro. qui poſtquam ſuperuenit, & gratiam fidei patientia compoſuit, jam nec verbo quidem laceſſere, [b] *nec Fatuè quidem dicere ſine iudicii periculo licet.* Prohibita ira reſtricti animi, compreſſa petulantia manus, exemptum linguæ venenum. plus lex quàm amiſit, inuenit: dicente Chriſto: [c] *Diligite inimicos veſtros, & maledicentibus benedicite: & orate pro perſecutoribus veſtris, ut filii ſitis patris veſtri cæleſtis.* Vides quem nobis patrem patientia acquirat? Hoc principali præcepto vniuerſa patientiæ diſciplina ſuccincta eſt, quando nè dignè quidem malefacere conceſſum eſt.

Gen. 22, 2. Gal. 3. 16. Exo. 21. 24. Deut. 19. 21. b Matth. 5. 22. c Ibid. 44.

CAPVT VII.

Diuitiarum contemptus, & cupiditatum euerſio, patientia exercitatio eſt.

In p. ad m. V. patientia in quibus exercenda. 3. à p. V. Chriſti infirma. 4. in m. ad f. V. eleemoſina. 4. à m. V. patientiæ neceſsitas. 5.

IAM verò percurrentibus nobis cauſas impatientiæ, cætera quoque præcepta ſuis locis reſpondebunt. Si detrimento rei familiaris animus concitatur, omni penè in loco de contemnendo ſæculo ſcripturis Dominicis commonetur: nec major ad pecuniæ contemptum exhortatio ſubjacet, quàm quòd ipſe Dominus in nullis diuitiis inuenitur. ſemper pauperes iuſtificat, diuites prædamnat. Ita detrimentum patientiæ, faſtidium opulentiæ præminiſtrauit, demonſtrans per abiectionem diuitiarum, læſuras quoque earum computandas non eſſe. Quod ergo nobis appetere minimè opus eſt, quia nec Dominus appetiuit, detruncatum vel etiam ademptum non ægrè ſuſtinere debemus. [a] *Cupiditatem omnium malorum radicem* ſpiritus Domini per Apoſtolum pronuntiauit. Eam non in concupiſcentia alieni tantùm conſtitutam interpretemur: nam & quod noſtrum videtur, alienum eſt: nihil enim noſtrum, quoniam Dei omnia, cujus ipſi quoque nos. Itaque ſi damno affecti impatienter ſenſerimus, de non noſtro amiſſum dolentes, adfines cupiditatis deprehendemur. Alienum quærimus, quum alienum amiſſum ægrè ſuſtinemus. Qui damni impatientia concitatur, terrena cœleſtibus anteponendo, de proximo in Deum peccat. Spiritum enim quem à Domino ſumpſit ſecularis rei gratia concutit. Libentes igitur terrena amittamus, cœleſtia tueamur. Totum licet ſæculum pereat, dum patientiam lucrifaciam. Iam qui minutum ſibi aliquid aut furto, aut vi, aut etiam ignauia, non conſtanter ſuſtinere conſtituit: neſcio an facilè, vel ex animo ipſe rei ſuæ manum inferre poſſet in cauſa eleemoſinæ. Quis enim ab alio ſecari omnino non ſuſtinens, ipſe ferrum corpori ſuo ducit? Patientia in detrimentis exercitatio eſt largiendi & communicandi. Non piget donare eum, qui non timet perdere. Alioquin quomodo [b] *duas habens tunicas alteram earum nudo dabit, niſi idem ſit, qui auferenti tunicam, etiam pallium offerre poſſit?* Quomodo [c] *amicos de mammona* fabricabimus nobis, ſi eum in tantùm amauerimus, vt amiſſum non ſufferamus? Peribimus cum perdito. Quid hîc inuenimus, vbi habemus amittere? Gentilium eſt omnibus detrimentis impatientiam adhibere, qui rem pecuniariam fortaſſe animæ anteponant. Nam & faciunt, cùm lucri cupiditatibus quæſtuoſa pericula mercimoniorum in mari exercent: cùm pecuniæ cauſa etiam in foro nihil damnationi timendum aggredi dubitant. cùm denique ludo & caſtris ſeſe locant, cùm per viam in mores beſtiarum latrocinantur. Nos verò ſecundùm diuerſitatem, qua cum illis ſumus, non animam pro pecunia, ſed pecuniam pro anima deponere conuenit; ſeu ſponte in largiendo, ſeu patienter in amittendo.

Matth. 5. 3. Luc. 6. 20. a 1. Tim. 6. 10. b Matth. 5. 40. c Luc. 16. 9.

CAPVT VIII.

Patientia non tantùm graues, ſed & leues ſufferre docet iniurias.

In p. V. eleemoſina. 4. à p. ad f. V. patientia in quibus exercenda. 4.

IPSAM animam, ipſumq; corpus in ſæculo iſto expoſitum omnibus ad injuriam gerimus, ejuſque injuriæ patientiam ſubimus: minorum deliberatione lædemur? Abſit à ſeruo

Chriſti tale inquinamentum, vt patientia majoribus tentationibus præparata in friuolis excidat. Si manu quis tentauerit prouocare, præſtò eſt Dominica monela, *Verberanti*
Matth.5.39. *te*, inquit, *in faciem, etiam alteram genam obuerte.* Fatigetur improbitas patientia tua. Quiuis ictus ille ſit dulore & contumelia conſtrictus, grauius à Domino vapulat. Plus improbum illum cædis ſuſtinendo. Ab eo enim vapulabit, cuius gratia ſuſtines. Si lin-
a Matth.5.11 12. guæ amaritudo, maledicto ſiue conuicio eruperit, reſpice dictum: [a] *Quum vos maledixerint, gaudete.* [b] *Dominus ipſe maledictus in lege eſt, & tamen* [c] *ſolus eſt benedictus.* Igitur
b Deut. 21. 23. dominum ſerui conſequamur, & maledicamur patienter; vt benedicti eſſe poſſimus. Si
c Gal. 3. 13. parem æquanimiter audiam dictum aliquod in me proteruum aut nequam, reddam & ipſe amaritudinis vicem neceſſe eſt, aut cruciabor impatientia muta. Quum ergo percuſſero
d Matth.15. 17.& ſeq. maledicto, quomodo ſecutus inueniar doctrinam Domini qua traditum eſt, [d] *non vaſculorum inquinamentis, ſed eorum quæ ex ore promuntur, hominem communicari?* Item: Ma-
Matth. 12. 36. nere nos omnis vani & ſupervacui dicti reatum? Sequitur ergo, vt à quo nos Dominus arcet, idem ab alio æquanimiter pati admoneat. Hìc jam de patientiæ voluptate. Nam omnis injuria, ſeu lingua, ſeu manu incuſſa, cùm patientiam offenderit, eodem exitu diſpungetur, quo telum aliquod in petra conſtantiſſimæ duritiæ libratum & obtuſum. Concidet enim ibidem irrita opera & infructuoſa, & nonnunquam repercuſſum in eum qui emiſit reciproco impetu ſæuiet. Nempe idcirco quis te lædit, vt doleas; qui fructus lædentis in dolore læſi eſt. Ergo cùm fructum eius euerteris nun dolendo, ipſe doleat neceſſe eſt amiſſione fructus ſui. tunc tu non modò illæſus abis, quod etiam ſolum tibi ſufficit, ſed inſuper aduerſarii tui & fruſtratione oblectatus, & dolore defenſus. Hæc eſt patientiæ vtilitas, & voluptas.

CAPVT IX.

Parentum & amicorum amiſſionem, & ex ea dolorem temperat virtus patientiæ.

Per totum. V. patientia in quibus exercenda. 5.

NE illa quidem impatientiæ ſpecies excuſatur in amiſſione noſtrorum, vbi aliqua doloris patrocinatur affectio. Proponendus eſt enim reſpectus denuntiationis Apoſto-
a 1.Theſſ.4. 13.& ſeq. ſtoli, qui ait: [a] *Ne contriſtemini dormitione cuiuſquam, ſicut Nationes quæ ſpe carent.* Et meritò. *Credentes enim reſurrectionem Chriſti, in noſtram quoque credimus, propter quos ille & obiit, & reſurrexit.* Ergo cùm conſtet de reſurectione mortuorum, vacat dolor mortis, vacat & impatientia doloris. Cur enim doleas, ſi periiſſe non credis? Cur impatienter feras ſubductum interim, quem credis reuerſum? Profectio eſt, quam putas mortem. Non eſt lugendus qui antecedit, ſed planè deſiderandus. Id quoque deſiderium patientia temperandum. Cur enim immoderatè feras abiiſſe, quem mox ſubſequeris? Cæterùm impatientia in huiuſmodi, & ſpei noſtræ malè ominatur, & fidem prævaricatur. Et Chriſtum lædimus, cùm euocatos quoſque ab illo, quaſi miſerandos, non
b Philip.1.23 æquanimiter accipimus. [b] *Cupio*, inquit Apoſtolus, *recipi jam, & eſſe cum Chriſto.* quantò melius oſtendit votum Chriſtianorum? ergo votum ſi alios conſequutos impatienter dolemus, ipſi conſequi nolumus.

CAPVT X.

Appetitum vindictæ, gloria aut malitia conceptum, patientia prohibet, eam Deo ſeruatam immolans.

In p. ad m. V. impatientia. 4. circa. f. V. iudicium temerarium. 3. in f. V. impatientia. 5.

EST & alius ſummus impatientiæ ſtimulus, vltionis libido, negotium curans aut gloriæ, aut malitiæ. Sed & gloria vtique vana, & malitia nunquam non Domino odioſa, hoc quidem loco maximè, cùm alterius malitia prouocata, ſuperiorem ſe in exequenda vltione conſtituit, & remunerans nequam duplicat, quod ſemel factum eſt. Vltio
* certè. penes errorem, ſolatium videtur doloris: penès veritatem, * certamen redarguitur malignitatis. Quid enim refert inter prouocantem, & prouocatum, niſi quòd ille prior in maleficio deprehenditur, at ille poſterior? Tamen vterque læſi hominis Domino reus eſt: qui omne nequam & prohibet & damnat. Nulla in maleficio ordinis ratio eſt: nec
a Rom. 12. 17. locus ſecernit, quod ſimilitudo conjungit. Abſolutè itaque præcipitur [a] *malum malo non rependendum.* Par factum, par habet meritum. Quomodo id obſeruabimus, ſi faſtiditi ante in faſtidio vltionis non erimus? Quem autem honorem litabimus domino Deo, ſi nobis arbitrium defenſionis arrogauerimus? Nos vtres, vaſa fictilia, ſeruulis noſtris aſſumentibus ſibi de conſeruis vltionem, grauiter offendimur: eoſque qui nobis

patientiam obtulerint ſuam, vt memores humilitatis, ſeruitutis, ius Dominici honoris diligentes, non probamus modò, ſed ampliorem quàm ipſi ſibi præſumpſiſſent, ſatisfactionem facimus: id nobis in Domino tam iuſto ad æſtimandum, tam potenti ad perficiendum periclitatur? Quid ergo credimus iudicem illum, ſi non & vltorem? Hoc
ſe nobis repromittit dicens: [b] *Vindictam mihi & ego vindicabo.* id eſt, Patientiam mihi, *b* Deut. 31. 35. 43.
& ego patientiam remunerabo. Cùm enim dicit, [c] *Nolite iudicare ne iudicemini*, nonne *c* Matt. 7. 1.
patientiam flagitat? Quis enim non iudicabit alium, niſi qui patiens erit non defendi? Quis idcirco iudicat, vt ignoſcat? Ac ſi ignoſcet, tamen iudicantis impatientiam cauit, & honorem vnici iudicis, id eſt, Dei abſtulit. Quantos verò caſus huiuſmodi impatientia incurſare conſueuit? Quotiens pœnituit defenſionem? quotiens inſtantia eius deterior facta eſt cauſis ſuis? Quoniam nihil impatientia ſuſceptum, ſine impetu tranſigi nouit: nihil impetu actum, aut non offendit, aut corruit, aut præceps abiit. Iam ſi leuius defendaris, inſanies: ſi vberius, oneraberis. Quid mihi cum vltione, cuius modum regere non poſſum per impatientiam doloris? Quòd ſi patientiæ incubabo, non dolebo: ſi non dolebo, vlciſci non deſiderabo.

CAPVT XI.

Patientia innumeras tentationes diaboli retundit, & regni cæleſtis mercedem repoſitam expectat.

In p. V. Patientia in quibus excercenda. 2. à p. ad m. V. Patientia in quibus habenda. 6. à m. ad f. V. Patientia. 3.

POST has principales impatientiæ materias, vt potuimus regeſtas, quid inter cæteras euagemur, quæ domi, quæ foris? Lata atque diffuſa eſt operatio Mali, multiplicia ſpiritus incitamenta iaculantis, & modò paruula, modò maxima. Sed paruula de ſua mediocritate contemnas, maximis pro ſua exuperantia cedas. Vbi minor iniuria, ibi nulla neceſſitas impatientiæ. At vbi maior iniuria, ibi neceſſarior iniuriæ medela, patientia. Certemus igitur quæ à Malo infliguntur ſuſtinere, vt hoſtis ſtudium æmulatio noſtræ æquanimitatis eludat. Si verò quædam ipſi in nos, aut imprudentia, aut ſponte etiam ſuperducimus, æquè patienter obeamus quę nobis imputamus. Quòd ſi à Domino nonnulla credimus incuti, cui magìs patientiam quàm Domino præbeamus? Quin inſuper gratulari & gaudere nos docet, dignatione diuinæ caſtigationis.
[a] *Ego*, inquit, *quos diligo, caſtigo.* O ſeruum illum beatum, cuius emendationi Dominus *a* Apoc. 3. 19.
inſtat! cui dignatur iraſci! quem admonendi diſſimulatione non decipit! Vndique igitur adſtricti ſumus officio patientiæ adminiſtrandæ. Quaqua ex parte, aut erroribus noſtris, aut Mali inſidijs, aut admonitionibus Domini interuenit vſus eius officij, magna merces, felicitas ſcilicet. Quos enim felices Dominus niſi patientes nuncupauit?
dicendo, [b] *Beati pauperes ſpiritu, illorum eſt enim regnum cælorum.* Nullus profectò ſpiritu *b* Matth. 5. 3.
pauper, niſi humilis. Quis enim humilis niſi patiens? quia nemo ſubiicere ſeſe poteſt,
ſine prima patientia ſubiectionis ipſius. [c] *Beati*, inquit, *flentes atque lugentes*: Quis talia *c* Ibid. 5.
ſine patientia tolerat? itaque talibus & aduocatio, & riſus promittitur. [d] *Beati mites*: hoc *d* Ibid. 4.
quidem vocabulo impatientes non licet omnino cenſeri. Item quum [e] *pacificos eodem* *e* Ibid. 9.
titulo felicitatis notat, & filios Dei nuncupat, nunquid impatientes pacis affines? Stultus hoc ſenſerit. Quum vero, [f] *Gaudete & exultate, dicit, quotiens vos maledicent & perſequen-*
tur: merces enim veſtra plurima in cælo. id vtique non exultationis impatientiæ pollice- *f* Ibid. 12.
tur: quia nemo in aduerſis exultabit, niſi antè ea contempſerit: nemo contemnet, niſi patientiam geſſerit.

CAPVT XII.

Patientia, pacis, pœnitentiæ, fidei, ſpei, Charitatis eſt miniſtra.

In p. V. Patientiæ neceſſitas. 10. à p. ad m. V. Patientiæ neceſſitas. 3. in m. V. Patientiæ neceſſitas 11. in f. V. Patientiæ neceſſitas.

QVOD ad pacis gratiſſimæ Deo attinet diſciplinam, quis omnino impatientiæ *a* Matth. 18.
natus, vel ſemel ignoſcet fratri ſuo? [a] *nè dicam ſepties, ſed & ſeptuagies ſepties?* Quis 22.
iudicium cum aduerſario ſuo dirigens, negotium conuenientia ſoluet, niſi prius animi Matt. 5. 25.
dolorem, duritiam, amaritudinem, venena ſcilicet impatientiæ amputarit? Quomodo *b* Luc. 6. 37.
[b] *remittes, & remittetur tibi?* ſi tenax iniuriæ, per abſentiam patientiæ fueris? [c] *Nemo* *c* Matt. 5. 23. 24.
conuulſus animum in fratrem ſuum, munus apud altare perficiet, niſi prius reconciliando fratri *d* Epheſ. 4.
reuerſus ad patientiam fuerit. [d] *Sol ſuper iram noſtram ſi occiderit*, periclitamur. Non licet 26.

nobis vna die ſine patientia manere. Atenim cùm omnem ſpeciem ſalutaris diſciplinæ gubernet, quid mirum quòd etiam pœnitentiæ miniſtrat, ſolitæ lapſis ſubuenire? cùm diſiuncto matrimonio, ex ea tamen cauſa, qua licet ſeu viro, ſeu feminæ ad viduitatis perſeuerantiam ſubſtinere; hæc expectat, hæc exoptat, hæc exorat, pœnitentiam quandoque inituris, ſalutem! Quantùm boni vtrique confert? alterum non adulterum facit, alterum emendat. Sic & illis Dominicarum ſimilitudinum exemplis de patientia ſanctis adeſt[e] *Erroneam ouem patientia paſtoris requirit & inuenit.* Nam impatientia vnam
e Luc. 15. 4. facilè contemneret. Sed laborem inquiſitionis patientia ſuſcipit, [f] *& humeris inſuper*
f Ibid. 20. *aduehit baiulus patiens peccatricem derelictã. Illum quoque prodigum filiũ patientia patris & recipit, & veſtit & paſcit, & apud impatientiã irati fratris excuſat. Saluus eſt igitur qui perierat,* quia pœnitentiam iniit. Pœnitentia non perit, quia patientiam inuenit. Nam dilectio ſummum fidei ſacramentum, Chriſtiani nominis theſaurus, quam Apoſtolus totis viribus ſancti Spiritus commendat, cuius niſi patientiæ diſciplinis eruditur? [g] *Dilectio,*
g 1. Cor. 13. 4. & ſeq. inquit, *magnanimis eſt*: ita patientiam ſumit. *Benefica eſt*: malum patientia non facit. *Non æmulatur*: id quidem patientiæ proprium eſt. *Nec proteruum ſapit*: modeſtiam de patientia traxit. *Non inflatur, non proterit*: non enim ad patientiam pertinet. *Nec ſua requirit*, ſi offert ſua, dum alteri proſit: *Nec incitatur.* Cæterùm quid impatientiæ reliquiſſet? Ideo, inquit, *dilectio omnia ſuſtinet, omnia tolerat.* vtique quia patiens. Meritò
h 1. Cor. 13. 8 ergo [h] *nunquam excidet: nam cætera euacuabuntur, conſummabuntur. Exhauriuntur linguæ, ſcientia, prophetia: permanent fides, ſpes, dilectio.* Fides, quam Chriſti patientia induxit: ſpes, quam hominis patientia expectat: dilectio, quam Deo magiſtro patientia comitatur.

CAPVT XIII.

Patientia non tantùm in animo, ſed & in corpore multipliciter Deum honorat & promeretur, Ieiunia, continentiam in omni ſtatu, & quaſlibet perſecutionum moleſtias pro Deo conſtanter ſuſtinere ſuadens.

In p. V. Patientiæ neceſſitas. 8. in m. V. Patientiæ exempla. 3. & V. Patientiæ neceſſitas. 2 in f. V. Patientiæ neceſſitas. 9.

VSQVE huc de patientia tandem ſimplici, & vniformi, & tantùm in animo
* Eadem. conſtituta: cùm * eandem etiam in corpore, demerendo Domino, multiplicitet
* Adlaboret. adlaborem: * vt pote quæ ab ipſo Domino in corporis quoque virtute edita eſt; ſi quidem rector animus facilè communicat Spiritus inuecta, cum habitaculo ſuo. Quæ igitur negotiatio patientiæ in corpore? In primis *adflictatio carnis, hoſtia Domino placatoria* per humiliationis ſacrificium, quum ſordes cum anguſtia victus Domino libat, contenta ſimplici pabulo, puroque aquæ potu, quum ieiunia coniungit, quum cineri & ſacco inoleſcit. Hæc patientia corporis precationes commendat, deprecationes affirmat: hæc aures Chriſti Dei aperit, ſeueritatem diſpergit, clementiam elicit. Sic ille
Dan. 4. 29. rex Babylonius offenſo Domino cùm ſqualore & pædore ſepte nnii, ab humana forma exulaſſet, immolata patientia corporis ſui, & regnum recuperauit, & quod optabilius eſt homini, ſatis Deo fecit. Iam ſi altiores & feliciores gradus corporalis patientiæ digeramus, eadem ſanctitati quoque procurat continentiam carnis. hæc & viduam te-
Matt. 19. 12. net, & virginem adſignat, & voluntarium ſpadonem ad regna cœli leuat. quod de virtute animi venit, in carne perficitur, carnis patientia. In perſecutionibus denique præliatur. Si fuga vrgeat, aduerſus incommoda fugæ caro militat. Si & carcer premat, caro in vinculis, caro in ligno, caro in ſolo, & in illa paupertate lucis, & in illa penuria mundi. Quum verò producitur ad experimentum fælicitatis, ad occaſionem ſecundæ intinctionis, ad ipſum diuinæ ſedis aſcenſum, nulla plus illic quàm patientia corporis.
a Matth. 26. 41. Si [a] *ſpiritus promptus, ſed caro ſine patientia infirma*, vbi ſalus ſpiritus & carnis ipſius. At cùm hoc Dominus de carne dicit infirmam pronuntians, quid ei firmandæ opus ſit, oſtendit, patientia ſcilicet aduerſus omnem ſubuertendæ fidei, vel puniendæ paratuтam, vt verbera, vt ignem, vt crucem, beſtias, gladium conſtantiſſimè toleret, quæ Prophetæ, quæ Apoſtoli ſuſtinendo vicerunt.

CAPVT XIV.

Patientia ſuffulti viribus, Iob, Iſaias, Stephanus, præclara nobis eius exempla reliquerunt.

In p. V. Patientiæ neceſſitas. 9. à p. ad f. V. Patientiæ exempla. 4.

HIs patientiæ viribus ſecatur Eſaias, & de Domino non tacet. lapidatur Stephanus, & veniam hoſtibus ſuis poſtulat. O fœliciſſimum illum quoque, qui omnem patientiæ ſpeciem aduerſus omnem diaboli vim expunxit: quem non abacti greges, non illæ in pecore diuitiæ, non filij vno ruinæ impetu adempti, non ipſius denique corporis in vlcere cruciatus, à patientia & fide Domino debita excluſit; quem diabolus totis viribus fruſtra cæcidit. Neque enim à reſpectu Dei tot doloribus auocatus ille eſt, ſed conſtitit nobis in exemplum & teſtimonium, tam ſpiritu quàm carne, tam animo quàm corpore, patientiæ perpetrandæ: vt neque damnis ſæcularium, nec amiſſionibus cariſſimorum, nec corporis quidem conflictationibus ſuccidamus. Quale in illo viro feretrum Deus * diabolo exſtruxit? Quale vexillum de inimico gloriæ ſuæ extulit; cùm ille homo ad omnem aceruum nuntiorum nihil ex ore promeret, niſi *Deo gratias*; cùm vxorem iam malis delaſſatam, & praua remedia ſuadentẽ execraretur? Quid? ridebat Deus: quid? diſſecabatur Malus, quum Iob immundam vlceris ſui redundantiam magna æquanimitate deſtringeret, cùm erumpentes beſtiolas inde in eoſdem ſpecus & paſtus * reformoſæ carnis ludendo reuocaret. Itaque operarius ille victoriæ Dei, retuſis omnibus iaculis tentationum lorica, clypeoque patientiæ, & integritatem mox corporis à Deo recuperauit, & quæ amiſerat conduplicata poſſedit. Et ſi filios quoque reſtitui voluiſſet, pater iterum vocaretur. Sed maluit in illo die reddi ſibi. Tantùm gaudij, ſecurus de Domino, diſtulit. ſuſtinuit tam voluntariam orbitatem, ne ſine aliqua patientia viueret.

Hebr 11.37. Act. 7. 58.

* Deus. de. Iob. 1.21 & 2. 10.

* Foraminoſæ.

CAPVT XV.

Patientia omnibus Dei mandatis nos ſubijciens, eum detinet debitorem; quæ in omni ſexu & ætate formoſa, & fidelem delectat, & ſua ſpecie Gentilem inuitat.

In p. ad m. V. Patientiæ neceſſitas. 13. in m. ad f. V. Patientiæ exempla. 7.

ADEÒ ſatis idoneus patientiæ ſequeſter Deus. Si iniuriam depoſueris penes eum, vltor eſt: ſi damnum, reſtitutor eſt: ſi dolorem, medicus eſt: ſi mortem, reſuſcitator eſt. Quantum patientiæ licet, vt Deum habeat debitorem? Nec immeritò. Omnia enim placita eius tuetur: omnibus mandatis eius interuenit. Fidem munit, pacem gubernat, dilectionem adiuuat, humilitatem inſtruit, pœnitentiam expectat, exomologeſin adſignat, carnem regit, ſpiritum ſeruat, linguam frænat, manum continet, tentationes inculcat, ſcandala pellit, martyria conſummat: pauperem conſulatur, diuitem temperat, *infirmum non extendit, valentem non conſumit, fidelem delectat, Gentilem inuitat: ſeruum Domino, Dominum Deo commendat, fœminam exornat, virum approbat: amatur in puero, laudatur in iuuene, ſuſpicitur in ſene. In omni ſexu, in omni ætate formoſa eſt. Age iam, ſi & effigiem habitumque eius comprehendamus. Vultus illi tranquillus & placidus, frons pura, nulla mœroris aut iræ rugoſitate contracta: remiſſa æquè in lætum modum ſupercilia; oculis humilitate, non infœlicitate deiectis: os taciturnitatis honore ſignatum: color qualis ſecuris & innoxiis: motus frequens capitis in diabolum, & minax riſus. Cæterùm amictus circum pectora candidus, & corpori impreſſus, vt qui nec inflatur, nec inquinatur. Sedet enim in throno Spiritus eius mitiſſimi & manſuetiſſimi, qui non turbine glomeratur, non nubilo liuet, ſed eſt tenerè ſerenitatis, apertus & ſimplex, quem tertiò vidit Helias: Nam vbi Deus; ibidem & alumna eius, patientia ſcilicet. Cùm ergo Spiritus Dei, * indiuidua patientia comitatur eum. Si non eam cum Spiritu admiſerimus, in nobis morabitur ſemper? Immò neſcio an diutius perſeueret. Sine ſua comite ac miniſtra, omni loco ac tempore angatur neceſſe eſt. Quodcumque inimicus eius inflixerit, ſolus ſuſtinere non poterit, carens inſtrumento ſuſtinendi.

3. Reg 19.12

* Deſcendit.

CAPVT XVI.

Patientia quam laudauit, non eſt Gentilis, & à diabolo Dei æmulo perſuaſa; ſed vera, Chriſtiana, & cæleſtis.

Per totum. V. Patientiæ exempla. 1.

HÆc patientiæ ratio, hæc diſciplina, hæc opera cœleſtis, & veræ, ſcilicet Chriſtianæ, non vt illa patientia gentium terræ, falſa, probroſa. Nam vt in iſto quoque Domino diabolus æmularetur, quaſi planè ex pari, niſi quòd ipſa diuerſitas mali & boni, æqualiter magnitudinis par eſt, docuit & ſuos patientiam propriam: illam dico, quæ maritos dote venales, aut lenocinijs negotiantes, vxorum poteſtatibus

ſubiicit: quæ aucupandis orbitatibus, omnem coacti obſequij laborem mentitis adfectionibus tolerat: quæ ventris operarios, contumelioſis patronis ſubiectione libertatis addicit. Talia nationes patientiæ ſtudia nouerunt: & tanti boni nomen fœdis operationibus occupant: patientes riualium, & diuitum, & inuitatorum. Impatientes ſolius Dei viuunt. Sed viderit ſua, & ſui præſidis patientia, quam ſubter ignis expectat. Cæterùm nos amemus patientiam Dei, patientiam Christi: rependamus illi, quam pro nobis ipſe dependit. Offeramus patientiam ſpiritus, patientiam carnis, qui in reſurrectionem carnis & ſpiritus credimus.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI
IN LIBRVM DE POENITENTIA.

ARGVMENTVM.

Ante perſecutionem ſub Seuero fidelibus intentatam, Tertullianus ſcripſit hunc librum, peccatorem ſe confitens omnium notarum, & nulli rei, niſi pœnitentiæ natum; *cuius mentionem facit S. Pacianus Epiſcopus Barcinonenſis Sympromiano ſcribens contra Nouatianos, D. autem, Cyprianus lib. de lapſis, actum pœnitentiæ ex eo deprompſit, vt patet ſub finem; Magiſtrum ſuum in reliquis imitatus. Tres porro Vaticani codices manuſcripti, ſub Tertulliani titulo hunc librum agnoſcunt; vt mirum ſit Rhenanum, & Eraſmum, in dubium reuocaſſe hunc inter legitimos Tertulliani fœtus eſſe cenſendum. Teſte Pamelio in eius vita ſcripſit hunc librum An. Chri. ducenteſimo primo, Zephyrini tertio, Seueri octauo: à quo diſſidet Baronius Annum Chri. præfatum, cum Victoris octauo; Seueri Septimo compingens.*

CAPVT PRIMVM.

Negat germanam eſſe definitionem Pœnitentiæ à Gentilibus inductam: quâ dicebant, eam eſſe quandam animi paſſionem, prioris ſententiæ retractatiuam, quam etiã in bene geſtis adhibent.

In p. V. Pœnitentia. 1. in m. ad f. V. Pœnitentia. 2.

POENITENTIAM, hoc genus hominum quod & ipſi retro fuimus, cæci ſine Domini lumine, natura tenus norunt, paſſionem animi quandam eſſe, quæ veniat de offenſa ſententiæ prioris. Cæterùm à ratione eius tantùm abſunt, quantùm ab ipſo rationis auctore. Quippe res Dei ratio. Quia Deus omnium conditor, nihil non ratione prouidit, diſpoſuit, ordinauit; nihil non ratione tractari intelligique voluit. Igitur ignorantes quique Deum, rem quoque eius ignorent neceſſe eſt: quia nullus omnino theſaurus extraneis patet. Itaque vniuerſam vitæ conuerſationem ſine gubernaculo rationis transfretantes, imminentem ſæculo procellam vitare non norunt. Quàm autem in pœnitentiæ actu irrationaliter deuerſentur, vel vno iſto ſatis erit expedire, cùm illam etiam in bonis factis ſuis adhibent. Pœnitet fidei, amoris, ſimplicitatis, patientiæ, miſericordiæ. prout quid in ingratiam cecidit, ſemetipſos exeerantur, quia benefecerint: eamque maximè pœnitentiæ ſpeciem, quæ optimis operibus irrogatur, in corde figunt: meminiſſe curantes nè quid boni rurſus præſtent: contra, pœnitentiæ malorum leuius incubant. Denique facilius per eandem delinquunt, quàm per eam rectè faciunt.

CAPVT II.

Vera pœnitentia procedit ex metu Dei, concepto, de malis & delictis in eum commiſſis: pœnitentiam Deus in ſeipſo dedicauit, reſcindens iræ ac vindictæ in hominem concepta ſententiam. Ioannes Baptiſmum pœnitentiæ præminiſtrauit. Pœnitentiæ acceptator & remunerator eſt Deus, vtpote Iuſtus, boni & mali arbiter, & redditor.

In p. V. Pœnitentia. 2. & V. Timor. Dei. 8. à p. V. Pœnitentiæ conditiones. 4. à p. ad m. V. Pœnitentia. 4. circa. m. V. Pœnitentia. 5. à m. V. Ratio. à m. ad f. V. Pœnitentia. 5.

Quòd

QVOD ſi Dei, ac per hoc rationis quoque compotes agerent, metita primò pœni-
tentiæ expenderent, nec vnquam eam ad argumentum peruerſæ emendationis
adhiberent: modum denique pœnitendi temperarent, quia & delinquendi tenerent,
timentes Dominũ ſcilicet. Sed vbi metus nullus, emendatio proinde nulla: vbi emen-
datio nulla, pœnitentia neceſſariò vana: quia caret fructu ſuo, cui eam Deus ſæuit, id
eſt, hominis ſaluti. Nam Deus poſt tot ac tanta delicta humanæ temeritatis à principe
generis Adam auſpicata, poſt condemnatum hominem cum ſæculi dote, poſt eiectum Gen. 3. 19.
paradiſo, mortique ſubiectum: quum rurſus ad ſuam miſericotdiam maturauiſſet: iam 23.
inde in ſemetipſo pœnitentiam dedicauit, reſciſſa ſententia irarum priſtinarum, ignoſ Gen. 6. 6.
cere pactus operi & imagini ſuæ. Itaque & populum ſibi congregauit, & multis boni- Gen. 8. 21.
tatis ſuæ largitionibus fouit, & ingratiſſimũ totiens expertus, ad pœnitentiam ſemper Gen. 9. 11.
hortatus eſt, & prophetando vniuerſorum prophetarum emiſit ora: mox gratiam pol-
licitus, quam in extremitatibus temporum per ſpiritum ſuum vniuerſo orbi illumina-
turus eſſet, præire intinctionem pœnitentiæ iuſſit, vt quos per gratiam vocaret ad pro-
miſſionem ſemini Abraham deſtinatam, per pœnitentiæ ſubſignationem antè compo-
neret. Non tacet Ioannes: [a] *Pœnitentiam initote dicens*: iam enim ſalus nationibus ap- a Matth 3. 2.
propinquabit, Dominus ſcilicet afferens, * ſecundùm Dei promiſſum. Cui præmini- * Afferẽs ſe-
ſtrans, pœnitentiam deſtinabat purgandis mentibus præpoſitam: vti quicquid error cundũ Dei
vetus inquinaſſet, quicquid in corde hominis ignorantia contaminaſſet, id pœnitentia promiſſum.
vertens & radens, & foras abjiciens, mundam pectoris domum ſuperuenturo Spiritui
ſancto paret, quo ſe ille cum cœleſtibus bonis libens inferat. Horum bonorũ vnus eſt
titulus, ſalus hominis, criminum priſtinorum abolitione præmiſſa. Hæc pœnitentiæ
cauſa, hæc opera, negotium diuinæ miſericordiæ curans: quod homini proſecit, Deo
ſeruit. Cæterùm ratio eius quam cognito Domino diſcimus, certam formam tenet, nè
bonis vnquam factis cogitatiſue quaſi violenta aliqua manus inijciatur. Deus enim re-
probationem bonorum ratam non habet, vtpote ſuorum: quorum cùm auctor & de-
fenſor ſit, neceſſe eſt proinde & acceptatnt. ſi acceptator, etiam remunerator. Viderit
ergo ingratia hominum, ſi etiam bonis factis pœnitentiam cogit. Viderit & gratia, ſi
captatio eius ad benefaciendum incitamento eſt. terrena, mortalis vtraque. Quantu-
lum enim compendij, ſi grato benefeceris? vel diſpendij, ſi ingrato? Bonum factũ Deum
habet debitorem, ſicut & malum: quia iudex omnis remunerator eſt cauſæ. At cùm iu-
dex Deus iuſtitiæ cariſſimæ ſibi exigendæ tuendæque præſideat, & in eam, omnẽ ſum-
mam diſciplinæ ſuæ ſanciat, dubitandum eſt, ſicut in vniuerſis actibus noſtris, ita in
pœnitentiæ quòque cauſa iuſtitiam Deo præſtandam eſſe? quod quidem ita impleri li-
cebit, ſi peccatis ſolummodò adhibeatur. Porro peccatum, niſi malum factum dici non
meretur, nec quiſquam benefaciendu delinquit: quòd ſi non delinquit, cur pœniten-
tiam inuadit delinquentium priuatum? cur malitiæ officium, bonitati ſuæ imponit? Ita
euenit, vt cùm aliquid vbi non oportet adhibetur, illic vbi oportet, negligatur.

CAPVT III.

Pœnitentiæ addicta ſunt, carnis & operis, ſpiritus & voluntatis peccata, quibus vtriuſque hominis, interioris & exterioris Author Deus offenditur. Voluntas autem adeò eſt origo peccati, vt omne peccatum voluntate committatur, eique imputetur omne delictum, præter ea quæ ignorantiæ, caſui, vel neceſſitati deputantur.

A p. V. Peccati mortalis grauitas. 4. à p. ad f. V. Peccati diuiſio. 4.

QVORVM ergo pœnitentia iuſta & debita videatur, id eſt, quæ delicto deputan-
da ſint, locus quidem expoſtulat denotare, ſed otioſum videri poteſt. Domino
enim cognito, vltro ſpiritus à ſuo auctore reſpectus, emergit ad notitiam veritatis, &
admiſſus ad Dominica præcepta, ex ipſis ſtatim eruditur in peccato deputandum, à
quo Deus arceat. quoniam cùm Deum grande quid boni conſtet eſſe: vtique bono niſi
malum non diſpliceret, quod inter contraria ſibi nulla amicitia eſt. Perſtringere tamen
non pigebit, delictorum quædam eſſe carnalia, id eſt, corporalia: quædam verò ſpiri-
talia. Nã cùm ex hac duplicis ſubſtantiæ congregatione confectus homo ſit, non aliun-
de delinquit, quàm vnde conſtat. Sed non eo inter ſe differunt, quòd corpus & ſpiri-
tus duo ſunt: alioqui eo magìs paria ſunt, quia duo vnum efficiunt: nè quis pro diuer-
ſitate materiarum peccata eorum diſcernat, vt alterum altero leuius, aut grauius exi-
ſtimet. Siquidem & caro, & ſpiritus, Dei res: alia manu eius expreſſa, alia adflatu eius Gen. 2. 27.
conſummata. Cùm ergo ex pari ad Dominũ pertineant, quodcumque eorum delique- & 3.
rit, ex pari Dominũ offendit. An tu diſcernas actus carnis & ſpiritus? quorum & in vita,

& in morte, & in reſurrectione, tantùm communionis atque conſortij eſt, vt pariter tunc aut in vitam, aut in iudicium ſuſcitentur: quia ſcilicet pariter aut deliquerint, aut innocentes egerint. Hoc eò præmiſerimus, vt non minorem alteri, quàm vtrique parti, ſi quid deliqnerit, pœnitentiæ neceſſitatem intelligamus impendere. Communis reatus amborum eſt, communis & iudex, Dens ſcilicet: communis igitur & pœnitentiæ medela. Exinde ſpiritalia & corporalia nominantur, quod delictum omne, aut agitur, aut cogitatur: Vt corporale ſit quod in facto eſt: quia factum, vt corpus & videri & contingi habet: ſpiritale verò, quod in animo eſt, quia ſpiritus neque videtur, neque tenetur. Per quod oſtenditur, non facti ſolùm, verùm & voluntatis delicta vitanda, & pœnitentia purganda eſſe. Neque enim ſi mediocritas humana facti ſolum iudicat, quia voluntatis latebris par non eſt: idcirco crimina eius etiam ſub Deo negligamus. Deus in omnia ſufficit. Nihil à conſpectu eius remotum, vnde omnino delinquitur. Quia non ignorat, nec omittit, quominus in iudicium decernat. Diſſimulator & præuaricator perſpicaciæ ſuæ non eſt. Quid? quod voluntas facti origo eſt? Viderint enim, ſi qua caſui, aut neceſſitati, aut ignorantiæ imputantur, quibus exceptis, iam nonniſi voluntate delinquitur. Cùm ergo facti origo eſt, non tantò potior ad pœnam eſt, quanto principalis ad culpam, quæ nè tunc quidem liberatur cùm aliqua difficultas perpetrationem eius intercipit. Ipſa enim ſibi imputatur, nec excuſari poterit per illam perficiendi infelicitatem, operata quod ſuum fuerat. Denique Domi-
Matth 5 28 nus, quemadmodum ſe adiectionem legi ſuperſtruere demonſtrat, niſi & voluntatis interdicendo delicta? quum adulterum, non eum ſolum definit, qui cominus in alienũ matrimonium cecidiſſet; verumetiam illum, qui aſpectus concupiſcentia contaminaſſet. adeò quod prohibetur adminiſtrare, ſatìs periculosè animus ſibi repræſentat, & temerè per voluntatem expungit effectum. Cuius voluntatis cùm vis tanta ſit, cur non, ſolatium ſui ſaturans, pro facto cedat? pro facto ergo plectetur. Vaniſſimum eſt dicere: Volui, nec tamen feci Atquin perficere debes, quia vis: aut nec velle, quia nec perficis. Sed ipſe conſcientiæ tuæ confeſſione pronuntias. Nam ſi bonum concupiſceres, perficere geſtiſſes: porro ſicut malum non perficis, nec concupiſcere debueras Quaquà te conſtitueris, crimine aſtringeris: quia aut malũ volueris, aut bonum non adimpleueris.

CAPVT IV.

Pœnitentia peccatori amplexonda eſt, vt naufrago tabula, quam non modo imperat Deus, ſed ad eam etiam inuitat propoſito præmio.

In p. V. Peccati diuiſio. 4. per totum. V. Pœnitentia. 9. in m. V. Mandatum Dei 5. circa. f. V. Contritio.

OMNIBVS ergo delictis, ſeu carne, ſeu ſpiritu, ſeu facto, ſeu voluntate commiſſis, qui pœnam per iudicium diſtinauit, idem & veniam per pœnitentiam
a Ezech. 18. ſpopondit, dicens ad populum: [a] *Pœnitere, & ſaluum faciam te*. Et iterum: [b] *Viuo*, inquit,
21. 30. *Dominus, & pœnitentiam malo quam mortem*. Ergo pœnitentia vita eſt, cùm præponitur
Ezech. 18. 13 morti. Eam tu peccator, mei ſimilis (immò me minor; ego enim præſtantiam in delictis
b Ezec. 33. 11. meam agnoſco) ita inuade, ita amplexare, vt naufragus alicuius tabulæ fidem. Hæc te
peccatorum fluctibus merſum proleuabit, & in portum diuinæ clementiæ protelabit.
Rape occaſionem inopinatæ felicitatis: vt ille tu, nihil quondam penes Deum, niſi
c Eſa. 40. 15. [c] *ſtilla ſitula, & area puluis, & vaſculum figuli; arbor exinde fias illa quæ penes aquas ſeritur, &*
Dan. 2. 35. *in folijs perennat, & tempore ſuo fructus agit; quæ non ignem, non ſecurim videbis*; Pœniteat
Pſal. 1. 3. errorum reperta veritate, pœniteat amaſſe quæ Deus non amat; quando ne nos qui-
Hier. 19. 11. dem ipſi, ſeruulis noſtris ea quibus offendimur, non odiſſe permittimus. Obſequij
Matth. 3. 10. enim ratio in ſimilitudine animorum conſtituta eſt. De bono pœnitentiæ enumeran-
Matt. 7. 19. do diffuſa, & per hoc magno eloquio committenda materia eſt. Nos verò pro noſtris anguſtiis vnum inculcamus, bonum atque optimum eſſe quod Deus præcipit. Audaciam exiſtimo de bono diuini præcepti diſputare. Neque enim quia bonum eſt, idcirco auſcultare debemus, ſed quia Deus præcepit. Ad exhibitionem obſequij, prior eſt maieſtas diuinæ poteſtatis. Prior eſt auctoritas imperantis, quàm vtilitas ſeruientis. Bonum eſt pœnitere, an non? Quid reuoluis? Deus præcipit. At enim ille non præcipit
d Ezech. 33. tantùm, ſed etiam hortatur. Inuitat præmio, ſalute; iurans, etiam: [d] *Viuo*, dicens, cupit
11. credi ſibi. O beatos nos, quorum cauſa Deus iurat! O miſerrimos, ſi nec iuranti Domino credimus! Quod igitur Deus tantopere commendat, quod etiam humano more ſub deieratione teſtatur, ſumma vtique grauitate & aggredi & cuſtodire debemus; vt in aſſeueratione diuinæ gratiæ permanentes, in fructu quoque eius & emolumento proinde perſeuerare poſſimus.

CAPVT V.

Pœnitentia functus, caueat à relapſu delicti. Si enim Ignorantia Dei non excuſat à culpa, quantò grauius & periculoſius poſt eius agnitionem, actamque pœnitentiam denuo peccatur? Nec ſatis eſt Deum corde & Animo ſuſcipere, & negare facto, nec poteſt quis ſalua fide & Dei timore, peccare rurſus, in gehennam abſque dubio detrudendus.

In p. ad vltra. m. V. Relapſus. 4. In f. V. peccator. 2.

HOc enim dico, pœnitentiam quæ per Dei gratiam oſtenſa & indicta nobis, in gratiam nos Domino reuocat, ſemel cognitam atque ſuſceptam, nunquam poſthac iteratione delicti reſignari oportere. Iam quidem nullum ignorantiæ prætextum tibi patrocinatur; quòd Domino agnito præceptiſque eius admiſſis, denique pœnitentia delictorum functus, rurſus te in delicta reſtituis. Ita, in quantum ignorantia ſegregatis, in tantum contumaciæ adglutinaris. Nam ſi idcirco te deliquiſſe pœnituerat, quia Dominum cœperas timere, cur quod metus gratia geſſiſti, reſcindere maluiſti, niſi quia metuere deſiiſti? Neque enim timorem alia res quàm contumacia ſubuertit. Cùm etiam ignorantes Dominum nulla exceptio tueatur à pœna, (quia Deum in aperto conſtitutum, & vel ex ipſis cœleſtibus bonis comprehenſibilem ignorari non licet) quantò cognitum deſpici periculoſum eſt? Deſpicit porro qui bonorum ac malorum intellectum ab illo conſecutus, quod intelligit fugiendum, quodque iam fugit, reſumens, intellectui ſuo, id eſt, Dei dono contumeliam facit: reſpuit datorem, cùm datum deſerit: negat beneficium, cùm beneficium non honorat. Quemadmodum ei poteſt placere, cuius munus ſibi diſplicet? Ita in Dominum non modo contumax, ſed etiam ingratus apparet. Cæterùm non leuiter in Dominum peccat, qui quum æmulo eius diabolo pœnitentia renuntiaſſet, & hoc nomine illum Domino ſubieciſſet, rurſus eumdem regreſſu ſuo erigit, & exultationem eius ſeipſum facit; vt denuò Malus, recuperata præda ſua aduerſus Dominum, gaudeat. Nonnè, quod dicere quoque periculoſum eſt, ſed ad ædificationem proferendum eſt, diabolum Domino præponit? Comparationem enim videtur egiſſe, qui vtrumque cognouerit, & iudicatò pronuntiaſſe, eum meliorem cuius ſe rurſus eſſe maluerit. Ita, qui per delictorum pœnitentiam inſtituerat Domino ſatisfacere, diabolo per aliam pœnitentiam ſatisfaciet; eritque tantò magis peroſus Deo, quantò æmulo eius acceptus. Sed aiunt quidam: Satis Deum habere, ſi corde & animo ſuſpiciatur, licet actu minus fiat. Itaque, ſe ſaluo metu ac fide peccare: hoc eſt, ſalua caſtitate, matrimonia violare: ſalua pietate, parenti venenum temperare. Sic ergo & ipſi, ſalua venia, in gehennam detrudentur: dum ſaluo metu peccant. Primum exemplum peruerſitatis: quia timent, delinquunt: opinor non delinquerent, ſi non timerent. Igitur qui Deum nolit offenſum, nec reuereatur omnino, ſi timor offendendi patrocinium eſt. Sed iſta ingenia de ſemine hypocritarum pullulare conſuerunt, quorum indiuidua cum diabolo amicitia eſt, quorum pœnitentia nunquam fidelis.

CAPVT VI.

Quamuis ritè Baptizandi certi ſint de omnium abolitione delictorum, non ideo tamen debent Catechumeni opera pœnitentia detrectare: quia debet peccator ante veniam, & promiſſam æternæ vitæ mercedem, peccata ſua deplorare.

In p. V. Nouitius. 1. à p. V. Pœnitentiæ conditiones. 1. & V. Pœnitentiæ Conditiones. 2. in m. V. Confeſſio peccati. 5. & V. Dei miſericordia. 4. à m. V. Nouitius. 4. & Relapſus. 5. circa. f. V. opera bona. 2. in f. V. Nouitius. 3.

QVICQVID ergo mediocritas noſtra ad pœnitentiam ſemel capeſſendam, & perpetuò continendam ſuggerere conata eſt, omnes quidem deditos Domino ſpectat, vt omnis ſalutis in promerendo Deo petitores; ſed præcipuè nouitiolis iſtis imminet qui, cùm maximè incipiunt diuinis ſermonibus aures rigare, quique catuli infantiæ adhuc recentis, nec perfectis luminibus incerta reptant: & dicunt quidem priſtinis renuntiare, & pœnitentiam aſſumunt, ſed includere eam negligunt. Interpellat enim illos ad deſiderandum ex priſtinis aliquid, ipſe finis deſiderandi: velut poma, cùm iam in acorē vel amaritudinem ſeneſcere incipiunt, ex parte aliqua tamen adhuc ipſi gratiæ ſuæ adulantur. Omne præterea cunctationis & tergiuerſationis erga pœnitentiā vitium, præſumptio intinctionis importat. Certi enim indubitatæ veniæ delictorum, medium tempus interim furantur; & commeatum ſibi faciunt delinquendi, quàm eruditionem non delinquendi. Quàm porro ineptum, quàm iniquum, pœnitentiam non

adimplere, & veniam delictorum ſuſtinere? hoc eſt, pretium non exhibere, ad mercem manum emittere. Hoc enim pretio Dominus veniam addicere inſtituit; hac pœnitentiæ compenſatione redimendam proponit impunitatem. Si ergo qui venditant, prius nummum quo paciſcuntur examinant, ne ſcalptus, neve raſus, ne adulter: etiam Dominum credimus, pœnitentiæ probationem prius inire; tantam nobis mercedem, perennis ſcilicet vitæ, conceſſurum. Sed differamus tantiſper pœnitentiæ veritatem. Tunc opinior emendatos liquebit, cùm abſoluimur. Nullo pacto. Sed cùm pendente venia, pœna proſpicitur: cùm adhuc liberari non meremur, vt poſſimus mereri: cùm Deus comminatur, non cum ignoſcit. Quis enim ſeruus, poſteaquam libertate mutatus eſt, furta ſua & fugas ſibi imputat? Quis miles, poſtquam caſtris ſuis emiſſus, pro notis ſuis ſatagit? Peccator ante veniam deflere ſe debet, quia tempus pœnitentiæ idem quod periculi & timoris. Neque ego renuo, diuinum beneficium, id eſt, abolitionem delictorum, inituris aquam omnimodo ſaluum eſſe; ſed vt eò peruenire contingat, elaborandum eſt. Quis enim tibi tam infidæ pœnitentiæ viro, aſperginem vnam cuiuſlibet aquæ commodabit? Furto quidem aggredi, & præpoſitum huius rei aſſeuerationibus tuis circumduci facile eſt. Sed Deus theſauro ſuo prouidet, nec ſinit obre-
a Luc. 8.17. pere indignos. Quid denique ait? [a] *Nihil occultum, quod non reuelabitur.* quantaſcunque
Matt. 10. 26 tenebras factis tuis ſuperſtruxeris, [b] *Deus lumen eſt.* Quidam autem ſic opinantur: quaſi
b 1. Io. 1. 5. Deus neceſſe habeat præſtare etiam indignis, quod ſpopondit: & liberalitatem eius faciunt ſeruitutem. Quòd ſi neceſſitate nobis ſymbolum mortis indulget, ergo inuitus facit. Quis enim permittit permanſurum, id quod tribuerit inuitus? non enim multi poſtea excidunt? non à multis donum illud aufertur? Hi ſunt ſcilicet, qui obrepunt,
c Matth. 7. 26. qui pœnitentiæ fidem aggreſſi, [c] *ſuper arenas domum ruituram collocant.* Nemo ergo ſibi aduletur, quia inter Auditorum tirocinia deputatur, quaſi eò etiam nunc ſibi delinquere liceat. Dominum ſimul cognoueris, timeas: ſimul inſpexeris, reuerearis. Cæterum quid te cognouiſſe intereſt, cùm iiſdem incubas, quibus retro ignarus? Quid autem te à perfecto Dei ſeruo ſeparat? An alius eſt intinctis Chriſtus, alius audientibus? num ſpes alia? vel merces: alia formido iudicij, alia neceſſitas pœnitentiæ? Lauacrum illud obſignatio eſt fidei, quæ fides à pœnitentiæ fide incipitur, & commendatur. Non ideo abluimur, vt delinquere deſinamus, ſed quia deſiimus: quoniam iam corde loti ſumus. Hæc enim prima Audientis intinctio eſt, metus integer. exinde quoad Dominum ſenſeris; fides ſana, conſcientia ſemel pœnitentiam amplexata. Cæterùm ſi ab aquis peccare deſiſtimus, neceſſitate, non ſponte innocentiam induimus. Quis ergo in bonitate præcellens, cui non licet, an cui diſplicet malo eſſe? qui iubetur, an qui delectatur à crimine vacare? Ergo nec à furto manus auertamus, niſi clauſtrorum duritia repugnet; nec oculos à ſtupri concupiſcentijs refrænemus, niſi à cuſtodibus corporum obſtructi; ſi nemo Domino deditus, delinquere deſinet, niſi intinctione alligatus. Quòd ſi qui ita ſenſerit, neſcio an intinctus magìs contriſtetur, quod peccare deſierit, quàm lætetur quod euaſerit. Iraque Audientes, optare intinctionem, non præſumere oportet. Qui enim optat, honorat: qui præſumit, ſuperbit. In illo verecundia, in iſto petulantia apparet. Ille ſatagit, hic negligit. Ille mereri cupit, at hic vt debitum ſibi repromittit. Ille ſumit, hic inuadit. Quem cenſeas digniorem, niſi emendatiorem? quem emendatiorem, niſi timidiorem, & idcirco vera pœnitentia functum? Timuit enim adhuc delinquere, ne non mereretur accipere. At ille præſumptor, cùm ſibi repromitteret, ſecurus ſcilicet, timere non potuit: ſic nec pœnitentiam impleuit, quia inſtrumento pœnitentiæ, id eſt metu caruit. Præſumptio, inuerecundiæ portio eſt: inflat petitorem, deſpicit datorem. Itaque decipit nonnunquam. Ante enim quàm debeatur repromittit, quo ſemper is qui eſt præſtaturus offenditur.

CAPVT VII.

Non ideo debet quis malus eſſe, & ſua peccata reiterare, quia Deus bonus ſecundæ poſt baptiſmum pœnitentia locum dedit. Si tamen relabimur, iterum pœnitentiam agamus, rurſum à Deo miſericordiam conſecuturi.

In p. ad circa. f. V. Pœnit. conditiones 5. In f. V. Pœnitentia. 7. & V. Relapſus. 14.

HVCVSQVE, Chriſte Domine, de pœnitentiæ diſciplina ſeruis tuis diſcere, vel audire contingat, quouſque etiam delinquere non oportet audientibus: vel nihil iam de pœnitentia nouerint, nihil eius requirant. Piget ſecundæ, immò iam vltimæ ſpei ſubtexere mentionem: ne retractantes de reſiduo auxilio pœnitendi, ſpatium adhuc delinquendi demonſtrare videamur. Abſit vt aliquis ita interpretetur, quaſi eò

ſibi etiam nunc pateat ad delinquendum, quia patet ad pœnitendum: & redundantia clementiæ cœleſtis, libidinem faciat humanæ temeritatis. Nemo idcirco deterior ſit, quia Deus melior eſt, totiens delinquendo, quotiens ignoſcitur. Cæterùm finem vtrique euadendi habebit, cum offendendi non habebit. Euaſimus ſemel, hactenus periculoſis noſmetipſos inſeramus, etſi iterum euaſuri videmur. Plerique naufragio liberati, exinde repudium & naui, & mari dicunt, & Dei beneficium, ſalutem ſuam ſcilicet, memoria periculi honorant. Laudo timorem, diligo verecundiam: nolunt iterum diuinæ miſericordiæ oneri eſſe; formidant videri inculcare, quod conſecuti ſunt: bona certè ſollicitudine iterum experiri vitant, quod ſemel didicerunt timere. Ita modus temeritatis, reſtatio eſt timoris. Timor autem hominis, Dei honor eſt. Sed enim peruicaciſſimus hoſtis ille, nunquam malitiæ ſuæ otium facit. Atquin tunc maximè ſæuit, cùm hominem plenè ſentit liberatum: tunc plurimùm accenditur, dum extinguitur. Doleat & ingemiſcat neceſſe eſt, venia peccatorum permiſſa, tot in homine mortis opera diruta, tot titulos damnationis retrò ſuæ eraſos. Dolet, quòd ipſum, & angelos eius Chriſti ſeruus, ille peccator iudicaturus eſt. Itaque obſeruat, oppugnat, obſidet: ſi quâ poſſit aut oculos concupiſcentia carnali ferire, aut animum illecebris ſæcularibus irretire, aut fidem terrenæ poteſtatis formidine euertere: aut à via certa peruerſis traditionibus detorquere. non ſcandalis, non tentationibus deficit. Hæc igitur venena eius prouidens Deus, clauſa licet ignoſcentiæ ianua, & intinctionis ſera obſtructa, aliquid adhuc permiſit patere. Collocauit in veſtibulo pœnitentiam ſecundam, quæ pulſantibus patefaciat; ſed iam ſemel, quia iam ſecundò, ſed amplius nunquam, quia proximè fruſtra. Non enim & hoc ſemel ſatis eſt? Habes quod iam merebaris: amiſiſti enim quod acceperas. Si tibi indulgentia Domini accommodat vnde reſtituas quod amiſeras, iterato beneficio gratus eſto, nedum ampliato: maius eſt enim reſtituere, quàm dare: quoniam miſerius eſt perdidiſſe, quàm omnino non accepiſſe. Verùm non ſtatim ſuccidendus ac ſubruendus eſt animus deſperatione, ſi ſecundæ quis pœnitentiæ debitor fuerit, pigeat ſane peccare rurſus, ſed rurſus pœnitere non pigeat; pigeat iterum periclitari, ſed non iterum liberari. Neminem pudeat. Iteratæ valetudinis, iteranda medicina eſt. Gratus in Dominum extiteris, ſi quod tibi Dominus offert, non recuſaueris. Offendiſti, ſed reconciliari adhuc potes. Habes cui ſatisfacias, & quidem volentem.

CAPVT VIII.

Clementia diuina in recipiendis pœnitentibus, multis locis Scriptura conteſtatur.

In p. ad circa. f. V. Pœnitentia. 7. in m. V. peccator. 1. in f. V. Confeſſio peccati. 2.

ID ſi dubitas, euolue quæ ſpiritus eccleſiis dicat: [a] *Deſertam dilectionẽ Epheſiis imputat:* a Apoc. 2. 4.
[b] *Stuprum & idolothytorum eſum Thyatirenis exprobrat:* [c] *Sardos non plenorũ operum incu-* b Apoc. 2. 20
ſat: Pergamenos docentes peruerſa reprehendit: Laodicenos fidentes diuitiis obiurgat: & tamen c Et 3. 2. &
omnes ad pœnitentiam commonet ſub cõminationibus quidem. Non comminaretur autẽ non 2. 12. 15.
pœnitenti, ſi non ignoſceret pœnitenti. Dubium, ſi non & alibi hanc clementiæ ſuæ d Et 3. 17. 20.
profuſionem demonſtraſſet. Non ait, [e] *qui ceciderit, reſurget; & qui auerſatus fuerit, con-* e Hier. 8. 4.
uertetur? Ille eſt ſcilicet, ille eſt qui [f] *miſericordiam mauult, quàm ſacrificium.* [g] *Lætantur* f Oſee. 6. 6.
cœli, & qui illic angeli, pœnitentia hominis. Heus tu peccator bono animo ſis: vides vbi de Matt. 9. 13.
tuo reditu gaudeatur. Quid illa ſimilitudinum Dominicarum argumenta nobis vo- g Luc. 15. 18
lunt? Quod *mulier drachmam perdidit, & requirit, & reperit, & amicas ad gaudium inuitat:*
nonnè reſtituti peccatoris exemplum eſt? [h] *Errat & vna paſtori ouicula, ſed grex vna ca-* h Luc. 15. 4.
rior non erat: vna illa conquiritur, vna pro omnibus deſideratur, & tandem inuenitur, & hu-
meris paſtoris ipſius refertur: multùm enim errando laborauerat. Illum etiam mitiſſimum
patrem non tacebo, qui [i] *prodigum filium reuocat, & poſt inopiam pœnitentem libens ſuſcipit,* i Ibid. 11. &
immolat vitulum præopimum, conuiuio gaudium ſuum exornat. Quidni? filium enim inuene- ſeq.
rat, quem amiſerat, cariorem ſenſerat, quem lucriſecerat. Quis ille nobis intelligen-
dus pater? Deus ſcilicet. tam pater nemo; tam pius nemo. Is ergo te filium ſuum, etſi
acceptum ab eo prodegeris, etſi nudus redieris, recipiet, quia rediſti: magiſque de re-
greſſu tuo, quàm de alterius ſobrietate lætabitur. Sed ſi pœniteat ex animo, ſi famem
tuam cum ſaturitate mercenariorum paternorum compares, ſi porcos immundum re-
linquas pecus, ſi patrem reperas vel offenſum: [k] *Deliqui, dicens, pater, nec dignus ego iam* k Ibid. 21.
vocari tuus. Tantùm releuat confeſſio * delictorum, quantùm diſſimulatio exaggerat. * Delictorũ.
Confeſſio enim ſatisfactionis conſilium eſt, diſſimulatio, contumaciæ.

CAPVT IX.

ἐξομολόγησις Græca vox opus exprimit pœnitentiæ. hæc humiliandi hominis ars eſt, ſaccum cinerem, ſqualorem, jeiunia, fletus adgeniculationes, fratrum pedibus, & ſupplicationes, carni peccatrici, & animo delinquenti, mœrorem inducens,

In p. V. Confeſsio peccati. 2. & Exomolegeſis. 1. à m. V. Exomologeſis. 3. à m ad f. V. pœnitentia. 6. in p. V. Confeſsio peccati. 3.

HVIVS igitur pœnitentiæ ſecundæ & vnius, quanto in arto negotium eſt tantò operoſior probatio eſt; vt non ſola conſcientia præferatur, ſed aliquo etiam actu adminiſtretur. Is actus qui magìs Græco vocabulo exprimitur & frequentatur, exomologeſis eſt, qua delictum Domino noſtrum confitemur, non quidem vt ignaro, ſed quatenus ſatisfactio confeſſione diſponitur, confeſſione pœnitentia naſcitur, pœnitentia Deus mitigatur. Itaque exomologeſis proſternendi & humilificandi hominis diſciplina eſt, conuerſationem injungens miſericordiæ illicem, de ipſo quoque habitu atque victu mandat, ſacco & cineri incubare, corpus ſordibus obſcurare, animum mœroribus dejicere, illa quæ peccauit triſti tractatione mutare: cæterùm & potum pura noſſe, non ventris ſcilicet, ſed animæ cauſa: plerumque verò jejuniis preces alere, ingemiſcere, lacrymari, mugire dies noctesque ad Dominum Deum ſuum, preſbyteris aduolui, & caris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis ſuæ iniungere. Hæc omnia exomolegeſis, vt pœnitentiam commendet, vt de periculi timore Dominum honoret, vt in peccatorem ipſa pronuntians pro Dei indignatione fungatur, & temporali afflictione æterna ſupplicia non dicam fruſtretur, ſed expungat. Cùm igitur prouoluit hominem, magìs reuelat: cùm ſqualidum facit, magis mundatum reddit, cum accuſat, excuſat, cum condemnat, abſoluit. In quantùm non peperceris tibi, in tantùm tibi Deus, crede, parcet.

CAPVT X.

Peccator ne ſimilis ſit ægro in verecundioribus partibus Medico cælandis, nec pœnitentiam differat, & in ſuo pudore pereat.

Per totum. V. Pudor. 3. in f. V. Confeſſio. 4. & Exomolog. 2.

PLEROSQVE tamen hoc opus, vt publicationem ſui aut ſuffugere, aut de die in diem differre, præſumo, pudoris magis memores, quàm ſalutis: velut illi, qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione, conſcientiam medentium vitant, & ita cum erubeſcentia ſua pereunt. Intolerādum ſcilicet pudori, Domino offenſo ſatisfacere, ſaluti prodactæ reformari. Næ tu verecundia bonus, ad delinquendum expandens frontem, ad deprecandum verò ſubducens. Ego rubori locum non facio, cùm plus de detrimento eius acquiro; cùm ipſe hominem quodammodo exhortatur, Ne me reſpexeris dicens, pro te mihi melius eſt perire. Certè periculum eius tunc, ſi fortè, oneroſum eſt, cùm penes inſulaturos inriſiloquio conſiſtit, vbi de alterius ruina alter attollitur, vbi proſtrato ſuperſcenditur. Cæterùm inter fratres atque conſeruos, vbi communis ſpes, metus, gaudium, dolor, paſſio (quia communis ſpiritus de communi Domino & patre) quid tu hos aliud quàm te opinaris? Quid conſortes caſuum tuorum, vt plauſores fugis? Non poteſt corpus de vnius membri vexatione lætum agere: condoleat vniuerſum, & ad remedium conlaboret, neceſse eſt. In vno altero Eccleſia eſt, Eccleſia verò Chriſtus. Ergo cùm te ad fratrum genua protendis, Chriſtum contrectas, Chriſtum exoras. Æquè illi cùm ſuper te lacrymas agunt, Chriſtus patitur, Chriſtus patrem deprecatur. Facilè impetratur ſemper, quod filius poſtulat. Grande planè emolumentum verecundiæ, occultatio delicti pollicetur. Videlicet, ſi quid humanæ notitiæ ſubduxerimus, proinde & Deum celabimus. Adeonè exiſtimatio hominum, & Dei conſcientia comparantur? An melius eſt damnatum latere, quàm palam abſolui? Miſerum eſt ſic ad exomologeſin peruenire. Malo enim ad miſeriam peruenitur: ſed vbi pœnitendum eſt, deſinit miſerum, quia factum eſt ſalutare. Miſerum eſt ſecari, & cauterio exuri, & pulueris alicujus mordacitate cruciari: tamen quæ per inſuauitatem medentur, ea & emolumento curationis offenſam ſui excuſant, & præſentem injuriam, ſuperuenturæ vtilitatis gratia commendant.

CAPVT XI.

Timenda non ſunt in agenda pœnitentia carnis incommoda, cùm vel vnius Anni magiſtratum ambientes, multas etiam contumelias vexationeſque vltro ſubeant.

In p. V. ſatisfactio. 2. in m. ad f. V. æternitas. 5.

QVID ſi præter pudorem, quem potiorem putant, etiam incommoda corporis reformident, quòd inlotos, quòd ſordulentos, quòd extra lætitiam oportet deuerſari, in aſperitudine ſacci, & horrore cineris, & oris de jejunio vanitate? Numergo in coccino, & Tyrio pro delictis ſupplicare nos condeçet? Cedo acum crinibus diſtinguendis, & puluerem dentibus elimandis, & biſulcum aliquid ferri vel æris vnguibus repaſtinandis: ſi quid ficti nitoris, ſi quid coacti ruboris, in labia aut genas vrgeat: præterea exquirito balneas lætiores hortulani maritimive ſeceſſus: adjicito ad ſumptum: conquirito altilium enormem ſaginam, defæcato ſenectutem vini: cùmque quis interrogarit, cuinam ea largiaris? Deliqui dicito in Deum, & periclitor in æternum perire: itaque nunc pendeo, & maceror, & excrucior, vt Deum reconciliem mihi, quem delinquendo læſi. Sed enim illos qui ambitus obeunt capeſſendi magiſtratus, neque pudet, neque piget incommodis animæ & corporis, nec incommodis tantùm, verùm & contumeliis omnibus eniti in cauſa votorum ſuorum. Quas non ignobilitates veſtium affectant? quæ non atria nocturnis & crudis ſalutationibus occupant? ad omnem occurſum majoris cuiuſque perſonæ decreſcentes, nullis conuiuiis celebres; nullis comeſſationibus congreges, ſed exules à libertatis & lætitiæ felicitate: idque totum propter vnius anni volaticum gaudium. Nos, quod ſecurium virgarumve petitio ſuſtinet, in periculo æternitatis tolerare dubitamus? & caſtigationem victus atque cultus offenſo Domino præſtare ceſſabimus quæ Gentiles nemine omnino læſo ſibi irrogant? Hi ſunt de quibus ſcriptura commemorat: [a] *Væ illis qui delicta ſua veluti procero fune nectunt.* a Prou. 5. 22

CAPVT XII.

Si quis de agenda pœnitentia tergiverſetur, ignis æterni gehennam æthnais fornacibus; inferni fumariolis depictum ob oculos ponat: Ceruum, & hyrundinem, in medicina pœnitentiæ imitetur: regem Babylonium, & Adamum paradiſo, & regno per pœnitentiam reſtitutos, recogitet.

In p. ad m. V. Æ. 5. in m. & V. Exomologeſis. 4. à p. ad f. V. Pœnitentia. 8.

SI de exomologeſi retractas, gehennam in corde conſidera, quam tibi exomologeſis extinguet: & pœnæ prius magnitudinem imaginare, vt de remedii adeptione non dubites. Quid illum theſaurum ignis æterni æſtimamus, quum fumariola quædam eius, tales flammarum ictus ſuſcitent, vt proximæ vrbes aut jam nullæ extent, aut idem ſibi de die ſperent? Diſſiliunt ſuperbiſſimi montes ignis intrinſecus fœtu; &, quod nobis iudicii perpetuitatem probat, cùm diſſiliant, cùm deuorentur, nunquam tamen finiuntur. Quis hæc ſupplicia interim montium, non iudicii minantis exemplaria deputabit? quis ſcintillas tales, non magni alicuius & inæſtimabilis foci miſſilia quædam & exercitoria jacula conſentiet? Igitur cùm ſcias aduerſus gehennam, poſt prima illa intinctionis Dominicæ munimenta, eſſe adhuc in exomologeſi ſecunda ſubſidia, cur ſalutem tuam deſeris? cur ceſſas aggredi, quod ſcias mederi tibi? Mutæ quidem animæ & irrationales, medicinas ſibi diuinitus attributas in tempore agnoſcunt. Ceruus ſagitta transfixus, vt ferrum, & irreuocabiles moras eius de vulnere expellat; ſcit ſibi dictamno medendum. Hirundo ſi excæcauerit pullos, nouit illos oculare rurſus de ſua chelidonia. Peccator reſtituendo ſibi inſtitutam à Domino exomologeſin ſciens, præteribit illam, quæ Babylonium regem in regna reſtituit? Diu enim pœnitentiam Domino immolarat, ſeptenni ſqualore exomologeſin operatus, vnguium aquilinum in morem efferatione, & capilli incuria horrorem leoninum præferente. Pro malæ tractationis! Quem homines perhorrebant, Deus recipiebat. Contrà autem Ægyptius imperator, qui populum Dei aliquando afflictum diu Domino ſuo denegatum perſecutus, in prœlium irruit, poſt tot documenta plagarum, diſcidio maris, quod ſoli populo peruium licebat, reuolutis fluctibus perit. Pœnitentiam enim & miniſterium eius exomologeſin abjecerat. Quid ego vltra de iſtis duabus humanæ ſalutis quaſi plancis, ſtili potius negotium, quàm officium conſcientiæ meæ curans? Peccator enim omnium notarum cùm ſim, nec vlli rei niſi pœnitentiæ natus, non facilè poſſum ſuper illa tacere, quam ipſe quoque & ſtirpis humanæ, & offenſæ in Dominum princeps Adam, exomologeſi reſtitutus in paradiſum ſuum, non tacet.

Dan. 4. 30. 33.

Exo. 14. 28

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI
DE PRÆSCRIPTIONE HÆRETICORVM.

In librum de Præſcriptione Hæreticorum.

ARGVMENTVM.

Contra hæreticos, eorumque hæreſes ad ſua vſque tempora graſſantes ſcripſit hunc librum. Cùm enim videret parum diſputationibus cum hæreticis cauillatoribus profici, aptius indicauit certis eos præſcriptionibus, ſine doctrinarum retractatu conuincere. Huius libri meminit libro de carne Chriſti, vbi ait: ſed plenius inquit, eiuſmodi præſcriptionibus aduerſus omnes hæreſes alibi jam vſi ſumus; *& lib. 1. cont. Marc.* alius libellus hunc gradum ſuſtinebit, Aduerſus hæreticos etiam ſine retractatu doctrinarum reuincendos, quòd hoc ſint (id eſt hæretici conuicti) de præſcriptione nouitatis. *Ita etiam initio libri contra Hermogenem, libro aduerſus Praxean, & 4. cont. Marcionem eandem repetit præſcriptionem quam inculcat hoc libro cap. 28. 29. & 31.* Id verum eſſe, quòd prius ſit traditum: falſum & hæreticum quod poſterius & nouum. *Scripſit hunc ſecundùm Pamelium in eius vita, Ann. Chri. ducenteſimo tertio, Zephyrini quarto, Seueri decimo. diſſonat Baron. ab eo, Zephyrini primum, & Seueri nonum, An. Chri. prædicto ſubſcribens.*

CAPVT PRIMVM.

Eo ipſo quod prædictæ ſunt futuræ hæreſes, cùm de nouo oriuntur, nullam fidelibus admirationem excitare debent.

Per totum. V. Hæreſis. 5.

Matth. 24. CONDISTIO præſentium temporum etiam hanc admonitionem prouocat
11. 24. noſtram, non oportere nos mirari ſuper hæreſes iſtas: ſiue quia ſunt; fu-
1. Cor. 11. 19 turæ enim prænuntiabantur: ſiue quia fidem quorundam ſubuertunt; ad
a Rom. 5. 4 hoc enim ſunt, vt fides habendo [a] *tentationem, haberet etiam probationem.* Vanè ergo & inconſideratè plerique hoc ipſo ſcandalizantur quòd tantùm hæreſes valeant. Quantùm ſi non fuiſſent? Cùm quid ſortitum eſt vt omnimodò ſit, cauſam accipit ob quam ſit. Hæc vim conſequitur per quam, nè eſſe non poſſit.

CAPVT II.

Præcauendæ & abominandæ ſunt hæreſes vt mortiferæ, non timendæ, aut mirandæ; vt pote quæ nullas habeant vires, niſi apud infirmos in fide.

Per totum. V. hæreſis 5.

FEBREM denique inter cæteros mortiferos, & cruciarios exitus, erogando homini deputatos, neque quia eſt, miramur, eſt enim: neque quia erogat hominem, ad hoc enim eſt proinde hæreſes ad languorem, & interitum fidei productas, ſi expaueſcimus hoc eas poſſe; prius eſt vt expaueſcamus hoc eas eſſe; quædam ſunt, quæ habent poſſe; & dum poſſunt, habent eſſe. Sed enim ſebrem & malum, & de cauſa, & de potentia ſua vt notum eſt, abominamur potius, quàm miramur; & quantum in nobis eſt præcauemus; non habentes abolitionem eius in noſtra poteſtate: hæreſes vero mortem æternam, & majoris ignis ardorem inferenteis, malunt quidam mirari quòd hoc poſſint quàm deuitare nè poſſint: cùm habeant deuitandi poteſtatem. Cæterùm, nihil valebunt, ſi illas tantum valere non mirentur. Aut enim dum mirantur, in ſcandalum ſubminiſtrantur: aut quia ſcandalizantur, ideò mirantur, quaſi quòd tantum valeant, ex aliqua veniat veritate. Mirum ſcilicet, vt malum vires ſuas habeat: niſi quòd hæreſes apud eos multum valeant, qui in fide non valent. In pugilum & gladiatorum, plerumque non quia fortis eſt, vincet quis, aut quia non poteſt vinci; ſed quoniam ille qui victus eſt, nullis viribus fuit: adeò idem

idem ille victor, benè valenti poſtea comparatus, etiam ſuperatus recedit. Non aliter hæreſes, de quorundam infirmitatibus habent, quod valent; nihil valentes, ſi in benè valentem fidem incurrant.

CAPVT III.

Cùm perſonæ ex fide commendentur, non autem fides ex perſonis; ſcandalum ſumendum non eſt, nec vacillandum in fide, ſi ipſi fidei principes ab ea deficiant.

In p. V. ſcandalum. 2. à p. V. Chri. Innocentia. 2. & V. fides. 21. circa m. V. perſeuerantia. in f. V. Apoſtatæ 1.

SOLENT quidem iſti infirmiores, de quibuſdam perſonis ab hæreſi captis ædificari in ruinam. Quare ille, vel ille fideliſſimi, prudentiſſimi, & vſitatiſſimi in Eccleſia, in
illam partem tranſierunt? quis hoc dicens, non ipſe ſibi reſpondet: Neque prudentes 1. Reg. 9. 2.
neque fideles, neque vſitatos æſtimandos, quos hæreſes potuerint demutare? & hoc mi-
rum, opinor, vt probatus aliqui retro, poſtea excidat? Saül bonus præ cæteris liuore po- a Reg. 13. 14
ſtea euertitur. Dauid vir bonus a *ſecundùm cor Domini*; poſtea cædis & ſtupri reus eſt. Act. 13. 22. Pſal 88. 21.
Solomon omni gratia & ſapientia donatus à Domino, ad idololatriam à mulieribus indu- 1. Reg. 13. 14
citur. Soli enim Dei filio ſeruabatur ſine delicto permanere. Quid ergo ſi epiſcopus, ſi 3. Reg. 11. 4.
diaconus, ſi vidua, ſi virgo, ſi doctor, ſi etiam martyr lapſus à regula fuerit, ideo hæreſes & 14.
veritatem videbuntur obtinere? Ex perſonis probamus fidem, an ex fide perſonas? Ne-
mo ſapiens eſt, niſi fidelis: nemo major, niſi Chriſtianus. nemo autem Chriſtianus, b Matth. 10. 22.
niſi b *qui ad finem vſque perſeuerarit*. Tu, vt homo, extrinſecus vnumquemque noſti: pu- c 1. Reg. 16. 7.
tas quod vides: vides autem quouſque oculos habes. Sed c *oculi*, inquit, *Domini alti. Ho-
mo in faciem, Deus in præcordia contemplatur. Et ideo* d *cognoſcit Dominus qui ſunt eius*, e & d 2. Tim. 2. 19.
plantam quam non plantauit pater, eradicat: & f *de primis nouiſſimos oſtendit*, & g *ventilabrum
in manu portat ad purgandam aream ſuam.* Auolent quantum volent paleæ leuis fidei quo- e Matth. 15.
cunque afflatu tentationum, eò purior maſſa frumenti in horrea Domini reponetur. f Matth. 20. 16.
Nonne ab ipſo Domino quidam diſcentium ſcandalizati deuerterunt? Nec tamen pro- g Matth. 3. 12.
pterea cæteri quoque diſcedendum à veſtigiis eius putauerunt. Sed qui ſcierunt illum
h *vitæ eſſe verbum, & à Deo veniſſe*, perſeuerarunt in comitatu eius vſque ad finem: cùm h Io. 6. 16.
illis, i *ſi vellent & ipſi diſcedere, placide obtuliſſet.* Minus eſt ſi & Apoſtolum eius aliqui i Io. 6. 67.
Phygellus, & Hermogenes, & Phyletus, & Hymenæus reliquerunt: ipſe traditor Chri- 1. Tim. 1. 20.
ſti de Apoſtolis fuit. Miramur de Eccleſiis eius, ſi à quibuſdam deſeruntur, cùm ea nos 2. Tim. 2. 17
oſtendant Chriſtianos, quæ patimur ad exemplum ipſius Chriſti: k *Ex nobis*, inquit, *pro-* k 1. Io. 2. 19.
dierunt, ſed non fuerunt ex nobis. ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum.

CAPVT IV.

Recordemur Chriſtum & Apoſtolos futuras hæreſes prædixiſſe, & fugiendas præcepiſſe.

In p. V. Hæreſis 6. in m. V. Hæreſis. 7. in f. V. Hæret. Elogia. 19.

QVIN potius memores ſimus tam Dominicarum prænunciationum, quàm Apoſto-
licarum litterarum, quæ nobis & futuras hæreſes prænuntiarunt, & fugiendas præ-
finierunt: & ſicut eſſe illas non expaueſcimus, ita poſſe id propter quod fugiendæ ſunt, a Matth. 24. 11. 24.
non miremur. Inſtruit Dominus multos eſſe venturos, a *ſub pellibus ouium rapaces lupos.*
Quænam iſtæ ſunt pelles ouium, niſi nominis Chriſtiani extrinſecus ſuperficies? Qui Matth. 7. 15.
lupi rapaces, niſi ſenſus & ſpiritus ſubdoli, ad infeſtandum gregem Chriſti extrinſecus de- 2. Cor. 11. 13 15.
liteſcentes? Qui pſeudoprophetæ ſunt, niſi falſi prædicatores? Qui pſeudapoſtoli, niſi 1. Io. 2. 18. 22.
adulteri euangelizatores? Qui antichriſti interim & ſemper, niſi Chriſti rebelles? Nunc
ſunt hæreſes, non minus doctrinarum peruerſitate Eccleſiam laceſſentes, quàm tunc
antichriſtus perſecutionum atrocitate perſequetur: niſi quòd perſecutio & martyras fa- b 1. Cor. 11. 19.
cit, hæreſis apoſtatas tantùm. Et ideo b *hæreſes quoque oportebat eſſe, vt probabiles quique
manifeſtarentur*, tam qui in perſecutionibus ſteterint, quàm qui ad hæreſes non exorbita- Ibid.
uerint. Neque enim eos probabiles intelligi jubet, qui in hæreſim fidem demutant: ſicut c 1. Theſſ. 5. 21.
ex diuerſo ſibi interpretantur, quia dixit alibi: c *Omnia examinate, quod bonum eſt tenete.*
Quaſi non liceat omnibus malè examinatis in electionem alicuius mali impingere per
errorem.

CAPVT V.

Non tantùm ſchiſmata & diſſenſiones, ſed & ipſas hæreſes, ſcriptura futuras, & fugiendas eſſe prædixit.

Per totum. V. Hæreſis. 11.

Fff

b 1. Cor. 11. 19. — 1. Cor. 1. 11. & ſeq. & 1. Cor. 11. 18. 19. — c Rom. 12. 16.

PORRO, ſi diſſenſiones & ſchiſmata increpat, quæ ſine dubio mala ſunt, & in continenti hæreſes ſubjungit. quod malis adjungat, malum vtique profitetur, & quidem majus: cùm ideo crediniſſe ſe dicat de ſchiſmatibus & diſſentionibus, quia ſciret [b] *etiam hæreſes oportere eſſe*. oſtendit enim grauioris mali proſpectu de leuioribus ſe facilè crediniſſe. certè non vt ideo de malis crediderit, quia hæreſes bonæ eſſent, ſed vti de pejoris quoque notæ tentationibus præmoneret non eſſe mirandum, quas diceret tendere *ad probabiles quoſque manifeſtandos*, ſcilicet quos non potuerint deprauare. Denique ſi totum capitulum ad vnitatem continendam, & ſeparationes coërcendas ſapit: hæreſes verò non minus ab vnitate diuellunt, quàm ſchiſmata & diſſenſiones, ſine dubio & hæreſes in ea conditione reprehenſionis conſtituit, in qua ſchiſmata & diſſentiones: ac per hoc non eos probabiles facit, qui in hæreſes diuerterint, cùm maximè diuerti ab eiuſmodi objurget, edocens [c] *vnum omnes loqui, & idipſum ſapere*, quod etiam hæreſes non ſinunt.

CAPVT VI.

Hæreſes Apoſtolus inſinuat ab electione dictas, qua quis vtitur, ad eas inſtituendas, aut ſuſcipiendas.

In p. V. Hæreſis. 11. à p. V. Hæreſis. 1. in f. V. Apelles. 1.

Gal. 5. 20. — a Tit. 3. 10. 11. — ad Tit. 3. 11. — b Gal. 1. 8. — c 2. Cor. 11. 14.

NEC diutius de iſto, ſi idem eſt Paulus, qui & alibi hæreſes inter carnalia crimina numerat, ſcribens ad Galatas; & qui Tito ſuggerit, [a] *hominem hæreticum poſt primam correptionem recuſandum, quod peruerſus ſit eiuſmodi & delinquat, vt à ſemetipſo damnatus.* Sed & omni penè epiſtola, de adulterinis doctrinis fugiendis inculcas, hæreſes taxat, quarum opera ſunt adulteræ doctrinæ: hæreſes dictæ Græca voce ex interpretatione electionis, qua quis ſiue ad inſtituendas, ſiue ad ſuſcipiendas eas vtitur. Ideo & ſibi damnatum dixit hæreticum, quia & in quo damnatur, ſibi elegit. Nobis verò nihil ex noſtro arbitrio inducere licet, ſed nec eligere quod aliquis de arbitrio ſuo induxerit. Apoſtolos Domini habemus auctores, qui nec ipſi quicquam ex ſuo arbitrio, quod inducerent, elegerunt; ſed acceptam à Chriſto diſciplinam fideliter nationibus adſignauerunt. Itaque [b] *etiamſi Angelus de cælis aliter euangelizaret, anathema diceretur à nobis*. Prouiderat jam tunc Spiritus ſanctus futurum in virgine quadam Philemene [c] *angelum ſeductionis; transfigurantem ſe in angelum lucis*, cuius ſignis & præſtigiis Apelles inductus, nouam hæreſin induxit.

CAPVT VII.

Hæreſes à philoſophia inuectæ, ex quo, & curioſitatis nomine præſcribit Apoſtolus eas cauendas eſſe.

Inf. V. fides. 16.

a 2. Tim. 4. 3. — b 1. Tim. 1. 4 — c Coloſſ. 2. 8

HÆ ſunt doctrinæ hominum & dæmoniorum, [a] *prurientibus auribus* natæ de ingenio ſapientiæ ſæcularis, quam Dominus ſtultitiam vocans, ſtulta mundi in confuſionem etiam philoſophiæ ipſius elegit. Ea eſt enim materia ſapientiæ ſæcularis, temeraria interpres diuinæ naturæ & diſpoſitionis. Ipſæ denique hæreſes à philoſophia ſubornantur. Inde Æones, & formæ neſcio quæ, & trinitas hominis apud Valentinum: Platonicus fuerat. Inde Marcionis Deus melior de tranquilitate: à Stoïcis venerat. Et vt anima interire dicatur, ab Epicureis obſeruatur. Et vt carnis reſtitutio negetur, de vna omnium philoſophorum ſchola ſumitur. Et vbi materia cum Deo æquatur, Zenonis diſciplina eſt: Et vbi aliquid de igneo Deo allegatur, Heraclitus interuenit. Eadem materia apud hæreticos, & philoſophos volutatur, idem retractatus implicantur. Vnde malum, & quare? & vnde homo, & quomodo? & quod proximè Valentinus propoſuit, Vnde Deus? Scilicet de ethymeſi, & ectromate. Miſerum Ariſtotelem: qui illis dialecticam inſtituit, artificem ſtruendi & deſtruendi, verſipellem in ſententiis, coactam in conjecturis, duram in argumentis, operariam contentionum, moleſtam etiam ſibiipſi, omnia retractantem, ne quid omnino tractauerit. Hinc [b] *illæ fabulæ & genealogiæ interminabiles, & quæſtiones infructuoſæ, & ſermones ſerpentes velut cancer*; à quibus nos Apoſtolus refrænans, nominatim philoſophiam conteſtatur caueri oportere, ſcribens ad Coloſſenſes: [c] *Videte ne quis vos circumueniat per philoſophiam & inanem ſeductionem, ſecundùm traditionem hominum, præter prouidentiam Spiritus ſancti.* Fuerat Athenis, & iſtam ſapientiam humanam, affectatricem, & interpolatricem veritatis, de congreſſibus nouerat,

veritatis, de congreſſibus nouerat, ipſam quoque in ſuas hæreſes multipartitam varietate ſectarum inuicem repugnantium. Quid ergo Athenis & Hieroſolymis? quid Academiæ & Eccleſiæ? quid hæreticis & Chriſtianis? Noſtra inſtitutio de porticu Salomo- d Sap. 1.1.
nis eſt, qui & ipſe tradiderat [d] *Dominum in ſimplicitate cordis eſſe quærendum*. Viderint qui Stoïcum, & Platonicum, & Dialecticum Chriſtianiſmum protulerunt.

CAPVT VIII.

Chriſtus excitans nos, vt quæramus & pulſemus, non inuitat ad curioſitatem credentes, ſed Deum non adhuc agnoſcentes, vt quæſtionibus inſtruantur.

Per totum. V. fides 16. & à p. in alphab. Errorum. V. Ioannes. 3. inf.

NOBIS curioſitate opus non eſt poſt Chriſtum Ieſum, nec inquiſitione poſt Euangelium. Cum credimus, nihil deſideramus vltra credere. Hoc enim priùs credimus, non eſſe quod vltra credere debeamus. Venio itaque ad illum articulum, quem & noſtri prætendunt ad ineundam curioſitatem, & hæretici inculcant ad importandam
ſcrupuloſitatem. Scriptum eſt inquiunt; [a] *Quærite, & inuenietis*. Quando hanc vocem a Matth. 7.
Dominus emiſit, recordemur. Puto in primitiis ipſis doctrinæ ſuæ, cum adhuc dubita- 7.
retur apud omnes, an Chriſtus eſſet: & cum adhuc nec Petrus illum Dei filium pronun- Matth. 16.
tiaſſet: cùm etiam Ioannes de illo certus eſſe deſiſſet. Meritò ergo tunc dictum eſt. [b] *Quæ-* 16.
rite & inuenietis, quando quærendus adhuc erat, qui adhuc agnitus non erat. Et hoc b Matth 11 2
quantum ad Iudæos. ad illos enim pertinet totus ſermo ſuggillationis iſtius, qui habebant c Luc. 16. 29.
vbi quærerent Chriſtum. [c] *Habent*, inquit, *Moyſen & Heliam, id eſt Legem & Prophetas* d Io. 5. 39.
Chriſtum prædicantes: ſecundum quod & alibi apertè: [d] *Scrutamini*, inquit, *ſcripturas*,
in quibus ſalutem ſperatis. *illa enim de me loquuntur*. Hoc erit, [e] *Quærite & inuenietis*. e Matth. 7.
nam & ſequentia in Iudæos competere manifeſtum eſt, *Pulſate & aperietur vobis*. Iudæi 7.
retro penes Deum fuerant, dehinc ejecti ob delicta, extra Deum eſſe cœperunt. Natio-
nes vero nunquam penes Deum, [f] *niſi ſtillicidium de ſitula, & puluis ex area*; & foris ſem- f Eſa. 40. 15.
per. Itaque qui foris ſemper, quomodo pulſabit eo vbi nunquam fuit? quam januam 1. Cor. 5. 12.
nouit, in quam nec receptus, nec ejectus aliquando? an qui ſcit ſe intus fuiſſe & foras 13.
actum, is potius pulſauit, & oſtium nouit? Etiam, *Petite & accipietis*, ei competit, qui & Coloſſ. 4
ſciebat à quo eſſet petendum, à quo & erat aliquid repromiſſum: à Deo ſcilicet Abra- 5.
ham, Iſaac & Iacob, quem nationes non magis nouerant quàm vllam repromiſſionem 1. Tim. 3. 2.
eius. Et ideo ad Iſraël loquebatur: [g] *Non ſum*, inquit, *miſſus, niſi ad oues perditas domus* Matth. 7. 7.
Iſrael. Nondum canibus jactabat panem filiorum: [h] *nondum in viam nationum ire mandabat*. Exo. 3. 6.
Si quidem in fine præcepit, vt vaderent ad docendas & tinguendas nationes; conſecuturi g Matth. 15.
mox [i] *Spiritum ſanctum paracletum, qui illos deducturus eſſet in omnem veritatem*. Et hoc 24. 26.
ergo illo facit. Quod ſi nationibus deſtinati doctores Apoſtoli, ipſi quoque doctorem h Matth. 10.
conſequuturi erant paracletum; multò magis vacabat erga nos, [k] *Quærite & inuenietis*: 5.
quibus vltro erat obuentura doctrina per Apoſtolos, & ipſis Apoſtolis per Spiritum ſan- Matth. 28.
ctum. Omnia quidem dicta Domini omnibus poſita ſunt. per aures Iudæorum ad nos tran- 19.
ſierunt; ſed pleraque in perſonas directa, non proprietatem admonitionis nobis conſti- i Io. 16. 13.
tuerunt, ſed exemplum. k Matth. 7.
Rom. 15. 19.

CAPVT IX.

Plenè credentibus, nihil vlterius eſt quærendum.

In p. V. ſcripturæ ſenſus. 4. à p. V. fides. 1. 5

CEDO nunc ſponte de gradu iſto. omnibus dictum ſit, [l] *Quærite & inuenietis*; l Matth. 7. 7.
tamen & hic expedit ſenſu certare cum interpretationis gubernaculo. Nulla vox diuina ita diſſoluta eſt & diffuſa, vt verba tantum defendantur, & ratio verborum non conſtituatur. Sed in primis hoc propono: Vnum vtique & certum aliquid inſtitutum eſſe à Chriſto, quod credere omnimodo debeant nationes, & idcirco quærere, vt poſſint, cùm inuenerint, credere. Vnius porro & certi inſtituti, infinita inquiſitio non poteſt eſſe. quærendum eſt donec inuenias, & credendum vbi inueneris: & nihil amplius, niſi cuſtodiendum quod credidiſti: dum hoc inſuper credas, aliud non eſſe credendum, ideoque nec requirendum, cùm id inueneris & credideris quod ab eo inſtitutum eſt, qui non aliud tibi mandat inquirendum, quàm quod inſtituit. De hoc quidem ſi qui dubitat, conſtabit penes nos eſſe id quod à Chriſto inſtitutum eſt. Interim ex fiducia probationis præ-
uenio, admonens quoſdam nihil eſſe quærendum vltra quæ crediderunt id eſſe quod quæ- m Matth. 7.
rere debuerunt: ne, [m] *Quærite & inuenietis*, ſine diſciplina rationis interpretentur. 7.

Fff ij

CAPVT X.

Si ſemper quærimus, nuſquam inueniemus, numquam credemus.

Per totum. V. fides. 15.

RATSO autem dicti huius in tribus articulis conſtitit: In re, in tempore, in modo. In re, vt quid ſit quærendum conſideres. In tempore, vt quando. In modo, vt quouſque. Igitur quærendum eſt quod Chriſtus inſtituit. vtique quando non inuenis. vtique donec inuenias. Inueniſti autem, cùm credidiſti. nam non credidiſſes, ſi non inueniſſes; ſicut nec quæſiſſes, niſi vt inuenires. Ad hoc ergo quæris vt inuenias, & ad hoc inuenis vt credas. Omnem prolationem quærendi & inueniendi, credendo fixiſti. hunc tibi modum ſtatuit fructus ipſe quærendi. hanc tibi foſſam determinauit ipſe, qui te non vult aliud credere, quàm quod inſtituit, ideoque nec quærere. Cæterùm ſi quia & alia tanta ab aliis ſunt inſtituta, propterea in tantum quærere debemus, in quantum poſſumus inuenire, ſemper quæremus, & nunquam omnino credemus. Vbi enim erit finis quærendi? vbi ſtatio credendi? vbi expunctio inueniendi? Apud Marcionem? ſed & Valentinus proponit, *Quærite & inuenietis.* Apud Valentinum? ſed & Apelles hac me pronuntiatione pulſabit, & Hebion, & Simon, & omnes ordine non habent aliud, quo ſe mihi
a Matth. 7. 7. i[illegible]ntes, me ſibi addicant. Ero itaque nuſquam dum vbique conuenio, [a] *Quærite & inuenietis*, & velut ſi nuſquam, & quaſi qui nunquam apprehenderim illud quod Chriſtus inſtituit, quod quæri oportet, quod credi neceſſe eſt.

CAPVT XI.

Is ſolus quærit, qui vel perdidit, vel numquam habuit.

Per totum. V. fides 16.

IMPVNE erratur niſi delinquatur; quamuis errare, delinquere eſt. impunè, inquam, vagatur, qui nihil deſerit. At enim ſi quod debui credere credidi, & aliud denuò puto requirendum, ſpero vtique & aliud eſſe inueniendum, nullo modo ſperaturus iſtud, niſi quia aut non credideram qui videbar credidiſſe, aut deſii credidiſſe. Ita fidem meam deſerens, negator inuenior. Semel dixerim, Nemo quærit, niſi qui aut non habuit, aut
a Luc. 15. 4. & ſeq. perdidit. [a] *Perdiderat vnam ex decem drachmis anus illa*, & ideo quærebat: vbi tamen in-
uenit, quærere deſiit. Panem vicinus non habebat, & ideo pulſabat: vbi tamen apertum
Luc. 11. 4. eſt ei, & accepit, pulſare ceſſauit. Vidua à judice petebat audiri, quia non admitteba-
Luc 18. 2. & ſeq. tur: ſed vbi audita eſt, hactenus inſtitit. Adeò finis eſt & quærendi, & pulſandi, & pe-
b Luc. 11. 8. tendi. [b] *Petenti enim dabitur*, inquit, *& pulſanti aperietur, & quærenti inuenietur.* Viderit qui quærit ſemper, quia non inuenit. illic enim quærit vbi non inuenietur. Viderit qui ſemper pulſat, quia nunquam aperietur. illie enim pulſat, vbi nemo eſt. Viderit qui ſemper petit, quia nunquam audietur. ab eo enim petit qui non audit.

CAPVT XII.

Si fideles, quid vltra quærimus, id à noſtris, in noſtro, de noſtro quæramus, non ab hæreticis quos fugere iubemur.

Per totum. V. fides. & in alphab. Errorum. Baptiſmus hæret. 1.

NOBIS etſi quærendum eſſet adhuc & ſemper, vbi tamen quæri oportet? apud hæreticos? vbi omnia extranea & aduerſaria noſtræ veritati; ad quos vetamur accedere. Quis ſeruus cibaria ab extraneo, nè dicam ab inimico domini ſui ſperat? Quis miles ab infœderatis, nè dicam ab hoſtibus regibus, donatiuum & ſtipendium captat; niſi
a Io. 1. 10. plane deſertor, & transfuga, & rebellis? Etiam anus illa intra tectum ſuum drachmam
Luc. 15. 4. requirebat. etiam pulſator ille vicini januam tundebat. etiam vidua illa non inimicum,
Luc. 11. 4. licet durum, iudicem interpellabat. Nemo inde inſtrui poteſt, vnde deſtruitur. nemo ab
Luc. 18. 2. eo illuminatur, à quo contenebratur. Quæramus ergo in noſtro, & à noſtris, & de noſtro: idque duntaxat quod ſalua regula fidei poteſt in quæſtionem deuenire.

CAPVT XIII.

Regula ſiue Symbolum fidei, ideo nobis traditum eſt, vt ſimpliciter profiteamur, non autem de eo curioſè quæramus.

Per totum. V. Fides. 17. & in. p. V. Spiritus. S. 2. in. m.

REGVLA eſt autem fidei, vt iam hinc quid defendamus profiteamur, illa ſcilicet qua creditur: Vnum omnino Deum eſſe; nec alium præter mundi conditorem; qui vniuerſa de nihilo produxerit, per verbum ſuum primò omnium demiſſum: Id Verbum filium eius appellatum, in nomine Dei variè viſum à Patriarchis, in Prophetis ſemper auditum, poſtremò delatum ex ſpiritu patris Dei & virtute, in virginem Mariam, carnem factum in vtero eius, & ex ea natum egiſſe Ieſum Chriſtum: exinde prædicaſſe nouam legem, & nouam promiſſionem regni cœlorum; virtutes feciſſe: fixum cruci; tertia die reſurrexiſſe: in cœlos ereptum ſediſſe ad dexteram Patris: miſiſſe vicariam vim Spiritus ſancti, qui credentes agat: venturum cum claritate, ad ſumendos ſanctos in vitæ æternæ, & promiſſorum cœleſtium fructum, & ad profanos adiudicandos igni perpetuo, facta vtriuſque partis reſuſcitatione cum carnis reſtitutione.

CAPVT XIV.

Regula fidei nobis à Chriſto tradita, nullas apud nos recipit quæſtiones, niſi eas quæ hæreticos faciunt, & quas hæretici inuehunt.

In p. ad m. V. Fides. 17. à m. ad f. V. Hæretici quomodo tractandi. 2.

HÆc regula à Chriſto, vt probabitur, inſtituta, nullas habet apud nos quæſtiones, niſi quas hæreſes inferunt, & quæ hæreticos faciunt. Cæterùm manente forma eius in ſuo ordine; quantumlibet quæras & tractes, & omnem libidinem curioſitatis effundas, ſi quid tibi videtur vel ambiguitate pendere, vel obſcuritate obumbrari; eſt vtique frater aliqui doctor, gratia ſcientiæ donatus: eſt aliqui inter exercitatos conuerſatus; aliqui tecum curioſus, tecum tamen quærens: nouiſſimè ignorare melius eſt, nè quod non debeas noris, quia quod debeas noſti. [a] *Fides*, inquit, *tua te ſaluum fecit*: non exercitatio ſcripturarum. Fides in regula poſita eſt: habes legem, & ſalutem de obſeruatione legis: exercitatio autem in curioſitate conſiſtit, habens gloriam ſolam de peritiæ ſtudio. Cedat curioſitas fidei, cedat gloria ſaluti. Certè aut non obſtrepant, aut quieſcant. Aduerſus regulam nihil ſcire, omnia ſcire eſt. Vt non inimici eſſent veritatis hæretici, vt de refugiendis eis non præmoneremur, quale eſt conferre cum hominibus, qui & ipſi adhuc ſe quærere profiteantur? Si enim adhuc verè quærunt, nihil adhuc certi repperérunt: & ideo quæcunque videntur interim tenere, dubitationem ſuam oſtendunt quandiu quærunt. Itaque tu qui perinde quæris, ſpectans ad eos qui & ipſi quærunt, dubius à dubijs, incertus ab incertis, [b] *cæcus à cæcis, in foueam deducaris neceſſe eſt*. Sed quum decipiendi gratia prætendunt ſe adhuc quærere, vt nobis per ſollicitudinis iniectionem tractatus ſuos inſinuent: denique vbi adierint ad nos, ſtatim, quæ dicebant quærenda eſſe, defendunt: iam illos ſic debemus refutare, vt ſciant nos non Chriſto, ſed ſibi negatores eſſe. Cùm enim quærunt adhuc, nondum tenent: cùm autem non tenent, nondum crediderunt. cùm autem nondum crediderunt, non ſunt Chriſtiani. At cùm tenent quidem & credunt, quærendum tamen dicunt vt defendant: antequam defendant, negant quod confitentur ſe nondum credidiſſe, dum quærunt. Qui ergo nec ſibi ſunt Chriſtiani, quantò magis nobis? Qui per fallaciam veniunt, qualem fidem diſputant? cui veritati patrocinantur, qui eam à mendacio inducunt?

a Luc. 18. 42.

b Matth. 15. 14.

CAPVT XV.

Hæretici nullo modo admittendi ſunt ad diſputationem de Scripturis.

Per totum. V. Hæret. quomodo tractandi. 4.

SED ipſi de ſcripturis agunt, & de ſcripturis ſuadent. Aliunde ſcilicet loqui poſſent de rebus fidei, niſi ex litteris fidei? Venimus igitur ad propoſitum: hoc enim dirigebamus, & hoc præſtruebamus adlocutionis præfatione, vt iam hinc de eo congrediamur de quo aduerſarij prouocant. Scripturas obtendunt, & hac ſua audacia ſtatim quoſdam mouent: in ipſo verò congreſſu firmos quidem fatigant, infirmos capiunt, medios cum ſcrupulo dimittunt. Hunc igitur potiſſimùm gradum obſtruimus, non admittendos eos ad vllam de ſcripturis diſputationem. Si hæ ſunt illæ vires eorum, vti eas habere poſſint, diſpici debet cui competat poſſeſſio ſcripturarum, nè is admittatur ad eam, cui nullo modo competit.

CAPVT XVI.

Apoſtolus audiendus eſt, qui diſputationem cum hæretico ſic prohibuit, vt poſt vnam correptionem prorſus vitandum ſufferit.

Per totum. V. Hæretici quomodo tractandi. 4.

HOc de conſilio diffidentiæ, aut de ſtudio aliter ineundæ conſtitutionis induxerim, niſi rario conſtiterit, in primis illa, quòd fides noſtra obſequium Apoſtolo
1. Tim. 6. 4. debeat, prohibenti quæſtiones inire, nouis vocibus aures accommodare, [a] *hæreticum*
40. *poſt vnam correptionem conuenire*, non poſt diſputationem. Adeò interdixit diſputatio-
a Tit. 3. 10. nem, correptionem deſignans cauſam hæretici conueniendi: & hoc vnam, ſcilicet,
b Matth. 18. quia non eſt Chriſtianus: nè more Chriſtiani, ſemel & iterum, & [b] *ſub duobus aut tribus*
16. *teſtibus* caſtigandus videretur; cùm ob hoc ſit caſtigandus, propter quod non ſit cum illo diſputandum: deinde quoniam nihil proficiat congreſſio ſcripturarum, niſi planè vt ſtomachi quis ineat euerſionem, aut cerebri.

CAPVT XVII.

Nil proficit cum hæretico congreſſus de Scripturis. Quaſdam enim non recipiunt, receptas autem addendo, vel detrahendo corrumpunt: aut non recipiunt integras, vel receptas diuerſis expoſitionibus, à vero ſenſu auertunt.

Per totum. V. Hæretici quomodo tractandi. 4.

ISTA hæreſis non recipit quaſdam ſcripturas: & ſi quas recipit, non recipit integras: adiectionibus & detractionibus ad diſpoſitionem inſtituti ſui interuertit; & ſi aliquatenus integras præſtat, nihilominus diuerſas expoſitiones commentata conuertit. Tantùm veritati obſtrepit adulter ſenſus, quantùm & corruptor ſtilus. variæ præſumptiones. neceſſariò nolunt agnoſcere ea per quæ reuincuntur. his nituntur quæ ex falſo compoſuerunt. & quæ de ambiguitate ceperunt. Quid promouebis exercitatiſſime ſcripturarum, cùm ſi quid defenderis, negetur: ex diuerſo, ſi quid negaueris, defendatur. Et tu quidem nihil perdes, niſi vocem in contentione · nihil conſequeris, niſi bilem de blaſphematione.

CAPVT XVIII.

Is etiam cuius inſtruendi cauſa, cum hæretico de Scriptura diſputas, pari vtrimque diſceptatione confuſus, incertior exit quàm venerat.

Per totum. V. Hæretici quomodo tractandi. 4.

ILLE verò, ſi quis eſt cuius cauſa in congreſſum deſcendis ſcripturarum, vt eum dubitantem confirmes, ad veritatem, an magis ad hæreſes deuerget? hoc ipſo motus, quod te videat nihil promouiſſe, æquo gradu negandi & defendendi aduerſa parte, ſtatu certè pari, altercatione incertior diſcedet, neſciens quam hæreſin iudicet. Hæc vtique & ipſi habent in nos retorquere. Neceſſe eſt enim & illos dicere à nobis potius adulteria ſcripturarum & expoſitionum mendacia inferri, qui proinde ſibi defendant veritatem.

CAPVT XIX.

Id vnum decertandum, cui fides & Scriptura competat: à quo, per quos, & quibus tradita ſit Regula, qua fiunt Chriſtiani.

In p. V. Hæretici quomodo tractandi. 4. in f. V. Doctor. 1.

ERGO non ad ſcripturas prouocandum eſt: nec in his conſtituendum certamen, in quibus aut nulla, aut incerta victoria eſt, aut par incertæ. Nam etſi non ita euaderet conlatio ſcripturarum, vt vtramque partem parem ſiſteret, ordo rerum deſiderabat illud priùs proponi, quod nunc ſolum diſputandum eſt: Quibus competat fides ipſa: Cuius ſint ſcripturæ: A quo, & per quos, & quando, & quibus ſit tradita diſciplina quâ fiunt Chriſtiani. vbi enim apparuerit eſſe veritatem & diſciplinæ, & fidei Chriſtianæ, illic erit veritas ſcripturarum, & expoſitionum, & omnium traditionum Chriſtianarum.

CAPVT XX.

Chriſtus vnicam fidei vnius doctrinam tradidit Apoſtolis, quam ipſi promulgarunt Gentibus, & in vnaquaque ciuitate inſtituerunt Eccleſias, ex quibus quotidie alia fiunt Eccleſiæ, quæ cum illa prima ab Apoſtolis condita, de qua orta ſunt, omnes vna ſunt.

Per totum. V. Doctor. 1. & à p. V. Apoſtoli. 7. in m. V. Spiritus. S. 2. in f. in f. V. Eccleſia. 10.

CHRISTVS Ieſus Dominus noſter, permittat dicere interim, quiſquis eſt, cu-
iuſcunque Dei filius, cuiuſcunque materiæ homo & Deus, cuiuſcunque fidei præ-
ceptor, cuiuſcunque mercedis repromiſſor, quid eſſet, quid fuiſſet, quam patris volun-
tatem adminiſtraret, quid homini agendum determinaret, quamdiu in terris agebat,
ipſe pronuntiabat, ſiue populo palàm, ſiue diſcentibus ſeorſum. ex quibus, duodecim
præcipuos lateri ſuo adlegerat deſtinatos Nationibus magiſtros. Itaque vno eorum
decuſſo, reliquos vndecim digrediens ad patrem poſt reſurrectionem, [a] *iuſſit ire, & do-* Matth. 10. 2.
cere Nationes, intinguendas in Patrem, & in Filium, & in Spiritum ſanctum. Statim igitur Matt. 27. 3.
Apoſtoli (quos hæc appellatio Miſſos interpretatur) [b] *aſſumpto per ſortem duodecimo* a Matth. 28. 19.
Matthia in locum Iudæ, ex auctoritate prophetiæ, quæ eſt in pſalmo Dauid, conſecuti b Act. 1. 26.
promiſſam vim Spiritus ſancti ad virtutes & eloquium, primò per Iudæam conteſtata Pſal. 108. 7.
fide in Ieſum Chriſtum, & Eccleſiis inſtitutis; dehinc in orbem profecti, eandem do- Pſal. 40. 10.
ctrinam eiuſdem fidei Nationibus promulgauerunt, & proinde Eccleſias apud vnam- Act. 2. 3.
quamque ciuitatem condiderunt, à quibus traducem fidei, & ſemina doctrinæ, cæteræ Act. 8. 9. 11.
exinde Eccleſiæ mutuatæ ſunt, & quotidie mutuantur vt Eccleſiæ fiant. ac per hoc & Act. 13. 13.
ipſæ Apoſtolicæ deputantur, vt ſoboles Apoſtolicarum Eccleſiarum. Omne genus ad Marc. 16. 20
originem ſuam cenſeatur neceſſe eſt. Itaque tot ac tantæ Eccleſiæ, vna eſt illa ab Apo- Act. 13. 1.
ſtolis prima, ex qua omnes. Sic omnes prima, & Apoſtolicæ, dum vna omnes probant Act. 14. 20. & ſeq.
vnitatem: dum eſt illis communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, & conteſſera- Act. 14. 22.
tio hoſpitalitatis. quæ iura non alia ratio regit, quàm eiuſdem ſacramenti vna traditio.

CAPVT XXI.

Recipiendi non ſunt alij prædicatores, præter eos quos Chriſtus inſtituit: nec alia doctrina quàm illa, quam Apoſtoli verbo vel ſcripto, Eccleſiæ tradiderunt, quamque ipſi à Chriſto, Chriſtus à Deo ſuſcepit. Hoc proinde teſtimonium erit veritatis doctrinæ noſtræ, quod in omnibus communicamus cum Apoſtolicis Eccleſiis.

Per totum. V. Fides. 14. & in p. V. Doctor. 1.

HINC igitur dirigimus præſcriptionem, ſi Dominus Ieſus Chriſtus Apoſtolos Matth. 10. 5.
miſit ad prædicandum, alios non eſſe recipiendos prædicatores, quàm Chriſtus a Matt. 11. 17
inſtituit; quia [a] *nec alius patrem nouit niſi filius, & cui filius reuelauit*, nec alijs videtur re- Matth. 10. 1. & ſeq.
uelaſſe filius, quàm Apoſtolis quos miſit ad prædicandum, vtique quod illis reuelauit. Luc. 10. 1. & ſeq.
Quid autem prædicauerint, id eſt, quid illis Chriſtus reuelauerit, & hîc præſcribam 2. Theſſ. 2. 14.
non aliter probari debere, niſi per eaſdem Eccleſias, quas ipſi Apoſtoli condiderunt,
ipſi eis prædicando, tam viua, quod aiunt, voce, quàm per epiſtolas poſtea. Si hæc ita
ſunt, conſtat proinde omnem doctrinam, quæ cum illis Eccleſiis Apoſtolicis matri-
cibus & originalibus fidei conſpiret, veritati deputandam; ſine dubio tenentem quod
Eccleſiæ ab Apoſtolis, Apoſtoli à Chriſto, Chriſtus à Deo accepit: omnem
vero doctrinam de mendacio præiudicandam, quæ ſapiat contra veritatem Eccleſia-
rum, & Apoſtolorum, & Chriſti, & Dei. Supereſt ergo vti demonſtremus, an hæc no-
ſtra doctrina, cuius regulam ſuprà edidimus, de Apoſtolorum traditione cenſeatur, &
ex hoc ipſo, an ceteræ de mendacio veniant. Communicamus cum Eccleſiis Apoſtoli-
cis, quod nulli doctrina diuerſa. hoc eſt teſtimonium veritatis.

CAPVT XXII.

Quidquid oblatrent hæretici, Apoſtoli omnia neceſſaria ſciuerunt & tradiderunt: quibus Chriſtus expoſuit Scripturas, & miſit Spiritum ſanctum veritatis totius Magiſtrum.

In p. V. Fides. 14. in f. à p. ad f. V. Apoſtoli. 5. & V. Ioannes Euangeliſta. circa m. V. Petri priuilegia. 4. in f. V. Acta Apoſt. 1.

SED quoniam tam expedita probatio eſt, vt ſi ſtatim proferatur, nihil iam ſit retra-
ctandum, ac ſi prolata non ſit à nobis, locum interim demus diuerſæ parti, ſi quid
putant ad infirmandam hanc præſcriptionem mouere ſe poſſe. Solent dicere, Non
omnia Apoſtolos ſciſſe, eadem agitati dementia, qua rurſus conuertunt: Omnia qui-
dem Apoſtolos ſciſſe, ſed non omnia omnibus tradidiſſe; in vtroque Chriſtum repre-
henſioni ſubjicientes, qui aut minus inſtructos, aut parum ſimplices Apoſtolos mi-
ſerit. Quis igitur integræ mentis credere poteſt aliquid eos ignoraſſe, quos magiſtros
Dominus dedit, indiuiduos habens in comitatu, in diſcipulatu, in conuictu; quibus a Matt. 13. 11
obſcura quæque ſeorſim diſſerebat, illis dicens [a] *datum eſſe cognoſcere arcana, quæ populo* Luc. 8. 10.
intelligere non liceret? Latuit aliquid Petrum, ædificandæ Eccleſiæ petram dictum, b Matt. 16. 18

c Io. 21. 20. [b] *claues regni cælorum conſecutum, & ſoluendi & alligandi in cælis & in terris poteſtatem?*
Io. 13. 24. Latuit & Ioannem aliquid, [c] *dilectiſſimum Domino, pectori eius incubantem, cui ſoli Do-*
Io. 19. 26. *minus Iudam traditorem præmonſtrauit, quem loco ſuo filium Mariæ demandauit?* Quid eos
d Matt. 17. 3. ignoraſſe voluit, [d] *quibus etiam gloriam ſuam exhibuit, & Moyſen & Helian, & inſuper de*
Luc. 9. 33. 35. *cælo Patris vocem?* non quaſi cæteros reprobans, ſed quoniam [e] *in tribus teſtibus ſtabit om-*
e Deut. 19. 15 *ne verbum.* Ignorauerunt itaque & illi, quibus poſt reſurrectionem quoque [f] *in itinere*
f Luc. 24. 25 *omnes ſcripturas ediſſerere dignatus eſt.* Dixerat planè aliquando: [g] *Multa habeo adhuc vobis*
g Io. 16. 12. *loqui, ſed non poteſtis modò ea ſuſtinere.* tamen adijciens: [h] *Cùm venerit ille ſpiritus veritatis,*
h Ibid. 13. *ipſe vos deducet in omnem veritatem*: oſtendit illos nihil ignoraſſe, quos omnem verita-
tem conſecuturos per ſpiritum veritatis repromiſerat; & vtique impleuit repromiſ-
Act. 2. 3. & ſum, probantibus Actis Apoſtolorum deſcenſum Spiritus ſancti. Quam ſcripturam
ſeq. qui non recipiunt, nec Spiritus ſancti eſſe poſſunt, qui needum ſpiritum poſſint agnoſ-
cere diſcentibus miſſum, ſed nec Eccleſiam defendere, qui, quando, & quibus incu-
nabulis inſtitutum eſt hoc corpus, probare non habent. Tanti eſt enim illis non habere
probationes eorum quæ defendunt, nè pariter admittantur traductiones eorum quæ
mentiuntur.

CAPVT XXIII.

Paulus non arguit in Petro ignorantiam, ſed conuerſationem.

In p. V. Apoſtoli. 5. in m. ad f. V. Pauli doctrina. 9.

PROPONVNT ergo ad ſugillandam ignorantiam aliquam Apoſtolorum, quòd
a Gal. 2. 11. Petrus & qui cum eo, [a] *reprehenſi ſint à Paulo.* Adeò, inquiunt, aliquid eis defuit, vt
ex hoc etiam illud ſtruant, potuiſſe poſtea pleniorem ſcientiam ſuperuenire, qualis
obuenerit Paulo reprehendenti anteceſſores. Poſſumus & hic Acta Apoſtolorum re-
pudiantibus dicere: Prius eſt vti oſtendatis quis iſte Paulus, & quid ante Apoſtolum,
& quomodo Apoſtolus: quatenus & alias ad quæſtiones plurimùm eo vtuntur. Neque
enim, ſi ipſe ſe Apoſtolum de perſecutore profitetur, ſufficit vnicuique examinatè cre-
denti; quando nec Dominus ipſe de ſe teſtimonium dixerit. Sed credant ſine ſcriptu-
ris, vt credant aduerſus ſcripturas: tamen doceant, ex eo quod allegant Petrum à
Gal. 2. 11. Paulo reprehenſum, aliam Euangelij formam à Paulo ſuperductam, citra eam quam
Act. 9. 1. & præmiſerat Petrus, & cæteri. Quin demutatus in prædicatorem de perſecutore, dedu-
ſeq. citur ad fratres à fratribus, vt vnus ex fratribus, & ad illos ab illis qui ab Apoſtolis
Act. 21. 40. fidem induerant. Dehinc, ſicut ipſe enarrat, [b] *aſcendit in Hieroſolyma cognoſcendi Petri*
b Gal. 1. 18. *cauſa,* ex officio & iure ſcilicet eiuſdem fidei & prædicationis. Nam & illi non eſſent
mirati, de perſecutore factum prædicatorem, ſi aliquid contrarium prædicaret: nec
c Gal. 2. 9. Dominum præterea magnificaſſent, quia aduerſarius eius Paulus obuenerat. Itaque
& [c] *dexteram ei dederunt,* ſignum concordiæ & conuenientiæ: & inter ſe diſtributionem
officij ordinauerunt, non ſeparationem Euangelij: nec vt aliud alter, ſed vt aliis alter
prædicarent; Petrus in Circumciſionem, Paulus in Nationes. Cæterùm ſi reprehenſus
eſt Petrus, quòd cùm conuixiſſet ethnicis, poſtea ſe à conuictu eorum ſeparabat, per-
ſonarum reſpectu: vtique conuerſationis fuit vitium, non prædicationis. non enim ex
hoc alius Deus, quàm Creator; & alius Chriſtus, quàm ex Maria; & alia ſpes quàm
reſurrectio annuntiabatur.

CAPVT XXIV.

Tempora, perſona, & cauſa diuersè Apoſtolum agere mouerunt circa circumciſionem: qui Petro in martyrio æqualis, nec in cælum raptus, diuerſam à Petro doctrinam accepit.

In p. ad m. V. Pauli doctrina. 9. in m. V. Petri priuilegia. 9.

NON mihi tam benè eſt, immò non mihi tam malè eſt, vt Apoſtolos committam.
Sed quoniam peruerſiſſimi iſti illam reprehenſionem ad hoc obtendunt, vt ſu-
ſpectam faciant doctrinam ſuperiorem, reſpondebo quaſi pro Petro: ipſum Paulum
a 1. Cor. 9. 22 dixiſſe, [a] *factum ſe eſſe omnibus omnia, Iudæis Iudæum, non Iudæis non Iudæum, vt omnes*
lucrificaret. Adeò pro temporibus, & perſonis, & cauſis quædam reprehendebant, in
quæ & ipſi æquè pro temporibus, & perſonis, & cauſis committebant: quemadmodum
ſi & Petrus reprehenderet Paulum, quòd prohibens circumciſionem, circumciderit ipſe
Gal. 6. 12. 13 Timotheum. Viderint qui de Apoſtolis iudicant. Benè quòd Petrus Paulo & in mar-
b 2. Cor. 12. tyrio adæquatur. Sed etſi [b] *in tertium vſque cælum ereptus Paulus, & in paradiſum delatus*
4. & ſeq. *audijt quædam illic,* non poſſunt videri fuiſſe, quæ illum in aliam doctrinā inſtructiorem
præſta-

præſtarent, cùm ita fuerit conditio eorum, *vt nulli hominum proderentur.* Quòd ſi ad ali-
cuius conſcientiam manauit, neſcio quid illud, & hoc ſe aliqua hæreſis ſequi affirmat,
aut Paulus ſecreti proditi reus eſt, aut & alius poſtea in paradiſum ereptus debet
oſtendi, cui permiſſum ſit eloqui, quæ Paulo mutire non licuit.

CAPVT XXV.

Apoſtoli qui nihil neceſſarium ignorauerunt, nil pariter fidelibus occultauerunt.

Per totum. V. Pauli doctrina. 4.

SED, vt diximus, eadem dementia eſt; cùm confitentur quidem, nihil Apoſtolos
ignoraſſe, nec diuerſa inter ſe prædicaſſe; non tamen omnia volunt illos omnibus
reuelaſſe: quædam enim palàm, & vniuerſis; quædam ſecretò, & paucis demandaſſe:
quia & hoc verbo vſus eſt Paulus ad Timotheum: [a] *O Timothee, depoſitum cuſtodi.* Et rur- a 1. Tim. 6.
ſum: [b] *Bonum depoſitum ſerua.* Quod hoc depoſitum eſt tacitum, vt alteri doctrinæ de- 20.
putetur? An illius denuntiationis, de qua ait: [c] *Hanc denuntiationem commendo apud te,* b 2. Tim. 1.
fili Timothee. Item illius præcepti, de quo ait: [d] *Denuntio tibi ante Deum, qui viuificat om-* 14.
nia, & Ieſum Chriſtum, qui teſtatus eſt ſub Pontio Pilato bonam confeſſionem, cuſtodias præ- c 1 Tim 1.18
ceptum. Quod autem præceptum, & quæ denuntiatio? Ex ſupra & infra ſcriptis intelli- d 1. Tim. 6.
getur; non neſcio quid ſuboſtendi hoc dicto de remotiore doctrina, ſed potius incul- 13.
cari de non admittenda alia præter eam, quam audierat ab ipſo: & puto palam: [e] *Co-*
ram multis, inquit, *teſtibus.* Quos multos teſtes, ſi nolunt Eccleſiam intelligi, nihil in-
tereſt, quando nihil tacitum fuerit, quod ſub multis teſtibus proferebatur. Sed nec
quia voluit [f] *illum hæc fidelibus hominibus demandare, qui idonei ſint & alios docere:* id quo- e 1. Tim 6.12
que ad argumentum occulti alicuius euangelij interpretandum eſt. Nam cùm dicit, f 2. Tim. 2.
Hæc, de eis dicit, de quibus in præſenti ſcribebat: de occultis autem, vt de abſentibus 2.
apud conſcientiam, non *hæc,* ſed *illa* dixiſſet. Ibid.

CAPVT XXVI.

Apoſtoli non promiſcuè & temerè myſteria canibus & porcis proiecerunt, licet lucernam non abſconderint ſub modio, aliquo timore perterriti, omnes vniformes in tradenda regula veritatis.

Per totum. V. Pauli Doctrina. 4.

PORRO conſequens erat, vt cui demandabat euangelij adminiſtrationem, non
paſſim, nec inconſideratè adminiſtrandam, adjiceret ſecundùm Dominicam vo-
cem, nè [a] *margaritam porcis, & ſanctum canibus iactaret.* Dominus palam edixit, ſine vlla a Matt. 7.6.
ſignificatione alicuius tecti ſacramenti. Ipſe præceperat, [b] *ſi quid in tenebris & in abſcon-* b Matth. 10.
dito audiſſent, in luce & in tectis prædicarent. Ipſe per ſimilitudinem præfigurauerat, [c] nè 7.
vnam mnam, id eſt vnum verbum eius, *ſine fructu in abdito reſeruarent.* Ipſe docebat, *lu-* c Luc. 19. 23.
cernam non ſub modium abſtrudi ſolere, ſed in candelabrum conſtitui, vt luceat omnibus qui in d Matt. 5. 15.
domo ſunt. Hæc Apoſtoli, aut neglexerunt, aut minimè intellexerunt, ſi non adimple-
uerunt, abſcondentes aliquid de lumine, id eſt, de Dei verbo, & Chriſti ſacramento.
Neminem, quod ſcio, verebantur, non Iudæorum vim, non ethnicorum: quò magis Act. 4. 2.
vtique in Eccleſia liberè prædicabant, qui in ſynagogis, & in locis publicis non tace-
bant. immò neque Iudæos conuertere, neque ethnicos inducere potuiſſent, niſi quod
credi ab eis volebant ordine exponerent. multò magis iam credentibus Eccleſiis nihil
ſubtraxiſſent, quod aliis paucis ſeorſum demandarent. Quamquam etſi quædam inter
domeſticos, vt ita dixerim, diſſerebant, non tamen ea fuiſſe credendum eſt, quæ aliam
regulam fidei ſuperducerent, diuerſam & contrariam illi, quam catholicæ in medium
proferebant: vt alium Deum in Eccleſia dicerent, alium in hoſpitio: aliam Chriſti ſub-
ſtantiam deſignarent in aperto, aliam in ſecreto: aliam ſpem reſurrectionis apud om-
nes annuntiarent, aliam apud paucos: cùm ipſi obſecrarent in epiſtolis ſuis, [e] *vt idipſum* e 1. Cor. 1.
& vnum loquerentur omnes, & non eſſent ſchiſmata & diſſenſiones in Eccleſia, quia ſiue Paulus, 10.
ſiue alij, eadem prædicarent. Alioquin meminerant, [f] *Sit ſermo veſter, eſt, eſt: non, non: quod* f Matt. 5. 37
amplius, hoc à malo eſt, nè ſcilicet euangelium in diuerſitate tractarent.

CAPVT XXVII.

Licet Eccleſias corripiat Apoſtolus, aliqualiter aberrantes à Diſciplina, emendatas ſciant hæretici, quæ eandem fidem & ſcientiam & conuerſationem cum alijs ſtantibus tenuerunt.

Per totum. V. Apoſtoli. 8.

SI ergo incredibile eſt, vel ignoraſſe Apoſtolos plenitudinem prædicationis, vel non omnem ordinem regulæ omnibus edidiſſe, videamus ne fortè Apoſtoli quidem ſimpliciter & plenè, Eccleſiæ autem ſuo vitio aliter acceperint, quàm Apoſtoli proferebant. Omnia iſta ſcrupuloſitatis incitamenta inuenias prætendi ab hæreticis.
a Gal. 3. 1. Tenent correptas ab Apoſtolo Eccleſias, [a] *O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit?* &, [b] *Tam*
b Gal. 5. 7. *benè currebatis, quis vos impediuit?* ipſumque principium, [c] *Miror quod ſic tam cito trans-*
c Gal. 1. 6. *ferimini ab eo qui ſuos vocauit in gratia, ad aliud euangelium.* item ad Corinthios ſcriptum,
d 1. Cor. 3. 2. quòd [d] *eſſent adhuc carnales, qui lacte educarentur, nondum idonei ad pabulum;* [e] *qui putarent*
e 1. Cor. 8. 2. *ſe ſcire aliquid, quando nondum ſcirent quemadmodum ſcire oporteret.* Cùm correptas Eccle-
Rom. 1. 8. ſias opponunt, credant emendatas. ſed & illas recognoſcant, de quarum fide, & ſcien-
Rom. 15. 14. tia, & conuerſatione Apoſtolus gaudet, & Deo gratias agit: quæ tamen hodie cum illis
Eph. 1. 15. 16 correptis vnius inſtitutionis iura miſcent.
Philipp. 1. 3.

CAPVT XXVIII.

Erratum cenſeri non debet, ſed traditum, quod apud multos vnum & idipſum inuenitur.

Per totum. V. Eccleſia. 11. inf. V. Traditio. 9.

AGE nunc, omnes errauerint, deceptus ſit & Apoſtolus de teſtimonio reddendo:
a Io. 14. 26. nullam reſpexerit Spiritus ſanctus, [a] *vt eam in veritatem deduceret*, ad hoc miſſus à
& 16. 13. Chriſto, ad hoc poſtulatus de Patre, vt eſſet doctor veritatis: neglexerit officium, Dei villicus, Chriſti vicarius, ſinens Eccleſias aliter interim intelligere, aliter credere, quod ipſe per Apoſtolos prædicabat: ecquid veriſimile eſt, vt tot ac tantæ in vnã fidem errauerint: nullus inter multos euentus vnus eſt. exitus variaſſe debuerat error doctrinæ Eccleſiarum. cæterùm, quod apud multos vnum inuenitur, non eſt erratum, ſed traditum. Audeat ergo aliquis dicere illos erraſſe qui tradiderunt?

CAPVT XXIX.

Hæreſes, vera vtique Doctrina poſteriores, errauerunt.

In f. V. Fides. 8.

QVOQVO modo ſit erratum; tam diu vtique regnauit error, quàm diu hæreſes non erant. Aliquos Marcionitas, & Valentinianos liberanda veritas expectabat: interea perperam euangelizabatur, perperam credebatur, tot millia millium perperam tincta, tot opera fidei perperam adminiſtrata, tot virtutes, tot chariſmata perperam operata: tot ſacerdotia, tot miniſteria perperam functa: tot denique martyria perperam coronata aut ſi non perperam, nec in vacuum, quale eſt vt antè res Dei currerent, quàm cuius Dei notum eſſet? antè Chriſtiani, quàm Chriſtus inuentus? antè hæreſis, quàm vera doctrina? Sed enim in omnibus veritas imaginem antecedit: poſt rem ſimilitudo ſuccedit. Cæterùm, ſatis ineptum, vt prior in doctrina hæreſis habeatur,
vel quoniam ipſa eſt quæ futuras hæreſes cauendas prænuntiabat. Ad eius doctrinæ
Matth. 24. 5. 11. 24. Eccleſiam ſcriptum eſt, immo ipſa doctrina ad Eccleſiam ſcribit: [a] *Etſi Angelus de cælo*
a Gal. 1. 19. *aliter euangelizauerit citra quàm nos, anathema ſit.*

CAPVT XXX.

Valentinus, & Marcion ſub Eleuthero Pontifice, Doctrinæ Catholicæ in Eccleſia Romana traditæ primò crediderunt, donec ob curioſitatem inquietam bis eiecti, tandem extremo Anathemate præciſi, ſuas hæreſes ſeminarunt. Sicut & alij hæretici qui miraculis Apoſtolatus ſui nouitatem probare non poſſunt.

In p. V. Fides. 8. & V. Marcion. 20. & p. V. Hæreſis. 2. circa. m. V. Apelles. 2. in f. V. Hæretici quomodo tractandi. 9.

VBI tunc Marcion, Ponticus nauclerus, Stoïcæ ſtudioſus? Vbi Valentinus Platonicæ ſectator? Nam conſtat illos, neque adeò olim fuiſſe, Antonini ferè principatu, & in Catholicæ primò doctrinam crediſſe apud Eccleſiam Romanenſem, ſub epiſcopatu Eleutherij benedicti, donec ob inquietam ſemper eorum curioſitatem, quam fratres quoque vitabant, ſemel & iterum eiecti, Marcion quidem cum ducentis ſeſtertijs quæ Eccleſiæ intulerat, nouiſſimè in perpetuum diſcidium relegati, venena

doctrinarum ſuarum diſſeminauerunt. Poſtmodum idem Marcion pœnitentiam confeſſus, cùm conditioni datæ ſibi occurrit, ita pacem recepturus, ſi cæteros quos perditioni erudiſſet, Eccleſiæ reſtitueret, morte præuentus eſt. [b] *Oportebat enim hæreſes eſſe.* b 1. Cor. 11.
nec tamen ideo bonum hæreſes, quia eas eſſe oportebat. Quaſi non & malum oportuerit eſſe: nam & Dominum tradi oportebat, ſed [c] *væ traditori*: nè quis etiam hinc hæreſes c Marc. 14. 21
defendat. Si & Apellis ſtemma retractandum eſt, tam non vetus & ipſe, quam Marcion inſtitutor & præformator eius: ſed lapſus in fœminam, deſertor continentiæ Marcionenſis, ab oculis ſanctiſſimi magiſtri Alexandriam ſeceſſit. inde poſt annos regreſſus non melior, niſi tantùm quà iam non Marcionites, in alteram fœminam impegit, illam virginem Philumenen, quam ſuprà edidimus, poſtea verò immane proſtibulum & ipſam, cuius energemate circumuentus, quas ab ea didicit Phaneroſeis ſcripſit. Adhuc in ſæculo ſuperſunt qui meminerint eorum, etiam proprij diſcentes & ſucceſſores ipſorum, nè ſe poſteriores negare poſſint. Quamquam & *de operibus ſuis*, vt dixit Dominus, *reuincuntur*. Si enim Marcion nouum Teſtamentum à vetere ſeparauit, poſterior eo quod ſeparauit, quia ſeparare non poſſet, niſi quod vnitum fuit: vnitum ergo antequàm ſepararetur, poſtea ſeparatum, poſteriorem oſtendit ſeparatorem. Item Valentinus, aliter exponens, & ſine dubio emendans, hoc omnino quicquid emendat, vt mendoſum retro, anterius fuiſſe demonſtrat. Hos vt inſigniores & frequentiores adulteros veritatis nominamus. Cæterùm & Nigidius neſcio quis, & Hermogenes, & multi alij qui adhuc ambulant peruertentes vias Dei, oſtendant mihi ex qua auctoritate prodierunt. Si alium Deum prædicant, quomodo eius Dei rebus, & litteris, & nominibus vtuntur aduerſus quem prædicant? ſi eundem, quomodo aliter? Probent ſe nouos Apoſtolos eſſe: dicant Chriſtum iterum deſcendiſſe, iterum ipſum docuiſſe, iterum crucifixum, iterum mortuum, iterum reſuſcitatum: ſic enim Apoſtolos ſolet facere, dare illis præterea virtutem, eadem ſigna edendi, quæ & ipſe. Volo igitur & virtutes eorum proferri: niſi quòd agnoſco maximam virtutem eorum, qua Apoſtolos in peruerſum æmulantur. illi enim de mortuis viuos faciebant, iſti de viuis mortuos faciunt.

CAPVT XXXI.

Quod prius traditum eſt, verum ac Dominicum cenſendum eſt, quod autem poſterius, falſum.

Per totum. V. Fides. 9.

SED ab exceſſu, reuertar ad principalitatem veritatis, & poſteritatem mendacitatis Marc. 16.
diſputandam, ex illius quoque parabolæ patrocinio, quæ [a] *bonum ſemen frumenti à* 17. 20.
Domino ſeminatum in primore conſtituit, auenarum autem ſterilis feni adulterium ab a Matth. 13.
inimico diabolo poſtea ſuperducit. Propriè enim doctrinarum diſtinctionem figurat, quia & alibi [b] *verbum Dei ſeminis ſimilitudo eſt*. Ita ex ipſo ordine manifeſtatur, id eſſe b Luc. 8. 11.
Dominicum & verum, quod ſit prius traditum: id autem extraneum & falſum, quod ſit poſteriùs immiſſum. Ea ſententia manebit aduerſus poſteriores quaſque hæreſes, quibus nulla conſtantia de conſcientia competit ad defendendam ſibi veritatem.

CAPVT XXXII.

In Communicationem recipiendi non ſunt hæretici, licet ſint Apoſtolorum coëtanei, qui probare non poſſunt ordinem Epiſcoporum ſuorum, ſic ab initio decurrentium, vt primus eorum Epiſcopus habeat aliquem ex Apoſtolis, aut Apoſtolicis viris anteceſſorem: ſicut exertè probat Smyrnenſis & Romana Eccleſia.

Per totum. V. Hæretici quomodo tractandi, 10. in p. ad vlt. m. V. Eccleſia. 11.

CÆTERVM, ſi quæ audent interſerere ſe ætati Apoſtolicæ, vt ideo videantur ab Apoſtolis traditæ, quia ſub Apoſtolis fuerunt, poſſumus dicere: Edant ergo origines Eccleſiarum ſuarum: euoluant ordinem epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem, vt primus ille epiſcopus aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeuerauerit, habuerit auctorem & anteceſſorem. Hoc enim modo Eccleſiæ Apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt: ſicut Smyrnæorum Eccleſia Polycarpum ab Ioanne conlocatum refert: ſicut Romanorum, Clementem à Petro ordinatum itidem. perinde vtique & cæteræ exhibent, quos ab Apoſtolis in epiſcopatum conſtitutos Apoſtolici ſeminis traduces habeant. Confingant tale aliquid hæretici. Quid enim illis poſt blaſphemiam inlicitum eſt? Sed etſi confinxerint, nihil promouebunt. Ipſa enim doctrina eorum cum Apoſtolica comparata, ex diuerſitate &

contrarietate ſua pronuntiabit, neque Apoſtoli alicuius auctoris eſſe, neque Apoſtolici: quia ſicut Apoſtoli non diuerſa inter ſe docuiſſent, ita & Apoſtolici non contraria Apoſtolis edidiſſent. niſi illi qui ab Apoſtolis didicerunt, aliter prædicauerunt. Ad hanc itaque formam probabuntur ab illis Eccleſiis, quæ licet nullum ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis, auctorem ſuum proferant, vt multò poſteriores, quæ denique quotidie inſtituuntur: tamen in eadem fide conſpirantes, non minus Apoſtolicæ deputantur, pro conſanguinitate doctrinæ. Ita omnes hæreſes ad vtramque formam à noſtris Eccleſiis prouocatæ, probent ſe quaquà putant Apoſtolicas. Sed adeò nec ſunt: nec probare poſſunt quod non ſunt: nec recipiuntur in pacem & communicationem ab Eccleſiis quoquo modo Apoſtolicis: ſcilicet, ob diuerſitatem ſacramenti, nullo modo Apoſtolicæ.

CAPVT XXXIII.

Ab initio demonſtrata & damnata ſunt ab Apoſtolis hæreſes, ex quibus cætera ſua ſemina deprompſerunt.

Per totum. V. Hæreſis. 13.

ADHIBEO ſuper hæc, ipſarum doctrinarum recognitionem, quæ tunc ſub Apoſtolis fuerunt, ab iiſdem Apoſtolis & demonſtratæ & deieratæ. Nam & ſic facilius traducentur: dum aut iam tunc fuiſſe deprehendentur, aut ex illis quæ iam tunc fuerunt, ſemina ſumpſiſſe. Paulus in prima ad Corinthios, notat negatores & dubitatores
1. Cor. 12. 15 & ſeq. res reſurrectionis. hæc opinio propria Sadducæorum. partem eius vſurpat Marcion, &
Apelles, & Valentinus, & ſi qui alij reſurrectionem carnis infringunt. Et ad Galatas
Gal. 5. 1. & ſeq. ſcribens, inuehitur in obſeruatores & defenſores circunciſionis & legis: Hebionis
1. Tim. 4. 3. hæreſis eſt. Timotheum inſtruens, nuptiarum quoque interdictores ſuggillat: ita inſti-
2. Tim. 2. 17 18. tuunt Marcion & Apelles eius ſecutor. Æquè tangit eos, qui dicerent factam iam reſurrectionem: id de ſe Valentiniani adſeuerant. Sed cùm [a] *genealogias indeterminatas*
a Tit. 3. 9. *nominat*, Valentinus agnoſcitur: apud quem Æon ille neſcio qui noui & non vnius nominis, generat è ſua Charitate Senſum & Veritatem: & hi æquè procreant duos, Sermonem & Vitam: dehinc & iſti generant Hominem & Eccleſiam. eſtque hæc prima ogdoas Æonum. exinde decem alij, & duodecim reliqui Æones miris nominibus
b Gal. 4. 3. 9. oriuntur, in meram fabulam triginta Æonum. Idem Apoſtolus, cùm [b] *improbat elementis ſeruientes*, aliquid Hermogenis oſtendit, qui materiam non natam introducens, Deo non nato eam comparat, & ita matrem elementorum deam faciens, poteſt ei ſer-
Apoc. 2. 20. uire quam Deo comparat. Ioannes verò in Apocalypſi idolothyta edentes, & ſtupra committentes iubetur caſtigare. Sunt & nunc alij Nicolaitæ, Caiana hæreſis dicitur.
c 2. Io. 1. 7. At in epiſtola eos maxime [c] *antichriſtos vocat, qui Chriſtum negarent in carne veniſſe, &*
Coloſſ. 2. 18 *qui non putarent Ieſum eſſe Filium Dei.* Illud Marcion, hoc Hebion vindicauit. Simonia-
Act. 8. 20. næ autem magiæ diſciplina angelis ſeruiens, vtique & ipſa inter idololatrias deputabatur, & à Petro Apoſtolo in ipſo Simone damnabatur.

CAPVT XXXIV.

Nouellæ hæreſes ab Apoſtolis prænuntiatæ, commune habent cum primis & ſuæ prænuntiationis, & prædamnationis conſortium.

Per totum. V. Hæreſis. 13.

HÆc ſunt, vt arbitror, genera doctrinarum adulterinarum, quæ ſub Apoſtolis fuiſſe, ab ipſis Apoſtolis diſcimus: & tamen nullam inuenimus inſtitutionem, inter tot diuerſitates peruerſitatum, quæ de Deo Creatore vniuerſorum controuerſiam mouerit. Nemo alterum Deum auſus eſt ſuſpicari. Facilius de Filio, quàm de Patre hæſitabatur, donec Marcion præter Creatorem alium Deum ſolius bonitatis induceret: Apelles Creatorem, angelorum neſcio quem glorioſum ſuperioris Dei, faceret Deum legis & Iſraëlis, illum igneum affirmans: Valentinus Æonas ſuos ſpargeret, & vnius Æonis vitium in originem deduceret Dei Creatoris. His ſolis, & his primis reuelata eſt veritas diuinitatis, maiorem ſcilicet dignationem, & pleniorem gratiam à diabolo conſecutis, qui Deum ſic quoque voluerit æmulari, vt de doctrinis venenorum,
a Luc. 6. 40. quod Dominus negauit, ipſe faceret, [a] *diſcipulos ſuper magiſtrum.* Eligant igitur ſibi tempora vniuerſæ hæreſes, quæ quãdo fuerint, dummodo interſit quæ quando, dũ de veritate non ſint. vtique quæ ab Apoſtolis nominatæ non fuerunt, ſub Apoſtolis fuiſſe non poſſunt. ſi enim fuiſſent, nominarentur & ipſæ vt & ipſæ coercendæ. quæ verò ſub Apo-

ſtolis fuerunt, in ſua nominatione damnantur. Siue ergo eædem nunc ſunt aliquanto expolitiores, quæ ſub Apoſtolis rudes, habent ſuam exinde damnationem: ſiue aliæ quidem fuerunt, aliæ autem poſtea obortæ, quiddam ex illis vſurpauerunt, habendo cum eis conſortium prædicationis, habeant neceſſe eſt etiam conſortium damnationis, præcedente illo fine ſupradicto poſteritatis, quo etſi nihil de damnatitiis participarent, de ætate ſola præiudicarentur: tantò magis adulteræ, quantò nec ab Apoſtolis nominatæ. Vnde firmius conſtat, has eſſe, quæ adhuc tunc nuntiabantur futuræ.

CAPVT XXXV.

Diſciplina Chriſtiana nulla prædictarum præſcriptionum cenſura argui poteſt.

In p. V. Hæreſis. 15. à p ad f. V. Fides 10.

HIs definitionibus prouocatæ à nobis & reuictæ hæreſes omnes, ſiue quæ poſteræ, ſiue quæ coætaneæ Apoſtolorum, dummodo diuerſæ: ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter notatæ ab eis, dummodo prædamnatæ; audeant reſpondere & ipſæ aliquas eiuſmodi præſcriptiones aduerſus noſtram diſciplinam.' Si enim negant veritatem eius, debent probare illam quoque hæreſin eſſe, eadem forma reuictam, qua ipſæ reuincuntur: & oſtendere ſimul vbinam quærenda ſit veritas, quam apud illas non eſſe iam conſtat. Poſterior noſtra res non eſt. immò omnibus prior eſt: hoc erit teſtimonium veritatis, vbique occupantis principatum. ab Apoſtolis vtique non damnatur. immò defenditur: hoc erit indicium proprietatis. Quam enim non damnant, qui extraneam quamque damnauerunt, ſuam oſtendunt, ideoque & defendunt.

CAPVT XXXVI.

Conſtat percurrenti Eccleſias Apoſtolicas, quarum in Cathedris etiamnum præſident Epiſcopi, & Romanam maximè, vbi Petrus & Paulus ſunt martyrio coronati, ſuam ab Apoſtolis hauſiſſe fidem, per quam Baptiſmi, Confirmationis, & Euchariſtiæ, Sacramenta miniſtrat.

Per totum. V. Eccleſia. 9. circa. f. V. Euchariſtiæ effectus. 8. & V. Spiritus S. 5.

AGE iam qui voles curioſitatem melius exercere in negotio ſalutis tuæ, percurre Eccleſias Apoſtolicas, apud quas ipſæ adhuc cathedræ Apoſtolorum ſuis locis præſident, apud quas ipſæ authenticæ litteræ eorum recitantur, ſonantes vocem, & repræſentantes faciem vniuſcuiuſque. Proxima eſt tibi Achaia? habes Corinthum. Si non longè es à Macedonia, habes Philippos, habes Theſſalonicenſes. Si potes in Aſiam tendere, habes Epheſum. Si autem Italiæ adiaces, habes Romam, vnde nobis quoque auctoritas præſtò eſt. Iſta quàm felix Eccleſia! cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt: vbi Petrus paſſioni Dominicæ adæquatur: vbi Paulus Ioannis exitu coronatur: vbi Apoſtolus Ioannes poſteaquàm in oleum igneum demerſus, nihil paſſus eſt, in inſulam relegatur. videamus quid didicerit, quid docuerit, cum Africanis quoque Eccleſiis conteſſerarit. Vnum Deum nouit, Creatorem vniuerſitatis, & Chriſtum Ieſum ex virgine Maria filium Dei Creatoris, & carnis reſurrectionem: Legem & Prophetas cum Euangelicis & Apoſtolicis litteris miſcet, & inde potat fidem: eam aqua ſignat, ſancto Spiritu veſtit, Euchariſtia paſcit, martyrium exhortatur, & ita aduerſus hanc inſtitutionem neminem recipit. Hæc eſt inſtitutio, non dico iam quæ futuras hæreſes prænuntiabat, ſed de qua hæreſes prodierunt. Sed non 1. Io. 2. 19.
fuerunt ex quo factæ ſunt aduerſus illam. Etiam de oliuæ nucleo mitis, & opimæ, & neceſſariæ aſper oleaſter oritur, etiam de papauere ficus gratiſſimæ, & ſuauiſſimæ, ventoſa & vana caprificus exſurgit. Ita & hæreſes de noſtro frutice, non noſtro genere, veritatis grano, ſed mendacio ſilueſtres.

CAPVT XXXVII.

Cùm eandem veritatis Regulam, ab Apoſtolis Eccleſiæ traditam teneamus, nullo modò debemus hæreticos admittere ad diſputationem de Scripturis. Quia cùm non ſint Chriſtiani, exhæredati ſunt à poſſeſſione litterarum Chriſtianarum.

Per totum. V. Hæretici quomodo tractandi. 5.

SI hæc ita ſe habent, vt veritas nobis adiudicetur, quicunque in ea regula incedimus, quam Eccleſia ab Apoſtolis, Apoſtoli à Chriſto, Chriſtus à Deo tradidit, conſtat ratio propoſiti noſtri, definientis non eſſe admittendos hæreticos ad ineundam de ſcripturis prouocationẽ, quos ſine ſcripturis probamus ad ſcripturas non pertinere.

Si enim hæretici ſunt, Chriſtiani eſſe non poſſunt, non à Chriſto habendo, quod de ſua electione ſectati hæreticorum nomina admittunt. Ita non Chriſtiani, nullum jus capiunt Chriſtianarum litterarum. ad quos merito dicendum eſt, Qui eſtis? quando, & vnde veniſtis? quid in meo agitis, non mei? quo denique Marcion jure ſiluam meam cædis? qua licentia Valentine fontes meos transvertis: qua poteſtate Apelles limites meos commoues? mea eſt poſſeſſio. quid hîc cæteri ad voluntatem veſtram ſeminatis & paſcitis? mea eſt poſſeſſio, olim poſſideo, prior poſſideo, habeo origines firmas, ab ipſis auctoribus quorum fuit res. ego ſum hæres Apoſtolorum. ſicut cauerunt teſtamento ſuo, ſicut fidei commiſerunt, ſicut adjurauerunt, ita teneo. vos certè exhæredauerunt ſemper & abdicauerunt, vt extraneos, vt inimicos. Vnde autem extranei & inimici Apoſtolis hæretici, niſi ex diuerſitate doctrinæ, quam vnuſquiſque de ſuo arbitrio, aduerſus Apoſtolos aut protulit, aut recepit?

CAPVT XXXVIII.

Non eſt diſputandam de ſcriptura cum hæreticis. Cùm enim corruptio Doctrinæ eorum procedat à corruptione ſcripturæ, quam multipliciter peruertunt & deprauant, non poteſt ex corrupta ſcriptura erui ſana Doctrina.

Per totum. V. Hæretici quomodo tractandi. 1.

ILLIC igitur & ſcripturarum, & expoſitionum adulteratio deputanda eſt, vbi diuerſitas doctrinæ inuenitur. Quibus fuit propoſitum aliter docendi, eos neceſſitas coëgit aliter diſponendi inſtrumenta doctrinæ. Alias enim non potuiſſent aliter docere, niſi aliter haberent per quæ docerent. Sicut illis non potuiſſet ſuccedere corruptela doctrinæ, ſine corruptela inſtrumentorum eius: ita & à nobis integritas doctrinæ non competiſſet ſine integritate eorum, per quæ doctrina tractatur. Etenim quid contrarium nobis in noſtris? quid de proprio intulimus, vt aliquid contrarium ei quod eſſet in ſcripturis deprehenſum, detractatione, vel adjectione, vel tranſmutatione remediaremus? Quod ſumus, hoc ſunt ſcripturæ ab initio ſuo: ex illis ſumus, antequam aliter fuit; antequam à vobis interpolarentur. Cum autem omnis interpolatio poſterior credenda ſit, veniens vtique ex cauſa æmulationis, quæ neque prior, neque domeſtica vnquam eſt eius quod æmulatur, tam incredibile eſt ſapienti cuique, vt nos adulterum ſtilum intuliſſe videamur ſcripturis, qui ſumus à principio & primi, quam illos non intuliſſe qui ſunt & poſteri & aduerſi. Alius manu ſcripturas, alius ſenſus expoſitione interuertit. Neque enim ſi Valentinus integro inſtrumento vti videtur, non callidiore ingenio, quàm Marcion manus intulit veritati. Marcion enim exertè & palàm machæra, non ſtilo vſus eſt: quoniam ad materiam ſuam cædem ſcripturarum confecit. Valentinus autem pepercit: quoniam non ad materiam ſcripturas, ſed materiam ad ſcripturas, excogitauit: & tamen plus abſtulit, & plus adjecit auferens proprietates ſingulorum quoque verborum, & adjiciens diſpoſitiones non comparentium rerum.

CAPVT XXXIX.

Hæretici ſimiles ſunt Centonum conſarcinatoribus.

In p. ad circa. f. V. Hæretici quomodo tractandi 1. in f. V. hæreſis. 3.

a Epheſ. 6. 12. ERANT ingenia de [a] *ſpiritalibus nequitiæ, cum quibus luctatio eſt nobis* fratres; meritò contemplanda, fidei neceſſaria, [b] *vt electi manifeſtentur*, vt reprobi detegantur. Et
b 1. Cor. 11. 19. ideo habent vim, & in excogitandis inſtruendiſque erroribus fælicitatem: non adeò mirandam, quaſi difficilem & inexplicabilem, cùm de ſæcularibus quoque ſcripturis exemplum præſtò ſit eiuſmodi facilitatis. Vides hodie ex Virgilio fabulam in totum aliam componi, materia ſecundùm verſus, verſibus ſecundum materiam concinnatis. denique Hoſidius Geta Medeam tragœdeam ex Virgilio pleniſſimè exſuxit. meus quidem propinquus, ex eodem poeta inter cætera ſtili ſui otia, Pinacem Cebetis explicuit. Homerocentones etiam vocari ſolent, qui de carminibus Homeri propria opera more centonario, ex multis hinc inde compoſitis, in vnum ſarciunt corpus. Et vtique fœcundior diuina literatura ad facultatem cuiuſque materiæ. Nec periclitor dicere, ipſas quoque ſcripturas ſic eſſe ex Dei voluntate diſpoſitas, vt hæreticis materias ſubminiſtrarent, cùm
c 1. Cor. 11. 19. legam: [c] *Oportere hæreſes eſſe*, quæ ſine ſcripturis eſſe non poſſunt.

CAPVT XXXX.

Eadem arte diabolus ſuaſit hæreticis, vt ſcripturas peruerterent, æmulatione veritatis, qua diuina ſacramenta in idolorum cultu æmulatur, lauans, in fronte ſignans, panis oblationem celebrans.

In p. V. Hæreſis.3. in p. ad circa. f. V. diabolus. 7. in f. V. Hæreſis. 4.

SEQVETVR, à quo intellectus interpretetur eorum quæ ad hæreſes faciant? A diabolo ſcilicet, cujus ſunt partes interuertendi veritatem, qui ipſas quoque res ſacramentorum diuinorum, idolorum myſteriis æmulatur. Tingit & ipſe quoſdam, vtique credentes & fideles ſuos: expoſitionem delictorum de lauacro repromittit; & ſi adhuc memini, Mithra ſignat illic in frontibus milites ſuos: celebrat & panis oblationem, & imaginem reſurrectionis inducit, & ſub gladio redimit coronam. Quid quod & ſummum Pontificem vnius nuptiis ſtatuit; habet & virgines, habet & continentes. Cæterùm ſi Numæ Pompilii ſuperſtitiones reuoluamus, ſi ſacerdotalia officia, inſignia, & priuilegia, ſi ſacrificalia miniſteria & inſtrumenta, & vaſa ipſorũ ſacrificiorum, ac piaculorum & votorum curioſitates conſideremus, nonnè manifeſtè diabolus moroſitatem illam Iudaicæ legis imitatus eſt? Qui ergo ipſa res de quibus ſacramenta Chriſti adminiſtrantur, tam æmulanter affectauit exprimere in negotiis idololatriæ, vtique & idem & eodem ingenio geſtit, & potuit inſtrumenta quoque diuinarum rerum & ſanctorum Chriſtianorum, ſenſum de ſenſibus, verba de verbis, parabolas de parabolis, profanæ & æmulæ fidei attemperare. Et ideo, neque à diabolo immiſſa eſſe [a] *ſpiritalia nequitia*, ex quibus etiam hæreſes veniunt, dubitare quis debet, neque ab idololatria diſtare hæreſes, quum & auctoris & operis eiuſdem ſint, cuius & idololatria. Deum aut fingunt alium aduerſus Creatorem; aut ſi vnicum Creatorem confitentur, aliter eum diſſerunt, quàm in vero eſt. Itaque omne mendacium quod de Deo dicunt, quodammodo genus eſt idololatriæ.

a Epheſ. 6. 12.

CAPVT XXXXI.

Omnia apud hæreticos ſunt confuſa, quis ſit fidelis aut Catechumenus, non diſcernitur. Promiſcuè mulieres exorciſant & tingunt. Miniſteria pariter, & officia communia laicis, & clericis, & omnis conuerſatio inordinata.

Per totum. V. Hæret. Elogia. 12.

NON omittam ipſius etiam conuerſationis hęreticę deſcriptionem, quàm futilis, quàm terrena, quàm humana ſit; ſine grauitate, ſine auctoritate, ſine diſciplina: vt fidei ſuæ congruens. In primis quis catechumenus, quis fidelis, incertum eſt: pariter adeunt, pariter audiunt, pariter orant: etiam ethnici ſi ſuperuenerint, [a] *ſanctum canibus, & porcis marguaritas*, licet non veras, jactabunt. Simplicitatem volunt eſſe, proſtrationem diſciplinæ, cuius penes nos curam lenocinium vocant. pacem quoque paſſim cum omnibus miſcent. Nihil enim intereſt illis, diuerſa tractantibus, dum ad vnius veritatis expugnationem conſpirent. Omnes tument, omnes ſcientiam pollicentur. Antè ſunt perfecti catechumeni, quàm edocti. Ipſę mulieres hęreticæ, quàm procaces! quę audeant docere, contendere, exorciſmos agere, curationes repromittere, ſorſitan & tingere. Ordinationes eorum temerariæ, leues, inconſtantes. nunc neophytos conlocant, nunc ſæculo ubſtrictos, nunc apoſtatas noſtros, vt gloria eos obligent, quia veritate non poſſunt. Nuſquam facilius proficitur, quàm in caſtris rebellium, vbi ipſum eſſe illic, promereri eſt. Itaque alius hodie Epiſcopus, cras alius: hodie Diaconus, qui cras Lector: hodie Preſbyter, qui cras Laïcus. nam & Laïcis ſacerdotalia munera injungunt.

a Math. 7. 6.

CAPVT XXXXII.

Id vnum ſatagunt hæretici in adminiſtratione Verbi Dei, non vt conuertant ethnicos, ſed vt peruertant catholicos. Suis item præſidibus reuerentiam non exhibent. unde & ſchiſmata interſe pariunt, in ſua fidei regula non conſonant, nec cum authoribus ſuis.

In p. ad m. V. Hæret. Elogia. 12. à p. V. Hæret. Elogia. 15.

DE verbi autem adminiſtratione quid dicam; cùm hoc ſit negotium illis, non ethnicos conuertendi, ſed noſtros euertendi? hanc magìs gloriam captant, ſi ſtantibus ruinam, non ſi jacentibus eleuationem operentur: quoniam & ipſum opus eorum non de ſuo proprio ædificio venit, ſed de veritatis deſtructione. Noſtra ſuffodiunt, vt ſua ædi-

ficent. Adime illis Legem Moyſi, & Prophetas, & Creatorem Deum; accuſationem eloqui non habent. Ita fit vt ruinas facilius operentur ſtantium ædificiorum, quàm extructiones jacentium ruinarum. Ad hæc ſolummodo opera humiles, & blandi, & ſummiſſi agunt. Cæterùm, nec ſuis Præſidibus reuerentiam nouerunt. Et hoc eſt quod ſchiſmata apud hæreticos ferè non ſunt: quia cùm ſint, non parent. ſchiſma eſt vnitas ipſis. Mentior ſi non etiam à regulis ſuis variant inter ſe, dum vnuſquiſque proinde ſuo arbitrio modulatur quæ accepit, quemadmodum de ſuo arbitrio ea compoſuit ille qui tradidit. Agnoſcit naturam ſuam, & originis ſuæ mortem, profectus rei. Idem licuit Valentinianis quod Valentino, idem Marcionitis quod Marcioni, de arbitrio ſuo fidem innouare. Denique penitus inſpectæ hæreſes omnes in multis cum auctoribus ſuis diſſentientes deprehenduntur. Plerique nec Eccleſias habent, ſine matre, ſine ſede, orbi fide extorres, ſine lare vagantur.

CAPVT XLIII.

Hæreticorum, cum Philoſophis, Aſtrologis, circulatoribus, Magis, conuerſatio praua, index verus eſt, doctrinæ eorum non vera.

In p. V. Hæret. Elogia. 8. à p. ad f. V. Timor. Dei. 6. & V. opera bona. 1.

NOTATA ſunt etiam commercia hæreticorum cùm magis quàmpluribus: cum cir-
a Matth. 7. 7 latoribus, cum aſtrologis, cum philoſophis, curioſitati ſcilicet deditis. [a] *Quærite & inuenietis*, vbique meminerunt. Adeò & de genere conuerſationis qualitas fidei æſtimari poteſt: doctrinæ index diſciplina eſt. Negant Deum timendum. Itaque libera ſunt illis omnia & ſoluta. Vbi autem Deus non timetur, niſi vbi non eſt? Vbi Deus non eſt, nec veritas vlla eſt. Vbi veritas nulla eſt, meritò & talis diſciplina eſt. At vbi Deus, ibi
b Pſal. 110. 1. [b] *metus in Deum, qui eſt initium ſapientiæ.* Vbi metus in Deum, ibi grauitas honeſta, & diligentia adtonita, & cura ſollicita, adlectio explorata, & communicatio deliberata, & promotio emerita, & ſubjectio religioſa, & apparitio deuota, & proceſſio modeſta, & Eccleſia vnita, & Dei omnia.

CAPVT XLIV.

Prouocat hæreticos ad Chriſti tribunal, & exterret metu futuri iudicij, ſi nihil his præſcriptionibus moueantur; eos item, qui hæreticos audiunt.

In p. V. Timor. Dei. 6. in p. ad m. V. Hæret. Elogia. 10.

PROINDE hæc præſſioris apud nos teſtimonia diſciplinæ ad probationem veritatis
a 1. Cor. 5. 10. accedunt: à qua deuertere nemini expedit, qui meminerit futuri iudicii, [a] *quo omnes nos neceſſe eſt apud Chriſti tribunal aſtare, reddentes rationem*, in primis ipſius fidei. Quid ergo dicent qui illam ſtuprauerint adulterio hæretico, virginem traditam à Chriſto? Credo allegabunt, nihil vnquam ſibi ab illo, vel ab Apoſtolis eius, de feris & peruerſis doctrinis futuris prænuntiatum, & de cauendis abominandiſque præceptum. Agnoſcant ſuam potius culpam, quàm illorum, qui nos tantò antè præſtruxerunt. Adjicient præterea multa de auctoritate cuiuſque doctoris hæretici, illos maximè doctrinæ ſuæ fidem confirmaſſe, mortuos ſuſcitaſſe, debiles reformaſſe, futura ſignificaſſe, vti meritò Apo-
b Matth. 24. 11. 24. ſtoli crederentur. Quaſi nec hoc ſcriptum ſit, [b] *venturos multos, qui etiam virtutes maximas ederent, ad fallaciam muniendam corruptæ prædicationis.* Itaque veniam merebuntur: qui verò memores Dominicarum, & Apoſtolicarum denuntiationum in fide integri ſteterint, credo de venia periclitabuntur, reſpondente Domino: Prænuntiaueram planè futuros fallaciæ magiſtros in meo nomine, & Prophetarum, & Apoſtolorum etiam; & diſcentibus meis eadem ad vos prædicare mandaueram, ſemel euangeliũ, & eiuſdem regulæ doctrinam Apoſtolis meis delegaueram: ſed quum vos non crederetis, libuit mihi poſtea aliqua inde mutare. reſurrectionem promiſeram, etiam carnis; ſed recogitaui nè implere non poſſem. natum me oſtenderam ex virgine; ſed poſtea turpe mihi viſum eſt. patrem dixeram, qui ſolem & pluuias facit; ſed alius me pater melior adoptauit. prohibueram vos autem accommodare hæreticis, ſed erraui. Talia capit opinari eos qui exorbitant, & fidei veritatis periculum non cauent.

CAPVT XLV.

Specialiter recenſet hæreticos qui ad ſua vſque tempora paruerunt, incipiens à Iudaiſmo, Doſitheo, Sadducæis, Phariſæis.

Per totum. V. Hæretici diuerſi. 2.

SED

SED nunc quidem generaliter actum eſt à nobis aduerſus hęreſes omnes, certis, & iuſtis, & neceſſariis præſcriptionibus repellendas à conlatione ſcripturarum. De reliquo, ſi Dei gratia annuerit, etiam ſpecialiter quibuſdam reſpondebimus. Hæc in fide veritatis ei .... legentibus pax & gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti in æternum.

CONTRA HÆRETICOS EXPLICIT.

Sequentia non leguntur in vetuſtiſſimo codice Agobardi.

QVORVM HÆRETICORVM, vt plura prætercam, pauca perſtringam. Taceo enim Iudaïſmi hæreticos. Doſitheum inquam Samaritanum, qui primus auſus eſt Prophetas, quaſi non in Spiritu ſancto locutos, Matth. 22.
repudiare. Taceo Sadducæos, qui ex hujus erroris radice ſurgentes, auſi Matth. 16. 1. 12.
ſunt ad hanc hæreſim etiam reſurrectionem carnis negare. Prætermitto
Phariſæos, qui additamenta quædam Legi adſtruendo à Iudæis diuiſi ſunt: Matth. 23. 16.
vnde etiam hoc accipere ipſum quod habent nomen, digni fuerunt: cum his etiam Herodianos, qui Chriſtum Herodem eſſe dixerunt.

CAPVT XLVI.

Hæretici ab initio Eccleſiæ & Euangelij, fuere, Simon Magus, Menander, Saturninus, Baſilides, Nicolaus.

Per totum. V. Hæretici diuerſi. 2. à p.

AD eos me conuerto, qui ex Euangelio hæretici eſſe voluerunt: ex quibus eſt primus omnium Simon Magus, qui in Actis Apoſtolorum condignam meruit ab Apoſtolo Act. 8. 20.
Petro iuſtamque ſententiam Hic auſus eſt ſummam ſe dicere virtutem, id eſt, ſummum Deum. mundum autem ab angelis ſuis inſtitutum. à dæmone ſe oberrante, qui eſſet ſapientia, deſcendiſſe quærendam apud Iudæos. ſe in phantaſmate Dei non paſſum, ſed eſſe quaſi paſſum. Poſt hunc Menãder diſcipulus ipſius, ſimiliter Magus, eadem dicens quæ Simon ipſe: quicquid ſe Simon dixerat, hoc ſe Menander eſſe dicebat, negans habere poſſe quẽquam ſalutem, niſi in nomine ſuo baptizatus fuiſſet. Securus eſt poſt hæc & Saturninus, & hic ſimiliter dicens, Innaſcibilem virtutem, id eſt Deum, in ſummis & illis infinitis partibus & in ſuperioribus manere, longè autem diſtantes ab hoc angelos inferiorem mundũ feciſſe: & quia ſplendór quidam lũminis deſurſum in inferioribus refulſiſſet, ad ſimilitudinem illam ſuperiorem, propter illius luminis angelos hominem inſtituere, angelos curaſſe: hunc ſuper terram jacuiſſe reptantem: cujus lumen illud & virtutem miſericordiam, ſcintillam ſaluam eſſe, cætera hominis perire. Chriſtum in ſubſtantia corporis non fuiſſe, & phantaſmate tantùm quaſi paſſum fuiſſe. reſurrectionem carnis nullo modo futuram eſſe. Poſtea Baſilides hæreticus erupit: hic eſſe dicit ſummum Deum nomine Abraxam, ex quo mentem creatam, quam Græce ΝΟΥΝ appellat. Inde Verbum. Ex illo prouidentiam, ex prouidentia virtutem, & ſapientiam: Ex ipſis inde principatus, & poteſtates, & angelos factos, deinde infinitas angelorum editiones & probolas: ab iſtis angelis trecentos ſexaginta quinque cælos inſtitutos: & mundum in honore Abraxæ cujus nomen hunc in ſe habebat numerum computatum. In vltimis quidem angelis, qui hunc fecerunt mundum, nouiſſimum ponit Iudæorum Deum, id eſt, Deum Legis & Prophetarum: quem Deum negat, ſed angelum dicit. Huic ſortitò obtigiſſe ſemen Abrahæ, atque ideo hunc de terra Ægypti filios Iſraël in terram Chanaam tranſtuliſſe. Hunc turbulentiorem præ cæteris angelis, atque ideo & ſeditiones frequenter & bella concutere, ſed & humanum ſanguinem fundere. Chriſtum autem, non ab hoc qui fecerit mundum, ſed ab illo Abraxa miſſum veniſſe in phantaſmate: ſine ſubſtantia carnis fuiſſe: hunc paſſum à Iudæis non eſſe, ſed vice ipſius Simonem crucifixum eſſe: vnde nec in eum credendum eſſe qui ſit crucifixus, nè quis confiteatur in Simonem crediſſe.
Martyria negat eſſe facienda. Carnis reſurrectionem grauiter impugnat, negans ſalu- Act. 6. 5.
tem corporibus repromiſſam. Alter hæreticus Nicolaüs emerſit: hic de ſeptem Diaconis, qui in Actis Apoſtolorum allecti ſunt, fuit. Hic dicit tenebras in concupiſcentia luminis, & quidem fœda & obſcena, fuiſſe: ex hac permixtione pudor eſt dicere quæ fœtida & immunda ſunt. Æones enim refert quoſdam turpitudinis natos, & complexus, & permixtiones execrabiles obſcenaſque conjunctas, & quædam ex ipſis adhuc turpiora.

natos prætereà dæmones, & deos, ſpiritus ſeptem, & alia ſatis ſacrilega pariter & fœda: quæ referre erubeſcimus, & jam prætерimus. Satis eſt nobis quòd totam iſtam hæreſim Nicolaïtarum, Apocalipſis Domini grauiſſima ſententiæ auctoritate damnauit,
a Apoc.2.6. dicendo: [a] *Quia hoc tenes, odiſti doctrinam Nicolaitarum, quam odi & ego.*

CAPVT XLVII.

Ophitarum, Cainæorum, Settheitarum, hæreſes.

Per totum. V. Hæretici diuerſi. 2. à p.

ACCESSERVNT his hæretici etiam illi, qui Ophitæ nuncupantur. Nam ſerpentem magnificant in tantùm, vt illum etiam ipſi Chriſto præferant. Ipſe enim, inquiunt, ſcientiæ nobis boni & mali originem dedit. Huius animaduertens potentiam
Gen.3.4.5. & majeſtatem Moyſes, inquiunt, æreum poſuit ſerpentem: & quicunque ipſum aſpe-
Num.21.9. xerunt, ſanitatem conſecuti ſunt. Ipſe, aiunt prætereà, Chriſtus in Euangelio ſuo imi-
a Ioan.3.14. tatur ſerpentis ipſius ſacram poteſtatem, dicendo: [a] *Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis.* Ipſum introducunt ad benedicenda Euchariſtia ſua. Sed tota iſtius erroris & ſcena, & doctrina inde fluxit. Dicunt enim de illo ſummo primario Æone complures alios Æones extitiſſe inferiores; omnibus tamen iſtis Æonem anteſtare, cujus ſit nomen Ialdabaoth. Hunc autem con eptum eſſe ex altero Æone Æonibus inferioribus permixto: ſeque poſteà, cùm in ſuperiora voluiſſet eniti, grauitate materiæ permixta ſibi, non potuiſſe ad ſuperiora peruenire, in medietate relictum, extendiſſe totum, effeciſſe ſic cœlum. Ialdabaoth tamen inferius deſcendiſſe, & feciſſe ſibi, filios ſeptem: quem occluſiſſe ſuperiora dilatatione; vt quia angeli quæ ſuperiora eſſent, ſcire non poſſent, ipſum ſolum Deum putarent. Virtutes igitur illas, & angelos inferiores hominem feciſſe: & quia ab infirmioribus & mediocribus virtutibus inſtitutus eſſet, quaſi vermem jacuiſſe reptantem. Illum verò Æonem ex quo Ialdabaoth proceſſiſſet, inuidia commotum, ſcintillam quandam jacenti homini immiſiſſe, qua excitatus per prudentiam ſaperet, & intelligere poſſet ſuperiora. Sic rurſum Ialdabaoth iſtum in indignationem conuerſum, ex ſemetipſo edidiſſe virtutem, & ſimilitudinem ſerpentis: & hanc fuiſſe virtutem in paradiſo, id eſt, iſtum fuiſſe ſerpen-
Gen.3.4.5. tem, cui Eua quaſi filio Dei crediderat. Decerpſit, inquiunt, de fructu arboris, atque ideo generi humano ſcientiam bonorum & malorum contribuit. Chriſtum autem non in ſubſtantia carnis fuiſſe, ſalutem carnis ſperandam omnino non eſſe. Necnon etiam erupit alia quoque hæreſis, quæ dicitur Caïnorum. Et ipſi enim magnificant Caïn, quaſi ex quadam potenti virtute conceptum, quæ operara ſit in ipſo. Nam Abel ex inferiore virtute conceptum, procreatum: & ideo inferiorem repertum. Hi qui hoc adſerunt, etiam Iudam proditorem defendunt, admirabilem illum & magnum eſſe memorantes, propter vtilitates quas humano generi contuliſſe jactatur. Quidam enim ipſorum, gratiarum actionem Iudæ propter hanc cauſam reddendam putant. Animaduertens enim, inquiunt, Iudas, quòd Chriſtus vellet veritatem ſubuertere, tradidit illum, ne ſubuerti veritas poſſet. Et alii ſic contrà diſputant & dicunt: Quia poteſtates huius mundi nolebant pati Chriſtum, nè humano generi per mortem ipſius ſalus pararetur, ſaluti conſulens generis humani, tradidit Chriſtum, vt ſalus, quæ impediebatur per virtutes, quæ obſidebant nè pararetur Chriſtus, impediri omnino non poſſet: & ideo per paſſionem Chriſti non poſſet ſalus humani generis retardari. Sed & illa hæreſis proceſſit, quæ dicitur Setthoïtarum. Hujus peruerſitatis doctrina hæc eſt: Duos homines ab angelis conſtitutos, Caïn & Abel: propter hos magnas inter angelos contentiones & diſcordias extitiſſe; ob hanc cauſam illam Virtutem quæ ſuper omnes virtutes eſſet, quam matrem pronuntiant, dum Abel interfectum dicerent, voluiſſe concipi & naſci hunc Seth loco Abelis, vt euacuarentur angeli illi, qui duos priores illos homines condidiſſent, dum hoc ſemen mundum moritur, & naſcitur. Permixtiones enim dicunt angelorum & hominum iniquas fuiſſe: ob quam cauſam illam Virtutem, quam (ſicut diximus) pronuntiauit matrem, ad vindictam etiam cataclyſmum inducere, vt & illud permixtionis ſemen tolleretur: & hoc ſolum ſemen, quod eſſet purum, integrum cuſtodiretur. Sed enim illos qui ſeminis illos prioris inſtituiſſent, occultè & latenter, & ignorante illa matre Virtute, cum illis octo animab⁹ in arcam miſiſſe etiam ſemen Caïn, quo ſemen malitiæ non periret, ſed cum cæteris conſeruatum, & poſt cataclyſmum terris redditum, exemplo

cæterorum excreſceret, & effunderetur, & totum orbem & impleret & occuparet. De Chriſto autem ſic ſentiunt, vt dicant illum tantummodo Seth, & pro ipſo Seth ipſum fuiſſe.

CAPVT XLVIII.

Carpocrates, Cerinthus, Hebion, hæretici.

Per totum. V. Hæretici diuerſi. 2. in m.

CARPOCRATES præterea hanc tulit ſectam. Vnam eſſe dicit Virtutem in ſuperioribus principalem; ex hac prolatos angelos, atque virtutes: quos diſtantes longè à ſuperioribus virtutibus, mundum iſtum in inferioribus partibus condidiſſe: Chriſtum non ex virgine Maria natum, ſed ex ſemine Ioſeph, hominem tantummodo genitum, ſanè præ ceteris juſtitiæ cultu, vitæ integritate meliorem: hunc apud Iudæos paſſum: ſolam animam ipſius cœlo receptam, eò quòd & firmior & robuſtior cæteris fuerit: ex quo colligeret, tentata animarum ſola ſalute, nullas corporis reſurrectiones. Poſt hunc Cerinthus hæreticus erupit, ſimilia docens. Nam & ipſe mundum inſtitutum eſſe ab illis dicit: Chriſtum ex ſemine Ioſeph natum proponit, hominem illum tantummodò ſine diuinitate contendens, ipſam quoque legem ab angelis datam perhibens: Iudæorum Deum non Dominum, ſed angelum promens. Hujus ſucceſſor Hebion fuit, Cerintho non in omni parte conſentiens, quòd à Deo dicat mundum, non ab angelis factum: & quia ſcriptum ſit, [a] *Nemo diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper dominum.* Legem etiam proponit, ſcilicet ad excludendum Euangelium, & vindicandum Iudaïſmum. [a] Matth. 10. 24.

CAPVT XLIX.

Valentinus, eiuſque Diſcipuli Ptolomæus, Secundus, Heracleon.

Per totum. V. Hæretici diuerſi. 2. à m.

VALENTINVS autem hæreticus multas introducit fabulas. has ego circumducens breuiter expediam. Introducit enim Pleroma, & Æones triginta: exponit autem hos per ſyzygias, id eſt, conjugationes quaſdam. Nam dicit in primis, eſſe Bython & Silentium; ex his proceſſiſſe ſemen, Mentem & Veritatem: ex quibus erupiſſe Verbum & Vitam: de quibus rurſum creatum Hominem & Eccleſiam. Sed enim ex his quoque proceſſiſſe duodecim Æonas; de Sermone autem & Vita, Æonas alios decem: hanc eſſe Æonum triacontada, quæ fit in Pleromate ex ogdoade & decade, ac dyodecade. Triceſimum autem Æonem, Bython illum videre voluiſſe, & ad videndum illum auſum eſſe in ſuperiora Pleromatis conſcendere. Et quoniam ad magnitudinem ipſius videndam capax non fuit, in defectione fuiſſe, & penè diſſolutum eſſe, niſi quia miſſus ad conſtabiliendum illum, ille quem appellant Horon, confirmaſſet illum dicto Iao. Hoc pronuntiatio appellat. Iſtum autem Æonem in defectionem factum Achamoth dicit in paſſionibus deſiderii quibuſdam fuiſſe, & ex paſſionibus materias edidiſſe. Expauit enim, inquit, & extimuit, & contriſtata eſt, & ex his paſſionibus concepit & edidit. Hioc fecit cœlum & terram, & mare, & omnia quæcunque ſunt in eis, ob quam cauſam omnia infirma eſſe & fragilia, & caduca, & mortalia quæcunque ſunt ab ipſo facta: quoniam quidem ipſe fuerit de aporiatione conceptus atque prolatus: hunc tamen inſtituiſſe iſtum mundum ex his materiis, quas Achamoth, vel pauendo, vel timendo, vel contriſtando, vel ſudando præſtiterat. Nam ex pauore, inquit, tenebræ factæ ſunt: ex timore & ignora ntia ſpiritus nequitiæ & malignitatis: ex triſtitia & lacrymis, humida fontium, fluminum materia, mariſque. Chriſtum autem miſſum ab illo propatore qui eſt Bythos. Hunc autem in ſubſtantia corporis noſtri non fuiſſe, ſed ſpiritale neſcio quod corpus de cœlo deferentem, quaſi aquam per fiſtulam, ſic per Mariam virginem traoſmeaſſe, nihil inde vel accipienrem, vel mutuantem. Reſurrectionem huius carnis negat, ſed alterius. Legis & Prophetarum quædam probat, quædam improbat: id eſt, omnia improbat, dum quædam reprobat. Euangelium habet etiam ſuum, præter hæc noſtra. Poſt hunc extiterunt Ptolomæus, & Secundus hæretici, qui cum Valentino per omnia conſentiunt. In illo ſolo differunt. Nam cùm Valentinus Æonas tantùm triginta finxiſſet, iſti addiderunt alios complures. quatuor enim primùm, deinde alios quatuor aggregauerunt. Et quod dicit Valentinus Æonem trigeſimum exceſſiſſe de pleromate, vt in defectionem, negant iſti. Non enim ex illa triacontade fuiſſe hunc, qui fuerit

in defectionem, propter deſiderium videndi propatoris. Extitit præterea Heracleon alter hæreticus, qui non Valentino paria ſentit, ſed nouitate quadam pronuntiationis vult videri alia ſentire. Introducit enim in primis illud fuiſſe quod pronuntiat, & deinde ex illa monade duo, ac deinde reliquos Æonas, deinde intruducit totum Valentinum.

CAPVT L.

Marcus & Colarbaſus, hæretici.

Per totum. V. Hæretici diuerſi. 2. à m.

NON defuerunt poſt hos Marcus quidam, & Colarbaſus, nouam hæreſin ex Græcorum alphabeto componentes. Negant enim veritatem ſine iſtis poſſe litteris inueniri; immò totam plenitudinem & perfectionem veritatis in iſtis literis eſſe diſpoſitam. Propter hanc enim cauſam Chriſtum dixiſſe. Ego ſum Α & Ω. Denique Ieſum Chriſtum deſcendiſſe, id eſt, columbam in Ieſum veniſſe, qui Græco nomine quum περιστερὰ pronuntietur, habeat ſecundum numerum, DCCCI. Percurrunt iſti ω, ψ, χ, φ, υ, τ, totum vſque ad Alpha Beta, & computant ogdoadas & decadas, ita vt adferre illarum omnes vanitates ineptum ſit & otioſum, quod tamen non tantum jam vanum, ſed etiam periculoſum ſit. Alterum Deum fingunt præter Creatorem. Chriſtum in ſubſtantia negant carnis fuiſſe. negant carnis reſurrectionem futuram.

CAPVT LI.

Cerdon, Marcion, eiuſque ſequaces Lucaſus, & Apelles.

Per totum. V. Hæretici diuerſi. 2. à m.

ACCEDIT his Cerdon quidam. hic introducit initia duo, id eſt duos deos, vnum bonum, & alterum ſæuum. bonum ſuperiorem: ſæuum hunc, mundi Creatorem. Hic Prophetas & Legem repudiat, Deo Creatori renuntiat, ſuperioris Dei filium Chriſtum veniſſe tractat: hunc in ſubſtantia carnis negat, in phantaſmate ſolo fuiſſe pronuntiat: nec omnino paſſum, ſed quaſi paſſum: nec ex virgine natum, ſed omnino nec natum. reſurrectionem animæ tantummodo probat, corporis negat. ſolum euangelium Lucæ, nec tamen totum recipit. Apoſtoli Pauli neque omnes, neque totas epiſtolas ſumit. Acta Apoſtolorum, & Apocalypſin quaſi falſa rejicit. Poſt hunc diſcipulus ipſius emerſit Marcion quidam nomine, Ponticus genere, Epiſcopi filius, propter ſtuprum cujuſdam virginis ab Eccleſiæ communicatione abjectus. Hic ex occaſione qua dictum

a Matth. 7. 17. ſit, [a] *Omnis arbor bona bonos fructus facit; mala autem malos*, hæreſin Cerdonis approbare conatus eſt, eadem dicere, quæ ille ſuperior hæreticus antè dixerat. Extitit poſt hunc Lucanus quidam nomine, Marcionis ſectator atque diſcipulus: & hic per eadem vadens blaſphemiæ genera, eadem docet quæ Marcion & Cerdon docuerant. Poſt hos ſubſequitur Apelles, diſcipulus Marcionis, qui poſteaquam in carnem ſuam lapſus eſt, à Marcione ſegregatus eſt. hic introducit vnum Deum infinitis ſuperioribus partibus. hunc poteſtates multas, angeloſque feciſſe: propterea & aliam virtutem quam dicit, Dominum dicit, ſed angelum ponit. Hoc vult videri mundum inſtitutum ad imitationem mundi ſuperioris, cui mundo permiſcuiſſe pœnitentiam; quia non illum tam perfectè feciſſet, quam ille ſuperior mundus inſtitutus fuiſſet. Legem & Prophetas repudiat. Chriſtum neque in phantaſmate dicit fuiſſe, ſicut Marcion, neque in ſubſtantia veri corporis, vt Euangelium docet, ſed eo quod è ſuperioribus partibus deſcenderet, ipſo deſcenſu ſideream ſibi carnem & aërem contexuiſſe: hunc in reſurrectione ſingulis quibuſque elementis, quæ in deſcenſu ſuo mutuata fuiſſent in aſcenſu reddidiſſe, & ſic diſperſis quibuſque corporis ſui partibus, in cœlo ſpiritum tantùm reddidiſſe. hic carnis reſurrectionem negat; ſolo vtitur & Apoſtolo, ſed Marcionis, id eſt non toto. Animarum ſolarum dicit ſalutem. Habet præterea priuatas, ſed extraordinarias lectiones ſuas, quas appellat phaneroſeis Philumenes cujuſdam puellæ, quam quaſi propheтiſſam ſequitur. Habet præterea ſuos libros, quos inſcripſit Syllogiſmorum, in quibus probare vult, quod omnia quæcunque Moyſes de Deo ſcripſerit, vera non ſint, ſed falſa ſint.

CAPVT LII.

Tatianus, tam ij qui ſecundum Phrygas dicebantur, κατὰ Proclum: ac ſecundùm Æſchinem, Montaniſtæ.

Per totum. V. Hæretici diuerſi. 2. circa. f.

HIs hæreticis omnibus accedit Tatianus quidam alter hæreticus. hic Iuſtini martyris diſcipulus fuit; poſt hunc diuerſa ſentire cœpit. totus enim ſecundùm Valentinum ſapit, adiiciens illud, Adam nec ſalutem conſequi poſſe: quaſi non ſi rami ſalui fiant, & radix ſalua ſit. Acceſſerunt alij hæretici, qui dicuntur ſecundùm Phrygas: ſed horum non vna doctrina eſt. Sunt enim qui Kata Proclum dicuntur, ſunt qui ſecundum Æſchinem pronuntiantur. Hi habent aliam communem blaſphemiam, aliam blaſphemiam non communem, ſed peculiarem & ſuam: & communem quidem illam, qua in Apoſtolis quidem dicant Spiritum ſanctum fuiſſe, Paracletum non fuiſſe: & qua dicant Paracletum plura in Montano dixiſſe, quàm Chriſtum in Euangelium protuliſſe; nec tantùm plura, ſed etiam meliora atque maiora. Priuatam autem blaſphemiam illi qui ſunt Kata Æſchinem, hanc habent, qua adjiciunt etiam hoc, vt dicant Chriſtum ipſum eſſe filium & patrem.

CAPVT LIII.

Blaſtus, vterque Theodotus, Praxeas, & Victorinus.

Per totum. V. Hæretici diuerſi. a. inf.

EST præterea his omnibus etiam Blaſtus accedens, qui latenter Iudaïſmum vult introducere. Paſcha enim dicit non aliter cuſtodiendum eſſe, niſi ſecundùm legem Moyſi XIV. menſis. Quis autem neſciat, quoniam Euangelica gratia euacuatur, ſi ad Legem Chriſtum redigit? Accedit his Theodotus hæreticus Byzantius: qui poſteaquàm Chriſti pro nomine comprehenſus negauit, in Chriſtum blaſphemare non deſtitit. doctrinam enim introduxit, qua Chriſtum hominem tantummodò diceret, Deum autem illum negaret; ex Spiritu quidem ſancto natum ex virgine, ſed hominem ſolitarium atque nudum, nulla alia præ ceteris, niſi ſola iuſtitiæ auctoritate. Alter poſt hunc Theodotus hæreticus erupit, qui & ipſe introduxit alteram ſectam, & ipſum hominem Chriſtum tantummodò dicit ex Spiritu ſancto, ex virgine Maria conceptum pariter & natum; ſed hunc inferiorem eſſe quàm Melchiſedech, eo quòd dictum ſit de Chriſto [a] *tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* Nam illum Melchiſedech præcipuæ gratiæ cœleſtem eſſe virtutem: eo quòd agat Chriſtus pro hominibus deprecator & aduocatus ipſorum factus. Melchiſedech facere pro cœleſtibus angelis atque virtutibus: nam eſſe illum vſque adeò Chriſto meliorem, [b] *vt apator ſit, ametor ſit, agenealogetus ſit, cuius neque initium, neque finis comprehenſus ſit, aut comprehendi poſſit.* Sed poſt hos omnes, etiam Praxeas quidam hæreſim introduxit, quam Victorinus corroborare curauit. Hic Deum Patrem Omnipotentem Ieſum Chriſtum eſſe dicit; hunc crucifixum paſſumque contendit & mortuum: præterea ſeipſum ſibi ſedere ad dexteram ſuam, cum prophana & ſacrilega temeritate proponit.

[a] Pſ. 109. 4.

[b] Hebr. 7. 3.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI ADVERSVS PRAXEAM.

In librum aduerſus Praxeam.

ARGVMENTVM.

Praxeas, in cuius hæreſim hic Tertullianus inuehitur, Aſiaticus fuit, vel ſaltem in Aſia conuerſatus, Montaniſtarum hæreſim hauſerat. Non quòd Montanus ipſe circa Trinitatis myſterium errauerit, vt teſtis eſt Theodoretus, libro 3. hæret. fabularum: ſed quòd eius Scholæ varij diſcipuli in varios errores impegerint. Inter alios Æſchines magiſtri ſui diſciplinam peruertit, & cum Filio Patrem in Trinitate confudit. Praxeas itaque ab Æſchine virus hauſtum in Aſia, effudit in Romam. Quod cùm apud Catholicos etiam proprio Chyrographo eieraſſet, relapſus vt canis

ad vomitum, communi Patrum calculo Eccleſia deiectus. Auguſtinus libro de hæreſibus cap. 41. Praxeas, inquit, & Hermogenes eadem ſentientes, in Africa fuiſſe dicuntur, nec tamen plures ſectæ, ſed vnius ſectæ plura nomina. *Praxeani eius diſcipuli dicti ſunt, Patropaßiani, & Monarchiani, quòd in vna deitatis perſona eius Monarchiam aſſererent, & in filio Patrem crucifigerent. De hæreſi Praxeæ Tertullianus ſupra libro de præſcr. cap.* 53. Poſt hos omnes, inquit, etiam Praxeas quidam hæreſim introduxit, quam Victorinus corroborare curauit. Hic Deum Patrem omnipotentem, Ieſum Chriſtum eſſe dixit: hunc crucifixum, paſſumque contendit; mortuum præterea ſeipſum ſibi ſedere ad dexteram ſuam, cum profana & ſacrilega temeritate proponit. *Cæterùm hunc librum contra hæreticos priuatos vltimum ſcripſit Tertullianus ipſe iam hæreticus & Montaniſectarius, vt patet ex eo quod ipſe ſcribit hic cap. 1. queſtus de Praxea ſuis artibus Pontificem Romanum à Prophetißis Montani, Priſca & Maximilla approbandis deterruiſſe.* Duo inquit, negotia diaboli Praxeas Romæ procurauit, prophetiam expulit, & hæreſim intulit, paracletum fugauit, & Patrem crucifixit & cæt. & nos quidem poſtea agnitio paracleti atque defenſio disiunxit à Pſychicis. *Pamelius refert conſcriptum hunc librum à Tertulliano, cùm Roma Carthaginem rediſſet Anno. Chri. 210. Zephyrini. 11. Seueri. 17. Sed Baronius hunc Chriſti Annum Zephyrini 8. & Seueri 16. coniungit, Additque Anno Chri. 210. Tertullianum ſcripſiſſe de Pallio. Quod ſi verum eſt, fieri non poteſt vt contra Praxeam eodem Anno ſcripſerit. Pallium enim induit cùm factus eſſet Chriſtianus, & ſub fidei eius adhuc calentis initijs. Contra Praxeam autem, vt ipſe fatetur, iam diſiunctus à Pſychicis, & Montaniſta factus. Praxeam porro prodiiſſe teſtatur Baronius Anno Chriſti 196. Victoris 3. & Seueri 2. Aduertat lector, durè ſatis & impropriè plurima hic à Tertulliano de Trinitate ſcripta; nec mirum; nondum enim hoc myſterium à Concilijs & Patribus, proprijs terminis expreſſum fuerat. Quod poſtea Athanaſius, Hilarius, Auguſtinus, cæterique præſtitere. duriora quæque in omniloquij rationalis ſcholijs inueniet emollita, & expoſita.*

CAPVT PRIMVM.

Praxeam Aſiaticum, paracleti ſui profligatorem carpit, dicentem, Patrem deſcendiſſe in virginem, & ex ea natum, & paſſum, ipſumque eſſe Ieſum Chriſtum.

In p adm V. Trinitas. 1. in m. V Martyrium. 11. & in Alphab. errorum V. Ecſtaſis 7. & V. paracletus 6. à m. V. hæreſis 14. circa f. in Alphab. errorum V. Ecſtaſis. 6. & V. paracletus. 7. inf. V. hæreſis. 15.

VArie diabolus æmulatus eſt veritatem. Adfectauit illam aliquando defendendo concutere. Vnicum Dominum vindicat omnipotentem, mundi conditorem, vt & de vnico hæreſim faciat. Ipſum dicit patrem deſcendiſſe in virginem, ipſum ex ea natum, ipſum paſſum, denique ipſum eſſe Ieſum Chriſtum. Excidit ſibi coluber, quia Ieſum Chriſtum poſt baptiſma Ioannis tentans, vt filium Dei adgreſſus eſt; certus filium Deum habere, vel ex ipſis ſcripturis, de quibus tunc tentationem ſtruebat; [a] *ſi tu es filius Dei, dic vt lapides iſti panes fiant*: item, [b] *ſi
a Matt. 4. 3. tu es filius Dei, deyce te hinc: ſcriptum eſt enim* [c] *quòd mandauit angelis ſuis ſuper te*, vtique
b Ibid. pater, [d] *vt te manibus ſuis tollant, necubi ad lapidem pedem tuum offendas.* Aut numquid
c Pſ. 90. 14. mendacium Euangelijs exprobrauit, dicens, Viderit Matthæus, & Lucas: cæterùm,
d Ibid. ego ad ipſum Deum acceſſi, ipſum omnipotentem cominus tentaui. Ideo & acceſſi, ideo & tentaui. Cæterùm, ſi filius Dei eſſet, nunquam illum fortaſſe dignarer. Sed
e Io. 8. 44. enim ipſe potius [e] *à primordio mendax eſt*; & ſi quem hominem de ſuo ſubornauerit, vt Praxean. Nam iſte primus ex Aſia hoc genus peruerſitatis intulit Romæ: homo & aliàs inquietus; inſuper de iactatione martyrij inflatus, ob ſolum, & ſimplex, & breue car-
f 1. Cor. 13. 3. ceris tædium; quando *etſi corpus ſuum tradidiſſet exurendum, nihil profeciſſet*, [f] *dilectionem*

Dei non habens., cuius chatiſmata quoque expugnauit. Nam idem tunc Epiſcopum Romanum, agnoſcentem iam Prophetias Montani, Priſcæ, Maximillæ, & ex ea agnitione pacem Eccleſiis Aſiæ, & Phrygiæ inferentem, falſa de ipſis prophetis, & Eccleſiis eorum adſeuerando, & præceſſorũ eius auctoritates defendendo, coëgit & litteras pacis reuocare iam emiſſas, & à propoſito recipiendorum chariſmatum conceſſare. Ita duo negotia diaboli Praxeas Romæ procurauit, prophetiam expulit, & hæreſim intulit; paracletum fugauit, & patrem crucifixit. Fruticauerant auenæ Praxeanæ; hic quoque [g] *ſuperſeminatæ; dormientibus multis* in ſimplicitate doctrinæ; traductæ dehinc per quem Deus voluit, etiam euulſæ videbantur. Denique cauerat priſtinum; doctor de emendatione ſua; & manet Chirographum apud Pſychicos, apud quos tunc geſta res eſt, exinde ſilentium. Et nos quidem poſtea agnitio paracleti, atque defenſio, disiunxit à Pſychicis. Auenæ verò illæ vtique tunc ſemen excuſſerant. Ita aliquandiu per hypocriſin ſubdola viuacitate latitauit, & nunc denuò erupit. Sed & denuò eradicabitur, ſi voluerit Dominus, in iſto commeatu; ſi quo minus, [h] *die ſuo colligentur omnes adulteræ fruges, & cum cæteris ſcandalis igni inextinguibili cremabuntur.*

g Matth. 13. 25.

h Matth. 13. 25. 30.

CAPVT II.

Symbolum fidei contrarium eſt hæreſi Praxeanæ, quo ab initio Euangelij docemur hanc eſſe Oeconomiam, ſiue diſpoſitionem, vt credamus in vnitate deitatis, diuinarum perſonarum Trinitatem, Patrem, & filium & Spiritum ſanctum.

A p. V. Chriſti Incarnat. 4. & in alphab. Errorum. V. Ectaſis. 8. inm. ad f. V. Trinitas. 4.

ITAQVE poſt tempus pater natus, & pater paſſus: ipſe Deus, Dominus omnipotens, Ieſus Chriſtus prædicatur. Nos verò & ſemper, & nunc magìs, vt inſtructiores per [a] *Paracletum deductorem ſcilicet omnis veritatis;* vnicum quidem Deum credimus: ſub hac tamen diſpenſatione, quam œconomiam dicimus, vt vnici Dei ſit & filius, ſermo ipſius, qui ex ipſo proceſſerit, [b] *per quem omnia facta ſunt, & ſine quo factum eſt nihil.* hunc miſſum à Patre in virginem, & ex ea natum hominem & Deum, filium hominis, & filium Dei, & cognominatum Ieſum Chriſtum. hunc paſſum, hunc mortuum & ſepultum ſecundùm ſcripturas, & reſuſcitatum à Patre, & in cœlos reſumptum, ſedere ad dexteram Patris, venturum iudicare viuos & mortuos. qui exinde miſerit, ſecundùm promiſſionem ſuam, à Patre Spiritum ſanctum Paracletum, ſanctificatorem fidei eorum qui credunt in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum. Hanc regulam ab initio Euangelij decucurriſſe, etiam antè priores quoſque hæreticos, nedum antè Praxeam heſternum, probabit tam ipſa poſteritas omnium hæreticorum, quàm ipſa nouellitas Praxeæ heſterni. Quo peræquè aduerſus vniuerſas hæreſes iam hinc præiudicatum ſit, id eſſe verum quodcumque primum; id eſſe adulterum, quodcunque poſterius. Sed ſalua iſta præſcriptione, vtique tamen propter inſtructionem, & munitionem quorundam, dandus eſt etiam retractatibus locus: vel nè videatur vnaquæque peruerſitas, non examinata, ſed præiudicata damnari, maximè hæc, quæ ſe exiſtimat meram veritatem poſſidere, dum vnicum Deum non aliàs putat credendum, quàm ſi ipſum eundemque & Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum dicat: quaſi non ſic quoque vnus ſit omnia, dum ex vno omnia, per ſubſtantiæ ſcilicet vnitatem; & nihilominus cuſtodiatur œconomiæ ſacramentum, quæ vnitatem in Trinitatem diſponit, tres dirigens, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum. Tres autem non ſtatu, ſed gradu; nec ſubſtantia, ſed forma; nec poteſtate, ſed ſpecie: vnius autem ſubſtantiæ, & vnius ſtatus, & vnius poteſtatis; quia vnus Deus, ex quo & gradus iſti, & formæ, & ſpecies, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti deputantur. Quomodo autem numerum ſine diuiſione patiuntur, procedentes retractatus demonſtrabunt.

a Io. 16. 13.

b Io. 1. 3.

CAPVT III.

Monarchiam Dei ſic admittimus, vt non negemus; Patrem filium habere à ſe diſtinctum, nec dicamus Patrem ſeipſum ſibi filium feciſſe.

Per totum. V. Trinitas. 4.

SIMPLICES enim quique, nè dixerim imprudentes, & idiotæ, quæ maior ſemper credentium pars eſt, quoniam & ipſa regula fidei à pluribus Diis ſæculi, ad vnicum & verum Deum transfert; non intelligentes vnicum quidem, ſed cum ſua œconomia eſſe credendum, expaueſcunt ad œconomiam. Numerum & diſpoſitionem trinitatis, diuiſionem præſumunt vnitatis; quando vnitas ex ſemetipſa deriuans trinitatem, non

deſtruatur ab illa, ſed adminiſtretur. Itaque duos, & tres iam iactitant à nobis prædicari, ſe verò vnius Dei cultores præſumunt. quaſi non & vnitas irrationaliter collecta, hæreſim faciat; & trinitas rationaliter expenſa, veritatem conſtituat. Monarchiam, inquiunt, tenemus. Et ita ſonum ipſum vocaliter exprimunt etiam Latini, etiam Opici, vt putes illos tam benè intelligere monarchiam, quàm enuntiant. Sed monarchiam ſonare ſtudent Latini, œconomiam intelligere nolunt etiam Græci. Ac ego, ſi quid vtriuſque linguæ præcerpſi, monarchiam nihil aliud ſignificare ſcio, quàm ſingulare & vnicum imperium: non tamen præſcribere monarchiam, ideo, quia vnius ſit, eum cuius ſit, aut filium non habere, aut ipſum ſe ſibi filium feciſſe, aut monarchiam ſuam, non per quos velit, adminiſtrare. Atquin nullam dico dominationem ita vnius ſui eſſe, ita ſingularem, ita monarchiam, vt non etiam per alias proximas perſonas adminiſtretur, quas ipſa proſpexerit officiales ſibi. Si verò & filius fuerit ei, cuius monarchia ſit, non ſtatim diuidi eam, & monarchiam eſſe deſinere, ſi particeps eius adſumatur & filius: ſed proinde illius eſſe principaliter, à quo communicatur in filium; & dum illius eſt, proinde monarchiam eſſe, quæ à duobus tam vnicis continetur. Igitur ſi & monarchia diuina, per tot legiones, & exercitus angelorum adminiſtratur,
a Dan. 7. 10. ſicut ſcriptum eſt, [a] *Millies millia adſiſtebant ei, & millies centena millia apparebant ei*: nec ideo vnius eſſe deſiit, vt deſinat monarchia eſſe, quia per tanta millia virtutum procuratur: quale eſt vt Deus diuiſionem, & diſperſionem pati videatur in Filio, & in Spiritu ſancto, ſecundum & tertium ſortitis locum, tam conſortibus ſubſtantiæ Patris, quas non patitur in tot angelorum numero, & quidem tam à ſubſtantia alienis? Membra, & pignora, & inſtrumenta, & ipſam vim, ac totum cenſum monarchiæ, euerſionem deputas eius, non rectè. Malo te ad ſenſum rei, quàm ad ſonum vocabuli exerceas. Euerſio enim monarchiæ illa eſt tibi intelligenda, quum alia dominatio ſuæ conditionis, & proprij ſtatus, ac per hoc æmula, ſuperducitur; quum alius Deus infertur aduerſus Creatorem. Tunc malè, quum plures, ſecundùm Valentinos, & Prodicos: tunc in monarchiæ euerſionem, quum in Creatoris deſtructionem.

CAPVT IV.

Probat ex Apoſtolicis Epiſtolis contra Praxeam, Patrem, & Filium, & Spiritum, à Patre per Filium, diuerſas eſſe perſonas.

Per totum. V. Trinitas. 4.

a Io. 5. 19. CÆTERVM, qui filium non aliunde deduco, ſed dè ſubſtantia Patris, [a] *nihil facientem ſine Patris voluntate, omnem à Patre conſecutum poteſtatem*, quomodo poſſum de fide deſtruere monarchiam, quam à Patre Filio traditam, in filio ſeruo? Hoc mihi & in tertium gradum dictum ſit, quia Spiritum non aliunde puto, quàm à Patre, per Filium. Vide ergo nè tu potius monarchiam deſtruas, qui diſpoſitionem, & diſpenſationem eius euertis in tot nominibus conſtitutam, in quot Deus voluit. Adeò autem manet in ſuo ſtatu, licet trinitas inferatur, vt etiam reſtitui habeat Patri, à filio. Siquidem
b 1. Cor. 15. 24. & ſeq. c Pſ. 109. 1. 2 d 1. Cor. 15. 28. Apoſtolus ſcribit de vltimo fine, [b] *quum tradiderit regnum Deo, & Patri. Oportet enim eum regnare vſque dum ponat inimicos eius Deus ſub pedes ipſius*; ſcilicet ſecundùm Pſalmum, [c] *Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* [d] *Cùm autem ſubiecta erunt illi omnia, vtique abſque eo qui ei ſubiecit omnia, tunc & ipſe ſubijcietur illi, qui ei ſubiecit omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus.* Videmus igitur non obeſſe monarchiæ filium; etſi hodie apud filium eſt; quia & in ſuo ſtatu eſt apud filium, & cum ſuo ſtatu reſtituetur Patri à filio. Ita eam nemo hoc nomine deſtruet, ſi filium admittat, cui & traditam eam à Patre, & à quo quandoque reſtituendam Patri conſtat. Hoc vno capitulo Epiſtolæ Apoſtolicæ potuimus iam & Patrem, & Filium oſtendiſſe duos eſſe, præterquàm ex nominibus patris, filij, etiam ex eo quod qui tradidit regnum, & cui tradidit; item qui ſubiecit, & cui ſubiecit, duo ſint neceſſe eſt.

CAPVT V.

Filius in Scripturis, Dei Patris ratio, & non ipſe Pater dicitur.

In p. V. Trinitas. 4. à p. ad f. V. Trinitas. 3. à m. in alphab. Errorum. V. Animæ origo ex ſubſtantia Dei. 2.

SED quia duos vnum volunt eſſe, vt idem Pater & Filius habeatur, oportet & totum de filio examinari, an ſit, & qui ſit, & quomodo ſit; & ita res ipſa formam ſuam Scripturis, & interpretationibus earum patrocinantibus vindicabit. Aiunt quidem &

Geneſim

Geneſim in Hebraïco ita incipere, [a] *In principio Deus fecit ſibi filium.* Hoc vt firmum non ſit, alia me argumenta deducunt ab ipſa Dei diſpoſitione, qua fuit antè mundi conſtitutionem, adusque filij generationem. Antè omnia enim Deus erat ſolus, ipſe ſibi & mundus, & locus, & omnia. Solus autem; quia nihil aliud extrinſecus præter illum. Cæterùm, nè tunc quidem ſolus, habebat enim ſecum, quam habebat in ſemetipſo; rationem ſuam ſcilicet. Rationalis enim Deus, & ratio in ipſo prius; & ita, ab ipſo omnia. Quæ ratio, ſenſus ipſius eſt. Hanc Græci λόγον dicunt, quo vocabulo etiam ſermonem appellamus. Ideoque iam in vſu eſt noſtrorum, per ſimplicitatem interpretationis, [b] *Sermonem dicere in primordio apud Deum fuiſſe*; cùm magìs rationem competat antiquiorem haberi; quia non ſermonalis à principio, ſed rationalis Deus etiam antè principium; & quia ipſe quoque ſermo ratione conſiſtens, priorem eam vt ſubſtantiam ſuam oſtendat. Tamen & ſic, nihil intereſt. Nam etſi Deus nondum ſermonem ſuum miſerat, proinde eum cum ipſa, & in ipſa ratione, intra ſemetipſum habebat, tacitè cogitando, & diſponendo ſecum, quæ per ſermonem mox erat dicturus. Cum ratione enim ſua cogitans atque diſponens, ſermonem eam efficiebat, quam ſermone tractabat. Idque quo facilius intelligas, ex teipſo antè recognoſce, vt ex imagine & ſimilitudine Dei, quam habeas & tu in temetipſo rationem, qui es animal rationale, à rationali ſcilicet artifice non tantùm factus, ſed etiam ex ſubſtantia ipſius animatus. Vide quum tacitus tecum ipſe congrederis, ratione hoc ipſum agi intra te, occurrente ea tibi cum ſermone ad omnem cogitatus tui motum, & ad omnem ſenſus tui pulſum. Quodcunque cogitaueris, ſermo eſt; quodcunque ſenſeris, ratio eſt. Loquaris illud in animo neceſſe eſt; & dum loqueris, conlocutorem pateris ſermonem, in quo ineſt hæc ipſa ratio, qua cum eo cogitans loquaris, per quem loquens cogitas. Ita ſecundus quodammodo in te eſt ſermo, per quem loqueris cogitando, & per quem cogitas loquendo. ipſe ſermo alius eſt. Quanto ergo plenius hoc agitur in Deo, cuius tu quoque imago & ſimilitudo cenſeris, quòd habeat in ſe etiam tacendo rationem, & in ratione ſermonem? Poſſum itaque non temerè præſtruxiſſe, & tunc Deum antè vniuerſitatis conſtitutionem ſolùm non fuiſſe, habentem in ſemetipſo proinde rationem, & in ratione ſermonem, quem ſecundum à ſe faceret agitando intra ſe.

[a] Gen. 1.1.
[b] Io. 1.1.
Gen. 1.27.

CAPVT VI.

Filius Dei Patris Sophia à Patre diſtincta perſona vocatur.

Per totum. V. Trinitas. 3.

HÆc vis, & hæc diuini ſenſus diſpoſitio, apud ſcripturas etiam in Sophiæ nomine oſtenditur. Quid enim ſapientius ratione Dei, ſiue ſermone? Itaque Sophiam quoque exaudi, vt ſecundam perſonam conditam. Primo, [a] *Dominus creauit me initium viarum in opera ſua, priuſquàm terram faceret, priuſquam montes collocarentur: antè omnes autem colles generauit me*; in ſenſu ſuo ſcilicet condens, & generans. Dehinc adſiſtentem eam, ipſa ſeparatione cognoſce, [b] *Cùm pararet*, inquit, *cælum, aderam illi ſimul; & cùm fortia faciebat ſuper ventos, quæ ſurſum nubila; & cùm tutos ponebat fontes eius quæ ſub cælo, ego eram cum illo compingens; ego eram ad quam gaudebat: quotidie autem oblectabar in perſona ipſius.* Nam vt primùm Deus voluit ea quæ cum ſophiæ ratione, & ſermone diſpoſuerat intra ſe, in ſubſtãtias, & ſpecies ſuas edere, ipſum optimum protulit ſermonem, habentem in ſe indiuiduas ſuas, Rationẽ, & Sophiam; vt per ipſum fierent vniuerſa, per quem erant cogitata atque diſpoſita, immò & facta iam, quantùm in Dei ſenſu. Hoc enim eis deerat, vt coràm quoque in ſuis ſpeciebus, atque ſubſtãtijs cognoſcerẽtur & tenerẽtur.

[a] Prou. 8.22
[b] Ibid. 17. & ſeq.

CAPVT VII.

Filius Dei Patris Sermo vocatur.

In p. ad m. V. Trinitas. 3. in m. ad f. V. Trinit. 2. perſona filius. 3. circa. f. in alphab. Errorum. V. Deus corporeus. 3.

TVNC igitur etiam ipſe ſermo ſpeciem, & ornatum ſuum ſumit, ſonum, & vocem, cùm dicit Deus, [a] *Fiat lux.* Hæc eſt natiuitas perfecta ſermonis, dum ex Deo procedit: conditus ab eo primùm ad cogitatum, in nomine Sophiæ, [b] *Dominus condidit me initium viarum.* Dehinc generatus ad effectum: [c] *Cùm pararet cælum, aderam illi ſimul.* Exinde eum parem ſibi faciens, de quo procedendo filius factus eſt, primogenitus, vt antè omnia genitus; & vnigenitus, vt ſolus ex Deo genitus: propriè de vulua cordis ipſius, ſecundùm quod & pater ipſe teſtatur, [d] *Eructauit cor meum ſermonem optimum.*

[a] Gen. 1.3.
[b] Prou. 8.22.
[c] Ibid. 27.
Coloſſ. 1.15.
Io. 1.18.
[d] Pſal. 44.1.

e Pſal. 2. 7. Ad quem deinceps gaudens, proinde gaudentem in perſona illius, [e] *Filius meus es tu,*
f Pſ. 109. 4. *ego hodie genui te.* &, [f] *Antè luciferum genui te.* Sic & filius ex ſua perſona profitetur
g Prou. 8. 22. patrem, in nomine Sophiæ, [g] *Dominus condidit me initium viarum in opera ſua. Antè om-*
h Io. 1. 3. *nes autem colles generauit me.* Nam ſi hic quidem Sophia videtur dicere conditam ſe à
i Pſal. 32. 6. Domino, in opera & vias eius: alibi autem per ſermonem oſtenditur [h] *omnia facta eſſe,*
& ſine illo nihil factum: ſicut & rurſum, [i] *Sermone eius cæli confirmati ſunt, & ſpiritu eius*
k Prou. 8. 22. *omnes vires eorum*; vtique eo ſpiritu qui ſermoni inerat: apparet vnam eandemque
Pſal. 32. 6. vim eſſe nunc in nomine Sophiæ, nunc in appellatione Sermonis; quæ [k] *initium accepit*
l Io. 1. 3. *viarum, in Dei opera*; & quæ cœlum confirmauit; [l] *per quam omnia facta ſunt, & ſine qua*
nihil factum eſt. Nec diutius de iſto, quaſi non de ipſo ſit ſermo, & in ſophiæ, & in ra-
tionis, & in omnis diuini animi, & ſpiritus nomine, qui filius factus eſt Dei, de quo
prodeundo generatus eſt. Ergo, inquis, das aliquam ſubſtantiam eſſe Sermonem, ſpi-
ritu, & Sophiæ traditione conſtructam? Planè. Non vis enim eum ſubſtantiuum ha-
bere in re, per ſubſtantiæ proprietatem, vt res, & perſona quædam videri poſſit, & ita
capiat ſecundus à Deo conſtitutus, duos efficere, patrem & filium, Deum & ſermo-
nem. Quid eſt enim, dices, ſermo, niſi vox & ſonus oris, & (ſicut Grammatici tradunt)
aër offenſus, intelligibilis auditu; cæterùm, vacuum neſcio quid, & inane, & incorpo-
rale? At ego nihil dico de Deo inane & vacuum prodire potuiſſe, vt non de inani &
vacuo prolatum; nec carere ſubſtantia, quod de tanta ſubſtantia proceſſit, & tantas
ſubſtantias fecit: fecit enim & ipſe quæ facta ſunt per illum. Quale eſt vt nihil ſit ipſe,
m Io. 1. 3. [m] *ſine quo nihil factum eſt?* vt inanis ſolida, & vacuus plena, & incorporalis corporalia
ſit operatus? Nam etſi poteſt aliquando quid fieri diuerſum eius, per quod fit, nihil
tamen poteſt fieri per id quod vacuum, & inane eſt. Vacua & inanis res eſt ſermo Dei,
n Io. 1. 1. qui filius dictus eſt, qui ipſe Deus cognominatus eſt, [n] *Et ſermo erat apud Deum, & Deus*
o Exo. 20. 7. *erat ſermo?* Scriptum eſt; [o] *Non ſumes nomen Dei in vanum.* Hic certè eſt; [p] *qui in effigie*
p Philipp. 2. 7. *Dei conſtitutus, non rapinam exiſtimauit eſſe ſe æqualem Deo.* In qua effigie Dei? vtique in
alia, non tamen in nulla. Quis enim negabit Deum corpus eſſe, etſi [q] *Deus ſpiritus eſt?*
q Io. 4. 24. Spiritus enim corpus ſui generis, in ſua effigie. Sed & inuiſibilia illa quæcunque ſunt,
habent apud Deum & ſuum corpus, & ſuam formam, per quæ ſoli Deo viſibilia ſunt;
quantò magis quod ex ipſius ſubſtantia miſſum eſt, ſine ſubſtantia non erit? Quæcun-
que ergo ſubſtantia ſermonis fuit, illam dico perſonam, & illi nomen filij vindico; &
dum filium agnoſco, ſecundum à patre defendo.

CAPVT VIII.

Licet Valentinus vocem probationis vſurpauerit, ſtultè proferens tot Æones, verè dicimus filium abſque diuiſione & ſeparatione eſſentiæ prolatum, ſiue genitum à Patre, velut fruticem à radice, radium à Sole, fluuium à fonte & Spiritum ſanctum velut apicem, ex radio procedentem à Patre & filio.

In p. V. Hæret. quomodo tractandi. 3. per totum. V. Trinitas. 13.

HOc ſi qui putauerit me προβολὴν aliquam introducere, id eſt, prolationem rei
alterius ex altera, quod facit Valentinus, alium atque alium Æonem de Æone
producens; primò quidem dicam tibi, non ideo non vtitur & veritas vocabulo iſto,
& re ac cenſu eius, quia & hæreſis vtitur; immò hæreſis potius ex veritate accepit,
quod ad mendacium ſuum strueret. Prolatus eſt ſermo Dei, an non? Hic mecum gra-
dum fige. Si prolatus eſt, cognoſce probolam veritatis, & viderit hæreſis ſi quid de
veritate imitata eſt. Iam nunc quæritur, quis, quomodo vtatur aliqua re, & vocabulo
eius. Valentinus probolas ſuas diſcernit & ſeparat ab auctore; & ita longè ab eo po-
nit, vt Æon patrem neſciat. Denique, deſiderat noſſe, nec poteſt; immò & penè de-
a Matth. 11. 27. uoratur, & diſſoluitur in reliquam ſubſtantiam. Apud nos autem [a] *ſolus filius patrem*
nouit, [b] *& ſinum patris ipſe expoſuit,* & [c] *omnia apud patrem audiuit, & vidit; & quæ man-*
b Io. 1. 18. *datus eſt à patre, ea & loquitur.* [d] *Nec ſuam, ſed patris perfecit voluntatem,* quam de proxi-
c Io. 8. 28. 38. mo, immo de initio nouerat. [e] *Quis enim ſcit quæ ſint in Deo, niſi ſpiritus qui in ipſo eſt?*
d Io. 6. 38. Sermo autem ſpiritu ſtructus eſt, & vt ita dixerim, ſermonis corpus eſt ſpiritus. Sermo
e 1. Cor. 2. 11. ergo & in patre ſemper, ſicut dicit, [f] *Ego in patre.* Et apud Deum ſemper, ſicut ſcriptum
f Io. 14. 10. eſt, [g] *Et ſermo erat apud Deum.* Et nunquam ſeparatus à patre, aut alius à patre; quia,
g Io. 1. 1. h Io. 10. 30. [h] *Ego, & pater, vnum ſumus.* Hæc erit probola veritatis, cuſtos vnitatis, qua prolatum
dicimus filium à patre, ſed non ſeparatum. Protulit enim Deus ſermonem, quemad-
dum etiam Paracletus docet, ſicut radix fruticem, & fons fluuium, & ſol radium. Nam
& iſtæ ſpecies probolæ ſunt earum ſubſtantiarũ, ex quibus prodeunt. Nec dubitauerim

filium dicere, & radicis fruticem, & fontis fluuium, & ſolis radium; quia omnis origo parens eſt; & omne quod ex origine profertur, progenies eſt: multò magìs ſermo Dei, qui etiam propriè nomen filij accepit: nec frutex tamen à radice, nec fluuius à fonte, nec radius à ſole diſcernitur, ſicut nec à Deo ſermo. Igitur ſecundùm horum exemplorum formam profiteor me duos dicere, Deum, & ſermonem eius, patrem & filium ipſius. Nam & radix & frutex duæ res ſunt, ſed coniunctæ. Et fons & flumen duæ ſpecies ſunt, ſed indiuiſæ. Et ſol & radius duæ formæ ſunt, ſed cohærentes. Omne quod prodit ex aliquo, ſecundum ſit eius neceſſe eſt de quo prodit, non ideo tamen eſt ſeparatum. Secundus autem vbi eſt, duo ſunt. Et tertius vbi eſt, tres ſunt. Tertius enim eſt Spiritus à Deo, & filio, ſicut tertius à radice, fructus ex frutice. Et tertius à fonte, riuus ex flumine. Et tertius à ſole, apex ex radio. Nihil tamen à matrice alienatur, à qua proprietates ſuas ducit. Ita trinitas per conſertos, & connexos gradus à patre decurrens, & monarchiæ nihil obſtrepit, & œconomiæ ſtatum protegit.

CAPVT IX.

Licet dicamus alium Patrem, alium Filium, alium Spiritum ſanctum, non ſubſtantia, ſed perſona nomine: inſeparabilem & vnicam deitatis eſſentiam in tribus confitemur.

In p. ad circa f. V. Trinitas. 13. in f. V. Trinitas. 5.

HANC me regulam profeſſum, qua inſeparatos ab alterutro Patrem, & Filium & Spiritum teſtor, tene vbique; & ita, quid quomodo dicatur, agnoſces. Ecce enim dico alium eſſe patrem, & alium Filium, & alium Spiritum. Malè accipit idiotes quiſque, aut peruerſus hoc dictum, quaſi diuerſitatem ſonet, & ex diuerſitate ſeparationem protendat, Patris, & Filij, & Spiritus. Neceſſitate autem hoc dico, cùm eundem patrem, & filium, & ſpiritum contendunt, aduerſus œconomiam monarchiæ adulantes, non tamen diuerſitate alium filium à patre, ſed diſtributione; nec diuiſione alium, ſed diſtinctione; quia non ſit idem pater, & filius, vel modulo alius ab alio. Pater enim tota ſubſtantia eſt; filius verò deriuatio totius & portio, ſicut ipſe profitetur, [a] *Quia pater maior me eſt. A quo & minoratus canitur* in Pſalmo, [b] *modicum quid citra angelos.* Sic & pater alius à filio, dum filio maior; dum alius qui generat, alius qui generatur; dum alius qui mittit, alius qui mittitur; dum alius qui facit, alius per quem fit. Benè quòd & Dominus vſus hoc verbo in perſona Paracleti, non diuiſionem ſignificauit, ſed diſpoſitionem: [c] *Rogabo enim,* inquit, *patrem, & alium aduocatum mittet vobis, Spiritum veritatis.* Sic alium à ſe paracletum, quomodo & nos à patre alium filium, vt tertium gradum oſtenderet in paracleto, ſicut nos ſecundum in filio, propter œconomiæ obſeruationem. Ipſum quod pater & filius dicuntur, nonnè aliud ab alio eſt? Vtrique enim omnia quod vocantur, hoc erunt; & quod erunt, hoc vocabuntur: & permiſcere ſe diuerſitas vocabulorum non poteſt omnino, quia nec rerum, quarum erunt vocabula. [d] *Eſt eſt, non non: nam quod amplius eſt, hoc à malo eſt.*

a Io. 14. 28.
b Pſal. 8. 6.
c Io. 14. 16.
d Matt 5. 37

CAPVT X.

Mendacium arguit Monarchianorum dicentium Patrem ſeipſum ſibi filium feciſſe, quòd correlata & diuerſa ſint Pater & filius. Et licet nihil impoſſibile ſit Deo, cuius velle eſt poſſe, probari tamen non poſſe, id Deum voluiſſe quòd non feciſſe probetur.

In p. ad m. V. Trinitas. 5. in m. ad f. V. Trinitas. 2. in f. V. Dei potentia. 5.

ITA aut pater aut filius eſt, & neque dies eadem & nox, neque pater idem & filius, vt ſint ambo vnus, & vtrumque alter; quod vaniſſimi iſti Monarchiani volunt. Ipſe ſe, inquiunt, filium ſibi fecit. Atquin pater filium facit, & patrem filius. Et qui ex alterutro fiunt, à ſemetipſis ſibi fieri nullo modo poſſunt, vt pater ſe ſibi filium faciat, & filius ſe ſibi patrem præſtet. Quæ inſtituit Deus, etiam ipſe cuſtodit. Habeat neceſſe eſt pater filium, vt pater ſit; & filius patrem, vt filius ſit. Aliud eſt autem habere, aliud eſſe. Verbi gratia, vt maritus ſim, habeam oportet vxorem; non ipſe mihi ero vxor. Sic etiam, vt pater ſim, filium habeo; non ipſe mihi ero filius, & vt filius ſim, patrem habeo, non ipſe mihi ero pater. Quæ enim me faciunt ſi hàbuero, tunc ero pater, ſi filium habeam; filius ero, ſi patrem. porro, ſi ipſe ero quid eorum, iam non habeo quod ipſe ero: nec patrem, quia ipſe ero pater; nec filium, quia ipſe ero filius. In quantum autem alterum ex his habere me oportet, alterum eſſe; in tantum ſi vtrumque fuero, alterum non ero, dum alterum non habeo. Si enim ipſe ero filius qui & pater, iam non habeo filium, ſed ipſe ſum filius. Non habendo autem filium, dum ipſe ſum filius,

quomodo pater ero? Habere enim filium debeo, vt pater ſim. Non ſum ergo filius, quia patrem non habeo, qui facit filium. Æquè ſi ipſe ſum pater, qui & filius, iam non habeo patrem, ſed ipſe ſum pater. Non habendo autem patrem, dum ipſe ſum pater, quomodo filius ero? Habere enim patrem debeo, vt filius ſim. Non ergo ero pater, quia filium non habeo, qui facit patrem. Hoc erit totum ingenium diaboli, alterum ex altero excludere, dum vtrumque in vnum, ſub monarchiæ fauore concludens, neutrum haberi facit. Vt & pater non ſit, qui ſcilicet filium non habet, & filius non ſit, qui æquè patrem non habet. Dum enim pater eſt, filius non erit. Sic monarchiam tenent, qui nec patrem, nec filium continent. Sed nihil Deo difficilè. Quis hoc neſciat?[e] *& impoſsibilia*
e Matth. 19. 26. *apud ſeculum, poſsibilia apud Deum* quis ignoret?[f] *Et ſtulta mundi elegit Deus, vt confundat*
f 1. Cor. 1. 27. *ſapientiam*. Legimus omnia. Ergo, inquiunt, difficile non fuit Deo, ipſum ſe & patrem, & filium facere, aduerſus traditam formam rebus humanis. nam & ſterilem parere, contra naturam, difficile Deo non fuit, ſicut nec virginem. Planè nihil Deo difficile. Sed ſi tam abruptè in præſumptionibus noſtris hac ſententia vtamur, quidvis de Deo confingere poterimus, quaſi fecerit, quia facere potuerit. Non autem quia omnia poteſt facere, ideo vtique credendum eſt illum feciſſe, etiam quod non fecerit. Sed an fecerit, requirendum. Potuit, ita ſaluus ſim, Deus pennis hominem ad volandum inſtruxiſſe, quod & miluis præſtitit; non tamen quia potuit, ſtatim & fecit. Potuit & Praxeam, & omnes pariter hæreticos ſtatim extinxiſſe; non tamen quia potuit, extinxit.
g 1. Cor. 11. 19. [g] *Oportebat enim & miluos eſſe, & hæreticos*: oportebat & patrem crucifigi. Hac ratione erit aliquid & difficile Deo; id ſcilicet quodcunque non fecerit, non quia non potuerit, ſed quia noluerit. Dei enim poſſe, velle eſt; & non poſſe, nolle: quod autem voluit, & potuit, & oſtendit. Ergo quia ſi voluit ſemetipſum ſibi filium facere, potuit, & quia ſi potuit, fecit: tunc probabis illum & potuiſſe, & voluiſſe, ſi probaueris illum feciſſe.

CAPVT XI.

Cùm apertè Scriptura diſtinguat Patrem & filium: nullibi dicit, Patrem ſeipſum feciſſe filium.

In p. V. Dei potentia 5. & in p. ad circa f. V. Trinitas. 2. inf. V. Trinitas. 14.

PROBARE autem tam apertè debebis ex ſcripturis, quàm nos probamus illum ſibi filium feciſſe ſermonem ſuum. Si enim filium nominat, filius autem non alius erit, quàm qui ex ipſo prodiit; ſermo autem prodiit ex ipſo, hic erit filius, non ipſe de quo prodiit. Non enim ipſe prodiit ex ſemetipſo. Porro, qui eundem patrem dicis, & filium, eundem & protuliſſe ex ſemetipſo facis, & prodiſſe quod Deus eſt. Si potuit feciſſe, non tamen fecit. Aut exhibe probationem quam expoſtulo meæ ſimilem; id eſt, ſic ſcripturas eundem filium, & patrem oſtendere, quemadmodum apud nos diſtinctè pater, & filius demonſtrantur; diſtinctè, inquam, non diuiſè, ſicut ego profero dictum
a Pſal. 44. 1. à Deo,[a] *Eructauit cor meum ſermonem optimum*. Sic tu contrà opponas, alicubi dixiſſe
b Pſ. 44. 1. Deum,[b] *Eructauit me cor meum ſermonem optimum*; vt ipſe ſit qui & eructauit, & quod eructauit; & ipſe qui protulerit, & qui prulatus ſit, ſi ipſe eſt & ſermo, & Deus. Ecce
c Pſal. 2. 7. ego propono patrem filio dixiſſe,[c] *Filius meus es tu, ego hodie generaui te*. Si velis vt credam ipſum eſſe patrem & filium, oſtende ſic pronuntiatum alibi, *Dominus dixit ad ſe,*
d Pſ. 109. 4. *filius meus ſum ego, ego hodie generaui me*. proinde &,[d] *Antè luciferum generaui me. &*,[e]
e Prou. 8. 22. *Dominus condidi me initium viarum in opera mea; ante omnes autem colles generaui me*; & ſi qua alia in hunc modum ſunt. Quem autem verebatur Deus Dominus vniuerſitatis, ita pronuntiare, ſi ita res erat; an verebatur nè non crederetur, ſi ſimpliciter ſe & patrem & filium pronuntiaſſet? Vnum tamen veritus eſt, mentiri. Veritus autem ſemetipſum, & ſuam veritatem. Et ideo veracem Deum credens, ſcio illum non aliter quàm diſpoſuit pronuntiaſſe. nec aliter diſpoſuiſſe, quàm pronuntiauit. Tu porro eum mendacem efficias, & fallacem, & deceptorem fidei huius, ſi cùm ipſe eſſet ſibi filius, alij dabat filij perſonam, quando ſcripturæ omnes & demonſtrationem, & diſtinctionem trinitatis oſtendant. A quibus & præſcriptio noſtra deducitur, non poſſe vnum atque eundem videri qui loquitur, & de quo loquitur, & ad quem loquitur: quia neque peruerſitas, neque fallacia Deo congruat; vt cùm ipſe eſſet ad quem loquebatur, ad alium potius, & non ad ſemetipſum loquatur. Accipe igitur & alias voces patris de filio per
f Eſa. 42. 1. Eſaiam,[f] *Ecce filius meus quem elegi, dilectus meus in quem benè ſenſi. Ponam Spiritum meum*
g Eſa. 49. 6. *ſuper ipſum, & iudicium Nationibus annuntiabit*. Accipe & ad ipſum.[g] *Magnum tibi eſt,*
h Eſa. 61. 1. *vt voceris filius meus, ad ſtatuendas tribus Iacob, & ad conuertendam diſperſionem Iſraelis.*
27. *Poſui te in lucem Nationum, vt ſis ſalus in extremum terræ*. Accipe nunc & filij voces de patre,[h] *Spiritus Domini ſuper me; quapropter vnxit me, ad euangelizandum hominibus.*

Item ad patrem in Pſalmo, de eodem; [i] *Ne dereliqueris me, donec annuntiem brachium* i Pſal. 70. 19. 20.
tuum natiuitati vniuerſæ venturæ. Item in alio, [k] *Domine, quid multiplicati ſunt qui comprimunt me?* Sed & omnes pene Pſalmi, Chriſti perſonam ſuſtinent; filium ad patrem, id k Pſ. 4. 3. 1.
eſt, Chriſtum ad Deum verba facientem repræſentant. Animaduerte etiam Spiritum
loquentem ex tertia perſona de patre, & filio, [l] *Dixit Dominus Domino meo, ſede ad* l Pſ. 109. 1.
dexteram meam, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Item per Eſaïam, m Eſa. 45. 1.
[m] *Hæc dicit Dominus Domino meo Chriſto.* Item per eundem ad patrem de filio, [n] *Domine,* n Eſa. 53. 1. 2.
quis credidit auditui noſtro? & brachium Domini cui reuelatum eſt? Annunciauimus de illo,
ſicut puerulus, ſicut radix in terra ſitienti, & non erat forma eius, nec gloria. Hæc pauca de
multis. Nec enim adfectamus vniuerſas ſcripturas euoluere, cùm & in ſingulis capitulis plenam maieſtatem, & auctoritatem conteſtantes, maiorem congreſſum in retractatibus habeamus. His itaque paucis, tamen manifeſtè diſtinctio Trinitatis exponitur. Eſt enim ipſe qui pronuntiat Spiritus, & pater ad quem pronuntiat, & filius de quo pronuntiat. Sic & cætera quæ nunc ad patrem de filio, vel ad filium, nunc ad filium de patre, vel ad patrem; nunc ad Spiritum pronuntiantur, vnamquamque perſonam in ſua proprietate conſtituunt.

CAPVT XII.

Pluralitas perſonarum in hominis Creatione inducitur, & Deus ſingularis.

In p. ad m. V. Trinitas. 14. & V. Homo Imago Dei. 2. & 4. in m. ad f. V. Trinitas. 6.

SI te adhuc numerus ſcandalizat Trinitatis, quaſi non connexæ in vnitate ſimplici,
interrogo quomodo vnicus & ſingularis pluraliter loquitur? [a] *Faciamus hominem* a Gen. 1. 26.
ad imaginem & ſimilitudinem noſtram; cum debuerit dixiſſe, Faciam hominem ad imaginem & ſimilitudinem meam; vtpote vnicus & ſingularis. Sed & in ſequentibus,
[b] *Ecce Adam factus eſt tanquam vnus ex nobis.* fallit aut ludit; vt cùm vnus, & ſolus, & b Gen. 3. 22.
ſingularis eſſet, numeroſè loqueretur: aut nunquid angelis loquebatur, vt Iudæi interpretantur, quia nec ipſi filium agnoſcunt; an quia ipſe erat pater, filius, Spiritus, ideo pluralem ſe præſtans, pluraliter ſibi loquebatur? Immò, quia iam adhærebat illi filius, ſecunda perſona, ſermo ipſius; & tertia, Spiritus in ſermone, ideo pluraliter pronuntiauit, *Faciamus*, &, *Noſtram*, &, *Nobis*. Cum quibus enim faciebat hominem, & quibus faciebat ſimilem? cum filio quidem, qui erat induturus hominem; Spiritu verò, qui erat ſanctificaturus hominem, quaſi cum-miniſtris & arbitris, ex vnitate
trinitatis loquebatur. Denique, ſequens ſcriptura diſtinguit inter perſonas. [c] *Et fecit* c Gen. 1. 26.
Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum. Cur non, ſuam, ſi vnus qui faciebat, & non erat ad cuius faciebat? Erat autem ad cuius imaginem faciebat: ad filij ſcilicet; qui homo futurus certior & verior, imaginem ſuam fecerat dici hominem, qui tunc de limo formari habebat, imago veri & ſimilitudo. Sed & in antecedentibus operibus mun-
di quomodo ſcriptum eſt? Primùm quidem, nondum filio apparente, [d] *Et dixit Deus, Fiat* d Gen. 1. 3.
lux, & facta eſt: ipſe ſtatim [e] *ſermo lux vera, quæ illuminat hominem venientem in hunc mun-* e Io. 1. 9.
dum, & per illum mundialis quoque lux. Exinde autem in ſermone Chriſto adſiſtente &
adminiſtrante, Deus voluerit fieri, & Deus fecit. [f] *Et dixit Deus, Fiat firmamentum, & fe-* f Gen. 1. 6.
cit Deus firmamentum; & dixit Deus, Fiant luminaria. & fecit Deus luminare maius & minus. g Io. 1. 3.
Sed & cætera vtique idem fecit qui & priora, id eſt [g] *ſermo Dei, per quem omnia facta ſunt,*
& ſine quo factum eſt nihil. Qui ſi ipſe Deus eſt, ſecundùm Ioannem, *Deus erat ſermo;* ha- Ibid.
bes duos, alium dicentem vt fiat, alium facientem. Alium autem quomodo accipere debeas, iam profeſſus ſum; perſonæ, non ſubſtantiæ nomine; ad diſtinctionem, non ad diuiſionem. Cæterùm, etſi vbique teneo vnam ſubſtantiam in tribus cohærentibus, tamen alium dicam oportet ex neceſſitate ſenſus, eum qui iubet, & eum qui facit. Nam nec iuberet, ſi ipſe faceret, dum iuberet fieri per eum. Tamen iubebat, haud ſibi iuſſurus ſi vnus eſſet; aut ſine iuſſu facturus, quia non expectaſſet vt ſibi iuberet.

CAPVT XIII.

Licet Deum, ac Dominum, tres perſonas agnoſcamus, non tamen tres Deos, aut Dominos dicimus. Sicut Solis radium Solem dicimus, non duos Soles.

In p. ad m. V. Trinitas. 6. à p. in alphab. Errorum. V. paracletus. 8. inf. V. Trinitas. 16.

ERGO, inquis, ſi Deus dixit, & Deus fecit; ſi alius Deus dixit, & alius fecit, duo dij prædicantur. Si tam durus es, puta interim; & vt adhuc amplius hoc putes, accipe &
in Pſalmo duos deos dictos, [a] *Thronus tuus Deus in æuũ, virga regni tui: Dilexiſti iuſtitiam,* a Pſ. 44. 8.

& odiſti iniquitatẽ, propterea vnxit te Deus, Deus tuus. Si ad Deum loquitur, & vnctum Deũ
b Eſa. 45. 14. à Deo adfirmat; ſcilicet hîc duos deos proponit. Inde & Eſaïas ad perſonam Chriſti, [b] *Et Sabain*, inquit, *viri elati ad te tranſibunt, & poſt te ſequentur vincti manibus, & te adorabunt, quia in te Deus eſt. Tu enim es Deus noſter, & neſciebamus, Deus Iſraelis.* Et hic enim dicendo, Deus in te, &, tu Deus, duos proponit, qui erat, & in quo erat; Chriſtum &
c Io. 1. 1. Spiritum. Ipſum plus eſt, quòd in Euangelio totidem inuenies, [c] *In principio erat ſermo, & ſermo erat apud Deum, & Deus erat ſermo.* Vnus qui erat, & alius penes quem erat. Sed &
d Pſal. 109. 1. nomen Domini in duobus lego; [d] *Dixit Dominus Domino meo, ſede ad dexteram meam.*
e Eſa. 53. 1. Et Eſaïas hæc dicit, [e] *Domine quis credidit auditui noſtro? & brachium Domini cui reuelatum eſt?* Brachium enim tuum, nomen Domini dixiſſet, ſi non Dominum patrem, &
f Gen. 19. 24. Dominum filium intelligi vellet. Etiam adhuc antiquior Geneſis, [f] *Et pluit Dominus ſuper Sodomam & Gomorram ſulphur, & ignem de cælo, à Domino.* Hæc aut nega ſcripta, aut quis es, vt non putes accipienda quemadmodum ſcripta ſunt, maximè quæ non in allegoriis, & parabolis, ſed in definitionibus, & certis, & ſimplicibus habent ſenſum? Quod ſi ex illis es qui tunc Dominum non ſuſtinebant, Dei ſe filium oſtendentem, nec eum
g Pſal. 81. 1. 6. Dominum crederent, recordare tu cum illis ſcriptum eſſe, [g] *Ego dixi, vos dij eſtis, & filij altiſſimi, &, Stetit Deus in eccleſia deorum*; vt ſi homines per fidem filios Dei factos, deos ſcriptura pronuntiare non timuit; ſcias illam multò magìs vero & vnico Dei filio, Dei nomen jure contuliſſe. Ergo, inquis, prouocabo te, vt hodie quoque ex auctoritate iſtarum ſcripturarum conſtanter duos deos, & duos dominos prædices. Abſit. Nos enim qui & tempora, & cauſas ſcripturarum per Dei gratiam inſpicimus, maxime Paracleti, non hominum diſcipuli, duos quidem definimus, patrem & filium, & jam tres cum Spiritu ſancto, ſecundùm rationem œconomiæ, quæ facit numerum: nè (vt veſtra peruerſitas infert) pater ipſe credatur natus & paſſus; quod non licet credi, quoniam non ita traditum eſt. Duos tamen deos, & duos dominos nunquam ex ore noſtro proferimus; non quaſi non & Pater Deus, & filius Deus, & Spiritus ſanctus Deus, & Deus vnuſquiſque: ſed quoniam retrò & duo dii, & duo domini prędicabantur; vt vbi veniſſet Chriſtus, & Deus agnoſceretur, & Dominus vocaretur, quia filius Dei & Domini. Si enim vna perſona & Dei & Domini in ſcripturis inueniretur, meritò Chriſtus non eſſet admiſſus ad nomen Dei & Domini. Nemo enim alius, præter vnus Deus, & vnus Dominus prædicabatur, & futurum erat vt ipſe pater deſcendiſſe videretur, quia vnus Deus & vnus Dominus legebatur; & tota œconomia eius obumbraretur, quę in materiam fidei proſpecta, atque diſpenſata eſt. At vbi venit Chriſtus, & cognitus eſt à nobis, quòd ipſe ſit qui numerum retro fecerat, factus ſecundus à patre, & cum Spiritu tertius, & jam pater per ipſum plenius manifeſtatus; redactum eſt jam nomen Dei & Domini in vnionem: vt quia Nationes à multitudine idolorum tranſierunt ad vnicum Deum, & differentia conſtitue-
h Epheſ. 5. 8. retur inter cultores vnius, & plurimæ diuinitatis. Nam & [h] *lucere in mundo Chriſtianos oportebat, vt filios lucis, lumen mundi* vnum & Deum, & Dominum colentes, & nominantes. Cæterùm, ſi ex conſcientia, qua ſcimus Dei nomen & Domini, & patri, & filio, & Spiritui conuenire, deos & dominos nominaremus, extinxiſſemus faces noſtras etiam ad martyria timidiores, quibus euadendi quoque pateret occaſio jurantibus ſtatim per deos & dominos, vt quidam hæretici, quorum dii plures. Itaque deos omnino non dicam, nec dominos; ſed Apoſtolum ſequar, vt ſi pariter nominandi fuerint pater, & filius,
Rom. 1. 1. Deum patrem appellem, & Ieſum Chriſtum Dominum nominem. Solùm autem Chri-
i Rom. 9. 5. ſtum potero Deum dicere, ſicut idem Apoſtolus. [i] *Ex quibus Chriſtus, qui eſt*, inquit, *Deus ſuper omnia benedictus in æuum omne.* Nam & radium ſolis ſeorſum ſolem vocabo; ſolem autem nominans cuius eſt radius, non ſtatim & radium ſolem appellabo. Nam etſi ſoles duos non faciam, tamen & ſolem, & radium eius, tam duas res, & duas ſpecies vnius indiuiſæ ſubſtantiæ numerabo, quàm Deum, & ſermonem eius, quàm patrem, & filium.

CAPVT XIV.

Pater & filius diuerſæ perſonæ ſunt. Vnde & vetus teſtamentum patrem inuiſibilem, filium viſibilem dicit.

Per totum. V. Trinit. 2. perſona. filius. 7.

ADHVC & illa nobis regula adſiſtit duos vindicantibus patrem, & filium, quæ inuiſibilem Deum determinauit. Cùm enim Moyſes in Ægypto deſideraſſet Domini
a Exo. 33. 13. 20. conſpectum dicens, [a] *Si ergo inueni gratiam coram te, manifeſta mihi te, vt cognoſcenter videam te. Non potes videre*, inquit, *faciem meam. Non enim videbit homo faciem meam, & viuet*; id eſt, morietur qui viderit. Inuenimus enim & à multis Deum viſum, & ne-

minem tamen eorum qui eum viderant, mortuum. Viſum quidem Deum, ſecundum Gen. 12. 7.
hominum capacitatem, non ſecundùm plenitudinem diuinitatis. Nam Patriarchæ Deum & 17. 1 &
vidiſſe referuntur, vt Abraham, & Iacob; & Prophetæ, vt Eſaïas, vt Ezechiel, & tamen 18 1. & 26.
mortui non ſunt. Igitur aut mori debuerant, ſi eum viderant; [b] *Deum enim nemo videbit,* 1. & 32. 30.
& viuet: aut ſi Deum viderunt, & mortui non ſunt, ſcriptura mentitur, Deum dixiſſe, Eſa. 7 3.
Faciem meam homo ſi viderit non viuet: aut ſcriptura mentitur, cùm inuiſum, aut cùm Ezech. 1 1.
viſum Deum profert. Iam ergo alius erit qui videbatur, quia non poteſt idem inuiſibilis [b] Exo. 33. 20
definiri, qui videbatur; & conſequens erit, vt inuiſibilem patrem intelligamus, pro plenitudine majeſtatis; viſibilem verò filium agnoſcamus, pro modulo deriuationis: Sicut nec ſolem nobis contemplari licet, quantum ad ipſam ſubſtantiæ ſummam quæ eſt in cœlis; radium autem eius toleramus oculis, pro temperatura portionis quæ in terram inde porrigitur. Hic ex diuerſo volet aliquis etiam filium inuiſibilem contendere, vt ſermonem, vt ſpiritum; & dum vnicam conditionem patris & filii vindicat, vnum potius atque eundem confirmare patrem, & filium. Sed diximus ſcripturam differentiæ patrocinari, per viſibilis, & inuiſibilis diſtinctionem. Nam & illud adjiciunt ad argumentationem:
Quòd ſi filius tunc ad Moyſen loquebatur, ipſe [c] *faciem ſuam nemini viſibilem* pronun- [c] Exo. 33. 20
tiaret, quia ſcilicet ipſe inuiſibilis pater fuerit in filii nomine. Ac per hoc, ſic eundem volunt accipi viſibilem, & inuiſibilem, quomodo eundem patrem & filium: quoniam &
paulo ſuprà, antequam faciem Moyſi negaſſet, ſcriptum ſit, [d] *Dominum ad Moyſen lo-* [d] Ibid. 11.
cutum coràm, velut ſi quis loquatur ad amicum ſuum, non minus quàm & Iacob: [e] *Ego vidi,* [e] Gen. 32. 30
inquit, *Dominum facie ad faciem*. Ergo viſibilis & inuiſibilis idem. Et quia idem vtrumque, ideo & ipſe, quà pater, inuiſibilis; & quà filius, viſibilis. Quaſi non expoſitio ſcripturæ quæ fit à nobis, filio competat, patre ſepoſito in ſua inuiſibilitate. Dicimus enim & filium ſuo nomine eatenus inuiſibilem, quà ſermo, & ſpiritus Dei, ex ſubſtantiæ conditione jam nunc, & quà Deus, & ſermo, & ſpiritus: viſibilem autem fuiſſe antè carnem
eo modo quo dicit ad Aaron, & Mariam, [f] *Et ſi fuerit Prophetes in vobis, in viſione cognoſ-* [f] Num. 12.
car illi, & in ſomnio loquar illi non quomodo Moyſi: Os ad os loquar illi in ſpecie, id eſt verita- 6. 7.
te; & non in ænigmate, id eſt, non in imagine. ſicut & Apoſtolus, [g] *Nunc videmus tan-* [g] 1. Cor. 13.
quam per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Igitur quum Moyſi ſeruat con 12.
ſpectum ſuum, & colloquium facie ad faciem in futurum, (nam hoc poſtea adimpletum Exo. 33. 11.
eſt in montis ſeceſſu, ſicut legimus in Euangelio viſum cum illo Moyſen conloquentem) 13.
apparet retro ſemper in ſpeculo, & ænigmate, & viſione, & ſomnio Deum, id eſt, filium Matth. 17. 3.
Dei, viſum tam Prophetis, & Patriachis, quàm & ipſi adhuc Moyſi. Et ipſe quidem Do- Luc. 9. 30.
minus ſi fortè coràm ad faciem loquebatur, non tamen vt eſt, homo faciem eius videret, Eſa. 17. 3.
niſi fortè in ſpeculo & in ænigmate. Denique, ſi ſic Moyſi locutus eſt Dominus, vt & Gen. 12. 7.
Moyſes faciem eius cominus ſciret, quomodo ſtatim atque ibidem deſiderat faciem eius Exo. 33. 11.
videre; quam quia viderat, non deſideraret? Quomodo æquè & Dominus negat videri faciem ſuam poſſe, quam oſtenderat, ſi tamen oſtenderat? Aut quæ eſt facies Dei, cujus
conſpectus negatur, ſi erat quæ vita eſt? [h] *Vidi*, inquit Iacob, *Deum facie ad faciem, &* [h] Gen. 32. 30
ſalua facta eſt anima mea. Alia debet eſſe facies, quæ ſi videatur, occidit. Aut nunquid filius quidem videbatur, & ſic facies, ſed ipſum hoc in viſione, & ſomnio, & ſpeculo, & ænigmate: quia ſermo, & ſpiritus, niſi imaginaria forma videri non poteſt. Faciem autem ſuam dicit, inuiſibilem patrem. Quis enim pater non facies erit filii, nomine auctoritatis, quam genitus à patre conſequitur? Non enim & de aliqua majore perſona con-
gruit dicere, Facies mea eſt ille homo, &, faciem mihi præſtat. [i] *Pater*, inquit, *major me* [i] Io. 14. 28.
eſt. Ergo facies erit filii pater. Nam & ſcriptura quid dicit? [k] *Spiritus perſona eius, Chri-* [k] Thren. 4.
ſtus Dominus. Ergo ſi Chriſtus perſonæ paternæ ſpiritus eſt, meritò cuius ſpiritus perſo- 20
na erat, id eſt patris, eum faciem ſuam, ex vnitate ſcilicet, pronuntiauit. Mirarer planè,
an facies filii pater accipi poſſit, qui eſt caput eius. [l] *Caput enim Chriſti Deus.* [l] 1. Cor. 11. 3

CAPVT XV.

Nouum teſtamentum vel in eo Patrem diſtinguit à filio; quòd illum inuiſibilem, iſtum viſibilem doceat.

In p. ad circa. f. V. Trinitatis 2. perſona filius. 7. in m. V. Trinit. 2. perſona filius. 4. à m. V. Pauli conuerſio. 2. in f. V. Trinit. 1. perſona Pater. 2.

SI hunc articulum quæſtionibus ſcripturæ veteris non expediam, de nouo Teſtamento ſumam confirmationen noſtræ interpretationis; nè quodcunque in filium reputo, in patrem proinde defendas. Ecce enim & in Euangeliis, & in Apoſtolis, viſibilem & inuiſibilem Deum deprehendo, ſub manifeſta & perſonali diſtinctione conditionis vtriuſque.

Adam vſque ad Patriarchas & Prophetas, in viſione, in ſomnio, in ſpeculo, in ænigma- Exo. 3.
te, ordinem ſuum præſtruens ab initio ſemper, quem erat perſecuturus in finem. ita ſem- Eſa. 7. 3.
per ediſcebat, & [f] *Deus in terris cum hominibus conuerſari* non alius potuit quàm ſermo, f Baruch. 3.
qui caro erat futurus. Ediſcebat autem, vt nobis fidem ſterneret, vt facilius crederemus 38.
filium Dei deſcendiſſe in ſæculum, ſi & retro tale quid geſtum cognoſceremus. [g] *Propter* g 1. Cor. 10.
nos enim ſicut ſcripta ſunt, ita & geſta ſunt, *in quos æuorum fines decurrerunt*. Sic etiam ad- 11.
fectus humanos ſciebat jam tunc, ſuſcepturus etiam ipſas ſubſtantias hominis, carnem &
animam; interrogans Adam quaſi neſciens, [h] *vbi es Adam?* [i] *pœnitens quod hominem fe-* h Gen. 3. 9.
ciſſet, quaſi non præſciens; tentans Abraham, quaſi ignorans quid ſit in homine, offen- i Gen. 6. 6.
ſus, reconciliatus eiſdem: & ſi qua hæretici apprehendunt quaſi Deo indigna, ad deſtru- Gen. 22. 2.
ctionem Creatoris, ignorantes hæc in filium competiſſe, qui etiam paſſiones humanas, Exo 32. 27.
& ſitim, & eſuriem, & lachrymas, & ipſam natiuitatem, ipſamque mortem erat ſubitu- k Pſal 8. 6.
rus: Propter hoc [k] *minoratus à patre modicum quid citra angelos*. Sed hæretici quidem nec
filio Dei deputabunt conuenire, quæ tu ipſi patri inducis, quaſi ipſe ſe deminorauerit pro-
pter nos; cum ſcriptura alium dicat ab alio minoratum, non ipſum à ſemetipſo. Quid ſi
& alius *qui coronabatur gloria & honore*, alius qui coronabat, vtique filium pater? Cæte- Ibid.
rum, quale eſt, vt Deus omnipotens ille inuiſibilis, [l] *quem nemo vidit hominum, nec vide-* l 1. Tim. 6.
re poteſt: ille [m] *qui inacceſſibilem lucem habitat*: ille *qui non habitat in manu factis*, a [n] *cuius* 16.
conſpectu terra contremiſcit, [o] *montes liqueſcunt vt cera*; [p] *qui totum orbem manu adprehendit* m Act. 17.
velut nidum, [q] *cui cælum thronus, & terra ſcabellum*; in quo omnis locus, non ipſe in loco; 24.
qui vniuerſitatis extrema linea eſt; ille altiſſimus, in paradiſo ad veſperam deambulaue- n Io. 2. 10.
rit, quærens Adam; & arcam poſt introitum Noë clauſerit; apud Abraham ſub quercu o Pſal. 96. 5.
refrigerauerit; & Moyſen de rubo ardenti vocarit; & in fornace Babylonii regis quartus p Eſa. 10. 14.
apparuerit, (quamquam filius hominis eſt dictus) ni hæc in imagine & in ſpeculo, & æni- q &c. 66. 1.
gmate fuiſſent? Scilicet & hæc nec de filio Dei credenda fuiſſe, ſi ſcripta non eſſent; for- Gen. 3. 8.
taſſe non credenda de patre, licet ſcripta, quem iſti in vuluam Mariæ deducunt, & in Pi- Gen. 7. 16.
lati tribunal imponunt, & in monumento Ioſeph concludunt. Hinc igitur apparet error Gen. 18. 1.
illorum. Ignorantes enim, à primordio omnem ordinem diuinæ diſpoſitionis per filium Exo. 3. 2.
decucurriſſe, ipſum credunt patrem & viſum, & congreſſum, & operatum, & ſitim & Dan. 3. 92.
eſurientem paſſum, (aduerſus Prophetam dicentem, [r] *Deus æternus non ſitiet, nec eſuriet* Matth. 27. 2
omnino quantò magis nec morietur, nec ſepelietur) ita vnum Deum ſemper egiſſe, id eſt 59.
patrem, quæ per filium geſta ſunt. r Eſa. 40, 28

CAPVT XVII.

Nomina patris, filio competunt; Dei Omnipotentis, Altiſſimi, Domini virtutum, Regis Iſraël.

In p. V. Trinit. 2. perſona. filius. 8. à p. ad f. V. Trinit. 2. perſona. filius. 5.

FACILIVS exiſtimauerunt patrem in filii nomine egiſſe, quàm filium in patris; di- a Io. 5. 43.
cente ipſo Domino, [a] *Ego veni in patris mei nomine*. Item ad ipſum patrem, [b] *Nomen* b Io. 17. 6.
tuum manifeſtaui hominibus. Concinente etiam in ſcriptura, [c] *Benedictus qui venit in nomine* c Matth. 21.
Domini; vtique filius in patris nomine. Sed & nomina patris, [d] *Deus omnipotens*, [e] *Altiſ-* 9.
ſimus, [f] *Dominus virtutum*, [g] *Rex Iſraelis*, [h] *Qui eſt*. Quatenus ita ſcripturæ docent, hæc d Gen. 28. 3.
dicimus & in filium competiſſe, & in his filium veniſſe, & in his ſemper egiſſe, & ſic ea e Gen. 14.
in ſe hominibus manifeſtaſſe. [i] *Omnia*, inquit, *patris, mea ſunt*. Cur non & nomina? Cùm 18.
ergo legis *Deum omnipotentem, & Altiſſimum, & Deum virtutum, & Regem Iſraelis, &* f Pſal. 23. 7.
Qui eſt; vide nè per hæc filius etiam demonſtretur, ſuo jure Deus omnipotens, quà ſer- 10.
mo Dei omnipotentis, quaque omnium accepit poteſtatem; Altiſſimus, qua dextra g Eſa. 44. 6.
Dei exaltatus, ſicut Petrus in Actis concionatur; Dominus virtutum, quia omnia ſubje- h Exo. 3. 14.
cta ſunt illi a patre; Rex Iſraelis, quia ille proprie excidit ſors gentis iſtius; Item, *Qui eſt*, i Io. 16. 15.
quia multi filii dicuntur, & non ſunt. Si autem volunt & Chriſti nomen patris eſſe, Exo. 3. 14.
audient ſuo loco. Interim, hic mihi promotum ſit reſponſum aduerſus id quod & de Apo- Matth. 28.
calypſi Ioannis proferunt: [k] *Ego Dominus qui eſt, & qui fuit, & venit omnipotens*; & ſicubi 18.
alibi Dei omnipotentis appellationem non putant etiam filio conuenire: quaſi qui ventu- Act. 2. 33.
rus eſt, non ſit omnipotens: cùm & filius omnipotentis tam omnipotens ſit, quàm Deus 1. Cor. 15. 25
Dei filius. 28.
Exo. 3. 14.
k Apoc. 1. 8.

CAPVT XVIII.

Scriptura Deum vnicum prædicantes, excludunt idola, non vero vnicum Dei filium.

Per totum. V. Trinitas. 7.

SED hanc ſocietatem nominum paternorum in filio nè perſpiciant, perturbat illos ſcriptura, ſi quando vnicum Deum ſtatuit: quaſi non eadem & deos, & dominos duos propoſuerit, vt ſupra oſtendimus. Ergo quia duos & vnum, inquiunt, inuenimus, ideo ambo vnus atque idem, & filius & pater. Porro, non periclitatur ſcriptura, vt illi de ſua argumentatione ſuccurras, nè ſibi contraria videatur. Habet rationem & quum vnicum Deum ſtatuit, & quum duos patrem & filium oſtendit; & ſufficit ſibi. Filium nominari ab ea conſtat. Saluo enim filio rectè vnicum Deum poteſt determinaſſe, cuius eſt filius. Non enim deſinit eſſe, qui habet filium ipſe vnicus, ſuo ſcilicet nomine, quotiens ſine filio nominatur. Sine filio autem nominatur, quum principaliter determinatur, vt prima perſona, quæ antè filii nomen erat proponenda; quia pater antè cognoſcitur, & poſt
l Eſa. 45. 5. patrem filius nominatur. [l] *Igitur vnus Deus pater, & alius abſque eo non eſt.* Quod ipſe inferens, non filium negat, ſed alium Deum. Cæterùm, alius à patre filius non eſt. Denique, inſpice ſequentia hujuſmodi pronuntiationum, & inuenies ferè ad idolorum factitatores, atque cultores, definitionem earum pertinere; vt multitudinem falſorum deorum vnio diuinitatis expellat, habens tamen filium, quantò indiuiduum & inſeparatum a patre, tantò in patre reputandum, etſi non nominatum. Atquin ſi nominaſſet illum, ſeparaſſet, ita dicens; Alius præter me non eſt, niſi filius meus. Alium enim etiam filium feciſſet, quem de aliis excepiſſet. Puta ſolem dicere: Ego ſol, & alius præter me non eſt, niſi radius meus; nonnè denotaſſes vanitatem; quaſi non & radius in ſole deputetur. Itaque præter ſemetipſum non eſſe alium Deum, hoc propter idololatriam tam Nationum, quàm Iſraelis: etiam propter hæreticos, qui ſicut Nationes manibus, ita & ipſi verbis idola fabricantur, id eſt, alium Deum, & alium Chriſtum. Igitur & cùm ſe vnum pronuntiabat, filio pater procurabat, nè ab alio Deo Chriſtus veniſſe credatur, ſed ab illo qui
m Ibid. 22. prædixerat, [m] *Ego Deus, & alius abſque me non eſt*; qui ſe vnicum, ſed cum filio oſtendit, cum quo cœlum ſolus extendit.

CAPVT XIX.

Locus Eſaiæ, extendi cœlum ſolus, *non excludit Trinitatem perſonarum, vt patet ex aliis locis.*

à p. V. Trinit. 2. perſona filius. 6. inf. V. Trinitas. 11.

a Eſa. 44. 24 QVIN & hoc dictum eius, in argumentum ſingularitatis arripient: [a] *Extendi,* inquit, *cœlum ſolus.* Quantum ad cæteras virtutes, ſolus, præſtruens aduerſus conjecturas hæreticorum, qui mundum ab angelis, & poteſtatibus diuerſis volunt ſtructum; qui &
Ibid. ipſum Creatorem aut angelum faciunt, aut ad alia quæ extrinſecus, vt opera mundi, ignorantem quoque ſubornatum. Aut ſi ſic *ſolus cœlum extendit*, quomodo iſti præſumunt in
b Prou. 8. 27 peruerſum hæretici, quaſi ſingularitatis non amittatur Sophia illa dicens [b] *Cùm pareret cælos,*
c Rom. 11. 34
d Prou. 8. 30 *ego aderam illi ſimul.* Et ſi dixit Apoſtolus, [c] *Quis cognouit ſenſum Domini? quis illi conſiliarius fuit?* vtique præter Sophiam ait, quæ illi adderat. In ipſo tamen, & [d] *cum illo vniuerſa compingebat*, non ignorante quid faceret. Præter Sophiam autem, præter filium dicit, qui eſt
e 1. Cor. 2. 11 Chriſtus, Sophia & virtus Dei, ſecundùm Apoſtolum, ſolus ſciens ſenſum patris. [e] *Quis enim ſcit quæ ſunt in Deo, niſi ſpiritus qui in ipſo eſt?* non qui extra ipſum. Erat ergo qui non
f Io. 1. 3. ſolum Deum faceret, niſi a cæteris ſolum. Sed & Euangelium recuſetur, quòd dicat [f] *om-*
g Pſal. 32. 6. *nia per ſermonem à Deo facta eſſe, & ſine eo nihil factum.* Niſi enim fallor, & alibi ſcriptum eſt, [g] *Sermone eius cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnes virtutes eorum.* Et Sermo autem, Virtus, & Sophia, ipſe erit Dei filius. Ita ſi per filium omnia, cœlum quoque per
h Eſa. 44. 24 filium extendens, non [h] *ſolus extendit*, niſi illa ratione, qua à cæteris ſolus. Atque adeò
i Ibid. 25. ſtatim de filio loquitur, [i] *Quis alius dejecit ſigna ventriloquorum & diuinationes à corde, auertens ſapientes retrorſum, & conſilium eorum infatuans? ſiſtens verba filii ſui*, dicendo ſcilicet,
k Matth. 17. 5. [k] *Hic eſt filius meus dilectus; hunc audite.* Ita filium ſubjungens, ipſe interpretator eſt, quomodo [l] *cœlum ſolus extenderit*, ſcilicet cum filio ſolus, ſicut cum filio vnum. Pro-
l Eſa. 44. 24
m Pſal. 32. 6 inde & filii erit vox, *Extendi cœlum ſolus; quia* [m] *ſermone cæli confirmati ſunt.* Quia, Sophia,
Prou. 8. 27 id eſt, Sermone adſiſtente [n] *paratum eſt cœlum; &, Omnia per Sermonem ſunt facta* compe-
o Io. 1. 3. tit & filium ſolum extendiſſe cœlum, quia ſolus operationi patris miniſtrauit. Idem
p Eſa. 41. 4. erit dicens, [p] *Ego primus, & inſuper ventura ego ſum.* Primum ſcilicet omnium, ſermo, [q] *In*
q Io. 1. 1. *principio erat ſermo*, in quo principio prolatus à patre eſt. Cæterùm, pater non habens initium, vt a nullo prolatus, vt innatus, non poteſt videri. Qui ſolus fuit ſemper, ordinem habere non potuit. Igitur ſi propterea eundem & patrem & filium credendum putauerunt, vt vnum Deum vindicent, ſalua eſt vnio eius, qui quum ſit vnus, habet & filium, æquè & ipſum eiſdem ſcripturis comprehenſum. Si filium nolunt ſecundum a patre reputari, nè ſecundus duos faciat deos dici, oſtendimus etiam duos deos in ſcriptura relatos, & duos dominos; & tamen nè de iſto ſcandalizentur, rationem reddimus; quà Dei,

Dei, non duo dicantur, nec Domini, ſed quà pater & filius duo; & hoc non ex ſeparatione ſubſtantiæ, ſed ex diſpoſitione, quum indiuiduum & inſeparatum filium à patre pronuntiamus; nec ſtatu, ſed gradu alium; qui etſi Deus dicatur, quando nominatur ſingularis, non ideo duos deos faciat, ſed vnum, hoc ipſo quòd & Deus ex vnitate patris vocari habeat.

CAPVT XX.

Praxea non fauet Chriſtus dicens: Ego & pater vnum ſumus, qui me videt, videt & patrem: Ego in patre, & pater in me.

Per totum. V. Hæret ſcript. corruptores. 4. & à p. V. Trinitas. 9.

SED argumentationibus eorum adhuc retundendis opera præbenda eſt, ſi quid de ſcripturis ad ſententiam ſuam excerpent, cætera nolentes intueri, quæ & ipſa regulam ſeruant, & quidem ſalua vnione diuinitatis, & monarchiæ ſonitu. Nam ſicut in veteribus nihil aliud tenent quàm, [a] *Ego Deus, & alius præter me non eſt*; ita in Euangelio, reſ- a Eſa. 45. 5.
ponſionem Domini ad Philippum tuentur, [b] *Ego & pater vnum ſumus. &*, [c] *Qui me viderit, videt & patrem. &, Ego in patre, & pater in me.* His tribus capitulis totum inſtrumen- b Io 10. 30. c Io. 14. 9. 10
tum vtriuſque Teſtamenti volunt cedere, cùm oporteat ſecundum plura, intelligi pauciora. Sed proprium hoc eſt omnium hæreticorum. Nam quia pauca ſunt, quæ in ſilua inueniri poſſunt, pauca aduerſus plura defendunt, & poſteriora aduerſus priora ſuſcipiunt. Regula autem omni rei ſemper ab initio conſtituta, ex prioribus, in poſteriora præſcribit, vtique & in pauciora.

CAPVT XXI.

Ex Euangelio Ioannis, Patris perſona, a filij perſona alia & diſtincta conuincitur.

Per totum. V. Trinitas. 9.

ADSPICE itaque quanta præſcribant tibi etiam in Euangelio, antè omnem argumentationem tuam. Et in primis, ipſa ſtatim præfatio Ioannis Euangelizatoris demonſtrat, quod retro fuerit, qui caro fieri habebat: [a] *In principio erat ſermo, & ſermo erat* a Io. 1 & ſeq.
apud Deum, & Deus erat ſermo. Hic erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Nam ſi hæc non aliter accipi licet, quàm quomodo ſcripta ſunt, indubitanter alius oſtenditur, qui fuerit à principio, alius apud quem fuit: alium ſermonem eſſe, alium Deum; licet & Deus ſermo; ſed quà Dei filius, non quà pater: alium per quem omnia, alium à quo omnia. Alium autem quomodo dicamus, ſæpè jam edidimus; quo alium dicamus neceſſe eſt, non eundem; alium autem, non quaſi ſeparatum, ſed diſpoſitione alium, non diuiſione. Hic ergo factus eſt caro non ipſe cujus erat ſermo.
[b] *Hujus gloria viſa eſt tanquam vnici à patre*, non tanquam patris. [c] *Hic vnus ſinum pa-* b Ioh. 1. 14.
tris diſſeruit, non ſinum ſuum pater. Præcedit enim, [d] *Deum nemo vidit vnquam.* Idem c Io. 1. 18.
& agnus Dei ab Ioanne deſignatur, non ipſe cujus eſt dilectus. Certè filius Dei ſemper, d Ibid. 29.
ſed non ipſe cujus eſt filius. Hoc eum Nathanaël ſtatim ſenſit, ſicut & alibi Petrus, [e] *Tu* e Matth. 16.
es filius Dei. Hoc & ipſe rectè ſenſiſſe illos confirmat, Nathanaeli quidem reſpondens, 16.
[f] *Quia dixi, vidi te ſub ficu, ideo credis*; Petrum verò [g] *beatum adfirmans, cui non caro,* f Io 1. 48.
neque ſanguis reuelaſſet (quòd & patrem ſenſerat) *ſed pater qui in cœlis eſt.* Quo dicto, g Matth. 16.
vtriuſque perſonæ conſtituit diſtinctionem, & filij in terris, quem Petrus agnouerat Dei 17.
filium; & patris qui in cœlis, qui Petro reuelauerat, quod Petrus agnouerat Dei filium Chriſtum. Cùm in templum introit, Ædem patris appellat, vt filius. Cùm ad Nicodemum dicit, [h] *Ita dilexit Deus mundum, vt filium ſuum vnicum dederit, in quem omnis qui* h Io. 3. 16.
crediderit, non pereat, ſed habeat vitam ſempiternam. Et rurſus; [i] *Non enim miſit Deus filium* i Io 3. 16. 17.
in mundum, vt judicet mundum, ſed vt ſaluus ſit mundus per eum. Qui crediderit in illum, non judicatur: qui non crediderit in illum, jam iudicatus eſt; quia non credidit in nomine vnici filij Dei. Ioannes autem cum interrogaretur, quid de Ieſu contingeret. [k] *Pater*, in- k Io. 3. 35 36
quit, *diligit filium, & omnia tradidit in manu eius. Qui credit in filium, habet vitam æter-* l Io. 4. 25.
nam: qui non credit in filium Dei, non videbit Deum, ſed ira Dei manebit ſuper eum. Quem verò Samaritidi oſtendit? [l] *Meſſiam qui dicitur Chriſtus*, filium vtique ſe, non patrem demonſtrauit: qui & alibi Chriſtus Dei filius, non pater dictus eſt. Exinde diſcipulis, [m] *Meum eſt*, inquit, *vt faciam voluntatem eius qui me miſit, vt conſumem opus eius.* Et ad Iudæos, de paralitici ſanitate, [n] *Pater meus vſque modo operatur, & ego operor.* Pater, m Io 4 34.
& ego, filius dicit. Denique, propter hoc magìs Iudæi illum interficere volebant: n Io. 5. 17.

non tantùm quòd ſolueret ſabbatum, ſed quòd patrem ſuum Deum diceret, æquans
o Io.5.19. & ſeq. ſe Deo. Tunc ergo dicebat ad eos, [o] *Nihil filius facere poteſt à ſemetipſo, niſi viderit*
patrem facientem. Quæ enim ille facit, eadem & filius facit. Pater enim diligit filium, & om-
nia demonſtrauit illi quæ ille fecit, & maiora iſtis opera demonſtrauit illi, vt vos miremini.
Quomodo enim ſuſcitat mortuos & viuificat, ita & filius quos vult viuificat. Neque enim pater
iudicat, ſed omne iudicium dedit filio, vti omnes honorent filium, ſicut honorant patrem. Qui
non honorat filium, non honorat patrem, qui filium miſit. Amen amen dico vobis, quòd qui audit
ſermones meos, & credit ei qui me miſit, habet vitam æternam; & in iudicium non venit, ſed
tranſit de morte in vitam. Amen dico vobis, quod veniet hora, qua mortui audient vocem
filij Dei; & cùm audierint, viuent. Sicut enim pater habet vitam æternam à ſemetipſo, ita &
p Io. 5.36. *filio dedit vitam æternam habere in ſemetipſo; & iudicium dedit illi facere in poteſtate, quia filius*
hominis eſt; per carnem ſcilicet, ſicut & filius Dei per ſpiritum eius. Adhuc adjicit, [p] *Ego*
autem habeo majus quàm Ioannis teſtimonium. Opera enim quæ pater mihi dedit conſummare,
illa ipſa de me teſtimonium perhibent, quod me pater miſerit. Et qui me miſit pater, ipſe teſtimo-
nium dixit de me. Subjungens autem, [q] *Neque vocem eius audiſtis vnquam, neque formam*
q Io. 5.37. *eius vidiſtis*; confirmat retro non patrem, ſed filium fuiſſe, qui videbatur & audiebatur.
r Io. 5.43. Denique dicit, [r] *Ego veni in patris mei nomine, & non me recepiſtis?* Adeò ſemper filius erat
in Dei, & regis, & domini, & omnipotentis, & altiſſimi nomine. Interrogantibus au-
ſ Io 6.28. 29. & ſeq. tem quid facere debeant, reſpondit, [ſ] *Vt credatis in eum quem Deus miſit. Panem quoque*
ſe adfirmat, quem pater præſtaret de cœlo. [t] *Ergo omne quod ei daret pater ad ſe venire, nec*
t Io.6.37. *rejecturum ſe, quia de cœlo deſcendiſſet, non vt ſuam, ſed vt patris faceret voluntatem. Vo-*
luntatem autem patris eſſe, vt qui viderit filium, & crediderit in eum, vitam & reſurre-
u Io 6. 44. & ſeq. *ctionem conſequatur.* [u] *Neminem porro ad ſe venire poſſe, niſi quem pater adducat: Omnem*
qui à patre audiſſet & didiciſſet, venire ad ſe. Non quaſi patrem aliquis viderit, adjiciens
& hîc, vt oſtenderet patris eſſe ſermonem, quem docti fiant. At quum diſcedunt ab
eo multi, & Apoſtolis ſuis offert, ſi velint diſcedere & ipſi; quid reſpondit Simon Petrus?
x Io.6.69. [x] *Quò diſcedimus? verba vitæ habes, & nos credimus quod tu ſis Chriſtus.* Patrem
Io. 7. 15. illum eſſe, an patris Chriſtum?

CAPVT XXII.

Idipſum ex eodem Euangelio probat.

Per totum. V. Trinitas. 9.

a Io. 7. 18. CVIVS autem doctrinam dicit, ad quam mirabantur? ſuam an patris? Æquè ambi-
gentibus inter ſe, nè ipſe eſſet Chriſtus, vtique non pater, ſed filius: [a] *neque me ſci-*
Ibid. 29. *tis*, inquit, *vnde ſim, & non veni à meipſo; ſed eſt verus qui me miſit, quem vos non noſtis.*
Ego noui illum, quia ab illo ſum, & ille me miſit. Non dixit, Quia ipſe ſum, & ipſe me miſi:
ſed ille me miſit. Item, cùm miſiſſent ad inuadendum eum Phariſæi: [b] *Modicum adhuc*
b Ibid. 33. *temporis, ait, vobiſcum ſum, & vado ad eum qui me miſit.* At vbi ſe negat eſſe ſolum?
c Io.8.16. [c] *Sed ego*, inquit, *& qui me miſit pater*; nonnè duos demonſtrat, tam duos, quàm inſe-
paratos? immò totum erat hoc quod docebat inſeparatos duos eſſe. Siquidem & legem
d Ibid. 18. proponens duorum huminum teſtimonium confirmantem, ſubjungit: [d] *Ego teſtimonium*
dico de me, & teſtimonium dicit de me, qui me miſit pater. Quod ſi vnus eſſet, dum idem
eſt & filius & pater, non vteretur legis patrocinio fidem imponentis, non vnius teſtimo-
nio, ſed duorum. Item, interrogatus [e] *vbi eſſet pater, Neque ſe, neque patrem notum eſſe*
e Ibid. 19. *illis* reſpondens, duos dixit ignotos: quòd ſi ipſum noſſent, patrem noſſent: non qui-
dem quaſi ipſe eſſet pater & filius, ſed quia per indiuiduitatem neque agnoſci neque
f Ibid. 26. ignorari alter ſine altero poteſt. [f] *Qui me, ait, miſit, verax eſt; & ego quæ ab eo audiui ea*
Ibid. 27. *loquor in mundum.* Interpretante extrinſecus ſcriptura, non cognouiſſe illos quòd de
patre dixiſſet, cùm ſcilicet cognoſcere debuiſſent ſermones patris in filio eſſe, legendo
g Hier. 1. 9. apud Hieremiam, [g] *Et dixit mihi Dominus, Ecce dedi ſermones meos in os tuum.* Et apud
h. Eſa 50.4. Eſaïam, [h] *Dominus dat mihi linguam diſciplinæ ad cognoſcendum quando oporteat dicere ſer-*
i Io.8.28. *monem.* Sicut ipſe rurſus [i] *Tunc*, inquit, *cognoſcetis quòd ego ſim, & à memetipſo nihil lo-*
quar: ſed ſicut me docuit, ita & loquor; quia & qui me miſit, mecum eſt. Et hoc ad teſtimo-
nium indiuiduorum duorum. Item, in altercatione Iudæorum, exprobrans quod occi-
k Ibid. 38. dere eum vellent: [k] *Ego*, inquit, *quæ vidi penès patrem meum, loquor; & vos quod vidiſtis*
penès patrem veſtrum, id facitis: & nunc vultis occidere hominem veritatem vobis loquutum,
l Ibid. 42. *quam audiuit à Deo.* &, [l] *Si Deus eſſet pater veſter, dilexiſſetis me. Ego enim ex Deo exiui*
& veni (& tamen non ſeparantur, licet exiſſe dixerit, vt quidam arripiunt hujus

dicti occaſionem. Exiuit autem à patre, vt radius ex ſole, vt riuus ex fonte, vt frutex ex ſemine. [m] *Ego dæmonium non habeo, ſed honoro patrem meum.* m Ibid. 49.
&c, [n] *Si ego me ipſe glorificem, nihil eſt gloria mea. Eſt qui me glorificet pater, quem vos* n Ibid. 54.
dicitis Deum eſſe veſtrum; nec noſtis illum, at ego noui eum. Et ſi dicam, Non noui, ero
ſimilis veſtri mendax: ſed noui illum, & ſermonem eius ſeruo. Ac cùm ſubiungit, [o] *Abra-* o Ibid. 56.
ham diem meum vidit, & lætatus eſt; nempe demonſtrat filium Abrahæ retro viſum, non
patrem. Item, ſuper cæcum illum [p] *patris opera dicit ſe facere oportere.* Cui poſt reſtitutio-
nem luminum: [q] *Tu*, inquit, *credis in filium Dei?* & interroganti quis eſſet iſte, ipſe ſe p Io. 9. 4.
demonſtrans, vtique filium demonſtrauit, quem credendum eſſe dixerat. Dehinc, co- q Ibid. 35. 37.
gnoſci ſe profitetur à patre, & patrem à ſe. Et ideo [r] *ſe diligi à patre, quòd animam ſuam* r Io. 10. 15.
ponat; quia hoc præceptum accepiſſet à patre. Et interrogatus à Iudæis, ſi ipſe eſſet Chriſtus, 17.
(vtique Dei; nam vſque in hodiernum Iudæi Chriſtum Dei, non ipſum patrem ſpe-
rant; quia nunquam Chriſtus pater ſcriptus eſt venturus:) [ſ] *Loquor*, inquit *vobis, & non* ſ Io. 10. 24.
creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris, ipſa de me teſtimonium dicunt. Quod teſtimo- 25.
nium? ipſum ſcilicet eſſe, de quo interrogabant, id eſt Chriſtum Dei. De ouibus etiam
ſuis, quòd [t] *nemo illas de manu eius eriperet. Pater enim quod mihi dedit, maius eſt omnibus.* t Io. 10. 28.
&c, [u] *Ego & pater vnum ſumus.* Hîc ergo iam gradum volunt figere ſtulti, immo cæci, 29.
qui non videant: primò, *ego, & pater*, duorum eſſe ſignificationem: dehinc in nouiſ- u Ibid. 30.
ſimo, *ſumus*, non ex vnius eſſe perſona, quod pluraliter dictum eſt; tum quòd, *vnum* Ibid.
ſumus, non, vnus ſumus. Si enim dixiſſet, vnus ſumus, potuiſſet adiuuare ſententiam
illorum. Vnus enim ſingularis numeri ſignificatio videtur. Adhuc cùm duo, maſculini
generis. Vnum dicit, neutrali verbo, quod non pertinet ad ſingularitatem ſed ad vni-
tatem, ad ſimilitudinem, ad coniunctionem, ad dilectionem patris, qui filium diligit;
& ad obſequium filij, qui voluntati patris obſequitur. *Vnum ſumus*, dicens, *ego & pater*,
oſtendit duos eſſe, quos æquat & iungit. Adeò addit etiam [x] *multa ſe opera à patre oſten-*
diſſe, quorum nihil lapidari mereretur. Et ne putarent ideo ſe illum lapidare debere, quaſi x Io. 10. 32.
ſe Deum ipſum, id eſt patrem voluiſſet intelligi; quia dixerat, *Ego & pater vnum ſumus;* y Ibid. 30.
quà filium Dei Deum oſtendens, non quà ipſum Deum. [z] *Si in lege*, inquit, *ſcriptum eſt,* z Io. 10. 34. & ſeq.
Ego dixi, vos dij eſtis; & non poteſt ſolui ſcriptura; quem pater ſanctificauit, & miſit in mun-
dum, vos eum blaſphemare dicitis, quia dixi, filius Dei ſum? Si non facio opera patris mei, noli-
te credere: ſi verò facio, & mihi credere non vultis, vel propter opera credite. Et ſcitote quod ego
in patre ſim, & pater in me. Per opera ergo erat pater in filio, & filius in patre; & ita per
opera intelligimus vnum eſſe patrem, & filium. Adeò totum hoc perſeuerabat indu-
cere, vt duo tamen crederentur in vna virtute: quia aliter filius credi non poſſet, niſi
duo crederentur.

CAPVT XXIII.

Item ex alijs verbis Chriſti, diſtinctio perſonarum conuincitur.

Per totum. V. Trinitas. 9.

POST hæc autem Martha filium Dei eum confeſſa, non magìs errauit, quàm Pe-
trus, & Nathanaël; quanquam etſi erraſſet, ſtatim didiciſſet. Ecce enim ad ſuſci- Io. 11. 27.
tandum fratrem eius à mortuis, ad cœlum, & ad patrem Dominus ſuſpiciens: [a] *Pater,* Matt. 16. 16.
inquit, (*vtique filius*) *gratias ago tibi, quòd me ſemper exaudis. Propter iſtas turbas circun-* Io 1. 49.
ſtantes dixi, vt credant quod tu me miſeris. Sed & in conturbatione animæ, [b] *Et quid di-* a Io. 11. 41.
cam? Pater, ſaluum me fac de iſta hora. Atquin propter hoc veni in iſtam horam. Verùm, pater, b Io. 12. 27. 28.
glorifica nomen tuum; in quo erat & filius. *Ego*, inquit, *veni in patris nomine.* Inde ſcilicet c Io. 5. 43.
ſuffecerat filij ad patrem vox. Ecce ex abundantia reſpondet de cœlo pater, filio con- d Matt. 17. 5.
teſtatur: [d] *Hic eſt filius meus dilectus, in quo bene ſenſi, audite illum.* Ita & in iſto, [e] *Glori-* e Io. 12. 28.
ficaui, & glorificabo: rurſus quot perſonæ tibi videntur, peruerſiſſime Praxea, niſi quot
& voces? habes filium in terris, habes patrem in cœlis. Non eſt ſeparatio iſta, ſed diſ-
poſitio diuina. Cæterùm, ſcimus Deum etiam intra abyſſos eſſe, & vbique conſiſtere,
ſed vi & poteſtate. Filium quoque, vt indiuiduum, cum ipſo vbique. Tamen in ipſa
œconomia, pater voluit filium in terris haberi, ſe verò in cœlis; quò & ipſe filius ſuſpi-
ciens, & orabat & poſtulabat à patre, quò & nos erectos docebat orare: [f] *Pater noſter qui* f Matt. 6. 9.
es in cœlis. Et cùm ſit & vbique, hanc ſedem ſuam voluit pater; [g] *Minoraui filium mo-* g Pſal. 8. 6.
dico citra angelos, ad terram demittendo: gloria tamen & honore coronaturus illum, in cœlos
reſumendo. Hæc iam præſtabat illi, dicens, [h] *Et glorificaui, & glorificabo.* Poſtulat filius
de terris, pater promittit à cœlis. Quid mendacem facis & patrem, & filium, ſi aut pa- h Io. 12. 28.
ter de cœlis loquebatur ad filium, cùm ipſe eſſet filius apud terras; aut filius ad patrem

precabatur, cùm ipſe eſſet pater apud cœlos? Quale eſt vt filius item poſtularet à ſemetipſo, poſtulando à patre, ſi filius erat pater? aut iterum pater ſibi ipſe promitteret, promittendo filio, ſi pater erat? vt ſic duos diuiſos diceremus, quomodo iactitatis; tolerabilius erat duos diuiſos, quàm vnum Deum verſipellem prædicare. Itaque ad iſtos
i Io. 12. 30. tunc Dominus pronuntiauit, [i] *Non propter me iſta vox venit, ſed propter vos; vt credant hi,* & patrem & filium, in ſuis quemque nominibus, & perſonis, & locis. Sed adhuc excla-
k Ibid. 44. mat Ieſus & dicit, [k] *Qui credit in me, non in me credit, ſed in eum credit qui me miſit, (quia per filium in patrem creditur, & auctoritas credendi filio, pater eſt.) & qui conſpicit me, conſpicit eum qui me miſit.* Quomodo? [l] *Quoniam ſcilicet à memetipſo non ſum locutus, ſed qui me miſit*
m Eſa. 50. 4. *pater, ipſe mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar.* [m] *Dominus enim dat mihi linguam*
n Io. 12. 50. *diſciplinæ, ad cognoſcendum quando oporteat dicere ſermonem quem ego loquor.* [n] *Sicut mihi pater dixit, ita & loquor.* Hæc quomodo dicta ſint, Euangelizator, & vtique tam clarus,
o Io. 13. 1. 3. diſcipulus Ioannes, magìs quàm Praxeas nouerat, ideoque ipſe de ſuo ſenſu, [o] *Ante autem ſolemnitatem Paſchæ,* inquit, *ſciens Ieſus omnia ſibi tradita à patre eſſe, & ſe ex Deo exiſſe, ad Deum vadere.* Sed Praxeas ipſum vult patrem de ſemetipſo exiſſe, & ad ſemet-
p Ibid. 2. ipſum abiſſe, vt [p] *diabolus in cor Iudæ,* non filij traditionem, ſed patris ipſius immiſerit. Nec diabolo benè, nec hæretico, quia nec in filio, bono ſuo diabolus operatus eſt traditionem. Filius enim traditus eſt Dei, qui erat in filio hominis, ſicut ſcriptura ſubiungit, [q] *Nunc glorificatus eſt filius hominis, & Deus glorificatus eſt in illo.* Quis Deus? vti-
q Ibid. 31. que non pater, ſed ſermo patris, qui erat in filio hominis, id eſt in carne, in qua & glo-
r Ibid. 32. rificatus iam; virtute verò & ſermone, & antè Ieſum. Et [r] *Deus,* inquit, *glorificauit illum in ſemetipſo,* id eſt, pater filium in ſemetipſo habens, etſi porrectum ad terram, mox per reſurrectionem glorificauit, morte deuicta.

CAPVT XXIV.

Diſtinctio perſonarum probatur ex interrogatione Philippi, & reſponſo Chriſti.

Per totum. V. Trinitas. 9.

a Io. 14. 5. ERANT planè qui & tunc non intelligerent. Quoniam & Thomas aliquandiu in-
b Ibid. 6. credulus: *Domine enim,* inquit, *non ſcimus quò eas, & quomodo viam nouimus? Et Ieſus,* [b] *Ego ſum via, veritas, & vita. Nemo venit ad patrem niſi per me. Si cognouiſſetis me, cognouiſſetis & patrem: ſed abhinc noſtis illum, & vidiſtis illum.* Et peruenimus iam ad Phi-
c Ibid. 8. lippum, qui ſpe excitatus videndi patris, nec intelligens quomodo viſum patrem au-
d Ibid. 9. diſſet: [c] *Oſtende,* inquit, *nobis patrem, & ſufficit nobis.* [d] *Et Dominus; Philippe, tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me?* Quem dicit cognoſci ab illis debuiſſe, (hoc enim ſolum diſcuti oportet) quaſi patrem, an quaſi filium? Si quaſi patrem, doceat Praxeas, tanto tempore Chriſtum cum eis conuerſatum, patrem aliquando non dico intelligi, verùm vel æſtimari potuiſſe. Nobis omnes ſcripturæ, & veteres Chriſtum Dei, & nouæ filium Dei præfiniunt. Hoc & retro prædicabatur, hoc & ab ipſo Chriſto pronuntiaba-
e Matt. 17. 5. tur; immò iam & ab ipſo patre coram de cœlis filium profitente, & filium glorificante:
f Io. 12. 28. [e] *Hic eſt filius meus.* &, [f] *Glorificaui, & glorificabo.* Hoc & à diſcipulis credebatur, hoc & à Iudæis non credebatur. hoc ſe volens credi ab illis, omni hora patrem nominabat, & patrem præferebat, & patrem honorabat. Si ita eſt, ergo non patrem tanto tempore ſecum conuerſatum ignorauerant, ſed filium. Et Dominus eum ſe ignoranti exprobrans, quem ignorauerant, eum vtique agnoſci volebat, quem tanto tempore non agnoſci exprobrauerat, id eſt filium. Et apparere iam poteſt quomodo dictum ſit, [g]
g Io. 14. 9. *Qui me videt, videt & patrem.* Scilicet quo & ſuprà, [h] *Ego & pater vnum ſumus.* Quare?
h Io. 10. 32. quia, *Ego ex Deo exiui & veni.* &, [k] *Ego ſum via. Nemo ad patrem venit, niſi per me.* &, *Ne-*
i Io. 8. 14. *mo ad me venit, niſi pater eum adduxerit.* &, [m] *Omnia mihi pater tradidit.* &, [n] *Sicut pater viui-*
k Io. 14. 6. *ficat, ita & filius.* &, [n] *Si me cognouiſtis, & patrem cognouiſtis.* Secundùm hæc enim, vica-
l Io. 6. 44. rium ſe patris oſtenderat; per quem pater & videretur in factis, & audiretur in ver-
m Io. 13. 3. bis, & cognoſceretur in filio, facta & verba patris adminiſtrante, quia inuiſibilis pater,
n Io. 5. 21. quod & Philippus didicerat in lege, & meminiſſe debuerat: [p] *Deum nemo videbit, &*
o Io. 14. 7. *viuet.* Et ideo ſugillatur patrem videre deſiderans quaſi viſibilem, & inſtruitur viſibi-
p Exo. 33. 20 lem eum in filio fieri ex virtutibus, non ex perſonæ repræſentatione. Denique ſi pa-
q Io. 14. 9. trem eundem filium vellet intelligi, dicendo, [q] *Qui me videt, patrem videt:* quomodo
r Ibid. 10. ſubijcit: [r] *Non creditis quia ego in patre, & pater in me eſt?* Debuerat enim ſubiunxiſſe, Non creditis quia ego ſum pater? Aut quò exaggerauit, ſi non illud manifeſtauit quod voluerat intelligi, ſe ſcilicet filium eſſe? Porro dicendo, [ſ] *Non creditis quia ego in patre, &*
ſ Ibid. 10.

& pater in me: propterea potius exaggerauit, nè quia dixerat, *Qui me videt, & patrem* ſ Ibid. 10.
videt, pater exiſtimaretur: quod nunquam exiſtimari ſe voluit, qui ſemper ſe filium,
& à patre veniſſe profitebatur. Igitur & manifeſtam fecit duarum perſonarum con-
iunctionem, nè pater ſeorſum quaſi viſibilis in conſpectu deſideraretur, & vt filius re-
præſentator patris haberetur. Et nihilominus hoc quoque interpretatus eſt, quomodo
pater eſſet in filio, & filius in patre. [t] *Verba*, inquit, *quæ ego loquor vobis, non ſunt mea* t Ibid. 10.
vtique quia patris. Pater autem manens in me, facit opera. Per opera ergo virtutum, & verba
doctrinæ, manens in filio pater per ea videtur, per quæ manet, & per eum in quo ma-
net: ex hoc ipſo apparente proprietate vtriuſque perſonæ, dum dicit: [u] *Ego ſum in pa-* u Ibid. 10.11
tre, & pater in me. Atque adeò, *Credite*, ait. Quid? Me patrem eſſe? Non puto ſcriptum
eſſe; ſed, *Quia ego in patre, & pater in me. Si quominus, vel propter opera credite.* Ea vtique
opera, per quæ pater in filio, non viſu, ſed ſenſu videbatur.

CAPVT XXV.

Confirmatur diſtinctio perſonarum vſque ad finem Euangelij Ioannis.

In p. V. Spiritus S. 1. à p ad f. V. Trinitas. 10.

POST Philippum, & totam ſubſtantiam quæſtionis iſtius, quæ in finem Euangelij Io. 14.9 10.
perſeuerant in eodem genere ſermonis, quo pater & filius in ſua proprietate di-
ſtinguuntur, [a] *paracletum quoque à patre ſe poſtulaturum, quum aſcendiſſet ad patrem, & miſſu-* a Ibid. 16.
rum repromittit & quidem alium, ſed iam præmiſimus quomodo alium. Cæterùm, [b] *de* b Io. 16.14.
meo ſumet, inquit, ſicut ipſe de patris. Ita connexus patris in filio, & filij in paracleto,
tres efficit cohærentes, alterum ex altero: qui tres vnum ſint, non vnus: quomodo di- c Io. 10. 30.
ctum eſt, [c] *Ego & pater vnum ſumus*; ad ſubſtantiæ vnitatem, non ad numeri ſingulari- d Io. 15. 1.
tatem. Percurre adhuc, & inuenies quem patrem credis, vice patris dictum. [d] *Et patrem* e Matt. 27.
agricolam, vtique in terra tu putas fuiſſe. Hunc rurſus in cœlis à filio agnoſci, cùm illuc 46.
reſpiciens, diſcipulos ſuos patri tradit. Sed & ſi in iſto Euangelio non eſſet reuelatum;
[e] *Deus meus, ad quid me dereliquiſti?* &, [f] *Pater, in tuas manibus depono ſpiritum meum*: ta- f Luc. 23 46
men poſt reſurrectionem, & deuictæ gloriam mortis, expoſita neceſſitate omnis hu-
militatis, cùm iam patrem ſe poſſet oſtendere tam fideli feminæ, ex dilectione, non
ex curioſitate, nec ex incredulitate Thomæ, tangere eum aggreſſæ: [g] *Nè*, inquit, *conti-* g Io. 20. 17.
geris me, nondum aſcendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos (quin & in hoc ſe filium
oſtendit; Filios enim appellaſſet illos, ſi pater fuiſſet) & dices eis, Aſcendo ad patrem meum h Ibid. 31.
& patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum. Pater ad patrem, & Deus ad Deum;
an filius ad patrem, & ſermo ad Deum? Ipſa quoque clauſula Euangelij, propter quid
conſignat hæc ſcripta, niſi [h] *vt credatis*, inquit, *Ieſum Chriſtum filium Dei?* Igitur quæ-
cunque ex his putaueris ad demonſtrationem eiuſdem patris, & filij proficere tibi poſ-
ſe, aduerſus definitiuam Euangelij ſententiam niteris. Non ideo enim ſcripta ſunt, vt
patrem credas Ieſum Chriſtum, ſed vt filium.

CAPVT XXVI.

Perſonarum diſtinctio probatur ex alijs Euangelijs, & forma baptiſmi iniuncta.

Per totum. V. Trinitas. 10.

PROPTER vnum Philippi ſermonem, & Domini reſponſionem ad eum, videmus
Ioannis Euangelium decucurriſſe, nè tot manifeſtè pronuntiata, & antè & po-
ſtea vnus ſermo ſubuertat ſecundùm omnia potius, quàm aduerſus omnia, etiam ad-
uerſus ſuos ſenſus interpretandus. Cæterùm, vt alia Euangelia non interponam, quæ
de natiuitate Dominica idem confirmant, ſufficit eum qui naſci habebat ex virgine,
ab ipſo annuntiari angelo, filium Dei determinatum: [a] *Spiritus Dei ſuperueniet in te, &* a Luc. 1. 35.
virtus Altiſſimi obumbrabit te. Propterea quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Vo-
lent quidem & hîc argumentari, ſed veritas præualebit. Nempe, inquiunt, filius Dei
Deus eſt, & virtus Altiſſimi, Altiſſimus eſt. Nec pudet illos iniicere, Quod
ſi eſſet, ſcriptum fuiſſet. quem enim verebatur, vt non apertè pronuntiaret, Deus ſu-
perueniet, & Altiſſimus obumbrabit te? Dicens autem ſpiritus Dei, & ſi ſpiritus Dei
Deus, tamen non directò Deum nominans, portionem totius intelligi voluit, quæ
ceſſura erat in filij nomen. Hic ſpiritus Dei, idem erit ſermo. Sicut enim Ioanne dicen-
te, [b] *Sermo caro factus eſt*; ſpiritum quoque intelligimus in mentione ſermonis: ita & hîc b Io. 1. 14.
ſermonem quoque agnoſcimus in nomine ſpiritus. Nam & ſpiritus ſubſtantia eſt ſer-
monis, & ſermo operatio ſpiritus, & duo vnum ſunt. Cæterum, alium Ioannes pro-

fitebitur carnem factum, alium angelus carnem futurum, ſi non & ſpiritus ſermo eſt, & ſermo ſpiritus. Sicut ergo ſermo Dei, non eſt ipſe, cuius eſt, ita nec ſpiritus; & ſi Deus dictus eſt, non tamen ipſe eſt, cuius eſt dictus. Nulla res alicuius, ipſa eſt, cuius eſt. Planè cùm quid ex ipſo eſt, & ſic eius eſt, dum ex ipſo ſit, poteſt tale quid eſſe, quale & ipſe, ex quo eſt, & cuius eſt. Et ideo ſpiritus Dei Deus, & ſermo Dei Deus, quia ex Deo, non tamen ipſe, ex quo eſt. Quod ſi Deus Dei, tanquam ſubſtantiua res, non erit ipſe Deus, ſed hactenus Deus, quia ex ipſius Dei ſubſtantia, quà & ſubſtantiua res eſt, & vt portio aliqua totius. Multò magis virtus altiſſimi, non erit ipſe altiſſimus, quia nec ſubſtantiua res eſt quod eſt ſpiritus, ſicut nec ſapientia, nec prouidentia: & hæc enim ſubſtantiæ non ſunt, ſed accidentia vniuſcuiuſque ſubſtantiæ. Virtus ſpiritui accidit, nec ipſa erit ſpiritus. His itaque rebus quodcunque ſunt, ſpiritu Dei, & ſermone, & virtute collatis in virginem, quod de ea naſcitur, filius Dei eſt. Hoc ſe & in iſtis Euangelijs ipſe teſtatur ſtatim à puero: c *Non ſcitis*, inquit, *quod in patris mei me eſſe oportet?* Hoc & Satanas eum in tentationibus nouit, d *Si filius Dei es*. Hoc & exinde dæmonia confitentur. e *Scimus qui ſis, filius Dei*. Patrem & ipſe adorat. Chriſtum ſe Dei à Petro agnitum non negat. Inſultans in ſpiritu ad patrem. f *Confiteor*, inquit, *tibi pater, quod abſconderis hæc à ſapientibus*. Hîc quoque patrem nemini notum niſi filio adfirmat. g *Et patris filium confeſſurum confeſſores, & negaturum negatores ſuos apud patrem*, inducens parabolam filij, non patris, in vineam miſſi poſt aliquot ſeruos, & occiſi à malis ruſticis, & à patre defenſi, h *ignorans & ipſe diem, & horam vltimam ſoli patri notam*; i *diſponens regnum diſcipulis, quomodo & ſibi diſpoſitum dicit à patre*, k *habens poteſtatem legiones angelorum poſtulandi ad auxilium à patre, ſi vellet*, l *exclamans quod ſe Deus reliquiſſet*, m *in patris manibus ſpiritum ponens*; & poſt reſurrectionem ſpondens miſſurum ſe diſcipulis promiſſionem patris; & n *nouiſſime mandans, vt tinguerent in patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum*, non in vnum. Nam nec ſemel, ſed ter, ad ſingula nomina, in perſonas ſingulas tinguimur.

c Luc. 2. 49.
d Matt. 4. 3.
e Marc 1. 24.
f Matth. 16. 17.
Matt. 11. 26. 27.
g Matth. 10. 32.
Matt. 21. 37.
h Matth 24. 36.
i Luc. 22. 29.
k Matth. 26. 27.
l Matth. 27. 46.
m Luc. 23. 46.
n Matth. 28. 19.

CAPVT XXVII.

Praxeanos conſtat ſeipſos deſtruere, dicentes ſe in vna perſona diſtinguere Patrem, ſpiritum, & filium carnem, cùm filius carnem tantùm induerit, non autem in eam fuerit transformatus. Perſeuerauit enim in forma Dei, nec deſiit eſſe quod fuerat.

A p. V. Trinit. a. perſona filius. 2. & V. Chriſti Incarnat. 3. in m. ad cu ca. f. V. Chriſti incarnat. 5. in f. V. Trinitas. 12.

ET quid ego in tam manifeſtis moror, quum ea aggredi debeam, de quibus manifeſta obumbrare quærunt? Vndique enim obducti diſtinctione patris, & filij, quam manente coniunctione diſponimus, vt ſolis, & radij, & fontis, & fluuij, per indiuiduum tamen numerum duorum, & trium: aliter eam ad ſuam nihilominus ſententiam interpretari conantur, vt æquè in vna perſona vtrumque diſtinguant, patrem & filium, dicentes filium carnem eſſe, id eſt hominem, id eſt Ieſum. patrem autem ſpiritum, id eſt Deum, id eſt Chriſtum. Et qui vnum eundemque contendunt patrem & filium, iam incipiunt diuidere illos potius, quàm vnare. Si enim alius eſt Ieſus, alius Chriſtus; alius erit filius, alius pater; quia filius Ieſus, & pater Chriſtus. Talem monarchiam apud Valentinum fortaſſe didicerunt, duos facere, Ieſum & Chriſtum. Sed hæc iniectio eorum ex prætractatis iam retuſa eſt, quod ſermo Dei, vel ſpiritus, Dei & virtus altiſſimi dictus ſit, quem patrem faciunt. Non enim ipſæ ſunt, cuius dicuntur, ſed ex ipſo, & ipſius. Et aliter tamen in iſto capitulo reuincentur. Ecce, inquiunt, ab angelo prædicatum eſt, a *Propterea quod naſcetur ſanctum, vocabitur filius Dei*. Caro itaque nata eſt, Caro vtique erit filius Dei: Immò de ſpiritu Dei dictum eſt. Certè enim b *de Spiritu ſancto virgo concepit*; & quod concepit, id peperit: id ergo naſci habebat, quod erat conceptum, & pariundum; id eſt ſpiritus, c *cuius & vocabitur nomen Emmanuel, quod eſt interpretatum, Nobiſcum Deus*. Caro autem Deus non eſt, vt de illa dictum ſit, d *Quod naſcetur ſanctum, vocabitur filius Dei*: ſed ille qui in ea natus eſt, Deus; de quo & Pſalmus, e *Quoniam Deus homo natus eſt in illa, & ædificauit eam voluntate patris*. Quis Deus in ea natus? Sermo & ſpiritus, qui cum ſermone de patris voluntate natus eſt. Igitur ſermo in carne, dum & de hoc quærendum, quomodo ſermo caro ſit factus, vtrumnè quaſi transfiguratus in carne, an indutus carnem? Immò indutus. Cæterùm, Deum immutabilem, & informabilem credi neceſſe eſt, vt æternum. Transfiguratio autem, interemptio eſt priſtini. Omne enim quodcunque transfiguratur in aliud, deſinit eſſe quod fuerat, & incipit eſſe quod non erat. Deus autem neque deſinit eſſe, neque aliud poteſt

a Luc. 1. 35.
b Luc 1. 31. 35.
c Matt. 1. 23.
d Luc. 1. 35.
e Pſal. 86. 5.

poteſt eſſe. [f] *Sermo autem Deus; & ſermo Domini manet in æuum*, perſeuerando ſcilicet f Io. 1. 1.
in ſua forma. Quem ſi non capit transfigurari, conſequens eſt, vt ſic caro factus intel- Eſa. 40. 8.
ligatur, dum fit in carne, & manifeſtatur, & videtur, & contrectatur per carnem: quia
& cætera ſic accipi exigunt. Si enim ſermo ex transfiguratione, & demutatione ſub-
ſtantiæ, caro factus eſt, vna iam erit ſubſtantia Ieſus ex duabus, ex carne & ſpiritu
mixtura quædam, vt electrum ex auro, & argento; & incipit nec aurum eſſe, id eſt ſpi-
ritus; neque argentum, id eſt caro, dum alterum altero mutatur, & tertium quid effici-
tur. Neque ergo Deus erit, Ieſus. Sermo enim deſiit eſſe, qui caro factus eſt; neque
caro, id eſt homo. caro enim non propriè eſt, qui ſermo fuit. Ita ex vtroque neutrum
eſt; aliud longè tertium eſt, quàm vtrumque. Sed enim inuenimus illum directò, &
Deum & hominem expoſitum, ipſo hoc Pſalmo ſuggerente, [g] *Quoniam Deus homo na-* g Pſal. 86. 5.
tus eſt in illa, ædificauit eam voluntate patris; certè vſquequaque filium Dei, & filium ho-
minis, cum Deum & hominem, ſine dubio ſecundùm vtramque ſubſtantiam, in ſua
proprietate diſtantem: quia neque ſermo aliud quàm Deus, neque caro aliud quàm
homo. Sic & Apoſtolus de vtraque eius ſubſtantia docet: [h] *Qui factus eſt*, inquit, *ex ſe-* h Rom. 1. 3.
mine Dauid. Hic erit homo & filius hominis, [i] *qui definitus eſt filius Dei ſecundùm ſpiri-* i Rom. 1. 3.
tum. Hic erit Deus, & ſermo Dei filius. Videmus duplicem ſtatum, non confuſum, ſed
coniunctum in vna perſona, Deum & hominem Ieſum. De Chriſto autem differo. Et
adeò ſalua eſt vtriuſque proprietas ſubſtantiæ, vt & ſpiritus res ſuas egerit in illo, id eſt
virtutes, & opera, & ſignas; & caro paſſiones ſuas functá ſit, eſuriens ſub diabolo, ſitiens Math. 4. 2.
ſub Samaritide, flens Lazarum, anxia vſque ad mortem; denique & mortua eſt. Quòd Io. 4. 7.
ſi tertium quid eſſet, ex vtroque confuſum, vt electrum, non tam diſtincta documenta Io. 11. 33.
parerent vtriuſque ſubſtantiæ. Sed & ſpiritus carnalia, & caro ſpiritalia egiſſent, ex Matt. 26. 38.
tranſlatione; aut neque carnalia, neque ſpiritalia, ſed tertiæ alicuius formæ confu-
ſione: immò aut ſermo mortuus eſſet, aut caro mortua non eſſet, ſi ſermo conuerſus
eſſet in carnem; aut caro enim immortalis fuiſſet, aut ſermo mortalis. Sed quia ſub-
ſtantiæ ambæ in ſtatu ſuo quæque diſtinctè agebant, ideo illis & operæ, & exitus ſui
occurrerunt. Diſce igitur cum Nicodemo, [k] *Quia quod in carne natum eſt, caro eſt, & quod*
de ſpiritu, ſpiritus eſt. Neque caro ſpiritus fit, neque ſpiritus caro. In vno planè eſſe poſ- k Io. 3. 6.
ſunt. Ex his Ieſus conſtitit, ex carne homo, ex ſpiritu Deus, quem tunc angelus ex ea Luc. 1. 35.
parte qua ſpiritus erat, Dei filium pronuntiauit, ſeruans carni filium hominis dici. Sic l 1. Tim. 2. 5.
& Apoſtolus etiam [l] *Dei & hominum appellans ſequeſtrem*, vtriuſque ſubſtantiæ confir-
mauit. Nouiſſimè qui filium Dei, carnem interpretaris, exhibe qui ſit filius hominis.
Aut nunquid ſpiritus erit? ſed ſpiritum patrem ipſum vis haberi; quia [m] *Deus ſpiritus*, m Io. 4. 24.
quaſi non & Dei ſpiritus: ſicut & [n] *ſermo Deus*, & Dei ſermo. n Io. 1. 1.

CAPVT XXVIII.

*Stultè Praxeani faciunt Patrem Chriſtum, & filium Ieſum, vnctio quippe à qua dicitur Chri-
ſtus, non competit Patri: & Scripturæ vbique eumdem filium, & Chriſtum Ieſum, & Dei
Chriſtum appellant.*

In p ad circa. f. V. Trinitas. 11. in f. V. Chri. Infirma. 5.

ITAQVE Chriſtum facis patrem, ſtultiſſime, qui nec ipſam vim inſpicias nominis
huius, ſi tamen nomen eſt Chriſtus, & non appellatio potius; vnctus enim ſignifica-
tur. Vnctus autem non magis nomen eſt, quàm veſtitus, quàm calceatus, accidens no-
mini res. An tu, ſi ex aliquo argumento veſtitus quoque vocaretur Ieſus, quomodo
Chriſtus ab vnctionis ſacramento, æquè Ieſum filium Dei diceres, veſtitum vero pa-
trem crederes? Nunc de Chriſto. Si pater Chriſtus eſt, pater vnctus eſt, & vtique ab
alio. Aut ſi à ſemetipſo, proba. Sed non ita docent Acta Apoſtolorum, in illa exclama-
tione Eccleſiæ ad Deum, [a] *Conuenerunt enim vniuerſi in iſta ciuitate aduerſus ſanctum filium* a Act. 4. 27.
tuum Ieſum, quem vnxiſti: Herodes & Pilatus cum Nationibus; ita & filium Dei Ieſum
conteſtati ſunt, & filium à patre vnctum. Ergo Ieſus idem erit Chriſtus, qui à patre
vnctus eſt; non pater, qui filium vnxit. Sic & Petrus, Firmiſſimè [b] *itaque cognoſcat omnis* b Act. 4. 10.
domus Iſrael, quod & Dominum, & Chriſtum, id eſt vnctum, *fecerit eum Deus hunc Ieſum,*
quem vos crucifixiſtis. Ioannes autem, etiam [c] *mendacem notat eum, qui negauerit Ieſum*
eſſe Chriſtum: contrà, de Deo natum omnem, qui crediderit Ieſum eſſe Chriſtum: Propter c 1. Io. 2. 22.
quod & hortatur vt credamus nomini filij eius Ieſu Chriſti, [d] *vt ſcilicet communio ſit* d 1. Io. 1. 3.
nobis cum patre, & filio eius Ieſu Chriſto. Sic & Paulus vbique Deum patrem po- e Rom. 1. 8.
nit, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Cùm ad Romanos ſcribit [e] *Gratias*
agit Deo per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Cùm ad Galatas; [f] *Non ab hominibus* f Gal. 1. 1.

ſe Apoſtolum præfert , nec per hominem ; ſed per Ieſum Chriſtum , & Deum patrem.
Et habes tota inſtrumenta eius, quæ in hunc modum pronuntiant , & duos pro-
ponunt, Deum patrem , & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium patris , & Ie-
ſum ipſum eſſe Chriſtum , in altero quoque nomine Dei filium. Nam exinde eo iure
quo vtrumque nomen vnius eſt, id eſt Dei filij , etiam alterum ſine altero eiuſdem eſt.
Et ſiue Ieſus tantummodò poſitum eſt, intelligitur & Chriſtus ; quia Ieſus vnctus eſt.
Siue ſolummodò Chriſtus idem eſt Ieſus , quia vnctus eſt Ieſus. Quorum nominum
alterum eſt proprium , quod ab angelo impoſitum eſt : alterum accidens, quod ab vn-
ctione conuenit ; dum tamen Chriſtus filius ſit , non pater. Poſtremò, quàm cæcus eſt,
qui nec in Chriſti nomine intelligit alium Deum portendi , ſi Chriſto nomen patris
g Io. 20. 17. adſcribat ? Si enim Chriſtus pater Deus eſt, qui dicit , [g] *Aſcendo ad patrem meum , & pa-
trem veſtrum, & Deum meum, & Deum veſtrum ;* vtique alium patrem ſuper ſe & Deum
h Amos. 4. 13 oſtendit. Si item pater Chriſtus eſt, alius eſt [h] *qui ſolidat tonitruum, & condit ſpiritum , &
i Pſal. 2. 1. adnuntiat in homines Chriſtum ſuum.* Et ſi [i] *adſtiterunt reges terræ, & archontes congregati ſunt
in vnum, aduerſus Chriſtum ipſius ;* alius erit Dominus , contra cuius Chriſtum congre-
k Eſa 45. 1. gati ſunt reges, & archontes. Et ſi, [k] *Hæc dicit Dominus Domino meo Chriſto;* alius erit Do-
l Epheſ. 1. 17 minus qui loquitur ad patrem Chriſti. Et cùm Apoſtolus ſcribit, [l] *Vti Deus Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti det vobis ſpiritum ſapientiæ, & agnitionis;* alius erit Deus Chriſti Ieſu cha-
m Rom. 8. 11 riſmatum ſpiritualium largitor. Certè, nè per omnia euagemur , [m] *qui ſuſcitauit Chri-
ſtum, ſuſcitaturus eſt & mortalia corpora noſtra ;* iamque alius erit ſuſcitator , quàm pater
mortuus, & pater ſuſcitatus, ſi Chriſtus qui eſt mortuus, pater eſt.

CAPVT XXIX.

*Nos credimus , & dicimus Chriſtum filium Dei crucifixum & mortuum, ſecundùm humanam na-
turam : Patrem autem dici non poſſe compaſſum , quia tantùm Deus eſt , & impaßibilis na-
turæ.*

In p. ad circa. f. V. Chri. infirma. 5. à p. V. Chriſti Incarnat. 6. inf. V. Spiritus. S. 10.

OBMVTESCAT, obmuteſcat iſta blaſphemia : ſufficiat Chriſtum filium Dei
mortuum dici : & hoc , quia ita ſcriptum eſt. Nam & Apoſtolus non ſine onere
a 1. Cor. 15. 3 pronuntians [a] *Chriſtum mortuum*, adiecit, *ſecundùm ſcripturas* ; vt duritiam pronuntiatio-
nis, ſcripturarum auctoritate molliret , & ſcandalum auditori euerteret. Quamquam
cùm duæ ſubſtantiæ cenſeantur in Chriſto Ieſu, diuina, & humana, conſtet autem im-
mortalem eſſe diuinam, ſicut mortalem quæ humana ſit, apparet , quatenus eum mor-
tuum dicat ; id eſt, quà carnem, & hominem , & filium hominis , non quà ſpiritum , &
ſermonem, & Dei filium. Dicendo denique , [b] *Chriſtus mortuus eſt* , id eſt vnctus : id
b 1. Cor. 15 3 quod vnctum eſt, mortuum oſtendit, id eſt carnem. Ergo, inquis, & nos eadem ratione
Patrem mortuum dicentes, quà vos Filium , nos blaſphemamus in Dominum Deum:
non enim ex diuina, ſed ex humana ſubſtantia mortuum dicimus. Atquin blaſphema-
c Deut. 21. ris non tantum, quia mortuum dicitis patrem , ſed & quia crucifixum. [c] *Maledictione
23. enim crucifixi* , quæ ex lege in filium competit, (quia [d] *Chriſtus pro nobis maledictio factus
d Gal. 3. 13. eſt*, non pater,) Chriſtum in patrem conuertentes , in patrem blaſphematis. Nos au-
tem dicentes Chriſtum crucifixum, non maledicimus illum , ſed maledictum legis re-
ferimus ; quia nec Apoſtolus hoc dicens blaſphemauit. Sicut autem , de quo quid ca-
pit dici , ſine blaſphemia dicitur ; ita quod non capit, blaſphemia eſt , ſi dicatur. Ergo
nec compaſſus eſt pater filio; ſic enim directam blaſphemiam in patrem veriti, diminui
eam hoc modo ſperant, concedentes iam patrem , & filium duos eſſe ; ſi filius quidem
patitur , pater verò compatitur. Stulti & in hoc. Quid eſt enim compati , quàm cum
alio pati ? Porro , ſi impaſſibilis pater, vtique & incompaſſibilis. Aut ſi compaſſibilis,
vtique paſſibilis. Nihil ei vel hoc timore tuo præſtas. Times dicere paſſibilem, quem
dicis compaſſibilem. Tam autem incompaſſibilis pater eſt, quàm impaſſibilis etiam
filius, ex ea conditione qua Deus eſt. Sed quomodo filius paſſus eſt , ſi non compaſ-
ſus eſt & pater ? Separabatur à filio , non à Deo. Nam & fluuius ſi aliqua turbu-
lentia contaminatur , quamquam vna ſubſtantia de fonte decurrat , nec ſecernatur
à fonte , tamen fluuij iniuria non pertinebit ad fontem. Et licet aqua fontis ſit,
quæ patiatur in fluuio ; dum non in fonte patitur , ſed in fluuio ; non fons patitur, ſed
fluuius qui ex fonte eſt. Ita , etſi ſpiritus Dei quid pati poſſet in filio , quia tamen
nôn in patre pateretur , ſed in filio , pater paſſus non videretur. Sed ſufficit nihil ſpi-
ritum Dei paſſum ſuo nomine; quia ſi quid paſſus eſt , in filio quidem paſſus eſt, in quo
erat & pater, cùm filius pateretur in carne , quia hoc retractatum. Nec quiſquam ne-
gabit, quando & nos pati pro Deo non poſſumus , niſi ſpiritus Dei ſit in nobis, qui &

loquitur de nobis, quæ ſunt confeſſionis; non ipſe tamen patiens, ſed pati poſſe præſtans.

CAPVT XXX.

Tantùm abeſt vt filio compaſſus ſit Pater; quinimo filius ad patrem exclamauit: Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me?

In p. V. Chri. paſſio. 16. inf. V. Trinitas. 15. & in Alphab. Errorum. V. Ecſtaſis 9.

ALIOQVIN ſi vltrà pergas, potero tibi diutius reſpondere, & tecum ipſius Domini pronuntiatione committere, vtì dicam, quid de iſto quæris? habes ipſum
exclamantem in paſſione, [a] *Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquiſti?* Ergo aut filius a Matth. 27.
patiebatur à patre derelictus, & pater paſſus non eſt, qui filium dereliquit; aut ſi pater 46.
erat qui patiebatur, ad quem Deum exclamabat? Sed hæc vox carnis & animæ, id eſt Pſal. 21. 1.
hominis, non ſermonis; nec ſpiritus, id eſt non Dei, propterea emiſſa eſt, vt impaſſibilem Deum oſtenderet, qui ſic filium dereliquit, dum hominem eius tradidit in mortem. Hoc & Apoſtolus ſenſit, ſcribens, [b] *Si pater filio non pepercit.* Hoc & Eſaias prior b Rom. 8. 32
pronuntiauit, [c] *Et Dominus eum tradidit pro delictis noſtris.* Sic reliquit, dum non pepercit: c Eſa. 53. 5.
ſic reliquit, dum tradit. Cæterum, non reliquit pater filium, [d] *in cuius manibus filius* Pſal. 30. 6.
ſpiritum ſuum poſuit. Denique poſuit, & ſtatim obiit. Spiritu enim manente in carne, d Luc. 23. 46
caro omnino mori non poteſt. Ita, relinqui à patre, mori fuit filio. [e] *Filius igitur & mo-* e 1. Cor. 15. 3 f Io. 3. 13.
ritur, & reſuſcitatur à Patre, ſecundùm ſcripturas. Filius *aſcendit in ſuperiora cælorum, qui &* g Marci 16.
deſcendit in interiora terræ: [g] *hic ſedet ad dexteram patris*, non pater ad ſuam. Hunc videt 19.
Stephanus cùm lapidatur, adhuc ſtantem ad dexteram Dei, vt exinde ſeſſurum, [h] *donec* Act. 7. 55.
ponat illi pater omnes inimicos ſub pedibus ſuis. [i] Hic & venturus eſt rurſus ſuper nubes, h Pſ. 109. 2.
cœli, talis, qualis & aſcendit. Hic interim acceptum [l] *à patre munus effudit Spiritum ſan-* i Act. 1. 11.
ctum, tertium nomen diuinitatis, & tertium gradum maieſtatis, vnius prædicatorem k Act. 2. 2.
Monarchiæ, ſed & œconomiæ interpretatorem, ſi quis ſermones nouæ prophetiæ Io. 16. 13.
eius admiſerit, & [k] *deductorem omnis veritatis*, quæ eſt in patre, & filio, & Spiritu ſancto, ſecundùm Chriſtianum Sacramentum.

CAPVT XXXI.

Iudaicum eſt, vnum Deum tantùm Patrem agnoſcere, cui populo non ita expreſſa fides trium perſonarum reuelata eſt in veteri lege, ſicut nobis in noua manifeſtata eſt expreſſe Trinitas. Antichriſtorum porro eſt negare patrem & filium.

Per totum. V. Trinitas. 15

CÆTERVM, Iudaicæ fidei iſta res, ſic vnum Deum credere, vt filium adnumerare ei nolis, & poſt filium, Spiritum. Quid enim erit inter nos, & illos, niſi diffe-
rentia iſta? Quod opus Euangelij, quæ eſt ſubſtantia noui Teſtamenti, ſtatuens [a] *legem* a Matth. 11.
& prophetas vſque ad Ioannem, ſi non exinde pater, & Filius, & Spiritus, tres crediti, 13.
vnum Deum ſiſtunt? ſic Deus voluit nouare ſacramentum, vt nouè vnus crederetur per filium, & Spiritum, vt coram iam Deus in ſuis proprijs nominibus, & perſonis cognoſceretur, qui & retro per Filium, & Spiritum prædicatus, non intelligebatur. Vi-
derint igitur [b] *Antichriſti, qui negant Patrem, & filium.* Negant enim patrem, dum eun- b 1. Io. 2. 22.
dem filium dicunt; & negant filium, dum eundem patrem credunt, dando illis quæ non ſunt, auferendo quæ ſunt. [c] *Qui verò confeſſus fuerit Chriſtum filium Dei*, non pa-
trem, [d] *Deus in illo manet, & ipſe in Deo. Nos credimus teſtimonio Dei, quo teſtatus eſt de filio* c 1. Io. 4. 15.
ſuo, Qui filium non habet, nec vitam habet. Non autem filium, qui eum alium, quàm filium d 1. Io. 5. 11.
credit. 12.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI
DE PVDICITIA.

In librum de Pudicitia.

ARGVMENTVM.

Argumentum huius libri ſuggerit nobis S. Hieronymus Epiſt. 146. ad Damaſum de duobus filiis. Vehementer, inquit, admiror Tertullianum in eo libro,

ſunt ſemina; nec eruditi, ita deſerta ſunt ſtudia; nec cogi, ita exarmata ſunt iuta. Denique, de qua incipimus, euſque iam exoleuit, vt non eiuratio, ſed moderatio libidinum, Pudicitia credatur, iſque ſatis caſtus habeatur, qui minus caſtus fuerit. Sed viderit ſæculi pudicitia cum ſæculo ipſo, cum ſuo ingenio ſi naſcebatur, cum ſuo ſtudio ſi erudiebatur, cum ſuo ſeruitio ſi cogebatur, niſi quòd infelicior etiam, ſi ſtetiſſet, vt infructuoſa, quæ non apud Deum egiſſet. Malim nullum bonum, quàm vanum. Quid prodeſt eſſe, quod eſſe non prodeſt? Noſtrorum bonorum ſtatus iam exigitur, Chriſtianæ pudicitiæ ratio concutitur: quæ omnia de cœlo trahit, & naturam per lauacrum regenerationis, & diſciplinam per inſtrumentum prædicationis, & cenſuram per iudicia ex vtroque Teſtamento, & coacta conſtantius ex metu, & voto æterni ignis, & regni. Aduerſus hanc nonnè diſſimulare potuiſſem? Audio etiam edictum eſſe propoſitum, & quidem peremptorium; Pontifex ſcilicet Maximus, quod eſt, Epiſcopus Epiſcoporum, edicit: Ego & mœchiæ, & fornicationis delicta, pœnitentia functis dimitto. O e[..]ictum, cui adſcribi non poterit Bonum factum! Et vbi proponetur liberalitas iſta? Ibidem, opinor, in ipſis libidinum ianuis, ſub ipſis libidinum titulis. Illic eiuſmodi pœnitentia promulganda eſt, vbi delinquentia ipſa verſabitur. Illic legenda eſt venia, quò cum ſpe eius intrabitur. Sed hoc in Eccleſia legitur, & in Eccleſia pronuntiatur, & virgo eſt. Abſit, abſit à ſponſa Chriſti tale præconium. Illa quæ vera eſt, quæ pudica, quæ ſancta, carebit etiam au[..]ium macul[..]. Non habet quibus hoc repromittat. Et ſi habuerit, non repromittit; quoniam & [a] *terrenum Dei templum citius ſpelunca latronum appellari potuit à Domino*, quàm mœchorum & fornicatorum. Erit igitur & hic [a Matth. 21. 13.] aduerſus Pſychicos titulus, aduerſus meæ quoque ſententiæ retro penès illos ſocietatem, quò magìs hoc mihi in notam leuitatis obiectent. Nunquam ſocietatis repudium delicti præiudicium eſt: quaſi non facilius ſit errare cum pl[..]ribus, quando veritas cum paucis ametur. Atenim me non magis dedecorabit vtilis l[..]uitas, quam ornarit nocens. Non ſuffundor errore quo carui, quia catu[..]ſſe delector, qui a meliorem me & pudiciorem recognoſco. Nemo proficiens erubeſcit. Habet & in Chriſto ſcientia ætates ſuas, per quas deuolutus eſt & Apoſtolus. [b] *Quum paruulus*, inquit, *eſſem, tanquam paruulus loquebar, tanquam paruulus ſapiebam. At vbi vir ſum factus, ea quæ paruuli fuerant, euacuaui.* [b 1. Cor. 13. 11.] Adeo diuertit à ſententiis priſtinis, nec idcirco deliquit, quòd [c] *æmulator factus eſt, non paternarum traditionum*, ſed Chriſtianarum; [d] *optans etiam vt præciderentur, qui circumciſionem detinendam ſuadebant.* [c Gal. 1. 14.] [d Ibid. 7.] Atque vtinam & iſti, qui meram, & veram integritatem carnis obtruncant, amputantes non ſummam ſuperficiem, ſed intimam effigiem pudoris ipſius, quum mœchis & fornicatoribus veniam pollicentur, aduerſus principalem Chriſtiani nominis diſciplinam, quam ipſum quoque ſeculum vſque adeò teſtatur, vt, ſi quando, eam in feminis noſtris inquinamentis potius carnis, quàm tormentis punire contendat, id volens eripere, quod vitæ anteponant. Sed iam hæc gloria extinguitur, & quidem per eos, quos tanto conſtantius oportuerat eiuſmodi maculis nullam ſubſcribere veniam, quantò propterea quotiens volunt, nubunt, nè mœchiæ & fornicationi ſuccidere cogantur: quoniam [e] *melius eſt nubere quàm vri*. Nimirum pro- [e 1. Cor. 7.] pter continentiam, incontinentia neceſſaria eſt, incendium ignibus extinguetur. Cur ergo & crimina poſtmodùm indulgent pœnitentiæ nomine, quorum remedia præſtituunt multinubentiæ iure? Nam & remedia vacabunt, cum crimina indulgentur; & crimina manebunt, ſi remedia vacabunt. Itaque vtrobique de ſollicitudine, & negligentia ludunt, præcauendo vaniſſimè quibus parcunt, & parcendo ineptiſſime quibus præcauerunt; cùm aut præcauendum non ſit, vbi parcitur; aut parcendum non ſit, vbi præcauetur. Præcauent enim, quaſi nolint admitti; tale quid; indulgent autem, quaſi velint admitti, quando ſi admitti nolint, non debeant indulgere; ſi indulgere velint, non debeant præcauere. Nec enim mœchia & fornicatio de modicis, & de maximis delictis deputabuntur, vt vtrumque competat & ſollicitudo quæ præcauet, & ſecuritas quæ indulget. Sed cùm ea ſint, quæ culmen criminum teneant, non capit & indulgeri quaſi modica, & præcaueri quaſi maxima. Nobis autem maxima, aut ſumma ſic quoque præcauentur, dum nec ſecundas quidem poſt fidem nuptias permittitur noſſe, nuptialibus, & dotalibus ſi fortè tabulis à mœchiæ & fornicationis opere diuerſas. Et ideo duriſſimè nos infamantes, Paracletum, diſciplinæ enormitate, digamos foris ſiſtimus, eundem limitem liminis mœchis quoque & fornicatoribus figimus, ieiunas pacis lacrymas profuſuris, nec amplius ab Eccleſia quàm publicationem dedecori[..] relaturis.

SED prius decidam intercedentem ex diuerſo reſponſionem ad eam pœnitentiæ ſpeciem, quam cummaximè definimus venia carere. Si enim, inquiunt, aliqua pœnitentia caret venia, jam nec in totum agenda tibi eſt. Nihil enim agendum eſt fruſtrà. Porro, fruſtrà agetur pœnitentia, ſi caret venia. Omnis autem pœnitentia agenda eſt. Ergo omnis veniam conſequatur, nè fruſtrà agatur; quia non erit agenda, ſi fruſtrà agatur. Porro, fruſtrà agetur, ſi venia carebit. Meritò vtique ita opponunt, quoniam hujus quoque pœnitentiæ fructum, id eſt veniam, in ſua poteſtate vſurpauerunt. Quantum enim ad illos, à quibus pacem humanam conſequitur: quantum autem ad nos, qui ſolùm Dominum meminimus delicta concedere, & vtique mortalia, non fruſtrà agetur. Ad Dominum enim remiſſa, & illi exinde proſtrata, hoc ipſo magìs operabitur veniam, quòd eam à ſolo Deo exorat, quòd delicto ſuo humanam pacem ſufficere non credit, quòd Eccleſiæ mauult erubeſcere, quàm communicare. Adſiſtit enim pro foribus eius, & de notæ ſuæ exemplo cæteros admonet, & lacrymas fratrum ſibi quoque aduocat, & redit plus vtique negotiata, compaſſionem ſcilicet, quàm communicationem. Et ſi pacem hîc non metit, apud Dominum ſeminat. Nec amittit, ſed pręparat fructum. Non vacabit ab emolumento, ſi non vacauerit ab officio. Ita nec pœnitentia hujuſmodi vana, nec diſciplina ejuſmodi dura eſt. Deum ambæ honorant: illa nihil ſibi blandiendo, facilius impetrabit; iſta nihil ſibi adſumendo, plenius adiuuabit.

CAPVT IV.

Docet ſe fornicationis & Mœchiæ nomine, omnia carnis, & libidinis complecti peccata.

In p. in alphab. Errorum. V. Remiſsio. 3. à p. V. luxuria. 7. circa. f. V. Nuptiæ in Eccleſia contrahendæ. 2.

POSSVMVS igitur demandata pœnitentiæ diſtinctione, ad ipſorum jam delictorum regredi ſenſum, an ea ſint quæ veniam ab omnibus conſequi poſſint. In primis, quod mœchiam & fornicationem nominamus; vſus expoſtulat: habet & fides quorundam nominum familiaritatem: ita in omni opuſculo vſum cuſtodimus. Cæterùm, & ſi adulterium, & ſi ſtuprum dixero, vnum erit contaminatæ carnis elogium. Nec enim intereſt nuptam alienam, an viduam quis incurſet, dum non ſuam fœminam. Sicut nec locis refert, in cubiculis, an in curribus pudicitia trucidetur. Omne homicidium extra ſiluam, latrocinium eſt. Ita & vbicunque, vel in quamcunque, ſemetipſum adulterat, & ſtuprat, qui aliter quàm nuptiis vtitur. Ideo penès nos occultæ quoque conjunctiones, id eſt, non prius apud Eccleſiam profeſſæ, iuxta mœchiam & fornicationem iudicari periclitantur. Nec inde conſertæ obtentu matrimonii crimen eludant. Reliquas autem libidinum furias impias, & in corpora, & in ſexus, vltra iura naturæ, non modò limine, verùm omni Eccleſiæ tecto ſubmouemus; quia non ſunt delicta, ſed monſtra.

CAPVT V.

Probat ex ſcriptura Mœchiam, idololatriæ, & homicidio comparari.

In p. ad circa. f. V. luxuria. 4. in f. in alphab. Errorum. V. Remiſsio. 4.

ERGO mœchia, quod etiam fornicationis eſt res, ſecundùm opus criminis, quanti æſtimanda ſit ſceleris, prima lex Dei præſtò eſt. Siquidem poſt interdictam alienorum deorum ſuperſtitionem, ipſorumque idolorum fabricationem; poſt commendatam ſabbati venerationem; poſt imperatam in parentes, ſecundam à Deo religionem, nullum aliud in talibus titulis firmandis, monendiſque ſubſtruxit præceptum, quàm, [a] *Non mœchaberis*. Poſt ſpiritalem enim caſtitatem, ſanctitatemque, corporalis ſequebatur integritas. Et hanc itaque muniuit, hoſtem ſtatim eius prohibendo, mœchiam. Quale delictum jam intellige, cujus cohibitionem poſt idololatriæ ordinauit. Nihil ſecundùm, longinquat à primo. Nihil tam proximum primo, quàm ſecundum. Quod fit ex primo, aliud quodammodò primum eſt. Itaque mœchia adfinis idololatriæ. Nam & idololatria mœchiæ nomine, & fornicationis ſæpè populo exprobrata, etiam ſorte conjungetur illi, ſicut & ſerie: etiam damnatione cohærebit illi, ſicut & diſpoſitione. Eò amplius præmittens, *Non mœchaberis*; adiungit, [b] *Non occides*. Onerauit vtique mœchiam, quam homicidio anteponit. In prima itaque fronte ſanctiſſimæ legis, in primis titulis cœleſtis edicti, principalium vtique delictorum præſcriptione ſignata, de loco modum, de ordine ſtatum, de confinio meritum cuiuſque dignoſcas. Eſt & mali dignitas, quod in ſummo, aut in medio peſſimorum collocatur. Pompam quandam atque ſuggeſtum adſpicio mœchiæ, hinc deducatum idololatriæ antecedentis, hinc comitatum homicidij inſequentis. Inter duos

[a] Exo. 20.
Exò. 34. 15.
[b] Exo. 20. 14

apices ſacinorum eminentiſſimos,ſine dubio digna cooſedit, & per medium eorum quaſi vacantem locom pari criminis auctoritate compleuit. Quis enim talibus lateribus incluſam, talibus coſtis circunſultam, à cohærentium corpore diuellet, de vicinorum criminum nexu: de propioquorum ſcelerum complexu, vt ſolam eam ſecernat ad pœnitentiæ fructum? Nonnè hinc idololatria, inde homicidium, detioebunt; & ſi qua vox fuerit, reclamabunt, Noſter hic cuneus eſt, noſtra compago. Ab idololatria metamur, illa diſtinguente conjungimur, illi de medio emicanti adunamur; concorporauit nos ſcriptura diuina, literæ ipſæ glutina noſtra ſunt, jam nec ipſa ſine nobis poteſt. Ego quidem Idololatria ſæpiſſimè mœchiæ occaſionem ſubminiſtro. Sciunt luci mei, & mei monres, & viuæ aquæ, ipſaque in vrbibus templa, quantum euertendæ pudicitiæ procuremus. Ego quoquè Homicidium noonunquam mœchiæ elaboro. Vt tragœdias omittam, ſciunt hodie venenarii, ſciunt magi, quot pellicarus vlciſcar, quot riualitates defendam, quot cuſtodes, quot delatores, quot conſcios auferam. Sciunt etiam obſtetrices, quot adulteri conceptus trucidentur. Etiam apud Chriſtianos non eſt mœchia ſine nobis, ibidem ſunt idololatriæ, vbi mundi ſpiritus res eſt. ibidem eſt & homicidium, vbi homo, quum inquinatur, occiditur. Igitur aut nec illis, aut etiam nobis pœnitentiæ ſubſidia conuenient. Aut detinemus eam, aut ſequimur. Hæc ipſæ res loquuntur. Si res voce deficiunt, adſiſtit idololatres, adſiſtit homicida, in medio eorum adſiſtit & mœchus, pariter de Pœnitentiæ officio ſedent in ſacco, & cinere inhorreſcunt, eodem flatu gemiſcunt, eiſdem precibus ambiunt, eiſdem genibus exorant; eandem inuocant matrem. Quid agis molliſſima
c Matth. 5. & humaniſſima diſciplina? Aut omnibus eis hoc eſſe debebis, [c] *Beati enim pacifici*, Aut ſi
9. non omnibus, noſtra eſſe. Idololatram quidem, & homicidam ſemel damnas, mœchum verò de medio excipis? idololatriæ ſucceſſorem, homicidæ anteceſſorem, vtriuſque collegam? Perſonæ acceptatio eſt, miſerabiliores pœnitentias reliquiſti.

CAPVT VI.

Quamuis teſtamentum vetus exempla proferat veniæ indultæ mœchis, profert alia quoque iudicij diuini. Ad hoc longè diuerſa eſt circa mœchiam noui ratio teſtamenti.

In p. in alphab. Errorum. V. Remiſsio. 4. à p. V. legis vet. abrogatio 8 & V. lex noua 1. circa. m. in alphab. Errorum. V. Remiſsio. 5. in m. in Alphab. Errorum. V. Pſychici. 13. à m. V. luxuria. 10. circa. f. V. crux. 11. in f. in Alphab. Errorum. V. remiſsio 6.

PLANE, ſi oſtendas de quibus patrociniis exemplorum, præceptorumque cœleſtium, ſoli mœchiæ, & in ea fornicationi quoque januam pœnitentiæ expandas, ad hanc
a Eſa. 43. 18 iam lineam dimicabit noſtra congreſſio. Præſcribam tamen tibi formam neceſſe eſt, nè
b Hie. 4. 4. ad vetera manum emittas, nè in terga reſpicias. [a] *Vetera enim tranſierunt* ſecundùm Eſa-
c Philip. 3. 13 iam, & [b] *nouata eſt iam nouatio* ſecundùm Hieremiam; & [c] *obliti poſteriorum, in priora*
d Matth. 11. *porrigimur* ſecundùm Apoſtolum; & [d] *Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem*, ſecundùm
13. Dominum. Nam & ſi cummaximè à lege cœpimus, demonſtrando mœchiam, meritò ab
e Matth. 11 eo ſtatu legis, quem [e] *Chriſtus non diſſoluit, ſed impleuit.* Onera enim legis vſque ad Ioan-
13. nem, non remedia: operum iuga reiecta ſunt, non diſciplinarum: libertas in Chriſto, non fecit innocentiæ injuriam. Manet lex tota pietatis, ſanctitatis, humanitatis, veritatis,
f Pſal. 1. 2. caſtitatis, iuſtitiæ, miſericordiæ, beneuolentiæ, pudicitiæ. In qua lege, [f] *Beatus vir qui*
g Pſal. 18. 8. *meditabitur die ac nocte.* De qua idem Dauid rurſus, [g] *Lex Domini inuituperabilis, conuer-*
h Rom. 7. 12 *tens animas. jura Domini directa, oblectantia corda: præceptum Domini longè lucens, illumi-*
i Exo. 20. 14 *nans oculos.* Sic & Apoſtolus, [h] *Itaque lex quidem ſancta eſt, & præceptum ſanctum, & opti-*
k Rom. 3. 31 *mum; non vtique,* [i] *Non mœchaberis.* Sed & ſuprà, [k] *Legem ergo euacuamus per fidem? Abſit,*
l Exo. 20. 14 *ſed legem ſiſtimus*; ſcilicet in his quæ & nunc nouo Teſtamento interdicta, etiam cumula-
m Matth. 5. 28. riore præcepto prohibentur. Pro, [l] *Non mœchaberis,* [m] *Qui viderit ad concupiſcentiam, jam*
n Exo. 20. 13 *mœchatus eſt in corde ſuo.* & pro, [n] *Non occides, Qui dixerit fratri ſuo Racha, reus erit gehennæ.*
2. Reg. 12. Quære an ſalua ſit lex non mœchandi; cui acceſſit, nec concupiſcendi. Cæterùm, ſi
9. 14. qua vobis exempla in ſinum plaudent, non opponentur huic quam defendimus diſcipli-
*idololatriæ næ. Fruſtra enim lex ſupraſtructa eſt, origines quoque delictorum, id eſt, concupiſcen-
Iudic. 3 30. tias, & voluntates, non minus quàm facta condemnans, ſi ideo hodie concedetur mœchiæ
Iudic. 4. 24 venia, quia & aliquando conceſſa eſt. Cur emolumento hodie pleniore diſciplina coerce-
3. Reg. 21. 27. 28. tur, niſi vt majore forſitan lenocinio tuo indulgeatur? Dabis ergo & * idololatræ & om-
Gen. 19 33. ni apoſtatæ veniam, quia & populum ipſum totiens reum iſtorum, totiens inuenimus re-
Gen. 38. 18. tro reſtitutum. Communicabis & homicidæ; quia & Nabothæ ſanguinem Achab deprecatione deleuit; & Dauid Vriæ cædem, tum cauſam eius mœchiam, confeſſione purgauit. Iam & inceſta donabis, propter Loth; & fornicationes cum inceſto, propter

Iudam;

dam ; & turpes de proſtitutione nuptias , propter Oſee ; & non tantùm frequentatas , verum & ſemel plures , propter patres noſtros : vtique enim dignum eſt peræquari nunc quoque gratiam circa omnia retro indulta , ſi de priſtino aliquo exemplo venia mœchiæ vindicatur. Habemus quidem & nos eiuſdem vetuſtatis exempla pro ſententia noſtra , non modo non indulti , verumetiam repræſentati iudicij fornicationis. Et vtique ſufficit tantum numerum viginti quatuor millium populi fornicantis in filias Moab , vna plaga ruiſſe. Sed malo in gloriam Chriſti , a Chriſto deducere diſciplinam. Habuerint priſtina tempora omnis impudicitiæ , ſi volunt Pſychici etiam poteſtatem. Luſerit antè Chriſtum caro, immò perierit antequam à Domino ſuo requiſita eſt ; nondum erat digna dono ſalutis , nondum apta officio ſanctitatis : adhuc in Adam deputabatur cum ſuo vitio , facilè quod ſe ſpecioſum viderat concupiſcens , & ad inferiora reſpiciens, & de ficulneis ſolus pruriginem retinens : inhærebat vſquequaque libidinis virus , & iactæ ſordes non ablui idoneæ , quod nec ipſæ adhuc aquæ lauerant. At vbi ſermo Dei deſcendit in carnem , nè nuptiis quidem reſignatam ; ° *& ſermo caro factus eſt* , nè nuptiis quidem reſignanda , quæ ad lignum , non incontinentiæ , ſed tolerantiæ accederet , quæ non dulce aliquid , ſed amarum aliquid inde guſtaret ; quæ non ad inferos , ſed ad cœlum pertineret ; quæ non laſciuiæ frondibus , ſed ſanctimoniæ floribus præcingeretur ; quæ munditias ſuas aquis traderet ; exinde caro quæcunque in Chriſto reliquas ſordes priſtinas ſoluit ; alia iam res eſt , noua emergit iam , non ex ſeminis limo , non ex concupiſcentiæ fimo , ſed ex aqua pura & ſpiritu mundo. Quid itaque illam de priſtino excuſas ? Non corpus Chriſti ; non membra Chriſti ; non templum Dei vocabatur , cùm veniam mœchiæ conſequebatur. Itaque ſi exinde quo ſtatum vertit , & in Chriſtum tincta , induit Chriſtum , & magno redempta eſt , ſanguine ſcilicet Domini & Agni ; tenes aliquot exemplum , ſiue præceptum, ſiue formam, ſiue ſententiam indultæ ſiue indulgendæ fornicationis atque mœchiæ ; habes etiam temporis à nobis definitionem , ex quo deputetur ætas quæſtionis.

Oſee.1. 2.
Gen 16 3.
Gen.30. 26
Gen. 3. 6 7.
° Io.1.14.
1.Cor. 12 17
& c.6.15.19.
2.Cor.6 16.
Gal.3. 27.
1.Cor.6.10.

CAPVT VII.

Fusè proſequitur parabolam ouis , & drachmæ perditæ, quam Ethnico , & non fideli vult aptari.

In p in alphab Errorum. V Remiſsio. 6. & V. Chri. lenitas. 2. in m. in Alphab. errorum. V. remiſsio. 6. inf. & V. ſpectacula. 21. circa. f. V. luxuria. 3.

A Parabolis licebit incipias , vbi eſt ouis perdita à Domino requiſita , & humeris eius reuecta. Procedant ipſæ picturæ calicum veſtrorum , ſi vel in illis perlucebit interpretatio pecudis illius , vtrumnè Chriſtiano , an ethnico peccatori de reſtitutione conliniet. Præſcribimus enim ex naturæ diſciplina , ex lege auris & linguæ , ex mentis ſanitate , ea ſemper reſponderi , quæ prouocantur , id eſt , ad ea quæ prouocant. Prouocabat, vt opinor , quod Phariſæi publicanos & peccatores ethnicos admittendum Dominum , & cum illis de victu communicantem indignati muſſitabant. Ad hoc Dominus, Pecudis perditæ reſtitutionem , cui a[illegible] configurâſſe credendum eſt , quam ethnico perdito , de quo agebatur ; non de Chriſtiano , qui adhuc nemo ? aut quale eſt , vt Dominus quaſi cauillator reſponſionis , omiſſa ſpecie præſenti quam repercutere deberet , de futura laboret ? Sed ouis propriè Chriſtianus , & grex Domini , Eccleſiæ populus , & paſtor bonus Chriſtus , & ideo Chriſtianus in oue intelligendus, qui ab Eccleſiæ grege errauerit Ergo nihil ad Phariſæorum muſſitationem reſpondiſſe vis Dominum, ſed ad tuam præſumptionem. Et tamen ita eam vindicare debebis, vt neges in ethnicum competere, quæ in Chriſtianum exiſtimas conuenire. Dic mihi, nonnè omne hominum genus vnus Dei grex eſt ? Nonnè vniuerſarum gentium idem Deus , & Dominus , & paſtor eſt ? Quis magìs perit à Deo , quàm ethnicus , quamdiu errat ? Quis magìs requiritur à Deo , quàm ethnicus , quando reuocatur à Chriſto ? Denique , antecedit hic ordo in ethnicis. Siquidem non aliter Chriſtiani ex ethnicis fiunt , niſi prius perditi , & à Deo requiſiti , & a Chriſto reportati Ita etiam hunc ordinem ſeruari oportet , vt in eos tale aliquid interpretemur , in quibus prius eſt. At tu , opinor , hoc velles , vt ouem non de grege perditam faceret, ſed de arca, vel de armario. Sic , etſi ethnicorum reliquum numerum iuſtum ait, non ideo Chriſtianos eſſe oſtendit , cum Iudæis agens , & illos cummaximè obtundens , quòd indignarentur ſpei ethnicorum : ſed vt exprimeret aduerſus liuorem Phariſæorum ſuam gratiam , & beneuolentiam , etiam circa vnum ethnicum , præpoſuit vnius peccatoris ſalutem ex pœnitentia , quàm illorum ex iuſtitia. Aut nunquid non iuſti Iudæi , & quibus pœnitentia opus non eſſet , habentes gubernacula diſciplinæ , & timoris inſtrumenta, Legem , & Prophetas ? Poſuit igitur illos in parabola , & ſi non quales erant , ſed quales eſſe debuerant , quò magìs ſuffunderentur , & aliis , & non ſibi pœnitentiam audientes

Luc. 15 4. 5.

neceſſariam. Proinde in drachmæ parabola, vt ex eadem materia prouocata, æquè ethnicum drachmam interpretamur; etſi in domo amiſſam, quaſi in Eccleſia, etſi ad lucernæ lumen repertam, quaſi ad Dei verbum. Atquin totus hic mundus vna omnium domus eſt: in quo, magis in ethnico gratia Dei illucet, qui in tenebris inuenitur, quàm Chriſtiano, qui iam in Dei luce eſt. Denique, & oui, & drachmæ vnus error adſcribitur. Nam ſi iam in Chriſtianum peccatorem deſingerentur, poſt fidem perditam, & iterata amiſſio eorum, & reſtitutio notaretur. Decedam nunc paulisper de gradu iſto, quo magìs eum etiam decedendo commendem, cùm ſic quoque obduxero diuerſæ partis præſumptionem. Condico Chriſtianum iam peccatorem in parabola vtraque portendi: non tamen ideo eum adfirmandum, qui de facinore mœchiæ, & fornicationis reſtitui per pœnitentiam poſſit. Licet enim periſſe dicatur, erit & de perditionis genere retractare, quia & ouis non moriendo, ſed errando; & drachma non intereundo, ſed latitando perierunt. Ita, licet dici periſſe, quod ſaluum eſt. Perit igitur & fidelis elapſus in ſpectaculum quadrigarii furoris, & gladiatorii cruoris, & ſcenicæ fœditatis, & xyſticæ vanitatis, in luſus, in conuiuia ſæcularis ſolennitatis, in officium, in miniſterium alienæ idololatriæ; aliquas artes adhibuit curioſitatis: in verbum ancipitis negationis, aut blaſphemiæ impegit, ob tale quid extra gregem datus eſt, vel & ipſe fortè ira, tumore, æmulatione, quid denique ſæpe fit, dedignatione caſtigationis abrupit, debet requiri, atque reuocari. Quod poteſt recuperari, non poterit, ſi foris perſeuerauerit. Benè interpretaberis parabolam, viuentem adhuc reuocans peccatorem. Mœchum verò, & fornicatorem, quis non mortuum ſtatim admiſſo pronuntiauit? Quo ore mortuum reſtitues in gregem, ex parabolæ eius auctoritate, quæ non mortuum pecus reuocat? Denique, ſi meminiſti Prophetarum, cùm paſtores increpantur, puto Ezechielis eſt vox, [a] *Paſtores, ecce lac deuoratis, & lanis veſtimini; quod forte eſt, occidiſtis; quod infirmum eſt, non curaſtis, quod comminutum eſt, non ligaſtis, quod expulſum eſt, non conuertiſtis; quod periit, non requiſiſtis.* Nunquid & de mortuo exprobrat, quòd non & illud in gregem reficere curauerint? Planè ingerit, quòd perire oues fecerint, & à beſtiis agri comedi: neque poſſunt nec perire in mortem, nec comedi, ſi relinquantur, vt non perditæ in mortem & comeſtæ reſumantur. Iuxta drachmæ quoque exemplum, etiam intra domum Dei Eccleſiam, licet eſſe aliqua delicta, pro ipſius drachmæ modulo ac pondere mediocria, quæ ibidem deliteſcentia, mox ibidem & reperta, ſtatim ibidem cum gaudio emendationis tranſigantur. Mœchiæ vero, & fornicationis non drachma, ſed talentum, quibus exquirendis, non lucernæ ſpiculi lumine, ſed totius ſolis lancea opus eſt. Simul apparuit, ſtatim homo de Eccleſia expellitur, nec illic manet, nec gaudium confert repertrici Eccleſiæ, ſed luctum; nec congratulationem aduocat vicinarum, ſed contriſtationem proximarum fraternitatum. Commiſſa itaque etiam hac noſtra, cum illorum interpretatione, eò magìs in ethnicum ſpectabunt, & ouis, & drachmæ argumenta, quanto nec in eius delicti Chriſtianum competere poſſunt, propter quod in Chriſtianum de diuerſa parte coguntur.

a Ezech. 34. 3. & 4.

Luc. 15. 8.

CAPVT VIII.

Parabolam filij prodigi vult non Iudæo & fideli, ſed ethnico competere.

Per totum. V. ſcriptura noui teſtamenti. 4. à p. ad m. V. Iudæi. 9.

SED enim pleroſque interpretes parabolarum idem exitus decipit, quem in veſtibus purpura oculandis ſæpiſſime euenire eſt: quum putaueris rectè conciliaſſe temperamenta colorum, & credideris comparationes eorum inter ſe animaſſe, erudito mox vtroque corpore, & luminibus expreſſis, errorem omnem traducta diuerſitas euomet. Eadem itaque caligine, circa filiorum quoque duorum parabolam quibuſdam ad præſens concolorantibus figuris, à vero lumine exorbitant eius comparationis, quam parabolæ materia prætexit. Duos enim populos in duobus filiis collocant, Iudaïcum majorem, Chriſtianum minorem. Nec enim poſſunt exinde Chriſtianum peccatorem in filio minore diſponere veniam conſecututum, niſi in majore Iudaicum expreſſerint. Porro, ſi Iudaicum oſtendero deficere a comparatione filii majoris, conſequenter vtique nec Chriſtianus admittetur ad configurationem filii minoris. Licet enim filius audiat & Iudæus, & major, quia prior in adoptione; licet & Chriſtiano reconciliationem Dei Patris inuideat, quod vel maximè diuerſa pars carpit, ſed non erit Iudæi dictum ad Patrem, [a] *Ecce quot annis tibi ſeruio, & præceptum tuum nunquam præterii.* Quando enim non tranſgreſſor legis Iudæus, [b] *aure audiens, & non audiens?* [c] *odio habens tra-*

Luc. 15. 11. & ſeq.

Rom. 9. 4.

a Luc. 15. 29
b Eſa. 6. 10.
c Eſa. 29. 21.

ducentem in portis, & aſpernamento ſermonem ſanctum? Sic nec Patris ad Iudæum erit vox;
[d] *Tu ſemper mecum es, & omnia mea, tua ſunt.* Iudæi enim apoſtatæ filii pronuntiantur; d Luc. 15. 31.
generati quidem, & in altum elati, ſed [e] *qui non computauerint Dominum, & qui dereliquerint Dominum, & in iram prouocauerint Sanctum Iſraël.* Omnia planè Iudæo conceſſa di- e Eſa 1. 3. 4.
cemus, cui etiam conditio gratior quæque de gula erepta eſt, nèdum ipſa terra paternæ
promiſſionis. Atque adeò non minus hodie Iudæus, quàm minor filius prodacta ſubſtan-
tia Dei in aliena regione mendicat, ſeruiens vſque adhuc principibus eius, id eſt, ſæculi Luc. 15. 13.
hujus. Quærant igitur alium Chriſtiani ſuum fratrem; Iudæum enim parabola non re- 14.
cipit. Multo aptius Chriſtianum majori, & Iudæum minori filio adæquaſſent ſecundùm
fidei comparationem, ſi ordo vtriuſque populi ab vtero Rebeccæ deſignatus, permitte-
ret demutationem, niſi quòd & clauſula refragaretur. Chriſtianum enim de reſtitutione
Iudæi gaudere, & non dolere conueniet: ſiquidem tota ſpes noſtra, cum reliqua Iſraëlis Gen. 25. 22.
exſpectatione conjuncta eſt. Ita & ſi quædam faciant, ſed aliis contrà ſapientibus intere- Luc. 15. 28.
mitur exemplorum peræquatio. Quanquam etſi omnia adſpeculum reſpondere poſſint, Rom. 11. 5.
vnum ſit præcipuum periculum interpretationum, nè aliorſum temperetur felicitas com- 12. 25.
parationum quam quò parabolæ cuiuſque materia mandauit. Meminimus enim & hiſtrio-
nes, cùm allegoricos geſtus adcommodant canticis, alia longè à præſenti & fabula, &
ſcena, & perſona, & tamen congruentiſſimè exprimentes. Sed viderit ingenium extra-
ordinarium. Nihil enim ad Andromacham. Sic hæretici eaſdem parabolas quò volunt
tribuunt, non quò debent aptiſſimè excludunt. Quare aptiſſimè? quoniam a primordio
ſecundùm occaſiones parabolarum, ipſas materias confinxerunt doctrinarum. Vacauit
ſcilicet illis ſolutis à regula veritatis, ea conquirere atque componere, quorum parabolæ
videntur.

CAPVT IX.

Proſequitur eandem parabolam prodigi ad pœnitentiam admiſſi, gentili adaptare.

In p. V. ſcriptura noui teſt. 4. in f. à p. V. publicani, & V. ſcriptura noui teſt. 5. & V. Chriſtianus. 23. & V. Dei miſericordia. 3. in m. in alphab. Errorum. V. Remiſſio. 7. & V. gentilium probra. 3. à m. V. ad Euchariſtiam diſpoſitio. 3. circa f. V. Martyres. 9.

NOs autem, quia non ex parabolis materias commentamur, ſed ex materiis para-
bolas interpretamur, nec valde laboramus omnia in expoſitione torquere, dum con-
traria quæque caueamus: quare centum oues? & quid vtique decem drachmæ? & quæ
illæ ſcopæ? Neceſſe erat, qui vnius peccatoris ſalutem grauiſſimam Deo volebat expri-
mere, aliquam numeri quantitatem nominaret, de quo vnum quidem periſſe deſcriberet; Luc 15. 4.
neceſſe erat vt habitus requirentis drachmam in domo, tam ſcoparum, quàm lucernæ
adminiculo adcommodaretur. Huiuſmodi enim curioſitates, & ſuſpecta faciunt quædam,
& coactarum expoſitionum ſubtilitate plerunque deducunt à veritate. Sunt autem quæ
& ſimpliciter poſita ſunt ad ſtruendam, & diſponendam, & texendam parabolam, vt illuc
perducantur, cui exemplum procuratur. Et duo vtique filii illuc ſpectabunt, quò &
drachma, & ouis. Quibus enim cohærent, eandem habent cauſam, eandem vtique muſ-
ſitationem Phariſæorum erga commercium Domini ethnicorum: aut ſi quis dubitat eth-
nicos fuiſſe publicanos apud Iudæam, vſurpatam iam pridem Pompeii manu, atque Lu-
culli, legat Deuteronomium; [a] *Non erit vectigal pendens ex filiis Iſrael.* Nec tam execra-
bile eſſet nomen publicanorum apud Dominum, niſi extraneum, vendentium ipſius cœli, a Deut. 20. 11. & 23. 19.
& terræ, & maris tranſitus. Peccatores autem cùm adjungit publicanis, non ſtatim Iu- Luc. 15. 2.
dæos oſtendit, etſi aliqui fuiſſe potuerunt. Sed vnum genus ethnicorum alios ex officio
peccatores, id eſt publicanos; alios ex natura, id eſt, non publicanos, pariter ponendo
diſtinxit. Cæterum, nec denotaretur cum Iudæis communicans victum, ſed cum ethni-
cis, quorum menſa, Iudaïca diſciplina depellit. Nunc de filio prodigo id prius conſide- Luc. 15. 13.
randum eſt quod vtilius. Non enim admittetur exemplorum adæquatio, licet imagini con- 14.
gruentiſſima, ſi fuerit ſaluti nocentiſſima. Totum autem ſtatum ſalutis in tenore diſcipli-
næ conſtitutum ſubuerti videmus ea interpretatione, quæ ex diuerſo affectatur. Nam ſi
Chriſtianus eſt, qui acceptam a Deo patre ſubſtantiam (vtique baptiſmatis, vtique Spiritus
ſancti, & exinde ſpei æternæ) longè euagatus à patre prodigit ethnicè viuens, ſi exutus bo-
nis mentis, etiam principi ſeculi, (cui alii quam diabolo?) ſeruitium ſuum tradidit, & ab eo,
porcis alendis, immundis ſc. ſpiritibus curandis prepoſitus, reſipuit ad patrem reuerti: jam
non mœchi & fornicarii, ſed idololatræ & blaſphemi & negatores, & omne apoſtatarum
genus, hac parabola patri ſatisfacient; & eliſa eſt veriſſimè hoc magìs modo tota ſub-
ſtantia ſacramenti. Quis enim timebit prodigere, quod habebit poſtea recuperare?

Quis curabit perpetuò conſeruare, quod non perpetuo poterit amittere? ſecuritas
delicti etiam libido eſt eius. Recuperabit igitur & apoſtata veſtem priorem, indu-
Matth. 22. mentum Spiritus ſancti, & anulum denuò ſignaculum lauacri, & rurſus illi mactabitur
11. Chriſtus, & recumbet eo in thoro, de quo indignè veſtiti, à tortoribus ſolent tolli, &
abjici in tenebras, nedum ſpoliati. Plus eſt igitur, ſi nec expedit in Chriſtianum conne-
nite ordinem filii prodigi. Quod ſi nec in Iudæum integrè filii imago concurrit, ad pro-
poſitum Domini ſimpliciter interpretatio gubernabitur. Venerat Dominus vtique, [b] *vt*
b Luc. 19. 10. *quod perierat, ſaluum faceret*; c *medicus languentibus magis quàm ſanis neceſſarius*. Hoc &
c Matth. 9. 12. in parabolis figurabat, & in ſententiis prædicabat. Quis perit hominum? quis labat de
valetudine, niſi qui Deum neſcit? Quis ſaluus ac ſanus, niſi qui Deum nouit? Has duas
ſpecies de genere fraternas hæc quoque ſignabit parabola. Vide an habeat ethnicus ſub-
ſtantiam in Deo patre cenſus, & ſapientiæ, & naturalis agnitionis in Deum; per quàm &
d 1. Cor. 1. 21 Apoſtolus notat [d] *in ſapientia Dei non cognouiſſe mundum per ſapientiam Deum*, quam vtique
à Deo acceperat. Hanc itaque prodegit longè à Domino moribus factus inter errores &
Luc. 15. 12. 13. illecebras & libidines ſæculi, vbi fame veritatis compulſus, tradidit ſe principi huius æui.
Ille eum præfecit porcis, vt familiare id dæmonum pecus paſceret) vbi nec ille cōpos eſſet
Luc. 15. 15. & ſeq. vitalis eſcæ, ſimulque alios videret in opere diuino abundantes pane cœleſti. Recordatur
patris Dei, ſatisfacto redit, veſtem priſtinam recipit, ſtatum ſcilicet eum, quem Adam
tranſgreſſus amiſerat. Anulum quoque accipit tunc primum, quo fidei pactionem inter-
rogatus obſignat, atque ita exinde opimitate Dominici corporis veſcitur, Euchariſtia
ſcilicet. Hic erit prodigus filius, qui nunquam retro frugi, qui ſtatim prodigus, qui non
ſtatim Chriſtianus. Hunc & Phariſæi de ſęculo ad patris complexus reuertentem, in pu-
blicanis, & peccatoribus mœrebant. Et ideo ad hoc ſolum majoris fratris accommodatus
eſt liuor; non quia innocentes, & Deo obſequentes Iudæi, ſed quia inuidentes nationi-
bus ſalutem, planè quos ſemper apud patrem eſſe oportuerat. Et vtique Iudæus ad pri-
mam ſtatim vocationem Chriſtiani gemit, non ad ſecundam reſtitutionem. Illa enim
etiam ethnicis relucet, hæc verò quæ in Eccleſiis agitur, nè Iudæis quidem nota eſt. Puto
me & materiæ parabolarum, & congruentiæ rerum, & tutelæ diſciplinarum accommo-
datiores interpretationes reddidiſſe. Cæterùm, ſi in hoc geſtit diuerſa pars ouem, &
drachmam, & filii luxuriam, Chriſtiano peccatori configurare, vt mœchiam & forni-
cationem pœnitentia donent, aut & cætera delicta pariter capitalia concedi oportebit, aut
paria quoque eorum mœchiam, & fornicationem inconceſſibilia ſeruari. Sed plus eſt,
quod nihil aliud argumentari licet citra id de quo agebatur. Denique, ſi aliorſum parabo-
Luc. 15. 20. & ſeq. las tranſducere liceret, ad martyrium potius dirigeremus ſpem illarum, quod ſolum om-
ni ſubſtantia prodacta reſtituere filium poterit, & drachmam inter omnia, licet in ſter-
core repertam, cum gaudio prædicabit, & ouem per aſpera quæque & abrupta fugitiuam,
humeris ipſius Domini in gregem referet. Sed malumus in ſcripturis minus ſi fortè ſa-
pere, quàm contrà. Proinde ſenſum Domini cuſtodire debemus, atque præceptum.
Non eſt leuior tranſgreſſio in interpretatione, quàm in conuerſatione.

CAPVT X.

Pœnitentiam peccatoribus & publicanis competere; & Ouem paſtoris humero impoſitam in calice pictam, non eſſe ad ſecundam pœnitentiam detorquendam.

In m. V. caſtitatis cuſtodia. 3. & in alphab. Errorum. V. Pſychici. 14. 2m. in alphab. Errorum. V. Remiſſio. 6. in f. in f. V. pœnitentiæ, conditiones. 3.

EXCVSSO igitur iugo in ethnicum diſſerendi parabolas iſtas, & ſemel diſpecta, vel
recepta neceſſitate non aliter interpretandi, quàm materia propoſiti eſt; conten-
dunt iam nec competere ethnicis pœnitentiæ denuntiationem, quorum delicta obnoxia
ei non ſint, ignorantiæ ſcilicet imputanda, quam ſola natura ream Deo faciat. Porro,
nec remedia ſapere, quibus pericula ipſa non ſapiant; illic autem pœnitentiæ conſtare
rationem, vbi conſcientia, & voluntate delinquitur, vbi & culpa ſapiat, & gratia, illum
Ionæ. 4. 1. & ſeq. lugere, illum volutari qui ſciat & quid amiſerit, & quid ſit recuperaturus, ſi pœnitentiam
Deo immolarit, vtique eam magis filiis offerenti, quàm extraneis. Num ergo & Ionas
idcirco ethnicis Niniuitis non putabat pœnitentiam neceſſariam, cùm cauillaretur in prę-
dicationis officio? an potius miſericordiam Dei prouidens etiam in extraneos profuſam,
quaſi deſtructuram præconium, verebatur? atque adeò propter ciuitatem profanam, non-
dum Dei compotem, adhuc ignorantia delinquentem, penè periit Prophetes? niſi quòd
exemplum paſſus eſt Dominicæ paſſionis, ethnicos quoque pœnitentes redempturæ. Be-
nè quòd & Ioannes Domini vias ſternens, non minus militantibus, & publicanis, quàm

filijs Abraham, pœnitentiæ erat præco. Ipſe Dominus Sidoniis, & Tyriis præſumpſit pœnitentiam, ſi virtutum documenta vidiſſent. Atquin ego illam naturalibus magìs peccatoribus competere contendam, quàm voluntariis. Magìs enim merebitur fructum eius, qui nondum eo vſus eſt, quàm qui iam & abuſus eſt; magìſque ſapient remedia prima, quàm exoleta. Nimirum Dominus ingratis benignus magìs, quàm ignaris, & citius reprobatis miſericors, quàm nondum probatis; vt non magìs iraſcatur contumeliis clementiæ ſuæ, quàm blandiatur; & non libentius extraneis eam impertiat, quàm in filiis perdidit, cùm gentes ſic adoptauerit, dum Iudæi de patientia ludunt. Sed hoc volunt Pſychici, vt Deus iudex, eius [a] *peccatoris pœnitentiam malit quàm mortem*, qui mortem pœnitentia maluit. Quod ſi ita eſt, peccando promeremur. Age tu funambule pudicitiæ & caſtitatis, & omnis circa ſexum ſanctitatis, qui tenuiſſimum filium diſciplina eiuſmodi veri auia, pendente veſtigio ingrederis, carnem ſpiritu librans, animam fide moderans, oculum metu temperans, Quid itaque in gradu totus es? perge ſane ſi potueris, ſi volueris, dum tam ſecurus & quaſi in ſolido es. Nam ſi qua te carnis vacillatio, animi auocatio, oculi euagatio de tenore decuſſerit, Deus bonus eſt. ſuis, non ethnicis, ſinum ſubiicit; ſecunda te pœnitentia excipiet; eris iterum de mœcho Chriſtianus. Hæc tu mihi benigniſſime Dei interpres. Sed cederem tibi, ſi ſcriptura Paſtoris, quæ ſola mœchos amat, diuino inſtrumento meruiſſet incidi, ſi non ab omni concilio Eccleſiarum etiam veſtrarum, inter apocrypha & falſa iudicaretur, adultera & ipſa, & inde patrona ſociorum; à qua & aliàs initiaris; cui ille ſi fortè patrocinabitur paſtor, quem in calice depingis, proſtitutorem & ipſum Chriſtiani ſacramenti, meritò & ebrietatis idolum, & mœchiæ aſylum poſt calicem ſubſecuturæ, de quo nihil libentius bibas, quàm ouem pœnitentiæ ſecundæ. At ego eius paſtoris ſcripturas haurio, qui non poteſt frangi. Hunc mihi ſtatim Ioannes offert cum pœnitentiæ lauacro & officio dicentem, [b] *Facite dignos pœnitentia fructus; & ne dixeritis, Patrem habemus Abraham*, (*ne ſcilicet rurſum blandimenta delinquentia de patrum reſumerent gratia.*) *Poteſt enim Deus de lapidibus iſtis filios ſuſcitare Abrahæ.* Sic & nos ſequitur, vt eos qui hactenus delinquant facientes dignum pœnitentiæ fructum. Quid enim ex pœnitentia matureſcit, quàm emendationis effectus? Sed & ſi venia potius eſt pœnitentiæ fructus, hanc quoque conſiſtere non licet ſine ceſſatione delicti. Ita ceſſatio delicti radix eſt veniæ, vt venia ſit pœnitentiæ fructus.

[a] Ezech. 18. 23.

[b] Matth. 3. 8. Ibid. 9.

CAPVT XI.

Peccatores, & mœchos maximè à Chriſto poteſtatis plenitudine receptos, idque ante paſſionem.

In p. V. Chri. lenitas. 3. per totum. in alphab. Errorum. V. Remiſſio. 8.

EXINDE quod ad Euangelium pertinet, parabolarum quidem diſcuſſa iam quæſtio eſt. Si verò & factis aliquid tale pro peccatoribus edidit Dominus, vt cùm peccatrici feminæ etiam corporis ſui contactum permittit lauanti lacrymis pedes eius, & crinibus detergenti, & vnguento ſepulturam ipſius inauguranti; vt cùm Samaritanæ ſexto iam matrimonio, non mœchæ, ſed proſtitutæ, etiam quod nemini facilè, quis eſſet oſtendit, nihil ex hoc aduerſariis confertur, etſi iam Chriſtianis veniam delictorum præſtitiſſet. Nunc enim dicimus, ſoli Domino hoc licet: hodie poteſtas indulgentiæ eius operetur. Ad illa tamen tempora quibus in terris egit, hoc definimus, nihil aduerſum nos præiudicare, ſi peccatoribus etiam Iudæis venia conferebatur. Chriſtiana enim diſciplina à nouatione Teſtamenti, & vt præmiſimus, à redemptione carnis, id eſt, Domini paſſione cenſetur. Nemo perfectus ante repertum ordinem fidei; nemo Chriſtianus antè Chriſtum cœlo reſumptum; nemo ſanctus antè Spiritum ſanctum de cœlo repræſentatum, ipſius diſciplinæ determinatorem.

Luc. 7. 37. & ſeq. Matth. 26. 8. Io. 4. 17. & ſeq.

CAPVT XII.

Prouocat Catholicos à Spiritu ſancto extraneos, vt probent poſt baptiſmum lapſis datam veniam ab Apoſtolis. & legem nouam veteri ſtrictius, à fornicatione coercere ſicut ab Idololatria & homicidio.

In p. in Alphab. Errorum. V. Remiſſio. 8. à p. V. Luxuria. 5. in m. V. lex noua. 5. in f. V. lex noua. 8.

ITAQVE iſti qui alium Paracletum in Apoſtolis, & per Apoſtolos receperunt, quem nec in Prophetis proprius agnitum, iam nec in Apoſtolis poſſident, age nunc vel de Apoſtolico inſtrumento doceant, maculas carnis poſt baptiſma reſperſæ, pœnitentia

dilui poſſe. nos in Apoſtolis quoque veteris legis formam ſalutamus, circa mœchiæ, quanta ſit, demonſtrationem; nè fortè lenior exiſtimetur in nouitate diſciplinarum, quàm in vetuſtate. Cùm primùm intonuit Euangelium, & vetera concuſſit, vt de legis retinendæ necnè ſtatu diſceptaretur, primam hanc regulam de auctoritate Spiritus
aAct.15.18. ſancti, Apoſtoli emittunt ad eos, qui iam ex nationibus allegi cœperant. a *Viſum eſt*, inquiunt, *Spiritui ſancto, & nobis, nullum amplius vobis adycere pondus, quàm eorum à quibus neceſſe eſt abſtineri, à ſacrificys, & à fornicationibus & ſanguine: à quibus obſeruando rectè agitis. vectante vos Spiritu ſancto.* Sufficit & hîc ſeruatum eſſe mœchiæ, & fornicationi locum honoris ſui, inter idololatriam, & homicidium. Interdictum enim ſanguinis multò magis humani intelligemus. Porro, qualia videri volunt Apoſtoli crimina, quæ ſola in obſeruatione de lege priſtina excerpunt? quæ ſola neceſſariò abſtinenda præſcribunt? Non quòd alia permittant, ſed quòd hæc ſola proponant, vtique non remiſſibilia, qui ethnicorum cauſa, cætera legis onera remiſſibilia fecerunt. Cur ergo ceruicem noſtram à tanto iugo excuſant, niſi vt illi compendia iſta diſciplinæ ſemper imponant? Cur tot vincula indulgent, niſi vt perpetuò ad neceſſariora conſtringant? Soluerunt à pluribus, vt nocentioribus obſeruandis obligaremur. Compenſatione res acta eſt: lucrati ſumus multa, vt aliqua præſtemus. Compenſatio autem reuocabilis non eſt, iiſdemque reuocabitur, iteratione mœchiæ vtique, & ſanguinis, & idololatriæ. Tota enim iam lex ſumetur, ſi veniæ conditio ſoluetur. Sed non leuiter nobiſcum pactus eſt Spiritus ſanctus, etiam vltro pactus, quò magis honorandus. Sponſionem eius nemo diſſoluet, niſi ingratus. Iam nec recipiet quæ dimiſit, nec dimittet quæ retinuit. Nouiſſimi Teſtamenti ſemper indemutabilis ſtatus eſt, & vtique recitatio decreti, conſiliumque illud cum ſæculò deſinet. Satìs denegauit veniam eorum, quorum cuſtodiam elegit; vindicauit, quæ non proinde conceſſit. Hinc eſt quòd neque ſanguini pax ab Eccleſiis redditur. De qua finitione ſua Apoſtolos excidiſſe, puto, non licet credere; aut ſi credere quidam poſſunt, debebunt probare.

CAPVT XIII.

Corinthio fornicatori indulgentiam conceſſam ab Apoſtolo diſcutit, quem prius Sathanæ dederat, vt & Hymenæum, & Alexandrum blaſphemos.

A p. V. Ira. 3. & in alphab. Errorum. V. Remiſſio. 9. in m. V. Pauli virtutes. 13. circa. f. V. fides. 19. in f. in alphabeto Errorum. V. Remiſſio. 9. in f.

NOVIMVS planè & hîc ſuſpiciones eorum. Reuerà enim ſuſpicantur, Apoſtolum Paulum in ſecunda ad Corinthios, eidem fornicatori veniam dediſſe, quem in prima dedendum Satanæ in interitum carnis pronuntiarit; impium patris de matrimonio heredem, quaſique ipſum poſtea ſtilum verterit ſcribens; a *Si quis autem contriſta-*
a1 Cor.2 5. & ſeq. *uit, non me contriſtauit; ſed ex parte, nè vos onerem omnes. Satis eſt talu increpatio quæ à multis fit. Vt è contrario magis vos donare & aduocare, ne forte abundantiore triſtitia deuoretur eiuſmodi. Propter quod oro vos, conſtituatis in eum dilectionem. In hoc enim & ſcripſi, vti cognoſcam probationem veſtram, quòd in omnibus obauditis mihi. Si cui autem donaueritis, & ego. Nam & ego ſi quid donaui, donaui in perſona Chriſti, ne fraudemur a Satana: quoniam non ignoramus inſectiones eius.* Quid hîc de fornicatore? quid de paterni thori contaminatore? Quid de Chriſtiano ethnicorum impudentiam ſupergreſſo intelligitur? Cùm proinde vtique ſpeciali venia abſoluiſſet, quem ſpeciali ira damnaſſet. Obſcurius miſeretur, quàm indignatur. Apertior eſt in auſteritate, quàm in lenitate. Atquin facilius ira, quàm indulgentia obliqua eſt. Magìs triſtiora cunctantur, quàm lætiora. De modica ſcilicet indulgentia agebatur; quæ ſi fortè nunc æſtimaretur, quando maxima quæque non ſoleant etiam ſine prædicatione donari, tantò abeſt, ſine ſignificatione. Et tu quidem pœnitentiam mœchi, ad exorandam fraternitatem in Eccleſiam inducens, conciliciatum, & concineratum, cum dedecore & horrore compo-
Luc.15.4. ſitum, proſternis in medium antè viduas; antè presbyteros, omnium lacinias inuadentem, omnium veſtigia lambentem, omnium genua detinentem, inque eum hominis exitum, quantis potes miſericordiæ inlecebris, bonus paſtor, & benedictus papa concionaris, & in parabola ouis, capras tuas quæris; tua ouis nè rurſus de grege exiliat; quaſi non exinde iam liceat, quod nec ſemel licuit: cæteras etiam metu comples cummaximè indulgens. Apoſtolus verò ſceleratam libidinem, fornicationis inceſto onuſtam tam proiectè ignouiſſet, vt nec hunc ſaltem habitum legatum pœnitentiæ, quem ab ipſo didiciſſe deberes, ab eo exegerit, nihil de poſtero ſit comminatus, nihil de cætero allocutus? Quinimmò & vltro obſecrat conſtituerent in eum di-

lectionem, quaſi ſatisfaciens, non quaſi ign[illegible]ſcens. Et tamen dilectionem audio, non
communicationem. Quod & ad Theſſalonicenſes, [b] *Si quis autem non obaudit ſermoni* b 2. Theſſ. 3.
noſtro per epiſtolam, hunc notate, ne commiſceamini illi, vt reuereatur; non quaſi inimicum de- 14.
putantes, ſed quaſi fratrem obiurgantes. Adeò potuiſſet dicere & fornicatori dilectionem
ſolummodo conceſſam, non & communicationem. Inceſto vero nec dilectionem,
quem ſcilicet [c] *auferri iuſſiſſet de medio ipſorum*, multò magis vtique de animo. Sed vere- c 1. Cor. 5. 2.
batur ne fraudarentur à Satana circa eius perſonæ amiſſionem, [d] *quem Satanæ ipſe proie-* d 1. Cor. 5. 2.
cerat; [e] *aut ne abundantia mœroris deuoraretur, quem in interitum carnis addixerat.* Hîc iam e 2. Cor. 2. 7
carnis interitum in officium pœnitentiæ interpretantur, quòd videatur ieiuniis, & ſor- 1. Cor. 5. 5.
dibus, & incuria omni, & dedita opera malæ tractationis, carnem exterminando ſatis
Deo facere; vt ex hoc argumententur fornicatorem, imò inceſtum illum, non in per-
ditionem Satanæ ab Apoſtolo traditum, ſed in emendationem; quaſi poſtea veniam
ob interitum, id eſt conflictationem carnis conſecuturum: igitur & conſequutum.
Planè idem Apoſtolus [e] *Hymenæum, & Alexandrum Satanæ tradidit, vt emendarentur non*
blaſphemare, ſicut Timotheo ſuo ſcribit: Sed & ipſe [f] *datum ſibi ait ſudem, angelum Sata-* e 1. Tim. 1. 10.
næ, à quo colaphizaretur ne ſe extolleret. Si & hoc tangunt vt traditos Satanæ ab illo, in f 2. Cor. 12.
emendationem, non in perditionem intelligamus, quid ſimile blaſphemia, & ince- 7.
ſtum, & anima ab his integra, immò non aliunde quàm ex ſumma ſanctitate, & ex
omni innocentia elata, quæ in Apoſtolo colaphis ſi fortè cohibebatur, per dolorem, vt
aiunt, auriculæ, vel capitis. Inceſtum verò atque blaſphemia totos homines in poſſeſ-
ſionem ipſi Satanæ, non angelo eius tradidiſſe meruerunt. Et de hoc enim intereſt,
immò & ad hoc plurimùm refert, quòd illos traditos ab Apoſtolo legimus Satanæ;
Apoſtolo verò angelum datum Satanæ. Poſtremò, cùm deprecatur Dominum Paulus, 1. Cor. 5. 3. 4
quid audit? [g] *Satis habe gratiam meã; virtus enim in infirmitate perficitur.* Hoc qui Satanæ g 2. Cor. 12. 9.
deduntur, audire non poſſunt Hymenæi autem, & Alexandri crimen ſi & in iſto & in
futuro æuo irremiſſibile eſt, blaſphemia ſcilicet, vtique Apoſtolus non aduerſus ter-
minum Domini ſub ſpe veniæ *dediſſet Satanæ, iam à fide in blaſphemiam merſos.* Vnde &
naufragos eos iuxta fidem pronuntiauit, non habentes iam ſolatium nauis Eccleſiæ. Illis 1. Tim. 1. 19.
enim venia negatur, qui de fide in blaſphemiam impegerunt. Cæterùm, ethnici, &
hæretici quotidie ex blaſphemia emergunt. Sed & ſi dixit, [h] *Tradidi eos Satanæ, vt diſ-* h Ibid. 20.
ciplinam acciperent non blaſphemandi; de cæteris dixit, qui illis traditis Satanæ, id eſt, ex-
tra Eccleſiam proiectis, erudiri haberent blaſphemandum non eſſe. Sic igitur & ince-
ſtum fornicatorem non in emendationem, ſed in perditionẽ tradidit Satanæ, ad quem
iam ſuper ethnicos delinquendo tranſierat, vt diſcerent fornicandum nõ eſſe. Denique 1. Cor. 5. 5.
in interitum, inquit, *carnis*, nõn in cruciatum; ipſam ſubſtantiam damnans, per quam
exciderat, quæ exinde iam perierat baptiſmate amiſſo; [i] *vt ſpiritus*, inquit, *ſaluus ſit in* i Ibid.
die Domini. Et de hoc enim quæratur ſi ſpiritus hominis ipſius ſaluus erit. Ergo ſaluus
erit ſpiritus tanto ſcelere pollutus, propter hoc perdita carne, vt ſaluus ſit in pœna.
Ergo pœnam ſine carne cenſebit contraria interpretatio, ſi reſurrectionẽ carnis amit-
timus. Supereſt igitur vt eum ſpiritum dixerit, qui in Eccleſia cenſetur, ſaluum, id eſt,
integrum præſtandum in die Domini ab immunditiarum contagione, eiecto inceſto
fornicatore. Siquidem ſubiungit, [l] *Non ſcitis quod modicum fermentum totam deſipiat con-* l Ibid. 6.
ſperſionem? Et tamen fornicatio inceſta non erat modicum, ſed grande fermentum.

CAPVT XIV.

Examinat veniam datam inceſto Corinthio, aliaſque ſeueras Pauli correptiones; grauiuſque actum cum inceſto latã ſententiã, quàm cum inflato ſola comminatoria. Nec latam reſcidiſſe ſententiam.

Ap. adm. V. Pauli doctrina. 14. circa. m. V. excommunicatio. 2.

ET his itaque diſcuſſis quæ interceſſerant, regredior ad ſecundam Corinthiorum, vt probem illud quoque Apoſtoli dictum. Sufficiat eiuſmodi homini increpatio iſta quæ à multis, non in fornicatoris perſonam conuenire. Si enim dedendum Satanæ pronuntiauerat in interitum carnis, vtique damnauerat eum magis, quam increpauerat. Alius ergo erat, cui voluit ſufficere increpationem. Siquidem fornicator non increpationem de ſententia eius retulerat, ſed damnationem. Nam & hoc ipſum diſpiciendum tibi offero, an fuerint in epiſtola prima & alij qui Apoſtolum contriſtauerint inconditè agentes; & contriſtati ſint ab illo, increpationẽ referentes iuxta ſenſum epiſtolæ ſecundæ, ex quibus in ea veniam aliquis potuerit adipiſci. Animaduertamus autẽ totam epiſtolã primam, vt ita dixerim, non atramento, ſed felle conſcriptam,

tumentem, indignantem, dedignantem, comminantem, inuidioſam, & per ſin[illegible]
cauſas in quoſdam quaſi mancipes earum figuratam. Sic enim exegerant ſchiſmata, &
æmulationes, & diſſenſiones, & præſumptiones, & elationes, & contentiones; vt &
inuidia onerarentur, & correptione retunderentur, & ſuperbia elimarentur, & auſte-
a 1. Cor. 1. 14. 15. ritate deterrerentur. Et qualis inuidia humilitatis aculeus? a *Deo gratias ago, quod ne-
minem veſtrûm tinxerim, niſi Criſpum, & Gaium; ne qui dicat quod in nomine meo tinxerim.
b 1. Cor. 2. 2. b *Nec enim iudicaui ſcire aliquid in vobis, quam Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum.* c *E[xiſtimo]*
c 1. Cor. 4. 9. *to, nos Deus Apoſtolos nouiſſimos elegit velut beſtiarios, quoniam ſpectaculum facti ſumus huic*
mundo, & angelis, & hominibus, d *& purgamenta huius mundi facti ſumus, omnium peri[pſe]-*
d Ibid. 13. *ma.* &, e *Non ſum liber, non ſum Apoſtolus, non Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum vidi.* De
e 1 Cor. 9. 1. quali contrà ſupercilio pronuntiare compulſus eſt, f *Mihi autem in modico eſt, vt à vobis*
f 1. Cor. 4. 3. *interroger, aut ab humano die: neque enim conſcius mihi ſum.* &, g *Gloriam meam nemo ina-*
g 1. Cor. 9. 15. *nict:* h *Non ſcitis quod angelos ſumus iudicaturi?* Cæterùm libertas quàm apertæ obiurga-
h 1 Cor. 6. 3. tionis, quàm exerta acies machæræ ſpiritalis? i *Iam ditati eſtis, iam ſaturati eſtis, iam [re]-*
i 1 C[o]r. 4. 8. *gnatis.* &, k *Si quis ſe putat ſcire, nondum ſcit quemadmodum oporteat eum ſcire.* Non ne &
k 1. C. [8]. 2. tunc in faciem alicuius impingens? l *Quis enim,* inquit, *te diſcernit? Quid autem habes*
l 1. Cor. 4. 7. *quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?* Nonne & illos in[ce]s
m 1. Cor. 8. 10. 12. cædit? m *Quidam autem in conſcientia vſque nunc quaſi idolothytum edunt. Sic autem de lin-*
quentes, percutiendo conſcientias fratrum infirmas, in Chriſtum delinquent. Iam verò & no-
n 1. Cor. 9. 4. 5. minatim, n *Aut non habemus poteſtatem manducandi & bibendi, & mulieres circumducendi,*
ſicut & cæteri Apoſtoli, & fratres Domini, & Cephas? &, *Si alij de poteſtate veſtra conſequun-*
o 1. Cor. 10. 12. *tur, non magis nos?* Æquè & illos ſingulari ſtilo figit, o *Propterea qui ſe putat ſtare, videat*
ne cadat. & p *Si quis contentioſus videtur, nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccle-*
p 1 Cor. 11. 16. *ſia Domini.* Tali clauſula maledicto detexta, q *Si quis non amat Dominum Ieſum, ſit ana-*
thema, maranatha, aliquem vtique percuſſit. Sed illic magis ſtabo, vbi Apoſtolus magis
q 1. Cor. 16. 22. feruet, vbi ipſe fornicator alijs quoque negotium fecit. r *Quaſi non ſim venturus ad vos,*
r 1. Cor. 4. 18. *inflati ſunt quidem; Veniam autem citius, ſi permiſerit Dominus, & cognoſcam non ſermonem*
eorum qui inflati ſunt, ſed virtutem. Non enim in ſermone eſt regnũ Dei, ſed in virtute. Et quid
ſ 1. Cor. 5. 1. *vultis veniam ad vos, in virga, an in ſpiritu lenitatis?* Quid enim ſuberat? ſ *Auditur in vobis*
in totũ fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec in gentibus, vt vxorem patris ſui quis habeat. Et
1. Cor. 5. 13. *vos inflati eſtis, & non luxiſtis potius, vt auferatur de medio veſtrũ qui tale facinus admiſit?* Pro
quo lugerent? vtique pro mortuo. Ad quem lugerent? vtique ad Dominum. Quomo-
do? *vt auferatur de medio illorum?* non vtique vt extra Eccleſiam detur; hoc enim non à
Deo poſtularetur quod erat in præſidentis officio, ſed vt per mortem hanc quoque
communem & propriam carnis ipſius, quæ iam cadauer, quæ capulum eſſet immun-
ditia irrecuperabili tabioſum, plenius de Eccleſia deberet auferri. Et ideo, quomodo
t Ibid. 5. interim potuit auferri, t *iudicauit dedendum eiuſmodi Satanæ in interitum carnis.* Maledici
enim eam ſequebatur, quæ diabolo projiciebatur, vt ſacramento benedictionis exau-
ctoraretur, nunquam in caſtra Eccleſiæ reuerſura. Videmus itaque hoc in loco diuiſam Apoſtoli ſeueritatem, in quendam inflatum, & in quendam inceſtum: in alterum virga, in alterum ſententia armatum. Virga, quam minabatur; ſententia, quam exequebatur: illam adhuc coruſcantem, hanc ſtatim fulminantem, quà increpabat, quaque damnabat. Certumque eſt exinde increpitum quidem ſub intentatione virgæ tremuiſſe, damnatum verò ſub repræſentatione pœnæ periſſe: ſtatim ille timens plagam; abiit ille luens pœnam. Cum ad Corinthios eiuſdem Apoſtoli litteræ iterant veniam; ſit planè, ſed incertum cui, quia nec perſona, nec cauſa proſcribitur. Res cum ſenſibus conferam. Si inceſtus opponitur, ibidem erit & inflatus. Sanè relatio ſatis habetur, cùm inflatus increpitus eſt, inceſtus verò damnatus eſt. Inflato ignoſcitur, ſed increpito: inceſto non videtur ignotum, vt damnato. Si ei ignoſcebatur, cui deuoratio ex mœrore nimio timebatur, deuorari adhuc increpitus periclitabatur, deficiens ob comminationem, & mœrens ob increpationem: damnatus verò & culpa, & ſententia, iam deuoratus deputabatur, qui non mœrere haberet, ſed pati quod antè paſſionem mœrere potuiſſet. Si idcirco ignoſcebatur, ne fraudaremur à Satana, in eo vtique detrimentum præcauebatur, quòd nondum periſſet: nihil de tranſacto præcauetur, ſed de adhuc ſaluo. Damnatus autem, & quidem in poſſeſſionem Satanæ, iam tunc perierat Eccleſiæ, cùm tale facinus admiſerat, nedum cùm & ab ipſa eierabatur. Quomodo vereretur fraudem pati eius, quem iam & ereptum amiſerat, & damnatum habere non potuerat? Poſtremò, quid iudicem indulgere conueniet, quod pronuntiatione deciderit? an quod interlocutione ſuſpenderit? & vtique eum iudicem, qui non ſolet ea quæ deſtruxit, reædificare, ne tranſgreſſor habeatur. Age iam ſi non tot perſonas prima

epiſtola

epiſtola contriſtaſſet, ſi neminem increpuiſſet, neminem terruiſſet, ſolum inceſtum excidiſſet, ſi nullum in cauſam eius in pauorem miſiſſet, inflatum conſterna ſſet; nonnè melius ſuſpicareris, & fidelius argumentareris aliquem potius longe alium apud Corinthios tunc in eadem cauſa fuiſſe, vt increpitus, & territus, & mœrore iam ſaucius, propterea permittente modulo delicti, veniam poſtea ceperit, quàm vt eam inceſto fornicatori interpretareris? Hoc enim leg iſſe debueras, & ſi non in epiſtola, ſed in ipſa Apoſtoli ſecta, à pudore clarius quàm ſtilo eius impreſſum; nè ſcilicet Paulum Apoſtolum Chriſti, doctorem Nationum in fide, & veritate, vas electionis, Eccleſiarum conditorem, cenſorem diſciplinarum, tantæ leuitatis inficeres, vt aut damnauerit temerè, quem mox eſſet abſoluturus; aut temere abſoluerit, quem non temerè damnaſſet, ob ſolam licet fornicationem ſimplicis impudicitiæ, nedum ob inceſtas nuptias, & impiam luxuriam, & libidinem parricidalem, quam nec nationibus comparat, nè conſuetudini deputaretur; quam abſens iudicarat, nè ſpatium teus lucraretur; quam aduocata etiam Domini virtute damnauerat, ne humana ſententia videretur. Luſit igitur & de ſuo ſpiritu, & de Eccleſiæ angelo, & de virtute Domini, ſi quod de conſilio eorum pronuntiauerat, reſcidit.

CAPVT XV.

Locos Pauli profert Moechiam & fornicationem damnantes, & continentiam commendantes, quibus confirmat Paulum non dediſſe veniam inceſto.

Ad circa. f. à p. in Alphabeto Errorum. V. Remiſſio. II. inf. V. Pauli virtutes. 4.

SI etiam ſequentia illius epiſtolæ ad intentionem Apoſtoli extendas, nec ipſa comparabuntur ad obliterationem inceſti, ne & hîc ſuffundatur Apoſtolus poſteriorum incongruentia ſenſuum. Quale eſt enim vt cummaximè inceſto fornicatori poſtliminium largitus Eccleſiaſticæ pacis, ſtatim ingeſſerit de auerſatione immunditiarum, de amputatione macularum, de exhortatione ſanctimoniarum, quaſi nihil contrarium paulò antè decreuerit? Compara denique an eius ſit dicere, [a] *Propterea habentes miniſtrationem iſtam, ſecundum quod miſericordiam conſecuti ſumus, non deficimus, ſed abdicamus occulta dedecoris*; qui non dedecoris tantùm, ſed & ſceleris manifeſtum dedamnauerit. An eiuſdem ſit excuſare aliquam impudicitiam, qui inter titulos laborum ſuorum, poſt anguſtias atque preſſuras, poſt ieiunia & vigilias, caſtimoniam quoque prædicatit? An eiuſdem ſit recipere in communicationem reprobos quoſque qui ſcribat; [b] *Quæ enim ſocietas iuſtitiæ, & iniquitati? quæ autem communicatio luci, & tenebris? quæ conſonantia Chriſto, & Belial? aut quæ pars fideli, cum infideli? aut quis conſenſus templo Dei, & idolis?* Nonnè conſtanter audire debebit, Et quomodo diſcernis, quæ ſupra inceſti reſtitutione iunxiſti? Illo enim concorporato rurſus Eccleſiæ, & iuſtitia cum iniquitate ſociatur, & tenebræ cum luce communicant, & Belial conſonat Chriſto, & infidelis cum fideli ſacramenta participat. Et viderint idola, ipſe templi Dei viciator in templum Dei conuenit. Nam & hîc, [c] *Vos enim*, inquit, *eſtis templum Dei viui. dicit enim. Quia inhabitabo in vobis, & inambulabo, & ego Deus illorum, & illi erunt mihi populus. Propter quod diſcedite de medio eorum, ſeparamini, immundum ne attigeritis.* Hoc quoque euoluis, ô Apoſtole, vt cummaximè ipſe tanto immunditiarum gurgiti manum tradis, immò & adhuc ſuperdicis, [d] *Habentes igitur promiſſionem iſtam dilecti, emundemus nos ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus, perficientes caſtimoniam in Dei timore.* Oro te, qui talia infigit mentibus noſtris, reuocauerat aliquem fornicatorem in Eccleſiam? an ideo ſcribit, nè tibi nunc reuocaſſe videatur? Hæc ſicuti & præteritis præſcribere, ita & ſequentibus præiudicare debebunt. In finem enim epiſtolæ dicens; [e] *Nè rurſus cum venero humiliet me Deus, & lugeam multos eorum qui ante deliquerunt, & pœnitentiam non egerunt ſuper immunditia quam admiſerunt, fornicatione, & vilitate*: Non vtique recipiendos conſtituit, ſi pœnitentiam iniſſent, quos in Eccleſia inuenturus erat, ſed lugendos, & ſine dubio eiciendos, vt pœnitentiam perderent. Et cæterùm, non competit eum de communicatione aliquid hic oſtendiſſe, qui eam ſuprà luci & tenebris iuſtitiæ & iniquitati negarat. Sed ignorant Apoſtolum omnes iſti, qui aliquid contra ſtatum atque propoſitum hominis ipſius, contra formam & regulam doctrinarum eius intelligunt, vt ſanctitatis omnis etiam ex ſemetipſo magiſtrum, impudicitiæ omnis exſecratorem & expiatorem, & vbique talem, citius inceſto, quàm alicui humaniori reo Eccleſiam reddidiſſe præſumant.

a 2. Cor. 4. 1
b 2. Cor. 6. 15
c Ibid. 16.
d 2. Cor 7. 1
e 2. Cor. 12. 21.
1. Cor. 7. 7.
1. Cor. 5. 13.

CAPVT XVI.

Mœchiæ fugam, & templi Dei ſanctimoniam, & imaginis eius curam, ex Apoſtolo commendat.

Io p. V. Pauli virtutes. 4. & in Alphabeto Errorum V. Remiſſio. 12. à p. V. Pauli Virtutes. 5. circa. m. V. Luxuria. 9. in m. V. Pauli virtutes. 6. à m. in alphabeto errorum. V. Remiſſio. 13. circa. f V. Nuptiæ vt bonæ. 6. & Pauli virtutes. 7 in f. V. Hæretici Script. corruptores. 9.

NEcesse eſt igitur vſque illis Apoſtolum oſtendi, quem ego & in ſecunda Co-
rinthiorum talem defendam, qualem in omnibus litteris noui: qui & in prima,
a 1. Cor. 3. 16 primus omnium templum Dei dedicauit: [a] *Non ſcitis vos templum Dei eſſe? & in vobis*
Dominum habitare? qui & templo ſanciendo, purificandoque æditualem legem ſcripſit,
b Ibid. 17. [b] *Si quis templum Dei vitiauerit, vitiabit illum Deus: templum enim Dei ſanctum eſt, quod*
eſtis vos. Age iam quis omnino vitiatum Deo redintegrauit, id eſt, traditum Satanæ
c 1 Cor. 3. in interitum carnis, cùm idcirco ſubſtruxerit, [c] *Nemo ſeducat ſemetipſum*, id eſt, nemo
præſumat vitiatum, Deo redintegrari denuo poſſe. Sicut rurſus inter cætera, immò &
d 1. Cor. 6. 9 antè cætera, [d] *mæchos, & fornicatores, & molles, & maſculorum concubitores negans regnum*
conſecuturos, præmiſit, *Ne erraueritis*; ſcilicet ſi putaueritis eos conſecuturos. Quibus
autem regnum adimitur, vtique nec vita permittitur, quæ ineſt regno. Etiam inge-
e Ibid. 11. rens, [e] *Sed hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis in nomine Domini Ieſu*
Christi, & in ſpiritu Dei noſtri. Quantò delicta iſta antè lauactum accepto facit, tantò
f 1 Cor. 6. 13 poſt lauactum irremiſſibilia conſtituit. Siquidem denuò ablui non licet. Agnoſce & in
ſequentibus Paulum, columnam immobilem diſciplinarum, [f] *Cibi ventri, & venter*
g Gen. 1. 26 *cibis; Deus & hunc & illos conficit; corpus autem non fornicationi, ſed Deo* [g] *Faciamus enim*
h 1. Cor. 6. 13 *hominem*, ait Deus, *ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. & fecit hominem Deus: ad ima-*
i Io. 1. 14. *ginem & ſimilitudinem Dei fecit illum.* [h] *Dominus corporis;* [i] *& ſermo enim caro factus eſt.*
k 1. Cor. 6. 14. [k] *Deus autem & Dominum ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit per virtutem ſuam;* propter corporis
l Ibid. 15. ſcilicet nexũ cum illo. Et ideo, [l] *Scitis corpora veſtra membra Chriſti;* quia & Chriſtus Dei
m Io. 2. 19. templũ; [m] *Euertite templum hoc, & ego illud in triduo reſuſcitabo.* [n] *Auferens membra Chriſti,*
n 1. Cor. 6. 15. & ſeq. *faciã membra fornicariæ? Nõ ſcitis quòd qui adglutinatur fornicariæ, vnũ corpus efficitur?* [o] *Erũt*
o Epheſ. 6. 31 *enim duo in vnam carnem. Qui autẽ adglutinatur Domino, vnus eſt ſpiritus. Fugite fornicatio-*
nem. Si reuocabilem venia, quomodo fugiã, mœchus denuò futurus? nihil profecero, ſi
eam fugero, vnum ero corpus, cui communicando adglutinabor. [p] *Omne delictum quod*
p 1. Cor. 6. 18 *admiſerit homo, extra corpus eſt; qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat.* Ac nè hoc dictum
in licentiam fornicationis inuaderes, vt in rem tuam, non Domini delicturus, aufert
te tibi, & Chriſto ſicut diſpoſuerat adiicit, *Et non eſtis veſtri.* Statim apponens, [q] *Em-*
q Ibid. 20. *pti enim eſtis pretio;* ſanguine ſcilicet Domini. *Glorificate, & tollite Dominum in corpore*
veſtro. Huc qui præcipit, vide an ignouerit ei qui dedecorauerit Dominum, & qui ere-
cerit cum de corpore ſuo, & quidem per inceſtum. Si vis omnem notitiam Apoſtoli
ebibere, vt intelligas quanta ſecuri cenſuræ omnem ſiluam libidinum cædat, & era-
dicet, & excaudicet, nè quidquam de recidiuo fruticare permittat, adſpice illum à
iuſta fruge naturæ, à matrimonij dico pomo animas ieiunare cupientem. [r] *De qui-*
r 1 Cor. 7. 1. *bus autem ſcripſiſtis, Bonum eſt homini mulierem non contingere: ſed propter fornicationem*
vnuſquiſque vxorem ſuam habeat; vir vxori, & vxor viro debitum reddat. Huius boni
fibulam quis illum neſciat inuitum relaxaſſe, vt fornicationi obuiam eſſet; quam ſi cui
indulſit, vel indulget, vtique conſilium remedij ſui infregit: & tenebitur iam frænan-
dis continentiæ coniugiis, ſi fornicatio, ob quam permittuntur, non timebitur. Non
enim timebitur quæ ignoſcetur. Et tamen ignouiſſe ſe profitetur matrimonij vſum,
ſ 1. Cor. 7. 7 non imperaſſe. [ſ] *Vult enim omnes ſibi adhærere.* Si autem licita ignoſcuntur, illicita
t 1. Cor. 7. 8 qui ſperant? [t] *Innuptis quoque & viduis bonum eſſe dicit exemplo eius perſeuerare. ſi verò*
deficerent, nubere; quia præſt nubere quam vri. Quibus oro ignibus deterius eſt vri?
concupiſcentiæ, an pœnæ? Atquin ſi fornicatio habet veniam, non vrit concu-
piſcentia eius. Apoſtoli autem magìs eſt pœnæ ignibus prouidere. Quòd ſi pœ-
na eſt quæ vrit, ergo veniam non habet fornicatio, quam manet pœna. Interea
u Matt. 5. 32 & diuortium prohibens, pro eo aut viduitatis perſeuerantiam, aut reconciliatio-
nem pacis, dominico præcepto, aduerſus mœchiam procurat; quia, [u] *Qui dimiſerit*
vxorem, præter cauſam mœchiæ, facit eam mœchari; & qui dimiſſam a viro ducit, mœchatur.
Quanta remedia Spiritus sãctus inſtaurat, nè id ſcilicet denuò admittatur, quod ignoſ-
x 1. Cor. 7. 27. ci denuò non vult. Iam ſi vſquequaque optimum dicit homini ſic eſſe, [x] *Iunctus es vxori,*
nè quæſieris ſolutionem, vt mœchiæ locum non des. *Solutus es ab vxore, ne quæſieris vxorem,*

vt opportunitatem tibi ſerues. *Quod & ſi duxeris vxorem, & nupſerit virgo, non peccat: preſſuram tamen carnis habebunt huiuſmodi.* Et hîc parcendo permittit. y *Cæterùm, tempus in collecto conſtituit, vt & qui habent vxores, ſic ſint tanquam non habentes. Præterit enim habitus huius mundi;* iam ſcilicet non deſiderantis, z *Creſcite, & multiplicamini.* Sic vult nos præter ſollicitudinem degere, quia aa *innupti de Domino curent, quomodo placeant Deo; nupti verò de mundo recogitent, quomodo placeant coniugio.* Sic melius facere pronuntiat virginis conſeruatorem, quàm erogatorem. Sic & illam beatiorem decernit, quæ amiſſo viro fidem ingreſſa amauerit occaſionem viduitatis. Sic hæc omnia continentiæ conſilia vt diuina commendat; bb *Puto*, inquit, *& ego ſpiritum Dei habeo.* Quis iſte eſt aſſertor audaciſſimus omnis impudicitiæ, mœchorum, & fornicatorum, & inceſtorum planè fideliſſimus aduocatus, quibus honorandis ſuſcepit hanc cauſam aduerſus Spiritum ſanctum, vt falſum teſtimonium recitet de Apoſtolo eius? Nihil tale Paulus indulſit, qui totam carnis neceſſitatem, de probis etiam titulis obliterare conatur. Indulget ſanè, non adulteria, ſed nuptias. Parcit ſane matrimoniis, non ſtupris. Tentat nè naturæ quidem ignoſcere, nè culpæ blandiatur; ſtodet compeſcere benedictionis concubitum, ne maledictionis excuſetur. Hoc ei ſupeterat, carnem vel à ſordibus purgare; à maculis enim non poteſt. Sed eſt hoc ſolenne peruerſis, & idiotis, & hæreticis, iam & Pſychicis vniuerſis, alicuius capituli ancipitis occaſione aduerſus exercitum ſententiarum inſtrumenti totius armari.

y 1. Cor. 7. 29.
z Gen. 1. 25.
aa 1. Cor. 7. 34.
bb Ibid 40.
1. Cor. 7. 6. 28.

CAPVT XVII.

Peccata carnis vbique damnante Paulo, & ſanctimoniam commendante, credibile non eſt eum inceſto Corinthio veniam indulſiſſe.

In p V. Pauli virtutes. 8. à p. ad vltra. m. V. Relapſus. 8. circa f. V. Pauli virtutes. 9. & V. luxuria. 19. in f. in Alphab. Errorum. V. Remiſſio. 14.

PROVOCA ad Apoſtolicam aciem; adſpice epiſtolas eius, omnes pro pudicitia, pro caſtitate, pro ſanctitate prætendunt, omnes in luxuriæ, & laſciuiæ, & libidinis negotia iaculantur. Quid denique & Theſſalonicenſibus ſcribit? a *Aduocatio enim noſtra non ex ſeductione, nec ex immunditia.* &, b *Hæc eſt voluntas Dei, ſanctimonia veſtra, abſtinere vos à fornicatione, ſcire vnumquemque vas ſuum poſſidere in ſanctimonia, & honore, non in libidine concupiſcentiæ, ſicut Nationes quæ Deũ ignorant.* Quid Galatæ legunt? c *Manifeſta ſunt opera carnis.* Quænam iſta? In primis poſuit *fornicationẽ, immunditiam, laſciuiam, quæ prædico vobis ſicut prædixi, quod qui talia agunt, regnũ Dei non ſunt conſecuturi hereditate.* Romani verò quid magis diſcunt, quàm non derelinquere Dominũ poſt fidem? d *Quid ergo dicemus? perſeuerabimus in delinquentia, vt ſuperet gratia? Abſit. Qui mortui ſumus delinquentiæ, quomodo viuemus in ea adhuc? An ignoratis, quod qui tincti ſumus in Chriſto Ieſu, in mortem eius ſumus tincti? Conſepulti ergo illi ſumus per baptiſmum in mortem; vt ſicut Chriſtus reſurrexit à mortuis, ita & nos in nouitate vitæ incedamus. Si enim conſepulti ſumus ſimulacro mortis eius, ſed & reſurrectionis erimus, hoc ſcientes, quod vetus homo noſter confixus eſt illi. Si autem mortui ſumus cum Chriſto, credimus quod & conuiuemus cum illo; ſcientes quod Chriſtus ſuſcitatus à mortuis, iam non moriatur, mors non iam dominetur eius: Quod enim mortuus eſt delinquentiæ, mortuus eſt ſemel. quod autem viuit, Deo viuit. Ita & reputate voſmetipſos mortuos quidem delinquentiæ, viuentes autem Deo per Chriſtum Ieſum.* Igitur ſemel Chriſto mortuo, nemo poteſt poſt Chriſtũ mortuus delinquentiæ, & maximè tantæ, reuiuiſcere. Aut ſi poſſit fornicatio, & mœchia denuò admitti, poterit & Chriſtus denuò mori. Inſtat autem Apoſtolus prohibens regnare delinquentiam in corpore noſtro mortali, cuius infirmitatẽ carnis nouerat. e *Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra famula immunditiæ, & iniquitatis ad iniquitatẽ; ita & nunc exhibete ea famula iuſtitiæ, in ſanctimoniam.* Nam etſi f *habitare bonũ in carne ſua negauit*, ſed ſecundùm legẽ litteræ, in qua fuit; ſecundũ autem legẽ ſpiritus, cui nos adnectit, liberat ab infirmitate carnis. g *Lex enim*, inquit, *ſpiritus vitæ manumiſit te à lege delinquentiæ, & mortis.* Licet enim ex parte ex Iudaiſmo diſputare videatur; ſed in nos dirigit integritatem, & plenitudinem diſciplinarum, propter quos h *laborantes in lege per carnem, miſerit Deus filium ſuum in ſimilitudinem carnis delinquentiæ, & propter delinquentiam damnauerit delinquentiam in carne;* vt ius legis, inquit, i *impleretur in nobis, qui non ſecundùm carnem, ſed ſecundùm ſpiritum incedimus. Qui enim ſecundùm carnem incedunt, ea quæ carnis ſunt, ſapiunt; & qui ſecundùm ſpiritum, ea quæ ſunt ſpiritus.* Senſum autẽ carnis, mortẽ adfirmauit eſſe. Dehinc & inimicitiã & in Deum, & k *eos qui ſunt in carne*, id eſt in ſenſu carnis, *Deo placere non poſſe.* &, l *Si*

a 1. Theſſ. 2. 3.
b 1. Theſſ. 4. 3. 4.
c Gal. 5. 19.
d Rom. 6. 1. & ſeq.
e Ibid 19.
f Rom. 7. 18
g Rom. 8. 2.
h Rom. 8. 3.
i Rom. 8. 4. & ſeq.
k Rom. 8. 8.
l Rom. 8. 13.

ſecundùm carnem viuitis, inquit, *futurum eſt vt moriamini*. Quid autem intelligimus carnis ſenſum, & carnis vitam, niſi quodcunque pudet pronuntiare? Cætera enim carnis
m Epheſ. 2. 3. & Apoſtolus nominaſſet. Proinde & Epheſiis priſtina reputans, de futuro monet. [m] *In quibus & nos conuerſati ſumus, facientes concupiſcentias, & voluptates carnis*. Notans denique
n Epheſ. 4. 20. illos qui ſe negaſſent, ſcilicet Chriſtianos, eo quòd [n] *ſe tradidiſſent in operationem immunditiæ omnis*: [o] *Vos autem*, inquit, *non ſic didiciſtis Chriſtum*. Et iterum ſic dicit, [p] *Qui*
o Ibid. 18. 19.
p Ibid. 28. *furabatur, iam non furetur. Sed & qui mœchabatur, hactenus non mœchetur: & qui fornicabatur,*
q Epheſ. 4. 29. *hactenus non fornicetur*. Adiecisset enim & hæc, ſi talibus veniã porrigere conſueſſet vel porrigi omnino voluiſſet, qui nec verbo pollui volens, [q] *Omnis*, inquit, *ſermo turpis non*
r Epheſ. 5. 3. *procedat ex ore veſtro*. Item, [r] *Fornicatio autem, & immunditia omnis nè nominetur quidem inter vos, ſicut decet ſanctos*, (*tantò abeſt vt excuſetur*) *hoc ſcientes, quod omnis fornicator aut immundus non habeat Dei regnum. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Propter hoc venit ira Dei ſuper filios incredulitatis*. Quis ſeducit inanibus verbis, niſi qui concionatur remiſſibilem eſſe mœchiam? non intuens etiam fundamenta eius ab Apoſtolo effoſſa, cum
ſ Rom. 13. 13. [ſ] *ebrietates, & comeſſationes compeſcit*, ſicut & hic, [t] *Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxu-*
t Epheſ. 5. 18. *ria*. Demonſtrat & Coloſſenſibus, quæ [u] *membra mortificent ſuper terram, fornicationem,*
u Coloſſ. 3. 5. *immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & turpiloquium*. Concede iam tot ac talibus ſententijs vnum illud quod tenes: pauca multis, dubia certis, obſcura manifeſtis
Gal. 5. 1. adumbrantur. Etiam ſi pro certo Apoſtolus Corinthio illi fornicationem donaſſet, eſſet aliud quod ſemel contra inſtitutum ſuum pro ratione temporis fecerat. Circumcidit Timotheum ſolum, & tamen abſtulit circumciſionem.

CAPVT XVIII.

Ex locis veteris teſtamenti, & Pauli, Moechos excommunicatos fuiſſe, demonſtrat: ſolique Deo, & non Epiſcopis, grauia & irremiſſibilia relinquenda peccata.

In p ad m. in Alphabeto Errorum V. Remiſſio. 14. à p. V. Societas mala. 2. circa f. in Alphab. Errorum. V. Remiſſio. 15.

SED hæc, inquit, ad interdictionem pertinebunt omnis impudicitiæ, & addictionem omnis pudicitiæ, ſaluo tamen loco veniæ quæ non ſtatim denegatur, ſi delicta damnantur, quando veniæ tempus cum damnatione concurrat, quam excludit. Sequebatur & hoc Pſychicos ſapere, & ideo reſeruauimus huic loco, quæ apertè ad communicationem Eccleſiaſticam cauſis eiuſmodi negandam, etiam antiquitùs cauta ſunt. Nam & in Prouerbiis Salomon, quæ Parœmias dicimus, ſpecialiter de mœcho
a Prou. 6. 32. nuſquam expiabili, [a] *Mœchus autem*, inquit, *per indigentiam ſenſuum perditionem animæ ſuæ acquirit; dolores, & dehoneſtationes ſuſtinet. Ignominia autem eius non abolebitur in æuum. Plena enim zeli indignatio viri non parcet in die iudicij*. Hoc ſi de ethnico putaueris
b 2. Cor. 6. 17. dictum, certè de fidelibus iam audiſti per eaſſum, [b] *Excedite de medio eorum, & ſeparamini, & immundum ne tetigeritis*. Habes ſtatim in Pſalmis, [c] *Beatum virum qui non*
c Pſal. 1. 1. *abierit in concilio impiorum, & in via peccatorum non ſteterit, & in cathedra peſtilentiæ non*
d Pſal. 25. 4. *ſederit*. Cuius & poſtea vox, [d] *Non ſedi cum conſeſſu vanitatis, & cum iniquè agentibus non introibo*, (hoc de Eccleſia malè agentium) & cum impiis non ſedebo. &, *Lauabo cum innocentibus manus meas, & altare tuum circundabo, Domine*, vt ſolus plures: quoniam quidem,
e Pſal. 17. 28. 29. [e] *Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerſus eris*. Et alibi, [f] *Peccatori autem dicit Dominus, Vt quid tu exponis iuſtifica-*
f Pſ. 49. 17. 18. *tiones meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas*. Hinc igitur informatus & Apoſtolus, *Scripſi*, in-
g 1. Cor. 5. 9. & ſeq. quit, *vobis in epiſtola, non commiſceri fornicatoribus, non vtique fornicatoribus huius mundi*, & reliqua. *Cæterum, oportebat vos exire de mundo, nunc autem ſcribo vobis, ſi quis frater nominatur in vobis fornicator, aut idololatres*, (*quid enim tam coniunctum?*) *aut fraudator* (*quid enim tam propinquum?*) *& cætera, cum talibus ne cibum quidem ſumere*, nedum Eucharistiam. [h] *Modicum ſcilicet fermentum totam deſipit conſperſionem*. Item ad Timotheum,
h 1. Cor. 5. 9. [i] *Manus nemini citò imponas, neque communices delictis alienis*. Item ad Epheſios, [k] *No-*
i 1. Tim. 5. 22. *lite ergo participes eſſe eorum. Fuiſtis enim aliquando tenebræ*. Et adhuc preſſius, *Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, immò & reuincite ea. Quæ enim in occulto ab eis*
k Epheſ. 5. 7. 8. *fiunt, turpe eſt edicere*. Quid turpius impudicitiis? Si autem & ab otioſè incedente fra-
Ibid. tre denuntiat ſubduci Theſſalonicenſibus, quantò magis & à fornicatore? Hæc enim
2. Theſſ. 3. 6. conſultata ſunt Chriſti [l] *Eccleſiam diligentis, qui ſe pro ea tradidit vt eam ſanctificet, emun-*
l Epheſ. 5. 25. & ſeq. *dans lauacro aquæ in verbo, vt ſiſtat ſibi Eccleſiam glorioſam, non habentem maculam, aut rugam*, vtique poſt lauacrum; *ſed ſit ſancta, & ſine opprobrio*, exinde ſcilicet *ſine ruga*

vetuſtatis, vt virgo; *ſine macula* fornicationis, vt ſponſa; ſine probro vilitatis, vt
emundata. Quòd ſi & hîc reſpondere concipias, adimi quidem peccatoribus, vel
maximè carne pollutis, communicationem, ſed ad præſens, reſtituendam ſcilicet
ex pœnitentiæ ambitu, ſecundùm illam clementiam Dei, [m] *mauult peccatoris pœni-*
tentiam, quàm mortem. hoc enim fundamentum opinionis veſtræ vſquequaque pulſan- [m] Ezech. 33.
dum eſt. Dicimus itaque, clementiæ diuinæ, ſi ira eſſe competiſſet, demonſtrationem 11.
ſui etiam poſt fidem lapſis, ita Apoſtolus diceret, [n] *Nolite communicare operibus tenebra-*
rum, niſi pœnitentiam egerint. &, [o] *Cum talibus ne cibum quidem ſumere*, niſi poſteaquam [n] Epheſ. 5. 11
caligas fratrum volutando deterſerint. &, [p] *Qui templum Dei vitiauerit, vitiabit illum* [o] 1 Cor. 5. 11.
Deus, niſi omnium focorum cineres in Eccleſia de capite ſuo excuſſerit. Debuerat [p] 1. Cor. 3. 17
enim, quæ damnauerat, proinde determinaſſe, quoniam vſque, & ſub conditione
damnaſſet; ſi temporali, & conditionali, & non perpetua ſeueritate damnaſſet. Porro,
cùm in omnibus epiſtolis, & poſt fidem, talem prohibeat admitti, & admiſſum à com-
municatione detrudat, ſine ſpe conditionis vllius, aut temporis, noſtræ magis ſenten-
tiæ adſiſtit; eam [q] *pœnitentiam oſtendens Dominum malle*, quæ antè fidem, quæ ante ba-
ptiſma, morte peccatoris potior habeatur, ſemel diluendi per Chriſti gratiam, [r] *ſemel*
pro peccatis noſtris morte functi. Nam hoc etiam in ſua perſona Apoſtolus ſtatuit. Adfir- [q] Ezech 33.
mans enim [ſ] *Chriſtum ad hoc veniſſe, vt peccatores ſaluos faceret, quorum primus ipſe fuiſſet,* [r] Rom. 6. 10
quid adiicit? [t] *Et miſericordiam ſum conſecutus, quoniam ignorans feci in incredulitate.* Ita [ſ] 1 Tim 1. 15
clementia illa Dei, [u] *malentis pœnitentiam peccatoris, quàm mortem*, ad ignorantes adhuc, [t] Ibid. 13.
& adhuc incredulos ſpectat, quorum cauſa liberandorum venerit Chriſtus, non qui [u] Ezech. 33
iam Deum norint, & ſacramentum didicerint fidei. Quòd ſi clementia Dei ignoran- 11.
tibus adhuc, & infidelibus competit, vtique & pœnitentia ad ſe clementiam inuitat,
ſalua illa pœnitentiæ ſpecie poſt fidem, quæ aut leuioribus delictis veniam ab Epiſco-
po conſequi poterit; aut maioribus, & irremiſſibilibus à Deo ſolo.

CAPVT XIX.

Apocalypſim Ioannis, & Epiſtolam, nec non rurſum Paulum, Mœchos ad pœnitentiam non re-
cipere contendit.

Per totum. In alphab. Errorum. V. Remiſſio. 16. à p. in Alphab. Errorum. V. Baptiſmus. hæret. 3. &
V. Scriptora. S. 6. circa m. V. Chri. paſſio. 22. circa f. V. peccatum veniale 1.

SED quonam vſque de Paulo, quando etiam Ioannes neſcio quid diuerſæ parti
ſupplaudere videatur; quaſi in Apocalypſi manifeſtè fornicationi poſuerit pœni-
tentiæ auxilium, vbi ad angelum Thyatirenorum [a] *Spiritus mandat habere ſe aduerſus*
eum, quòd teneret mulierem Iezabel, quæ ſe Prophetin dicit & docet, atque ſeducit ſeruos meos [a] Apoc. 2. 20.
ad fornicandum, & edendum de idolothytis. Et largitus ſum illi temporis ſpatium, vt pœniten-
tiam iniret, nec vult eam inire nomine fornicationis. Ecce dabo eam in lectum, & mœchos eius
cum ipſa in maximam preſſuram, niſi pœnitentiam egerint operum eius. Benè autem quòd
Apoſtolis & fidei & diſciplinæ regulis conuenit. [b] *Sine enim ego*, inquit, *ſiue illi, ſic præ-* [b] 1 Cor. 15.
dicamus. Totius itaque ſacramenti intereſt, nihil credere ab Ioanne conceſſum, quod 11.
à Paulo ſit denegatum. Hanc æqualitatem Spiritus ſancti qui obſeruauerit, ab ipſo
deducetur in ſenſus eius. Hæreticam enim feminam, quæ quod didicerat à Nicolaitis,
docere ſuſceperat, in Eccleſiam latenter introducebat, & meritò ad pœnitentiam vr-
gebat. Cui enim dubium eſt hæreticum inſtitutione deceptum, cognito poſtmodum
caſu, & pœnitentia expiato, & veniam conſequi, & in Eccleſiam redigi? Vnde &
apud nos vt ethnico par, immò & ſuper ethnicum hæreticus, etiam per baptiſma veri-
tatis, vtroque homine purgatus admittitur. Aut ſi certus es mulierem illam, poſt fidem
viuam, in hæreſin poſtea expiraſſe, vt non quaſi hæreticæ, ſed quaſi fideli peccatri-
ci, veniam ex pœnitentia vindices, ſanè agat pœnitentiam, ſed in finem mœchiæ,
non tamen & reſtitutionem conſequutura. Hæc enim erit pœnitentia, quam & nos
deberi quidem agnoſcimus multò magìs, ſed de venia Deo reſeruamus. Denique ea
Apocalypſis in poſterioribus, propudioſos, & fornicatores, ſicut timidos, & incredu- Apoc. 21. 8.
los, & homicidas, & veneficos, & idololatras, qui tale quid in fide fuerint, in ſtagnum
ignis ſine vlla conditionali damnatione decreuit. Non enim de ethnicis videbitur ſa-
pere, cùm de fidelibus pronuntiarit, [c] *Qui vicerint, hereditate habebunt iſta, & ero illis*
Deus, & illi mihi in filios: & ita ſubiunxerit, *Timidis autem, & incredulis, & propudioſis,* [c] Apoc. 21. 7. 8.
& fornicatoribus, & homicidis, & veneficis, & idololatris particula in ſtagno ignis, & ſulphu-
ris, quod eſt mors ſecunda. Sic & rurſus, *Beati qui ex præceptis agunt*, [d] *vt in lignum vitæ* [d] Apoc. 22.
habeant poteſtatem, & in portas ad introeundum in ſanctam ciuitatem. Canis, veneficus, 14.

fornicator, homicida foras. vtique, qui non ex præceptis agant. Illorum eſt enim foras
e 1 Cor. 5. 14 dari, qui intus fuerunt. Cæterum, [e] *quid mihi eos qui foris ſunt iudicare?* præceſſerat. De
f 1. Io. 1. 7. epiſtola quoque Ioannis carpunt ſtatim, Dictum eſt, [f] *Sanguis fily eius emundat nos ab omni*
delicto. Semper ergo, & omnifariàm delinquemus, ſi ſemper, & ab omni delicto emun-
g Ibid. 5. dat nos ille; aut ſi non ſemper, non etiam poſt fidem; & ſi non ab omni delicto, non
etiam à fornicatione. Vnde autem exorſus eſt? [g] *Lumen prædixerat Deum, & tenebras non*
eſſe in illo, & mentiri nos ſi dicamus, nos communionem habere cum eo, & in tenebris inceda-
mus. Si verò, inquit, *in lumine incedamus, communionem cum ea habebimus, & ſanguinis*
Ieſu Chriſti Domini noſtri emundat nos ab omni delicto. Ergo in lumine incedentes delinqui-
h Ibid. 9. mus, & in lumine delinquentes emundabimur: Nullo pacto. [h] *Qui enim delinquit, non*
in lumine eſt, ſed in tenebris. Vnde & oſtendit quomodo emundabimur à delicto, in lumine
incedentes, in quo delictum agi non poteſt. adeò ſic *emundari* nos ait, non qua delinqua-
i 1. Io. 1. 7. mus, ſed qua non delinquimus. [i] *Incedentes enim in lumine, tenebris verò non communican-*
tes emundati agemus, non d[e]poſito, ſed non admiſſo delicto. Hæc eſt enim vis Domini[c]i
ſanguinis, vt quos iam delicto mundarit, & exinde in lumine conſtituerit, mundos ex-
k Ibid. 8. 9. inde præſtet, ſi in lumine incedere perſeuerauerint. Sed ſubjicit, inquis, [k] *Si dicamus nos*
delictum non habere, ſeducimus noſmetipſos, & veritas non eſt in nobis. Si confitemur delicta
l Ibid. 10. *noſtra, fidelis & iuſtus eſt vt dimittat ea nobis, & emundet nos ab omni iniuſtitia.* [l] nunquid ab
immunditia? Aut ſi ita eſt, ergo & ab idololatria. Sed aliud in ſenſu eſt. Ecce enim &
ru[rſ]us, *Si dicamus, ait, nos non deliquiſſe, mendacem facimus illum, & ſermo eius non eſt in*
m 1. Io. 2. 1 *nobis.* Eò amplius, [m] *Filioli, hæc ſcripſi vobis, nè delinquatis; & ſi deliqueritis, aduocatum ha-*
bemus apud Deum Patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe placatio eſt pro delictis noſtris. Se-
cundum hæc, inquis, & delinquere nos, & veniam habere conſtabit. Quid ergo fiet,
quum procedens aliud ingenio? Negat enim nos omnino delinquere, & in hoc plurimùm
tractat, vt nihil tale concedat, proponens ſemel a Chriſto delicta deleta, non habitura
n 1. Io. 3. 3. poſtea veniam, in quo nos ſenſus ad admonitionem caſtimoniæ demandat. [n] *Omnis*, in-
quit, *qui habet ſpem iſtam, caſtificat ſemetipſum, quia & ille caſtus eſt. Omnis qui facit deli-*
ctum, & iniquitatem facit & delictum eſt iniquitas. Et ſcitis quod ille manifeſtatus ſit, vt au-
o Ibid. 6 & ſeq. *ferat delicta*; vtique hactenus admittenda. Siquidem ſubjungit, [o] *Omnis qui manet in illo,*
non delinquit. Omnis qui delinquit, neque vidit, neque cognouit eum. Filioli, nemo vos ſe-
ducat. Omnis qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt. Qui facit delictum, ex dia-
bolo eſt, quoniam diabolus à primordio delinquit. In hoc enim manifeſtatus eſt filius Dei, vt
Coloſſ. 2. 14 *ſoluat opera diaboli.* Nam & ſoluit, liberans hominem per lauacrum, donato chirographo
p 1. Io. 3. 9. mortis. [p] *Et ideo omnis qui ex Deo naſcitur, non facit delictum, quia ſemen Dei manet in illo;*
& non poteſt delinquere, quia ex Deo natus eſt. In hoc manifeſti ſunt fily Dei, & fily diaboli.
In quo? niſi illi non delinquendo, ex quo de Deo nati ſunt; iſti delinquendo, quia de
q Ibid. 10. diabolo ſunt; perinde atque ſi nunquam ſint ex Deo nati. Quod ſi dicit; [q] *Qui non eſt*
iuſtus, ex Deo non eſt; qui non pudicus, quomodo rurſus ex Deo fiet, qui jam eſſe deſiit?
1 Io 1. 8 10 Iuxta eſt igitur, vt excid[i]ſſe ſibi dicamus Ioannem, in primore quidem epiſtola negan-
1. Io. 3. 9. tem nos ſine delicto eſſe; nunc verò præſcribentem non delinquere omnino: & illic qui-
dem aliud de venia blandientem, hic verò diſtrictè negantem, filios Dei quicunque de-
1. Io. 3. 16. liquerint. Sed abſit. Nam nec ipſi excidimus à qua digreſſi ſumus diſtinctione delictorum.
Pſal. 4. 5. Et hic enim illam Ioannes commendauit, quòd ſint quædam delicta quotidianæ incurſio-
Epheſ. 4. 26 nis, quibus omnes ſimus obiecti. Cui enim non accidit, aut iraſci iniquè, & vltra ſolis
Eſa. 58. 13. occaſum; aut & manum immittere, aut facilè maledicere, aut temerè iurare, aut fidem
Matth. 5. 34 pacti deſtruere; aut verecundia, aut neceſſitate mentiri. in negotiis, in officiis, in quæ-
ſtu, victu, in viſu, in auditu quanta tentamur, vt ſi nulla ſit venia iſtorum, nemini ſalus
competat. Horum ergo erit venia per exoratorem Patris Chriſtum. Sunt autem & con-
traria illis, vt grauiora & exitioſa, quæ veniam non capiant, non homicidium, idolola-
tria, fraus, negatio, blaſphemia, vtique & mœchia, & fornicatio, & ſi qua alia violatio
templi Dei. Horum vltrà exorator non erit Chriſtus; *hæc non admittet omnino, qui natus*
ex Deo fuerit, non futurus Dei filius, ſi admiſerit. Ita Ioanni ratio conſtabit diuerſitatis,
diſtinctionem delictorum diſponenti, cum delinquere filios Dei nunc adnuit, nunc ab-
nuit. Proſpiciebat enim clauſulam litterarum ſuarum, & illi præſtruebat hos ſenſus, di-
r 1. Io. 5. 16. cturus in fine manifeſtius, [r] *Si quis ſcit fratrem ſuum delinquere delictum non ad mortem, po-*
Hier. 7. 16. *ſtulabit, & dabit ei vitam Dominus, qui non ad mortem delinquit. Eſt enim delictum ad mor-*
& cap. 14 11 *tem: non de eo dico vt quis poſtulet.* Meminerat & ipſe Hieremiam prohibitum a Deo de-
s 1. Io. 5. 16. precari pro populo mortalia delinquente. [s] *Omnis iniuſtitia delictum eſt, & eſt delictum ad*
17. *mortem. Scimus autem quod omnis qui ex Deo natus ſit, non delinquit*; ſcilicet delictum quod
ad mortẽ eſt. Ita nihil iam ſupereſt, quàm aut neges mœchiam, & fornicationem mortalia

eſſe delicta, aut irremiſſibilia fatearis, pro quibus nec orari permittitur.

CAPVT XX.

Ex Leuitico, & Epiſtola ad Hebræos, prorſus abyciendos Eccleſiâ mœchos, tanquam leproſos, fruſtra probat; quaſi caro ſemel lota excludat mœchum à venia.

Per totum. V. in alphab. Errorum. V Remiſsio. 16. in m. & f à p. V Pauli doctrina. 15. in f. V. luxuria. 11.

DISCIPLINA igitur Apoſtolorum propriè quidem inſtruit, ac determinat principaliter ſanctitatis omnis erga templum Dei antiſtitem, & vbique de Eccleſia eradicantem omne ſacrilegium pudicitiæ, ſine vlla reſtitutionis mentione. Volo tamen ex redundantia alicujus etiam comitis Apoſtolorum teſtimonium ſuperducere, idoneum confirmandi de proximo iure diſciplinam magiſtrorum. Exſtat enim & Barnabæ titulus ad Hebræos, adeo ſatis auctoritatis viro, vt quem Paulus iuxta ſe conſtituerit in abſtinentiæ tenore: [a] *aut ego ſolus & Barnabas non habemus hoc operandi poteſtatem?* Et vtique receptior apud Eccleſias epiſtola Barnabæ, illo apocrypho Paſtore mœchorum. Monens itaque diſcipulos, omiſſis omnibus initiis, ad perfectionem magìs tendere, nec rurſus fundamenta pœnitentiæ jacere ab operibus mortuorum; [b] *Impoſſibile eſt enim*, inquit, *eos qui ſemel illuminati ſunt, & donum cæleſte guſtauerunt, & participauerunt Spiritum ſanctum, & verbum Dei dulce guſtauerunt, occidente jam æuo cùm exciderint, rurſus reuocari in pœnitentiam, refigentes cruci in ſemetipſos filium Dei, & dedecorantes. Terra enim quæ bibit ſæpius deuenientem in ſe humorem, & peperit herbam aptam his propter quos & colitur, benedictionem Dei conſequitur. Proferens autem ſpinas reproba, & maledictioni proxima, cujus finis in exuſtionem.* Hoc qui ab Apoſtolis didicit, & cum Apoſtolis docuit, nunquam mœcho, & fornicatori ſecundam pœnitentiam promiſſam ab Apoſtolis norat. Optimè enim legem interpretabatur, & figuras eius jam in ipſa veritate ſeruabat. Ad hanc denique ſpeciem diſciplinæ de leproſo cautum fuit, [c] *Si autem varietas effloruerit in cutem, & totam cutem texerit à capite vſque ad pedes, per omnem conſpectum, & ſacerdos cùm viderit, emundabit eum, quoniam conuertit in album, mundus eſt. Quâ verò die viſus fuerit in eiuſmodi color viuus, inquinatus eſt.* Conuerſum enim hominem de priſtino carnis habitu in candorem fidei, quæ vitium & macula æſtimatur in ſæculo, & totum nouatum mundum voluit intelligi, qui jam non ſit varius, non ſit de priſtino & nouo aſperſus. *Si verò poſt abolitionem in vetuſtatem aliquid ex illa reuixerit, rurſum in carne eius quod emortuum delicto habebatur, immundum judicari, nec expiari jam à ſacerdote.* Ita mœchia de priſtino recidiua, & vnitatem noui coloris, à quo fuerat excluſa, commaculans, immundabile eſt vitium. Item de domo, [d] *Si quæ macula, & cauoſitates adnuntiatæ in parietibus ſacerdoti fuiſſent, priuſquam introiret ad inſpiciendam eam, iubet auferri de domo omnia, ita immunda non futura quæ domus eſſent. Dehinc introgreſſus ſacerdos, ſi inueniſſet cauoſitates viridicantes, vel rubeſcantes, & adſpectum earum humiliorem citra parietinam formam; exiret ad januam, & ſecerneret domum illam ſeptem diebus. Dehinc, die ſeptima regreſſus, ſi animaduertiſſet diffuſum in parietibus tactum illum, imperaret extrahi eos lapides, in quibus lepra fuiſſet, & abjici extra ciuitatem in locum immundum, ſumi alios lapides politos, & ſolidos, & reponi loco priſtinorum, & puluere alio inlini domum.* Oportet enim cum peruenitur ad ſummum ſacerdotem Patris Chriſtum, de domo hominis noſtri, in tempore hebdomadis, auſerri omnia impedimenta prius, vt munda ſit quæ remanet domus, caro, & anima; & vbi introierit eam ſermo Dei, & inuenerit maculas ruboris, & virotis, extrahi ſtatim & abjici foras ſenſus mortiferos, & cruentos: (nam & Apocalypſis viridi equo mortem, ruſſeo autem prœliatorem impoſuit) proque illis politos, & in compaginem aptos, & firmos ſubſtruit lapides, in Abrahæ fiunt, vt ita homo habilis Deo ſit. Quòd ſi poſt recuperationem, & reformationem, rurſus ſacerdos animaduerterit in eadem domo, de priſtinis cauſis aliquid & maculis, immundam eam pronuntiauit, & iuſſit deponi materias, & lapides, & omnem ſtructuram eius, abjici in locum immundum. Hic erit homo caro atque anima, qui poſt babtiſma, & introitum ſacerdotum reformatus, denuò reſumit ſcabra, & maculas carnis, & abjicitur extra ciuitatem in locum immundum; [e] *deditus ſcilicet Satanæ in carnis interitum*; nec amplius reædificatur in Eccleſia poſt ruinam. Sic & de famulæ concubitu, quæ homini eſſet reſeruata, necdum redempta, necdum liberata. [f] *Proſpicitur*, inquit, *illi. & non morietur*, quia nondum eſt manumiſſa cui ſeruabatur. Nondum enim caro à Chriſto manumiſſa cui ſeruabatur, impunè contaminabatur, ita jam manumiſſa non habet veniam.

[a] 1. Cor. 9. 6.
[b] Hebr. 6. 4.
[c] Leuit. 13. 12.
[d] Leuit. 14. 37.
Apoc 6. 4. 8.
Matth. 3. 9.
Leuit. 14. 44.
[e] 1. Cor. 5. 5. 4.
[f] Leuit. 19. 20.

liter ipſe eſt Spiritus, in quo eſt trinitas vnius diuinitatis, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Illam Eccleſiam congregat, quam Dominus in tribus poſuit. Atque ita ex- Matth 18.
inde etiam numerus omnis qui in hanc fidem conſpirauerint, Eccleſia ab auctore & 20.
conſecratore cenſetur. Et ideo Eccleſia quidem delicta donabit; ſed eccleſia Spiritus, per ſpiritalem hominem; non eccleſia, numerus epiſcoporum. Domini enim, non famuli eſt jus & arbitrium; Dei ipſius, non ſacerdotis.

CAPVT XXII.

Inuehitur in Martyres ſiue Confeſſores carceratos adhuc de ſua ſalute periclitantes, qui veniam & pacem Eccleſiæ fidei negatoribus & vi tormenti ſubuerſis negabant, quam Mœchis indulgebant, ea vtique indignioribus.

Per totum. in alphab. Errorum. V. Remiſsio. 17. à p. V. Chriſti. paſsio. 19. circa. f. V. Baptiſmus ſanguinis. 1.

AT tu jam & in martyras tuos effundis hanc poteſtatem, vt quiſque ex conſenſione vincula induit adhuc mollia in nouo cuſtodiæ nomine ſtatim ambiunt mœchi; ſtatim adeunt fornicatores, iam preces circumſonant, iam lacrymæ circumſtagnant maculati cuiuſque; nec vlli magìs aditum carceris redimunt, quàm qui Eccleſiam perdiderunt. Violantur viri ac fœminæ in tenebris planè ex vſu libidinum notis, & pacem ab his quærunt, qui de ſua periclitantur. Alii ad metalla confugiunt, & inde communicatores reuertuntur, vbi iam aliud martyrium neceſſarium eſt delictis poſt martyrium nouis. Quis enim in terris, & in carne, ſine culpa? quis martyr ſæculi incola, denariis ſupplex, medico obnoxius, & fœneratori? Putà nunc ſub gladio iam capite librato, putà in patibulo iam corpore expanſo, putà in ſtipite iam leone conceſſo; putà in axe, iam incendio adſtructo, in ipſa dico ſecuritate & poſſeſſione martyrij, quis permittit homini donare, quæ Deo reſeruanda ſunt? à quo ea ſine excuſatione damnata ſunt; quæ nec Apoſtoli, quod ſciam, martyres & ipſi, donabilia iudicauerunt. Denique iam ad beſtias depugnauerat Paulus Epheſi; cùm interitum decernit inceſto. Sufficiat martyri propria delicta purgaſſe. Ingrati, vel ſuperbi eſt, in alios quoque 1 Cor. 15. 32
ſpargere, quod pro magno fuerit conſecutus. Quis alienam mortem ſua ſoluit, niſi 1. Cor. 5. 5.
ſolus Dei filius? Nam & in ipſa paſſione liberauit latronem. Ad hoc enim venerat, vt
ipſe à delicto purus, & omnia ſanctus, pro peccatoribus obiret. Proinde qui illum Luc. 23. 43.
æmularis donando delicta, ſi nihil ipſe deliquiſti, planè patere pro me. Si verò pecca- Hebr. 7. 26
tores, quomodo oleum faculæ tuæ ſufficere, & tibi, & mihi poterit? Habeo etiam nunc quo probem Chriſtum. Si propterea Chriſtus in martyre eſt, vt mœchos, & fornicatores martyr abſoluat, occulta cordis edicat, vt ita delicta concedat, & Chriſtus eſt. Sic enim Dominus Ieſus Chriſtus poteſtatem ſuam oſtendit, [a] *Quid cogitatis nequam in cordibus veſtris? Quid enim facilius eſt, dicere paralytico, Dimittuntur tibi peccata;* a Matth. 9.
an, Surge & ambula? Igitur vt ſciatis filium hominis habere dimittendorum peccatorum in 4.5.
terris poteſtatem, tibi dico, paralytice, Surge & ambula. Si Dominus tantum de poteſtatis ſuæ probatione curauit, vti traduceret cogitatus, & ita imperaret ſanitatem, nè non crederetur poſſe delicta dimittere; non licet mihi eandem poteſtatem, in aliquo, ſine eiſdem probationibus credere. Quum tamen mœchis, & fornicatoribus a martyre expoſtulas veniam, ipſe confiteris eiuſmodi crimina nonniſi proprio martyrio diluenda, qui præſumis alieno. Quod ſi eſt, iam & martyrium aliud erit baptiſma. [b] *Habeo enim*, inquit, *& aliud baptiſma.* Vnde & [c] *ex vulnere lateris Dominici aqua, & ſanguis,* b Luc 12. 50.
vtriuſque lauacri paratura, manauit. Debeo ergo & primo lauacro alium liberare, ſi c Io. 19. 34.
poſſum ſecundo; ingeramuſque in ſinum neceſſe eſt, Quæcunque auctoritas, quæcunque ratio mœcho, & fornicatori pacem eccleſiaſticam reddit, eadem debebit & homicidæ, & idololatræ pœnitentibus ſubuenire; certè negatori, & vtique illi, quem in prælio confeſſionis tormentis colluctatum ſæuitia dejecit. Cæterùm, indignum Deo, & illius miſericordia, qui pœnitentiam peccatoris morti præuertit, vt facilius Ezech. 33. 11
in Eccleſiam redeant, qui ſubando, quàm qui dimicando ceciderunt. Viget nos dicere indignitas. Contaminata potius corpora reuocabis, quàm cruentata? Quæ pœnitentia miſerabilior, titillatam proſternens carnem, an verò laniatam? Quæ juſtior venia in omnibus cauſſis, quam voluntarius, an quam inuitus peccator implorat? Nemo volens, negare compellitur; nemo nolens, fornicatur. Nulla ad libidinem vis eſt, niſi ipſa; neſcit quodlibet cogi. Negotiationem porro quanta compellunt ingenia carnificis, & genera pœnarum? Quis magis negauit, qui Chriſtum vexatus, an qui delectatus amiſit? qui quum amitteret, doluit; an qui quum amitteret, luſit? Et tamen illæ cicatrices Chriſtiano prælio inſculptæ, & vtique inuidioſæ apud Chriſtum, quia viciſſe

cupierunt, & ſic quoque glorioſæ, quia non vincendo ceſſerunt; in quas adhuc & diabolus ipſe ſuſpirat, cum ſua infelicitate, ſed caſta; cum pœnitentia mœrente, ſed non erubeſcente ad Dominum de venia. Denuò dimittitur eis, qui piaculariter negauerunt. Solis illis [d] *caro infirma*. Atqui nulla tam fortis caro, quàm quæ ſpiritum elidit.

[d] Luc 22.34 Matth.50.41.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI
DE RESVRRECTIONE CARNIS.

In librum de Reſurrectione carnis,

ARGVMENTVM.

Tractatum ampliſſimum aduerſus hæreticos aggreditur: veritatem reſurrectionis in eadem carne futuræ in ſæculi fine, ſelectiſſimis ex ſcriptura locis, & ſolidiſſimis rationibus probat, nodos omnes & perplexitates ſcripturarum, in contrarium ab aduerſariis proferri ſolitas exponens. Hunc librum verè à Tertulliano conſcriptum, conuincit, quòd in eo aliorum à ſe ſcriptorum faciat mentionem. Capite enim ſecundo citat librum de Anima, de carne Chriſti, & librum ſecundum, & tertium contra Marcionem, quorum alterum rurſum citat cap. 14. & lib. de Anima cap. 17. & 45. lib. autem de carne Chriſti ſub finem; Reſurrectio, inquit, noſtræ carnis, alio libello defendenda. hic habebit præſtructionem, manifeſto iam, quale fuerit, quod in Chriſto reſurrexit. *Item lib. 5. contra Marcionem cap. 10. primam ad Corinthios explicans*: Reuertamur, inquit, nunc ad reſurrectionem, cui & aliàs quidem proprio volumine ſatisfecimus, omnibus hæreticis reſiſtentes: ſed nec hìc deſumus, propter eos qui illud opuſculum ignorant. *Hic etiam liber, ſicut & de Carne Chriſti, teſte Pamelio, ſcriptus eſt Anno Chriſti ducenteſimo octauo, Zephyrini Nono, Seueri decimoquinto. Baronius Chronicon mutat, & ponit Zephirini ſextum, Seueri decimum quartum.*

CAPVT PRIMVM.

Reſurrectio mortuorum exploſa vulgo gentilibus, & ab Epicuro & Seneca, Platonicis & Pythagoricis, licet errantibus ſubodorata; ſpes eſt firmiſſima Chriſtianorum.

In p. V. Reſurrectionis fides. 1. à p. ad m. V. Animæ immortalitas. 4. in m. ad f. V. Animæ immortalitas. 3. & V. Reſurrect. impug. hæret. 3.

FIDVCIA CHRISTIANORVM, reſurrectio mortuorum. illâ, credentes ſumus, hoc credere veritas cogit. Veritatem Deus aperit. Sed vulgus irridet, exiſtimans nihil ſupereſſe poſt mortem: Et tamen defunctis parentant; & quidem impenſiſſimo officio, pro moribus eorum, pro temporibus eſculentorum; vt quos negant ſentire quicquam, eſcam deſiderare præſumant. At ego magis ridebo vulgus, tunc quoque, quum ipſos defunctos atrociſſimè exurit, quos poſtmodum guloſiſſimè nutrit; iiſdem ignibus & promerens, & offendens. O pietatem de crudelitate ludentem! ſacrificat, an inſultat, quum crematis cremat? Planè cum vulgo interdum & ſapientes ſententiam ſuam iungunt. Nihil eſſe poſt mortem, Epicuri ſchola eſt. Ait & Seneca, omnia poſt mortē finiri, etiam ipſam. Satìs eſt autem, ſi non minor philoſophia Pythagoræ, & Empedocli. Sed Platonici immortalem animam è contrario reclamant: immò adhuc proximè etiam in corpora remeabilem affirmant; etſi non in eadem, etſi non in humana tantummodò; vt Euphorbus in Pythagoram, Homerus in pauum, recenſeantur. Certè recidiuatum animæ corporalem pronuntiauerunt; tolerabilius mutata, quàm negata qualitate: pulſata ſaltem, licet non adita veritate. Ita ſæculum, reſurrectionem mortuorum, nec quum errat, ignorat.

CAPVT II.

Sadducæi Epicureis affines, reſurrectionem negant; Marcion, Baſilides, Valentinus, & Apelles, veram in Chriſto carnem; & veram eius, & noſtram reſurrectionem abnuunt. ſolius animæ reſurrectionem admittunt hæretici, quam immortalem credunt, excepto Lucano.

In p. V. Reſurrect. impug hæret. 5. circa m. V. Hæret. Elogia. 13. in f. V. Animæ immortal. 1.

SI verò & apud Deum aliqua ſecta eſt, Epicuræis magis adfinis, quàm Prophetis;
ſciemus quid audiant à Chriſto Sadducæi. Chriſto enim ſeruabatur, omnia retrò oc- Matth. 22.
culta nudare, dubitata dirigere, prælibata ſupplere, prædicata repræſentare: mortuo- 24. & ſeq.
rum certè reſurrectionem, non modò per ſemetipſum, verùm etiam in ſemetipſo pro-
bare. Nunc autem ad alios Sadducæos præparamur, partiarios ſententiæ illorum. Ita
dimidiam agnoſcunt reſurrectionem, ſolius ſcilicet animæ; aſpernati carnem, ſicut &
ipſum dominum carnis. Nulli denique alii ſalutem corporali ſubſtantiæ inuident,
quàm alterius diuinitatis hæretici. Ideoque & Chriſtum aliter diſponere coacti, nè
Creator carnis habeatur, in ipſa prius carne eius errauerunt; aut nullius veritatis con-
tendentes eam, ſecundùm Marcionem, & Baſilidem; aut propriæ qualitatis ſecundùm
hæreſes Valentini, & Apellem. Atque ita ſequitur, vt ſalutem eius ſubſtantiæ exclu-
dant, cuius Chriſtum conſortem negant; certi illam ſummo præiudicio reſurrectionis
inſtructam, ſi iam in Chriſto reſurrexit caro. Propterea & nos volumen præmiſimus,
De carne Chriſti, quo eam & ſolidam probamus, aduerſum phantaſmatis vanitatem,
& humanam vindicamus, aduerſus qualitatis proprietatem; cuius conditio. Chriſtum
& hominem, & filium hominis inſcripſerit. Carneum enim atque corporeum proban-
tes eum, proinde & obducimus, præſcribendo nullum alium credendum Deum præter
Creatorem, dum talem oſtendimus Chriſtum, in quo dignoſcitur Deus, qualis promit-
titur à Creatore. obducti, dehinc de Deo carnis auctore, & de Chriſto carnis redem-
ptore, iam & de reſurrectione carnis reuincentur. Congruenter ſcilicet. & hoc fermè
modo dicimus ineundam cum hæreticis diſceptationem. Nam & ordo ſemper à princi-
palibus deduci expoſcit, vt de ipſo prius conſtet, à quo dicatur diſpoſitum eſſe, quod
quæritur. Atque adeò & hęretici, ex conſcientia infirmitatis, nunquam ordinarie tra-
ctant. Certi enim, quàm laborant in alterius diuinitatis inſinuatione, aduerſus Deum
mundi, omnibus naturaliter notũ de teſtimoniis operum; certè & in ſacramentis prio-
rem, & in prædicationibus manifeſtiorem; ſub obtentu quaſi vrgentioris cauſæ, id eſt,
ipſius humanæ ſalutis ante omnia requirendæ, à quæſtionibus reſurrectionis incipiunt:
quia durius creditur reſurrectio carnis, quàm vna diuinitas: atque ita tractatum, viri-
bus ordinis ſui deſtitutum, & ſcrupulis potius oneratum depreciantibus carnem, pau-
latim alterius diuinitatis temperant ſenſum, ex ipſa ſpei concuſſione, & demutatione.
Dejectus enim vnuſquiſque vel motus de gradu eius ſpei quam ſuſceperat apud Crea-
torem, facilè jam declinatur ad alterius ſpei auctorem, etiam vltro ſuſpicandum. Per
diuerſitatem enim promiſſionum, diuerſitas inſinuatur deorum. Sic multos irretitos
videmus; dum antè de reſurrectione carnis eliduntur, quàm de vnione diuinitatis eli-
dunt. Igitur, quantum ad hæreticos, demonſtrauimus quo cuneo occurrendum ſit à
nobis; & occurſum eſt iam ſuo quoq; titulo. de Deo quidem vnico, & Chriſto eius, ad-
uerſus Marcionem: de carne verò Domini, etiam aduerſus quatuor hæreſes; ad hanc
maximè quæſtionem præſtruendam. vti nunc de ſola carnis reſurrectione ita digeram,
tanquam penès nos incertum, dum ſit quoq; certum penes Creatorem. Nam & multi
rudes; & plerique ſua fide dubii, & ſimplices: plures, quos inſtrui, dirigi, muniri opor-
tebit; quia & hoc latere, vnio diuinitatis defendetur. Sicuti enim negata carnis reſurre-
ctione, cõcutitur; ita vindicata, conſtabilitur. Animæ autẽ ſalutem credo retractatu ca-
rere. Omnes enim ferè hæretici eam quoquo modo velint, tamen non negant. Viderit
vnus aliqui Lucanus, nec huic quidem ſubſtantiæ parcens, quam ſecundùm Ariſtote-
lem diſſoluens, aliud quid pro ea ſubijcit, quaſi ſit tertium quiddam reſurrecturum. ne-
que anima, caro, id eſt non homo, ſed vrſus fortiſan, quà Lucanus. Habet & iſte à nobis
pleniſſimum de omni ſtatu animæ ſtilum, quam in primis immortalem tuentes, ſolius
carnis & defectionem agnoſcimus, & refectionem cùm maximè adſerimus; redactis
in ordinarium materiæ corpus, ſi qua & alibi pro cauſarum incurſione præſtricta di-
ſtulimus. Nam vt quædam prælibari ſolemne eſt, ita & differri neceſſe eſt, dummodò
& prælibata ſuppleantur ſuo corpore, & dilata reddantur ſuo nomine.

CAPVT III.

Ethnici quidem audiendi ſunt, cùm de Deo & Anima ſecundùm veritatem ſentiunt, ſed cùm hæretici à philoſophis gentilium aut plebe contraria fidei mutuantur; ſunt omnino reſpuendi, & intra ſcripturæ limites eiuſque ſimplices & germanos ſenſus, coercendi.

I n p. V. Animæ immortalitas. 1. in m. V. Hæret. Elogia. 7. in f. V. Hæret. Elogia. 18. & V. ſcripturæ ſenſus. 1.

EST quidem & de communibus ſenſibus ſapere in Dei rebus; ſed in teſtimonium veri, non in adiutorium falſi; quod ſit ſecundum diuinam, non contra diuinam diſpoſitionem. Quædam enim natura nota ſunt: vt immortalitas animæ penès plures: vt Deus noſter penes omnes. Vtar ergo & ſententia Platonis alicuius pronuntiantis, *Omnis anima immortalis.* Vtar & conſcientia populi, conteſtantis Deum deorum. vtar & reliquis communibus ſenſibus, qui Deum iudicem prædicant; *Deus videt, &, Deo commendo.* At cùm aiunt, *Mortuum, quod mortuum; &, Viue, dum viuis; &, Poſt mortem omnia finiuntur, etiam ipſa;* tunc meminero, & [a] *cor vulgi cinerem à Deo deputatum; &
a Iſa. 44. 20. & 25. 1. Cor. 1. 20. ipſam ſapientiam ſæculi, ſtultitiam pronuntiatam.* Tunc ſi & hæreticus ad vulgi vitia, vel ſæculi ingenia confugerit, Diſcede, dicam, ab ethnico hæretice; etſi vnum eſtis omnes, qui Deum fingitis, dum hoc tamen in Chriſti nomine facis, dum Chriſtianus tibi videris, alius ab ethnico es: redde illi ſuos ſenſus, quia nec ille de tuis inſtruitur.
b Matth. 15. 14. [b] *Quid cæco duci inniteris*, ſi vides? quid veſtiris à nudo, ſi Chriſtum induiſti? quid alieno vteris clypeo, ſi ab Apoſtolo armatus es? Ille potius à te diſcat carnis reſurrectionem confiteri, quàm tu ab illo diffiteri. quia ſi & à Chriſtianis negari oporteret, ſufficeret illis de ſua ſcientia, non de vulgi ignorantia inſtrui. Adeò non erit Chriſtianus, qui eam negabit, quam confitentur Chriſtiani, & his argumentis negabit, quibus vtitur non Chriſtianus. Aufer denique hæreticis, quæ cum ethnicis ſapiunt; vt de ſcripturis ſolis quæſtiones ſuas ſiſtant, & ſtare non poterunt. Communes enim ſenſus ſimplicitas ipſa commendat, & compaſſio ſententiarum, & familiaritas opinionum; eoque fideliores exiſtimantur, quia nuda, & aperta, & omnibus nota definiunt. Ratio autem diuina, in medulla eſt, non in ſuperficie; & plerumque æmula manifeſtis.

CAPVT IV.

Hæretici fruſtra cum Ethnicis reſurrectionem impugnant, tanta gloria, eius ignobilitatem opponentes.

In p. V. Hæret. Elogia. 18. & V. ſcripturæ ſenſus. 1. à p. ad f. V. Reſurrect. impug. hæret. 4.

ITAQVE hæretici inde ſtatim incipiunt, & inde præſtruunt; dehinc interſtruunt, vnde ſciunt facilè capi mentes, de communione fauorabili ſenſuum. An aliud prius, vel magìs audias tam ab hæretico, quàm ab ethnico? & non protinus, & non vbique conuicium carnis, in originem, in materiam, in caſum, in omnem exitum eius? immundæ à primordio ex fæcibus terræ, immundioris deinceps ex ſeminis ſui limo, friuolæ, infirmæ, criminoſæ, oneroſæ, moleſtæ? & poſt totum ignobilitatis elogium, caducæ in originem terram, & cadaueris nomen; & de iſto quoque nomine perituræ in nullum inde iam nomen, in omnis iam vocabuli mortem? Hanc ne ergo vis ſapiens, & viſui, & contactui, & recordatui tuo ereptam, perſuadere quòd ſe receptura quandoque ſit in integrum de corrupto, in ſolidū de caſſo, in plenum de inanito, in aliquid omnino de nihilo? & vtique redhibentibus eam ignibus, & vndis, & aluis ferarum, & rumis alitum, & lactibus piſcium, & ipſorum temporum propria gula? Adeonè autem eadem ſperabitur quæ intercidit, vt claudus, & luſcus, & cæcus, & leproſus, & paralyticus reuertantur, vt rediſſe non libeat priſtinum? an integri, vt iterum talia pati timeant? Quid tum de conſequentiis carnis? Rurſuſnè omnia neceſſaria illi, & in primis pabula, atque potacula; & pulmonibus natandum, & inteſtinis æſtuandum, & pudendis non pudendum, & omnibus membris laborandū? rurſus, vlcera, & vulnera, & febris, & podagra, & mors redoptanda? Nimirum hæc erunt vota carnis recuperandæ, iterum cupere de ea euadere. Et nos quidem hæc aliquanto honeſtius pro ſtili pudore. Cæterùm, quantum etiam ſpurciloquij licet illorum in congreſſibus experiri, iam ethnicorum, quàm hæreticorum!

CAPVT V.

Indigna non eſt reſurrectione caro, quam Deus ipſe fecit.

In p. V. Reſurrect. impug. hæret. 4. à p. V. carnis dignitas. 4. V. circa. m. carnis dignitas. 3. in m. ad circa. f. V. carnis dignitas. 8. in f. V. carnis excell. in ord. ad Animam. 1.

IGITVR quoniam & rudes quique de communibus adhuc ſenſibus ſapiunt, & dubii, & ſimplices, per eoſdem ſenſus denuò inquietantur; & vbique primus iſte in nos aries temperatur, quo carnis conditio quaſſatur; neceſſariò & à nobis carnis primùm conditio munietur. Vituperationē, laudatione depellas. Ita nos rhetoricari quoq; prouocant hæretici, ſicut etiam philoſophari. Futile, & friuolum illud corpuſculum, quod

malum denique appellare non horrent, etſi angelorum fuiſſet operatio, vt Menandro, & Marco placet; etſi ignei alicuius exſtructio, æquè angeli, vt Apelles docet; ſuffiſceret ad auctoritatem carnis, ſecundæ diuinitatis patrocinium. Angelos poſt Deum nouimus. Iam nunc, quiſquis ille ſummus Deus hæretici cuiuſque eſt, non immeritò ab ipſo quoque deducerem carnis dignitatem, à quo voluntas producendæ ei adfuiſſet. Vtique enim prohibuiſſet fieri, quam fieri ſciſſet, ſi fieri noluiſſet. Ita & ſecundùm illos, æquè caro, Dei res. Nihil operis, non eius eſt, qui paſſus eſt eſſe. Benè autem, quòd plures, & duriores quæque doctrinæ, totam hominis figulationem Deo noſtro cedunt. Quantus hic ſit, ſatis noſti, qui vnicum credidiſti. Incipiat iam tibi caro placere, cuius artifex tantus eſt. Sed & mundus, inquis, Dei opus eſt, & tamen [a] *præterit habitus huius* a 1. Cor. 7. 31 *mundi*, Apoſtolo quoque auctore: nec idcirco reſtitutio mundi præiudicabitur, quia Dei opus eſt. Et vtique ſi vniuerſitas irreformabilis poſt deceſſum, quid portio? Planè, ſi portio vniuerſitati adæquatur. Ad diſtantiam enim prouocamus. Primo quidem, quòd [b] *omnia ſermone Dei facta ſunt; & ſine illo nihil.* Caro autem & ſermone Dei conſti- b Io. 1. 3. tit propter formam, nè quid ſine ſermone. *Faciamus enim hominem*, antè præmiſit. & c Gen. 1. 26. amplius, manu, propter prælationem; nè vniuerſitati compararetur. [d] *Et finxit*, inquit, d Gen. 1. 27. *Deus hominem.* Magnæ ſine dubio differentiæ ratio, pro conditione ſcilicet rerum. Minora enim, quæ fiebant, eo cui fiebant. Siquidem homini fiebant, cui mox à Deo addicta ſunt. Merito igitur, vt famula, iuſſu & imperio, & ſola vocali poteſtate vniuerſa proceſſerant. Contrà, homo, vt Dominus eorum, in hoc ab ipſo Deo extructus eſt, vt Dominus eſſe poſſet, dum fit à Domino. Hominem autem memento carnem propriè dici, quæ prior vocabulum hominis occupauit: [e] *Et finxit Deus hominem, limum de terra.* Iam homo, qui adhuc limus. *Et inſufflauit in faciem eius, flatum vitæ; & factus eſt homo,* e Gen. 2. 7. 8 id eſt limus, *in animam viuam. Et poſuit Deus hominem, quem finxit, in paradiſo.* Adeò homo figmentum primò, dehinc totus. Hoc eò commendarim, vti quicquid omnino homini à Deo proſpectum atque promiſſum eſt, non ſoli animæ, verùm & carni ſcias debitum: vt ſi non ex conſortio generis, certè vel ex priuilegio nominis.

CAPVT VI.

Caro reſurrectione digna, quam Deus propria ſua manu extruxit.

In p. V. Carnis dignitas. 5. à p. V. Carnis dignitas. 9. & V. Homo imago Dei. 3. in m. V. Carnis dignitas. 2. in f. V. Carnis dignitas. 1.

PERSEQVAR itaque propoſitum. ſi tamen tantum poſſim carni vindicare, quantum contulit ille qui eam fecit, iam tunc gloriantem, quòd illa puſillitas, limus, in manus Dei quæcunque ſunt, peruenit; ſatis beatus, etſi ſolummodò contactus. Quid enim ſi nullo amplius opere, ſtatim figmentum de contactu Dei conſtitiſſet? Adeò magna res agebatur, qua iſta materia exſtruebatur. Itaque totiens honoratur, quotiens manus Dei patitur, dum tangitur, dum decerpitur, dum deducitur, dum effingitur. Recogita totum illi Deum occupatum ac deditum, manu, ſenſu, opere, conſilio, ſapientia, prouidentia, & ipſa in primis adfectione, quæ liniamenta ducebat. Quodcunque enim limus exprimebatur, Chriſtus cogitabatur homo futurus, quod & limus, *& caro ſermo*, quod & terra tunc. Sic enim præfatio Patris ad Filium, [a] *Faciamus hominem* a Gen. 1. 26. *ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Et fecit hominem Deus.* id vtique quod finxit. *ad* Ibid. *imaginem Dei fecit illum*, ſcilicet Chriſti. [b] *Et ſermo enim Deus, qui in effigie Dei conſtitu-* b Philipp. 2. *tus, non rapinam exiſtimauit pariari Deo.* Ita limus ille iam tunc imaginem induens Chri- 6. ſti futuri in carne, non tantùm Dei opus erat, ſed & pignus. Quò nunc facit, ad infuſcandam originem carnis, nomen terræ ventilare, vt ſordentis, vt iacentis elementi? cùm, etſi alia materia excudendo homini competiſſet, artificis faſtigium recogitari oporteret, qui illam & eligendo dignam iudicaſſet, & tractando feciſſet. Phidiæ manus, Iouem Olympium ex ebore molitæ, adorantur: nec iam beſtiæ, & quidem inſulſiſſimæ deus eſt; ſed ſummum ſæculi numen; non quia elephantus, ſed quia Phidias tantus. Deus viuus, & Deus verus, quamcunque materiæ vilitatem non de ſua operatione purgaſſet, & ab omni infirmitate ſanaſſet? An hoc ſupererit, vt honeſtius homo Deum, quàm hominem Deus finxerit? Nunc, etſi ſcandalum limus; alia iam res eſt. Carnem iam teneo, non terram: licet & caro audiat, [c] *Terra es, & in terram ibis*: origo c Gen. 3. 19. recenſetur, non ſubſtantia reuocatur. Datum eſt eſſe aliquid origine generoſius, & demutatione fælicius. Nam & aurum terra, quia de terra: hactenus tamen terra: ex quo aurum, longè alia materia, ſplendidior atque nobilior de obſoletiore matrice. Ita & Deo licuit, carnis aurum, de limi, quibus putas, ſordibus, excuſato, cenſu eliquaſſe.

CAPVT VII.

Caro licet primò fuerit limus, in Carnis dignitatem à Deo mutatus fuit.

In p. V. Carnis dignitas. 6. à p V. Carnis excell. in ord. ad animam. 5 in m. V Carnis dignitas. 7. à m. V. Carnis excell. in ord. ad animam. 4. & à m ad f. V. carnis excell. in ord. ad animam.

SED dilutior videatur auctoritas carnis, quia non & ipſam propriè manus diuina
tractauit, ſicuti limum. Quando in hoc tractauit limum, vt poſtmodum caro fieret
ex limo, carnis vtique negotium geſſit. Sed adhuc velim diſcas, quando & quomodo
Gen. 3. 21. caro floruerit ex limo. Neque enim, vt quidam volunt, illæ pelliciæ tunicæ, quas Adam
& Eua, paradiſum exuti induerunt, ipſæ erunt carnis ex limo reformatio; quum ali-
quanto prius & Adam, ſubſtantiæ ſuæ traducem, in fœmina iam carne recognouerit:
d Gen. 2. 23. [d] *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea*; & ipſa delibatio maſculi in fœminam
carne ſuppleta ſit; limo, opinor, ſupplenda, ſi Adam adhuc limus. Oblitteratus igitur
e Gen. 2. 3. & deuoratus eſt limus in carnem. Quando? quum [e] *factus eſt homo in animam viuam*,
de Dei flatu, vapore ſcilicet, idoneo torrere quodammodo limum in aliam qualita-
tem; quaſi in teſtam, ita in carnem. Sic & figulo licet argillam temperato ignis adfla-
tu, in materiam robuſtiorem recorporare, & in aliam ex alia fingere ſpeciem, aptio-
rem priſtina, & ſui iam generis ac nominis. Nam etſi ſcriptum eſt, [f] *Nunquid argilla di-*
f Rom. 9. 20. *cet figulo*, id eſt, homo Deo; etſi Apoſtolus, *In teſtaceis, ait, vaſculis*; tamen & argilla ho-
mo, quia limus antè; & teſta caro, quia ex limo per adflatus diuini vaporem, quam
poſtea pelliciæ tunicæ, id eſt, cutes ſuperductæ, veſtierunt. Vſque adeo, ſi detraxeris
cutem, nudaueris carnem: Ita, quod hodie ſpolium efficitur, ſi detrahatur, hoc fuit
indumentum cùm ſuperſtruebatur. Hinc & Apoſtolus, circuncisionem, [g] *deſpoliatio-*
g Ad Coloſſ. 2. 11. *nem carnis* appellans, tunicam cutem confirmauit. Hæc cùm ita ſint, habes & limum
de manu Dei glorioſum, & carnem de adflatu Dei glorioſiorem, quo pariter caro &
limi rudimenta depoſuit, & animæ ornamenta ſuſcepit. Non es diligentior Deo, vt
tu quidem Scythicas, & Indicas gemmas, & rubentis maris grana candentia, non plum-
bo, non ære, non ferro, nè argento quoque oblaquees; ſed electiſſimo, & inſuper ope-
roſiſſimo deſcrobes auro; vinis item, & vnguentis pretioſiſſimis quibuſque vaſculorum
prius congruentiam cures; proinde perfectæ ferruginis gladijs, vaginarum adæques
dignitatem: Deus verò animæ ſuæ vmbram, ſpiritus ſui auram, oris ſui operam, vili
ſimo alicui commiſerit capulo, & indignè collocando, vtique damnauerit. Collocauit
autem, an potius inſeruit, & immiſcuit carni? tanta quidem concretione, vt incertum
haberi poſſit, vtrumnè caro animam, an carnem anima circumferat: vtrumnè animæ
caro, an anima appareat carni: Sed & magìs animam inuehi atque dominari creden-
dum eſt, vt magìs Deo proximam. hoc quoque ad gloriam carnis exuberat, quod pro-
ximam Deo & continet, & ipſius dominationis compotem præſtat. Quem enim na-
turæ vſum, quem mundi fructum, quem elementorum ſaporem, nun per carnem ani-
ma depaſcitur? quidni? per quam omni inſtrumento ſenſuum fulta eſt, viſu, auditu,
guſtu, odoratu, contactu; per quam diuina poteſtate reſperſa eſt, nihil non ſermone
perficiens, vel tacitè præmiſſo. & ſermo enim de organo carnis eſt; Artes per carnem;
ſtudia, ingenia, per carnem; opera, negotia, officia, per carnem: atque adeò totum
viuere animæ, carnis eſt, vt non viuere, animæ nihil aliud ſit, quàm à carne deuertere.
Sic etiam ipſum mori carnis eſt, cuius & viuere. Porro, ſi vniuerſa per carnem ſubia-
cent animæ, carni quoque ſubiacent. per quod vtaris, cum eo vtaris neceſſe eſt: ita
caro, dum miniſtra, & famula animæ deputatur, conſors, & cohæres inuenitur. ſi tem-
poralium, cur non & æternorum?

CAPVT. VIII.

Carnis dignitas penſatur ex eo quòd per eam anima Sacramentorum gratiam percipiat, virtutes exerceat, martyrij gloriam adipiſcatur.

In p. V. Carnis dignitas in ord. ad gratiam. 1. à p. V Ordo ſacer. 1. in m. V. Euchariſtiæ effectus. 3. in m. ad f V. Reſurrect. probatur rationibus. 8.

ET hæc quidem, velut de publica forma humanæ conditionis, in ſuffragium carni
procurauerim. Videamus nunc de propria etiam Chriſtiani nominis forma, quan-
ta huic ſubſtantiæ friuolæ ac ſordidæ, apud Deum prærogatiua ſit: etſi ſufficeret illi,
quòd nulla omnino anima ſalutem poſſit adipiſci, niſi dum eſt in carne, crediderit: adeò
caro ſalutis eſt cardo. Denique cùm anima Deo allegitur, ipſa eſt quæ efficit, vt anima

allegi poſſit. Scilicet caro abluitur, vt anima emaculetur. Caro vngitur, vt anima conſecretur. Caro ſignatur, vt & anima muniatur. Caro manus impoſitione adumbratur, vt & anima ſpiritu illuminetur. Caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, vt & anima de Deo ſaginetur. Non poſſunt ergo ſeparari in mercede, quas opera coniungit. Nam & ſacrificia Deo grata, conflictationes dico animæ, ieiunia, & ſeras, & aridas eſcas, & adpendices huius officij ſordes, caro de proprio ſuo incommodo inſtaurat. Virginitas quoque, & viduitas, & modeſta in occulto matrimonij diſſimulatio, & vna notitia eius, de bonis carnis Deo adolentur. Age iam, quid de ea ſentis, quum pro nominis fide in medium extracta, & odio publico expoſita, decertat? quum in carceribus maceratur, teterrimo lucis exilio, penuria mundi, ſqualore, pædore, contumelia victus; nè ſomno quidem libera; quippe ipſis etiam cubilibus vincta, ipſiſque ſtramentis lancinata; quum iam & in luce, omni tormentorum machinatione laniatur; quum denique ſuppliciis erogatur, eniſa reddere Chriſto vicem, moriendo pro ipſo, & quidem per eandem crucem ſæpè, nèdum per atrociora quoque ingenia pœnarum? Næ illa beatiſſima, & glorioſiſſima, quæ poteſt apud Chriſtum Dominum parere debito tanto, vt hoc ſolum debeat ei, quòd ei debere deſierit: hoc magis vincta, quod abſoluta.

CAPVT IX.

Quidni Carni Chriſtus reſurrectionem conferat, quam licet infirmam, & carnem peccati dictam, dilexit?

Per totum. V. Reſurrectio probatur rationibus. 10.

IGITVR, vt retexam, quam Deus manibus ſuis ad imaginem Dei ſtruxit, quam de
ſuo adflatu ad ſimilitudinem ſuæ viuacitatis animauit, quam incolatui, fructui, do- Gen. 1. 18 Gen. 2. 3. 8
minatui, totius ſuæ operationis præpoſuit, quam ſacramentis ſuis diſciplíniſque veſti-
uit; cuius mundicias amat, cuius caſtigationes probat, cuius paſſiones ſibi adpretiat;
hæccinè non reſurget, totiens Dei? Abſit, abſit, vt Deus manuum ſuarum operam, in-
genij ſui curam, adflatus ſui vaginam, molitionis ſuæ reginam, liberalitatis ſuæ hære-
dem, religionis ſuæ ſacerdotem, teſtimonij ſui militem, Chriſti ſui ſororem, in æter-
num deſtituat interitum. Bonum Deum nouimus: ſolum, optimum, à Chriſto eius ad- Luc. 18. 19.
diſcimus; qui dilectionem mandans, poſt ſuam, in proximum, faciet & ipſe quod præ- Matt. 22. 39.
cepit: diliget carnem, tot modis ſibi proximam. &, [a] ſi infirmam, *ſed virtus in infirmita-* a 2. Cor. 12.
te perficitur: &, ſi imbecillam, ſed [b] *medicum non deſiderant, niſi malè habentes*: &, ſi inho- 9.
neſtam, ſed [c] *inhoneſtioribus maiorem circundamus honorem*: &, ſi perditam, ſed [d] *ego*, in- b Luc. 5. 31.
quit, *veni, vt quod perijt ſaluum faciam*: &, ſi peccatricem, ſed [e] *malo mihi*, inquit, *ſalutem* c 1. Cor. 12. 9
peccatoris, quàm mortem: &, ſi damnatam, ſed [f] *ego*, inquit, *percutiam, & ſanabo*. Qui ea ex- d Luc. 19. 10.
probras carni, quæ Deum expectant? quæ in Deum ſperant? quæ honorantur ab illo? e Ezech. 18. 23.
quibus ſubuenit? Auſim dicere, ſi hæc carni non accidiſſent, benignitas, gratia, miſeri- f Deut. 32.
cordia, omnis vis Dei benefica, vacuiſſet. 39.

CAPVT X.

Scriptura ſacra, humanam Carnem prædicat & exaltat.

Per totum. V. Reſurrectio probatur rationibus. 10.

TENES ſcripturas, quibus caro infuſcatur: tene etiam, quibus inluſtratur. Legis
cùm caro deprimitur: adige oculos, & cùm caro releuatur. [a] *Omnis caro fænum.* a Eſa. 40. 7.
non hoc ſolùm pronuntiauit Eſaias; ſed &, [b] *Omnis caro videbit ſalutare Dei*. Notatur in b Ibid. 5.
Geneſi dicens Deus, [c] *Non manebit ſpiritus meus in hominibus iſtis, quia caro ſunt.* Sed & c Gen. 6. 3.
auditur per Ioëlem, [d] *Effundam de ſpiritu meo in omnem carnem.* Apoſtolum quoque nè d Ioel. 2. 28.
de vno ſtilo noris, quo carnem plerumque compungit. Nam, etſi negat [e] *habitare boni* e Rom. 7. 18
quicquam in carne ſua; etſi adfirmat [f] *eos qui in carne ſint, Deo placere non poſſe*, [g] *quia concu-* f Rom. 8. 8.
piſcat aduerſus ſpiritum: &, ſi qua alia ita ponit, vt carnis non tamen ſubſtantia, ſed actus g Gal. 5. 17.
inhonoretur: dicemus quidem alibi, nihil propriè carni exprobrari oportere, niſi in
animæ ſugillationem, quæ carnem miniſterio ſibi ſubigit. Verùm interim & in illis
litteris Paulus eſt; quum [h] *ſtigmata Chriſti in corpore ſuo portat*: quum noſtrum, vt [i] *Dei*, h Gal. 6. 17.
templum violari vetat: quum [k] *corpora noſtra, membra Chriſti facit*: quum monet, [l] *Tollere, &* i 1. Cor. 3. 16
magnificare Deum in corpore noſtro. Itaque, ſi ignominiæ carnis reſurrectionem eius ex- 17.
pellunt, cur non dignitates potius inducent? Quoniam Deo magìs congruit in ſalutem k 1. Cor. 6. 15
redigere, quod reprobarit interdum, quàm in perditionem dedere, quod etiam ali- l Ibid. 20.
quando probauit.

CAPVT XI.

Qui Carnis reſurrectionem negant, lautius eam tractant: eius porro reſurrectio, Dei potentiam non excedit.

In p V. Reſurrect. impug. hæret. 5. à p. in alphab. Errorum. V. Ectaſis. 2. & V. paracletus. 3. à p ad f. V. Reſurrectio probat. exemplis. 4

HVCVSQVE de præconio carnis aduerſus inimicos, & nihilominus amiciſſimos eius. Nemo enim tam carnaliter viuit, quàm qui negant carnis reſurrectionem. Negantes enim eius pœnam, deſpiciunt & diſciplinam. De quibus luculenter & Paracletus per prophetidem Priſcam, *Carnes ſunt, & carnem oderunt*. Quam ſi tanta auctoritas munit, quanta illi ad meritum ſalutis patrocinari poſſit, nunquid etiam Dei ipſius potentiam, & poteſtatem, & licentiam recenſere debemus, an tantus ſit, qui valeat dilapſum, & deuoratum, & quibuſcunque modis ereptum tabernaculum carnis reædificare atque reſtituere? An & aliqua nobis exempla huius ſui iuris in publico naturæ promulgauit, nè qui forte adhuc neſciant Deum noſſe, qui non alia lege credendus eſt, quàm vt omnia poſſe credatur? Planè apud Philoſophos habes, qui mundum hunc innatum infectumque defendant: ſed multò melius, quod omnes ferè hæreſes natum, & factum mundum annuentes, conditionem Deo noſtro adſcribunt. Igitur confide, illum, totum hoc ex nihilo protuliſſe, & Deum noſti, fidendo quod tantum Deus valeat. Nam & quidam, infirmiores hoc prius credere, de materia potius ſubiacenti volunt ab illo vniuerſitatem dedicatam ſecundum Philoſophos. Porro, etſi ita in vero haberetur, quum tamen longè alias ſubſtantias, longeque alias ſpecies ex reformatione materiæ diceretur protuliſſe, quàm fuiſſet ipſa materia; non minus defenderem ex nihilo eum protuliſſe, ſi ea protulerat, quæ omnino non fuerant. Quo enim intereſt, ex nihilo quid proferri, an ex aliquo; dum quod non fuit, fiat? quando etiam non fuiſſe nihil ſit fuiſſe. Sic & fuiſſe è contrario, non nihil eſt fuiſſe. Nunc, etſi intereſt, tamen vtrumque mihi adplaudit. Siue enim ex nihilo Deus molitus eſt cuncta, poterit & carnem in nihilum perductam, exprimere de nihilo. Siue de materia modulatus eſt alia, poterit & carnem quocunque dehauſtam euocare de alio. Et vtique idoneus eſt reficere, qui fecit; quantò plus eſt feciſſe, quàm refeciſſe: initium dediſſe, quàm reddidiſſe. Ita reſtitutionem carnis faciliorem credas inſtitutione. Aſpice nunc ad ipſa quoque exempla diuinæ poteſtatis.

CAPVT XII.

Dei potentia reſurrectionis exempla profert in diei, & noctis, hyemis, & æſtatis, rerumque viciſſitudinibus, & reſurrectionibus.

Per totum. V. Reſurrect. probatur Exemplis. 4.

DIES moritur in noctem, & tenebris vſquequaque ſepelitur. Funeſtatur mundi honor: omnis ſubſtantia denigratur. Sordent, ſilent, ſtupent cuncta: vbique iuſtitium eſt. Ita lux amiſſa lugetur: tamen rurſus cum ſuo cultu, cum dote, cum ſole, eadem & integra, & tota vniuerſo orbi reuiuiſcit; interficiens mortem ſuam, noctem; reſcindens ſepulturam ſuam, tenebras; hæres ſibimet exiſtens, donec & nox reuiuiſcat, cum ſuo & illa ſuggeſtu. Redaccenduntur enim & ſtellarum radij, quos matutina ſuccenſio extinxerat, reducuntur & ſiderum abſentiæ, quas temporalis diſtinctio exemerat. redornantur & ſpecula lunæ, quæ menſtruus numerus adtriuerat. reuoluuntur hyemes, & æſtates, verna, & autumna, cum ſuis viribus, moribus, fructibus. Quippe etiam terræ de cœlo diſciplina eſt arbores veſtire poſt ſpolia, flores denuò colorare, herbas rurſus imponere, exhibere eadem quæ abſumpta ſint ſemina; nec prius exhibere, quàm abſumpta. Mira ratio: de fraudatrice ſeruatrix; vt reddat, intercipit; vt cuſtodiat, perdit; vt integret, vitiat; vt etiam amplietur, prius decoquit. Siquidem vberiora & cultiora reſtituit, quàm exterminauit. reuerà fœnore interitu, & iniuria vſura, & lucro damno. Semel dixerim, vniuerſa conditio recidiua eſt. *Quodcunque conueneris, fuit: quodcunque amiſeris, nihil non iterum eſt.* Omnia in ſtatum redeunt, quum abſceſſerint: omnia incipiunt, quum deſierint: ideo finiuntur, vt fiant. Nihil deperit, niſi in ſalutem. Totus igitur hic ordo reuolubilis rerum, teſtatio eſt reſurrectionis mortuorum. Operibus eam præſcripſit Deus, antè quàm litteris: viribus prædicauit, ante quàm vocibus. Præmiſit tibi naturam magiſtram, ſubmiſſurus & prophetiam, quo facilius credas prophetiæ, diſcipulus naturæ: quò ſtatim admittas, quum audieris quod vbique

iam

iam videris: nec dubites Deum carnis etiam reſuſcitatorem, quem omnium noris reſtitutorem. Et vtique ſi omnia homini reſurgunt, cui procurata ſunt, porro non homini, niſi & carni; quale eſt vt ipſa depereat in totum propter quam, & cui nihil deperit?

CAPVT XIII.

Phœnix, humana reſurrectionis inſigne ſpeculum.

Pertotum. V. Reſurrect. probat. Exemplis. 5.

SI parum vniuerſitas reſurrectionem figurat; ſi nihil tale conditio ſignat, quia ſingula eius non tam mori, quàm deſinere dicantur; nec redanimari, ſed reformari exiſtimentur; accipe pleniſſimum, atque firmiſſimum huius ſpei ſpecimen. Siquidem, animalis eſt res, & vitæ obnoxia & morti: illum dico alitem Orientis peculiarem, de ſingularitate famoſum, de poſteritate monſtruoſum: qui ſemetipſum lubenter funerans renouat, natali fine decedens, atque ſuccedens; iterum phœnix, vbi iam nemo; iterum ipſe, qui non iam; alius idem. Quid expreſſius atque ſignatius in hanc cauſam? aut cui alij rei tale documentum? Deus etiam ſcripturis ſuis, [a] *Et florebis enim*, inquit, *velut* a Pſal. 91. 13
phœnix; id eſt, de morte, de funere: vti credas, de ignibus quoque ſubſtantiam corpo- b Matth. 10.
ris exigi poſſe. [b] *Multis paſſeribus antiſtare nos Dominus pronuntiauit*: ſi non & phœnici 31.
bus, nihil magnum.

CAPVT XIV.

Dei omnium arbitri in bono maloque penſando iudicium, certum eſt reſurrectionis argumentum.

A p. ad m. V. Dei Iuſtitia & bonitas. 8. à p. ad f. V Reſurrect. probatur rationibus. 9. circa. f V. iudicium extremum æternum. 1.

SED homines ſemel interibunt, auibus Arabiæ de reſurrectione ſecutis? Talia interim diuinarum virium liniamenta, non minus parabolis operato Deo, quàm locuto, veniamus & ad ipſa edicta, atque decreta eius, quò cummaximè diuiſionem iſtam materiæ ordinamus. Exorſi enim ſumus ab auctoritate carnis, an ea ſit cui dilapſæ ſalus competat: dehinc, proſecuti de potentia Dei, an tanta ſit quæ ſalutem conferre dilapſæ rei ſoleat: nunc, ſi probauimus vtrumque, velim etiam de cauſa requiras; an ſit aliqua tam digna, quæ reſurrectionem carnis neceſſariã, & rationi certè omnimodò debitam vindicet. quia ſubeſt dicere, etſi caro capax reſtitui, etſi diuinitas idonea reſtituendi, ſed cauſa reſtitutionis præeſſe debebit. Accipe igitur & cauſã, qui apud Deum diſcis, tam optimũ, quàm & iuſtum: de ſuo optimum; de noſtro iuſtum. Niſi enim homo deliquiſſet, optimũ ſolummodò Deũ noſſet, ex naturæ proprietate; at nunc etiã iuſtum eum patitur, ex cauſæ neceſſitate: tamen & hoc ipſo optimum, dum & iuſtum. Et bono enim iuuando, & malo puniendo, iuſtitiam exhibens, vtramque ſententiam, bono præſtat: hinc vindicans iſtud, inde remunerans illud. Sed cum Marcione plenius diſces, an hoc ſit Dei totũ. Interim talis eſt noſter; meritò iudex, quia Dominus; meritò Dominus quia auctor; meritò auctor, quia Deus. Hinc & ille, neſcio quis hæreticorum. meritò non iudex; non enim Deus: merito non Dominus, non enim auctor. neſcio iam ſi Deus, qui nec auctor, quod Deus; nec Dominus, quod auctor. Igitur ſi Deo. & Domino & auctori congruentiſſimum eſt, iudicium in hominẽ deſtinare, de hoc ipſo, an Dominum, auctorem ſuum agnoſcere, & obſeruare curarit, an non: vtique iudicium reſurrectio expunget. Hæc erit tota cauſa, immò neceſſitas reſurrectionis; congruentiſſima ſcilicet Deo, deſtinatio iudicij: de cuius diſpoſitione diſpicias, an vtrique ſubſtantiæ humanæ dijudicandæ cenſura diuina præſideat, tam animæ, quàm & carni. Quod enim congruet iudicari, hoc competet etiam reſuſcitari. Dicimus plenum primo, perfectumque credendum iudiciũ Dei, vt vltimum iam, atque exinde perpetuum: vt ſic quoque iuſtum, dum non in aliquo minus: vt ſic quoque Deo dignum, dum pro tanta eius patientia, plenum atque perfectũ. Itaque plenitudinem perfectionemque iudicij, non niſi de totius hominis repræſentatione conſtare. Totum porro hominẽ ex vtriuſque ſubſtantiæ concretione parere: idcircoque in vtraque exhibendum, quem totum oporteat iudicari: qui niſi totus, vtique non vixerit. Qualis ergo vixerit, talem iudicari; quia de eo quod vixerit, habeat iudicari. Vita eſt enim cauſa iudicij; per tot ſubſtantias diſpungenda, per quot & functa eſt.

CAPVT XV.

Anima cum carne, tam in bono quàm in malo opere ſocietas, debet cum carne ſuſcitata communicare mercedem.

Pertotum. V. Reſurrectio probat. Rationibus. 9.

AGE iam, ſcindant aduerſarij noſtri carnis, animæque contextum, prius in vitæ adminiſtratione, vt ita audeant ſcindere illud, etiã in vitæ remuneratione. Negent operarum ſocietatem, vt meritò poſſint etiam mercedem negare. Non ſit particeps in

ſententia caro, ſi non fuerit & in cauſa. Sola anima reuocetur, ſi ſola decedit, At enim non magis ſola decedit, quàm ſola decucurrit illud, vnde decedit: vitam hanc dico. Adeò autem non ſola anima tranſigit vitam, vt nec cogitatus, licet ſolos, licet non ad effectum per carnem deductos, auferamus à collegio carnis. Siquidem in carne, & per carnem agitur ab anima, quod agitur in corde. Hanc denique carnis ſpeciem, arcem
a Matt. 9. 4. animæ, etiam Dominus in ſugillationem cogitatuum taxat, a *Quid cogitatis in cordibus*
b Matth. 5. 28. *veſtris nequam?* & b *Qui conſpexerit mulierem ad concupiſcendum, iam adulterauit in corde.* Adeò & ſine opere, & ſine effectu, cogitatus, carnis eſt actus. Sed etſi in cerebro, vel in medio ſuperciliorum diſcrimine, vel vbi philoſophis placet, principalitas ſenſuum conſecrata eſt, quod hegemonicon appellatur, caro erit omne animæ cogitatorium. Nunquã anima ſine carne eſt, quandiu in carne eſt. Nihil non cum illa agit, ſine qua non eſt. Quære adhuc an cogitatus quoque per carnem adminiſtrentur, qui per carnem dinoſcuntur extrinſecus. Voluet aliquid anima, vultus operatur indicium. facies intentionũ omnium ſpeculum eſt. Negent factorum ſocietatem, cui negare non poſſunt cogitatorum. Et illi quidẽ delinquentias carnis enumerant: ergo peccatrix tenebitur ſupplicio. Nos verò etiam virtutes carnis opponimus: ergo & benè operata tenebitur præmio. Et ſi anima eſt, quæ agit & impellit in omnia, carnis obſequium eſt: Deum non licet aut iniuſtum iudicem credi, aut inertem: iniuſtum, ſi ſociam bonorum operum à præmiis arceat; inertem, ſi ſociam malorum à ſuppliciis ſecernat: quum humana cenſura eò perfectior habeatur, quò etiam miniſtros facti cuiuſque depoſcit, nec parcens, nec inuidens illis, quo minus cum auctoribus aut pœnæ, aut gratiæ communicent fructum.

CAPVT XVI.

Caro vaſculum quidem animæ eſt, ſed ſocia, ſimul boni, maliue comminiſtra, reſurgere debet, receptura pro meritis.

Per totum. V. Reſurrect. probat. rationibus. 9.

SED quum imperium animæ, obſequium carni diſtribuimus, proſpiciendum eſt, nè & hoc alia argumentatione ſubuertant; vt velint carnem ſic in officio animæ collocare, non quaſi miniſtram, nè ex hoc ſociam cogantur agnoſcere. Dicent, enim, miniſtros, & ſocios habere arbitrium miniſtrandi, atque ſociandi, & poteſtatem ſuæ voluntatis in vtrumque; homines ſcilicet & ipſos: idcirco cum auctoribus merita communicare, quibus operam ſponte accommodant: Carnem autem, nihil ſapientem, nihil ſentientem per ſemetipſam, non velle, non nolle de ſuo habentem, vice potius vaſculi apparere animæ, vt inſtrumentum, non vt miniſterium. Itaque animæ ſolius iudicium præſidere, qualiter vſa ſit vaſculo carnis; vaſculum verò ipſum non eſſe ſententiæ obnoxium: quia nec calicem damnari, ſi quis eum veneno temperarit; nec gladium ad beſtias pronuntiari, ſi quis eo latrocinium fuerit operatus. Iam ergo innocens caro, ex ea parte qua non reputabuntur illi operæ malæ: & nihil prohibet innocentiæ nomine ſaluam eam fieri. Licet enim nec bonæ operæ reputentur illi, ſicut nec malæ; diuinæ tamen benignitati magìs competit innocentes liberare. beneficis enim debet. optimi eſt autem, etiam quod non debetur, offerre. Et tamen calicem, non dico venenarium, in quem mors aliqua ructarit, ſed frictricis, vel archigalli, vel gladiatoris, aut carnificis ſpiritu infectum, quæro an minus damnes, quàm oſcula ipſorum? noſtris quoque ſordibus nubilum, vel non pro animo temperatum, elidere ſolemus, quò magìs puero iraſcamur: gladium verò latrociniis ebrium quis non à domo tota, nedum à cubiculo, nedum à capitis ſui officio relegarit; præſumens ſcilicet, nihil aliud ſe quàm inludia animatum ſomniaturum, vrgentium, & inquietantium ſanguinis ſui concubinum? At enim & calix benè ſibi conſcius, & de diligentia miniſterij commendatus, de coronis quoque potatoris ſui inurabitur, aut aſpergine florum honorabitur: & gladius benè de bello cruentus, & melior homicida, laudem ſuam conſecratione penſabit. Eſt ergo & in vaſcula, & in inſtrumenta ſententiam figere, vt dominorum, & auctorum meritis & ipſa communicent. vt huic quoque argumentationi ſatis fecerim, licet ab exemplo vacet diuerſitas rerum. Omne enim vas, vel inſtrumentum aliunde in vſus venit, extranea omnino materia à ſubſtantia hominis: caro autem ab exordio vteri conſata, conformata, congenita animæ, etiam in omni operatione miſcetur illi.
a 1. Theſſ. 4. 4. Nam etſi vas vocatur apud Apoſtolum, a *quam iubet in honore tractari*, eadem tamen
2. Cor. 4. 16. ab eodem *homo exterior* appellatur: ille ſcilicet limus, qui prior titulo hominis inci-
Gen. 2. 5. ſus eſt, non calicis, aut gladij aut vaſculi vllius. Vas enim, capacitatis nomine dicta

eſt, quà animam capit & continet: homo verò, de communione naturæ, quæ eam non inſtrumentum in operationibus præſtat, ſed miniſterium. Ita & miniſterium tenebitur iudicio, etſi de ſuo nihil ſapiat: quia portio eſt eius, quæ ſapit, non ſupellex. Hoc & Apoſtolus ſciens, nihil carnem agere per ſemetipſam, quod non animæ deputetur; nihilominus [b] *peccatricem iudicat carnem*; nè eo quod ab anima videtur impelli, iudicio liberata credatur. Sic & cùm aliquas laudis operas carni indicit, [c] *Glorificate*, inquit, *& tollite Deum in corpore veſtro*, certus & hos conatus ab anima agi; idcirco tamen & carni eos mandat, quia & illi fructum repromittit. Alioquin nec exprobatio competiſſet in alienam culpæ, nec adhortatio in extraneam gloriæ; & exprobratio enim, & exhortatio vacarent erga carnem, ſi vacaret & merces, quæ in reſurrectione captatur.

b Rom. 8.3.
c 1. Cor. 6. 20.

CAPVT XVII.

Licet anima ſeparata principium in ſe ſenſus habens, aut doleat, aut gaudeat: debet tamen & carnem operum ſuorum adminiſtram, vtriuſque ſenſus facere participem.

In p. in Alphab. Errorum. V Animæ corp. & effig. 5. circa. m. V. Animæ paſſibilitas. 4 in f. V. Reſurrectio probatur rationibus. 9.

SIMPLICIOR quiſque fautor ſententiæ noſtræ, putabit, carnem etiam idcirco repræſentandam eſſe iudicio, quia aliter anima non capiat paſſionem tormenti, ſeu refrigerij, vtpote incorporalis: hoc enim vulgus exiſtimat. Nos autem animam corporalem & hîc profitemur, & in ſuo volumine probamus, habentem proprium genus ſubſtantiæ, ſoliditatis, per quam quid & ſentire, & pati poſſit. Nam & nunc animas torqueri, fouerique penès inferos, licet nudas, licet adhuc exules carnis, probauit Lazari exemplū. Dedi igitur aduerſario dicere: Ergo, quæ habet corpulentiam propriam, de ſuo ſufficiet ad facultatem paſſionis, & ſenſus, vt non egeat repræſentatione carnis. Immò eatenus egebit; non quà ſentire quid ſine carne non poſſit, ſed quà neceſſe eſt illam etiam cum carne ſentire. Quantum enim ad agendum de ſuo ſufficit, tantum & ad patiendum. Ad agendum autem, minus de ſuo ſufficit. Habet enim de ſuo ſolummodò cogitare, velle, cupere, diſponere: ad perficiendum autem, operam carnis expectat. Sic itaque & ad patiendum, ſocietatem carnis expoſtulat; vt tam plenè per eam pati poſſit, quàm ſine ea plenè agere non potuit. Et ideo in quæ de ſuo ſufficit, eorum interim ſententiam pendit, concupiſcentiæ, & cogitatus, & voluntatis. Porro, ſi hæc ſatis eſſent ad plenitudinem meritorum, vt non requirerentur & facta, ſufficeret in totum anima ad perfectionem iudicij, de his iudicanda, in quæ agenda ſola ſuffecerat. Quum verò etiam facta deuincta ſint meritis; facta autē per carnem adminiſtrentur; iam non ſufficit animam ſine carne foueri, ſiue cruciari, pro operibus etiā carnis; etſi habet corpus, etſi habet membra; quæ proinde illi non ſufficiunt ad ſentiendum plenè, quemadmodum nec ad agendum perfectè. Idcirco, pro quoquo modo egit; pro eo & patitur apud inferos, prior deguſtans iudicium, ſicut prior induxit admiſſum: expectans tamen & carnem, vt per illam etiam facta compenſet, cui cogitata mandauit. Denique, hæc erit ratio in vltimum finem deſtinati iudicij, vt exhibitione carnis, omnis diuina cenſura perfici poſſit. Alioquin non ſuſtineretur in finem, quod & nunc animæ decerpunt apud inferos, ſi ſolis animabus deſtinaretur.

CAPVT XVIII.

Recapitulatione facta priorum pro reſurrectione rationum, eandem ex Scripturis probare aggreditur.

In p. V. Reſurrect. probatur ex Script. 5. à p ad f. V. Reſurrect. impug. hæret. 6. à m. V. Animæ immort. 8.

HVCVSQVE præſtructionibus egerim, ad muniendos ſenſus omnium ſcripturarum, quæ carnis recidiuatum pollicentur. Cui quum tot auctoritates iuſtorum patrociniorum procurent, honores dico ſubſtantiæ ipſius, tum vires Dei, tum exempla earum, tum rationes iudicij, & neceſſitates ipſius. vtique ſecundùm præiudicia tot auctoritatum, ſcripturas intelligi oportebit, non ſecundùm ingenia hæreticorum, de ſola incredulitate venientia: quia incredibile habeatur reſtitui ſubſtantiam interitu ſubductam; non quia aut ſubſtantiæ ipſi inemeribile ſit, aut Deo impoſſibile, aut iudicio inhabile. Planè incredibile, ſi nec prædicatum diuinitus fuerit: niſi quòd, etſi prædicatum id à Deo non fuiſſet, vltro præſumi debuiſſet, vt propterea non prædicatum, quia tot auctoritatibus præiudicatum. At cùm diuinis quoque vocibus perſonet, tantò abeſt vt aliter intelligatur, quàm deſiderant illa, à quibus etiam ſine diuinis vocibus

perſuadetur. Videamus igitur hoc primum, quonam titulo ſpes iſta proſcripta ſit. Vnum
opinor apud omnes edictum Dei pendet, Reſurrectio mortuorum. Duo verba expedita,
deciſa, deterſa. Ipſa conueniam, ipſa diſcutiam, cui ſe ſubſtantiæ addicant. Quum au-
dio reſurrectionem homini imminere, quæram neceſſe eſt, quid eius cadere ſortitum
ſit. Siquidem nihil reſurgere expectabit, niſi quod antè ſucciderit. Qui ignorat carnem
cadere per mortem, poteſt eam nec ſtantem noſſe per vitam. Sententiam Dei natura
a Gen. 3. 19. pronuntiat, [a] *Terra es, & in terram ibis.* Et qui non audiuit, videt. nulla mors non rui-
na membrorum eſt. Hanc corporis ſortem Dominus quoque expreſſit, quum ipſa ſub-
b Io. 2. 19. ſtantia indutus, [b] *Diruite*, inquit, *templum illud, & ego illud triduo reſuſcitabo.* Oſten-
dit enim, cuius ſit dirui, cuius elidi, cuius iacere, cuius & releuari, & reſuſci-
c Matth. 26. 38. tari: quamquam & animam circumferret [c] *trepidantem vſque ad mortem*, ſed non caden-
tem per mortem. Quia & ſcriptura, [d] *De corpore*, inquit, *ſuo dixerat.* Atque adeò caro eſt,
d Io. 2. 21. quæ morte ſubruitur, vt exinde à cadendo cadauer renuntietur. Anima porro, nec vo-
cabulo cadit, quia nec habitu ruit. Atquin ipſa eſt, quæ ruinam corpori infert, quum
efflata eſt: ſicut ipſa eſt, quæ illud de terra ſuſcitabit ingreſſa. Non poteſt cadere, quæ
ſuſcitauit ingreſſa. Non poteſt ruere, quæ elidit egreſſa. Altius dicam, ne in ſomnum
quidem cadit anima cum corpore, nè tum quidem ſternitur cum carne. Etenim agita-
tur in ſomnis, & iactitatur: quieſceret autem, ſi iaceret; & iaceret, ſi caderet. Ita nec
in veritatem mortis cadit, quæ nec in imaginem eius ruit. Sequens nunc vocabulum,
Mortuorum, æquè diſpice, cui ſubſtantiæ inſidat: quamquam in hac materia admitta-
mus, interdum mortalitatem animæ aſſignari ab hæreticis: vt, ſi anima mortalis reſur-
rectionem conſecutura eſt, præiudicium ſit & carni non minus mortali reſurrectionem
communicaturæ. Sed nunc proprietas vocabuli vindicanda eſt ſuæ ſorti. Iam quidem,
eo ipſo quòd reſurrectio caducæ rei eſt, id eſt carnis, eadem erit & in nomine mortui:
quia caducæ rei eſt reſurrectio, quæ dicitur mortuorum. Sic & per Abraham patrem
fidei, diuinæ familiaritatis virum, diſcimus. Poſtulans enim Saræ humandæ locum de
e Gen. 23. 4. filiis Chet, [e] *Date ergo*, inquit, *mihi poſſeſſionem ſepulcri vobiſcum, & humabo mortuum meum*,
carnem ſcilicet. Neque enim animæ humandæ ſpatium deſideraſſet, etſi anima morta-
lis crederetur, etſi mortuus dici mereretur. Quod ſi mortuus, corpus eſt, corporum erit
reſurrectio, quum dicitur mortuorum.

CAPVT XIX.

Perperam hæretici Scripturas ad litteram reſurrectionem aſſerentes, in allegoricum ſenſum detorquent.

Per totum. V. Reſurrect. Impug. hæret. 6.

ET hæc itaque diſpectio tituli, & præconij ipſius, fidem vtique defendens vocabu-
lorum, illuc proficere debebit, vt ſi quid pars diuerſa turbat, obtentu figurarum,
& ænigmatum, manifeſtiora quæque præualeant; & de incertis certiora præſcribant.
Nacti enim quidam ſolemniſſimam eloquij prophetici formam, allegorici & figurati
plerunque, non tamen ſemper, reſurrectionem quoque mortuorum manifeſtè annun-
tiatam, in imaginariam ſignificationem diſtorquent; aſſeuerantes, ipſam etiam mor-
tem ſpiritaliter intelligendam. Non enim hanc eſſe in vero, quæ ſit in medio, diſcidium
carnis atque animæ, ſed ignorantiam Dei, per quam homo mortuus Deo, non minus
in errore iacuerit, quàm in ſepulcro. itaque & reſurrectionem eam vindicandam, qua
quis adita veritate redanimatus, & reuiuificatus Deo, ignorantiæ morte diſcuſſa, velut
a Matth. 23. 27. de ſepulcro veteris hominis eruperit: quia & Dominus Scribas & Phariſæos [a] *ſepulcris
dealbatis* adæquauerit. Exinde ergo, reſurrectionem fide conſecutos, cum Domino
eſſe, quum eum in baptiſmate induerint. Hoc denique ingenio etiam in colloquiis
ſæpè noſtros decipere conſueuerunt: quaſi & ipſi reſurrectionem carnis admittant. Væ,
inquiunt, qui non in hac carne reſurrexerit: nè ſtatim illos percutiant, ſi reſurrectio-
nem ſtatim abnuerint. Tacitè autem, ſecundùm conſcientiam ſuam, hoc ſentiunt, Væ
qui non, dum in hac carne eſt, cognouerit arcana hæretica: hoc eſt enim apud illos re-
ſurrectio. Sed & plerique ab exceſſu animæ reſurrectionem vindicantes, de ſepulcro
exire, de ſæculo euadere interpretantur; quia & ſæculum mortuorum ſit habitaculum,
id eſt, ignorantium Deum: Vel etiam de ipſo corpore, quia & corpus vice ſepulcri con-
cluſam animam, in ſæcularis vitæ morte detineat.

CAPVT XX.

Prophetæ non allegoricè & figuratiuè omnia ſcripſerunt. Si enim omnia ſint figuræ, non inue-

nientur res, quarum illa ſunt figura. Et in Chriſto patet, Prophetas pulchriores ad litteram verè fuiſſe impletas.

In p. V. Reſurrect. impug. hæret. 6. & V. Reſurrect. probat. Script. 6. & à p. ad f. V. ſcripturæ ſenſus. 2. in f. V. Reſurrect. probat. Script. 6.

OB huiuſmodi igitur coniecturas, primam præſtructionem eorum depellam, qua volunt omnia Prophetas per imagines concionatos: quando ſi ita eſſet, nè ipſæ quidem imagines diſtingui potuiſſent, ſi non & veritates prædicatæ fuiſſent, ex quibus imagines deliniarentur. Atque adeò, ſi omnia figuræ, quid erit illud, cuius figuræ? quomodo ſpeculum obtendes, ſi nuſquam eſt facies? Adeò autem non omnia imagines, ſed & veritates: nec omnia vmbræ, ſed & corpora: vt in ipſum quoque Dominum inſigniora quæque luce clarius prædicarentur. Nam & virgo concepit in vtero, non
figuratè; & [a] *peperit Emmanuelem, nobiſcum Deum Ieſum*, non obliquè: etſi obliquè, [b] *Accepturum virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ*. ſed manifeſtè, [c] *Venturum in iudicium cum presbyteris & archontibus populi*. Nam & *tumultuata ſunt gentes* in perſona Pilati, & [d] *populi meditati ſunt inania*, in perſona Iſrael. [e] *Aſtiterunt reges terra*, Herodes: *& archontes congregati ſunt in vnum*, Anna & Caiphas *aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius* [f] *qui & tanquam ouis ad iugulationem adductus eſt, & tanquam agnus antè tondentem*, ſcilicet Herodem, [g] *ſine voce*; [h] *ſic non aperuit os ſuum*; [i] *dorſum ſuum ponens ad flagella*, [k] *& maxillas ad palmas; &* [l] *faciem non auertens à ſputaminum taculis; deputatus etiam inter iniquos; perfoſſus manus & pedes, ſortem paſſus in veſtimento; & potus amaros: & capitum irridentiũ nutus*; [m] *triginta argenteis adpreciatus à proditore*. Quæ hic figuræ apud Eſaiam? quæ imagines apud Dauid? quæ ænigmata apud Hieremiam? nè virtutes quidem eius per parabolas prufatos. Aut nunquid nec [n] *oculi patefacti ſunt cæcorum? nec inclaruit lingua mutorum? nec manus arida, & genua diſſoluta reualuerunt? nec claudi ſalierunt vt ceruus?* Quæ etſi ipſi ſpiritaliter quoque interpretari ſolemus, ſecundùm comparationem animalium vitiorum à Domino remediatorum; quum tamen & carnaliter adimpleta ſunt, oſtendunt Prophetas in vtramque ſpeciem prædicaſſe; ſaluo eo quo plures voces eorum nudæ, & ſimplices, & ab omni allegoriæ nubilo puræ, defendi poſſint: vt quum exitus gentium & vrbium reſonant, Tyri, & Ægypti, & Babylonis, & Idumææ, & Carthaginienſium nauium: vt quum ipſius Iſraelis plagas aut venias, captiuitates, reſtitutiones, vltimæque diſperſionis exitum perorant. Quis hæc interpretabitur magìs, quàm recognoſcet? res in litteris tenentur, vt litteræ in rebus legantur. Ita non ſemper, nec in omnibus allegorica forma eſt prophetici eloquij; ſed interdum, & in quibuſdam.

[a] Eſa. 7. 14.
[b] Eſa. 8. 4.
[c] Eſa. 3. 14.
[d] Pſal. 2. 1.
[e] Ibid 2.
[f] Eſa. 53. 7.
[g] Luc. 23. 9.
[h] Eſa. 53. 7.
[i] Eſa. 50. 6. & ſeq.
[k] Pſal. 37. 18
[l] Eſa. 53. 12. Pſ. 21. 18. 19
[m] Zach. 11. 13.
[n] Eſa. 3. 53. 6

CAPVT XXI.

Tot ac tanta ſunt exerta Scriptura teſtimonia pro reſurrectione Carnis, vt nullam relinquant Allegoria ſuſpicionem.

In p. V. Reſurrect. probat. Script. 6. inf. In m. ad f. V. iudicium extremum æternum 3.

SI ergo interdum, & in quibuſdam, inquis, cur non & in edicto reſurrectionis, ſpiritaliter intelligendæ? Quoniam quidem plurima ratio intercedit. Primò enim, quid facient tot ac talia inſtrumenta diuina, ita apertè corporalem conteſtantia reſurrectionem, vt nullam admittant figuratæ ſignificantiæ ſuſpicionem? Et vtique æquum ſit, quod & ſuprà demandauimus; incerta de certis, & obſcura de manifeſtis præiudicari. vel nè inter diſcordiam certorum, & incertorum, manifeſtorum, & obſcurorum, fides diſſipetur, veritas periclitetur, ipſa diuinitas vt inconſtans denotetur: tum quòd veriſimile non eſt, vt ea ſpecies ſacramenti, in quam fides tota committitur, in quam diſciplina tota connititur, ambiguè annuntiata, & obſcurè propoſita videatur: quando ſpes reſurrectionis, niſi manifeſta de periculo & præmio, neminem ad eiuſmodi præſertim religionem, publico odio, & hoſtili elogio obnoxiam, perſuaderet. Nullum opus certum eſt, mercedis incertæ. Nullus timor iuſtus eſt periculi dubij. Et merces autem, & periculum, in reſurrectionis pendet euentu. Sed etſi temporalia, & localia, & perſonalia Dei decreta, atque iudicia in vrbes, & gentes, & reges, tam apertè prophetia iaculata eſt; quale eſt, vt æternæ diſpoſitiones eius, & vniuerſales in omne hominum genus, lucem ſui fugerint? quanto maiora, tantò clariora eſſe deberent, vt maiora crederentur. Et puto Deo nec liuorem, nec dolum, nec inconſtantiam, nec lenocinium adſcribi poſſe, per quæ ferè promulgatio maiorum cauillatur.

Eſa. 13. 1. & ſeq. & c. 19. 1. & ſeq. & c. 21. 1. & ſeq. & c. 24. 1. & ſeq. ad 32.

animo oſtendit reſurgere, quod ſolo adhuc poſſumus cœleſtia attingere, quæ non quæreremus, nec ſaperemus, ſi poſſideremus. Subjicit etiam: [e] *Mortui enim eſtis*, ſcilicet
delictis, non vobis; *& vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo*. Nondum ergo appre- e Ibid.
henſa eſt, quæ abſcondita eſt. Sic & Ioannes, [f] *Et nondum, ait, manifeſtatum eſt, quid* f 1. Io 3. 2.
futuri ſimus. Scimus quia ſi manifeſtauerit, ſimiles eius erimus. Tantò abeſt, vt ſimus iam
quod neſcimus: vtique futuri, ſi iam eſſemus. Adeò contemplatio eſt ſpei in hoc ſpatio per fidem, non repræſentatio; nec poſſeſſio, ſed expectatio. De qua ſpe & expectatione Paulus ad Galatas, [g] *Nos enim ſpiritu ex fide ſpem iuſtitiæ expectamus*: non ait, tene-
mus. Iuſtitiæ autem Dei dicit, ex iudicio, quo iudicabimur de mercede. ad quam pen- g Gal. 5. 5.
dens & ipſe, quum Philippenſibus ſcribit, [h] *Si qua*, inquit, *concurram in reſuſcitationem*
quæ eſt à mortuis. non, quia iam accepi, aut conſummatus ſum. Et vtique crediderat, & om- h Philipp 3. 11. & ſeq.
nia ſacramenta cognouerat, Vas electionis, Doctor Nationum; & tamen adjicit, *Perſequor autem ſi adprehendam in quo ſum adprehenſus a Chriſto.* Eo amplius, *Ego me, fratres, non puto adprehendiſſe. vnum planè: oblitus poſteriorum in priora me extendens, ſecundùm ſcopum perſequor ad palmam incriminationis, per quam concurrerem*: vtique in reſuſcitatio-
nem à mortuis; ſuo tamen tempore, ſicut ad Galatas, [i] *Benè autem facientes ne tædeat.* i Gal 6. 9.
tempore enim ſuo metemur. ſicut & ad Timotheum de Oneſiphoro, [k] *Det illi Dominus in* k 2. Tim. 1.
uenire miſericordiam in illo die. In quem diem ac tempus, & [l] *ipſi præcipit cuſtodire manda-* 18.
tum immaculatum, inreprehenſibile, in apparentiam Domini Ieſu Chriſti, quam ſuis temporibus oſtenderet, beatus & ſolus potentator, & rex regnantium, & dominus dominantium; de l 1. Tim. 6. 14.
Deo dicens. De quibus temporibus & Petrus in Actis, [m] *Pœniteat itaque vos, & reſi-* m Act 3 19
piſcite ad abolenda delicta veſtra, vt tempora vobis ſuperueniant refrigerij, ex perſona Dei, & mittat prædeſignatum vobis Chriſtum; quem oportet accipere cælos, adusque tempora exhibitionis omnium, quæ locutus eſt Deus, ore ſanctorum Prophetarum.

CAPVT XXIV.

Apoſtolus in vtraque ad Theſſalonic. apertè confirmat veram carnis reſurrectionem.

à p. V. iudicium extremum. 6. à m. ad f. V. iudicij tempus. 4.

QVÆ hæc tempora, cum Theſſalonicenſibus diſce. Legimus enim, [a] *Qualiter* a 1. Theſſ. 1.
conuerſi ſitis ab idolis, ad ſeruiendum viuo & vero Deo, ad expectandum è cælis filium 9.
eius, quem ſuſcitauit ex mortuis, Ieſum Et rurſus, [b] *Quæ enim ſpes noſtra, vel gaudij, vel exul-* b 1. Theſſ. 3.
tationis corona, quàm & vos coram Domino noſtro Ieſu Chriſto, in aduentu ipſius? Item, [c] *Co-* 19.
ram Deo & patre noſtro, in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum vniuerſis ſanctis eius. c Ibid. 13.
De quorum dormitione minus mœrenda docens, ſimul & tempora reſurrectionis ex-
ponit dicens, [d] *Si enim credimus quòd Ieſus mortuus ſit, & reſurrexerit; ſic & Deus eos qui* d 1. Theſſ. 4
dormierunt, per Ieſum adducet cum ipſo. Hoc enim dicimus vobis in ſermone Domini, quod nos 14. & ſeq.
qui viuimus, qui remanemus in aduentum Domini noſtri, non præueniemus eos qui dormierunt, Quoniam ipſe Dominus in iuſſu, & voce archangeli & tuba Dei deſcendet de cælo, & mortui in Chriſto primi reſurgent: deinde nos qui viuimus: qui ſimul cum illis tollemur in nubibus obuiam Chriſto in aerem, & ita ſemper cum Domino erimus. Quæ vox archangeli, quæ tuba Dei audita iam? niſi fortè in cubiculis hæreticorum? Nam etſi tuba Dei, euangelicus ſermo dici poteſt, qui illos iam vocaret; ſed aut mortui erunt iam corporaliter, vt reſurrexerint, & quomodo viuunt? aut in nubes erepti; & quomodo hîc ſunt? miſerrimi tenerà, vt Apoſtolus pronuntiauit, *qui in iſta tantùm vita ſperantes habebuntur*; exclu-
dendo, dum rapiunt, quod poſt illam repromittitur; [e] *fruſtrati circa veritatem, non mi-* e 1 Cor. 15.
nus quàm Phygellus, & Hermogenes. Et ideo maieſtas Spiritus ſancti perſpicax eiuſmodi 19.
ſenſuum, & in ipſa ad Theſſalonicenſes epiſtola ſuggerit; [f] *De temporibus autem, & tem-* 2. Tim. 1. 15
porum ſpatiis, fratres, non eſt neceſſitas ſcribendi vobis. ipſi enim certiſſimè ſcitis quòd dies f 1. Theſſ. 5.
Domini, quaſi fur nocte, ita adueniet. quum dicent, Pax; &, Tuta ſunt omnia; tunc illis repen- 1.
tinus inſiſtet interitus. Et in ſecunda, pleniore ſollicitudine ad eoſdem; [g] *Obſecro autem*
vos, fratres, per aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, & congregationem noſtram ad illum, ne g 2. Theſſ. 2. 1. & ſeq.
citò commoueamini animo, neque turbemini, neque per ſpiritum, neque per ſermonem, ſcilicet pſeudoprophetarum; *neque per epiſtolam*, ſcilicet pſeudapoſtolorum, *ac ſi per noſtram, quaſi inſiſtat dies Domini. Nè quis vos ſeducat vllo modo. quoniam niſi veniat abſceſſio primo*, huius vtique regni, *& reueletur delinquentiæ homo*, id eſt Antichriſtus, *filius perditionis, qui aduerſatur, & ſuperextollitur in omne quod Deus dicitur, vel religio; vti ſedeat in templo Dei adfirmans Deum ſe. Nonnè meminiſtis, quòd cùm apud vos eſſem, hæc dicebam vobis? Et nunc quid detineat ſcitis, ad reuelandum eum in ſuo tempore. Iam enim arcanum iniquitatis agitatur; tantùm qui nunc tenet, teneat; donec de medio fiat.* quis, niſi Romanus ſtatus?

cuius abſceſſio in decem reges diſperſa, Antichriſtum ſuperducet. *& tunc reuelabitur iniquus, quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & euacuabit apparentia aduentus ſui; cuius eſt aduentus ſecundùm operationem ſatanæ, in omni virtute, & ſignis, atque portentis mendacij, & in omni ſeductione iniuſtitiæ, eis qui pereunt.*

CAPVT XXV.

Ioannes item in Apocalypſi, ipſum tempus Reſurrectionis notat.

In p. in alphab. Errorum. V. mille anni. 1. à p. ad f. V. Reſurrect. impug. hæret. 8.

a Apoc. 6. 9. ETIAM in Apocalypſi Ioannis, ordo temporum ſternitur, quem [a] *martyrum quoque animæ ſub altari, vltionem, & iudicium flagitantes ſuſtinere didicerunt*; vt prius &
Apoc. 15. 7. orbis de pateris angelorum plagas ſuas ebibat, & proſtituta illa ciuitas à decem regi-
& c. 16. 1. & bus dignos exitus referat, & beſtia Antichriſtus, cum ſuo pſeudopropheta certamen
ſeq. Eccleſiæ Dei inferat, atque ita diabolo in abyſſum interim relegato, primæ reſurre-
& cap. 17. 6. ctionis prærogatiua de ſolijs ordinetur; dehinc & igne dato, vniuerſalis reſurrectionis
& cap. 19. 19 cenſura de libris iudicetur. Quum igitur & ſtatus temporum vltimorum ſcripturæ
& cap. 20. 3. notent, & totam Chriſtianæ ſpei frugem in exodio ſæculi collocent; apparet, aut
tunc adimpleri totum quodcunque nobis à Deo repromittitur; & vacat quod hîc iam
ab hæreticis vindicatur; aut, ſi & agnitio ſacramenti, reſurrectio eſt, ſalua vtique illa
creditur, quæ in vltimo prædicatur; & ſequitur ſui eo ipſo, quo hæc ſpiritalis vindi-
catur, illa corporalis præiudicetur. quia ſi nulla tunc annuntiaretur, meritò ſola hæc,
& tantummodò ſpiritalis, vindicaretur. quum verò & in vltimum tempus edicitur,
corporalis agnoſcitur; quia non & tunc ſpiritalis annuntiatur. Cur enim iterum an-
nuntiaretur reſurrectio eiuſdem conditionis, id eſt ſpiritalis; quum aut nunc eam de-
ceret expungi, ſine vlla differentia temporum; aut tunc, ſub omni clauſula tempo-
rum? Ita nobis magìs competit etiam ſpiritalem defendere reſurrectionem, ab in-
greſſu fidei, qui plenitudinem eius agnoſcimus exitum ſæculi.

CAPVT XXVI.

Scriptura etiam figuratè, terræ nomine carnis reſurrectionem expreſſit.

In p. ad m. V. Reſurrectio probatur ex ſcriptura. 1. circa. m. V. carnis dignitas in ord. ad glor. 6. in m. ad circa. f. V. mandata Dei. 2 à m. V. Euchariſtiæ effectus. 1. in f. V. carnis dignitas in ord. ad gloriam. 5.

VNVM adhuc reſpondebo ad propoſitionem priorem allegoricarum ſcriptura-
rum, licere & nobis corporalem reſurrectionem, de patrocinio figurati proinde
eloquij prophetici vindicare. Ecce enim, diuina in primordio ſententia, terram ho-
a Gen. 3. 19. minem pronuntiando, [a] *Terra es, & in terram ibis*, ſecundùm ſubſtantiam ſcilicet car-
nis, quæ de terra erat ſumpta, & quæ prior homo fuerat appellata, ſicut oſtendimus,
dat mihi diſciplinam, in carnem quoque interpretandi, ſi quid iræ, vel gratiæ in terram
Deus ſtatuit: quia nec propriè terra iudicio eius obnoxia eſt, quæ nihil boni, ſeu mali
b Gen. 4. 11. admiſit. [b] *maledicta quidem, quæ hauſerit ſanguinem*; ſed & hoc ipſum in figuram carnis
homicidæ. Nam etſi iuuari, ſeu lædi habet terra, id quoque propter hominem; vt ille
iuuetur, ſiue lædatur, per conſiſtorij ſui exitus; quò magìs ipſe penſabit, quæ propter
illum etiam terra patietur. Itaque & quum comminatur terræ Deus, carni potius com-
minari eum dicam; & quum quid terræ pollicetur, carni potius polliceri eum intelli-
c Pſal 96. 1. gam. vt apud Dauid, [c] *Dominus regnauit, exultet terra*, id eſt, caro ſanctorum, ad quam
d Ibid. 4. pertinet regni diuini fructus. dehinc ſubiungit, [d] *Vidit, & concuſſa eſt terra: Montes ſicut*
e Io. 19. 37. *cera liquefacti ſunt à facie Domini*; caro ſcilicet prophanorum: &, [e] *Videbunt enim eum in
quem confixerunt.* Atque adeò ſi ſimpliciter de terra elemento, vtrumque exiſtimabitur
prænuntiatum, quomodo congruet, & concuti, & liquefieri eam à facie Domini,
quo ſupra regnante exultauit? Sic & apud Eſaiam, [f] *Bona terræ edetis*; bona carnis intel-
f Eſa. 1. 19. ligentur, quæ illam manent in regno Dei reformatam, & angelificatam, & conſecu-
g 1. Cor. 2. 9. turam [g] *quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt.* Alioquin,
ſatìs vanum, vt ad obſequium, Deus fructibus agri, & cibariis vitæ huius inuitet, quæ
etiam irreligioſis, & blaſphemis, ſemel homini addicta conditione, communicat;
h Matth. 5. [h] *pluens ſuper bonos, & malos, & ſolem ſuum emittens ſuper iuſtos, & iniuſtos.* Felix nimirum
45. fides, ſi ea conſecutura ſunt, quibus hoſtes Dei, & Chriſti non modò viuuntur, verum
i Rom. 1. 25. etiam abutuntur, [i] *ipſam conditionem colentes aduerſus conditorem.* Bulbos, & tubera, in
Deut. 8. 3.
k Matth. 4. terræ bonis deputabis, Domino pronuntiante, [k] *nè in pane quidem victurum hominem.*

Sic

Sic Iudæi terrena ſolummodò ſperando, cœleſtia amittunt, ignorantes & panem, de cœleſti repromiſſum; & oleum diuinæ vnctionis, & vinum ſpiritus, aquam animæ vigorantis, ex vite Chriſti. ſicut & ipſam terram ſanctam, Iudaïcum propriè ſolum reputant, carnem potius Domini interpretandam, quæ exinde & in omnibus Chriſtum induis, ſancta ſit terra. verè ſancta, per incolatum Spiritus ſancti. vere *lacte & melle manans*, per ſuauitatem ſpei ipſius. vere Iudæa, per Dei familiaritatem. [l] *non enim, qui in manifeſto, Iudæus; ſed qui in occulto.* vt & templum Dei eadem ſit, & Hieruſalem; audiens ab Eſaia, [m] *Exurge, exurge Hieruſalem, induere fortitudinem brachij tui; Exurge ſicut in primordio diei.* ſcilicet in illa integritate, quæ fuerat ante delictum tranſgreſſionis. Quæ enim in eam Hieruſalem voces eiuſmodi competent exhortationis, & aduncationis; [n] *quæ occidit Prophetas, & lapidauit ad ſe miſſos, & ipſum poſtremò Dominum ſuum confixit?* Sed nec vlli omnino terræ ſalus repromittitur, quam oportet cum totius [o] *mundi habitu præterire.* Etiam, ſi quis audebit terram ſanctam, paradiſum potius argumentari, quam & Patrum dici capiat, Adæ ſcilicet, & Euæ: proinde & in paradiſum reſtitutio carni videbitur repromiſſa, quæ eum incolare, & cuſtodire ſortita eſt. vt talis illuc homo reuocetur, qualis inde pulſus eſt.

Exo 3. 5.
l Rom. 2. 28
m Eſa. 51. 9.
n Math 23. 37.
Luc. 13 34.
o 1. Cor. 7. 31

CAPVT XXVII.

Veſtimentorum & cellarum nomine in ſcriptura, reſurrectio delineatur.

In p. V. carnis dignitas. in ord. ad gloriam. 3 in m. ad f. V. Reſurrect. probatur ex ſcrip. 4.

HABEMVS etiam veſtimentorum in ſcripturis mentionem, ad ſpem carnis allegorizare, quia & Apocalyſis Ioannis, [a] *Hi ſunt, ait, qui veſtimenta ſua non coinquinauerunt cum mulieribus; virgines* ſcilicet ſignificans, & [b] *qui ſemetipſi caſtrauerunt propter regna cælorum.* itaque [c] *in albis erunt veſtibus*, id eſt, in claritate innubæ carnis. Et in Euangelio, indumentum nuptiale, ſanctitas carnis agnoſci poteſt. Itaque Eſaias docens, [d] *quale ieiunium elegerit Dominus*, quum ſubijcit de mercede bonitatis, [e] *Tunc*, inquit, *lumen tuum temporaneum erumpet, & veſtimenta tua citius orientur:* non ſubſericam vtique, nec pallium, ſed carnem volens accipi, ortum carnis reſurrecturæ de mortis occaſu prædicauit. adeò nobis quoque ſuppetit allegorica defenſio corporalis reſurrectionis. Nam & quum legimus, [f] *Populus meus, introite in cellas promas quantulum, donec ira mea prætereat;* ſepulchra erunt cellæ promæ, in quibus pauliſper requieſcere habebunt, qui in finibus ſæculi ſub vltima ira, per Antichriſti vim exceſſerint. Aut cur cellarum promarum potius vocabulo vſus eſt, & non alicuius loci receptorij; niſi quia in cellis promis caro ſalita, & vſui repoſita ſeruatur, depromenda illinc ſuo tempore? Proinde enim & corpora medicata condimentis ſepulturæ, mauſoleis, & monumentis ſequeſtrantur, proceſſura inde cum iuſſerit Dominus. Quod cùm ita intelligi congruat; & quæ enim ab ira Dei cellariorum nos refugia ſeruabunt? hoc ipſo quod ait, donec ira prætereat, quæ extinguet Antichriſtum; poſt iram, oſtendit proceſſuram carnem de ſepulcro, in quo ante iram fuerit illata. nam & de cellariis non aliud effertur, quam quod infertur; & poſt Antichriſti eradicationem, agitabitur reſurrectio.

a Apoc 3. 4.
Apoc 14. 4.
b Math 19. 12.
c Apoc 3. 4.
d Eſa. 58. 5
e & 8.
f Eſa. 26. 20.

CAPVT XXVIII.

Non tantùm verbis, ſed & factis, vtpote Moyſi manu viuificata, & ſanata reſurrectio figuratur.

In p. ad m. V. Reſurrectio probatur ex ſcriptura. 2. à m. ad f. V. Reſurrect. impug. hæret. 10. circa f. V. ſcriptura S. 8. inf.

SCIMVS autem, ſicut vocibus, ita & rebus prophetatum. tam dictis, quàm & factis prædicatur reſurrectio. Quum Moyſes manum in ſinum condit, & emortuam profert; & rurſus inſinuat, & viuidam explicat; nonnè hoc de toto homine portendit? Siquidem trina virtus Dei, per illa trina ſigna denotabatur cum ſuo ordine. primò diabolum ſerpentem, quamquam formidabilem, ſubactura homini: dehinc carnem de ſinu mortis retractura: atque ita omnem ſanguinem executura iudicio. De quo apud eundem Prophetam, [a] *Quoniam & veſtrum*, inquit Deus, *ſanguinem exquiram de omnibus beſtijs, & de manu hominis, & de manu fratris exquiram.* Porro, nihil exquiritur. niſi quod repoſcitur; nihil repoſcitur, niſi quod & reddetur. Et vtique reddetur quod vltionis nomine repoſcetur & exquiretur. neque enim vindicari poterit, quod omnino non fuerit. Erit autem, dum reſtituitur, vt vindicetur. In carnem itaque dirigitur, quicquid in ſanguinem prædicatur, ſine qua non erit ſanguis. caro ſuſcitabitur, vt ſanguis vindicetur. Sunt & quædam ita pronuntiata, vt allegoriæ quidem nubilo careant, nihilominus tamen ipſius ſimplicitatis ſuæ ſitiant interpretationem, quale eſt apud

Exo. 4. 6 3.
Ibid.
a Gen. 9. 5

b Eſa.38.16. Eſaïam, [b] *Ego occidam, & viuificabo.* certè poſteaquam occiderit, viuificabit. Ergo per
1. Reg. 2. 6. mortem occidens, per reſurrectionem viuificabit. caro eſt autem quæ occiditur per
Deut.32.39. mortem; caro itaq; & viuificabitur per reſurrectionem. certè, ſi occidere, carni animam eripere eſt; viuificare, contrarium eius, carni animam referre eſt; caro reſurgat neceſſe eſt, cui anima per occiſionem erepta, referenda eſt per viuificationem.

CAPVT XXIX.

Exemplum reſurrectionis, facta eſt viſio Ezechielis.

Per totum. V. Reſurrect. impug. hæret. 10.

IGITVR, ſi & allegoricæ ſcripturæ, & argumenta rerum, & ſimplices voces, reſurrectionem carnis, quamquam ſine nominatione ipſius ſubſtantiæ ſubradiant; quantò magis, quæ hanc ſpem in ipſas ſubſtantias corporales ſpeciali mentione determinãt,
a Ezech. 37. non erunt deducendæ in quæſtionem? Accipe Ezechielem: [a] *Et facta eſt*, inquit, *ſuper*
1. & ſeq. *me manus Domini, & extulit me in ſpiritu Dominus, & poſuit me in medio campi. is erat oſſibus refertus. & circumduxit me ſuper ea per circuitum, & ecce multa ſuper faciem campi, & ecce arida ſatis. Et ait ad me, Fili hominis, ſi viuent oſſa iſta? Et dixi, Adonai Domine, tu ſcis. Et ait ad me, Propheta in oſſa hæc, & dices, Oſſa arida, audite ſermonem Domini. Hæc dicit Dominus Adonai oſſibus iſtis: Ecce ego affero in vos ſpiritum, & viuetis, & dabo in vos ſpiritum, & reducam vos in carnes. circumdabo vobis cutim, & dabo in vobis ſpiritum, & viuetis, & cognoſcetis quod ego Dominus. Et prophetaui ſecundùm præceptum, & ecce vox dum propheto, & ecce motus, & accedebant oſſa ad oſſa. Et vidi, & ecce ſuper oſſa nerui, & caro aſcendit, & circumpoſita ſunt eis cutes, & ſpiritus in eis non erat. & ait ad me, Propheta ad ſpiritum, fili hominis; propheta, & dices ad ſpiritum, Hæc dicit Dominus Adonai: A quatuor ventis veni ſpiritus, & ſpira in iſtis interemptis, & viuant. Et prophetaui ad ſpiritum, ſicut præcepit mihi, & introiuit in ea ſpiritus, & vixerunt, & conſtiterunt ſuper pedes ſuos valentia magna ſatis. Et ait ad me: Fili hominis, oſſa iſta omnis domus Iſraël eſt. Ipſi dicunt, Exaruerunt oſſa noſtra, & periit ſpes noſtra, auulſi ſumus in eis. Propterea propheta ad eos, Ecce ego patefacio ſepulcra veſtra; & eueham vos de ſepulcris veſtris, populus meus; & inducam vos in terram Iſraël; & cognoſcetis quòd ego Dominus aperuerim ſepulcra veſtra, & eduxerim vos de ſepulcris veſtris, populus meus; & dabo vobis ſpiritum, & viuetis, & requieſcetis in terra veſtra, & cognoſcetis quod ego Dominus locutus ſim & fecerim, dicit Dominus.*

CAPVT XXX.

Viſionem Ezechielis reſurgentium mortuorum, perperam hæretici de ſolo volunt allegoricè populi Iſraëlis ſtatu intelligi.

Per totum. V. Reſurrect. impug. hæret. 10.

HANC quoque prædicationem ſcio qualiter concutiant in allegoriæ argumenta-
a Ezech.37. tionem. quia dicendo, [a] *Oſſa iſta omnis domus Iſraël eſt*, imaginem ea fecerit Iſraël,
11. & à propria conditione tranſtulerit: atque ita figuratam eſſe, non veram reſurrectionis prædicationem. Statum enim Iudæorum deformari, quodammodo emortuum, & exaridum & diſperſum in campo orbis. itaque & imaginem reſurrectionis in illum allegorizari, quia recolligi habeat, & recompingi os ad os, id eſt, tribus ad tribum, & populus ad populum, & recorporari carnibus facultatum, & neruis regni, atque ita de ſepulcris, id eſt, de habitaculis captiuitatis triſtiſſimis, atque teterrimis educi, & refrigerij nomine reſpirare, & viuere exinde in terra ſua Iudæa. Et quid poſt hæc? morientur ſine dubio. Et quid poſt mortem? nulla opinor reſuſcitatio, ſi non hæc erit ipſa, quæ Ezechieli reuelatur. Sed enim & aliàs prædicatur reſurrectio: ergo & hæc erit, & temerè in ſtatum eam Iudaïcarum rerum conuertunt. At ſi alia eſt illa quam defendimus, mea intereſt, dum ſit & corporum reſurrectio, ſicut & rerum Iudaïcarum. Denique, hoc ipſo quod recidiuatus Iudaïci ſtatus, de recorporatione, & redanimatione oſſium figuratur, id quoque euenturum oſſibus probatur. Non enim poſſet de oſſibus figura componi, ſi non idipſum & oſſibus euenturum eſſet. Nam & ſi figmentum veritatis in imagine eſt; imago ipſa, in veritate eſt ſui; neceſſe eſt eſſe prius ſibi, quò alij configuretur. de vacuo ſimilitudo non competit. de nullo parabola, non conuenit. Ità oportebit oſſium quoque credi reuiſcerationem, & reſpirationem qualis dicitur, de qua poſſit exprimi Iudaïcarum rerum reformatio, qualis affingitur. Sed magìs religioſum eſt, veritatem de ſuæ auctoritate ſimplicitatis defendi, quam ſenſus diuinæ propoſitionis expoſtulat. Si enim
b Ezech.37. ad res Iudaïcas ſpectaret hæc viſio, ſtatim reuelato ſitu oſſium, ſubjeciſſet, [b] *Oſſa iſta,*
11.

omnis domus Iſraëlis eſt; & cætera deinceps. At cùm oſtenſis oſſibus, de propria ſpe
eorum qui obloquitur, nundum nominato Iſraele, & fidem teneat Prophetæ, [c] *Fili* c & 3. Ibid.
hominis, ſi viuent oſſa hæc? vt & ille reſponderet, *Domine, tu ſcis*; non vtique Deus Pro- & ſeq.
phetæ fidem de ea tentaſſet, quæ futura non eſſet, quam nunquam Iſrael audiſſet,
quam credi non oporteret. Sed quoniam prædicabatur quidem reſurrectio mortuo-
rum, Iſrael vero pro ſua incredulitate diffidens, ſcandalizabatur; & aſpiciens habi-
tum ſeneſcentis ſepulturæ, deſperabat reſurrectionem; vel non in eam potius animum
dirigebat, ſed in circunſtantias ſuas; idcirco Deus, & Prophetam, qua & ipſum du-
bium, præſtruxit ad conſtantiam prædicationis, reuelato ordine reſurrectionis; & po-
pulo id credendum mandauit, quod Prophetæ reuelauit, ipſos dicens eſſe oſſa quæ
erant reſurrectura, qui non credebant reſurrectura. Denique in clauſula, *Et cognoſcetis*,
inquit, *quòd ego Dominus locutus ſim, & fecerim*: id vtique facturus, quod fuerat locutus,
cæterùm, non id facturus quod locutus, ſi aliter facturus.

CAPVT XXXI.

Licet Ezechielis viſio allegoricè intelligeretur, alia ſunt aperta de vera reſurrectione oracula.

Per totum. V. Reſurrect. impug. hæret. 10.

PLANE ſi & populus allegoricè muſſitaret oſſa ſua arefacta, & ſpem ſuam perditam,
diſperſionis exitu querulus, meritò videretur & Deus figuratam deſperationem
figurata promiſſione conſolatus. Sed quum diſperſionis quidem iniuria nondum popu-
lo accidiſſet, reſurrectionis verò ſpes apud illum ſæpiſſimè cecidiſſet, & manifeſtus
eſt, de corporum interitu labefactans fiduciam reſurrectionis: ita & Deus eam reſtrue-
bat fidem, quam populus deſtruebat. Quamquam etſi aliqua præſentium rerum tunc
conflictatione mœrebat Iſraël, non idcirco in parabola accipienda eſſet reuelationis in-
tentio, ſed in teſtationem reſurrectionis, vt in illam ſpem erigeret illos, æternæ ſcili-
cet ſalutis, & neceſſarioris reſtitutionis, & auerteret à reſpectu præſentium rerum. Ad
hoc enim & alij Prophetæ, [a] *Exibitis de ſepulcris, veluti vituli de vinculis ſoluti, & con-* a Malach. 4
culcabitis inimicos. Et rurſum, [b] *Gaudebit cor veſtrum, & oſſa veſtra velut herba orientur*: 2.
quia & herba de diſſolutione & corruptela ſeminis reformatur. In ſumma, ſi propriè b Eſa. 66. 14
in Iſraelis ſtatum reſurgentium oſſium imago contenditur, cur etiam non Iſraëli tan-
tummodò, verùm & omnibus gentibus eadem ſpes annuntiatur, & recorporandarum,
& redanimandarum reliquiarum, & de ſepulcris exſuſcitandorum mortuorum? De
omnibus enim dictum eſt, [c] *Viuent mortui, & exurgent de ſepulcris: ros enim qui à te eſt,* c Eſa. 26. 19.
medela eſt oſſibus eorum. Item alibi, [d] *Veniet adorare omnis caro in conſpectu meo, dicit Domi-* d Eſa. 66. 23
nus. Quando? quum [e] *præterire cœperit habitus mundi huius.* Suprà enim, Quemadmo- e 1 Cor. 7. 31
dum [f] *cælum nouum, & terra noua, quæ ego facio in conſpectu meo, dicit Dominus; ita ſtabit* f Eſa. 65. 17.
ſemen veſtrum. Tunc ergo quod ſubijcit, implebitur, [g] *Et exibunt (vtique de ſepulcris) &* & 66. 22.
videbunt artus eorum qui impiè egerunt, quoniam vermis illorum non decidet, & ignis eorum g Ibid. 24.
non extinguetur, & erunt conſpectui omni carni; ſcilicet quæ reſuſcitata & egreſſa de ſe-
pulcris, Dominum pro hac gratia adorabit.

CAPVT XXXII.

Alijs ſcripturæ locis probatur, aliunde quàm ex ſepulcris mortuos eſſe reproducendos; nec animam in ſcriptura ſemper de anima rationali, ſed etiam de vita intelligi animali

Per totum. V. Reſurrect. impugnant hæret. 10.

SED nè ſolummodò eorum corporum reſurrectio videatur prædicari, quæ ſepulcris
demandantur, habes ſcriptum, [a] *Et mandabo piſcibus maris, eructabunt oſſa quæ ſunt* a Apoc. 20.
comeſta, & faciam compaginem ad compaginem, & os ad os. Ergo, inquis, & piſces reſuſci- 13.
tabuntur, & cæteræ beſtiæ & alites carniuoræ, vt reuomant quos comederunt: quia &
apud Moyſen legis, [b] *exquiram ſanguinem de omnibus beſtijs*? Non vtique. Sed idcirco no- b Gen 9. 5.
minantur beſtiæ, & piſces in redhibitionem carnis, & ſanguinis, quò magis exprima-
tur reſurrectio etiam deuoratorum corporum, quum de ipſis deuoratoribus exactio
edicitur. Puto autem huius quoque diuinæ poteſtatis documentum idoneum Ionam,
quum incorruptus vtramque ſubſtantiam, carnem atque animam, de aluo piſcis Ionæ. 2. 1. &
euoluitur. Et vtique triduò concoquendæ carni viſcera ceti tam ſuffeciſſent, quàm 11.
capulum, quàm ſepulcrum, quàm ſenium requietæ, atque reconditæ alicuius ſepul- Luc. 11. 30.
turæ. ſaluo eo, quòd & beſtias, fetos in Chriſtianum vel maximè nomen homines, vel

ipſos etiam iniquitatis angelos figurauit, de quibus ſanguis exigetur per vltionem penſandam. Quis ergo ditecndi magis adfinis, quàm præſumendi; & credendi diligentior, quàm contendendi; & diuinæ potius ſapientiæ religioſus, quàm ſuæ libidinoſus, audiens aliquid à Deo deſtinatum in carnes, & cutes, & neruos, & oſſa, aliud quid hæc commentabitur, quaſi non in hominem deſtinetur, quod in iſtas ſubſtantias prædicatur? Aut enim nihil in hominem deſtinatur; non liberalitas regni, non ſeueritas iudicij, non quodcunque eſt reſurrectio: aut ſi in hominem deſtinatur, neceſſe eſt in eas ſubſtantias deſtinetur, ex quibus homo ſtructus eſt, in quem deſtinatur. Illud etiam de argutiſſimis iſtis demutatoribus oſſium, & carnium, & neruorum, & ſepulcrorum requiro; cur ſi quando in animam quid pronuntiatur, nihil aliud animam interpretantur, nec tansfingunt eam in alterius rei argumentum: quum verò in aliquam ſpeciem corporalem quid edicitur, omnia potius aſſcuerant, quàm quod nominatur? Si corporalia parabolæ, ergo & animalia. ſi non & animalia, ergo nec corporalia. Tam enim corpus homo, quàm & anima, vt non poſſit altera ſpecies admittere ænigmata, altera excludere.

CAPVT XXXIII.

Chriſtum in Euangelio non parabolicè ſemper, ſed & propriè, maximè verò de reſurrectione carnis ſermonem habuiſſe, in qua debitam mercedem cuique reddet.

à p. V. ſcriptura noui teſt. 2. in m. V. Reſurrect. probat. ſcript. 7. in f. V. Reſurrect probat. rationib. 12.

SATIS hæc de Prophetico inſtrumento. ad Euangelia nunc prouoco; hîc quoque
occurſus prius eidem aſtutiæ eorum, qui proinde & Dominum omnia in parabolis
pronuntiaſſe contendunt, quia ſcriptum eſt, [a] *Hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis, &*
a Matth. 13. 34. *ſine parabola non loquebatur ad illos*, ſcilicet ad Iudæos. nam & diſcipuli, [b] *Quare, aiunt,*
b Ibid. 10. *in parabolis loqueris?* & Dominus; [c] *Propterea in parabolis loquor ad eos, vt videntes non videant,*
c Ibid. 13. *& audientes non audiant*, ſecundùm Eſaiam. Quod ſi ad Iudæos in parabolis, iam
Eſa. 6. 9. non ad omnes: ſi non ad omnes in parabolis, iam non ſemper, nec omnia parabolæ;
ſed quædam, cùm ad quoſdam. ad quoſdam autem, dum ad Iudæos. nonnunquam
planè & ad diſcipulos. Sed quomodo referat ſcriptura, conſidera: [d] *Dicebat autem &*
d Luc. 18. 19 *parabolam ad eos*: ergo & non parabolam dicebat, quia non notaretur quum parabolam
loquebatur, ſi ita ſemper loquebatur. Et tamen nullam parabolam non aut ab ipſo in-
Matth. 13. 3. & ſeq. uenias ediſſertatam: vt de ſeminatore in verbi adminiſtratione; aut à commentatore
Euangelij præluminatam, vt iudicis ſuperbi, & viduæ inſtantis ad perſeuerantiam
Luc. 18. 2. & ſeq. orationis; aut vltro coniectãdam, vt arboris fici, dilatæ in ſpem, adinſtar Iudaicæ infru-
Luc 13. 6. & ſeq. ctuoſitatis. Quòd ſi nec parabolæ obumbrant Euangelij lucem; tantò abeſt, vt ſententiæ & definitiones, quarum aperta natura eſt, aliter quàm ſonant ſapiant. Definitionibus autem & ſententiis Dominus edicit, ſiue iudicium, ſiue regnum Dei, ſiue reſur-
rectionem: [e] *Tolerabilius erit*, inquit, *Tyro, & Sidoni in die iudicij*: &, [f] *Dicite illis, quod*
e Matth. 11. 24. *appropinquauerit regnum Dei*: &, [g] *Retribuetur tibi in reſurrectione iuſtorum.* Si nomina ab-
f Matth. 10. 7. ſoluta ſunt rerum, id eſt, iudicij & regni Dei, & reſurrectionis, vt nihil eorum in para-
bolam comprimi poſſit; nec ea in parabolas compellantur, quæ ad diſpoſitionem, &
g Luc. 14. 14. tranſactionem, & paſſionem regni, iudicij, & reſurrectionis prędicantur; atque ita corporalia defendentur, vt corporalibus deſtinata; id eſt, non ſpiritalia, quia non figurata. Nam & ideo præſtruximus, tam corpus animæ, quàm & carnis, obnoxium eſſe mercedibus, pro communi operatione penſandis; nè corporalitas animæ occaſionem ſubminiſtrans figurarum, corporalitatem carnis excludat: quum vtramque participem & regni, & iudicij, & reſurrectionis oportear credi. Et nunc eò pergimus, vti corporalitatem carnalem propriè demonſtremus à Domino ſignificari in omni reſurrectionis mentione, ſalua animali, quam & ipſam pauci receperunt.

CAPVT XXXIV.

Totius ſaluator hominis Chriſtus, ſaluabit & carnem quam perire non ſinet.

Per totum. V. Refnrrect. probatur rationibus. 12.

a Luc. 10. 10 IMprimls, cùm [a] *ad hoc veniſſe ſe dicit, vti quod perijt, ſaluum faciat, quid dicas periſſe?*
hominem, ſine dubio. Totumnè, an ex parte? Vtique totum. Siquidem tranſgreſſio,
quæ perditionis humanæ cauſa eſt, tam animæ inſtinctu, ex concupiſcentia, quàm &
carnis actu, ex deguſtatione commiſſa, totũ hominem elogio tranſgreſſionis inſcripſit,
Luc. 15. 4. atq; exinde metito perditionis impleuit. Totus itaque ſaluus fiet, qui perit totus delinquendo. niſi ſi & ouis illa ſine corpore amittitur, & ſine corpore reuocatur. Nam ſi caro

quoque eius, cum anima (quod pecus totũ eſt) humeris boni paſtoris aduehitur, ex vtra-
que vtique ſubſtãtia reſtituendi hominis exemplũ eſt. aut quàm indignũ Deo, dimidiũ
hominem redigere in ſalutem? penè minus facere. cùm etiam ſæcularium principum
plena ſemper indulgentia vindicetur. Diabolus validior in hominis iniuriam intelli-
gitur, totum eum elidens: Deus infirmior renuntiabitur, non totum eum releuans.
Atquin & Apoſtolus ſuggerit, [b] *Vbi delictum abundauerit, illic gratiam ſuperabundaſſe.* b Rom 5.20
Quomodo denique ſaluus habebitur, qui poterit & perditus dici? carne ſcilicet perdi-
tus, anima verò ſaluus. niſi quòd iam & anima in perdito conſtituatur neceſſe eſt, vt
ſalua effici poſſit. id enim ſaluum effici oportebit, quod perditum fuerit. Porro autem
recipimus animæ immortalitatem, vt perdita non in interitum credatur, ſed in suppli-
cium, id eſt, in gehennam. Et, ſi ita eſt, iam non animam ſpectabit ſalus; ſaluam ſcili-
cet ſua natura, per immortalitatem; ſed carnem potius, quam interibilem conſtat apud
omnes. Aut ſi & anima interibilis, id eſt non immortalis, quod & caro; iam & carni
forma illa ex æquo proficere debebit, proinde mortali & interibili; quia id quod perit,
ſaluum facturus eſt Dominus. Nolo nunc contentioſo fune deducere, hac, an illac ho-
minem perditio depoſtulet, dum vtrimque eum ſalus deſtinet, in ambas ſubſtantias
peræquata. Ecce enim, ex quacunque ſubſtantia hominem periſſe præſumpſeris, ex al-
tera non perit. Saluus ergo erit iam ex qua non perit, & ſaluus nihilominus fiet, ex qua
perit. Habes totius hominis reſtitutionem; dum & quodcunque eius perit, ſaluum fa-
cturus eſt Dominus; & quodcunque non perit, vtique non erit perditurus. Quis vltra
de vtriuſque ſubſtantiæ ſecuritate dubitabit, quum altera ſalutem conſecutura ſit, al-
tera amiſſura eam non ſit? Et tamen adhuc ſenſum rei exprimit Dominus, [c] *Ego, dicens,* c Io. 6.38.
veni; non vt meam, ſed vt Patris qui miſit me, faciam voluntatem. Quam, oro te? *Vt omne* Ibid.
quod dedit mihi, non perdam ex eo quicquam, ſed reſuſcitem illud in nouiſſima die. Quid à Pa-
tre Chriſtus acceperat, niſi quod & induerat? hominem ſine dubio, carnis animæque
texturam. Neutrum ergo eorum quæ accepit, perire patietur: immò nec quicquam
vtriuſque; immò nec modicum. quod ſi modicum caro, ergo nec carnem; quia nec
modicum: nec quicquam, quia nec quicquam. Atquin, ſi non & carnem reſuſcitabit
nouiſſima die, iam non modicum patietur perire de homine; ſed, pro tanta dixerim
parte, propè totum. Ingerens amplius, [d] *Hæc eſt Patris voluntas, vt omnis qui videt filium,* d Ibid. 40.
& credit in eum, habeat vitam æternam, & ſuſcitem illum nouiſſima die. plenitudinem ex-
ſtruit reſurrectionis. diſtribuit enim vtrique ſubſtantiæ, per officia, propriam merce-
dem ſalutis; & carni per quam filius aſpiciebatur, & animæ per quam credebatur.
Ergo, dices, illis erit promiſſa res, à quibus Chriſtus videbatur. Sit planè ita, vt & ad
nos eadem ſpes inde manauerit. Nam ſi videntibus, & idcirco credentibus, fructuoſa
tunc fuerunt opera carnis, atque animæ; multò magìs nobis. [e] *Fæliciores enim,* inquit, e Io. 20.29.
qui non viderunt, & credunt; quando etſi illis negaretur carnis reſurrectio, certè fæli-
cioribus competiſſet. Quomodo enim fælices, ſi ex parte perituri?

CAPVT XXXV.

Animam & corpus perdere in gehennam æternam minitatus Chriſtus, ſupponit reſurrectionem, ſicut aſſiſtentia ouium & hædorum à dextris & ſiniſtris in Iudicio, & nullius capilli deperditio, & pedum & manuum conſtrictio, & in tenebras miſſio.

In p. ad m. V. Reſurrect. probat. Scripe. 8. in m. V. Infernus. 5. à m. ad f. V. Reſurrect. probat. Scipt. 8.

SED & præcipit, [a] *Eum potius timendum, qui corpus, & animam occidat in gehennam,* id a Math. 10.
eſt Dominum ſulum; *non qui corpus occidant, animæ autem nihil nocere poſſint,* id eſt, 28.
humanas poteſtates. Adeò hîc & animæ immortalis natura recognoſcitur, quæ non
poſſit occidi ab hominibus; & carnis eſſe mortalitatem, cuius ſit occiſio; atque ita re-
ſurrectionem quoque mortuorum carnis eſſe, quæ in gehennam, niſi reſuſcitata, non
poterit occidi. Sed quoniam & hîc de interpretatione corporis quæſtio cauillatur;
ego corpus hominis non aliud intelligam, quàm omnem iſtam ſtruem carnis, quoquo
genere materiarum concinãtur atque variãtur; quod videtur, quod tenetur. quod de-
nique ab hominibus occiditur. Sic & parietis corpus, non aliud admittam, quàm cæ-
menta, quàm ſaxa, quàm lateres. Si quis arcanum aliquod corpus inducit, oſtendat,
reuelet, probet ipſum eſſe etiam quod occidatur ab homine, & de illo erit dictum.
Item ſi animæ corpus opponitur, vacabit aſtutia. Cùm enim vtrumque proponitur,
corpus atque animam occidi in gehennam, diſtinguitur corpus ab anima, & relinquitur in-
telligi corpus id quod in promptu ſit; caro ſcilicet, quæ ſicut occidetur in gehennam,
ſi non magìs à Deo timuerit occidi; ita & viuificabitur in vitam æternam, ſi maluerit

ab hominibus potius interfici. Proinde ſi quis occiſionem carnis, atque animæ in gehennam, ad interitum & finem vtriuſque ſubſtantiæ arripiet, non ad ſupplicium, (quaſi conſumendarum, non quaſi puniendarum) recordetur ignem gehennæ æternum, prædicari in pœnam æternam, & inde æternitatem occiſionis agnoſcat, propterea humanæ, vt temporali, prætimendam. Tunc & æternas ſubſtantias credet, quarum æterna ſit occiſio in pœnam. Certè cùm poſt reſurrectionem, corpus cum anima occidi habeat à Deo in gehennam, ſatis de vtroque conſtabit, & de carnali reſurrectione, & de æterna occiſione. Abſurdiſſimum alioquin, ſi idcirco reſuſcitata caro occidatur in gehennam, vti finiatur, quod & non reſuſcitata pateretur. In hoc ſcilicet reficietur, ne ſit, cui non eſſe iam euenit. Eidem nos ſpei fulciens, paſſerum quoque ſubiunxit exemplum,
b Matth. 10. 28. quod [b] *ex duobus non cadat alter in terram ſine Dei voluntate*: vt & carnem, quæ ceciderit in terram, proinde credas & reſurgere poſſe, per eiuſdem Dei voluntatem. Nam etſi paſſeribus hoc non licet; ſed *nos multis paſſeribus antiſtamus*, eò quòd cadentes reſurgamus. *Quorum denique capillos capitis omnes numeratos affirmat*, ſaluos vtique repromittit,
c Io. 6. 39. Petituros enim, quæ ratio in numerum redegiſſet? niſi quia hoc eſt, [c] *vt omne quod Pater mihi dedit, non perdam ex eo quicquam*, id eſt, nec capillum, ſicut nec oculum, nec
d Matt. 8. 12. dentem. Cæterùm, vnde [d] *erit fletus, & dentium frendor in gehenna*, niſi ex oculis, & den-
e Matth. 22. 13. tibus? occiſo ſcilicet etiam corpore in gehennam; & [e] *detruſo in tenebras exteriores*, quæ oculorum propria ſunt tormenta; ſi quis in nuptiis, minus dignis operibus fuerit indu-
f Matt. 8. 11. tus, *conſtringendus ſtatim manibus & pedibus*. vtpote qui cum corpore ſurrexit. Sic ergo
g Apoc. 2. 7. Matt. 22. 24. & [f] *recumbere ipſum in Dei regno, & ſedere in thronis Chriſti, & aſſiſtere ad dexteram tunc vel ſiniſtram*, [g] *& edere de ligno vitæ*, corporalis diſpoſitionis fideliſſima indicia ſunt.

CAPVT XXXVI.

Contra Sadducæos Chriſtus probauit reſurrectionem, & innuptis Angelicam ſimilitudinem filiis reſurrectionis repromiſit.

Per totum. V. Reſurrect. probat. Script. 8. à m. V. Reſurrect. gloria & dotes. 11.

VIDEAMVS nunc, an & Sadducæorum verſutiam elidens, noſtram magis ſententiam erexerit. Cauſa, opinor, quæſtionis, fuit deſtructio reſurrectionis. Siquidem Sadducæi, neque animæ, neque carnis admittunt ſalutem: & ideo ex qua vel maximè ſpecie reſurrectionis fides labefactatur, ex ea argumentum problemati ſuo accommodauerunt. de carnis ſcilicet obtentu, nupturæ, necne, poſt reſurrectionem, ſub eius mulieris perſona, quæ ſeptem fratribus nupta, in dubio haberetur, cui eorum reſtitueretur. Porro, ſeruentur ſenſus tam quæſtionis quàm reſponſionis, & controuerſiæ occurſum eſt. Si enim Sadducæi quidem reſpuebant reſurrectionem, Dominus autem eam confirmabat, & ſcripturarum ignaros increpans, earum ſcilicet quæ reſurrectionem prædicaſſent, & virtutis Dei incredulos, idoneæ vtique mortuis reſuſcitandis, poſtremò ſubiiciens, *Quoniam autem mortui reſurgant*; ſine dubio, &
Ibid. 31. confirmando, eſſe quod negabatur; id eſt, reſurrectionem mortuorum apud Deum viuorum, talem quoque eam confirmabat eſſe, qualis negabatur; vtriuſque ſcilicet ſubſtantiæ humanæ. Neque enim ſi nupturos tunc negauit, ideo nec reſurrecturos demonſtrauit. Atquin [a] *filios reſurrectionis* appellauit, per eam quodammodo naſci habentes;
a Luc. 20. 34. 35. poſt quam [b] *non nubent*, ſed reſuſcitari: *ſimiles enim erunt angelis*; quà non nupturi, quia
b Matth. 22. 30. nec morituri; ſed quà tranſituri in ſtatum angelicum, per indumentum illud incorruptibilitatis, per ſubſtantiæ, reſuſcitatæ tamen, demutationem. Cæterùm, nec quæreretur, nupturi, ſiue morituri, necnè, rurſus eſſemus, ſi non eius vel maximè ſubſtantiæ reſtitutio in dubium vocaretur, quæ propriè & morte, & nuptiis fungitur, id eſt carnis. Habes igitur Dominum confirmantem aduerſus hæreticos Iudæorum, quod & nunc negatur apud Sadducæos Chriſtianorum, ſolidam reſurrectionem.

CAPVT XXXVII.

Fruſtra obiiciunt hæretici illud Chriſti: Caro non prodeſt quidquam: *& quomodo Verbum caro factum ſit Spiritus, & vita. Suſcitaturus mortuos Chriſtus, non tantum peccatores ad gratiam, ſed carne mortuos, ad carnis vitam.*

In p. ad vltra. m. V. Euchariſtia. 2. in m. ad f. V. Reſurrect. ration. probatur. 13.

a Io. 6. 64. SIc, etſi [a] *carnem ait nihil prodeſſe*, ex materia dicti dirigendus eſt ſenſus. Nam quia durum & intolerabilem exiſtimauerunt ſermonem eius, quaſi verè carnem ſuam
Ibid. illis edendam determinaſſet; vt in ſpiritum diſponeret ſtatum ſalutis, præmiſit, *Spiritus*

eſt qui viuificat. atque ita ſubiunxit, *Caro nihil prodeſt*; ad viuificandum ſcilicet. Exequi-
tur etiam quid velit intelligi ſpiritum, *Verba quæ locutus ſum vobis, ſpiritus ſunt, vita ſunt.*
ſicut & ſuprà, [b] *Qui audit ſermones meos, & credit in eum qui me miſit, habet vitam æter-* b Io. 5. 24.
nam, & in iudicium non veniet, ſed tranſiet de morte ad vitam. Itaque ſermonem conſti-
tuens viuificatorem, quia ſpiritus & vita ſermo, eundem etiam carnem ſuam dixit, quia
& [c] *ſermo caro erat factus*; proinde in cauſam vitæ appetendus, & deuorandus auditu, & c Io. 1. 14.
ruminandus intellectu, & fide digerendus. Nam & paulò antè, carnem ſuam, [d] *panem* d Io. 6. 31. &
quoque cæleſtem pronuntiarat; vrgens vſquequaque per allegoriam neceſſariorum pa- 49 59.
bulorum, memoriam patrum, qui panes & carnes Ægyptiorum præuerterant diuinæ
vocationi. Igitur conuerſus ad recogitatus illorum, quia ſenſerat diſpergeudos, [e] *Caro,* e Io. 6. 64.
ait, nihil prodeſt. Quid hoc ad deſtruendam carnis reſurrectionem? Quaſi non liceat eſſe
aliquid, quod etſi nihil proſit, aliud tamen ei prodeſſe poſſit. *Spiritus prodeſt*, viuificat
enim. Caro nihil prodeſt, mortificatur enim. Itaque, ſecundùm nos magis collocauit
vtriuſque propoſitionem. Oſtendens enim quid proſit, & quid non proſit; pariter illu-
minauit, quid cui proſit: ſpiritum ſcilicet carni mortificatæ viuificatorem. [f] *Veniet enim* f Io. 5. 25.
hora, inquit, *quum mortui audient vocem filij Dei; & qui audierint, viuent.* Quid mortuum,
niſi caro? & quid vox Dei, niſi ſermo? & quid ſermo, niſi ſpiritus? Meritò carnem reſuſ-
citaturus, quod factus eſt ipſe; & ex morte, quam paſſus eſt ipſe; & ex ſepulcro, quo il-
latus eſt ipſe. Denique quum dicit, [g] *Ne miremini, quòd veniet hora, in qua omnes qui in* g Io. 5. 25 & ſeq.
monumentis ſunt, audient vocem filij Dei; & procedent, qui bona fecerunt, in vitæ reſurrectio-
nem; qui mala, in reſurrectionem iudicij: nemo iam poterit aliud mortuos interpretari,
qui ſint in monumentis, niſi corpora & carnem: quia nec ipſa monumenta aliud, quàm
cadauerum ſtabula. ſiquidem & ipſi homines veteres; id eſt, peccatores; id eſt, mortui
per ignorantiam Dei, quos monumenta intelligendos argumentantur hæretici; de mo-
numentis proceſſuri in iudicium, apertè prædicantur. Cæterùm, quomodo de monu-
mentis monumenta procedent?

CAPVT XXXVIII.

Mortui à Chriſto ſuſcitati, fidem diſpoſuerunt credendæ omnium reſurrectioni, non iam quoad animam, cùm omnium non ſit fides & gratia, ſed quoad carnem.

Per totum. V. Reſurrect. gloria & dotes. 3. à p. V. Dei potentia. 6.

POST dicta Domini, facta etiam eius quid ſapere credamus, de capulis, de ſepul-
cris, mortuos reſuſcitantis? Cui rei iſtud? Si ad ſimplicem oſtentationem poteſta- Matth 9. 25
tis, aut ad præſentem gratiam redanimationis, non adeò magnum illi, denuò mori- Luc. 7. 15.
turos ſuſcitare. Enimverò, ſi ad fidem potius ſequeſtrandam futuræ reſurrectionis, Io. 11. 11.
ergo & illa corporalis præſcribitur, de documenti ſui forma. Nec ſuſtinebo dicentes,
idcirco tunc reſurrectionem animæ ſoli deſtinatam, in carnem quoque præcucurriſſe,
quia non potuiſſet aliter oſtendi reſurrectio animæ inuiſibilis, niſi per viſibilis ſub-
ſtantiæ reſuſcitationem. Malè Deum norunt, qui non putant illum poſſe, quod non
putant; & tamen ſciunt potuiſſe, ſi inſtrumentum Ioannis norunt. Qui enim animas
adhuc ſolas martyrum ſub altari quieſcentes, conſpectui ſubdidit, poſſet vtique & re-
ſurgentes oculis exhibere ſine carne. At ego Deum malo decipere non poſſe, de falla-
cia ſolummodò infirmum; nè aliter documenta præmiſiſſe, quàm rem diſpoſuiſſe vi-
deatur. immò, nè ſi exemplum reſurrectionis ſine carne non valuit inducere, multò
magis plenitudinem exempli in eadem ſubſtantia exhibere non poſſit. Nullum verò
exemplum maius eſt eo, cuius exemplum eſt. Maius eſt autem, ſi animæ cùm corpore
reſuſcitabuntur, in documentum, ſine corpore reſurgendi; vt tota hominis ſalus dimi-
diæ patrocinaretur: quando exemplorum conditio illud potius expeteret, quod minus
haberetur; animæ dico ſolius reſurrectionem, velut guſtum, carnis etiam reſurrecturæ Apoc. 6. 9.
ſuo in rempore. Atque adeò, ſecundùm noſtram verò æſtimationem, exempla illa
mortuorum à Domino ſuſcitatorum, commendabant quidem & carnis, & animæ re-
ſurrectionem; nè cui ſubſtantiæ negaretur hoc donum: quæ tamen exempla, eo minus
aliquid edebant (non enim in gloriam, nec in incorruptibilitatem; ſed in mortem
aliam ſuſcitabantur) quàm ediderit Chriſtus.

CAPVT XXXIX.

Reſurrectionem mortuorum Paulus in Actis conteſtatur

Per totum. V. Reſurrect. ex Script. probat. 10.

RESVRRECTIONEM Apoſtolica quoque inſtrumenta teſtantur. nam & Apo-
ſtolis nullum aliud negotium fuit, dumtaxat apud Iſraelem, quàm veteris Teſta-
menti reſignandi, & noui conſignandi, & potius iam Dei in Chriſto concionandi. Ita
& de reſurrectione nihil noui intulerunt, niſi quòd & ipſam in gloriam Chriſti annun-
tiabant: de cætero, ſimplici & nota iam fide receptam, ſine vlla qualitatis quæſtione,
ſolis refragantibus Sadducæis. adeò facilius fuit negari in totum mortuorum reſurre-
ctionem, quàm aliter intelligi. Habes Paulum, apud ſummos ſacerdotes, ſub Tribuno,
a Act. 23.6. inter Sadducæos, & Phariſæos, fidei ſuæ profeſſorem, [a] *Viri*, inquit, *fratres, ego Phari-
ſæus ſum, filius Phariſæorum; de ſpe nunc & de reſurrectione iudicor apud vos:* Vtique com-
muni; nè quia iam tranſgreſſor legis videbatur, de præcipuo fidei totius articulo, id eſt
de reſurrectione, ad Sadducæos ſapere exiſtimaretur. Ita, quam nolebat videri reſcin-
dere, fidem reſurrectionis vtique confirmabat ſecundum Phariſæos, reſpuens nega-
Act. 26.21. tores eius Sadducæos. Proinde & apud Agrippam, nihil ſe ait proferre, citra quàm
Prophetæ annuntiaſſent. Ergo ſeruabat reſurrectionem quoque, qualem Prophetæ
annuntiarant. Nam & de reſurrectione mortuorum apud Moyſen ſcriptum comme-
b Gen. 9.5. morans, corporalem eam norat; in qua ſcilicet [b] *ſanguis hominis exquiri habebit.* Ita-
que talem prædicabat, qualem & Phariſæi ſuſceperant, & Dominus ipſe defende-
Act. 17.32. rat; & Sadducæi, nè talem quoque crederent, in totum eſſe noluerant. Sed nec Athe-
nienſes aliam intellexerant à Paulo portendi. denique irriſerant: non irriſuri omnino,
ſi animæ ſolius reſtitutionem ab eo audiſſent. ſuſcepiſſent enim vernaculæ ſuæ philo-
ſophiæ frequentiorem præſumptionem. At vbi nationes præconium reſurrectionis
inauditæ retro, ipſa nouitate concuſſit; & digna incredulitas rei tantæ, quæſtionibus
fidem torquere cœpit; tunc & Apoſtolus per totum penè inſtrumentum, fidem huius
ſpei corroborare curauit, & eſſe eam oſtendens, & nondum tranſactam: & (de quo
magìs quærebatur) corporalem: & quod inſuper dubitabatur, non aliter corpora-
lem.

CAPVT XL.

Fruſtra hæretici abutuntur Apoſtoli loco, de interioris, & exterioris hominis corruptione, & renouatione loquente: caro enim Chriſto compaſſa conregnabit.

Per totum. V. Reſurrect. impug. hæret. 9.

NIHIL autem mirum, ſi & ex ipſius inſtrumento captentur argumenta, quum
[a] *oporteat hæreſes eſſe*; quæ eſſe non poſſent, ſi non & perperam ſcripturæ intelligi
a 1. Cor. 11. 19. poſſent. Nactæ denique hæreſes duos homines ab Apoſtolo editos; interiorem, id eſt
animam; & exteriorem, id eſt carnem: ſalutem quidem animæ, id eſt interiori homini;
b 2. Cor. 4. 16. exitium verò carni, id eſt exteriori, adiudicauerunt: quia ſcriptum ſit Corinthiis, [b] *Nam
etſi homo noſter exterior corrumpitur, ſed interior renouatur die & die.* Porro, nec anima per
ſemetipſam homo, quæ figmento, iam homini appellato, poſtea inſerta eſt: nec caro
ſine anima, homo, quæ poſt exilium animæ, cadauer inſcribitur. Ita vocabulum, ho-
mo, conſertarum ſubſtantiarum duarum quodammodo fibula eſt. ſub quo vocabulo
non poſſunt eſſe niſi cohærentes. Porro, Apoſtolus interiorem hominem, non tam ani-
mam quàm mentem atque animum intelligi mauult; id eſt, non ſubſtantiam ipſam, ſed
c Epheſ. 3.17 ſubſtantiæ ſaporem. Siquidem Epheſiis ſcribens, [c] *in interiorem hominem habitare Chri-
ſtum,* ſenſibus vtique initiandum Dominum ſignificauit. Denique adiunxit, *Per fidem:
&, In cordibus veſtris: &, In dilectione.* Fidem quidem, & dilectionem, non ſubſtantiua
animæ ponens, ſed conceptiua. In cordibus autem dicens, quæ ſubſtantiua ſunt carnis,
iam & ipſum interiorem hominem carni deputauit, quem in corde conſtituit. Inſpice
d 2. Cor. 4. 16. nunc quomodo [d] *exteriorem quidem hominem corrumpi allegarit, interiorem verò renouari
die, ac die.* Nec illam corruptelam carnis affirmes, quam ex die mortis, in perpetuum
defectura patiatur: ſed quam in iſtius vitæ ſpatio, antè mortem, & vſque ad mortem,
vexationibus & preſſuris, tormentis atque ſuppliciis, nominis cauſa experietur. Nam
& *homo interior* hîc vtique renouari habebit per ſuggeſtum ſpiritus, proficiens fide, &
diſciplina *die, ac die*: non illic, id eſt, non poſt reſurrectionem: vbi non vtique *die, ac
e Ibid. 17. die renouari* habemus, ſed ſemel ad ſummam. De ſequentibus diſce: [e] *Quod enim ad præ-
ſens eſt,* inquit, *temporale, & leue preſſura noſtræ, per ſupergreſſum, in ſupergreſſum, æternum
gloriæ pondus perficiet in nobis, non intuentibus quæ videntur,* id eſt paſſiones, *ſed quæ non vi-
dentur,* id eſt mercedes. *Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ verò non videntur, æterna.*
Preſſuras enim & læſuras, quibus corrumpitur homo exterior, vt leues & temporales,
idcirco contemnendas affirmat, præferens mercedum æternarum, inuiſibilium, &
gloriæ

gloriæ pondus in compenſationem laborum, quos hîc caro patiendo corrumpitur. Adeò non illa eſt corruptio, quam in perpetuum carnis interitum, ad reſurrectionem expellendam exteriori homini adſcribunt. Sic & alibi: [f] *Siquidem, ait, compatimur, vti & conglorificemur. reputo enim non dignas eſſe paßiones huius temporis, ad futuram gloriam, quam nos habet reuelari.* f Rom. 8.17. Et hic minora oſtendit incommoda præmijs ſuis. Porro, ſi per carnem compatimur, cuius eſt propriè paſſionibus corrumpi, eiuſdem erit & quod pro compaſſione promittitur. Atque adeò carni adſcribit preſſurarum proprietatem, vt & ſuprà dicat: [g] *Quum veniſſemus autem in Macedoniam, nullam remiſsionem habuit caro noſtra.* g 2. Cor. 7. 5. Dehinc, vt animæ daret compaſſionem: *In omnibus*, inquit, *compreßi. Extrinſecus pugnæ*; debellantes ſcilicet carnem: *Intrinſecus timor*; affligens ſcilicet animam. Adeo *etſi corrumpitur homo exterior*, 2. Cor. 4. 16. non vt amittens reſurrectionem, ſed vt ſuſtinens vexationem, corrumpi intelligetur. & hoc non ſine interiore. Ita amborum erit etiam conglorificari, ſicut & compati. Secundùm collegia laborum, conſortia etiam decurrant neceſſe eſt præmiorum.

CAPVT XLI.

Domicilium, & manſio in cœlo carnis promittitur à Paulo.

Per totum. V. Reſurrect. probat. Script. 11.

EANDEM adhuc ſententiam exequitur, remunerationes vexationibus præferens. [a] *Scimus enim*, inquit, *quoniam etſi terrena domus noſtra huius tabernaculi diſſoluatur,* a 2. Cor. 5. 1. *habemus domum non manufactam, æternam in cœlis*; id eſt, per hoc quod diſſoluetur caro noſtra per paſſiones, domicilium conſecuturi ſumus in cœlis. Meminerat Euangelicæ definitionis: [b] *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quia illorum eſt regnum cælorum.* b Matt. 5. 10. Non tamen carnis reſtitutionem negauit, ſi compenſationem mercedis oppoſuit; cùm ipſi compenſatio debeatur, cui diſſolutio deputatur, ſcilicet carni. Sed quia domum dixerat, carnem, eleganter voluit & in mercedis comparatione, vocabulo domus vti; ipſi domui, quæ diſſoluetur per paſſionem, meliorem domum repromittens per reſurrectionem. Nam & Dominus [c] *multas manſiones*, quaſi domus, *apud Patrem* repromittit. c Io. 14. 2. Quanquam nec de domicilio mundi poteſt intelligi; quo diſſoluto, æterna ſedes repromittatur in cœlis: quia & quæ ſequuntur, ad carnem manifeſtè pertinentia, oſtendunt priora omnino ad carnem pertinere. Diuiſionem enim facit Apoſtolus, quum ſubjicit: [d] *Nam & hoc gemimus; domicilium noſtrum, quod de cælo eſt, ſuperindui deſiderantes; ſiquidem induti, non nudi inueniamur*; d 2. Cor. 5. 2. id eſt, antè volumus ſuperinduere virtutem cœleſtem æternitatis, quàm carne exuamur. Huius enim gratiæ priuilegiũ illos manet, qui ab aduentu Domini deprehendentur in carne, & propter duritias temporum Antichriſti merebuntur, compendio mortis per demutationem expunctæ, concurrere cum reſurgentibus; ſicut Theſſalonicenſibus ſcribit, [e] *Hoc enim dicimus vobis in ſermone Domini, quòd nos qui viuimus, qui remanemus in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipſe Dominus, in iuſſu, & voce archangeli, & in tuba Dei, deſcendet de cælo; & mortui in Chriſto reſurgent primi: dehinc nos cum ipſis ſimul rapiemur in nubibus obuiam Domino in aera, & ita ſemper cum Domino erimus.* e 1. Theſſ. 4. 15. & ſeq.

CAPVT XLII.

Demutatio in melius, & raptus in aera carni ſuſcitata promittitur, & mortale hoc deuorabitur à vita, cùm oſſa penitus aliqua non deuorantur à morte.

Per totum. V. Reſurrect. probat. Script. 11. in m.

HORVM demutationem ad Corinthios reddit, dicens [a] *Omnes quidem reſurgemus, non autem omnes demutabimur, in atomo, in momentaneo motu oculi, in nouiſsima tuba*; a 1. Cor. 15. 51. ſed illi ſcilicet ſoli, qui inuenientur in carne. [b] *Et mortui*, inquit, *reſurgent primi, & nos demutabimur.* b 1. Theſſ. 4. 16. Hac ergo prius diſpoſitione proſpecta, reliqua reuocabis ad ſuperiorem ſenſum. Nam cùm adjicit, [c] *Oportet enim corruptiuum iſtud induere incorruptelam, & mortale iſtud induere immortalitatem*; c 1. Cor. 15. 53. hoc erit illud domicilium de cœlo, quod gementes in hac carne ſuperinduere deſideramus; vtique ſuper carnem, in qua deprehendemur; quia [d] *grauari nos ait, qui ſumus in tabernaculo; quod nolimus exui, ſed potius ſuperindui; vti deuoretur mortale a vita*, d 2. Cor. 5. 4. ſcilicet dum demutatur, ſuperinduendo quod eſt de cœlis. Quis enim non deſiderabit, dum in carne eſt, ſuperinduere immortalitatem, & continuare vitam, lucrifacta morte per vicariam demutationem, [e] *nè inferos experiatur, vſque nouiſsimum quadrantem exacturos?* e Matt. 5. 26. Cæterùm, demutationem

etiam poſt reſurrectionem conſecuturus eſt, inferos iam expertus. Abhinc enim definimus, carnem quidem omni modo reſurrecturam, atque illa ex demutatione ſuperuentura, habitum angelicum ſuſcepturam. Aut ſi in his ſolis qui inuenientur in

f 1. Cor. 54. carne, demutari eam oportebit, f *vti deuoretur mortale à vita*, id eſt caro ab illo superindumento cæleſti & æterno: ergo qui mortui deprehendentur, vitam non conſequentur, priuati iam materia, &, vt ita dixerim, eſca vitæ, id eſt carne. Aut neceſſe eſt recipiant eam & illi, vt & in ipſis mortale deuorari poſſit à vita, ſi vitam ſunt conſequuturi. Sed in mortuis, inquis, iam deuoratū erit mortale iſtud. Non vtique in omnibus. Quantos enim licebit vel pridianos inueniri, tam recentia cadauera, vt nihil in illis deuoratum videri poſſit? Vtique enim deuoratum non aliud exiſtimas, quàm interceptum, quàm abolitum, quàm omni ſenſu ereptum: quod comparere omni genere ceſſauerit. Nec gigantum autem antiquiſſima cadauera deuorata conſtabit, quorum crates adhuc viuunt. Diximus iam de iſto alibi. Sed & proximè in iſta ciuitate, quum Odei fundamenta, tot veterum ſepulturatū ſacrilega, collocarentur; quingentorum ferè annorum oſſa, adhuc ſuccida, & capillos olentes populus exhorruit. Conſtat, non tantum oſſa durare, verùm & dentes incorruptos perennare; quæ vt ſemina retinentur fructificaturi corporis in reſurrectione. Poſtremò, etſi tunc deuoratum inuenietur mortale in omnibus mortuis, certè à morte, certè ab æuo, certè per ætatem; nunquid à vita, nunquid à ſuperindumento, nunquid ab immortalitatis ingeſtu? Porro, qui ab his ait deuoratum iri mortale, ab aliis negauit. Et vtique hoc à diuinis viribus, non à naturalibus legibus perfici præſtarique conueniet. Ergo cùm à vita habe[illegible]t deuorari quod mortale eſt, id exhiberi omnifariam neceſſe eſt vt deuoretur; & deuorari, vt demutetur. Si ignem dicas accendi oportere, non potes id per quod accenditur, alibi neceſſarium adfirmare,

g 2. Cor. 5. 3. alibi non. Sic & cùm inſulcit: g *Siquidem exuti, non inueniemur nudi*, de eis ſcilicet qui non in vita, nec in carne deprehendentur à die Domini; non aliàs negauit nudos, quos prædixit exutos, niſi quia reueſtitos voluit intelligi eadem ſubſtantia, qua fuerant ſpoliati. Vt nudi enim, inuenientur; carne depoſita, vel ex parte diſciſſa, ſiue detrita. (& hoc enim nuditas poteſt dici) dehinc recipient eam, vt redinduti carnem, fieri poſſint etiam ſuperinduti immortalitatem. Superindui enim, niſi veſtito iam, conuenire non poterit.

CAPVT XLIII.

Non fauet Paulus hæreticis loquens de peregrinatione à corpore, cùm expreſſe ſubijciat nos recepturos per corpus, quidquid in eo geſſimus.

In p. ad m. V. Martyres. 15. in m. adſ. V. Reſurrect. probat. Script. 12.

a 2. Cor. 5. 6. 7. PROINDE cùm dicit: a *Itaque confiſi ſemper, & ſcientes quod cùm immoramur in corpore, peregrinamur à Domino: per fidem enim incedimus, non per ſpeciem*; manifeſtum eſt hoc quoque non pertinere ad offuſcationem carnis, quaſi ſeparantis nos à Domino. Et

b Ibid. 7. hìc enim exhortatio faſtidiendæ vitæ huius obuertitur; ſiquidem b *peregrinamur à Domino quamdiu viuimus: per fidem incedentes, non per ſpeciem*; id eſt ſpe, non re: & ideo ſub-

c Ibid. 8. iungit, c *Fidentes autem, & bonum ducentes magis peregrinari à corpore, & immorari ad Dominum*: ſcilicet vt per ſpeciem magis incedamus, quàm per fidem; per rem potius, quàm per ſpem. Vides quàm & hìc corporum contemptum ad martyriorum præſtantiam referat. Nemo enim peregrinatus à corpore, ſtatim immoratur penes Dominum, niſi ex martyrij prærogatiua: paradiſo ſcilicet, non inferis, deuerſurus. Defecerant autē Apoſtolo verba ad ſignificandum de corpore exceſſum. An ratione etiam nouè loquitur? temporalem enim abſentiam à corpore volens ſignificare, peregrinari nos ab eo dixit, quoniam qui peregrinatur, etiam reuertetur in domicilium. Exinde etiam ad omnes:

d 2. Cor. 5. 9 d *Et ideo geſtimus*, inquit, *ſiue peregrinantes, ſiue immorantes placibiles Deo eſſe. Omnes enim*

e Ibid. *manifeſtari nos oportet pro tribunali Chriſti Ieſu*. Si omnes, & totos: ſi totos, & interiores & exteriores, id eſt, tam animas, quàm & corpora; e *vti vnuſquiſque*, inquit, *reportet quæ per corpus ſecundùm quæ geſſit, bonum, ſeu malum*. Hoc iam quomodo legas, quæro. quaſi turbatè enim per hyperbaton ſtruxit. vtrumnè quæ per corpus reportanda erunt, an quæ per corpus geſta ſunt? Sed & ſi quæ per corpus reportanda ſunt, corporalis indubitatè reſurrectio eſt: & ſi quæ per corpus geſta ſunt, per corpus vtique penſanda ſunt, per quod & geſta ſunt. Ita & totus hic à capite tractatus Apoſtoli, tali clauſula detextus qua carnis reſurrectio oſtenditur, ſecundùm hæc erit intelligendus quæ cum clauſula conſonant.

CAPVT XLIV.

Vas quidem fictile corpus theſaurum continet, & ſepulchrum Chriſti dicitur, dum hic mortificatur: ſed in reſurrectione eiuſdem, vita Chriſti merito empta, & ſimilis vita immortali Chriſti, in eodem manifeſtabitur.

Per totum. V. Reſurrect. probat. Script. 12. à p. ad f. V. Carnis excell. in ord. ad gratiam. 2.

SI enim adhuc ad ſuperiora reſpectes, vnde mentio hominis exterioris & interioris inducta eſt, nonnè & dignitatem, & ſpem carnis integram inuenies? Dum enim [a] *de* [a] 2. Cor. 4. 6
lumine, quod illuxerit Deus in cordibus noſtris, ad illuminationem agnitionis gloriæ ſuæ, in perſona Chriſti, dicit habere nos theſaurum iſtum in teſtaceis vaſis, ſcilicet in carne: vtrumnè quia teſtacea eſt, ſecundùm originem in limo deſtruetur; an quia diuini theſauri conditorium eſt, extollitur? Atquin, ſi lumen ipſum illud verum, quod eſt in perſona Chriſti, vitam in ſe continet, eaque vita cum lumine committitur in carnem; peritura eſt, in quam vita committitur? Planè, ſi periturus & ipſe theſaurus. perituris enim peritura creduntur; ſicut [b] *veteribus vtribus, nouum vinum*. Cùm item ſubiicit, [c] *Semper* [b] Matt. 9. 17
mortificationem Chriſti Ieſu circumferentes in corpore noſtro; qualis iſta res eſt, quæ poſt [c] 2. Cor. 4. 10.
Dei templum, iam & ſepulcrum Chriſti poteſt dici? Cur autem [d] *mortificationem Domini circumferimus in corpore? vt & vita*, inquit, *manifeſtetur*. vbi? in corpore. in quo? in [d] Ibid. 11.
mortali. Ergo, in carne planè mortali, ſecundùm culpam; ſed & vitali, ſecundum gratiam. vide quantam; *vt in illa, vita Chriſti manifeſtetur*. In re ergo aliena ſalutis, in ſubſtantia perpetuæ diſſolutionis, manifeſtabitur vita Chriſti æterna, iugis, incorrupta, iam & Dei vita? aut cuius temporis, vita Domini manifeſtabitur in corpore noſtro? Illa quidem quam vixit vſque in paſſionem; quæ non modò apud Iudæos in manifeſto fuit, verùm etiam omnibus nunc gentibus prodita eſt. Adeò eam ſignificat, quæ [e] *portas adamantinas mortis, & æneas ſeras inferorum infregit*, quæ exinde iam noſtra eſt.
Denique, manifeſtabitur in corpore. quando? poſt mortẽ. quomodo? dum reſurgimus [e] Pſ. 106. 16.
in corpore, ſicut & Chriſtus. Ne enim quis argumentetur, nunc habere [f] *manifeſtari vi-* [f] 2. Cor. 4. 11
tam Ieſu in corpore noſtro per diſciplinam ſanctitatis, & patientiæ, & iuſtitiæ, & ſapientiæ,
quibus Domini vita floruerit, prouidentiſſima Apoſtoli intentio ingerit: *Si enim nos* Ibid.
qui viuimus, in mortem tradimur, propter Ieſum, vt vita eius manifeſtetur in corpore noſtro mortali. ideo defunctis nobis hoc ait futurum in corpore noſtro. Quòd ſi tunc, quomodo niſi reſuſcitato eo? proinde & in clauſula: [g] *Scientes, ait, quòd qui ſuſcitauit Ieſum, &* [g] Ibid. 14.
nos ſuſcitabit cum ipſo, quia iam reſurrexit à mortuis: niſi quia, cum ipſo, ſicut ipſum, ſapit? Si verò ſicut ipſum, non vtique ſine carne.

CAPVT XLV.

Hæretici abutuntur Apoſtolo, in depoſitione veteris hominis, non enim carnem morte deponi præcipit, vt eam acceleremus, ſed veterem & corruptam conuerſationem.

Per totum. V. Homo vetus & nouus. 3. in f. in Alphab. Errorum. V. Animæ corp. & effigies. 6.

SED & rurſus alia cæcitate in duos homines impingunt; in veterem, & in nouum;
monente Apoſtolo, *deponere nos veterem hominem*, qui corrumpitur per concupiſ- [a] Epheſ. 4. 22.
centiam ſeductionis; renouari autem ſpiritu ſenſus; [b] *& induere nouum hominem; qui ſe-*
cundum Deum conditus eſt, in iuſtitia, & religione veritatis; vt & hîc ad duas ſubſtantias [b] Ibid.
diſtinguendo, vetuſtatem ad carnem, nouitatem ad animam, corruptionem perpetuam veteri defendat, id eſt carni. Porro, ſi ſecundùm ſubſtantias, nec anima nouus homo, quia poſterior; nec caro ideo vetus, quia prior. quantulum enim temporis inter manum Dei, & adflatum? auſim dicere, etiamſi multò prior anima caro, eo ipſo quod anima impleri ſe exſpectauit, priorem eam fecit. Omnis enim conſummatio atque perfectio, etſi ordine poſtumat, effectu tamen anticipat. Magis illud prius eſt, ſine quo priora non poſſunt. Si caro vetus homo; quando iſtud? à primordio? atquin Adam nouus totus, & ex nouo vetus nemo. nam & exinde à benedictione genituræ, caro atque anima ſimul fiunt, ſine calculo temporis; & quæ ſimul in vtero etiam ſeminantur, quod docuimus in commentario animæ, contemporant fœtu, coætant natu duos iſtos
homines: ſanè ex ſubſtantia duplici, non tamen & ætate, ſic vnũ edunt, dum prior neu- * Citius.
ter eſt. * Scitius eſt, totos nos aut veteres, aut nouos eſſe: quà enim alterũ poſſimus eſſe, * Exponen-
neſcimus. Sed Apoſtolus veterẽ hominẽ manifeſtè notat: * *Expone enim*, inquit, ſecundũ tes.

c Epheſ. 4. 22. priſtinam conuerſationem, *veterem hominem*, non ſecundùm alicuius ſubſtantiæ ſenium. Neque enim carnem præcipit deponamus, ſed quæ & alibi carnalia oſtendit;
Gal. 5. 19. opera, non corpora accuſans, de quibus & hîc ſubjicit: [d] *Deponentes mendacium, loquimini veritatem vnuſquiſque ad proximum ſuum, quoniam membra alterutrum ſumus. Iraſcimini autem, & nolite delinquere. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Neque dederitis locum diabolo. Qui furabatur, iam non furetur, immò potius laboret operando manibus, vti habeat impartire indigenti.* [e] *Omnis ſermo turpis non procedat ex ore veſtro, ſed qui ſit optimus ad ædificationem fidei, vt gratiam audientibus præſtet. Et nolite contriſtare Spiritum Dei ſanctum, in quo ſignati eſtis, in redemptionis die. Omnis amaritudo, & ira, & clamor, & blaſphemia, & indignatio auferatur à vobis, cum omni malitia. Eſtote autem in alterutrum benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut & Deus vobis donauit in Chriſto.* Igitur qui carnem, veterem hominem exiſtimant, cur non mortem ſibi properant, vt vetere homine depoſito, præceptis Apoſtoli occurrant? Nos enim qui totam fidem in carne adminiſtrandam credidimus, immò & per carnem, cuius eſt & os ad proferendum optimum quemque ſermonem, & lingua ad non blaſphemandum, & cor ad non indignandum, & manus ad operandum & largiendum; tam vetuſtatem hominis, quàm nouitatem; ad moralem, non ad ſubſtantialem differentiam pertinere defendimus. Atque ita, pariter agnoſcimus, hominem qui ſecundùm priſtinam conuerſationem vetus fuerit, eundem & corrumpi, ita dictum ſecundùm concupiſcentiam ſeductionis, quemadmodum & veterem, ſecundùm priſtinam conuerſationem, non ſecundùm carnem, per interitum perpetuum. Cæterùm, carne tam ſaluum quàm eundem: vtpote vitioſam diſciplinam, non corpulentiam exutum,

d Epheſ. 4. 25. — Pſal 4. 5. — Epheſ. 4. 27 — e Ibid. 29. & ſeq.

CAPVT XLVI.

Apoſtolus non carnis ſubſtantiam, ſed opera carnis & peccata damnat.

Per totum. V. Carnis infirmitas. 2.

Epheſ. 4. 22. TALEM vbique Apoſtolum recognoſcas, ita carnis opera damnantem, vt carnem damnare videatur: ſed nè ita quis exiſtimet, ex aliorum vel cohærentium ſenſuum ſuggeſtu procurantem. Nam & dicens: [a] *Eos qui in carne ſunt, Deo placere non poſſe,* ſtatim de prauo intellectu, ad integrum reuocat, adjiciens: [b] *Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu.* Eos enim quos in carne eſſe conſtabat, negando in carne eſſe, in operibus carnis non eſſe monſtrabat: atque illos demum Deo placere non poſſe; non qui in carne eſſent, ſed qui carnaliter viuerent: placere autem Deo illos, qui [c] *in carne poſiti, ſecundum ſpiritum incederent.* Et rurſus: [d] *Corpus quidem ait, mortuum, ſed propter delinquentiam: ſicut ſpiritum, vitam, propter iuſtitiam.* Vitam autem morti opponens in carne conſtitutæ, ſine dubio illic & vitam repromiſit ex iuſtitia, vbi mortem determinauit ex delinquentia. Cæterùm, fruſtrà oppoſuit vitam morti, ſi non eſt illic vbi eſt & ipſa, cui eam oppoſuit, excludendæ vtique de corpore. Porro, ſi vita mortem de corpore excludit, non poteſt id perficere, niſi illuc penetret, vbi eſt quod excludit. Et quid ego nodoſius, cùm Apoſtolus abſolutius? [e] *Si enim, inquit, ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum, habitat in vobis; qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, ſuſcitabit & mortalia corpora veſtra, propter inhabitantem ſpiritum eius in vobis*: vt & ſi animam quis corpus mortale præſumpſerit, quum hoc & carnem negare non poſſit, carnis quoque reſuſcitationem cogatur agnoſcere, ſecundùm eiuſdem ſtatus communionem. Ex ſequentibus adhuc diſcas, opera carnis damnari, non ipſam. [f] *Itaque, fratres, ait, debitores ſumus, non carni, vt ſecundùm carnem viuamus: ſi enim ſecundùm carnem vixeritis, futurum eſt vt moriamini: ſi verò ſpiritu, carnis actus mortificaueritis, viuetis.* Porro, vt ad ſingula quæque reſpondeam; ſi in carne conſtitutis, ſecundùm ſpiritum tamen degentibus, ſalus repromittitur; iam non caro aduerſatur ſaluti, ſed operatio carnis. Operatione autem carnis excluſa, quæ cauſa eſt mortis, ſalua iam caro oſtenditur, cauſa carens mortis. [g] *Lex enim*, inquit, *ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu, manumiſit me à lege delinquentiæ, & mortis*: certè quam præmiſit, [h] *habitare in membris noſtris.* Ergo iam membra noſtra lege mortis non tenebuntur, quia nec delinquentiæ, à quibus manumiſſa ſunt. [i] *Quod enim inualidum erat legis, in quo infirmabatur per carnem, miſſo Deus filio ſuo in ſimulacro carnis delinquentiæ, & per delinquentiam, damnauit delinquentiam in carne,* non carnem in delinquentia: neque enim domus cum habitatore damnabitur. [k] *Habitare enim peccatum dixit in corpore noſtro.* Damnata autem delinquentia, caro abſoluta eſt: ſicut indemnata ea, legi mortis & delinquentiæ obſtricta eſt. Sic & [l] *ſenſum carnis, mortem appellans, dehinc & inimicitiam ad Deum,* ſed non carnem ipſam. Cui ergo, dices, reputabitur ſenſus carnis, ſi non ſub-

a Rom. 8. 8. — b Et. 9. — c Rom. 8. 4. — d Rom. 8. 10. — e Rom. 8. 11. — f Rom. 8. 12. — g Rom. 8. 2. — h Rom. 7. 23 — i Rom. 8. 3. — k Rom. 7. 20. — l Rom. 8. 7.

ſtantiæ ipſi? Planè, ſi probaueris aliquid carnẽ de ſuo ſapere. Si verò ſine anima nullius eſt ſenſus, intellige ſenſum carnis ad animam eſſe referendum; carni interdum deputatum, quia per carnem adminiſtratur: Et ideo [m] *habitare ait delinquentiam in carne*, quia [m] Rom. 7. 20.
& anima, à qua delinquentia inducitur, inquilina eſt carnis, mortificatæ quidem, ſed non ſuo, verùm delinquentiæ nomine. Nam & alibi: [n] *Quomodo*, inquit, *etiam nunc*, [n] Coloſſ. 2. 20.
velut viuentes in mundo, ſententiam fertis? non ad mortuos ſcribens, ſed ad eos qui deſinere deberent, mundialiter viuere.

CAPVT XLVII.

Paulus è contra vitam & ſalutem carni repromittit, & non ſoli animæ, ſed totius hominis ſubſtantiæ.

In p. V. Carnis infirmitas. 2. in m. ad circa. f. V. Baptiſmi effectus. 1. circa f. V. Hæretici ſcripturæ S. corruptores. 1. in f. V. Reſurrect. gloria & dotes. 2. in f. V. Chriſtus Iudex. 2.

HÆc enim erit vita mundialis, qua [a] *veterem hominem dixit confixum eſſe Chriſto*; [a] Rom. 6. 6.
non corporalitatem, ſed mortalitatem. Cæterùm, ſi non ita accipimus, non eſt corporalitas noſtra confixa, nec crucem Chriſti caro noſtra perpeſſa eſt; ſed quemadmodum adiecit, [b] *Vt euacuetur corpus delinquentiæ*; per emendationem vitæ, non per in- [b] Rom. 6. 8.
teritum ſubſtantiæ; ſicut ait, *Vt hactenus delinquentiæ ſeruiamus*. & vt hac ratione commortui Chriſto, credamus, quòd etiam conuiuamus illi. [c] *Sic enim*, inquit, *& vos reputa-* [c] Ibid. 11.
te mortuos quidem vos. Cuinam? carni? non, ſed delinquentiæ. Ergo ſalui erunt carni; viuentes autem Deo in Chriſto Ieſu, per carnem vtique; cui mortui non erunt; delinquentiæ ſcilicet mortui, non carni. Nam & adhuc ingerit: [d] *Ne ergo regnauerit in cor-* Rom. 6. 12.
pore veſtro mortali delinquentia, ad obaudiendum illi, & ad exhibendum membra veſtra ar- [d] Rom. 6. 19 & ſeq.
ma iniuſtitiæ, delinquentiæ; ſed exhibete voſmetipſos Deo, velut ex mortuis viuos; non velut viuos, ſed velut ex mortuis viuos: *& membra veſtra, arma iuſtitiæ*. Et rurſus: [d] *Sicut exhibuiſtis membra veſtra famula immunditiæ, & iniquitatis ad iniquitatem; ita & nunc exhibete membra veſtra famula iuſtitiæ, in ſanctificium. Quum enim ſerui eſſetis delinquentiæ, liberi eratis iuſtitiæ. Quem ergo fructum habebatis ſuper his, de quibus nunc confundimini? finis enim illorum mors. Nunc vero liberi facti à delinquentia, famulati autem Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificium; finem autem, vitam æternam. Stipendia enim delinquentiæ, mors: donatiuum autem Dei, vita æterna in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Ita per totam hanc ſenſuum ſeriem, ab iniuſtitia, & delinquentia membra noſtra diuellens, & iuſtitiæ, & ſanctimoniæ adiungens, & transferens eadem à ſtipendio mortis, ad donatiuum vitæ æternæ; carni vtique compenſationem ſalutis repromittit, cui nullam omnino competiſſet imperari propriam ſanctimoniæ & iuſtitiæ diſciplinam, ſi non ipſius eſſet & præmium diſciplinæ: ſed nec ipſum baptiſma committi, ſi per regenerationem, non etiam reſtitutioni inauguraretur, hoc quoque Apoſtolo ingerente: [e] *An ignoratis,* [e] Rom. 6. 3.
quod quicunque in Chriſtum Ieſum tincti ſumus, in mortem eius tincti ſumus? conſepulti ergo illi ſumus per baptiſma in mortem, vti quemadmodum ſurrexit Chriſtus à mortuis, ita & vos in nouitate vitæ incedamus. Ac nè de iſta tantùm vita putes dictum, quæ ex fide per baptiſma in nouitate viuenda eſt, prouidentiſſimè adſtruit: [f] *Si enim complantati fuerimus* [f] Ibid. 5.
ſimulacro mortis Chriſti, ita & reſurrectionis erimus. Per ſimulacrum enim morimur in baptiſmate, ſed per veritatem reſurgimus in carne, ſicut & Chriſtus. [g] *vt ſicut regnauit* [g] Rom. 5. 21
in morte delictum, ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam ſempiternam, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Quomodo ita, ſi non æquè in carne? Vbi enim mors, ibi & vita poſt mortem; quia & vita ibi antè, vbi poſtea mors. Nam ſi regnum mortis nihil operatur, quàm carnis diſſolutionem; proinde, vitam contrariam morti, contrarium oportet operari; id eſt, carnis redintegrationem; vti ſicut deuorauerat mors inualeſcendo, ita & mortali deuorato ab immortalitate, audire poſſit, [h] *Vbi eſt, mors, aculeus tuus? vbi* [h] 1. Cor. 15. 55.
eſt, mors, contentio tua? Sic enim & [i] *gratia illic ſuperabundabit, vbi & iniquitas abundauit*. [k] *Sic & virtus in infirmitate perficietur*. [l] *quod perijt, ſaluum faciens; quod mortuum* [i] Rom. 5. 20.
eſt, viuificans; quod percuſſum eſt, ſanans; quod languit, medicans; quod ereptum eſt, redimens; quod famulatum eſt, liberans; quod ſeductum eſt, reuocans; quod eliſum eſt, ſuſcitans. [k] 2. Cor. 12. 9.
& quidem de terra [m] *in cælum, vbi noſtrum municipatum*. Philippenſes quoque ab Apo- [l] Ezech. 34. 16.
ſtolo ducunt: Vnde & *ſaluificatorem noſtrum expectamus Ieſum Chriſtum, qui transfigurabit corpus noſtræ humilitatis, conformale corpori gloriæ ſuæ*; ſine dubio poſt reſur- [m] Philipp. 3. 20.
rectionem, quia nec ipſe Chriſtus glorificatus eſt antè paſſionem. Hæc erunt corpora noſtra, quæ Romanos [n] *obſecrat exhibere, hoſtiam viuam, ſanctam, placibilem Deo*. Quomodo viuam, ſi peritura ſunt? quomodo ſanctam, ſi prophana ſunt? [n] Rom. 12. 1.

quomodo placibilem, ſi damnata ſunt? Age iam, quod ad Theſſalonicenſes ipſius
ſolis radio putem ſcriptum, ita claret; qualiter accipient lucifugæ iſti ſcripturarum:
o1. Theſſ. 5. o *Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos totos?* Non ſufficit, ſed ſequitur: *Et integrum corpus*
23. *veſtrum, & anima, & ſpiritus ſine querela conſeruentur in præſentia Domini.* Habes omnem
Ibid. ſubſtantiam hominis ſaluti deſtinatam, nec alio tempore, quàm in aduentu Domini,
qui clauis eſt reſurrectionis.

CAPVT XXXVIII.

Caro & ſanguis, corruptibilis ſcilicet, regnum Dei non poſſidebunt. Sed reſurrectio apertè probatur ex prima Corinth. 15.

à p. V. Reſurrectionis fides. 2. & V. Reſurrect. ration. probatur. 14. in m. V. carnis dignitas in ord. ad gloriam. 4. à m. V. Reſurrect. probat. ſcrip 23.

a1 Cor. 15. SED a *caro, inquis, & ſanguis, regnum Dei hereditati poſſidere non poſſunt.* Scimus hoc
50. quoque ſcriptum eſt: de induſtria diſtulimus hucuſque, vt quod aduerſarij in prima
ſtatim acie obſtruunt, in vltima congreſſione proſterneremus, omnibus quæſtionibus,
quaſi auxilijs, eius, antè dejectis. Sed & nunc expectent præcedentia recognoſci,
vt & huic ſenſui ſua origo præiudicet. Opinor, Apoſtolos diſpoſita ad Corinthios
omni diſtinctione Eccleſiaſticæ diſciplinæ, ſummam & ſui Euangelij, & fidei
illorum, in Dominicæ mortis, & reſurrectionis demandatione concluſerat; vt & no-
b1 Cor. 15. ſtræ ſpei regulam inde deduceret, vnde conſtaret. Itaque ſubjicit: b *Si autem Chriſtus*
1..& ſeq. *prædicatur, quòd à mortuis reſurrexit, quomodo quidam dicunt in vobis, reſurrectionem mortuorum
non eſſe? quæ ſi non eſt, nec Chriſtus reſurrexit. Si autem Chriſtus non reſurrexit, inanis
eſt prædicatio noſtra. inuenieмur enim falſi teſtes Dei, qui teſtimonium diximus quòd reſuſcitauerit
Chriſtum, quem non reſuſcitauit.* Nam c *ſi mortui non reſurgunt, nec Chriſtus reſurrexit.*
c1.Co.15.16 *Si Chriſtus non reſurrexit, vana eſt fides veſtra; quia adhuc in delictis veſtris eſtis; & qui in*
& ſeq. ibid. 14.& 17.18. *Chriſto dormierunt, perierunt.* Per hæc, cui nos rei credendæ videtur exſtruere? Reſurrectioni,
inquis, mortuorum, quæ negabatur. Certè ſub exemplo Dominicæ reſurrectionis
volens eam credi. Certè, inquis. Exemplum porro ex diuerſitate, an ex parilitate
componitur? Vtique, inquis, ex parilitate. Quomodo autem Chriſtus reſurrexit?
in carne, an non? ſine dubio, ſi mortuum, ſi ſepultum audis ſecundùm ſcripturas,
non aliàs quàm in carne; æquè reſuſcitatum in carne concedis. Ipſum enim quod cecidit
in morte, quod jacuit in ſepultura, hoc & reſurrexit; non tam Chriſtus in
carne, quàm caro in Chriſto. Igitur, ſi ad exemplum Chriſti reſurgemus qui reſurrexit
in carne, iam non ad exemplum Chriſti reſurgemus, ſi non in carne &
d Ibid. 21. ipſi reſurgemus: quia d *per hominem*, inquit, *mors, & per hominem reſurrectio*: vt ſepararet
quidem auctores; mortis Adam; Chriſtum, reſurrectionis; eiuſdem autem conſtitueret
ſubſtantiæ reſurrectionem, cuius & mortem, per ipſorum auctorum in nomine
e Ibid. 22. hominis comparationem. Si enim e *ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes*
f1 Cor 15.1. *viuificabuntur*; carne viuificabuntur in Chriſto, ſicut in Adam carne moriuntur. f *Vnuſ-*
23. *quiſque autem in ſuo ordine*, ſcilicet quia & in ſuo corpore. Ordo enim non aliud quàm
meritorum diſpoſitor. Merita autem quum corpori quoque adſcribantur, ordo quo-
g1.Co.15. que corporum diſponatur neceſſe eſt, vt poſſit eſſe meritorum. g *Si autem & baptizan-*
29. *tur quidam pro mortuis*; videbimus an ratione; certè illa præſumptione hoc eos inſtituiſſe
contendit, qua alij etiam carni, vt vicarium baptiſma, profuturum exiſtimarent ad
ſpem reſurrectionis; quæ niſi corporalis, non aliàs hic baptiſmate corporali obligare-
h Ibid. 30. tur. h *Quid & ipſos baptizari, ait, ſi non quæ baptizantur corpora reſurgunt?* Anima enim,
i Ibid. 31. non lauatione, ſed reſponſione ſancitur. *Quid & nos*, inquit, *omni hora periclitamur?*
k Ibid. 32. vtique per carnem. i *Quotidie morior.* vtique periculis carnis, per quam & k *depugnauit
ad beſtias Epheſi*: illas ſcilicet beſtias Aſiaticæ preſſuræ, de qua in ſecunda ad eoſdem:
l2. Cor. 1. 8. l *Nolumus enim vos ignorare, fratres, de preſſura noſtra apud Aſiam, quod ſuperquàm ſupra
grauati ſumus citra vires, vti de vita hæſitaremus.* Omnia hęc, niſi fallor, eò enumerat,
vt, nolens vanam credi carnis conflictationem, indubitatè velit credi carnis reſurrectionem.
Vana enim habenda eſt conflictatio eius, cuius nulla erit reſurrectio. m *Sed dicet*
m1. Cor. 15 *quis, Quomodo reſurgent mortui? quo autem corpore venient?* Iam hîc de qualitatibus cor-
35. porum differit; an eadem ipſa, reſumantur. Sed quum eiuſmodi quęſtio poſterior habeatur,
ſufficiet interim ex hoc quoque corporalem definiri reſurrectionem, quum de
qualitate corporum quæritur.

CAPVT XXXXIX.

Differentia vtriuſque Adæ, & vtriuſque in nobis imago diuerſa: & quomodo caro, & ſanguis regnum Dei non poßideant

à p. V. Chriſti. Elogia. 2. à m. ad f. V. Reſurrect. impug. hæret 12.

VENTVM eſt nunc ad carnem, & ſanguinem reuerâ totius quæſtionis: quas
ſubſtantias, quali conditione exhæredauerit Apoſtolus à Dei regno, æquè de
antecedentibus diſcere eſt. [a] *Primus*, inquit, *homo de terra choicus*, id eſt limacius, id eſt [a] Cor. 15. 47
Adam. *Secundus homo de cælo*, id eſt ſermo Dei, eſt Chriſtus: non aliàs tamen homo,
licet de cœlo, niſi quia & ipſe caro atque anima, quod homo, quod Adam. Nam &
ſuprà [b] *nouiſſimus Adam* dictus, de conſortio ſubſtantiæ commercium nominis traxit: [b] Ibid. 46
quia nec Adam ex ſemine caro, quod & Chriſtus. [c] *Qualis ergo choicus, tales & choici;* [c] Ibid. 48.
qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Subſtantia tales? an primo diſciplina? dehinc & digni-
tate, quam & diſciplina captauit? Atquin, ſubſtantia nullo modo ſeparabuntur choi-
ci, atque cœleſtes, ſemel ab Apoſtolo homines dicti. Si enim Chriſtus ſolus verè cœle-
ſtis, immò & ſupercœleſtis, homo tamen, quà caro atque anima, nihilo ex iſta ſub-
ſtantiarum conditione, à choica qualitate diſcernitur: proinde & qui cœleſtes ſecun-
dùm illum, non de ſubſtantia præſenti, ſed de futura claritate cœleſtes prædicati in-
telliguntur. quia & retro, vnde diſtinctio iſta manauit de dignitatis differentia, oſten-
ſa eſt [d] *alia ſupercæleſtium gloria, alia ſuperterrenorum; & alia ſolis, alia lunæ, alia ſtellarum.* [d] Ibid. 40. & 41.
quia & ſtella à ſtella differt in gloria, non tamen in ſubſtantia. Denique, præmiſſa diffe-
rentia dignitatis in eadem ſubſtantia, & nunc ſectandæ, & tunc capeſſendæ, ſubjungit
etiam exhortationem, vt hîc habitum Chriſti ſectemur ex diſciplina, & illic faſtigium
conſequamur ex gloria: [e] *Sicut portauimus imaginem choici, portemus etiam imaginem ſuper-* [e] Ibid. 49.
cæleſtis. Portauimus enim imaginem choici per collegium tranſgreſſionis, per conſor-
tium mortis, per exilium paradiſi. Nam etſi in carne hîc portatur imago Adæ, ſed
non carnem monemur exponere. Si non carnem, ergo conuerſationem, vt proinde &
cœleſtis imaginem geſtemus in nobis; non iam Dei, nec iam in cœlo conſtituti; ſed
ſecundùm lineamenta Chriſti incedentes [f] *in ſanctitate, & iuſtitia, & veritate.* Atque [f] Epheſ. 5. 8.
adeò ad diſciplinam totum hoc dirigit, vt hîc dicat portandam imaginem Chriſti in
iſta carne, & in illo tempore diſciplinæ. *Portemus* enim præceptiuo modo, dicens, huic
tempori loquitur, in quo homo nulla alia ſubſtantia eſt, quàm caro, & anima; aut ſi
quam aliam, id eſt, cœleſtem ſubſtantiam hæc fides ſpectat, huic tamen repromiſſa
ſit, cui ad illam elaborare, mandatur. Quum igitur imaginem choici, & cœleſtis in con-
uerſatione conſtituat; illam ejerandam, hanc verò ſectandam; dehinc adiungat,
[g] *Hoc enim dico*, (id eſt, propter ea quæ ſuprà dixi: coniunctio eſt enim, ſenſus ſupple- [g] 1. Cor. 15. 50.
mentum antecedentibus reddens) *quòd caro & ſanguis regnum Dei hæreditati poſſidere*
non poſſunt. nihil aliud intelligi mandat carnem, & ſanguinem, quàm ſupradictam
imaginem choici: quæ ſi in conuerſatione cenſetur vetuſtatis, conuerſatio autem ve-
tuſtatis, non capit Dei regnum, proinde caro, & ſanguis non capiendo Dei regnum,
ad conuerſationem rediguntur vetuſtatis. Planè, ſi nunquam Apoſtolus pro operibus
ſubſtantiam poſuit, nec hîc ita vtatur. Si verò [h] *in carne adhuc conſtitutos, negauit eſſe in* [h] Rom. 8. 9.
carne, in operibus carnis negans eſſe; formam eius ſubruere non debes; non ſubſtan-
tiam, ſed opera ſubſtantiæ alienantis à Dei regno. Quibus etiam ad Galatas manifeſta- [i] Gal. 5. 21.
tis, [i] *prædicere ſe, & prædixiſſe profitetur; quòd qui talia agunt, regnum Dei non ſunt hæredita-*
te conſecuturi, non portantes ſcilicet imaginem cæleſtis, ſicut portauerant choici; ideoque ex
vetere conuerſatione, nihil aliud deputandi quàm caro, & ſanguis. Nam & ſi ſubito in
hanc definitionẽ erupiſſet Apoſtolus: [k] *eliminandam carnem, & ſanguinem à Dei regno*, ſine
vllius ſuprà ſenſus præſtructione, nonnè duas iſtas ſubſtantias proinde hominem vete- [k] 1. Cor. 15. 50.
rem interpretaremur, carni & ſanguini deditum, id eſt, eſui & potui; cuius ſit dicere
aduerſus fidem reſurrectionis, [l] *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur?* Et hoc [l] Ibid. 32.
enim infulciens Apoſtolus, carnem & ſanguinem de fructibus ipſorum, manducandi
& bibendi, ſigillauit.

CAPVT L.

Reſurrectio etiam carni reprobæ dabitur, ſed non Dei regnum.

Per totum. V. Reſurrect. impug. hæret. 12.

SED & omiſſis huiuſmodi interpretationibus, carnis & ſanguinis opera taxanti-
bus, ipſas quoque ſubſtantias non aliter, quàm ſunt, intellectas, licebit reſurrectioni

vindicare. Non enim reſurrectio carni & ſanguini directò negatur, ſed Dei regnum,
Io. 5. 29. quod obuenit reſurrectioni, (eſt autem & in iudicium reſurrectio) immò & confirma-
tur carnis reſurrectio generalis, quum ſpecialis excipitur. Dum enim in quem ſtatum
non reſurgat edicitur, in quem reſurgat ſubauditur. Atque ita dum pro meritis diſtin-
ctionem reſurrectionis opus ſubſtantiæ, non genus, patitur, apparet hinc quoque car-
nem & ſanguinem, nomine culpæ, non ſubſtantiæ, arceri à Dei regno; nomine tamen
a 1. Cor. 15. 50. formæ reſurgere in iudicium, quia non reſurgant in regnum. Adhuc dicam: [a] *Caro &*
ſanguis regnum Dei hæreditate poſsidere non poſſunt Meritò, ſola, & per ſemetipſa; vt oſten-
b Io. 6. 63. deret adhuc ſpiritum illis neceſſarium. [b] *Spiritus enim eſt qui viuificat* in regnum Dei,
caro nihil prodeſte. Prodeſſe tamen illi aliud poteſt, id eſt ſpiritus, & per ſpiritũ, opera
quoque ſpiritus. Reſurgunt itaque ex æquo, omnis caro & ſanguis, in qualitate ſua.
Sed quorum eſt adire regnum Dei, induere oportebit vim incorruptibilitatis, & im-
mortalitatis, ſine qua regnum Dei adire non poſſunt, antequam conſequi eam poſſint.
Meritò ergo caro & ſanguis, vt diximus, ſola, regnum Dei capere deficiunt. Iam verò
c 1. Co 15. 53 quum [c] *deuorari habeat corruptiuum iſtud, ab incorruptibilitate*, id eſt caro. *& mortale iſtud, ab*
immortalitate, id eſt ſanguis, poſt reſurrectionem ex demutatione, merito, non demu-
d 1. Cor. 15. 50. tata, [d] *caro & ſanguis, regnum Dei hæreditati poſsidere non poſſunt*, non tamen reſuſcitata.
Sunt qui carnem & ſanguinem, Iudaiſmum velint accipi, propter circumciſionem,
alienum & ipſum à Dei regno; quia & ille vetuſtati deputetur, & hoc titulo iam & ali-
e Gal. 1. 16. bi ab Apoſtolo denotetur, qui [e] *poſt reuelatum in ſe filium Dei, ad euangelizandum eum in*
nationibus, ſtatim non retulerit ad carnem & ſanguinem, id eſt, circunciſionem, id eſt, ad
Iudaiſmum, ſicut ad Galatas ſcribit.

CAPVT LI.

Chriſtus in vera carne ſuſcitatus, & aſſumptus in cœlum; caput noſtrum, ſuo corpori reſurrectionem, & mortis abſorbendæ victoriam, per Apoſtolum repromittit.

In p. V. Reſurrect. Rationibus probatur. 15 à p. ad f. V. Reſurrect. impug. hæret. 15.

SED pro omnibus iam ſtabit, quod in clauſulam reſeruauimus, etiam pro Apoſtolo
ipſo, reuerà maximæ inconſiderantiæ reuincendo, ſi tam abruptè, vt quidam vo-
lunt, clauſis (quod aiunt) oculis, ſine diſtinctione, ſine conditione, omnem paſſim car-
nem & ſanguinem à regno Dei extruſit; vtique & ab ipſa regia cœlorum: quum illic ad-
a Marc. 16. 19. huc [a] *ſedeat Ieſus ad dexteram Patris*; homo, etſi Deus; *Adam nouiſsimus*, etſi ſermo pri-
marius; caro & ſanguis, etſi noſtris puriora, [b] *ibidem & tamen & ſubſtantia, & forma qua*
b Act. 1. 2. *aſcendit, talis etiam deſcenſurus*, vt angeli adfirmant; [c] *agnoſcendus ſcilicet eis, qui illum con-*
c Io. 19. 37. *vulnerauerunt.* Hic [d] *ſequeſter Dei atque hominum* appellatus, ex vtriuſque partis depoſito
d 1. Tim. 2. 5 commiſſo ſibi, carnis quoque depoſitum ſeruat in ſemetipſo, arrabonem ſummæ totius.
Quemadmodum enim [e] *nobis arrabonem ſpiritus reliquit*, ita & à nobis arrabonem carnis
e 2. Cor. 5. 5. accepit, & vexit in cœlum pignus totius ſummæ illuc quandoque redigendæ. Securæ
eſtote, caro & ſanguis; vſurpaſtis & cœlum, & regnum Dei in Chriſto. Aut ſi negent
f 1. Cor. 15. 50 vos in Chriſto, negent & in cœlo Chriſtum, qui vobis cœlum negauerunt. [f] *Ita nec cor-*
ruptela, inquit, *incorruptelam hæreditati habebit*. non vt carnem & ſanguinem exiſtimes
corruptelam, quando ipſa ſint potius obnoxia corruptelæ, per mortem ſcilicet. ſiqui-
dem mors eſt, quæ carnem & ſanguinem non modo corrumpit, verùmetiam conſu-
mit. Sed quoniam opera carnis & ſanguinis non poſſe conſequi regnum Dei edixerat,
quò magis hoc exaggeraret, ipſi quoque corruptelæ, id eſt morti, cui carnis & ſangui-
nis opera proficiunt, hæreditatem incorruptelæ ademit. Nam & paulòpoſt, ipſius mor-
g 1. Co. 15. 54 55. tis quodammodo mortem expreſſit: [g] *Deuorata eſt mors, dicens, in contentionem. Vbi eſt,*
mors, aculeus tuus? vbi eſt, mors contentio tua? Aculeus autem mortis delinquentia; hæc erit
h Ibid. 56. corruptela. [h] *Virtus autem delinquentiæ, lex.* illa ſine dubio, quam conſtituit [i] *in membris*
i Rom. 7. 23 *ſuis militantem aduerſus legem animi ſui*: ipſam ſcilicet vim delinquendi contra volunta-
k 1. Cor. 15. 26. tem. Nam & ſuprà, [k] *nouiſsimum inimicum, mortem, euacuari ait.* Hoc modo [l] *nec cor-*
l Ibid. 50. *ruptela hæreditatem incorruptelæ conſequetur*; id eſt, nec mors perſeuerabit. Quando, &
m Ibid 52. 53. quomodo defectura? [m] *Cùm in atomo, in momentaneo oculi motu, in nouiſsima tuba &*
mortui reſurgent incorrupti. Qui hi, niſi qui antè corrupti? id eſt, corpora, id eſt, caro
& ſanguis? *Et nos demutabimur.* De qua habitudine, niſi in qua deprehendemur?
Oportet enim corruptiuum iſtud induere incorruptionem, & mortale iſtud induere immortalitatem. Quid mortale, niſi caro? quid corruptiuum, niſi ſanguis? Ac nè putes aliud
ſentire Apoſtolum prouidentem tibi, &, de carne dictum intelligas, laborantem; quum

dicit,

dicit, iſtud corruptiuum, & iſtud mortale, cutem ipſam tenens dicit. Certè iſtud niſi de ſubiecto, niſi de comparenti pronuntiaſſe non potuit. Demonſtrationis corporalis eſt verbum. Aliud autem corruptiuum, aliud corruptela; & aliud mortale, & aliud mortalitas. Aliud enim quod patitur, aliud quod pati efficit. Ita, quæ patiuntur corruptelam, mortalitatem, caro ſcilicet, & ſanguis, ea neceſſe eſt patiantur & incorruptelam, & immortalitatem.

CAPVT LII.

Apoſtolus mortuos aſſerit in eodem corpore ſuſcitandos.

Per totum. V. Reſurrect. impug. hæret. 16. & à m. V Martyres. 12. & V. gentilium probra. 1.

VIDEAMVS iam nunc quo corpore venturos mortuos diſputet. Et benè, quòd
erupit ſtatim oſtendere; quaſi quis eiuſmodi quærat. [a] *Stulte*, inquit, *tu quod ſe- minas, non viuificatur, niſi mortuum fuerit.* Hoc ergo iam de exemplo ſeminis conſtet, a 1. Cor. 15. 36.
non aliam viuificari carnem, quàm ipſam quæ erit mortua. Et ita ſequentia relucebunt.
Nihil enim aduerſus regulam exempli licebit intelligi. nè quia ſequitur, [b] *Et quod ſe- minas, non corpus quod futurum eſt, ſeminas*, idcirco aliud reſurrecturum corpus, quàm b Ibid. 37.
quod moriendo ſeminatur, exiſtimes, cæterum, excidiſti ab exemplo. Nunquam enim frumento ſeminato, & in terra diſſoluto, hordeum erumpit, & non idipſum genus grani, eademque natura, & qualitas, & forma. Denique, vnde, ſi non idipſum? & corruptela enim ipſum eſt, dum ipſius eſt. Non enim & ſuggerit, quomodo non,
quod futurum eſt, corpus ſeminatur? dicens; [c] *Sed nudum granum, ſi fortè, frumenti, aut alicuius eiuſmodi: Deus autem dat illi corpus, prout vult.* Certè ei grano, quod nudum ſeminari ait. Certè, inquis. Ergo ſaluum eſt, cui dare habet Deus corpus. Quomodo autem ſaluum eſt, ſi nuſquam eſt? ſi non reſurgit? ſi non idipſum reſurgit? Si non reſurgit, ſaluum non eſt. Si non eſt ſaluum, accipere corpus à Deo non poteſt. Sed enim ſaluum omni modo conſtat. Ad quid ergo dabit illi Deus, prout vult, corpus, habenti vtique proprium corpus illud nudum, niſi vt iam nòn nudum reſurgat? ergo additum erit quod corpori ſuperſtruitur; nec exterminatur illud, cui ſuperſtruitur, ſed augetur. Seritur enim ſolummodò granum ſine folliculi veſte, ſine fundamento ſpicæ, ſine munimento ariſtæ, ſine ſuperbia culmi. Exurgit autem copia fœneratum, compagine ædificatum, ordine ſtructum, cultu munitum, & vſquequaque veſtitum. Hæc ſunt ei corpus à Deo aliud; in quod, non abolitione, ſed ampliatione mutatur. Et vnicuique ſeminum ſuum corpus deputauit; non ſuum, id eſt, non priſtinum: vt tunc & illud ſuum ſit, quod extrinſecus à Deo adquirit. Serui igitur exemplo; & conſerua ſpeculum eius, carni; eandem credens fructificaturam, quæ ſit ſeminata; ipſam, etſi pleniorem; non aliam, etſi aliter reuertentem. Accipiet enim & ipſa ſuggeſtum & ornatum, qualem illi Deus voluerit ſuperducere ſecundùm merita. Sine dubio ad c Ibid. 38.
hoc dirigit, [d] *Non omnis caro, eadem caro*: non ad denegandam ſubſtantiæ communionem, ſed prærogatiuæ peræquationem; corpus, honoris, non generis, in differentiam d Ibid. 39.
redigens. In hoc & figurata ſubjicit exempla animalium, & elementorum. [e] *Alia caro hominis*, id eſt ſerui Dei, qui verè homo eſt: *alia iumenti*, id eſt ethnici, de quo & e 1. Cor. 15. 39.
Propheta: [f] *Adſimilatus eſt*, inquit, *homo irrationabilibus iumentis*. [g] *Alia caro volucrum*, f Pſal. 48. 13. 21.
id eſt martyrum, qui ad ſuperiora conantur: *alia autem piſcium*, id eſt, quibus aqua g 1. Cor. 15. 39.
baptiſmatis ſufficit. Sic & de ſupercœleſtibus corporibus argumenta committit. [h] *Alia ſolis gloria*, id eſt, Chriſti: *& alia luna*, id eſt Eccleſiæ: *& alia ſtellarum*, id eſt ſeminis h Ibid. 41.
Abrahæ. *Et ſtella enim à ſtella differt in gloria: corpora terrena, & cæleſtia*; Iudæus ſcilicet, & Chriſtianus. Cæterùm, ſi non figuratè, ſatis vanè mulorum, & miluorum carnes, *& corpora cæleſtium luminum* appoſuit humanis, non pertinentia ad conditionis comparationem, ſicut nec ad reſurrectionis conſecutionem. Poſtremò, cùm per hæc, differentiam gloriæ, non ſubſtantiæ, concluſiſſet: [i] *Sic*, inquit, *& reſurrectio mortuorũ*. Quomodo? i Ibid. 42.
non de alio aliquo, ſed de ſola gloria differens. Rurſus enim reſurrectionem ad eandem
ſubſtantiam reuocans, & ad granum denuò ſpectans, [k] *Seminatur*, inquit, *corruptela, reſurgit incorruptela: ſeminatur in dedecoratione, reſurgit in gloria: ſeminatur in infirmitate, reſurgit in virtute: ſeminatur corpus animale, reſurgit ſpiritale.* Certè non aliud reſurgit, quàm k Ibid. 43.
quod ſeminatur: nec aliud ſeminatur, quàm quod diſſoluitur humi: nec aliud diſſoluitur humi, quàm caro: hanc enim ſententia Dei eliſit: [l] *Terra es, & in terram ibis*; quia & de l Gen. 3. 19.
terra erat ſumpta. Hinc & Apoſtolus concepit ſeminari eam dicere, quũ redhibetur in

Ibid. terram, quia & ſeminibus ſequeſtratorium terra eſt, illic deponendis, & inde repe-
tendis. Ideoque & reconſignat imprimens, *Sic enim ſcriptum eſt*: nè aliud exiſtimes
eſſe ſeminari, quàm *In terram ibis, ex qua es ſumptus*: ſic nè alterius quàm carnis, ſic
enim ſcriptum eſt.

CAPVT LIII.

Apoſtolus veram carnem, non verò animam, per corpus animale intellexit.

In p. V. Reſurrect. impug. hæret. 15. à p. V. Carnis. excell in ord. ad animam. 2. in m. ad f. V. Reſurrect. gloria & dotes. 7. & in m. in Alphab. Errorum. V. Animæ corp. & effig. 7.

SED corpus animale, animam quidam argumentatur, vt illum à carne auocent re-
cidiuatum. Porro, quum conſtet, fixumque ſit, illud reſurrecturum corpus, quod
fuerit ſeminatum, ad ipſius rei exhibitionem prouocabuntur. Aut oſtendant animam
ſeminatam poſt mortem, id eſt mortuam, id eſt humi eliſam, disjectam, diſſolutam,
quod in illam à Deo decretum non eſt: proponant corruptelam eius, & dedecoratio-
Io. 11. 11. nem, infirmitatem, vt ipſius ſit etiam exſurgere in incorruptelam, & in gloriam, & in
virtutem. Sedenim in Lazaro, præcipuo reſurrectionis exemplo, caro iacuit in infir-
mitate, caro penè computruit in dedecorationem, caro interim putuit in corruptio-
nem; & tamen Lazarus caro reſurrexit; cum anima quidem; ſed incorrupta; quam
nemo vinculis line's ſtrinxerat, nemo in ſepulcro collocarat, nemo iam fœtere ſente-
rat, nemo quatriduo viderat ſeminatam. Totum habitum, totum exitum Lazari, om-
nium quoque caro hodie experitur, anima verò nullius. In qua ergo ſtilus Apoſtoli
a 1. Cor. 15. 44. compareat; de qua eum loqui conſtat; ea erit [a] *& corpus animale, quum ſeminatur: &*
b Ibid. *ſpiritale, quum ſuſcitatur.* Nam vt ita intelligas, manum adhuc porrigit, æque de eiuſdem
ſcripturæ auctoritate, [b] *factum retexens primum hominem Adam in animam viuentem.* Si
Adam homo primus, caro autem homo antè animam, ſine dubio caro erit facta in
animam. facta porro in animam, cùm eſſet corpus, vtique animale corpus eſt facta.
Quid eam appellari velint, quàm quod per animam facta eſt? quàm quod ante animam
non fuit? quàm quod poſt animam non erit, niſi quum reſurgit? Recepta enim anima,
rurſus animale corpus efficitur, vt fiat ſpiritale. Non enim reſurgit, niſi quod fuit. Ita,
vnde carni competit corpus animale dici, inde animæ nullo modo competit. Caro
enim antè corpus, quàm animale corpus. Animata enim, poſtea facta eſt corpus ani-
male. Anima verò, etſi corpus; tamen, quia ipſa eſt corpus non animatum, ſed animans
potius, animale corpus non poteſt dici, nec fieri quod facit. Alij enim accidens facit
illud animale: non accidens autem alij, quomodo ſe faciet animale? Sicut ergo antè
animale corpus, caro, recipiens animam; ita & poſtea ſpiritale, induens ſpiritum.
Hunc ordinem Apoſtolus diſponens, in Adam quoque, & in Chriſto eum meritò di-
1. Cor. 15. 22. ſtinguit, vt in capitibus diſtinctionis ipſius. Et quum Chriſtum, nouiſſimum Adam ap-
pellat, hinc eum recognoſce ad carnis, non ad animæ reſurrectionem omnibus doctri-
næ viribus operatum. Si enim & primus homo Adam caro, non anima, qui denique
c Ibid. 45. [c] *in in animam viuam factus eſt; & nouiſſimus Adam Chriſtus*, ideo Adam, quia homo:
d Ibid. 46. ideo homo, quia caro, non quia anima: atque ita ſubjungit, [d] *Non primum quod ſpiritale,
ſed quod animale, poſtea quod ſpiritale*, ſecundùm vtrumque Adam. Et quid tibi videtur
corpus animale, & corpus ſpiritale in eadem carne diſtinguere, cuius diſtinctionem
in vtroque Adam, id eſt, in vtroque homine præſtruxit? Ex qua enim ſubſtantia pa-
riant, inter ſe Chriſtus, & Adam? Scilicet ex carne. licet & ex anima. Sed carnis no-
mine, homo vterque ſunt. Prior enim caro, homo. Ex illa & ordinem admittere po-
tuerunt, vt alter primus, alter nouiſſimus homo, id eſt Adam, deputarentur. Cæte-
rùm, diuerſa in ordinem diſponi non poſſunt; de ſubſtantia duntaxat. de loco enim,
aut tempore, aut conditione, forſitan poſſint. Hìc autem de ſubſtantia carnis, primus
e Ibid. 47. & nouiſſimus dicti ſunt: ſicut & rurſus, [e] *primus homo de terra, & ſecundus de cœlo.* quia
etſi de cœlo ſecundùm ſpiritum, ſed homo ſecundùm carnem. Itaque, cùm carni con-
ueniat ordo in vtroque Adam, non animæ; vt *primus homo in animam viuam, nouiſſimus
in ſpiritum viuificantem*, diſtincti ſint; æquè diſtinctio eorum, carni diſtinctionem præ-
f Ibid. 46. judicauit; vt de carne ſit dictum, [f] *Non primum quod ſpiritale, ſed quod animale, poſtea
quod ſpiritale*: atque ita eadem ſit & ſuprà intelligenda, & quæ [g] *ſeminetur corpus animale,*
g Ibid. 44. *& quæ reſurgat corpus ſpiritale; quia non primum quod ſpiritale, ſed quod animale: quia
primus Adam in animam, nouiſſimus Adam in ſpiritum.* totum de homine, totum
de carne, quando de homine. Quid ergo dicemus? nonnè & nunc habet caro
ſpiritum ex fide? vt quætendum ſit, quomodo corpus animale dicatur ſeminari

Planè accepit & hîc ſpiritum caro, ſed arrabonem; animæ autem non arrabonem, ſed plenitudinem. Itaque etiam propterea maioris ſubſtantiæ nomine, animale corpus nuncupata eſt, in qua ſeminatur; futura proinde per plenitudinem ſpiritus inſuper ſpiritale, in qua reſuſcitatur. Quid mirum, ſi magis inde vocitata eſt, vnde conferta eſt, quàm vnde reſperſa?

CAPVT LIV.

Vita quidem reſurrectionis, quod in carne mortale eſt, non autem ipſam carnis ſubſtantiam deuorabit.

Per totum. V. Reſurrect. impug hæret. 16.

ITA de vocabulorum occaſionibus plurimùm quæſtiones ſubornantur, ſicut & de verborum communionibus. Nam, quia & illud apud Apoſtolum poſitum eſt, [a] *Vti
deuoretur mortale à vita*; caro ſcilicet; deuorationem quoque ad perditionem ſcilicet a 1. Cor. 5. 4.
carnis arripiunt: quaſi non bilem, & dolorem dicamur deuorare, id eſt, abſcondere, ac tegere, & intra noſmetipſos continere. Denique, quum & illud ſcriptum ſit, [b] *Oportet
mortale hoc induere immortalitatem*, oſtenditur quomodo mortale deuoretur à vita, dum b 1. Cor. 15.
indutum immortalitate abſconditur, & tegitur, & intus continetur; non dum abſumi- 53.
tur, & amittitur. Ergo & mors, inquis, ſalua erit, quum fuerit deuorata. Ideo diſcerne pro ſenſibus, communionem verborum, & integrè intelligis. Aliud enim mors, & aliud mortale. Aliter itaque deuorabitur mors, & aliter mortale. Mors non capit immortalitatem, mortale autem capit. Denique & ſcriptum eſt, quòd *neceſſe ſit mortale hoc induere immortalitatem*. Quomodo ergo capit? dum *deuoratur à vita*. Quomodo deuoratur à vita? dum recipitur, & redigitur, & includitur in ipſam. Cæterùm, mors meritò in interi-
tum deuoratur, quia & ipſa in hoc deuorat. [c] *Deuorauit*, inquit, *mors inualeſcendo, &* c 1. Cor. 5. 4.
ideo deuorata eſt in contentionem. [d] *Vbi eſt, mors, aculeus tuus? vbi eſt, mors, contentio tua?*
Proinde & vita, mortis ſcilicet æmula, per contentionem deuorabit in ſalutem, quod d 1. Cor. 15.
per contentionem deuorauerat mors in interitum. 55.

CAPVT LV.

Demutatio carnis in melius, non eſt ſubſtantiæ eius deſtructio.

In p. ad m. V. Reſurrect. impug. hæret. 16. à m. ad f. V. Reſurrect. impug. hæret. 17.

QVAMQVAM igitur reſurrecturam carnem probantes, hoc ipſo non aliam reſurrecturam probemus, quàm de qua agitur; tamen ſingulæ quæſtiones, & cauſæ earum, proprios quoque flagitant congreſſus, licet aliunde iam cæſæ. Interpretabimur itaque plenius & vim, & rationem demutationis, quæ fermè ſubminiſtrat alterius carnis reſurrecturæ præſumptionem; quaſi demutari, deſinere ſit in totum, & de priſtino perire. Diſcernenda eſt autem demutatio, ab omni argumento perditionis. Aliud enim demutatio, aliud perditio. Porro, non aliud, ſi ita demutabitur caro, vt pereat. Peribit autem demutata, ſi non ipſa permanſerit in demutatione, quæ exhibita fuerit in reſurrectione. Quemadmodum enim perit, ſi non reſurgit; ita etſi reſurgit quidem, verùm in demutationem ſubducitur, æquè perit. Æquè enim non erit, ac ſi non reſurrexerit. Et quàm ineptum, ſi in hoc, reſurgit, vt non ſit: quæ potuit non reſurrexiſſe, nec eſſe; quia non eſſe iam cœperat. Non miſcebuntur omnino diuerſa, mutatio atque perditio; operibus vtique diuerſa. perdit hæc, illa mutat. Quomodo ego, quod perditum eſt, mutatum non eſt: ita quod mutatum eſt, perditum non eſt. Periſſe enim eſt, in totum non eſſe quod fuerit: mutatum eſſe, aliter eſſe eſt. Porro, dum aliter eſt, idipſum poteſt eſſe: habet enim eſſe quod non perit. Mutationem enim paſſum eſt, non perditionem. Atque ideò poteſt & demutari quid, & ipſum eſſe nihilominus. vt & totus homo in hoc æuo ſubſtantia quidem ipſe ſit; multifariàm tamen demutetur, & habitu, & ipſa corpulentia, & valetudine, & conditione, dignitate, & ætate, ſtudio, negotio, artificio, facultatibus, legibus, moribus; nec quicquam tamen amittat hominis; nec ita alius efficiatur, vt ceſſet idem
eſſe: immò nec alius efficiatur, ſed aliud. Hanc formam demutationis diuina Exo. 4. 6.
etiam documenta teſtantur. Mutatur Moſi manus, & quidem adinſtar emortuæ, Exo. 34. 30.
exanguis; & ex albida frigida; ſed & recepto calore, & refuſo colore, eadem caro & 2. Cor. 3. 7.
ſanguis eſt. Mutatur poſtea & facies eiuſdem, incontemplabili claritate. Sed Moſes & ſeq.
erat proinde, qui non non videbatur. Sic & Stephanus angelicum iam faſtigium in- Act. 6. 15.
duerat, ſed non alia genua lapidationi ſucciderant. Dominus quoque in ſucceſſu mon- & cap. 7. 55.
tis etiam veſtimenta luce mutauerat, ſed liniamenta Petro agnoſcibilia ſeruauerat. Matth. 17. 2. 3.

vbi etiam Moſes, & Helias; alter in imagine carnis nondum receptæ, alter in veritate,
4.Reg. 2. 11. nondum defunctæ, eandem tamen habitudinem corporis, etiam in gloria perſeuerare
docuerunt. De quo exemplo inſtructus & Paulus, [a] *Qui transfigurabit*, inquit, *corpus*
a Philipp. 3. 21. *humilitatis noſtræ, conformale corpori gloriæ ſuæ.* Quòd ſi & transfigurationem, & conuer-
b 1. Reg. 10. 6. ſionem, in tranſitum ſubſtantiæ cuiuſque defendis, ergo & [b] *Saul in alium virum con-*
uerſus, de corpore exceſſit; & ipſe [c] *Satanas, quum in angelum lucis transfiguratur*, quali-
c 2. Cor. 11. 14. tatem ſuam amittit; non opinor. Ita & in reſurrectionis euentum mutari, conuerti, re-
formati licebit, cum ſalute ſubſtantiæ.

CAPVT LVI.

Non debet alia carnis ſubſtantia pro meritis remunerari, quàm ipſa quam nunc conſtat benè, vel malè operari.

Per totum. V. Reſurrectionis fides. 3.

ETENIM quàm abſurdum, quàm verò & iniquum; vtrumque autem quàm Deo indignum, aliam ſubſtantiam operari, aliam mercede diſpungi; vt hæc quidem caro per martyria lanietur, alia verò coronetur: item è contrario, hæc quidem caro in ſpurcitiis volutetur, alia verò damnetur. Nonnè præſtat omnem ſemel fidem à ſpe reſurrectionis abducere, quàm de grauitate, atque iuſtitia Dei ludere? Marcionem pro Valentino reſuſcitari? quando neque mentem, neque memoriam, neque conſcientiam hominis hodierni credibile ſit aboleri, per indumentum illud mutatorium immortalitatis, & incorruptelæ; vocaturo ſcilicet emolumento, & fructu reſurrectionis, & ſtatu diuini vtrobique iudicij. Si non meminerim me eſſe qui merui, quomodo gloriam
Pſal. 95. 2. Deo dicam? quomodo canam illi nouum canticum, neſciens me eſſe qui gratiam Deo debeam? Cur autem ſolius carnis demutatio excipitur, non & animæ ſimul, quæ in omnibus præfuit carni? quale eſt, vt eadem anima, quæ hac in carne totum vitæ ordinem decucurrit, quæ in hac carne Deum didicit, & Chriſtum induit, ſpem ſalutis ſe-
Gal. 6. 6. 7. minauit, in alia, neſcio qua, metat fructum? Næ illa gratioſiſſima caro, cui gratis vita conſtabit. Quod ſi non & anima mutabitur, iam nec animæ reſurrectio eſt; nec ipſa enim reſurrexiſſe credetur, ſi non alia reſurrexerit.

CAPVT LVII.

Scriptura vult nos credere integram, & perfectam carnis reſurrectionem.

In p: ad m. V. Reſurrectionis gloria & dotes. 1. à m. ad f. V. Æternitas. 4.

HINC iam illa vulgaris incredulitatis eſt: *Si*, inquiunt, ipſa, eademque ſubſtantia reuocatur, cum ſua forma, linea, qualitate; ergo & cum inſignibus ſuis reliquis: Itaque & cæci, & claudi, & paralytici, vt quis inſignis exceſſerit, ita & reuertetur. Quid nunc? etſi ita dedignaris tantam gratiam qualiſcunque à Deo conſequi. Non enim & nunc animæ ſolius admittens ſalutem, dimidiatis hominibus eandem adſcribis? Quid eſt, credere reſurrectionem, niſi integram credere? Si enim caro de diſſolutione reparabitur, multò magis de vexatione reuocabitur. Minoribus majora præſcribunt. Cuiuſcunque membri detruncatio, vel obtuſio, nonnè mors membri eſt? ſi vniuerſalis mors reſurrectione reſcinditur, quid portionalis? Si demutamur in gloriam, quantò magìs in incolumitatem? Vitiatio corporum, accidens res eſt, integritas propria eſt. in hac naſcimur. etiamſi in vtero vexemur, iam hominis eſt paſſio. Prius eſt genus, quàm caſus. Quomodo vita confertur à Deo, ita & refertur. Quales eam accipimus, tales & recipimus. Naturæ, non iniuriæ reddimur. quod naſcimur, non quod lædimur, reuiuiſcimus. Si non integros Deus ſuſcitat, non ſuſcitat mortuos. Quis enim mortuus integer, etſi integer moritur? Quis incolumis, qui exanimis? quod corpus inlæſum, quum interemptum? quum frigidum? quum expallidum? quum edurum? quum cadauer? Quomodo magis homo debilis, niſi quum totus? quando magis paralyticus, niſi quum immobilis? Ita, nihil aliud eſt mortuum reſuſcitari, quàm integrum fieri; nè ex ea parte mortuus adhuc ſit, ex qua nunc reſurrexit. Idoneus Deus reficere quod fecit. Hanc ſuam & poteſtatem, & liberalitatem ſatis iam in Chriſto ſpopondit, immò & oſtendit, non tantùm reſuſcitatorem carnis, verum etiam redintegratorem.
a 1. Cor. 15. 52. Atque adeo & Apoſtolus: [a] *Et mortui*, inquit, *reſurgent incorrupti.* Quomodo? niſi integri, qui retro corrupti, tam vitio valetudinis, quàm & ſenio ſepulturæ? Nam & ſuprà, vtrumque
b Ibid. 53. proponens, [b] *oportere & corruptiuum iſtud induere incorruptelã, & mortale iſtud immortalitatẽ;*

non iterauit ſententiam, ſed differentiã demandauit. Immortalitatem enim ad reſciſ- [1 Theſſ. 5. 23] ſionem mortis; incorruptelam, ad obliterationem corruptelæ diuidendo; alteram ad reſurrectionem, alteram ad redintegrationem temperauit. Puto autem & Theſſalonicenſibus omnis ſubſtantiæ integritatem repromiſit. Itaque nec in poſterum timebuntur corporum labes. Nihil poterit amittere integritas, vel conſeruata, vel reſtituta, ex quo illi etiam ſi quid amiſerat, redditur. Præſcribens enim adhuc eaſdem paſſiones obituram carnem, ſi eadem reſurrectura dicatur, naturam aduerſus Dominum ſuum temere defendis, legem aduerſus gratiam impiè aſſeris. quaſi Domino Deo non liceat & mutare naturam, & ſine lege ſeruare. Quomodo ergo legimus, [c] *Quæ impoſſibilia apud homines, poſſibilia apud Deum ſunt?* [c Math. 19. 26.] &, [d] *Stulta mundi elegit Deus, vt ſapientiam mundi confundat?* [d 1. Cor. 1. 27.] Oro te, ſi famulum tuum libertate mutaueris, quia eadem caro atque anima permanebunt, quæ flagellis, & compedibus, & ſtigmatibus obnoxiæ retro fuerant, idcircone illa eadem pati oportebit? non opinor. Atquin & veſtis albæ nitore, & aurei annuli honore, & patroni nomine, ac tribu menſaque honoratur. Permitte hanc & Deo poteſtatem, per vim illius demutationis; conditionem, non naturam reformandi; dum & paſſiones auferuntur, & munitiones conferuntur. Ita manebit quidem caro etiam poſt reſurrectionem, eatenus paſſibilis quà ipſa, quà eadem; ea tamen impaſſibilis, quà in hoc ipſum manumiſſa à Domino, ne vltra pati poſſit.

CAPVT LVIII.

Reſurrectio omnem mærorem, & gemitum ablegabit, & incorruptos reſtituet, eadem poteſtate, qua Deus veſtes, calceamenta Hebræorum, ipſumque Ionam a cæto, tres pueros à fornace, Henoch & Heliam à morte ſeruauit.

Per totum. V Æternitas. 4.

IOCVNDITAS, [a] inquit *Eſaias, æterna ſuper caput eorum.* Nihil æternum, niſi [a Eſa. 35 10.] poſt reſurrectionem. *Aufugit*, inquit, *dolor, & mæror, & gemitus ab illis.* [Ibid.] Proinde & Ioanni angelus: [b] *Et delebit Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.* [b Apoc. 7. 18] Vtique ex iiſdem oculis qui retro fleuerant, quique adhuc flere potuiſſent, ſi non omnem lacrymæ imbrem indulgentia diuina ſiccaret. Et rurſus: [c] *Deus enim delebit omnem lacrymam ab oculis eorum; & mors hactenus.* [c Apoc. 21. 4] Igitur & corruptela hactenus; proinde per incorruptelam fugata, quemadmodum mors per immortalitatem. Si dolor, & mæror, & gemitus, ipſaque mors ex læſuris & animæ, & carnis obueniunt, quomodo auferentur, niſi ceſſauerint cauſæ, ſcilicet læſuræ carnis, atque animæ? vbi caſus aduerſi apud Deum? aut vbi incurſus infeſti apud Chriſtum? vbi dæmoniaci impetus apud Spiritum ſanctum; iam & ipſo diabolo cum angelis ſuis ignibus merſo? Vbi neceſſitas, aut quod dicitur fortuna, vel fatum? quæ reſuſcitatis plaga poſt veniam? quæ reconciliatis ira poſt gratiam? quæ infirmitas poſt virtutem? quæ imbecillitas poſt ſalutem? Quod [d] *veſtimenta & calciamenta filiorum Iſraelis quadraginta illis annis indetrita, & inobſoleta manſerunt:* [d Deut. 29. 5] *quòd & in ipſis corporibus vnguium, & capillorum facilia crementa, habilitatis & dignitatis iuſtitia defixit;* nè etiam enormitas corruptelæ deputaretur: quòd Babylonij ignes, trium fratrum nec tiaras, nec ſarabara, quamquam Iudæis aliena, læſerunt: quòd [Dan. 3. 94.] Ionas deuoratus à bellua maris, in cuius aluo naufragia digerebantur, triduò poſt incolumis expuitur: [Ion. 2. 11.] quòd hodie Enoch & Helias, nondum reſurrectione diſpuncti, [Gen. 5. 24.] [4. Reg 2. 11.] quia nec morte functi; quà tamen de orbe tranſlati, & hoc ipſo iam æternitatis candidati, ab omni vitio, & ab omni damno, & ab omni iniuria, & contumelia, emunitatem carnis ediſcunt, cuinam fidei teſtimonium ſignant, niſi qua credi oportet, hæc futuræ integritatis eſſe documenta? [e] *Figura enim noſtra fuerunt* Apoſtolo auctore, quæ [e 1. Cor. 10. 6 11.] ſcripta ſunt, vt & Dominum potentiorem credamus omni corporum lege, & carnis magis vtique conſeruatorem, cuius etiam veſtimenta, etiam calciamenta protexit. [Deut. 29. 5.]

CAPVT LIX.

Anima ſimul & caro, ſalutis, aut pœnæ ſententiam accipiet.

In p. V. Æternitas. 1. ad f. V. Reſurrectionis fides. 4.

SED futurum, inquis, æuum alterius eſt diſpoſitionis, & æternæ: igitur huius æui ſubſtantiam non æternam, diuerſa poſſidere non poſſe. Planè ſi homo propter diſpoſitionem futuram, & non diſpoſitio propter hominem. Sed enim Apoſtolus ſcribens, [a] *Siue mundus, ſiue vita, ſiue mors, ſiue futura, ſiue præſentia, omnia veſtra ſunt*, eoſdem conſtituit hæredes etiam futurorum. [a 1. Cor. 3. 22.] Nihil tibi largitur Eſaïas dicens, [b] *Omnis caro fœnum.*

b Eſa. 40.7. & 5. Luc. 3. 6. & alibi: *Et videbit omnis caro ſalutare Dei.* Exitus, non ſubſtantias diſtinxit. Quis enim iudicium Dei non in ſententia duplici ſtatuit, ſalutis & pœnæ? *Omnis igitur caro fœnum,* quæ igni deſtinatur; & *omnis caro videbit ſalutare Dei,* quæ ſaluti ordinatur. Ego me ſcio neque alia carne adulteria commiſiſſe, neque nunc alia carne ad continentiam eniti. Si quis eſt bina pudenda circumferens, poteſt iam & demere fœnum carnis immundæ, & ſolam ſibi reſeruare, quæ viſura ſit Dei ſalutare. Sed quum idem Prophetes etiam

Eſa. 40. 15. & 42. 4. & 53. 1. nationes oſtendat, nunc deputatas velut puluerem & ſaliuam; nunc ſperaturas & credituras in nomen & in brachium Domini, nunquid & de nationibus fallimur? & aliæ quidem ſunt crediturae, aliæ in puluerem deputatæ, ex diuerſitate ſubſtantiæ? Sed & Chriſtus intra oceanum, & de iſto cœlo quod nobis incubat, verum lumen nationibus offulſit; & ipſi Valentiniani hic errare didicerunt; nec alia erit forma nationum cre-

Eſa. 60. 3. dentium, niſi quæ & non credentium, de carne, de anima. Sicut ergo eaſdem nationes non genere, ſed ſorte diſtinxit; ita & carnes, quæ in ipſis nationibus vna ſubſtantia eſt, non materia, ſed mercede diſiunxit.

CAPVT. LX.

Reſurrectio eumdem ſexum, & membra reſtituet, licet tunc ob operibus vita neceſſarijs vocatura.

Per totum. V. Reſurrectionis fides 4. in m.

ECCE autem, vt adhuc controuerſiam exaggerent, carni maximè eidem, de officiis quoque membrorum argumentantur, aut & ipſa dicentes permanere debere in ſuis operibus & fructibus, vt eidem corpulentiæ adſcripta: aut, quia conſtet diſceſſura eſſe officia membrorum, corpulentiam quoque eradant; cuius ſcilicet perſeuerantia credenda non ſit, vtique ſine membris, quia nec membra credenda ſint ſine officijs. Quò enim iam, inquiunt, ſpelunca hæc oris, & dentium ſtatio, & gulæ lapſus, & compitum ſtomachi, & alui gurges, & inteſtinorum perplexa proceritas, quum eſui, & potui locus non erit? Quò huiuſmodi membra admittunt, ſubigunt, deuoluunt, diuidunt, digerunt, egerunt? quò manus ipſæ, & pedes, & operarij quique artus, quum victus etiam cura ceſſabit? quò renes conſcij ſeminum, & reliqua genitalium vtriuſque ſexus, & conceptuum ſtabula, & vberum fontes, diſceſſuro concubitu, & fœtu, & educatu? poſtremò, quò totum corpus? totum ſcilicet vacaturum? Ad hæc ergo præſtruximus, non oportere committi futurorum, atque præſentium diſpoſitiones, interceſſura tunc demutatione: & nunc ſuperſtruimus officia iſta membrorum neceſſitatibus vitæ huius, eò vſque conſiſtere, donec & ipſa vita transferatur à temporalitate in

a 1. Cor. 15. 53. æternitatem, ſicut a *animale corpus in ſpiritale, dum mortale iſtud induet immortalitatem, & corruptiuum iſtud incorruptelam*; & ipſa autem liberata tunc vita à neceſſitatibus, liberabuntur & membra ab officiis; nec ideo non erunt neceſſaria. Licet enim officiis libe-

2. Cor. 5. 10. rentur, ſed iudicijs retinentur: vt quis referat per corpus, prout geſſit. Saluum enim hominem tribunal Dei exigit: ſaluum verò ſine membris non liquet eum, ex quorum non officijs, ſed ſubſtantijs conſtat. Niſi fortè, & nauem ſine carina, ſine prora, ſine puppi, ſine compaginis totius incolumitate ſaluam adſeuerabis. Et tamen nauem procella diſſipatam, vel carie diſſolutam, redactis, & recuratis omnibus membris, eandem ſæpè conſpeximus etiam titulo reſtitutionis gloriantem. De Dei artificio, & arbitrio, & iure, torquemur? Porro, ſi diues Dominus & liberalis, adſectui, aut gloriæ ſuæ præſtans ſolam nauis reſtitutionem, hactenus eam voluerit operari, idcirco tu negabis neceſſariam illi compaginem priſtinam, vt exinde iam vacaturam, cùm ſoli ſaluti nauis ſine operatione conueniat? Igitur hoc tantummodò diſcere ſufficit, an Dominus hominem ſaluti deſtinando, carnem deſtinarit; an eandem velit denuò eſſe; quam non debebis, ex futura membrorum vacatione, præſcribere denuò eſſe non poſſe? Licet enim eſſe quid denuò, & nihilominus vacare; nec poteſt autem dici vacare, ſi non ſit. Atenim ſi ſit, poterit & non vacare: nihil enim apud Deum vacabit.

CAPVT LXI.

Cùm membra noſtra Dei laudibus in reſurrectione ſint impendenda, non fruſtra reſurgent; maximè cùm & hic ieiunent dentibus & faucibus, cibis; & ſpadones voluntarij voluptatibus carnis abſtineant.

Per totum. V. Reſurrectionis fides. 4. in f. & à m. V. ieiunij effectus. 11.

SED accepiſti, homo, os ad vorandum atque potandum: cur non potius ad eloquendum, vt à cæteris animalibus diſtes? cur non potius ad prædicandum Deum, vt

etiam hominibus antiſtes? Denique, Adam antè nomina animalibus enuntiauit, quàm Gen. 2. 20.
de arbore decerpſit; antè etiam prophetauit, quàm vorauit. Sed accepiſti dentes ad 23.
macellum corrodendum. cur non potius ad omnem hiatum, & rictum tuum coronan- Gen. 3. 6.
dum? cur non potius ad pulſus linguæ temperandos? ad vocis articulos offenſione
ſignandos? denique & edentulos audi, & vide, vt honorem oris, & organum dentium
quæras. Forata ſunt inferna in viro, & in fœmina. nimirum quà libidines fluitent. cur
non magìs quà potuum defruta colentur? Eſt adhuc fœminis intus, quò ſemina con-
gerantur. an quò ſanguinis onera ſecedant, quem pigrior ſexus diſcutere non ſufficit?
Dicenda enim & hæc, quatenus quæ volunt, & quotùm volunt, & qualiter volunt,
officia membrorum ludibriosè, de induſtria ſuffundendæ reſurrectionis, oblatrant;
non recogitantes, ipſas prius cauſas neceſſitatis tunc vacaturas; cibi, famem; & potus,
ſitim; & concubitus, genituram; & operationis victum. Sublata enim morte, neque
victus fulcimenta ad præſidia vitæ, neque generis ſupparatura grauis erit membris.
Cæterùm, & hodie vacare inteſtinis & pudendis licebit. Quadraginta diebus Moſes, &
Helias ieiunio functi, ſolo Deo alebantur. Iam tunc enim dedicabatur [a] *Non in pane* a Exo. 24. 18
viuet homo, ſed in Dei verbo. Ecce virtutis futuræ liniamenta. Nos quoque, vt poſſumus, 3. Reg 19 8
os cibo excuſamus. etiam ſexum à congreſſione ſubducimus. Quot ſpadones volun- Deut 8. 3.
tarij? quot virgines Chriſto maritatæ? quot ſteriles vtriúſque naturæ, infructuoſis ge- Matth. 4. 4
nitalibus ſtructi? Nam ſi & hìc iam vacare, eſt & officia, & emolumenta membrorum
temporali vacatione, vt in temporali diſpoſitione; nec homo tamen minus ſaluus eſt:
proindè homine ſaluo, & quidem magìs tunc, vt in æterna diſpoſitione, magìs non de-
ſiderabimus, quæ iam hìc non deſiderare conſueuimus.

CAPVT LXII.

Erimus in reſurrectione, non quidem Angeli ſubſtantia, ſed ſicut Angeli, gloria.

Per totum. V. Carnis dignitas in ord. ad glor. 7.

SED huic diſceptationi finem Dominica pronuntiatio imponit. [a] *Erunt*, inquit, *tan-*
quam angeli. Si non nubendo, quia nec moriendo; vtique nec vlli ſimili neceſſitati a Matth 22.
ſuccidendo corporalis conditionis. Quia & angeli aliquando tanquam homines fue- 30.
runt, edendo & bibendo, & pedes lauacro porrigendo. humanam enim induerant ſu-
perficiem, ſalua intus ſubſtantia propria. Igitur, ſi angeli facti tanquam homines, in
eadem ſubſtantia ſpiritus carnalem tractationem ſuſceperunt, cur non & homines
facti tanquàm angeli, in eadem ſubſtantia carnis ſpiritalem ſubeant diſpoſitionem; non
magìs ſolennibus carnis obnoxij ſub angelico indumento, quàm angeli tunc ſolenni-
bus ſpiritus ſub humano? Nec ideo non permanſuri in carne, quia non & in ſolenni-
bus carnis, quum nec angeli ideo non & in ſpiritu permanſerint, quia non & in ſolen-
nibus ſpiritus. Denique, non dixit, *Erunt angeli*, nè homines negaret: ſed, *tanquàm an-*
geli, vt homines conſeruaret. Non abſtulit ſubſtantiam, cui ſimilitudinem attribuit.

CAPVT LXIII.

Concludit reſurrecturam Carnem, & quidem omnem, & ipſammet, & integram.

In p. ad m. V. Mois. 16. in p. V. Carnis dignitas in ord. ad gloriam. 2. à p V. Chriſti Incarnat. 22. cir-
ca. m. V. Carnis dignitas in ord. ad glor. 8. in f. in Alphab. Errorum. V. Ectaſis. 3. & V. Para-
cletus. 4.

RESVRGET igitur caro, & quidem omnis, & quidem ipſa, & quidem integra. In
depoſito eſt vbicumque apud Deum, per fideliſſimum [a] *ſequeſtrem Dei & hominum,*
Ieſum Chriſtum, qui & homini Deum, & hominem Deo reddet, carni ſpiritũ, & ſpiritui a 1. Tim. 2. 5
carnẽ. Vtrumque iam in ſemetipſo fœderauit, ſponſam ſponſo, & ſponſum ſponſæ com-
parauit. Nam & ſi animam quis contenderit ſponſam, vel dotis nomine, ſequetur ani-
mam caro. Non erit anima proſtituta, vt nuda ſuſcipiatur à ſponſo. habet inſtrumen-
tum, habet cultum, habet mancipium ſuum carnem; vt collactanea comitabitur. Sed
caro eſt ſponſa, quæ & in Chriſto Ieſu ſpiritum ſponſum per ſanguinem pacta eſt.
Huius interitum quem putas, ſeceſſum ſcias eſſe. Non ſola anima ſeponitur. Habet &
caro ſeceſſus ſuos interim, in aquis, in ignibus, in alitibus, in beſtijs. quum in hæc diſ-
ſolui videtur, velut in vaſa transfunditur. Si etiam ipſa vaſa defecerint, quum de illis
quoque effluxerit, in ſuam matricem terram quaſi per ambages reſorbetur, vt rurſus
ex illa repræſentetur Adam; auditurus à Domino, [b] *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus*
eſt: verè tunc compos mali quod euaſit, & boni quod inuaſit. Quid anima inuides carni? b Gen 3. 22.

nemo tam proximus tibi, quem poſt Dominum diligas: nemo magis frater tuus, quæ tecum etiam in Deo naſcitur. tu potius illi exotate debueras reſurrectionem; per te, ſi fortè, deliquit. Sed nihil mirum ſi odiſti, cuius auctorem quoque reſpuiſti; quam & in Chriſto, aut negare, aut mutare conſueſti. proinde & ipſum ſermonem Dei, qui caro factus eſt, vel ſtilo, vel inrerpretatione corrumpens, arcana etiam apocryphorum ſuperducens, blaſphemiæ fabulas. Arenim Deus omnipotens aduerſus hæc incredulita-
c Ioel. 2. 28. tis, & peruerſitatis ingenia, prouidentiſſima gratia ſua c *effundens in nouiſſimis diebus de*
29. *ſuo ſpiritu in omnem carnem, in ſeruos ſuos & ancillas*, & fidem laborantem reſurrectionis carnalis animauit, & priſtina inſtrumenta manifeſtis verborum, & ſenſuum luminibus,
d 1. Col. 11. ab omni ambiguitatis obſcuritate purgauit. Nam, quia d *hæreſes eſſe oportuerat, vt proba-*
19. *biles quique manifeſtarentur*; hæ autem ſine aliquibus occaſionibus ſcripturarum audere non poterant; idcirco priſtina inſtrumenta quaſdam materias illis videntur ſubminiſtraſſe, & ipſas quidem iiſdem lirtetis reuincibiles. Sed quoniam nec diſſimulare Spiritum ſanctum oportebat, quò minus & eiuſmodi eloquiis ſuperinundaret, quæ nullis hæreticorum verſutijs ſemina ſubſpargerent, immò & veteres eorum ceſpites vellerent; idcirco iam omnes retro ambiguitates, & quas volunt parabolas, aperta atque perſpicua totius ſacramenti prædicatione diſcuſſit, per nouam prophetiam de Paracleto inundantem; cuius ſi hauſeris fontes, nullam poteris ſitire doctrinam; nullus te ardor exuret quæſtionum; reſurrectionem quoque carnis vſquequaque potando, refrigerabis.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI
AD SCAPVLAM.

In librum ad Scapulam

ARGVMENTVM.

Cùm agnoſceret Author parum adeò ſe profeciſſe Apologetico ſuo Romanis Iudicibus, initio quintæ perſecutionis ſcripto, & Scapulam Africæ præſidem crudelius Carthagini in Chriſtianos ſæuire, hunc libellum ei inſcripſit. An. Chri. ſecundùm Pamelium, in eius vita, ducenteſimo tertio, Zephyrini quarto, Seueri Imper. decimo. Baronius autem, eodem quidem Chriſti anno, ſed Zephyrini primo, Seueri non vult editum, vbi ait: Saturnino Africæ Proconſuli ſubrogatum Scapulam, à Plantiano, rerum Occidentalium ſummam tenente abſente imperatore, perſecutionem mouiſſe nullo adhuc ab imperatore edicto promulgato. Tertullianus reuerſus Carthaginem, declamatorium potiùs, quàm ſupplicem, hunc contra Scapulam librum ſcripſit.

CAPVT PRIMVM.

Chriſtiani magis damnari gaudent, quàm abſolui, nec ſua tormenta timent, ſed vltionem Dei imminentem perſecutoribus ſuis, quos Dei lege diligere, & pro eis orare iubentur.

In p. V. Chriſtianus. 12. in m. V. inimici dilectio. 2.

NOs quidem neque expaueſcimus, neque pertimeſcimus ea quæ ab ignorantibus patimur: cùm ad hanc ſectam vtique ſuſcepta conditione eius pacti venerimus, vt etiam animas noſtras auctorati in has pugnas accedamus, ea quæ Deus repromittit, conſequi optantes, & ea quæ diuerſæ vitæ comminatur, pati timentes. Denique cum omni ſæuitia veſtra concertamus, etiam vltro erumpentes: magiſque damnati, quàm abſoluti gaudemus. Itaque hunc libellum non nobis timentes miſimus, ſed vobis & omnibus inimicis noſtris, nedum amicis.
* Itaenim diſciplina iubemur a *diligere inimicos quoque, & orare pro eis qui nos perſequun-*
* Iſta. *tur*; vt hæc ſit perfecta, & propria bonitas noſtra, non communis. b *Amicos enim dili-*
a Luc. 6. 35. *gere omnium eſt, inimicos autem, ſolorum Chriſtianorum*. Qui ergo dolemus de ignoran-
b Ibid. 32. tia veſtra, & miſeremur erroris humani, & futura proſpicimus, ſigna eorum cottidie

inten-

intentari videmus, neceſſe eſt vel hoc modo erumpere ad proponenda vobis ea, quæ palàm non vultis audire.

CAPVT II.

Innocentes ſunt Chriſtiani, nullius hoſtes ſunt, multò minus imperatoris: pro quo, (à Deo) inſtituto, eiuſque Imperio Romano in finem vſque ſeculi duraturo, orant & ſacrificant.

In p. V. Dei vnius notitia. 8. à p. V. Religio. 1. & V. Deus Iudex. 4. & V. Chriſtianus. 15. circa. f. V. Chriſtianus. 6. & V. Chriſtianus. 20. in f. V. vltio. 4.

NOs vnum Deum colimus, quem omnes naturaliter noſtis: ad cuius fulgura & Deut. 6.4.
tonitrua contremiſcitis, ad cuius beneficia gauderis. Cæteros & ipſi putatis deos Pſal. 143.6.
eſſe, quos nos dæmonas ſcimus. Tamen humani iuris, & naturalis poteſtatis eſt vnicuique quod putauerit colere: nec alij obeſt, aut prodeſt alterius religio. Sed nec religionis eſt, cogere religionem, quæ ſponte ſuſcipi debeat, non vi: cùm & hoſtiæ ab animo libenti expoſtulentur. Ita & ſi nos compuleritis ad ſacrificandum, nihil præſtabitis dijs veſtris: ab inuitis enim ſacrificia non deſiderabunt, niſi contentioſi ſunt: contentioſus autem Deus non eſt. Denique qui eſt verus, omnia ſua ex æquo & prophanis, & ſuis præſtat. Ideoque & iudicium conſtituit æternum de gratis, & ingratis. Tamen nos, quos ſacrilegos exiſtimatis, nec in furto vnquam deprehendiſtis, nedum in ſacrilegio. Omnes autem qui templa deſpoliant, & per deos iurant, & eoſdem colunt, & Chriſtiani non ſunt, & ſacrilegi tamen deprehenduntur. Longum eſt, ſi retexamus quibus alijs modis & derideantur & contemnantur omnes dij ab ipſis cultoribus ſuis. Sic & circa maieſtatem imperatoris infamamur. tamen nunquam Albiniani, nec Nigriani, vel Caſſiani inueniri potuerunt Chriſtiani. ſed iidem ipſi, qui per genios eorum in pridie vſque iurauerant, qui pro ſalute eorum hoſtias & fecerant & vouerant, qui Chriſtianos ſæpè damnauerant, hoſtes eorum ſunt reperti. Chriſtianus nullius eſt hoſtis, nedum imperatoris: quem ſciens à Deo ſuo conſtitui, neceſſe eſt vt &
reuereatur, & honoret, & ſaluum velit, cum toto Romano imperio, quouſque ſæcu- 2. Theſſ. 2.3.
lum ſtabit: tandiu enim ſtabit. Colimus ergo & imperatorem ſic, quomodo & nobis licet, & ipſi expedit, vt hominem à Deo ſecundum; & quicquid eſt, à Deo conſecu-
tum, & ſolo Deo minorem. Hoc & ipſe volet. Sic enim omnibus maior eſt, dum ſolo 1. Tim. 2.2.
vero Deo minor eſt. Sic & ipſis dijs maior eſt, dum & ipſi in poteſtare ſunt eius. Ita- 8.
que & ſacrificamus pro ſalute imperatoris, ſed Deo noſtro & ipſius, ſed quomodo præcepit Deus, pura prece. non enim eget Deus, conditor vniuerſitatis, odoris aut ſanguinis alicuius. hæc enim dæmoniorum pabula ſunt. dæmones autem non tantùm reſpuimus, verùm & reuincimus, & cottidie traducimus, & de hominibus expellimus, ſicut plurimis notum eſt. Ita nos magis oramus pro ſalute imperatoris, ab eo eam poſtulantes, qui præſtare poteſt. Et vtique ex diſciplina patientiæ diuinæ agere nos ſatis manifeſtum eſſe vobis poteſt, cùm tanta hominum multitudo, pars penè maior ciuitatis cuiuſque, in ſilentio & modeſtia agimus, ſinguli fortè noti magis quàm omnes, nec aliunde noſcibiles, quàm de emendatione vitiorum priſtinorum. Abſit enim vt indignè feramus ea nos pati quæ optamus, aut vltionem à nobis aliquam machinemur, quam à Deo expectamus.

CAPVT III.

Dolere ſe dicit, imminere ipſi Scapulæ, vrbibuſque Chriſtiani ſanguinis ſitientibus, iram Dei proximam; cuius ſigna præceſſerant, vel nimiæ pluuiæ, vel ſterilitatis; ignis item cœleſtis in mœnia Carthaginenſia proximè pendentis, magni Solis deliquij, nec non præmaturi quorumdam præſidum Chriſtianis infenſorum exitus.

Per totum. V. vltio. 4. & in m. V. Sol. 2.

TAMEN (ſicut ſupra diximus) doleamus neceſſe eſt, quod nulla ciuitas impunè latura ſit ſanguinis noſtri effuſionem. ſicut & ſub Hilariano præſide, cùm de areis ſepulturarum noſtrarum adclamaſſent: AREÆ NON SINT: areæ ipſorum non fuerunt. meſſes enim ſuas non egerunt. Cæterùm & imbre anni præteriti, quid commeruerit genus humanum, apparuit, cataclyſmum ſcilicet & retro fuiſſe propter incredulitatem & iniquitates hominum: & ignes qui ſuper mœnia Carthaginis proximè pependerunt per noctem quid minati ſint, ſciunt qui viderunt, & priſtina tonitrua quid ſonuerint, ſciunt qui obdurauerunt. Omnia hæc ſigna ſunt imminentis iræ Dei, quam neceſſe eſt quoquo modo poſſumus, vt & annuntiemus, & prædicemus, & deprece-

mur interim localem eſſe. Vniuerſalem enim & ſupremam ſuo tempore ſentient, qui exempla eius aliter interpretantur. Nam & Sol ille, in conuentu Vricenſi, extincto penè lumine adeò portentum fuit, vt non potuerit ex ordinario deliquio hoc pati, poſitus in ſuo hypſomate, & domicilio. Habetis Aſtrologos. Poſſumus æquè & exitus quorundam præſidum tibi proponere, qui in fine vitæ ſuæ recordati ſunt deliquiſſe quòd vexaſſent Chriſtianos. Vigellius Saturninus qui primus hic gladium in nos egit, lumina amiſit. Claudius Herminianus in Cappadocia, cùm indignè ferens vxorem ſuam ad hanc ſectam tranſiſſe, Chriſtianos crudeliter tractaſſet, ſoluſque in prætorio ſuo vaſtatus peſte cùm viuus vermibus ebulliſſet: Nemo ſciat, aiebat, ne ſpe gaudeant Chriſtiani. Poſtea cognito errore ſuo, quòd tormentis quoſdam à propoſito ſuo excidere feciſſet; penè Chriſtianus deceſſit. Cæcilius Capella in illo exitu Byzantino, *Chriſtiani gaudete*, exclamauit. Sed & qui videntur tibi impunè tuliſſe, venient in diem diuini iudicij. Tibi quoque optamus admonitionem ſolam fuiſſe, quòd cùm Adrumeticum Mauilum ad beſtias damnaſſes, & ſtatim hæc vexatio ſubſecuta eſt, & nunc ex eadem cauſa interpellatio ſanguinis. Sed memento de cætero.

CAPVT IV.

Scapulam admonet, nè contra Deum belligeret. Subijciens eum poſt ſaluo iure Præfecturæ, humanitatis iura ſeruare, exempla Seueri Imperatoris Patris Antonini, qui Proculum Chriſtianum (quem & Antoninus Chriſtiano lacte nutritus probè nouerat, vſque ad mortem in ſuo charum habuerit Palatio, eo quòd ab eo fuiſſet ol [illegible] *aliquando ſanatus. Idem etiam vtriuſque ſexus perſonas laudibus exornauit, & furenti in Chriſtianos plebi palam reſtitit.*

Ap. V. Iudex. 2. & V. Gentilium pobra. 6. & Gentilium laudabilia. 1 circa. m. V. Chriſtianus. 22. circa. f. V. Chriſtianus. 10.

NON te terremus, qui nec timemus. ſed velim vt omnes ſaluos facere poſſimus, monendo μὴ θεομαχεῖν. Potes & officio iuriſdictionis tuæ fungi, & humanitatis meminiſſe, vel quia & vos ſub gladio eſtis. Quid enim amplius tibi mandatur, quàm nocentes confeſſos damnare, negantes autem ad tormenta reuocare? Videtis ergo quomodo ipſi vos contra mandata faciatis, vt confeſſos negare cogatis. Adeò confitemini innocentes eſſe nos, quos damnare ſtatim ex confeſſione non vultis. Si autẽ contenditis ad elidendos nos, iam ergo innocentiam expugnatis. Quanti autem præſides, & conſtantiores, & crudeliores, diſſimulauerunt ab huiuſmodi cauſis? vt Cincios Seuerus, qui Thyſdri ipſe dedit remediũ quomodo reſponderent Chriſtiani, vt dimitti poſſent. vt Veſpronius Candidus, qui Chriſtianum, quaſi tumultuoſum ciuibus ſuis ſatisfacere, dimiſit. vt Aſper, qui modicè vexatum hominem, & ſtatim deiectum, nec ſacrificium compulit facere, antè profeſſus inter aduocatos & adſeſſores, dolere ſe incidiſſe in hanc cauſam. Pudens etiam miſſum ad ſe Chriſtianum, in elogio concuſſione eius intellecta, dimiſit, ſciſſo eodem elogio, ſine accuſatore negans ſe auditurum hominem, ſecundùm mandatum. Hæc omnia tibi & de officio ſuggeri poſſunt, & ab eiſdem aduocatis, qui & ipſi beneficia habent Chriſtianorum, licet adclament quæ volunt. Nam & cuiuſdam notarius, cùm à dæmone præcipitaretur, liberatus eſt: & quorundam propinquus, & puerulus. Et quanti honeſti viri (de vulgaribus enim non dicimus) aut à dæmoniis, aut valetudinibus remediati sũt? Ipſe etiam Seuerus, pater Antonini, Chriſtianorum memor fuit. Nam & Proculum Chriſtianum, qui Torpacion cognominabatur, Euhodiæ procuratorem, qui eum per oleũ aliquando curauerat, requiſiuit, & in palatio ſuo habuit vſque ad mortem eius: quem & Antoninus optimè nouerat, lacte Chriſtiano educatus. Sed & clariſſimas feminas, & clariſſimos viros Seuerus ſciens huius ſectæ eſſe, non modò non læſit, verùm & teſtimonio exornauit, & populo furenti in nos palàm reſtitit. Marcus quoque Aurelius, in Germanica expeditione Chriſtianorum militum orationibus ad Deum factis, imbres in ſiti illa impetrauit. Quando non geniculationibus & ieiunationibus noſtris etiam ſiccitates ſunt depulſæ? Tunc & populus adclamans, DEO DEORVM QVI SOLVS POTENS EST, in Iouis nomine Deo noſtro teſtimonium reddidit. Præter hæc, depoſitum non abnegamus, matrimonium nullius adulteramus, pupillos piè tractamus, indigentibus refrigeramus, *nulli malum pro malo reddimus*. Viderint qui ſectam mentiuntur, quos & ipſi recuſamus. Quis denique de nobis alio nomine queritur? Quod aliud negotium patitur Chriſtianus, niſi ſuæ ſectæ? quam inceſtam, quam crudelam, tanto tempore nemo probauit. Pro tanta innocentia, pro tanta probitate, pro iuſtitia, pro pudicitia, pro fide, pro veritate, pro Deo viuo cremamur; quod nec ſacrilegi, nec hoſtes publici, verùm nec tot maieſtatis rei

pati ſolent. Nam & nunc à præſide Legionis, & à præſide Mauritaniæ vexatur hoc nomen, ſed gladio tenus, ſicut & à primordio mandatum eſt animaduerti in huiuſmodi.

CAPVT V.

Hortatur vt parcat Carthagini decimandæ, ſuiſque propinquis, & eorum amicis, ipſi denique prouinciæ, concuſſioni militum iam expoſitæ. Fruſtra enim Chriſtiana ſecta cæditur, quæ perſecutionibus augetur

In p. V. Martyrium. 15. circa. f. V. timor Dei 4. in f. V. Chriſtiana religio. 22.

SED majora certamina, maiora ſequuntur præmia. Crudelitas veſtra gloria eſt noſtra. Vide tantùm ne hoc ipſo, quod talia ſuſtinemus, ad hoc ſolum videamur erumpere, vt hoc ipſum probemus, nos hæc non timere, ſed vltro vocare. Arrius Antoninus in Aſia cùm perſequeretur inſtanter; omnes illius ciuitatis Chriſtiani ante tribunalia eius ſe manu facta obtulerunt. cùm ille, paucis duci iuſſis, reliquis ait, ὦ δειλοὶ, εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, κρημνοὺς ἢ βρόχους ἔχετε. Hoc ſi placuerit & hic fieri, quid facies de tantis millibus hominum, tot viris ac feminis, omnis ſexus, omnis ætatis, omnis dignitatis, offerentibus ſe tibi? Quantis ignibus, quantis gladiis opus erit? Quid ipſa Carthago paſſura eſt decimanda à te, cùm propinquos, cum contubernales tuos illic vnuſquiſque cognouerit, cùm viderit illic fortaſſe & tui ordinis viros & matronas, & principales quaſque perſonas, & amicorum tuorum vel propinquos vel amicos? Parce ergo tibi, ſi non nobis. parce Carthagini, ſi non tibi. parce prouinciæ, quæ viſa intentione tua, obnoxia facta eſt concuſſionibus & militum & inimicorum ſuorum cuiuſque. ᵃ *Magiſtrum neminem habemus, niſi Deum ſolum.* Hic ante te eſt, nec abſcondi poteſt, ſed cui nihil facere poſſis. Cæterùm quos putas tibi magiſtros, homines ſunt, & ipſi morituri quandoque. Nec tamen deficiet hæc ſecta; quam tunc magis ædificari ſcias, cùm cædi videtur. Quiſque enim tantam tolerantiam ſpectans, vt aliquo ſcrupulo percuſſus, & inquirere accenditur, quid ſit in cauſa; & vbi cognouerit veritatem, & ipſe ſtatim ſequitur.

a Matth. 23. 8. 10.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI
SCORPIACE, SIVE CONTRA GNOSTICOS.

ARGVMENTVM.

Inſcriptionem huic libro appoſuit Author; Scorpiacum aduerſus Gnoſticos, *quaſi diceret hoc ſe libro Pharmacum & antidotum præparare contra venenum Gnoſticorum, qui inter cætera errorum ſuorum, à martyrij patientia & gloria, fideles deterrebant, & blanda ſpecie primùm aggredientes; in cauda, & fine ſuum virus effundebant. In hos inuehitur Tertullianus, & ad bonum Martyrij exhortatur, primùm eius neceſſitatem, dehinc vtilitatem inducens. Ad hunc librum alludit ipſe, de corona militis cap. 1. huncque librum promittit his verbis:* de quæſtionibus Confeſſionum, (id eſt Martyriorum) alibi docebimus. *Gnoſtici porro teſte Epiphanio hæreſi 27. omnes turpitudines, eaſque abominabiles perpetrabant. & hæreſ. 52. eorum Eccleſias lupanaria fuiſſe tradit, quas paradiſum nominabant; vbi non niſi nudos commorari liceret. Ut non mirum ſit eos qui omnibus carnis voluptatibus indulgebant, paſſiones in carne, & martyria pro Chriſto exhorruiſſe. Cyprianus in libro de exhortatione Martyrij, Tertullianum imitatur, & verba eius frequenter refert. Hieronymus libro contra Vigilantium huius libri meminit & tituli.* Scribit, inquit, aduerſus hæreſim tuam quæ erupit aduerſus Eccleſiam; ne & in hoc, quaſi repertor noui ſceleris glorieris; Tertullianus vir eruditiſſimus inſigne volumen quod Scorpiacum vocat rectiſſimo nomine; quia arcuato vulnere in Eccleſiæ corpus venena diffudit, quæ olim appellabatur Caiana hæreſis, & multo tempore dormiens vel ſepulta, nunc à Dormitan-

tio ſuſcitata eſt. Miror quòd non dicas, nequaquam perpetranda martyria; Deum qui ſanguinem hircorum taurorumque non quærat, multo magis hominum non requirere. Quod cùm dixeris, Immò & ſi non dixeris, ita habeberis, quaſi dixeris. Qui enim reliquias martyrum adſeris calcandas eſſe, prohibes ſanguinem fundi, qui multo honore dignus eſt. *Quæ ex capite primo Scorpiaci ex parte deprompſit. Scriptus eſt hic liber referente Pamelio Anno Chri. ducenteſimo nono, Zephyrini decimo, Seueri decimo ſexto. Diſcrepat in Annis Baronius, recenſens acta An. Chri. ducenteſimo nono, ad Annum ſeptimum Zephyrini, & decimum quintum Seueri.*

CAPVT PRIMVM.

Gnoſticos Scorpijs, quos pulchrè deſcribit, ſimiles dicit, perſecutionis æſtu ſæuientes in infirmos & timidos; quos primò blande aggrediuntur, dicentes indignum eſſe, ſectam nemini moleſtam crudeliter tractari, dehinc inducentes in blaſphemiam, quòd Deus qui ſaluare deberet, morti trabat: quaſi vero Chriſtus mortuus vicem ſibi mortis rependi petat. Tum Scorpium calcibus conterendum monet, huncque pro remedio librum legendum.

In p. V. Scorpius. à p. V. Martyrium à m. V. fides. 7. & V. Tentatio. 4. in f. V. Martyrium. 14.

MAGNVM de modico malum Scorpios terra ſuppurat, tot venena quot
genera; tot pernicies, quot & ſpecies; tot dolores, quot & colores
Nicander ſcribit, & pingit: & tamen vnus omnium violentiæ geſtus,
nocere de cauda: quæ cauda erit, quodcumque de poſtumo corporis
propagatur, & verberat. Proinde Scorpij ſeries illa nodorum, venenatâ
intrinsecus venulâ ſubtilis, arcuato impetu ſurgens, hamatile piculum
in ſummo, tormenti ratione ſtringit: vnde & bellicam machinam, retractu tela
vegetantem, de Scorpio nominant. Id ſpiculum, & fiſtula eſt, patula tenuitate in vulnus,
& virus, quà figit, effundit. Familiare periculi tempus, æſtas: Auſtro & Africo
ſæuitia velificat. In remedijs, naturalia plurima. Aliquid & magia circumligat: Medicina
cum ferro, & poculo occurrit: nam & præbibunt quidam, feſtinando tutelam:
ſed concubitus exhaurit, & denuò ſitiunt, Nobis fides, præſidium, ſi non & ipſa percutitur
diffidentiâ ſignandi ſtatim, & adiurandi. & vrgendi beſtiæ calcem. Hoc denique
modo etiam Ethnicis ſæpè ſubuenimus; donati à Deo ea poteſtate, quam Apoſtolus
dedicauit, quum morſum viperæ ſpreuit. Quid & ergo promittit ſtilus iſte, ſi fides de
Luc 10.9. ſuo tuta eſt? vt & aliàs de ſuo tuta ſit, quum ſuos Scorpios patitur. Acerba mediocritas
& iſtis, & genus varium, & vno modo armantur, & certo tempore ſuboriuntur,
nec alio quàm ardoris. Hoc apud Chriſtianos perſecutio eſt. Quum igitur fides æſtuat,
& Eccleſia exuritur de figura rubi; tunc Gnoſtici erumpunt, tunc Valentiniani proſerpunt,
tunc omnes martyriorum refragatores ebulliunt, calentes & ipſi offendere,
figere, occidere. Nam quòd ſciant multos ſimplices ac rudes, tum infirmos, pleroſque
verò in ventum, & ſi placuerit, Chriſtianos; nunquam magis adeundos ſapiunt, quàm
quum aditus animæ formido laxauit; præſertim quum aliqua atrocitas fidem martyrum
coronauit. Itaque primò trahentes adhuc caudam de adfectibus adplicant, aut
quaſi in vacuum flagellant. Hæccinè pati homines innocentes? Vt putes fratrem, aut
de melioribus ethnicum; ſiccinè tractari ſectam nemini moleſtam? dehinc adigunt:
perire homines ſine cauſſa: perire enim, & ſine cauſſa. Prima fixura exinde iam cædunt.
Sed neſciunt ſimplices animæ, quid, quomodo ſcriptum ſit, vbi, & quando, &
coram quibus confitendum: niſi quod nec ſimplicitas iſta, ſed vanitas; immò dementia,
pro Deo mori. Et, quis me ſaluum faciat, ſi is occidet, qui ſaluum facere debebit?
ſemel Chriſtus pro nobis obijt, ſemel occiſus eſt ne occideremur. Si vicem repetit,
num & ille ſalutem de mea nece exſpectat? An Deus hominum ſanguinem flagitat,
a Pſ.49.14. maximè ſi [a] *taurorum & hircorum recuſat?* certè *peccatoris pœnitentiam mauult quam mortem.*
15. Et quomodo non peccatorum deſiderat mortem? Hæc, & ſi qua alia admenta hæreticorum
b Ezech.18. corum venenorum, quem non vel in ſcrupulum figant, ſi non in exitium? vel in bilem,
23.& c.33.11 ſi non in mortem? At tu, fides ſi vigilat, ibidem Scorpio pro ſolea anathema inlidito,
& relinquito in ſuo ſopore morientem. Cæterùm, ſi plagam ſatiauerit, intimat virus,
& properat in viſcera; ſtatim omnes priſtini ſenſus retorpeſcunt, ſanguis animi gelaſcit,
carne ſpiritus exoleſcit, nauſea nominis inacreſcit. Iam & ipſa mens ſibi quo vomat
quærit. Atque ita ſemel infirmitas quæ percuſſa eſt, ſauciatâ fidem vel in hæreſim,

vel in ſæculum expirat. Et nunc præſentia rerum eſt medius ardor, ipſa ca[illegible]ula per-
ſecutionis, ab ipſo ſcilicet cynocephalo. Alios ignis, alios gladius, alios beſtiæ Chri-
ſtianos probauerunt. Alij fuſtibus interim, & vngulis inſuper, deguſtata martyria in
carcere eſuriunt. Nos ipſi vt lepores, deſtinata venatio, de longinquo obſidemur, &
hæretici ex more graſſantur. Itaque tempus admonuit aduerſus noſtrates beſtiolas
promptam mederi, theriacam ſtilo temperare. qui legeris, biberis. non amarum po-
tio. Si [c] *eloquia Domini dulcia ſuper mella & fauos*, inde pigmenta ſunt: ſi lacte & melle c Pſal 18.11.
promiſſio Dei manat, hoc ſapiunt quæ illuc faciunt. *Væ autem qui dulce in amarum, &* Exo. 3. 8.
lumen in tenebras conuertunt. Periude enim & qui martyriis refragantur, ſalutem perdi- Eſa. 5 20.
tionem interpretantes, tam dulce in amarum, quàm lucem in tenebras reformant, at-
que ita miſerrimam hanc vitam illi beatiſſimæ præuertendo, tam amarum pro dulci,
quàm tenebras pro luce ſupponunt.

CAPVT II.

Hæreticos non lenitate, ſed ſeueritate ad officium compellendos. Martyrium non vtile tantùm, ſed & neceſſarium. Ex veteri lege Idololatriam funditus euerti, cuius cauſa perſecutio ſæuit in Chriſtianos.

In p. V. Martyrium. 7. à p. V. Hæretici quomodo tractandi. 6. & à p. ad f. V. Idololatriæ crimen. 4.

SED nondum de bono Martyrij, niſi debito primùm; nec antè de vtilitate eius, quàm
de neceſſitate diſcendum. Auctoritas diuina præcedit, an tale quid voluerit atque
mandauerit Deus, vt qui negant bonum, non ſuadeantur accommodum, niſi quum
ſubacti fuerint. Ad officium hæreticos compelli, non inlici dignum eſt, duritia vincen-
da eſt, non ſuadenda. Et vtique ſatis optimum præiudicabitur, quod probabitur à Deo
conſtitutum atque præceptum. Suſtineant Euangelia pauliſper, dum radicem eorum
exprimo Legem; dum inde elicio Dei voluntatem, vnde & ipſum recognoſco. [a] *Ego* a Exo. 20. 2.
ſum, inquit, *Deus tuus, qui te eduxi de terra Ægypti. Non erunt tibi Dij alij præter me. Non* & ſeq.
facies tibi ſimulacrum eorum quæ in cælo, & quæ in terra deorſum, & quæ in mari infra terram.
Non adorabis ea, neque famulaberis eis. Ego enim ſum Dominus Deus tuus. Item in eadem
Exodo, [b] *Ipſi vidiſtis quòd de cælo locutus ad vos ſim. Non facietis vobis Deos argenteos, &* b Ibid. 22. 23
Deos aureos non facietis vobis. Secundùm hæc & in Deuteronomio, [c] *Audi, Iſraël, Domi-* c Deut. 6. 4.
nus Deus tuus vnus eſt. &, [d] *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima* d Ibid. 5.
tua, & ex totis viribus tuis. & rurſus, [e] *Ne obliuiſcaris Domini Dei tui, qui te eduxit de terra* e Ibid. 13.
Ægypti & domo ſeruitutis. Dominum Deum tuum timebis, & illi famulaberis ſoli, & illi ad-
glutinaberis; Et in nomine eius deierabis. [f] *Non ibitis poſt Deos alienos ex Dijs nationum, quæ* f Ibid. 14.
circum vos, quia æmulator Deus Deus tuus in te: ne iratus indignetur, & exterminet te à fa-
cie terræ. Sed & proponens benedictiones & maledictiones: Benedictiones, inquit,
[g] *ſi audieritis præcepta Domini Dei veſtri quæcunque ego præcipio vobis hodie: Et, Non errane-* g Deut. 11 13.
ritis de via, quam mandaui vobis, vt abeuntes ſeruiatis Deis alijs, quos non ſcitis. De quibus 22.
omnifariam extirpandis. [h] *Perditione perdetis*, inquit, *omnia loca, in quibus ſeruierunt Na-* h Ibid. 12. 2.
tiones Deis ſuis, quas vos poſſidebitis hæreditate: ſubter montes & colles, & ſub arbores denſas
quaſque effodietis aras earum, euertetis & comminuetis ſtaticula earum, & excidetis lucos ea-
rum, & ſculptilia ipſorum Deorum concremabitis igni, & diſperdetis nomen eorum de loco illo.
Adhuc ingerit quum introiſſent terram promiſſionis, & exterminaſſent nationes eius:
[i] *Caue tibi ne ſequaris eas poſteaquam exterminatæ fuerint à facie tua, ne requiſieris Deos illa-* i Ibid. 30.
rum, dicens: Quemadmodum faciunt nationes Deis ſuis, & ego ita faciam. Sed & id, [k] *Si* k Deut. 13. 1.
Prophetes, inquit, *exſurrexerit in te, aut ſomnium ſomnians, & dederit tibi ſignum vel oſten-* & ſeq.
tum, & euenerit, & dixerit; Eamus, & ſeruiamus Deis alijs, quos non ſcitis: ne audiatis ſermo-
nem Prophetæ, aut ſomniatoris illius; quia tentat vos Dominus Deus veſter, an ex toto corde
veſtro, & ex tota anima veſtra timeatis eum. Poſt Dominum Deum veſtrum abibitis, & hunc
timebitis, & præcepta eius cuſtodietis, & vocem eius audietis, & illi ſeruietis, & illi adjicieni-
ni. Prophetes autem & ſomniator ille morietur: locutus eſt enim ad ſeducendum te à Domino
Deo tuo. Sed & alio capitulo: [l] *Si autem rogauerit te frater tuus ex patre vel matre, aut filius* l Ibid. 6. &
tuus, aut filia tua, aut mulier quæ in gremio tuo eſt, aut amicus qui animæ tuæ par eſt, clam di- ſeq.
cens, Eamus, & ſeruiamus Deis alijs, quos non ſcis, nec patres tui, ex Deis nationum quæ cir-
cum te proximè ſunt, aut longè, ne velis ire cum illo, & ne audieris eum. Non parcet oculus tuus
ſuper eum. nec miſereberis, nec celabis eum. adnuntians adnuntiabis de eo. manus tuæ erunt in
primis ad occidendum, & manus omnis populi in nouiſſimis, & lapidabitis illum, & morietur,
quoniam quæſiuit auertere te à Domino Deo tuo. Subiicit etiam de ciuitatibus, ſi quam ex Ibid. 15.
his conſtitiſſet ſuaſu iniquorum hominum tranſiſſe ad Deos alios, vt interficerentur

omnes incolentes eam, & deuotamenta fient vniuerſa eius, & colligentur omnia
ſpolia eius in omnes exitus eius, & igni cremarentur cum omnibus vaſis ſuis, & cum
m Ibid.16. omni populo in conſpectu Domini Dei. m *Et non erit habitabilis*, inquit, *in æternum, non
reædificabitur amplius, nec adhærebit quidquam manibus tuis ex deuotamento eius, vti auertatur Dominus ab indignatione iræ ſuæ*. Maledictionum quoque ordinem ab idolorum ex-
n Deut. 27. 15. ſecratione committit: n *Maledictus homo qui fecerit ſcalptile, aut fuſile, aſpernamentum Domino, opus manuum artificis, & collocauerit illud in abſcondito*. In Leuitico vero. o *Non ſe-
o Leuit.19.4 quimini*, inquit, *idola, & Deos fuſiles non facietis vobis. Ego Dominus Deus veſter*. Et alibi,
p Ibid.25.55. p *Filij Iſrael famuli pueri mei; Hi ſunt quos eduxi de terra Ægypti. Ego Dominus Deus veſter.
Ibid 26.1. Non facietis vobis manu facta, nec ſcalptile ſtaticulum ſtatuetis vobis. Nec lapidem ſcopum ponetis in terra veſtra. Ego Dominus Deus veſter*. Et hæc quidem prima per Moyſen dicta
ſunt à Domino, vtique pertinentia quoſcunque Dominus Deus Iſraelis perinde de
Ægypto ſuperſtitioſiſſimi ſæculi, & de domo humanæ ſeruitutis eduxerit. Sed &
deinceps omne os Prophetarum eiuſdem Dei vocibus ſonat, eandem legem ſuam, eorundem præceptorum inſtauratione cumulantis, nec aliud primum tam principaliter
denuntiantis, quam ab omni factura, atque cultura idolorum cauere. vt per Dauid
Pſal. 113. 4. & ſeq. & Pſal.134 15. & ſeq *Dei nationum argentum & aurum; oculos habent, nec vident; aures habent, nec audiunt, nares
habent, nec odorantur; os, nec loquuntur; manus, nec contrectant; pedes, nec ingrediuntur. Similes erunt illis qui faciunt ea, & qui fidunt in illis.*

CAPVT III.

Fidem deſertam, & idololatriam ſuſceptam, meritò Deus vltus eſt in populo ſuo; vt probat locis Exodi, Numerorum & Iudicum.

In p. V. Idol. 4. à p. V. Verbum Dei. 7. à p. ad f. V. Idol. 5. & V. peccator. 3.

NEc putem diſceptandum, an dignè Deus prohibeat nomen, & honorem ſuum
mendacio addici, an dignè quos ab errore ſuperſtitionis auulſerit, rurſus in Ægyptum regredi nolit; an dignè à ſe non patiatur abſiſtere quos ſibi adlegit. Ita nec illud
expectabit retractari à nobis, an obſeruari voluerit diſciplinam quam voluit inſtituere,
& an merito vlciſcatur deſertam, quam voluit obſeruatam: quando fruſtra inſtituiſſet,
ſi obſeruari eam noluiſſet; & fruſtra obſeruari voluiſſet, ſi vindicare noluiſſet. Sequitur
enim vt has definitiones Dei aduerſus ſuperſtitiones, tam euictas, quàm etiam vindi-
Exo.32.1.& ſeq. catas probem, quoniam ex his tota martyriorum ratio conſtabit. Aberat apud Deum
in monte Moyſes, quum populus tam neceſſariam abſentiam eius impatiens, Deos ſibi
producere quærit, quos potius ipſe perdiderit. Vrgetur Aaron, & iubet inaures fœmi-
Exo.32.2.& ſeq narum ſuarum in ignem conferri. Amiſſuri enim erant in iudicium ſibi vera ornamen-
ta aurium, Dei voces. Sapiens ignis effigiem vituli defundit illis, ſugillans *illic cor ha-
Matth.6 21 bentes, vbi & theſaurum*, apud Ægyptum ſcilicet, inter cætera animalia, bouis etiam
Num. 25. 1 & ſeq. cuiuſdam conſecratricem. itaque tria millia hominum à parentibus proximis cæſa, quia
tam proximum parentem Deum offenderant, tranſgreſſionis & primordia, & merita
1 Cor.10.8. dedicauerunt. In Arithmis, quum diuertiſſet Iſraël apud Sethim, abeunt libidinatum
Pſal. 105.28 ad filias Moab, inuitantur ad idola, vt & ſpiritu fornicarentur; edunt denique de pol-
Iudic. 2.19. luris eorum: dehinc & adorant Deos gentis, *& Beelphegor initiantur*. Ob hanc quoque
Iud. 3. 7. & cap. 4.1 & ſeq. & 6. &c. idololatriam, mœchiæ ſororem, viginti tria millia domeſticis obtruncata gladiis, diui-
næ iræ litauerunt. Defuncto Ieſu Naue, derelinquunt Deum patrum ſuorum, & ſer-
uiunt idolis Baalim, & Aſtartis; & iratus Dominus tradidit eos in manibus diripien-
tium; & diripiebantur ab illis, & venundabantur inimicis, nec poterant omnino ſub-
ſiſtere à facie inimicorum ſuorum; quocunque proceſſerant, manus erant ſuper illos
in mala, & compreſſati ſunt valdè. Poſt quæ inſtituit ſuper illos Deus Critas, quos
Cenſores intelligimus. ſed nec iſtis obaudire perſeueranerunt. vt quis Critarum obie-
rat, illi ad delinquendum, ſupra quàm patres eorum, abeundo poſt deos aliorum, &
Iudic. 2. 19. 20. ſeruiendo, & adorando eos. Itaque Dominus iratus, *Quoniam quidem*, ait, *tranſgreſſa
eſt gens iſta pactum meum, quod diſpoſui patribus eorum, & non audierunt vocem meam, & ego
non aduertam ad auferendum virum à facie eorum ex Nationibus quas reliquit decedens Ieſus*.
Atque ita omnes pene annales Critarum, & deinceps Regum, reſeruatis gentium cir-
cumcolarum viribus, bello, & captiuitate, & iugo allophylorum iram diſpenſauit Iſ-
rael, quotienſcunque ab illo, maximè in idololatriam exorbitauerunt.

CAPVT IV.

Martyria ſubeunda, docent exempla & præcepta præmiſſa. Nam ſi diuina mandata de non colendis Idolis obſeruando vim patimur, intelligimus oportere nos pati, & martyrium ſubire, eſſe à Deo mandatum, ne idola colamus. Præſertim cùm ad id nos in baptiſmo iuſiurando obſtrinxerimus, velut milites pro duce ſuo ad ſanguinem vſque pugnaturos.

In p. V. Idol. 5. per totum. V. Martyrium. 8.

HANC igitur ſi à primordio conſtat & prohibitam, de tot tantiſque præceptis; & nunquam impunè commiſſam, de tot tantiſque documentis; nec vllum tam ſuperbum crimen apud Deum deputari, quàm huiuſmodi tranſgreſſionem, vltro intelligere debemus diuinarum & denuntiationum, & executionum intentionem, iam tunc martyriis patrocinatam, non modò non dubitandis, verùm etiam ſuſtinendis; quibus ſcilicet locum fecerat, prohibendo idololatriam: aliter enim martyria non euenirent & vtique auctoritatem ſuam præſtruxerat, volens ea euenire quibus locum fecerat. Nunc enim de Dei voluntate compungimur, & ingeminat ſcorpius plagam, hanc negans, hanc accuſans voluntatem, vt aut alium Deum inſinuet, cuius hæc non ſit volun- Exo.23.13.
tas; aut noſtrum nihilominus deſtruat, cuius talis ſit voluntas; aut omnino neget voluntatem Dei, ſi ipſum negare non poterit. Nos autem de Deo alibi dimicantes, & de reliquo corpore hæreticæ cuiuſque doctrinæ, nunc in vnam ſpeciem congreſſionis certas præducimus lineas, non alterius Dei, quàm Iſraelis, eam defendentes volunta- Deut.6.2.5.13.
tem, quæ martyriis locum fecerit, tam ex præceptis prohibitæ ſemper, quàm ex iudiciis punitæ idololatriæ Si enim præceptum obſeruatum vim patitur, hoc erit quodammodo obſeruandi præceptum, vt id patiar, per quod poteio obſeruare præceptum vim ſcilicet, quæcunque mihi imminet cauenti ab idololatria. Et vtique qui imponit præceptum, extorquet obſequium. non potuit ergo noluiſſe ea euenire, per quæ conſtabit obſequium. Præſcribitur mihi, nè quem alium Deum dicam; nè vel dicendo, non minus lingua, quàm manu Deum fingam; nè quem alium adorem, aut quoquo modo venerer, præter vnicum illum qui ita mandat: quem & iubeor timere, ne ab eo deſeram; & de omni ſubſtantia diligere, vt pro eo moriar. Huic ſacramento militans ab hoſtibus prouocor. par ſum illis, ſi illis manus dedero. hoc defendendo, depugno in acie, vulneror, concidor, occidor. quis hunc militi ſuo exitum voluit, niſi qui tali eum ſacramento conſignauit?

CAPVT V.

Vt Medicina dolores vtiles adfert: ſic & martyrium vtile & bonum, licet amarum, quod nos ab Idololatria malo liberet.

Per totum. V. Martyrium. 8. & circa. m. V. pœnitentia. 10. in f. V. patientiæ exempla. 2.

HABES igitur Dei mei voluntatem. occurſum eſt huic plagæ. In alium ictum conſideremus, de voluntatis qualitate. Longum eſt vt Deum meum bonum oſtendam, quod iam à nobis didicerunt Marcionitæ. Deum interim ſufficit dici, vt neceſſe ſit bonum credi. Malum enim Deum qui præſumpſerit, conſtare in vtroque non poterit. aut Deum negare debebit, quem malum exiſtimarit: aut bonum dicere, quem Deum pronuntiarit. Bona igitur erit & voluntas eius, qui niſi bonus, non erit Deus. Probabit hoc etiam ipſius rei bonitas, quam Deus voluit, martyrij dico. Quia bonum non niſi bonus voluit. Bonum contendo martyrium apud eundem Deum, à quo & prohibetur, & punitur idololatria. Obnititur enim, & aduerſatur idololatriæ martyrium. Malo autem obniti & aduerſari niſi bonum non poteſt. Non quaſi negemus eſſe æmulationem, tam malorum inter ſe, quàm & bonorum. Sed alia conditio eſt huius tituli. Martyrium enim non de communi aliqua militia certat cum idololatria, ſed cum ſua gratia. liberat enim ab idololatria. quod à malo liberat, quis non bonum pronuntiabit? quid aliud eſt aduerſatio idololatriæ, atque martyrij, quàm mortis & vitæ? in tantum vita martyrio deputabitur, quantum morti idololatria. Vitam qui malum dixerit, habet mortem quam bonum dicat. Eſt & hæc peruerſitas hominum, ſalutaria excutere, exitioſa ſuſcipere, periculoſa quærere, medica malè vitare; mori denique citius, quàm curari deſiderare. Nam & medicinæ præſidium plures refugiunt. plures enim ſtulti, plures timidi, & malè verecundi. Et eſt planè quaſi ſæuitia medicinæ, de ſcalpello, déque cauterio, de ſinapis incendio: non tamen ſecari, & inuri, & extendi, idcirco malum, quia dolores vtiles adfert nec quia tantummodò

contriſtat; recuſabitur; ſed quia neceſſariè contriſtat, adhibebitur. Horrorem operis fructus excuſat. Vlulans denique ille, & gemens, & mugiens inter manus medici, poſtmodum eaſdem mercede cumulabit, & artifices optimas prædicabit, & ſæuas iam negabit. Sic & martyria deſæuiunt, ſed in ſalutem. licebit & Deo in vitam æternam per ignes, & gladios, & acerba quæque curare. Sed medicum quidem miraberis etiam in illo, quòd fermè pares adhibet qualitates medelarum, aduerſus qualitates querelarum, quum quaſi de peruerſo auxiliatur, per ea ſubueniens per quæ laboratur. Nam & calores caloribus amplius onerando compeſcit, & ardores ſiti potius macerando reſtinguit, & fellis exceſſus amaris quibuſque potiunculis colligit, & ſanguinis fluxus deſuſa inſuper venula reuocat. Deum verò, & quidem zelotem, culpandum exiſtimabis, ſi voluit certaſſe cum cauſa, & iniuriæ æmulando prodeſſe; mortem morte diſſoluere, occiſionem occiſione diſpargere, tormentis tormenta diſcutere, ſupplicia ſuppliciis euaporare, vitam auferendo conferre, carnem lædendo iuuare, animam eripiendo ſeruare. Peruerſitas quam putas, ratio eſt; quod ſæuitiam exiſtimas, gratia eſt; ita Deo de momentaneis æterna medicante. Magnifica bono tuo Deum tetrum. incidiſti in manus eius, ſed feliciter incidiſti. incidit & ille in ægritudines tuas. Homo ſemper

Gen. 2.17. medico prior negotium facit. denique ſibimetipſe periculum mortis attraxit. acceperat à Domino ſuo, vt à medico, ſatis vtilem diſciplinam, ſecundùm legem viuendi, vt

Gen. 3. & ſeq. omnia quidem ederet, ab vna ſolummodò arbuſcula temperaret, quam ipſe medicus importunam interim nouerat. audiit illequem maluit, & abſtinentiam rupit. edit inlicitum. & tranſgreſſione ſaturatus, in mortem cruditauit. digniſſimus bona fide, in totum perire, qui voluit. Sed Dominus ſuſtentata ſetuura delicti, donec tempore medicina temperaretur; paulatim remedia compoſuit, omnes fidei diſciplinas, & ipſas æmulas vitio, verbum mortis verbo vitæ reſcindentes, auditum tranſgreſſionis auditu deuotionis limantes. ita & quum mori præcipit medicus ille, veternum mortis excludit. Quid grauatur pati nunc homo ex remedio, quod non eſt tunc grauatus pati ex vitio? Diſplicet occidi in ſalutem, cui non diſplicuit occidi in perditionem? Nauſeabit ad antidotum, qui hiauit ad venenum?

CAPVT VI.

Martyrium non vtile tantum, ſed & glorioſum, corona propoſita donandum, in quo baptiſmo ſanguinis abluimur, ſecundo poſt lauacrum ſolatio.

In p. V. Martyrium. 8. inf. V. Martyres. 4.

SED ſi certaminis nomine Deus nobis martyria propoſuiſſet, per quæ cum aduerſario experiremur, vt à quo libenter homo eliſus eſt, eum iam conſtanter elidat, hic quoque liberalitas magìs quàm acerbitas Dei præeſt. Euulſum enim hominem de diaboli gula per fidem, iam & inculcatorem eius voluit efficere per virtutem; nè ſolummodò euaſiſſet, verùm etiam euiciſſet inimicum. Amauit, qui vocauerat in ſalutem, inuitare & ad gloriam; vt gaudeamus liberati, exultemus etiam coronati. Agonas iſtos, contentioſa ſolennia, & ſuperſtitioſa certamina Græcarum, & religionum, & voluptatum, quanta gratia ſæculum celebret, etiam Africæ liquuit. Adhuc Carthaginem ſingulæ ciuitates gratulando inquietant, donatam Pythico agone, poſt ſtadij ſenectutem. Ita ab æuo digniſſimum creditum eſt, ſtudiorùm experimentum, committere artes, corporum, & vocum præſtantiam exprimere præmio indice, ſpectaculo iudice, ſententia voluptate: qua nulla ſunt prælia, nonnulla vulnera. pugni quaſſant, calces arietant, ceſtus dilaniant, flagella dilacerant: nemo tamen agonis præſidem ſugillauerit, quòd homines violentiæ obiectat. iniuriarum actiones, extra ſtadium. ſed quantum liuores illi, & vibices negotiantur intendet: coronas ſcilicet, & gloriam, & dotem, priuilegia publica, ſtipendia ciuica, imagines, ſtatuas, & qualem poteſt præſtare ſæculum de fama æternitatem, de memoria reſurrectionem. pyctés ipſe non queritur dolere ſe, nam vult. corona premit vulnera, palma ſanguinem obſcurat; plus victoria tumet, quàm iniuria. hunc tu læſum exiſtimabis, quem vides lætum? ſed nec victus ipſe, de agonotheta caſum ſuum exprobrabit. Deum dedecebit artes & diſciplinas ſuas educere in medium, in hoc ſæculi ſpatium, in *ſpectaculum hominibus, & angelis,*

1. Cor. 4.9. & vniuerſis poteſtatibus? carnem, atque animam probare de conſtantia atque tolerantia? dare huic palmam, huic honorem, illi ciuitatem, illi ſtipendia? etiam quoſdam reprobare, & caſtigatos cum ignominia ſummouere? Nimirum præſcribes Deo, quibus temporibus, aut modis, aut locis de familia ſua iudicet; quaſi non & præiudicare iudici congruat. Quid nunc, ſi non certaminis nomine in martyria fidem expoſuiſſet,

ſed

ſed & proprij profectus; nonnè oportebat illam habere aliquem ſpei cumulum, cui ſtudium ſuum cogeret, votumque ſuſpenderet, quò eniteretur aſcendere, quum terrena quoque officia in gradus æſtuent? Aut quomodo *multæ manſiones apud Patrem*, Io. 14. 2.
ſi non pro varietate meritorum? quomodo *& ſtella à ſtella diſtabit in gloria*, niſi pro di- 1. Cor. 15. 41
uerſitate radiorum? Porro, & ſi fidei propterea congruebat ſublimitatis, & claritatis aliqua prolatio, tale quid eſſe oportuerat illud emolumenti, quod magno conſtaret labore, cruciatu, tormento, morte. Sed reſpice compenſationem: cùm caro, & anima dependitur, quibus in homine carius nihil eſt; alterum manus Dei, alterum flatus; ipſa dependi in profectu, quorum eſt profectus; ipſa erogari, quæ lucrifiant; eadem pretia, quia & merces. Proſpexerat & has Deus imbecillitates conditionis humanæ, aduerſarij inſidias, rerum fallacias, ſæculi retia, etiam poſt lauacrum periclitaturam fidem, perituros pleroſque rurſum poſt ſalutem, qui veſtitum obſoletaſ- Matt. 22. 11.
ſent nuptialem, qui faculis oleum non præparaſſent, qui requirendi per montes & Matt. 25. 3.
ſaltus, & humeris eſſent reportandi. Poſuit igitur ſecunda ſolatia, extrema præ- Luc. 15. 4.
ſidia, dimicationem martyrij, & lauacrum ſanguinis exinde ſecutum. De cuius felicitate Dauid, *Beati quorum dimiſſa ſunt delicta, & quorum operta ſunt iniquitates.* Pſal. 31. 1. 2.
Beatus vir cui non imputauerit Deus delictum. Propriè enim martyribus nihil iam reputari poteſt, quibus in lauacro ipſa vita deponitur. Sic *dilectio operit multitudinem delictorum, quæ Deum ſcilicet diligens ex totis viribus ſuis*, quibus in martyrio decertat; *ex tota anima ſua*, quam pro Deo ponit, hominem martyrem excudit. Hæc tu remedia, conſilia, iudicia, ſpectacula, etiam Dei atrocitatem iudicabis? Sanguinem hominis Deus concupiſcit? Et tamen auſim dicere, ſi & homo regnum Dei, ſi homo certam ſalutem, ſi & homo ſecundam regenerationem. Nulli compenſatio inuidioſa eſt, in qua aut gratiæ, aut iniuriæ communis eſt ratio.

CAPVT VII.

Deus per tormenta varia fidem ſuorum examinat.

Per totum. V. Martyres. 4.

INCVTIAT adhuc ſcorpius, homicidam Deum ventilans, horrebo planè ſpurcum blaſphemiæ flatum de hæretico ore fœtentem: ſed & talem Deum de fiducia rationis amplectar, qua ratione etiam ipſe ſe plus quàm homicidam pronuntiauit ex Sophiæ ſuæ perſona, voce Salomonis: *Sophia*, inquit, *iugulauit filios* Prou. 9. 2.
ſuos. Sophia, ſapientia eſt. Sapienter vtique iugulauit, dum in vitam; & rationaliter, dum in gloriam. O parricidij ingenium! ô, ſceleris artificium! ô argumentum crudelitatis, quæ idcirco occidit, nè moriatur quem occiderit! Et ideo quid ſequitur? *Sophia in exitibus cantatur hymnis*; cantatur enim & exitus martyrum.
Sophia in plateis de conſtantia agit, benè enim *filios ſuos iugulat. Super ſummos autem* Prou. 1. 20.
muros confiſa dicit, quum quidem ſecundùm Eſaïam hîc exclamat, *Ego Dei ſum. &* 21.
hic vociferatur, In nomine Iacob. & alius ſcribit, In nomine Iſraelis. O bonam matrem! Prou. 9. 2.
opto & ipſe in filios eius redigi, vt ab ea occidar. Opto occidi, vt filius fiam. Solùm au- Eſa. 44. 5.
tem iugulat filios ſuos, an & torquet? Audio enim & alibi dicentem Deum, *Vram illos* Zach. 13. 9.
ſicuti vritur argentum, & probabo illos ſicuti probatur aurum. Vtique per tormenta ignium, & ſuppliciorum, per martyria fidei examinatoria. Scit & Apoſtolus qualem Deum adſcripſerit, quum ſcribit, *Si Deus filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis tradidit illum,* Rom. 8. 32.
quomodo non & cum illo omnia condonauit nobis? Vides quomodo etiam proprium ſuum filium primogenitum & vnigenitum ſophia diuina iugulauerit; vtique victurum, immò & cæteros in vitam redacturum. Poſſum dicere cum ſophia Dei, *Chriſtus eſt* Gal. 2. 20.
qui ſe tradidit pro delictis noſtris. Iam & ſemetipſam ſophia trucidauit. Verba non ſono ſolo ſapiunt, ſed & ſenſu: Nec auribus tantummodò audienda ſunt, ſed & mentibus. Crudelem Deum, qui non intelligit, credit. Quamquam & non intelligenti poſita ſententia eſt, quæ temeritatem cohibeat aliter intelligendi. *Quis*
enim, inquit, *cognouit ſenſum Dei? aut quis illi conſiliarius fuit, qui eum inſtruat; aut viam* Rom. 11. 34.
intelligentiæ quis demonſtrauit illi? Sed enim Scytharum Dianam, aut Gallorum 1. Cor. 2. 16.
Mercurium, aut Afrorum Saturnum, hominum victima placari apud ſæculum li- Eſa. 40. 13. & ſeq.
cuit. & Latio ad hodiernum Ioui, media in vrbe humanus ſanguis inguſtatur; nec quiſquam retractat, aut non rationem præſumit aliquam, aut inæſtimabilem Dei ſui voluntatem. Si noſter quoque Deus, propriæ hoſtiæ nomine, martyria ſibi de-

poſtulaſſet, quis illi exprobraſſet funeſtam religionem, & lugubres ritus, & aram rogum, & pollinctorem ſacerdotem? & non beatum amplius reputaſſet, quem Deus comediſſet?

CAPVT VIII.

Exempla Martyriorum in veteri lege præmiſſa nos inuitant.

In p. in Alphabeto Errorum. V. fuga. 7. à p. V. Martyrium. 3. & V. Ioannes Bapt. 7. à m. V. Martyres. 18 in f. V. Martyrium. 4.

VNVM igitur gradum inſiſtimus, & in hoc ſolùm prouocamus, an præcepta ſint à
Deo martyria, vt credas ratione præcepta, ſi præcepta cognoueris: quia nihil
Pſal. 115. 5. Deus non ratione præceperit. Siquidem *honorata eſt apud illum mors religioſorum ipſius*,
vt canit Dauid; non opinor iſta communis, & omnium debitum. atquin iſta etiam
ignominioſa eſt, ex elogio tranſgreſſionis, & merito damnationis; ſed illa quæ in
ipſo aditur ex teſtimoniu religionis, & prælio confeſſionis, pro iuſtitia & ſacramen-
Eſa 57 1. to; ſicut Eſaias, *Videte*, inquit, *quomodo perit iuſtus, & nemo excipit corde; & viri iuſti
auferuntur, & nemo animaduertit; à facie enim iniuſtitiæ perit iuſtus. & erit honor ſepultura
eius*. Habes hîc quoque & prædicationem, & remunerationem martyriorum. A pri-
Gen. 4. 8. mordio enim iuſtitia vim patitur. Statim vt coli Deus cœpit, inuidiam religio ſortita
1. Reg. 18. 10 & ſeq. eſt. qui Deo placuerat, occiditur, & quidem à fratre. quò procliuius impietas alienum
2. Reg. 15. 14 & ſeq. ſectaretur, à ſuo auſpicata eſt. Denique non modò iuſtorum, verumetiam & prophe-
tarum. Dauid exagitatur, Helias fugatur, Hieremias lapidatur, Eſaias ſecatur, Za-
3. Reg. 19. 2. charias inter altare & ædē trucidatur, perennes cruoris ſui maculas ſilicibus adſignans.
Heb. 11. 37. Ipſe clauſula Legis & Prophetarum; nec prophetes, ſed angelus dictus, contumelioſa
2. Paral. 24. 21. cæde truncatur, in puellæ pſaltriæ lucar. Et vtique qui ſpiritu Dei agebantur, ab ipſo
Marc. 6. 17. 28. in martyria dirigebantur, vt & iam patiendo quæ & prædicaſſent. Proinde & trina fra-
ternitas, quum dedicatio imaginis regiæ vrbem vrgeret officio, non ignorauerunt
Dan. 3. 18. quid fides, quæ ſola in illis captiua non fuerat, exigeret; moriendum ſcilicet aduerſus
idololatriam. Meminerant enim & Hieremiæ ſcribentis ad eos, quibus illa captiuitas
Baruch. 6. 3. 4. 5. imminebat: *Et nunc videbitis Deos Babyloniorum aureos, & argenteos, & ligneos por-
tari ſuper humeros, oſtentantes nationibus timorem. Cauete igitur nè & vos conſimiles ſitis
Allophylis, & timore capiamini, dum aſpicitis turbas adorantes retro eos, & ante: ſed dicite
in animo veſtro, Te, Domine, adorare debemus*. Itaque dixerunt à Deo concepta fidu-
Dan. 3. 16. cia, quando vigore animi conditionales minas regis exeurunt: *Non habemus neceſ-
ſitatem reſpondendi huic tuo imperio. Eſt enim Deus noſter quem colimus, potens eruere nos
Dan. 3. 24. de fornace ignis, & ex manibus tuis; & tunc manifeſtum fiet tibi, quod neque idolo tuo fa-
mulabimur, nec imaginem tuam auream, quam ſtatuiſti, adorabimus*. O martyrium &
ſine paſſione perfectum! ſatis paſſi, ſatis exuſti ſunt, quos propterea Deus texit,
Dan. 6. 10. 11 nè poteſtatem eius mentiri viderentur. Nam & Danielem nullius præter Dei ſuppli-
cem, & idcirco à Chaldæis delatum ac depoſtulatum, ſtatim vtique concluſa & viſita-
ta feritas leonum deuoraſſet, ſi Darij digna præſumptio de Deo falli debuiſſet. Cæ-
terùm, pati oportebat omnem Dei prædicatorem atque cultorem, qui ad idololatriam
prouocatus, negaſſet obſequium, ſecundùm illius quoque rationis ſtatum, qua & præ-
ſentibus tunc, & poſteris deinceps commendari veritatem oportebat, pro qua fidem
diceret paſſio ipſorum defenſorum eius; quia nemo voluiſſet occidi; niſi compos veri-
tatis. Talia à primordio & præcepta, & exempla debitricem martyrij fidem oſtendunt.

CAPVT IX.

Chriſtus in nouo teſtamento præcipit, eſſe pro confeſſione eius ſubeunda martyria.

In p. ad m. V. Martyrium. 4. à m. V. Confeſſio. fidei. 1. in f. V. Pudor. 2.

SVPEREST, ne antiquitas ſuum quoque habuerit ſacramentum, nouitatem Chri-
ſtianam recenſere, quaſi & de Deo aliam, ac proinde diſciplina quoque æmulam,
a Prou. 9. 1. cuius [a] *ſophia filios ſuos ſingulare* non norit. Planè alia in Chriſto & diuinitas, & voluntas,
& ſchola, martyria aut nulla in totum, aut aliter intelligenda mandarit, qui neminem
ad huiuſmodi diſcrimen hortetur, qui pro eo paſſis nihil repromittat, quia pati eos
b Matt. 5. 10. nolit. Et ideo præceptorum principia deducens; [b] *Beati*, inquit, *qui perſecutionem pa-
tiuntur ob iuſtitiam, quoniam illorum eſt regnum cælorum*. Hoc quidem abſolutè ad om-
c Ibid. 11. nes, dehinc propriè ad Apoſtolos ipſos; [c] *Beati eritis cùm vos dedecorauerint, & per-*

ſecuti fuerint, & dixerint aduerſus vos omnia mala propter me: [d] *Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra plurima in cælo. Sic enim faciebant & Prophetis patres eorum;* vt etiam d Et Luc. 6. 22.
prophetaret, quòd & ipſi occidi haberent ad exemplum Prophetarum. Quamquam & ſi omnem hanc perſecutionem conditionalem in ſolos tunc Apoſtolos deſtinaſſet, vtique per illos cum toto ſacramento, cum propagine nominis, cum traduce Spiritus ſancti, in nos quoque ſpectaſſet etiam perſecutionis obeundæ diſciplina, vt in hæreditarios diſcipulos, & Apoſtolici ſeminis frutices. Nam & rurſus ad Apoſtolos dirigit,
[e] *Ecce ego mitto vos tanquam oues in medio luporum, & cauete ab hominibus: Tradent enim* e Matth. 10.
vos in conſeſſus, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos, & ad præſides & reges perducemini, 16.
mei cauſa, in teſtimonium illis, & nationibus, &c. Quum autem ſubijcit, [f] *Tradet au-* f Ibid. 21.
tem frater fratrem, & pater filium in mortem, & inſurgent filij in parentes, & mortificabunt eos; manifeſtè iniquitatem iſtam in cæteros pronuntiauit, quam in Apoſtolis non inuenimus. Nemo enim eorum aut fratrem, aut patrem paſſus eſt traditorem, quod plerique iam noſtri. Dehinc ad Apoſtolos reuocat, [g] *Et eritis odio omnibus pro-* g Ibid. 22.
pter nomen meum. Quantò magis nos, quos à parentibus quoque tradi oportet? Ita, ipſa hac permiſtione nunc ad Apoſtolos, nunc ad omnes diſponendo, eundem in vniuerſos nominis exitum effudit, in quibus conſederit nomen, cum odij ſui lege. [h] *Qui autem* h Ibid.
ſuſtinuerit vſque in finem, iste ſaluus fiet. Quid ſuſtinendo, niſi perſecutionem, niſi traditionem, niſi occiſionem? Nec enim aliud eſt ſuſtinere in finem, quàm pati finem.
Et ideo [i] *non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum.* Statim ſequitur, *Nec ſeruus ſuper Dominum* i Ibid. 24.
ſuum: quia cùm magiſter & Dominus ipſe perpeſſus ſit perſecutionem, & traditionem, & occiſionem; multò magìs ſerui & diſcipuli eandem expendere debebunt, nè quaſi ſuperiores, exempti de iniquitate videantur; quando hoc ipſum ſufficere eis ad gloriam debeat, æquari paſſionibus Domini & Magiſtri; ad quarum tolerantiam ædificans monet, [k] *non eos timendos, qui ſolum corpus occidant, animam autem interficere non* k Ibid. 28.
valeant; ſed illi potius metum conſecrandum, qui & corpus, & animam occidere, & perdere poſſit in gehenna. Quinam hi ſolius corporis interemptores, niſi præſides & reges ſupradicti? homines opinor. Quis etiam animæ dominator, niſi Deus ſolus? Quis iſte ignium comminator, niſi is, [l] *ſine cuius voluntate nec paſſerum alter in terram cadit;* l Matth. 10. 29.
id eſt, nec altera ex duabus ſubſtantiis hominis, caro, aut anima? Quia & capillorum apud eum regeſtus eſt numerus. [m] *Nolite ergo metuere,* quum ſuper dicit, [n] *Mul-* m Ibid. 30.
tis paſſeribus antiſtatis; non fruſtrà, id eſt, non ſine emolumento caſuros in terram re- n Ibid. 31.
promittit, ſi magìs ab hominibus, quàm à Deo occidi eligamus. [o] *Omnis igitur qui in* o Ibid. 32.
me confeſſus fuerit coram hominibus, & ego confitebor in illo coram Patre meo qui in cælis eſt. Et omnis qui negauerit me coram hominibus, & ego negabo illum coram Patre meo qui in cælis eſt. Manifeſta, vt opinor, definitio & ratio eſt, tam confeſſionis, quàm negationis, etſi diſpoſitio diuerſa eſt. Qui ſe Chriſtianum confitetur, Chriſti eſſe teſtatur. Qui Chriſti eſt, in Chriſto ſit neceſſe eſt. Si in Chriſto eſt, in Chriſto vtique confitetur, cùm ſe Chriſtianum confitetur. Hoc enim non poteſt eſſe, niſi ſit in Chriſto. Porro, in Chriſto confitendo, Chriſtum quoque confitetur qui ſit in Chriſto, dum & ipſe in illo eſt, vtpote Chriſtianus. Nam & ſi diem dixeris, lucis rem oſtendis, quæ diem præſtat, licet non dixeris lucem. Ita, & ſi non directò pronuntiauit; [p] *Qui me* p Matth. 10.
confeſſus fuerit; non eſt diuerſus actus quotidianæ confeſſionis, à ſenſu Dominicæ pro- 33.
nuntiationis. Quod enim eſt qui ſe confitetur, id eſt Chriſtianum; etiam id per quod eſt, confitetur; id eſt Chriſtum. Proinde qui ſe negauit Chriſtianum, in Chriſto negauit, negando ſe in Chriſto eſſe, dum negat ſe Chriſtianum. & Chriſtum autem in ſe negando, dum ſe in Chriſto negat, Chriſtum quoque negabit. Ita & qui in Chriſto negauerit, Chriſtum negabit. Et qui in Chriſto confeſſus fuerit, Chriſtum confitebitur. Suffeciſſet igitur, & ſi de confitendo tantummodò Dominus pronuntiaſſet. ex forma enim confeſſionis, contrario quoque eius præiudicaretur, id eſt negationi; perinde negationi negationem rependi à Domino, quemadmodum confeſſioni confeſſionem. Et ideo quum in forma confeſſionis, etiam negationis conditio intelligatur, apparet ad alium modum negationis pertinere, quòd de ea aliter Dominus pronuntiauit, quàm de con- Ibid.
feſſione, dicendo, *Qui me negauerit;* non, *Qui in me.* Proſpexerat enim, & hanc vim plerumque in expugnatione nominis ſubſecuturam; vt qui ſe Chriſtianum negaſſet, * Auſpice.
ipſum quoque Chriſtũ compelleretur blaſphemando negare. Sicut non olim pro * .... ſpice, cum tota fide quorundam colluctatum hoc modo, horruimus. Itaque fruſtra erit dicere, Etſi me negauero Chriſtianum, non negabor à Chriſto; non enim ipſum negaui. Ex illa enim negatione tantundem tenebitur, qua ſe Chriſtianum negando, Chriſtum in ſe negans, etiam ipſum negauit. Plus eſt autem, quod & confuſioni confuſio-

q Matth. 10. nem comminatur: q *Qui me confuſus fuerit coram hominibus, & ego confundar eum coram*
33. *Patre meo qui in cælis eſt.* Sciebat enim à confuſione vel maximè formari negationem;
Luc 12.9. Mentis ſtatum in fronte conſiſtere; priorem eſſe pudoris, quàm corporis plagam.

CAPVT X.

Stultè Valentinus, & in hoc Gnoſticus, & auerſator martyrij, in cælo dicebat confeſſionem nominis Chriſti faciendam, quam hic Chriſtus apud homines fieri præcepit.

In p. V. Confeſſio fidei. 2. circa. m. ad f. V. Confeſſio fidei. 3.

QVI verò non hìc, id eſt, non intra huncambitum terræ, nec per hunc commea-
rum vitæ, nec apud homines huius naturæ communis, confeſſionem putant con-
ſtitutam, quanta præſumptio eſt aduerſus omnem ordinem rerum in terris iſtis, & in
vita iſta, & ſub humanis poteſtatibus experiundarum? Nimirum quum animæ de cor-
poribus exceſſerint, & per ſingula tabulata cœlorum, de recepto diſpici cœperint, &
interrogari arcana illa hæreticorum ſacramenta, tunc confitendum apud veras pote-
ſtates, & veros homines, Theletos ſcilicet, & Abaſcantos, & Acinetos Valentini. No-
ſtrates enim, inquiunt, nec ipſe Demiurgus conſtanter homines probabat veros eſſe;
a *quos ſtillicidium ſitulæ, & puluerem areæ, & ſputamen, & locuſtas deputauit; etiam irrationa-*
a Eſa. 40.15. *libus iumentis adæquauit.* Planè ita ſcriptum. non tamen idcirco aliud hominis genus in-
17. telligendũ præter nos; quos quia conſtat eſſe, cõparatione potuit induere, ſalua & pro-
prietate generis, & ſingularitate. Neque enim ſi vita vitiata eſt, vt deſpectui iudicata,
deſpectis compararetur, ſtatim natura ſublata eſt, vt alia in nomine eius deputaretur.
Atquin ſeruatur natura, etſi ſuffunditur vita; nec alios nouit Chriſtus homines, quàm
de quibus dicit, b *Quem me aiunt eſſe homines?* &, *Quomodo vultis vt faciant vobis homines,*
b Matth 16. *& ita vos facite illis.* Vide an ſeruauerit genus, à quibus & teſtimonium ſui exſpectet, &
13 c Matt. 7.12. in quos iuſtitiæ vicem mandat. Illos autem cœleſtes homines ſi expoſtulem mihi oſten-
di, facilius Aratus, Perſea, & Cephea, & Erigonam, & Ariadnam inter ſidera deli-
niabit. Quis autem prohibuit Dominum, illic etiam confeſſionem hominum facien-
dam manifeſtè determinare, vbi ſuam futuram apertè pronuntiauit? Vt ita eſſet po-
ſitum, d *Qui in me confeſſus fuerit coram hominibus in cælis, & ego in illo confitebor coram*
d Matth. 10. *Patre meo qui in cælis eſt.* Eripere me debuit ex iſto terrenæ confeſſionis errore, quam
32. ſuſcipi nõluiſſet, ſi cœleſtem præcepiſſet; quia nullos alios homines noueram præter
Et Luc. 9. incolas terræ; nè ipſo quidem adhuc tunc in cœlis homine conſpecto. Quæ porro fides
26. rerum, vt poſt exceſſum ad ſuperna ſubleuatus, illic probarer, quo non niſi iam pro-
batus imponerer? illic de recepto examinarer, quò niſi admittendus peruenire non
poſſem? Chriſtiano cœlum antè patet, quàm via; quia nulla via in cœlum, niſi cui patet
cœlum; quod qui attigerit, intrabit. Quas mihi poteſtates ianitrices adfirmas iuxta
Romanam ſuperſtitionem, Ianum quendam, & Forculum, & Limentinum? quas à
e Pſal. 23.7. cancellis ordinas poteſtates? Si vnquam legiſti apud Dauid, e *Auferte portas principes*
f Amos. 9.6. *veſtri, & ſubleuentur portæ æternæ, & intrabit rex gloriæ.* Si item audiſti apud Amos, f *Qui*
aſcenſum ſuum ædificat in cælos, & profuſionem ſuam fundat in terras: Scito & aſcenſum
illum exinde complanatum veſtigijs Domini, & introitum exinde reſeratum viribus
Chriſti, nec vllam moram, aut quæſtionem in limine Chriſtianis occurſuram, qui non
dinoſci habeant illic, ſed agnoſci; nec interrogari, ſed admitti. Nam & ſi adhuc clau-
ſum putas cœlum, memento claues eius hìc Dominum Petro, & per eum, Eccleſiæ
reliquiſſe, quas hìc vnuſquiſque interrogatus atque confeſſus feret ſecum. Sed adie-
uerat diabolus illic confitendum, vt ſuadeat hìc negandum. Pulcra videlicet docu-
Matt. 16.19. menta præmittam, bonas mecum claues feram, g *timorem eorum, qui ſolum corpus occi-*
Matth. 18.18 *dunt, animæ autem nihil faciunt*: commendatus ero huius præcepti deſertione; honeſtè
g Matth. 10. in cœleſtibus ſtabo, qui in terrenis ſtare non potui; ſuſtinebo maiores poteſtates, qui
28. minoribus ceſſi; merebor denique admitti, iam excluſus. Suppetit adhuc dicere, ſi in
cœleſtibus confitendum, & hìc negandum eſt. nam vbi alterum, ibi vtrumque. æmula
enim quæque concurrunt. etiam perſecutionem in cœlis agitari oportebit, quæ con-
feſſionis negationis verè materia eſt. Quid itaque ceſſas, audaciſſime hæretice, totum
ordinem Chriſtianæ concuſſionis in ſuperna transferre, & in primis, ipſum nominis
odium illic collocare, vbi ad Patris dexteram præſidet Chriſtus? Illic conſtitues & ſy-
nagogas Iudæorum, fontes perſecutionum, apud quas Apoſtoli flagella perpeſſi ſunt,
Matt 10.17. & populos nationum cum ſuo quidem circo, vbi facile conclamant, Vſque quo genus
Act. 5.41. tertium? Sed & fratres noſtros, & patres, & filios, & ſocrus, & nurus, & domeſti-
Matth. 10. 17. & ſeq. cos noſtros ibidem exhibere debebis, per quos traditio diſpoſita eſt: item reges, &

præſides, & armatas poteſtates, apud quos cauſa purganda eſt. Erit certè etiam carcer
in cœlo, carens ſole, aut ingratis luminoſus, & vincula fortaſſe de zonis, & equuleus,
axis ipſe qui torquet. tum ſi lapidandus Chriſtianus, grandines aderunt; ſi vrendus,
fulmina præ manu ſunt; ſi trucidandus, Orionis armati manus operabitur; ſi beſtijs
finiendus, vrſas ſeptentrio emittet, zodiacus tauros, & leones. [h] *Hæc qui ſuſtinuerit in* [b] Matth. 10.
finem, iſte erit ſaluus. Ergonè & finis in cœlis, & paſſio, & occiſio, & prima confeſſio? 22.
Et vbi caro, omnibus iſtis neceſſaria? vbi corpus? [i] *quod ſolum ab hominibus habet occidi.* [i] Ibid. 28.
Hæc nobis etiam ludicrum in modum certa ratio mandauit, nec vllus obicem præſcri-
ptionis iſtius extrudet, vt non omnem ordinem perſecutionis; omnem eius cauſæ fir-
mam paraturam illuc transferre cogatur, vbi confeſſioni forum dederit. Siquidem
confeſſio à perſecutione deducitur, & perſecutio in confeſſione finitur. Nec poſſunt
non vna ſequi, quæ & aditum, & exitum, id eſt, initium finemque diſponunt. Porro
& odium nominis hîc erit, & perſecutio hic erumpit, & traditio hîc producit & inter-
rogatio hîc compellit, & carnificina hîc deſæuit, & totum hunc ordinem in terris con-
feſſio, vel negatio expungit. Igitur ſi cætera hîc: nec confeſſio alibi; ſi confeſſio alibi,
nec cætera hic. Enimverò non alibi cætera; itaque nec confeſſio in cœlo. Aut ſi aliam
volunt eſſe rationem interrogationis, & confeſſionis cœleſtis, vtique & ordinem ſuum
illi ſtruere debebunt alium longè, & ab iſta diſpoſitione diuerſum. quæ ſcripturis no-
tatur. & poſſimus dicere, Viderint, dum hic ordo terrenæ interrogationis, & confeſ-
ſionis, ex materia decurrens perſecutionis, & diſcordiæ publicæ in nomen, ſaluus ſit
ſuæ fidei; vt ita credendum ſit, ſicut & ſcribitur; ita intelligendum ſit, ſicuti auditur.
Hîc omnem ordinem ſuſtineo, ipſo Domino non aliam regionem mundi deſtinante.
Quid enim poſt confeſſionis, & negationis terminum ſubiungit? [k] *Ne putaueritis veniſſe* [k] Matth. 10.
me vt pacem mittam in terram, non veni, ſed vt machæram, certè in terram. Veni enim diui- 34. & ſeq.
dere hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & ſocrum aduerſus nurum
ſuam; & inimici hominis domeſtici ſui. Sic enim efficitur, vt [l] *tradat frater fratrem in mor-* [l] Ibid. 21. 22.
tem, & pater filium, & inſurgant filij in parentes, & mori eos faciant. & qui ſuſtinuerit in finem,
hic ſaluus erit. Adeò totus hic ordo dominicæ machæræ, non in cœlum miſſæ, ſed in
terram; illic conſtituit etiam confeſſionem, quæ in finem ſuſtinendo paſſura eſt mor-
tem.

CAPVT XI.

Probat Chriſtum alijs Euangelij locis approbaſſe martyria.

Per totum. V. Confeſsio fidei. 3.

EADEM igitur forma, cætera quoque ad martyrij ſtatum pertinere defendimus.
[a] *Qui pluris*, inquit, *fecerit etiam animam ſuam quam me, non eſt me dignus*; id [a] Matth. 10.
eſt, qui maluerit viuere me negando, quàm mori confitendo. [b] *Qui animam ſuam in-* 39.
uenerit, perdet illam: qui verò perdiderit mei cauſa, inueniet illam. Proinde enim inuenit Luc. 14. 26.
eam, qui negarit lucrifaciendo vitam; ſed perdet in gehennam, qui ſe putat negando [b] Matth. 10.
lucrifacere eam. Perdet autem ad præſens, qui confeſſus occiditur; ſed inuenturus 39.
eam in vitam æternam. Ipſi denique præſides quum hortantur negationi, Serua ani-
mam tuam, dicunt; & Noli animam tuam perdere. Quomodo loqueretur Chriſtus,
niſi quomodo tractaretur Chriſtianus? Sed quum [c] *prohibet meditari reſponſionem ad tri-*
bunal, famulos ſuos inſtituit, Spiritum ſanctum reſponſurum repromittit; & quum in [c] Matth. 10.
carcere fratrem vult aduerſari, confeſſoris imperat curam; & quum [d] *Deum vindictam* 19.
facturum electorum ſuorum adfirmat, paſſiones conſolatur illorum: etiam in parabola Matth. 25.
ſeminis, poſt ceſpitem arefacti, perſecutionum figurat ardorem. Hæc ſi non ita acci- 36.
piuntur, quemadmodum pronuntiantur, ſine dubio præter quàm ſonant, ſapiunt; &. [d] Luc. 18. 1.
aliud in vocibus erit, aliud in ſenſibus; vt allegoriæ, vt parabolæ, vt ænigmata. Quem- & ſeq.
cumque igitur conceperint ventum argumentationis Scorpij iſti, quocunque ſe acu- Matth. 13. 6.
mine impegerint, vna iam linea eſt; ad ipſas res prouocabuntur, an ſecundùm ſcripturas
tranſigantur. Siquidem tunc aliud ſignificabitur in ſcripturis, ſi non idipſum reperiatur
in rebus. Quod enim ſcriptum eſt, hoc euenire oportebit. Porro, tunc eueniet quod eſt
ſcriptum, ſi non aliud eueniet. Ecce autem & odio habemur ab omnibus hominibus,
nominis cauſa, quomodo & ſcriptum eſt; & tradimur etiam à proximis, quomodo & Matth. 10.
ſcriptum eſt; & perducimur ad poteſtates, & interrogamur, & torquemur, & confite- 22.
mur, & trucidamur, quomodo & ſcriptum eſt. Sic Dominus edixit. Si aliter edixit
hæc, cur non aliter eueniunt quàm edixit? id eſt, quemadmodum edixit? Atquin non

aliter eueniunt quàm edixit; ergo ſicut eueniunt, ita edixit, & ſicut edixit, ita eueniunt. Nam nec licuiſſet aliter euenire, quàm edixit; nec ipſe aliter edixiſſet, quàm euenire voluiſſet. Ita, non aliud ſignificabunt ſcripturæ, quàm in rebus recognoſcimus. Aut ſi nondum aguntur illa quæ prædicantur, quomodo hæc aguntur, quæ prædicata non ſunt? Non ſunt enim hæc prædicata quæ aguntur, ſi alia ſunt quæ prædicantur, & non hæc quæ aguntur. At nunc, quia ipſa ſunt in rebus, quæ in vocibus, aliter dicta creduntur; quid fieret ſi aliter facta inuenirentur? Sed hęc eſt peruerſitas fidei, probata non credere, non probata præſumere. Cui peruerſitati illud quoque opponam, vt ſi hæc quæ ſic aguntur quemadmodum ſcripta ſunt, non erunt ipſa quæ prædicantur, illa quæ non debeant ſic agi, quemadmodum ſcripta ſunt, nè & ipſa horum exemplo periclitentur, excludi. ſiquidem aliud in vocibus, aliud in rebus eſt; & relinquitur, nec prędicata videri, quum euenerint, ſi aliter prædicantur, quàm euenire habent. Et quomodo credentur quæ non erunt prædicata quia non ita erunt prędicata quomodo eueniunt? Ita hæretici quæ prædicantur, non vt probata ſunt credendo, ea quæ nec prædicata ſunt, credunt.

CAPVT XII.

Martyria approbantur ex Epiſtolis Petri, & Ioannis, eiuſdemque Apocalypſi.

In p V. Apoſtoli. 6. & V. Pauli virtutes. 11. àp. ad circa. f. V. martyrium. 6. circa. f. V. martyrium. 9. in f. in alphab. Errorum. V. fuga. 7. inf.

QVIS nunc medullas ſcripturarum magìs noſſet, quàm ipſa Christi ſchola? quos & ſibi diſcipulos Dominus adoptauit, omnia vtique edocendos; & nobis magi-
Matth. 17. 6. ſtros adornauit, omnia vtique docturos. Cui potius figuram vocis ſuæ declaraſſet,
quàm cui effigiem gloriæ ſuæ reuelauit, Petro, Iacobo, Ioanni, & poſtea Paulo? quem
2. Cor. 12. 4. paradiſi quoque compotem fecit antè martyrium? An & illi aliter quàm ſentiunt, ſcribunt, fallaciæ magiſtri, non veritatis? Petrus quidem ad Ponticos, [a] *Quanta enim,*
a 1. Pet. 2. 20 inquit, *gloria, ſi non vt delinquentes puniamini, ſuſtinetis. Hac enim gratia eſt, in hoc & vocati eſtis, quoniam & Christus paſſus eſt pro nobis, relinquens vobis exemplum ſemetipſum, vtì*
b 1. Pet. 4. 12 *adſequamini veſtigia ipſius.* Et rurſus, [b] *Dilecti, ne expaueſcatis vſtionem, quæ agitur in vobis in tentationem, quaſi nouum accidat vobis: Etenim ſecundùm quod communicatis paſſionibus Christi, gaudete, vtì & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Si dedecoramini in nomine Christi, beati eſtis, quoniam gloria, & Dei ſpiritus requieſcit in vobis, dum nè quis veſtrùm patiatur, vt homicida, aut fur, aut maleficus, aut alieni ſpeculator. Si autem vt Christianus, nè erubeſcat, glorificet autem Dominum in nomine iſto.* Ioannes verò, [c] *vt etiam pro*
c 1. Io. 3. 16. *fratribus noſtris animas ponamus,* hortatur, negans timorem eſſe in dilectione. [d] *Perfecta enim*
d 1. Io. 4. 18 *dilectio foras abijcit timorem: quoniam timor pœnam habet; & qui timet, non eſt perfectus in dilectione.* Quem timorem intelligi præſtat, niſi negationis auctorem? quam dilectionem perfectam adfirmat, niſi fugatricem timoris, & animatricem confeſſionis? quam
Matth. 10. 31. pœnam timore puniat, niſi quam negator relaturus eſt, cum corpore, & anima occidendus in gehenna? Quòd ſi pro fratribus, quantò magìs pro Domino moriendum docet? ſatìs de Apocalypſi quoque ſua inſtructus hæc ſuadere. Mandauerat etenim ſpiritus ad angelum Eccleſiæ Smyrnæorum, [e] *Ecce diabolus ex numero tuo conijciet in carce-*
e Apoc. 2. 10 *rem, vt tentemini diebus decem. eſto fidelis ad mortem vſque, & dabo tibi vitæ coronam.* Item
Ibid. 12. ad Pergamenorum, de Antipa fideliſſimo martyre interfecto in habitatione Satanæ.
Apoc. 3. 10. Item ad Philadelphenorum, quòd à tentatione vltima liberaretur, qui Domini no-
Apoc. 2. 7. 10. men non negarat. Exinde victori cuique promittit nunc arborem vitæ, & mortis veniam ſecundæ: nunc latens manna cum calculo candido, & nomine ignoto: nunc ferreæ virgæ poteſtatem, & ſtellæ matutinæ claritatem: nunc albam veſtiri, nec deleri
Apoc. 3. 5. 12 de libro vitæ, & columnam fieri in Dei templo, in nomine Dei & Domini, & Hieruſalem cœleſtis inſcripta: nunc reſidere cum Domino in throno eius, quod aliquando
Matth. 20. 23. Zebedæi filijs negabatur. Quinam iſti tam beati victores, niſi propriè martyres? Illorum etenim victoriæ, quorum & pugnæ; eorum verò pugnæ, quorum & ſanguis. Sed & interim ſub altari martyrum animæ placidum quieſcunt, & fiducia vltionis patien-
Apoc. 6. 9. tiam paſcunt, & indutę ſtolis, candidam claritatis vſurpant, donec & alij conſortium illarum gloriæ impleant. Nam & rurſus innumera multitudo albati, & palmis victoriæ
Apoc. 7. 14. inſignes reuelantur; ſcilicet de Antichriſto triumphantes, ſicut vnus ex presbyteris;
f Ibid. [f] *Hi ſunt, ait, qui veniunt ex illa preſſura magna, & lauerunt veſtimentum ſuum, & candidauerunt ipſum in ſanguine agni.* veſtitus enim animæ, caro. Sordes quidem baptiſmate
Eſa. 1. 18. abluuntur, maculæ verò martyrio candidantur. Quia & Eſaias ex ruſſeo, & coccino,

niueum & laneum repromittit. Magna etiam Babylon quum deſcribitur ebria ſancto- Apoc. 17. 6.
rum cruore, ſine dubio ebrietas eius, martyriorum poculis miniſtratur, quorum for- g Apoc. 21. 8
mido quid relatura ſit, æquè oſtenditur. Inter omnes enim reprobos; immò ante om- h 1 Io. 4. 18.
nes. g *Timidis autem*, inquit, dehinc cæteris, *particula in ſtagno ignis & ſulphuris.* Sic Act. 9. 1. 5. & ſeq.
h *timor* eius in epiſtola eius, *quem dilectio foras abjicit, habet pœnam.*

CAPVT XIII.

Martyria comprobantur ex beati Pauli Epiſtolis.

Per totum. V. Pauli conuerſio. 5.

PAVLVS verò Apoſtolus de perſecutore, qui primus Eccleſiæ ſanguinem fudit,
poſtea a *gladium ſtilo mutans, & conuertens machæram in aratrum;* b *lupus rapax Ben-* a Eſa. 2. 4.
jamin, dehinc ipſe adferens eſcam ſecundum Iacob, qualiter martyria, iam & ſibi optabi- b Gen. 49.
lia, commendat: quum Theſſalonicenſibus gaudens, c *Vtì*, inquit, *glorìemur in vobis,* 27.
in Eccleſiis Dei, pro tolerantia veſtra & fide, in omnibus perſecutionibus, & preſſuris, quibus c 2. Theſſ. 1.
ſuſtinetis oſtentamen iuſti iudicij Dei, vt digni habeamini regno eius, pro quo & patimini. 4.
Sicut & ad Romanos, d *Non ſolùm autem, verùm etiam exultantes in preſſuris; certi quòd* d Rom. 5. 3.
preſſura tolerantiam perficit, tolerantia verò probationem, probatio autem ſpem, ſpes verò non
confundit. Et rurſus, e *Quòd ſi filij, & hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes verò Chriſti:* e Rom 8. 17
ſiquidem compatimur, vtì & cum illo glorificemur. Reputo enim paſſiones huius temporis non
eſſe dignas ad gloriam, quæ in nobis reuelabitur. Et ideò poſtmodum, f *Quis*, inquit, *ſe-* f Ibid. 35.
parabit nos à dilectione Chriſti? preſſura, an anguſtia, an fames, an nuditas, an periculum, an g Pſal. 43. 22
machæra? ſecundùm quod ſcriptum eſt, g *Tui cauſa mortificamur tota die, deputati ſumus vt peco-*
ra iugulationis: ſed in omnibus iſtis ſuperuincimus pro eo qui nos dilexit. Perſuaſum enim ha-
bemus, quòd neque mors, neque vita, neque virtus, neque ſublimitas, neque profundum, neque
alia conditio poterit nos à dilectione Dei ſeparare, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Sed &
Corinthiis paſſiones ſuas enumerans, patiendum vtique præfiniuit: h *In laboribus abun-* h 2. Cor. 11.
dantius, in carceribus plurimum, in mortibus ſæpius; à Iudæis quinquies quadragenas citra 23.
vnam accepi; ter virgis cæſus, ſemel lapidatus, & reliqua. Quæ ſi magìs incommoda quàm
martyria videbuntur, tamen rurſus, i *Propter quod*, inquit, *bene duco in infirmitatibus, in* i 2. Cor. 12.
injurijs, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtijs pro Chriſto. Etiam in ſuperio- 10.
ribus, k *Qui in omnibus tribulemur, ſed non coangustemur; & indigeamus, ſed non perindi-* k 2. Cor. 4.
geamus; quoniam perſecutionibus agitemur, ſed non derelinquamur; qui dejiciamur, ſed non 8.
pereamus: ſemper mortificationem Chriſti Ieſu in corpore noſtro circumferentes. l *Sed etſi*, inquit, l Ibid. 16. &
exterior homo noſter vitiatur, caro ſcilicet, vi perſecutionum; *ſed interior renouatur die, &* ſeq.
die; anima ſcilicet, ſpe promiſſionum. *Nam quod ad præſens, temporale, & leue preſſuræ*
noſtræ, per ſupergreſſum, in ſupergreſſum, æternum pondus gloriæ perficit nobis, non intuentibus
quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur temporalia, de incommodis di-
cens; *quæ verò non videntur, æterna*, de præmiis ſpondens. Theſſalonicenſibus verò de
vinculis ſcribens, vtique beatos adfirmauit, m *quibus donatum eſſet, non tantùm credere* m Philipp. 1
in Chriſtum, ſed etiam pro ipſo pati. Eundem, inquit, *agonem habentes quem in me vidiſtis,* 29. 10.
& nunc audiſtis. n *Nam & ſi libor ſuper ſacrificium, gaudeo & congaudeo omnibus vobis, per-* n Ibid. 2. 17.
inde & vos gaudete & congaudete mihi. Vides quam martyrii definiat felicitatem, cui de
gaudio mutuo acquirit ſolemnitatem. vt proximus denique voti ſui factus eſt, qualiter
de proſpectu eius exultans Thimotheo ſcribit? o *Ego enim iam libor, & tempus disjunctio-* o 2. Tim. 4.
nis inſtat. agonem bonum decertaui, curſum conſummaui, fidem cuſtodiui; ſupereſt corona, quam 6.
mihi Dominus illa die reddet, ſcilicet paſſionis. Satis & ipſe ſuprà allocutus, p *Fidelis ſer-* p 2. Tim. 2.
mo. ſi enim commortui ſumus Chriſto, & conuiuemus; ſi ſufferimus, & conregnabimus; ſi nega- 11. 12.
uerimus, & ille nos negabit; ſi non credimus, ille fidelis eſt, negare ſe non poteſt. Ne ergo con-
funderis martyrio Domini noſtri, neque me vinctum eius; quia prædixerat, q *Non enim dedit* q 2. Tim. 1. 7
nobis Deus ſpiritum timoris, ſed virtutis, dilectionis, & ſanæ mentis. Virtute enim patimur
ex dilectione in Deum, & ſana mente, quum ob innocentiam patimur. Sed & ſicubi
tolerantiam præcipit, quibus magìs eam quàm paſſionibus proſpicit? ſicubi ab idolola-
tria diuellit, quid ei magìs quàm martyria præuellit.

CAPVT XIV.

Pauli verba Roman. 13. quibus monet, poteſtatibus ſubjici, nil Gnoſticis fauent: ſed de ſubiectione tantum intelligenda ſunt, quæ fidei non aduerſatur.

Per totum. V. Rex. 2.

a Rom.13.1. & ſeq. PLANE monet Romanos [a] *omnibus poteſtatibus ſubjici; quia non ſit poteſtas niſi à Deo, quia non ſine cauſa gladium geſtet, & quia miniſterium ſit Dei; ſed & vltrix*, inquit, *in iram ei qui malum fecerit*. Nam & præmiſerat, *Principes enim non ſunt timori bono operi, ſed malo. Vis autem non timere poteſtatem? fac bonum, & laudem ab ea referes. Dei ergo miniſtra eſt tibi in bonum. Si vero malum facias, time.* Ita, non in occaſione fruſtrandi martyrii iubet te ſubjici poteſtatibus, ſed in prouocatione benè viuendi, etiam ſub illarum reſpectu, quaſi adiutricum iuſtitiæ, quaſi miniſtrarum diuini iudicii, hîc etiam de nocentibus præiudicantis. Dehinc & exequitur quomodo velit te ſubjici poteſtatibus,
b Rom.13.7. reddere iubens, [b] *cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal*, id eſt, [c] *quæ ſunt*
c Matth.22.21. *Cæſaris, Cæſari; & quæ Dei Deo*; ſolius autem Dei homo. Condixerat, ſcilicet Petrus,
[d] *Regem quidem honorandum*; vt tamen tunc rex honoretur, quum ſuis rebus inſiſtit,
d 1.Petr.2.13. quum à diuinis honoribus longè eſt; quia & pater & mater diligentur; cum Deo non comparabuntur. Cæterùm, ſuper Deum diligi nec animam licebit.

CAPVT XV.

Martyriorum exempla in Stephano, Iacobo, Petro, & Paulo, à Nerone Romæ occiſis, tam Acta Apoſtolorum quam vera traditio profert, quos Prodicus & Valentinus, aliique Scorpij Gnoſtici auertiſſent à gloria martyrij ſi tum vixiſſent.

In p. ad circa. f. V. martyrium. 16. à p. V. Petri priuilegia 8. in f. V. martyrium. 2.

NVM ergo & Apoſtolorum litteræ mobiles? & nos vſquequaque ſimplices animæ, & ſolummodo columbæ, libenter errantes? credo viuendi cupiditate. Ita verò ſit, vt recedant à litteris ſuis ſenſus. Quæ tamen paſſus Apoſtolos ſcimus, manifeſta doctrina eſt, hanc intelligo ſolam Acta decurrens; nihil quæro; carceres illic, & vincula, & flagella, & ſaxa, & gladii, & impetus Iudæorum, & cœtus Nationum, & Tribunorum elogia, & Regum auditoria, & Proconſulum tribunalia, & Cæſaris nomen
Luc.14.26. interpretem non habent. Quòd Petrus cæditur, quòd Stephanus opprimitur, quòd
Act.4.1.2. Iacobus immolatur, quòd Paulus diſtrahitur, ipſorum ſanguine ſcripta ſunt. Et ſi fi-
Act.5.18.40. dem Commentarii voluerit hæreticus, inſtrumenta Imperii loquentur, vt lapides Ie-
Act.7.58. ruſalem. Vitas Cæſarum legimus; orientem fidem Romæ primus Nero cruentauit,
Act.12.2. Tunc Petrus ab altero cingitur, quum cruci adſtringitur, Tunc Paulus ciuitatis Ro-
Act.14.18. manæ conſequitur natiuitatem, quum illic martyrii renaſcitur generoſitate. Hæc vbi-
Ioan.21.18. cumque iam legero, pati diſco; nec mea intereſt quos ſequar martyrii magiſtros: ſen-
Act.25.10.11. ſuſnè, an exitus Apoſtolorum; niſi quòd & ſenſus in exitibus recognoſco. Nihil enim paſſi fuiſſent, quod non prius patiendum eſſe ſenſiſſent. Quum vincula Paulo Agabus
Act.21.11. geſtu quoque prophetaſſet, diſcipuli flentes, & orantes nè ſe Hieroſolyma committeret, fruſtra orauerunt. Ille enim quod ſemper docuerat, animatus; [a] *Quid fletis*, in-
a Act.21.13. quit, *& contriſtatis cor meum? At ego non modò vincula Hieroſolymis pati optauerim, verùm etiam mori pro nomine Domini mei Ieſu Chriſti*. [b] *Atque ita ceſſerunt, dicendo, Fiat volun-*
b Ibid.14. *tas Domini*; fidentes ſcilicet, paſſiones ad voluntatem Dei pertinere. Non enim dehortationis cōſilio, ſed dilectionis, retinere tentauerant, vt Apoſtolum deſiderantes, non vt martyrium diſſuadentes. Quòd ſi iam tunc Prodicus, aut Valentinus adſiſteret, ſuggerens, Non in terris eſſe confitendum apud homines; minus verò, nè Deus humanum ſanguinem ſitiat, nec Chriſtus vicem paſſionis, quaſi & ipſe de ea ſalutem conſecuturus expoſcat; ſtatim audiſſet à ſeruo Dei, quod audierat à Domino diabolus, [c] *Recede, Satana, ſcandalum mihi es*: [d] *Scriptum eſt, Dominum Deum tuum adorabis, & illi*
c Matth.4.10. *ſoli ſeruies*. Sed & nunc audire debebit, quatenus multò poſt, venena iſta ſuffudit,
d Matth.1.23. nulli infirmorum facilè niſi nocitura, ſi qui non hanc noſtram ex fide præbiberit, vel etiam ſuperbiberit potionem.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI
DE SPECTACVLIS.

In librum de Spectaculis,

ARGVMENTVM.

Tertullianus hunc librum ſcripſit, vt moneret Chriſtianos nè ignorantia, vel diſſimulatione

mulatione peccarent in ſpectandis ludis ſecularibus, [illegible] Romæ Anno 12. Seueri Imperatoris, quos & aliæ prouinciæ ad exemplar Romæ, & proinde Carthago imitari ſolebat. Meminit Author huius libri libro. 1. de cultu [illegible]um. libro autem de corona militis, non Latinè tantum, ſed & Græcè ſe de Spectaculis ſcripſiſſe teſtatur. Scriptum itaque vult Pamelius Anno Chriſti ducenteſimo quinto, Zephyrini ſexto, Seueri duodecimo. Mauult Baron. An. Chri. ducenteſimoſext[illegible], Zephyrini quarto, Seueri duodecimo.

CAPVT PRIMVM.

Duas profert gentilium rationes quibus probabant primo Spectacula non repugnare Chriſtianæ diſciplinæ, ſed oculis aliquod ſolatium tantum afferre. Secun[illegible] hæc in[illegible] Chriſtianum gladiatorum pugnis, ad huius vitæ contemptum. Quaſi vero prop[illegible] Deum mors [illegible] Chriſtianos.

In p. ad m. V. voluptas 3 in f. V. Voluptas. 2

QVI STATVS FIDEI, quæ ratio veritatis, quod præſcriptum diſciplinæ, [illegible]ter cætera ſecula[illegible]um [illegible]m etiam ſpectaculorum voluptates adi[illegible] Dei ſerui cognoſcite qui cum maxime ad Deum accedítis, [illegible] [illegible] eſte qui iam acceſſiſſe vos teſtificati & confeſſi eſtis, ne aut ignoran[illegible] [illegible], aut diſſimulando quis peccet. Tanta eſt enim voluptatum vis, vt ignoran[illegible] [illegible]retelet in occaſionem, & conſcientiam corrumpat [illegible] diſſimulationem. Ad vtrumque [illegible] forſan alicui opiniones ethnicorum blandiantur, qui in iſta cauſa aduerſus nos ita argumentari conſueuerunt. Nihil obſtrepere religioni in animo, & in conſ[illegible] tanta [illegible]latia extrinſecus oculorum, vel aurium, nec vero Deum offendi ob[illegible] hominis, qua ſaluo erga Deum metu & honore, ſuo in tempore, & ſuo in loco [illegible] non ſit. Atquin hoc cùm maximè paramus demonſtrare, quemadmodum [illegible] putant veræ religioni, & vero obſequio erga Deum verum. Sunt qui exiſtimant Chriſtianos, expeditum morti genus, ad hanc obſtinationem abdicatione voluptatum eru[illegible], quò facilius vitam contemnant, amputatis quaſi retinaculis eius, nec deſiderent, quam iam ſuperuacuam ſibi fecerunt, vt hoc, conſilio potius, & humano proſpectu, non diuino præſcripto definitum exiſtimetur. Pigebat ſcilicet etiam perſeuerantes in voluptatibus, propter Deum mori. Quamquam & ſi ita eſſet, tam apto conſilio, tantæ obſtinatio diſciplinæ debebat obſequium.

CAPVT II.

Non tantum pendendum eſt, omnia quibus conſtant ſpectacula, bona [illegible] a Deo bono condita; ſed penſandum maximè, & à diabolo in prauum vſum eſſe conuer[illegible] Al[illegible] nullæ malorum ſpecies [illegible] illicitæ, quæ pariter ex Dei operibus conſtant.

In p. ad vl[illegible]am. V. Spectacula. 2 [illegible] à p. adt. V. Creatura. & V. Voluptas. 4.

IAM verò nemo eſt, qui non hoc quo[illegible] prætendat, Om[illegible] Deo [illegible], & homini attributa, ſicut prædicamus, & vtique bona, vt omnia [illegible] oris [illegible]nter hæc deputari vniuerſa iſta, ex quibus ſpectacula inſtruuntur, Equum verbi [illegible], & leonem, & vires corporis, & vocis ſuauitates. Igitur neque alienum videri poſſe, neque inimicum Deo, quod de conditione conſtet ipſius neque culpæ deputandum, quod Dei non ſit inimicum, quia nec alienum. Plane & ipſæ [illegible] ſtructiones locorum, quod ſaxa, quòd cæmenta, quòd marmora quòd columnæ, De[illegible] ſint, quia ea ad inſtrumentum terræ dedit: ſed [illegible] ipſi actus ſub cœlo Dei tranſiguntur. Quàm ſapiens argumentatrix ſibi videtur ignorantia humana! præ[illegible]ertim cum aliquid eiuſmodi de gaudiis & fructibus ſæ[illegible] metuit amittere. Plures denique inuenias, quos magis periculum voluptatis, quàm vitæ, auocet ab hac ſecta. Nam mortem, etiam ſtultus, vt debitam non extimeſcit, voluptatem etiam ſapiens, vt tantam, non contemnit. cum alia non ſit & ſtulto, & ſapienti vitæ gratia niſi voluptas. Nemo negat, quia nemo ignorat quod vltro natura ſuggerit, Deum eſſe vniuerſitatis conditorem, eamque vniuerſitatem, tam bonam, quàm homini mancipatam. Sed* quia non penitus Deum norunt, niſi naturali iure, non etiam familiari, de longinquo non de proximo, neceſſe eſt ignorent, qualiter adminiſtrari iubeat, cum inſtituit ſimul quæ vis æmula ex aduerſo, adulterandis vſibus diuinæ conditionis: quia neque voluntatem, neque aduerſarium noueris eius, quem minus noueris. Non ergo hoc ſolum reſpiciendum eſt a quo omnia ſint inſtituta, ſed à quo conuerſa. Ita enim apparebit cui vſui ſint inſtituta, ſi appareat cui non. Multum

Gen. 1 18.

* Qui:

intereſt inter corruptelam, & integritatem, quia multum diſtant inſtitutorem, & interpolatorem. Cæterum omnes ſpecies malorum, quæ etiam ethnici vt induſtriæ & prohibent, & defendunt, ex operibus Dei conſtant. Vis homicidarum ferro, veneno, magicis deuinctionibus perficit. Tam ferrum Dei res eſt quam herbæ, quam angeli. Nunquid tamen in hominis necem auctor iſta prouidit? Atquin omnem homicidii ſpeciem vno & principali præcepto interimit: [a] *Non occides.* Proinde aurum, æs, argentum, ebur, lignum, & quæcunque fabricandis idolis materia captatur, quis in ſæculo poſuit, niſi ſæculi actor Deus? Nunquid tamen vt hæc aduerſus ipſum adorentur? Atquin ſumma offenſa penès illum idololatria. Quid non Dei eſt, quod Deum offendit? ſed cùm offendit, Dei eſſe deſiit, & cùm deſiit, offendit. Ipſe homo omnium flagitiorum auctor, non tantum opus Dei, verum etiam imago eſt, & tamen & corpore, & ſpiritu deſciuit à ſuo inſtitutore. Neque enim oculos ad concupiſcentiam ſumpſimus, & linguam ad maliloquium, & aures exceptaculum maliloquii, & gulam ad gulæ crimen, & ventrem ad gulæ ſocietatem, & genitalia ad exceſſus impudicitiæ, & manus ad vim, & greſſus ad vagam vitam: aut ſpiritus ideo inſitus corpori, vt inſidiarum, vt fraudium, vt iniquitatum cogitatorium fieret. non opinor. Nam ſi omnem malignitatem, & ſi tantùm malitiam excogitatam, Deus exactor innocentiæ odit, indubitatè quæcunque condidit, non in exitum operum conſtat condidiſſe, quæ damnat, licet eadem opera, per ea quæ condidit adminiſtrentur, quando hæc ſit tota ratio damnationis, peruerſa adminiſtratio conditionis. Nos igitur qui Deo cognito, etiam æmulum eius inſpeximus; qui inſtitutore comperto, etiam interpolatore vnà deprehendimus, nec mirari, neque dubitare oportet; cùm ipſum hominem, opus & imaginem Dei, totius vniuerſitatis poſſeſſorem, illa vis interpolatoris & æmulatoris angeli, ab initio de integritate dejecerit, vniuerſam ſubſtantiam eius pariter cum ipſo integritati inſtitutam, pariter cum ipſo in peruerſitatem demutauit aduerſus inſtitutorem: vt quam doluerat homini conceſſam, non ſibi, in ea ipſa & hominem reum Deo faceret, & ſuam dominationem collocaret.

CAPVT III.

Reſpondet Chriſtianis objicientibus nihil in ſcripturis nominatim prohibitum de ſpectaculorum inſpectu, imò verò & primo pſalterij verſu pronunciatum, beatus qui non abiit in concilio impiorum. *quo ſpectaculorum conuentus prohibetur.*

Per totum. V. Spectacula. 16.

HAc conſcientia inſtructa aduerſus opinionem ethnicorum, conuertamur magìs ad noſtrorum retractatus. Quorũ lam enim fides aut ſimplicior, aut ſcrupuloſior ad hanc abdicationem ſpectaculorum, de ſcripturis auctoritatem expoſcit, & ſe in incertum conſtituit, quod non ſignificanter, neque nominatim denuntietur ſeruis Dei abſtinentia eiuſmodi. Planè nuſquam inuenimus quemadmodum apertè poſitum eſt,
a Exo. 20. 13 [a] *Non occides. Non idolum coles, non adulterium, non fraudem admittes.* ita exertè definitum, Non ibis in circum, non in theatrum, agonem, munus non exſpectabis. Sed inuenimus
b Pſal. 1. 1. ad hanc quoque ſpeciem pertinere illam primam vocem Dauid, [b] *Felix vir,* inquit, *qui non abijt in concilium impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, nec in cathedra peſtium ſedit.* Nam etſi iuſtum illum videtur prædicaſſe, quod in concilio, & in ſeſſu Iudæorum de necando Domino conſultantium non communicauit, latè tamen ſemper ſcriptura diuina diuiditur, vbicunque ſecundùm præſentis rei ſenſum etiam diſciplina munitur, vt hîc quoque non ſit aliena vox à ſpectaculorum interdictione. Si enim paucos tunc Iudæos impiorum concilium vocauit, quantò magis tantum conuentum ethnici populi? minus impij ethnici, minus peccatores, minus hoſtes Chriſti, quàm tunc Iudæi? Quid quod & cætera congruunt? Nam apud ſpectacula, & in via ſtatur. Vias enim vocant & cardines balteorum per ambitum, & diſcrimina popularium per procliuum. Cathedra
c Pſal. 1. 1. quoque nominatur, ipſe in anfractu ad conſeſſum ſitus. Itaque contrario [c] *infelix qui in quodcunque concilium impiorum abierit, & in quacunque via peccatorum ſteterit, & in quacunque cathedra peſtium ſederit.* Generaliter dictum intelligamus, cùm quid etiam ſpecialiter quædam pronunciata, generaliter ſapiunt. Cùm Deus Iſraelitas admonet diſcipli-
Exo. 12. 12. næ, vel obiurgat, vtique ad omnes habet: cum Ægypto, & Æthiopiæ exitium com-
Eſa. 19. 1. & ſeq. minatur, in omnem gentem peccatricem præjudicat. Sic omnis gens peccatrix, Ægy-
d Pſal. 1. 1. ptus, & Æthiopia, à ſpecie ad genus. quemadmodum etiam de origine ſpectaculorum, omne ſpectaculum [d] *concilium vocat impiorum,* à genere ad ſpeciem.

CAPVT IIII.

Conuincit Chriſtianis omnino prohibita Spectacula, cùm in baptiſmo & profeſſione fidei diabolo & Angelis eius, & pompis renuntiarunt: & cùm ex idololatria conſtet omnis Spectaculorum apparatus.

Per totum. V. Spectacula 17.

NE quis argumentari nos putet, ad principalem auctoritatem conuertar ipſius ſignaculi noſtri. Cum aquam ingreſſi Chriſtianam fidem in legis ſuæ verba profitemur, renuntiaſſe nos diabolo, & pompæ, & angelis eius ore noſtro conteſtamur. Quid erit ſummum atque præcipuum, in quo diabolus, & pompæ, & angeli eius cenſeantur, quàm idololatria? ex qua omnis immundus & nequam ſpiritus, vt ita dixerim, quia nec diutius de hoc. Igitur ſi ex idololatria vniuerſam ſpectaculorum paraturam conſtare conſtiterit, indubitatè præiudicatum erit, etiam ad ſpectacula pertinere renuntiationis noſtræ teſtimonium in lauacro, quæ diabolo, & pompæ, & angelis eius ſint mancipata, ſcilicet per idololatriam. Commemorabimus origines ſingulorum, quibus in cunabulis in ſæculo adoleuerint: exinde titulos quorundam, de quibus nominibus nuncupentur: exinde apparatus, ſuperſtitionibus inſtruantur: tum loca, quibus præſidibus dicentur: artes, quibus auctoribus deputentur. Si quid ex his non ad idolum pertinuerit, id neque ad idololatriam, neque ad noſtram ejerationem pertinebit.

CAPVT V.

Origo ludorum, in honorem deorum, & inter ritus ſuperſtitionum inſtituta eſt, & inter feſta & templa deorum reputantur.

Per totum. V. Spectacula. 17. à p.

DE originibus quidem, vt ſecretioribus & ignotis penes plures noſtrorum, altiùs, nec aliunde inueſtigandum fuit, quàm de inſtrumentis ethnicalium literarum. Extant auctores multi, qui ſuper iſta re commentarios ediderunt. Ab his ludorum origo ſic traditur. Lydos ex Aſia tranſuenas in Hetruria conſediſſe Timæus refert, duce Tyrrheno, qui fratri ſuo ceſſerat regni contentione. Igitur in Hetruria inter cæteros ritus ſuperſtitionum ſuarum, ſpectacula quoque religionis nomine inſtituunt. Inde Romani accerſitos artifices mutuantur, tempus, enunciationem, vt ludi à Lydis vocarentur. Sed & ſi Varro ludos à ludo, id eſt à luſu interpretatur, ſicut & Lupercos ludos appellabant, quod ludendo diſcurrant: tamen eum luſum iuuenum & diebus feſtis, & templis, & religionibus reputat. Nihil iam de cauſa vocabuli, dum rei cauſa idololatria ſit. Nam & cùm promiſcuè ludi liberalia vocarentur, honorem Liberi patris manifeſtè ſonabant. Libero enim à ruſticis primo fiebant, ob beneficium quod ei adſcribunt, demonſtrata gratia vini. Exinde ludi Conſualia dicti, qui initio Neptunum honorabant. Eundem enim & Conſum vocant. Dehinc Equiria quis Marti Romulus dixit: quamquàm & Conſualia Romulo defendunt, quòd ea Conſo dicauerit deo, vt volunt, conſilij: eius ſcilicet, quo tunc Sabinarum virginum rapinam militibus ſuis in matrimonia excogitauit. Probum planè conſilium, & nunc quoque inter ipſos Romanos iuſtum & licitum, & ne dixerim penes Deum. Facit enim & hoc ad originis maculam, ne bonum exiſtimes, quod initium à Malo accepit, ab impudentia, à violentia, ab odio, à fratricida inſtitutore, à filio Martis: & nunc ara Conſo illi in Circo defoſſa eſt ad primas metas ſub terra, cum inſcriptione huiuſmodi, CONSVS CONSILIO, MARS DVELLO, LARES COILLO POTENTES. Sacrificant apud eam nonis Iulijs ſacerdotes publici, XII. Kalend. Septembres flamen Quirinalis, & virgines. Dehinc idem Romulus Ioui Feretrio ludos inſtituit in Tarpeio, quos Tarpeios dictos, & Capitolinos Piſo tradit. Poſt hunc Numa Pompilius Marti, & Robigini. Nam & Robiginem deam finxerunt. Dehinc Tullus Hoſtilius. Dehinc Ancus Martius, & cæteri. Qui, quotque, per ordinem, & quibus idolis ludos inſtituerunt poſitum eſt apud Suetonium Tranquillum, vel à quibus Tranquillus accepit. Sed hæc ſatis erunt ad originis de idololatria reatum.

CAPVT VI.

Ludi tam ſacri, quàm funebres, idolis & eorum cultui deputati ſunt, vt patet ex ipſorum titulis, quibus conſtat cui ſint dicati.

Per totum. V. Spectacula. 17. circa f.

ACCEDIT ad teſtimonium antiquitatis ſubſecuta poſteritas, formam originis de titulis huius quoque temporis præferens, per quos ſignatum eſt cui idolo, & cui ſuperſtitioni vtriuſque generis ludi notarentur, Megalenſes enim, Apollinares, item Cereales, & Neptunales, & Latiares, & Florales in commune celebrantur: reliqui ludorum, de natalibus & ſollemnibus regum, & publicis proſperitatibus, & municipalibus feſtis ſuperſtitionis cauſas habent. inter quos etiam priuatorum memoriis legatariæ editiones parentent: id quoque ſecundùm inſtitutionis antiquitatem. Nam & à primordio biſariam ludi cenſebantur, ſacri, & funebres; id eſt diis Nationum, & mortuis. Sed de idololatria nihil differt apud nos, ſub quo nomine, & titulo, dum ad eoſdem ſpiritus perueniat, quibus renuntiamus, licet mortuis. licebit diis ſuis faciant, proinde mortuis faciunt. vna conditio partis vtriuſque eſt, vna idololatria, vna renuntiatio noſtra aduerſus idololatriam.

CAPVT VII.

Spectacula, maximè Circenſia, idololatriam ſapiunt, in quibus præcedit pompa, ſimulacrorum ſeries, agmen imaginum; in quibus præcedunt, intercedunt, ſuccedunt ſacra, & ſacrificia, & ad ea pertinentia.

In p. V. Spectacula. 17. in f. à p. ad f V Spectacula. 3. in f. V. peccati mortalis grauitas. 3.

COMMVNIS origo ludorum vtriuſque generis, communes & tituli, vt de communibus cauſis, perinde apparatus communes habeant, neceſſe eſt de reatu generali idololatriæ conditricis ſuæ. Sed Circenſium paulò pompatior ſuggeſtus, quibus propriè hoc nomen, pompa præcedens, quorum ſit, in ſemetipſa probat de ſimulacrorum ſerie, de imaginum agmine, de curribus, de thenſis, de armamaxis, de ſedibus, de coronis, de exuuiis. quanta prætereà ſacra, quanta ſacrificia præcedant, intercedant, ſuccedant; quot collegia, quot ſacerdotia, quot officia moueantur, ſciunt homines illius vrbis in qua dæmoniorum conuentus conſedit. Ea ſi minore cura per prouincias, pro minoribus viribus adminiſtrantur, tamen omnes vbique Circenſes illuc deputandi, vnde & petuntur; inde inquinantur, vnde ſumuntur. Nam & riuulus tenuis ex ſuo fonte, ſurculus modicus ex ſua fronde, qualitatem originis continet. Viderit ambitio, ſiue frugalitas eius. Deum offendit qualiſcunque pompa Circi. & ſi pauca ſimulacra circumferat, in vno idololatria eſt; & ſi vnam thenſam trahat, Iouis tamen plauſtrum eſt: quæuis idololatria ſordidè inſtructa vel modicè locuples & ſplendida eſt cenſu criminis ſui.

CAPVT VIII.

Circus ipſe Soli ſpecialiter dedicatus eſt, & quot ſunt ornamenta eius, tot debent templa reputari. Et licet loca ſpectaculi non polluant, & extra ſpectaculi tempus adiri poſſint, ea tamen quæ ibi fiunt ſpectari licitè non poſſunt.

In p. ad m. V. Spectacula. 4. à m. ad f V. Spectacula. 13. 1

ET vt de locis ſecundùm propoſitum exequar; Circus Soli principaliter conſecratur: cuius ædes medio ſpatio, & effigies de faſtigio ædis emicat, quod non putauerunt ſub tecto conſecrandum, quem in operto habent. Qui ſpectaculum primum à Circa habent, Soli patri ſuo editum adfirmant: ab ea & Circi appellationem argumentantur. Planè venefica eis vtique negotium geſſit hoc nomine, quorum ſacerdos erat, dæmoniis, & angelis ſcilicet. Quot igitur in habitu loci ipſius idololatrias recognoſcis? ſingula ornamenta Circi, ſingula templa ſunt. Oua honori Caſtorum adſcribunt, qui illos ouo editos credendo, de cycno Ioue non erubeſcunt. Delphinos Neptuno vomunt columnæ: Seſſias à ſementationibus, Meſſias à meſſibus, Tutelinas à tutela fructuum, ſuſtinent. antè has tres aræ trinis diis parent, magnis, potentibus, valentibus. Eoſdem Samothracas exiſtimant. Obeliſci enormitas, vt Hermateles adfirmat, Soli proſtituta: ſcriptura eius, vnde eius & cenſus, de Ægypto ſuperſtitio eſt. Frigebat dæmonum concilium ſine ſua Matre magna; ea itaque illic præſidet euripo. Conſus, vt diximus, apud metas ſub terra delitescit Murcias. has quoque idolum fecit. Murciam enim deam marcoris volunt, cui in illa parte ædem vouêre. Animaduerte Chriſtiane, quot nomina immunda poſſederint Circum. Aliena eſt tibi religio, quam tot diaboli ſpiritus occupauerunt. De locis quidem locus eſt retractandi, ad præueniendam quorundam interrogationem Quid enim, inquis, ſi alio in tempore Circum adiero, periclitabor de inquinamento? Nulla eſt præſcriptio de locis. nam non ſola iſta conciliabula ſpectaculorum, ſed etiam tépla ipſa ſine periculo diſciplinæ adire ſeruus Dei poteſt, vrgente

cauſa ſimplici dũtaxat, quæ non pertineat ad proprium eius loci negotium, vel officium. Cæterùm & plateæ, & forum, & balneæ, & ſtabula, & ipſæ domus noſtræ ſine idolis omnino non ſunt. totum ſæculum Saranas, & angeli eius repleuerunt. non tamen, quòd in ſæculo ſumus, à Deo excidimus, ſed ſi quid de ſæculi criminibus attigerimus. Proinde ſi Capitolium, ſi Serapeum ſacrificator vel adorator intrauero, à Deo excidam, quemadmodum circum vel theatrum ſpectator. Loca nos non contaminant per ſe, ſed quæ in locis fiunt, à quibus & ipſa loca contaminari altercati ſumus: de contaminatis contaminamur. Propterea autem commemoramus quibus eiuſmodi loca dicentur, vt eorum demonſtremus eſſe quæ in his locis fiunt, quibus ipſa loca dicantur.

CAPVT IX.

Cùm Circenſes ludi, dijs, vel elementis deputentur, & elementorum cultus pariter & deorum ſit vetitus, ipſi quoque ſunt interdicti.

Per totum. V. Spectacula. 5.

NVNC de artificio quo Circenſes exhibentur. Res equeſtris retro ſimplex * agebatur, & vtique communis vſus reus non erat. Sed cùm ad ludos coactus eſt, tranſiit à Dei munere ad dæmoniorum officia. Iraque Caſtori & Polluci deputatur hæc ſpecies, quibus equos à Mercurio diſtributos Steſichorus docet. Sed & Neptunus equeſtris eſt, quem Græci Hippion appellant. Quadrigas Soli, bigas Lunæ ſanxerunt. Sed & *primus Erichthonius currus, & quatuor auſus iungere equos, rapidiſque rotis inſiſtere victor.* Erichthonius Mineruæ & Vulcani filius, & quidem de caduca in terram libidine, portentum eſt dæmonicum, imò diabolus ipſe, non coluber. Si verò Trochilus Argiuus auctor eſt currus, patriæ Iunoni id opus ſuum dedicauit. Si Romæ Romulus quadrigam primus oſtendit, puto & ipſe inter idola conſcriptus eſt, ſi idem eſt Quirinus. Talibus auctoribus quadrigæ productæ, meritò & aurigas coloribus idololatriæ veſtierunt. Nam equi initio duo ſoli fuerunt, albus & ruſſeus. Albus hiemi, ob niues candidas: ruſſeus æſtati, ob Solis ruborem, voti erant. Sed poſtea tam voluptate, quàm ſuperſtitione prouecta, ruſſeum alij Marti, alij album Zephyris conſecrauerunt: praſinum verò Terræ matri, vel verno: venetum Cœlo & Mari, vel autumno. Cùm autem omnis ſpecies idololatriæ damnata ſit à Deo, vtique etiam illa damnatur, quæ elementis mundialibus profanatur. * De dorſo.

CAPVT X.

Quæ ſpectant Scenam, vt theatra, dijs etiam ſacra ſunt; Fanum quippe Veneris à Pompeio ſuperpoſitum eſt theatro, quod Veneris templum nuncupauit. Bacchi quoque theatrum domus eſt. A templis & aris, itur ad theatrum. Scenæ autem quæ voce, modulis & organis actitantur, Apollines, Muſas, Mineruas, Mercurios, habent patronos.

In p. ad vltram. V. Spectacula. 6. à p. V. Luxuria. 20. inf. V. Spectacula. 24.

TRANSEAMVS ad ſcenicas res, quarum & originem communem, & titulos pares, ſecundùm ipſam ab initio ludorum appellationem, & adminiſtrationem coniunctam cum re equeſtri iam oſtendimus. Apparatus etiam ex ea parte conſortes, quà ad ſcenam. namà templis & aris, & illa infelicitate turis, & ſanguinis, inter tibias & tubas itur, duobus inquinatiſſimis arbitris, funerum, & ſacrorum, deſignatore & haruſpice. Ita cùm de originibus ludorum ad Circenſes tranſimus, inde nunc ad ſcenicos ludos dirigimus, à loci initio. Theatrum propriè ſacrarium Veneris eſt. Hoc denique modo id genus operis in ſæculo euaſit. Nam ſæpè Cenſores naſcentia cummaximè theatra deſtruebant, moribus conſulentes, quorum ſcilicet periculum ingens de laſciuia prouidebant, vt iam hinc ethnicis in teſtimonium cedat ſententia ipſorum nobiſcum faciens, & nobis in exaggerationem diſciplinæ, etiam humanæ prærogatiua. Itaque Pompeius Magnus, ſolo theatro ſuo minor, cùm illam arcem omnium turpitudinum extruxiſſet, veritus quandoque memoriæ ſuæ Cenſoriam animaduerſionem, Veneris ædem ſuperpoſuit, & ad dedicationem edicto populum vocans, non theatrum, ſed Veneris templum nuncupauit, Cui ſubiecimus, inquit, gradus ſpectaculorum. ita damnatum & damnandum opus templi titulo prætexit, & diſciplinam ſuperſtitione deluſit. ſed Veneri, & Libero conuenit, duo iſta dæmonia conſpirata & coniurata inter ſe ſunt, ebrietatis & libidinis. Itaque theatrum Veneris, Liberi quoque domus eſt. Nam & alios ludos ſcenicos Liberalia propriè vocabant, præter quàm Libero deuotos, quod ſunt Dionyſia penès Græcos, etiam à Libero inſtitutos. Et eſt

planè in artibus quoque ſcenicis, Liberi, & Veneris patrociniũ. Quæ priuata & propria ſũt ſcenæ, de geſtu & flexu corporis, mollitiæ Veneris, & Liberi immolant; illi per ſexũ illi per luxũ, diſſolutis. quæ vero voce & modis, & organis, & lyris tranſiguntur, Apollines, & Muſas, & Mineruas, & Mercurios mancipes habenr. Oderis Chriſtiane, quorum auctores non potes non odiſſe. Iam nunc vulumus ſuggerere de artibus, & de his quorum auctores in nominibus execramur. Scimus nihil eſſe nomina mortuorum, ſicut & ipſa ſimulacra eorum. Sed non ignoramus, qui ſub iſtis nominibus inſtitutis ſimulacris operentur, & gaudeant, & diuinitatem mentiantur nequam ſpiritus, ſcilicet dæmones. Videmus igitur etiam artes eorum honoribus dicatas eſſe, qui nomina incolunt auctorum, nec ab idololarria vacare, quarum inſtitutores etiam proprerea dij habentur. Imò quod ad arres pertinet, altiùs præſcripſiſſe debemus, dæmonas ab initio proſpicientes ſibi inter cætera idololatriæ, etiam ſpectaculorum inquinamenta, quibus hominem à Deo auocarent, & ſuo honori obligarent, eiuſmodi quoque artium ingenia inſpiraſſe. neque enim ab alijs procuratum fuiſſet, quod ad illos peruenturum eſſet. nec per alios tunc homines edidiſſent, quàm per ipſos in quorum nominibus, & imaginibus, & hiſtorijs fallaciam, conſecrationis ſibi negotium acturi conſtituerant.

CAPVT XI.

Agones ſeu ſacri, ſeu funebres ſint, aut dijs, aut mortuis fiunt, & omnis eorum apparatus Idololatria polluitur. Stadium quoque circum æmulatur; & artes Gymnicæ Caſtori, Herculi, Mercurio deputantur.

Per totum. V. Spectacula. 1.

VT ordo peragatur, ineamus etiam agonum retractatum. Origo iſtis de ludorum propinquitate eſt. Inde & ipſi ſacri, vel funebres inſtituti, aut dijs nationum, aut mortuis fiunt. Proinde tituli, Olympia Ioui, quæ ſunt Romæ Capitolina; * item Herculi Nemea, Neptuno Iſthmia; cæteri mortuarij agones. Quid ergo mirum, ſi apparatus agonum idololatria conſputcat, de coronis profanis, de ſacerdotalibus præſidibus, de collegiarijs miniſtris, de ipſo poſtremo boum ſanguine. Vt de loco ſuppleam, ac de loco communi, pro collegio artium Muſicarum, & Minerualium, & Apollinarium, etiam Martialium, per duellum, per tubam, ſtadio circum æmulantur, quod vtique templum eſt, & ipſum eius idoli cuius ſolennitates agit. Sed & gymnicas artes Caſtorum, & Herculum, & Mercuriorum diſciplinæ prodiderunt.

* Apollini Pythia.

CAPVT XII.

Munus in honorem mortuorum inſtitutum, quos humano ſanguine primùm placari creditum eſt, dehinc placuit hanc crudelitatem voluptate Spectaculi velare, gladiatores in theatrum inducendo. Cuius Spectaculi feritas eò proceſſit, vt & feris homines exponerent Gentiles, in quorum idolis dæmonia latebant, Amphitheatra porro crudelioribus erant ſacra dæmonibus.

Per totum. V. Spectacula. 1.

SVPEREST illius inſigniſſimis ſpectaculi acceptiſſimi recognitio. Munus dictum eſt ab officio: quoniam officium etiam muneris nomen eſt. Officium autem mortuis hoc ſpectaculo facere ſe veteres arbitrabantur, poſteaquàm illud humaniore atrocitate temperauerunt. Nam olim quoniam animas defunctorum humano ſanguine propitiari creditum erat, captiuos, vel mali ſtatus ſeruos mercati, in exequijs immolabant. Poſtea placuit impietatem voluptate adumbrare. Itaque quos parauerant, armis quibus tunc & qualiter poterant eruditos, tantùm vt occidi diſcerent; mox edicto die Inferiarum apud tumulos erogabant: Ita mortem homicidijs conſolabantur. Hæc muneri origo, ſed paulatim prouecti ad tantam gratiam, ad quantam & crudelitatem, quia ferarum voluptati ſatis non fiebat, niſi & feris humana corpora diſſiparentur. Quod ergo mortuis litabatur, vtique parentationi deputabatur. Quæ ſpecies proinde idololatria eſt, quoniam & idololatria parentationis eſt ſpecies. Tam hæc, quàm illa mortuis miniſtrat. In mortuorum autem idolis dæmonia conſiſtunt, vt & titulos conſideremus: licet tranſierit hoc genus editionis ab honoribus mortuorum, ad honores viuentium, quæſturas dico, & magiſtratus, & flaminia, & ſacerdotia: cùm tamen nominis dignitas idololatriæ crimine teneatur, neceſſe eſt quidquid dignitatis nomine adminiſtratur, communicet etiam maculas eius, à qua habet cauſas. Idem de apparatibus interpretabimur in ipſorum honorum ſuggeſtu deputandis, quòd purpuræ, quod faſciæ, quòd vittæ, quòd coronæ, quòd denique conciones, & edicta, & pultes pri-

dianæ, ſine pompa diaboli ſine inſtructione dæmonum non ſunt. Quid ego de horrendo loco perorem, quem nec periuria ſuſtinent? Pluribus enim & aſperioribus nominibus amphitheatrum conſecratur, quàm capitolium. Omnium dæmonum templum eſt. Tot illic immundi ſpiritus conſidunt, quot homines capit. Vt & de artibus concludam, Martem, & Dianam vtriuſque ludi præſides nouimus.

CAPVT XIII.

Idolum quidem nihil eſt, ſed quæ idolis exhibentur, ſeu ſacrificia, ſeu ſpectacula, in honorem dæmonum ſiunt, in quibus habitant. Siue autem dijs, ſiue mortuis honor ille deferatur, idololatriæ pariter reos facit.

Per totum. V. Spectacula. 1.

SATIS, opinor, impleuimus ordinem, quot & quibus modis ſpectacula idololatriam committant, de originibus, de titulis, de apparatibus, de locis. De ſacrificijs quidem, certi ſumus nulla ex parte competere nobis ea, qui bis idolis renuntiauimus. [a] *non quod idolum ſit aliquid*, vt Apoſtolus ait, *ſed quod quæ faciunt, dæmonijs faciunt*, conſiſtentibus ſcilicet in conſecrationibus idolorum, ſiue mortuorum, ſiue (vt putant) deorum. Propterea itaque, quoniam vtraque ſpecies idolorum conditionis vnius eſt, dum mortui & dij vnum ſunt, vtraque idololatria abſtinemus, nec minus templa, quàm monumenta deſpuimus, neutram aram nouimus, neutram effigiem adoramus, non ſacrificamus, non parentamus, ſed neque de ſacrificato, & parentato edimus, quia [b] *non poſſumus cœnam Dei edere, & cœnam dæmoniorum*. Si ergo gulam & ventrem ab inquinamentis liberamus, quanto magis auguſtiora noſtra, oculos, & aures ab idolothytis, & necrothytis voluptatibus abſtinemus, quæ non inteſtinis tranſiguntur, ſed in ipſo ſpiritu & anima digeruntur, quorum munditia magis ad Deum pertinet, quàm inteſtinorum. a1. Cor. 8. 4 b Ibid.

CAPVT XIV.

Spectacula non tantùm propter idololatriam, ſed & propter ſæculi concupiſcentiam, ſunt prohibita.

Per totum. V. Spectacula. 21. in p.

NVNC interpoſito * nomine idololatriæ, quod ſolum ſubjectum ſufficere debet ad abdicationem ſpectaculorũ, alia iam ratione tractemus ex abundanti: propter eos maximè qui ſibi blandiuntur, quòd non nominatim abſtinentia iſta præſcripta ſit, quaſi parum etiã de ſpectaculis pronuntietur, cum [c] *concupiſcentiæ ſæculi damnantur*. Nam ſicut pecuniæ, vel gulæ vel dignitatis, vel libidinis, vel gloriæ ita & voluptatis cõcupiſcentia eſt. Species autem voluptatis etiam ſpectacula. Opinor generaliter nominatæ concupiſcentiæ, continent inſe & voluptates. æque generaliter intellectæ voluptates ſpecialiter & in ſpectacula diſſeruntur. Cæterum retulimus ſupra de locorum conditione, quod non per ſemetipſa nos inquinent, ſed per ea quæ illic geruntur, per quæ ſimul inquinamentum combiberint, & tum altero reſpuunt. * Noſſe. c1. Io. 2. 16.

CAPVT XV

Spiritus ſanctus lenis & pacificus, repugnat Spectaculis, in quibus regnant paſſiones omnes, & vanitas.

Per totum. V. Spectacula. 22. ap. & V. Spiritus. 11.

VIDERIT ergo, vt diximus, principalis titulus, idololatria, reliquas ipſarum rerum qualitates contra Dei omnes feramus. Deus præcepit, Spiritum ſanctum, vtpote pro naturæ ſuæ bono tenerum, delicatum, tranquillitate, & lenitate, & quiete, & pace tractare: non furore, non bile, non ira, non dolore inquietare. Huic quomodo cum ſpectaculis poterit conuenire? Omne enim ſpectaculum ſine concuſſione ſpiritus non eſt. Vbi enim voluptas, ibi & ſtudium, per quod ſcilicet voluptas ſapit. Vbi ſtudium, ibi & æmulatio, per quam ſtudium ſapit. Porro & vbi æmulatio, ibi & furor & bilis, & ira & dolor, & cætera ex his quæ cum his non competunt diſciplinæ. Nam & ſi qui modeſte & probe ſpectaculis fruitur, pro dignitatis, vel ætatis, vel etiam naturæ ſuæ conditione: non tamen immobilis animi eſt, ſine tacita ſpiritus paſſione. Nemo ad voluptatem venit ſine adfectu, nemo adfectum ſine caſibus ſuis patitur. Ipſi caſus incitamenta ſunt adfectus. Cæterùm ſi ceſſat adfectus, nulla eſt voluptas, & eſt reus iam Ephes. 4. 30.

ille van[illegible]s, c[illegible], vt nihil c[illegible] [illegible] autem etiam vanitas [illegible]nea eſt nobis. Q[illegible] cos poſi[illegible], quoniam ſe [illegible]lens, vtique deteſtatorem [illegible] ? Nobis [illegible] non e[illegible], ſi ipſi n[illegible] tal[illegible], n[illegible] & tal[illegible] a facientibus no[illegible] conferamur. [a] *Si furem*, inquit, [illegible] *as, concurrebas cum eo.*

a Pſ. 49. 18.

Vt nam nec in ſæculo q[illegible] cum [illegible] ſed tamen [illegible] ſecularibus ſeparamur, quia ſæculum [illegible], ſecularia autem diaboli.

CAPVT XVI

Circi [illegible] eſſe furorem & in eo, ſponſionum pro aurig[illegible] cauſa naſ[illegible] dias.

Per totum. V. Spectacu[illegible]. 22. inf.

CVm ergo furor int[illegible] nobis, ab omni [illegible] Circo, vbi propriè furor præ[illegible]det. Aſpice populum ad [illegible] venientem, [illegible] tumultu [illegible], iam de ſponſio[illegible] Tardè [illegible] illi prætor. ſ[illegible] cum ſortibus volut[illegible] anxij pendent. vnius d[illegible] vox eſt. Co[illegible]noſco dementiam [illegible] *Miſit*, dicunt, & nuntiant inuic[illegible] quod ſimul ab omnibus viſum eſt. Tene[illegible] cæcitatis. Non vident [illegible] quid ſit. mappam putant: ſed eſt diab[illegible] ab alto præcipitati gula. Ex eo itaque [illegible]as, & an[illegible], & diſcordi[illegible], & quidquid non [illegible] ſacer[illegible]. In[illegible], ſi[illegible] ſuffragia [illegible] Quid e[illegible] ſ[illegible] agunt, [illegible] per quod [illegible] de aliena infelicitate cont[illegible], de aliena [illegible]tur. Qu[illegible] optant, quidquid abominantur, extraneum ab illis eſt. ita & a[illegible] d illos [illegible], & odium iniuſtum. An fors ſi[illegible] ſine cauſa amare [illegible]ceat, q[illegible] [b] Deus [illegible] ſa p[illegible] q[illegible] *inimicos* [illegible]. De[illegible] cauſa male[illegible] non [illegible] [c] [illegible] *benedicite* pr[illegible]*pit.* Sed Circo qu[illegible] amarius, vbi ne principibus qu[illegible] quid [illegible] Circi furit alicubi compe[illegible] nuſquam, [illegible] Circo.

b Matt. 5. 44.
c Rom. 13. 8. 9.

CAPVT XVII.

Theatrum conſiſtorium impudicitiæ, propter comœdias & tragœdias, fomenta libidinum, & ſcelerum.

Per totum. V. Spectacula. 7.

Impudicitiam omnem amoliri iubemur.

SIMILITER nec impudicitiam omnem amare iubemur. Hoc igitur modo etiam à theatro ſeparamur, quod eſt priuatum conſiſtorium impudicitiæ, vbi nihil probatur, quàm quod alibi non probatur. Ita ſumma gratia eius de ſpurcitia plurimùm concinnata eſt, quam Atellanus geſticulatur, q[illegible] per mulieres repræſentat, ſexum pudoris exterminans, vt fa[illegible] domi, quam in ſcena erubeſcant, qua[illegible] denique pantomimus à pueritia patitur [illegible] corpore, vt artifex eſſe poſſit. Ipſa etiam proſtibula, publicæ libidinis hoſtiæ in ſcena proferuntur, plus miſeræ in præſentia feminarum, quibus ſolis latebant, perque omnis ætatis, omnis dignitatis ora tran[illegible]untur, locus, ſtipes, elogium, et[illegible] quibus opus non eſt, prædic[illegible]tur. Taceo de[illegible], etiam quæ in tenebri[illegible] & in ſp[illegible] ſuis deliteſcere de[illegible]bat, ne diem contaminarent. Erubeſcat ſenatus, erubeſcant ordines omnes. Ipſæ i[illegible]læ pudoris ſui in[illegible]temptrices, [illegible] geſtibus ſuis ad luc[illegible]m & populum expaueſcentes, ſemel anno erubeſcant. Quod ſi [illegible]bis omnis impudicitia execranda eſt, cur liceat audire [illegible] loqui non licet, [illegible] [a] *ſcurrilitatem* [illegible] *omn*[illegible] [b] *va[illegible] verbum, iudicatum à Deo* [illegible]*amus.* Cur æque [illegible]ceat vid[illegible], quæ facere [illegible] ? Cur quæ [c] *ore prolata communi[illegible] hominem*, ea per oculos & aures adm[illegible] non videantur hominem communicare: cum [illegible] appareant aures & oculi, nec p[illegible] mundus præſtar[illegible] Habes igitur & [illegible] a[illegible] interd[illegible], de [illegible] impudicitiæ.

a Epheſ. 5. 4.
b Matth. 12. 36.
c Matt. 7. 20.

CAPVT XVIII

Quæ a[illegible]untur in Stadio, diaboli negotia ſunt, indigna [illegible], licet Stadium à Paulo nominetur.

Inp. V. S[illegible] 7. [illegible] p ad[illegible] V. Spectacula. 8.

Sin &

CAPVT XVIII.

Quæ aguntur in Stadio, diaboli negotia ſunt, indigna Chriſtiano, licet Stadium à Paulo nominetur.

Inp. V. Spectacula. 7. à p. ad f. V. Spectacula. 8.

SIN & doctrinam ſæcularis literaturæ, vt [a] *ſtultitiæ apud Deum deputatam*, aſpernamur, ſatis præſcribitur nobis & de illis ſpeciebus ſpectaculorum, quæ ſæculari literatura luſoriam, vel agoniſticam ſcenam diſpungunt. Quod ſi tragœdiæ, & comœdiæ ſcelerum, & libidinum actrices, cruentæ & laſciuæ, impiæ & prodigæ, nullius rel aut atrocis, aut vilis commemoratiu melior eſt. quod in facto rejicitur, etiam in dicto non eſt recipiendum. Quod ſi & *ſtadium* contendas in ſcripturis nominari, ſanè obtinebis. ſed quæ in ſtadio geruntur, indigna conſpectui tuo non negabis, pugnos, & calces, & colaphos, & omnem petulantiam manus, & quamcunque humani oris, id eſt diuinæ imaginis, depugnationem. Non probabis vſquam vanos curſus, & jaculatus, & ſaltus vaniores. nuſquam tibi vires aut iniurioſæ, aut vanæ placebunt; ſed nec cura factitij corporis, vt plaſticam Dei ſupergreſſa. Et propter Græciæ otium, altiles homines oderis. Et palæſtrica diaboli negotium eſt. Primos homines diabolus eliſit. Ipſe geſtus colubrina vis eſt, tenax ad occupandum, tortuoſa ad obligandum, liquida ad elabendum. Nullus tibi coronarum vſus eſt. quid de coronis voluptates aucuparis?

[a] 1. Cor. 3. 19.

1. Cor. 9. 24

Gen. 3. 1. 4.

CAPVT XIX.

Scriptura Amphitheatri feritatem, impietatemque condemnat.

Per totum. V. Spectaculum 12.

EXPECTABIMVS nunc & amphitheatri repudium de ſcripturis. Si ſæuitiam, ſi impietatem, ſi feritatem permiſſam nobis contendere poſſumus, eamus in amphitheatrum. Si tales ſumus quales dicimur, delectemur ſanguine humano. Bonum eſt, cùm puniuntur nocentes. Quis hoc niſi nocens negabit? Et tamen innocens de ſupplicio alterius lætari non poteſt; cùm magis competat innocenti dolere, quòd homo, par eius, tam nocens factus eſt, vt tam crudeliter impendatur. Quis autem mihi ſponſor eſt, nocentes ſemper vel ad beſtias, vel ad quodcunque ſupplicium decerni, vt non innocentiæ quoque inferatur, aut vltione iudicantis, aut infirmitate defendentis, aut inſtantia quæſtionis? Quàm melius ergo eſt neſcire cùm mali puniuntur, ne ſciam & quum boni pereunt; ſi tamen bonum ſapiunt. Certè quidem gladiatores innocentes in ludum veniunt, vt publicæ voluptatis hoſtiæ fiant. Etiam qui damnantur in ludum, quale eſt vt de leuiore delicto in homicidas emendatione proficiant? Sed hæc ethnicis reſpondi. Cæterùm abſit vt de iſtius ſpectaculi auerſione diutius diſcat Chriſtianus: quamquam nemo hæc omnia plenius exprimere poteſt, niſi qui adhuc ſpectat. malo non implere, quàm meminiſſe.

CAPVT XX.

Scriptura ſatis Spectacula prohibet, damnando peccata quæ in eis regnant. Nec vt de Deo, & Sole innocuè ea ſpectantibus, idem de hominibus dici poteſt.

Inp. V. Spectacula. 12. à p. ad f. V. Spectacula. 9.

QVAM vana igitur, immò deſperata argumentatio eorum, qui, ſine dubio tergiuerſatione amittendæ voluptatis, obtendunt, Nullam eius abſtinentiæ mentionem ſpecialiter in ſcripturis determinari, quæ directò prohibeat eiuſmodi conuentibus inſeri ſeruum Dei? Nouam proximè defenſionem ſuauiludij cuiuſdam audiui. Sol (inquit) immò etiam ipſe Deus de cœlo ſpectat, nec contaminatur. Sanè Sol & in cloacam radios ſuos defert, nec inquinatur. Vtinam autem Deus nulla flagitia hominum ſpectaret, vti omnes iudicia euaderemus. Sed ſpectat & latrocinia, ſpectat & falſa, & adulteria, & fraudes, & idololatrias, & ſpectacula ipſa. Et idcirco ergo nos non ſpectabimus, nè videamur ab illo qui omnia ſpectat. Comparas homo reum & iudicem: reum, qui quia videtur, reus eſt: iudicem, qui quia videt, iudex eſt. Nunquid ergo & extra limites circi furori ſtudemus, & extra cardines theatri impudicitiæ intendimus, & inſolentiæ extra ſtadium, & immiſericordiæ extra amphitheatrum, quòd Deus etiam extra cameras, & gradus, & apulias oculos habet? Erramus, nuſquam & nunquam excuſatur quod Deus damnat. Nuſquam & nunquam licet, quod ſemper & vbique non licet. Hæc eſt veritatis integritas, & quæ ei debetur diſciplinæ plenitudo, & æqualitas

timoris,& fides obſequij,nõ immutare ſententiã,nec variare iudiciũ. Non poteſt aliud eſſe,quod verè quidẽ eſt bonum,ſeu malum. Omnia autẽ penès veritatẽ Dei fixa ſunt.

CAPVT XXI.

Ethnici defectu fidei, & conſtantis vbique veritatis, domi reprobant quiduis impudicum & ferum, quod in ſpectaculo probant & laudant.

Per totum. V. Spectacula. 9.

ETHNICI quos penès nulla eſt veritatis plenitudo, quia nec doctor veritatis Deus,malum ac bonum pro arbitrio ac libidine interpretantur, alibi bonum,quod alibi malum, & alibi malum, quod alibi bonum. Sic ergo euenit, vt qui in publico vix neceſſitate veſicæ tunicam leuet, idem in circo aliter non exultet,niſi totum pudorem in faciem omnium intentet. & qui filiæ virginis ab omni ſpurco verbo aures tuetur, ipſe eam in theatrum ad illas voces, geſticulationeſque deducat. & qui in plateis litem manu agentem aut compeſcit, aut deteſtatur, idem in ſtadio grauioribus pugnis ſuffragium ferat. & qui ad cadauer hominis communi lege defuncti exhorret, idem in amphitheatro derofa & diſſipata, & in ſuo ſanguine ſqualentia corpora patientiſſimis oculis deſuper incumbat. immò qui propter homicidæ pœnam probandam ad ſpectaculum veniat, idem gladiatorem ad homicidium flagellis & virgis compellat inuitum. & qui inſigniori cuique homicidæ leonem poſcit, idem gladiatori atroci petat rudem, & pileum. illum verò confectum etiam oris ſpectaculo repetat, libentius recognoſcens de proximo, quem voluit occidere de longinquo: tantò durior ſi non voluit.

CAPVT XXII.

Magna Ethnicorum peruerſitas, qua ſimul probat, & reprobat Spectaculorum exhibitores, quos laudat, & honoribus priuat.

Per totum. V. Spectacula. 9.

QVID mirum inæquata iſta hominũ, miſcentium & commutantiũ ſtatum boni, & mali, per inconſtantiã ſenſus,& iudicij varietatẽ? Etenim ipſi auctores & adminiſtratores ſpectaculorum, quadrigarios,ſcenicos,xyſticos,arenarios illos amantiſſimos, quibus viri animas; feminæ,aut illi etiam, corpora ſua ſubſternunt; propter quos in ea committunt, quæ reprehendunt; ex eadem arte, qua magnifaciunt, deponunt; immò manifeſtè damnant ignominia, & capitis minutione, arcentes curia, roſtris, ſenatu, equite, cæteriſque honoribus omnibus ſimul ac ornamentis quibuſdam. Quanta peruerſitas! Amant quos multant, depreciant quos probant, artem magnificant, artificem notant. Quale iudicium eſt, vt ob ea quis offuſcetur, per quæ promeretur? immò quanta confeſſio eſt malæ rei, cuius auctores,quum acceptiſſimi ſint,ſine nota non ſunt.

CAPVT XXIII.

Cùm & ipſi Gentiles mulctent Spectacularum artifices, quantò magis diuina in eos iuſtitia deſæuiet, quorum opera eius Scriptura prohibet?

In p. ad m. V. Spectacula. 14. à m. ad citra f. V. Spectacula. 15. in f. V. Spectacula. 2.

QVVM igitur humana recordatio, etiam obſtrepente gratia voluptatis, damnandos eos cenſeat, ademptis bonis dignitatum, in quendam ſcopulum famoſitatis;
4 Reg.4.11. quantò magis diuina iuſtitia in eiuſmodi artifices animaduertit? An Deo placebit auriga ille tot animarum inquietator, tot furiarum miniſter, tot ſtatuarum; velut ſacerdos coronatus, vel coloratus vt leno, quem curru rapiendum diabolus aduerſus Heliam exornauit? Placebit qui vultus ſuos nouacula mutat? infidelis erga faciem ſuam,
a Matt 5.39 quam non contentus Saturno, & Iſidi, & Libero proximam facere, inſuper contume-
b Luc.12.25. lijs alaparum ſic objicit, quaſi de præcepto Domini ludat? Docet ſcilicet & diabolus
Matth.6.27 [a] *verberandam maxillam patienter offerre.* ſic & tragædos cothurnis extulit, quia [b] *nemo*
c Exo.20.4. *poteſt adjicere cubitum vnum ad ſtaturam ſuam.* mendacem facere vult Chriſtum. Iam verò ipſum opus perſonarum, quæro an Deo placeat, [c] *qui omnem ſimilitudinem vetat fieri*, quanto magis imaginis ſuæ. Non amat falſum auctor veritatis: adulterium eſt apud illum omne quod fingitur. Proinde vocem, ſexus, ætates mentientem, amores, iras, ge-
d Deut.22.5 mitus, lacrimas adſeuerantem non probabit, qui omnem hypocriſin damnat. Cæterùm cùm in lege præſcribit, [d] *maledictum eſſe qui muliebribus veſtietur*, quid de pantomimo iudicabit, qui etiã muliebribus curatur? Sanè & ille artifex pugnorum impunitus ibit? Tales enim cicatrices cæſtuum, & callos pugnorũ, & auriũ fungos, à Deo, cũ plaſmaretur ac-

cepit. Ideo illos oculos Deus cõmendauit, vt vapulando deficiát. Taceo de illo, qui hominem leoni præ ſe opponit, ne parum ſit homicida, qui eundem poſtmodum iugulat.

CAPVT XXIV.

Non tantùm in baptiſmo Spectaculis, in pompis diaboli cenſendis renuntiauimus, ſed & Gentiles, ex eorum repudio aliquem Chriſtianum factum intelligunt.

Per totum. V. Spectacula. 18. in p.

QVOT adhuc modis perorabimus, nihil ex his quæ ſpectaculis deputantur, placitum Deo eſſe, aut congruens ſeruo Dei, quod Deo placitum non ſit. Si omnia propter diabolum inſtituta, & ex diaboli rebus inſtructa monſtrauimus: (nihil enim non diaboli eſt, vel quidquid Dei non eſt, vel Deo diſplicet.) hoc erit pompa diaboli, aduerſus quam in ſignaculo fidei ejeramus. Quod autem ejeramus, neque facto, neque dicto, neque viſu, neque proſpectu participare debemus. Cæterum nonne eieramus, & reſcindimus ſignaculum, reſcindendo teſtationem eius? Nunquid ergo ſupereſt, vt ab ipſis ethnicis reſponſum flagitemus? Illi iam nobis renuntient, an liceat Chriſtianis ſpectaculo vti. Atquin hinc vel maximè intelligunt factum Chriſtianum, de repudio ſpectaculorum. Itaque negar manifeſtè, qui per quod agnoſcitur, tollit. Quid autem ſpei ſupereſt * huiuſmodi homine? nemo in caſtra hoſtium tranſit, niſi proiectis armis ſuis, niſi deſtitutis ſignis, & ſacramentis principis ſui, niſi pactus ſimul perire. *In.

CAPVT XXV.

Spectacula omnem Dei memoriam abigunt. Pudeat de Eccleſia, & manibus ad Deum leuatis, eiuſque laudibus, ad diaboli templum, plauſum, & laudem hiſtrionum procedere.

Per totum. V. Spectacula. 18. in m.

AN ille recogitabit eo tempore de Deo, poſitus illic vbi nihil eſt de Deo? pacem opinor habebit in animo, contendens pro auriga? pudicitiam ediſcet, attonitus in mimos? immo in omni ſpectaculo nullum magis ſcandalum occurret, quàm ille ipſe mulierum, & virorum accuratior cultus. ipſa conſenſio, ipſa in fauoribus aut conſpiratio, aut diſſenſio inter ſe de commercio ſcintillas libidinum conflabellant. Nemo denique in ſpectaculo ineundo prius cogitat, niſi videri & videre. Sed tragœdo vociferante, exclamationes ille alicuius prophetæ retractabit? & inter effeminati hiſtrionis modos, pſalmum ſecum comminiſcetur? & cum athletæ agent, ille dicturus eſt repercutiendum non eſſe? poterit & de miſericordia moueri, defixus in morſus vrſorum, & ſpongias retiariorum? Auertat Deus à ſuis tantam voluptatis exitioſæ cupiditatem. Quale eſt enim de Eccleſia Dei, in diaboli Eccleſiam rendere? de cœlo (quod aiunt) in cœnum? illas manus quas ad Deum extuleris, poſtmodum laudando hiſtrionem fatigare? ex ore quo Amen in ſanctum protuleris, gladiatori teſtimonium reddere? εἰς αἰῶνας ἀπ' αἰῶνος, alij omnino dicere niſi Deo, & Chriſto?

CAPVT XXVI.

Spectacula frequentantes, dæmonio, & morte punit.

In p. ad. m. V. Spectacula. 18. inf. inf. V. Spectacula. 19. in p.

CVR ergo non huiuſmodi etiam dæmoniis penetrabiles fiant? Nam & exemplum accidit Domino teſte, eius mulieris quæ theatrum adijt, & inde cum dæmonio rediit. itaque in exorciſmo cùm oneraretur immundus ſpiritus, quod auſus eſſet fidelem adgredi, conſtanter, *Et iuſtiſſimè quidem* (inquit) *feci, in meo eam inueni.* Conſtat & alij linteum in ſomnis oſtenſum eius diei nocte, qua tragœdum audierat, cum exprobratione nominatim tragœdi, nec vltra quintum diem eam mulierem in ſæculo fuiſſe. Quot vtique & alia documenta ceſſerunt de his qui cum diabolo apud ſpectacula communicando, à Domino exciderunt? [a] *Nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire.* [b] *Quid luci cum tenebris?* quid vitæ & morti? Odiſſe debemus iſtos conuentus & cœtus ethnicorum, vel quòd illic nomen Dei blaſphematur, illic in nos quotidiani leones expoſtulantur, inde perſecutiones decernuntur, inde tentationes emittuntur.

a Matth. 6. 24.
b 2. Cor. 6. 15. 16.
Eccli. 33. 15.

QVID facies in illo ſuffragiorum impiorum æſtuario deprehenſus? non quaſi aliquid illic pati poſſis ab hominibus. nemo te cognoſcit Chriſtianum. ſed recogita quid de te fiat in cœlo. Dubitas enim illo momento, quo diabolus in Eccleſiam furit, omnes angelos proſpicere de cœlo, & ſingulos denotare, quis blaſphemiam dixerit, quis audierit, quis linguam, quis aures diabolo aduerſus Deum miniſtrauerit? Non ergo
Pſal. 1. 1. fugies ſedilia hoſtium Chriſti, *illam cathedram peſtilentiarum*, ipſumque aërem qui deſuper incubat ſceleſtis vocibus conſtupratum? Sint dulcia licet, & grata, & ſimplicia, etiam honeſta quædam. Nemo venenũ temperat felle & elleboro, ſed cõditis pulmentis, & benè ſaporatis, & plurimùm dulcibus id mali inijcit: ita & diabolus letale quod conficit, rebus Dei gratiſſimis & acceptiſſimis imbuit. omnia illic ſeu fortia, ſeu hone-
* Libacunculo. ſta, ſeu ſonora, ſeu canora, ſeu ſubtilia, proinde habe, ac ſi ſtillicidia mellis de * ranunculo venenato: nec tantì gulam facias voluptatis, quantì periculum per ſuauitatem.

CAPVT XXVIII.

Ethnici paſcantur Spectaculis, lugeant Chriſtiani, qui non in hoc ſæculo gaudere debent, ſed in cælo.

Per totum. V. Voluptas. 1.

SAGINENTVR eiuſmodi dulcibus conuiuæ ſui. & loca, & tempora, & inuitator ipſorum eſt. noſtræ cœnæ, noſtræ nuptiæ nondum ſunt: non poſſumus cum illis diſcumbere, quia nec illi nobiſcum. vicibus diſpoſita res eſt. nunc illi lætantur, nos conflictamur. a *Sæculum*, inquit, *gaudebit, vos triſtes eritis.* Lugeamus ergo dum ethnici
a Io. 16. 20. gaudent, vt cùm lugere ceperint, gaudeamus, nè pariter nunc gaudentes, tunc quoque pariter lugeamus. Delicatus es, Chriſtiane, ſi & in ſæculo voluptatem concupiſcis, immò nimium ſtultus, ſi hoc exiſtimas voluptatem. Philoſophi quidam hoc nomen quieti & tranquillitati dederunt, in ea gaudent, in ea auocantur, in ea etiam gloriantur. Tu mihi metas, & ſcenas, & puluerem, & arenam ſuſpiras? Dicas velim: Non poſſumus viuere ſine voluptate, qui mori cum voluptate debemus? Nam quod eſt aliud votum noſtrum, quàm quod & b *Apoſtoli, exire de ſæculo, & recipi apud Dominum?* Hic
b Philipp. 1. 23. voluptas, vbi & votum.

CAPVT XXIX.

Non carent ſuis, & quidem ſuauioribus Spectaculis Chriſtiani; pro circo, curſum ſæculi; pro harmonia theatri, Eccleſiæ canticas; pro agonibus, de mundo & diabolo triumphato coronam, pro gladiatorum ſanguine, Chriſti ſanguinem habentes.

Per totum. V. Voluptas. 1.

IAM nunc puta delectamentis exigere ſpatium hoc. Cur tam ingratus es, vt tot, & tales voluptates à Deo contributas, tibi ſatis non habeas, neque recognoſcas? Quid enim iocundius, quàm Dei patris & Domini reconciliatio, quàm veritatis reuelatio, quàm errorum recognitio, quàm tantorum retro criminum venia? Quæ maior voluptas, quàm faſtidium ipſius voluptatis? quàm ſæculi totius contemptus? quàm vera libertas? quàm conſcientia integra? quàm vita ſufficiens? quàm mortis timor nullus, quòd calcas Deos Nationum? quòd dæmonia expellis? quòd medicinas facis? quòd reuelationes petis? quòd Deo viuis? Hæ voluptates, hæc ſpectacula Chriſtianorum ſancta, perpetua, gratuita. in his tibi Circenſes ludos interpretare, curſus ſæculi intuere, tempora labentia, ſpatia dinumera, metas conſummationis expecta, ſocietates Eccleſiarum defende, ad ſignum Dei ſuſcitare, ad tubam angeli erigere, ad martyrum palmas gloriare. Si * ſcientiæ, doctrinæ delectant, ſatis nobis literarum eſt, ſatis ver-
* Scenicæ. ſuum eſt, ſatis ſententiarum, ſatis etiam canticorum, ſatis vocum; nec fabulæ, ſed veritates; nec ſtrophæ, ſed ſimplicitates. Vis & pugilatus, & luctatus? præſtò ſunt non pauca ſimul. Aſpice impudicitiam deiectam à caſtitate, perfidiam cæſam à fide, ſæuitiam à miſericordia contuſam, petulantiam à modeſtia adumbratam. & tales ſunt apud nos agones, in quibus ipſi coronamur. Vis autem & ſanguinis aliquid? habes Chriſti.

CAPVT XXX.

Aduentus vltimus Chriſti magnum exhibebit Spectaculum, orbis ardentis, Iouis & Regum, & Philoſophorum vinctorum gemitus, acerbiora quàm martyrum, præſidum & perſecutorum tormenta, gloriam æternam quam nec oculus vidit & cæt.

Per totum. V. Iudicij ordo & Spectaculum. 1.

QVALE autem ſpectaculum in proximo eſt, aduentus Domini iam indubitati, iam ſuperbi, iam triumphantis? Quæ illa exultatio angelorum, quæ gloria reſurgentium ſanctorum? quale regnum exinde iuſtorum? qualis ciuitas noua Hieruſalem? Atenim ſuperſunt alia ſpectacula, ille vltimus, & perpetuus iudicij dies, ille nationibus inſperatus, ille deriſus: cùm tanta ſæculi vetuſtas, & tot eius natiuitates vno igne haurientur. Quæ tunc ſpectaculi latitudo? quid admirer? quid videam? vbi gaudeam? vbi exultem? tot ſpectans Reges, qui in cœlum recepti nuntiabantur, cum ipſo Ioue, & ipſis ſuis teſtibus, in imis tenebris congemiſcentes? item præſides perſecutores Dominici nominis, ſæuioribus, quàm ipſi contra Chriſtianos ſæuierunt, flammis inſultantibus liqueſcentes; præterea ſapientes illos Philoſophos coram diſcipulis ſuis vna conflagrantibus erubeſcentes, quibus nihil ad Deum pertinere ſuadebant; quibus animas aut nullas, aut non in priſtina corpora redituras adfirmabant; etiam poëtas non ad Rhadamanti, nec ad Minois, ſed ad inopinati Chriſti tribunal palpitantes. Tunc magìs, tragœdi audiendi, magìs ſcilicet vocales in ſua propria calamitate: tunc hiſtriones cognoſcendi, ſolutiores multò per ignem: tunc ſpectandus auriga in flammea rota totus ruber: tunc xyſtici contemplandi, non in gymnaſiis, ſed in igne iaculati: niſi quòd nec tunc quidem illos velim viſos, vt qui malim ad eos potius conſpectum inſatiabilem conferre, qui in Dominum deſæuierunt.[a] *Hic eſt ille, dicam, fabri, aut quæſtuariæ Filius, Sabbati deſtructor, Samarites & dæmonium habens: hic eſt quem à Iuda redemiſtis: hic eſt ille arundine, & colaphis diuerberatus, ſputamentis dedecoratus, felle & aceto potatus. Hic eſt quem clam diſcentes ſubripuerunt, vt reſurrexiſſe dicatur, vel hortulanus detraxit.* Nè lactucæ ſuæ frequentia commeantium adlæderentur. Vt talia ſpectes, vt talibus exultes, quis tibi Prætor, aut Conſul, aut Sacerdos de ſua liberalitate præſtabit? & tamen hæc iam quodammodò habemus, per fidem ſpiritu imaginante repræſentata. Cæterùm qualia illa ſunt,[b] *quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt*? Credo circo, & vtraque caueâ, & omni ſtadio gratiora.

a Marc. 6. 3. Io. 9. 16. Io. 8. 48. Matth. 26. 15. Matt. 28. 13.

b Eſa. 64. 4. 1. Cor. 2. 9.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI ADVERSVS VALENTINIANOS.

In librum aduerſus Valentinianos,

ARGVMENTVM.

Tertullianus hoc libro Valentinianorum fabulas ventilat, & ſubſannat, eas dicens riſu magis quam ſerio congreſſu diſcutiendas. Scripſiſſe Tertullianum contra eos, teſtis eſt ipſe Tertull. huius libri cap. 16. vbi de materia corporali, & incorporali tractat: Hæc, inquit, erit materia, quæ nos commiſit cum Hermogene, cæteriſque qui Deum ex materia; non ex nihilo operatum cuncta præſumunt. *Eodem quo ſupra Anno, contra Hermogenem, ſcripſit aduerſus Valentinianos ſecundùm Pamelium, Chriſti nempe ducenteſimo ſexto, Zephyrini ſeptimo, Seueri decimo tertio. Sed Baronius id refert ad Annum Chriſti ducenteſimum nonum, Zephyrini ſeptimum, Seueri decimum quintum.*

CAPVT PRIMVM.

Valentinianos numeroſiſſimos Apoſtatas veritatis, eſſe ſimiles in hoc Eleuſinia ſacra profeſſis, quod myſteria ſua fabulaſque quantum poſſint occulsent, & ſuſpendant alto ſilentio ſua diſciplina nouitios.

Per totum. V. Hæret. Elogia. 6. & V. Valentiniani. 2.

VALENTINIANI, frequentiſſimum planè collegium inter hæreticos, quia plurimum ex apoſtatis veritatis, & ad fabulas facilè eſt, & diſciplina non retectur; nihil magìs curant quàm occultare quod prædicant; ſi tamen prædicant, qui occultant. Cuſtodiæ officium, conſcientiæ officium eſt. Confuſio prædicatur, dum religio adſeueratur. Nam & illa Eleuſinia, hæreſis & ipſa Atticæ ſuperſtitionis, quòd tacent, pudor eſt. Idcirco & aditum prius cruciant, diutius initiant, linguam conſignant, cùm epoptas ante quinquennium inſtituunt; vt opinio-

nem ſuſpendio cognitionis ædificent: atque ita tantam maieſtatem exhibere videantur, quaniam præſtruxerunt cupiditatem. Sequitur iam ſilentii officium. adtentè cuſtoditur quod tardè inuenitur. Cæterùm tota in adytis diuinitas, tota ſuſpiria epoptarum, totum ſignaculum linguæ, ſimulacrum membri virilis reuelatur. Sed naturæ venerandum nomen allegorica diſpoſitio prætendens, patrocinio coactæ figuræ ſacrilegium obſcurat, conuicium falſi, ſimulacris excuſat. Proinde quos nunc deſtinamus hæreticos, ſanctis nominibus, & titulis, & argumentis veræ religionis, vaniſſima atque turpiſſima figmenta configurantes, facili caritati, ex diuinæ copiæ occaſione, quia de multis multa ſuccedere eſt, Eleuſinia Valentiniani fecerunt lenocinia, * ſancta
* lenocinia ſancta, ſilentio magna. ſilentio magno, ſola taciturnitate cœleſtia. Si bona fide quæras, concreto vultu, ſuſpenſo ſupercilio, Altum eſt, aiunt. Si ſubtiliter tentes, per ambiguitates bilingues communem fidem adfirmant. Si ſcire te ſuboſtendas, negant quidquid agnoſcunt. Si cominus certes, fatuam ſimplicitatem ſua cæde diſpergunt. Ne diſcipulis quidem propriis antè committunt, quàm ſuos fecerint. Habent artificium quo prius perſuadeant, quàm edoceant. Veritas autem docendo perſuadet, non ſuadendo docet.

CAPVT II.

Fruſtra Valentiniani ſimplicitatem exprobrant Chriſtianis, quam ſcriptura ſancta commendat.

Per totum. V. Simplicitas. c.

IDEOQVE ſimplices notamur apud illos, vt hoc tantùm, non etiam ſapientes: quaſi
a Matth. 10. 16. ſtatim deficere cogatur à ſimplicitate ſapientia, Domino vtramque iungente: [a] *Eſtote prudentes vt ſerpentes, & ſimplices vt columbæ.* Aut ſi nos propterea inſipientes, quia ſimplices; num ergo & illi propterea non ſimplices, quia ſapientes? Nocentiſſimi autem, qui non ſimplices, ſicut ſtultiſſimi, qui non ſapientes. Et tamen malim in eam partem meliori ſumi vitio. Si fortè præſtat minus ſapere, quàm peius; errare, quàm
b Sap. 1. 1. fallere. Porro, [b] *faciem Dei ſpectat in ſimplicitate quærentes*, vt docet ipſa Sophia, non quidem Valentini, ſed Salomonis. Deinde infantes teſtimonium Chriſti ſanguine litauerunt. Pueros vocem, qui crucem clamant? nec pueri erant, nec infantes, id eſt ſim-
c 1. Cor. 14. 20. plices non erant. Repueraſcere nos, & Apoſtolos iubet ſecundùm Deum, [c] *vt malitia infantes* per ſimplicitatem, ita demum *ſapientes ſenſibus* ſimul dedi in ſapientiæ ordi-
Matth. 3. 16 nem de ſimplicitate manantis. In ſumma Chriſtum columba demonſtrare ſolita eſt,
Gen 3. 1 4. ſerpens verò tentare. Illa & à primordio diuinæ pacis præco: Ille à primordio diuinæ
Gen. 8. 11. imaginis prædo. Ita facilius ſimplicitas ſola Deum & agnoſcere poterit, & oſtendere;
Gen. 3. 4. prudentia ſola, concutere potiùs, & prodere.

CAPVT III.

Veritas Chriſtiana vltro ſe prodit & cultores eius quantumuis ſimplices, Valentinianorum latere geſtientium fabulas, & genealogias indeterminatas ab Apoſtolo prædictas, detegunt, & ipſa detectione ſimplici deſtruunt.

In p. V. ſimplicitas in m. ad f. V. Æonum fabulæ. in f. V. Hæreſis. 9.

ABSCONDAT itaque ſe ſerpens quantùm poteſt, totamque prudentiam in latebrarum ambagibus torqueat; altè habitet, in cæca detrudatur, per amfractus ſe-
Zach. 3. 8. & 6. 12. riem ſuam euoluat, tortuosè procedat, nec ſemel totus, lucifuga beſtia. Noſtræ columbæ etiam domus ſimplex, in editis ſemper, & apertis, & ad lucem. Amat figura Spiritus ſancti Orientem, Chriſti figuram. Nihil veritas erubeſcit, niſi ſolummodò abſcondi: quia nec pudebit vllum aures ei dedere, cum Deum recognoſcere, quem iam illi natura commiſit, quem quotidie in operibus omnibus ſentit, hoc ſolo minus notum, quòd vnicum non putauit, quòd in numero nominauit, quòd in aliis adorauit. Alioquin à turba eorum, & aliam frequentiam ſuadere, à domeſtico principatu, ad incognitum tranſmouere, à manifeſto, ad occultum retorquere, de lumine fidem offendere eſt. Iam ſi & in totam fabulam initietur, nonnè tale aliquid dabitur te in infantia inter ſomni difficultates à nutricula audiſſe, Lamiæ
a 1. Tim. 1. 4 & ad Tit. 3. 9. turres, & pectines Solis? Sed qui ex alia conſcientia venerit fidei, ſi ſtatim inueniat tot nomina Æonum, tot coniugia, tot genimina, tot exitus, tot euentus, fælicitates, infælicitates, diſperſæ atque conciſæ diuinitatis, dubitabitne ibidem pronuntiare [a] *has*

eſſe fabulas, & genealogias indeterminatas, quas Apoſtoli ſpiritus, his iam tunc pullulantibus ſeminibus hæreticis, damnare præuenit? Meritò itaque non ſimplices, meritò tantummodò prudentes, qui alia neque facilè producunt, neque exertè defendunt, ſed nec omnes quos edocent, perdocent; vtique aſtutè, vt pudenda: cæterùm inhumanè, honeſta. Et tamen ſimplices nos, omnia ſcimus. Denique hunc primum cuneum congreſſionis armauimus, detectorem & deſignatorem totius conſcientiæ illorum, primamque hanc victoriam auſpicamur: quia quod tanto impendio abſconditur, etiam ſolummodò demonſtrare, deſtruere eſt.

CAPVT IV.

Valentiniani originem ducentes à Valentino: à quo Ptolomæus, Heracleon, Secundus, Magus Marcus, & Theotimus diſcipuli receſſerunt, licet Valentiniani dicantur; cùm Axionicus Antiochenus ſolus pura eius dogmata retinuerit.

In p. ad vltra.m. V. Valentiniani ſ. circa. f. V. Hæret Elogia. 14.

NOVIMVS, inquam, optimè originem quoque ipſorum, & ſcimus cur Valentinianos appellemus licet non eſſe videantur. Abſceſſerunt enim à conditore, ſed minimè origo deletur; & ſi fortè mutatur, teſtatio eſt ipſa mutatio. Sperauerat epiſcopatum Valentinus, quia & ingenio poterat, & eloquio. ſed alium ex martyrii prærogatiua, loci potitum indignatus, de eccleſia authenticæ regulæ abrupit, (vt ſolent animi pro prioratu exciti, præſumptione vltionis accendi) ad expugnandam conuerſus veritatem: & cuiuſdam veteris opinionis ſemen nactus, Colarbaſo viam deliniauit. eam poſtmodum Ptolomæus inſtrauit, nominibus, & numeris Æonum diſtinctis in perſonales ſubſtantias, ſed extra Deum determinatas, quas Valentinus in ipſa ſumma diuinitatis, vt ſenſus, & adfectus, & motus incluſerat. Deduxit & Heracleon inde tramites quoſdam, & Secundus, & Magus Marcus. Multum circa imagines legis Theotimus operatus eſt. Ita nuſquam iam Valentinus; & tamen Valentiniani, qui per Valentinum. Solus ad hodiernum Antiochiæ Axionicus memoriam Valentini integra cuſtodia regularum eius conſolatur. Alioquin tantùm ſe huic hæreſi ſuadere permiſſum eſt, quantùm lupæ fœminæ formam quotidie ſupetare ſolemne eſt. Quidni? quum ſpiritale illud ſemen ſuum ſic in vnoquoque recenſeant. Si aliquid noui adſtruxerint, reuelationem ſtatim appellant præſumptionem, & chariſma ingenium; nec vnitatem, ſed diuerſitatem. Ideoque proſpicimus, ſepoſita illa ſolemni diſſimulatione ſua, pleroſque diuidi; quibuſdam articulis, etiam bona fide dicturos, Hoc ita non eſt; &, Hoc aliter accipio; &, Hoc non agnoſco. Varietate enim innouatur regularum facies. habet etiam colores ignorantiarum,

CAPVT V.

Tertulliano cum magiſtris huius ſectæ diſceptatio initur, nec ſuppoſititiis fictiſque materiis congreditur. Sed de his diſputat quas ipſius coaui Valentini, Iuſtinus Martyr, Miltiades, Irenaus Proculuſque retulerunt.

In p. V. Hæret. quomodo tractandi. 5. à p. V. Hæreſis. 12.

MIHI autem cum Archetypis erit limes principalium magiſtrorum, non cum adfectatis ducibus paſſiuorum diſcipulorum. Nec vndique dicemur ipſi nobis finxiſſe materias, quas tot iam viri ſanctitate, & præſtantia inſignes, nec ſolùm noſtri anteceſſores, ſed ipſorum hæreſiarcharum contemporales, inſtructiſſimis voluminibus, & prodiderunt, & retuderunt: vt Iuſtinus Philoſophus & Martyr, vt Miltiades Eccleſiarum ſophiſta, vt Irenæus omnium doctrinarum curioſiſſimus explorator, vt Proculus noſter, virginis ſenectæ, & Chriſtianæ eloquentiæ dignitas: quos in omni opere fidei, quemadmodum in iſto, optauerim aſſequi. Aut ſi in totum hæreſes non ſunt, vt qui eas pellunt, finxiſſe credantur, mentietur Apoſtolus prædicator illarum. Porro ſi ſunt, non aliæ erunt, quàm quæ retractantur. Nemo tam otioſus fertur ſtilo, vt materias habens, fingat.

CAPVT VI.

Perfunctoria expugnatione, & riſu dignas fabulas, ſpondet ſe diſcuſſurum, ſolam ac nudam arcani Valentiniani demonſtrationem ſe facturum eſſe promittens.

In f. V. hæreſis. 10.

IGITVR hoc libello, quo demonſtrationem ſolùm promittimus illius arcani, nè quem ex nominibus tam peregrinis, & coactis, & compactis, & ambiguis, caligo ſuffundat, quomodo eis vluri ſumus, prius demandabo. Quorundam enim de Græco interpretatiu non occurrit, ad expeditam proinde nominis formam, quorundam nec de ſexu genera conueniunt, quorundam vſitatior in Græco notitia eſt. Itaque plurimum Græca ponemus; ſignificantiæ per paginarum limites aderũt; nec Latinis quidem deerunt Greça, ſed in lineis deſuper notabuntur, vt ſignum hoc ſit perſonalium nominum, ptupter ambiguitates eorum quæ cum alia ſignificatione communicant. Quamquam autem diſtulerim congreſſiunem, ſolam interim profeſſus narrationem, ſicubi tamen indignitas meruerit ſuggillari, non erit delibatione transfunctoria expugnatio. Congreſſioni luſionem deputa, Lector, antè pugnam. Oſtendam, ſed non imprimam vulnera. Si & ridebitur alicubi, materiis ipſis ſatisfiet. multa ſunt ſic digna reuinci; nè grauitate adorentur. Vanitati propriè feſtiuitas cedit. Congruit & veritati ridere, quia lætans; de æmulis ſuis ludere, quia ſecura eſt. Curandum planè ne riſus eius rideatur, ſi fuerit indignus. Cæterùm vbicunque dignus riſus, officium eſt. Denique hoc modo incipiam.

CAPVT VII.

Orditur fabulam à prima Ogdoade, ſiue duplici Tetrade Æonum Valentinianorum, in qua ex Bytho ac Sige, naſcitur Nus & Veritas. qui Sermonem & Vitam generant. Et hi Hominem, & Eccleſiam.

Per totum. V. Valentiniani 4. in p. V. gloria cœli. 2. à p. V. Otioſus.

PRIMVS omnium Ennius poëta Romanus, *Cœnacula maxima cœli* ſimpliciter pronuntiauit, de lati ſitus nomine, vel quia Iouem illic epulantem legerat apud Homerum. Sed hæretici quantas ſupernitates ſupernitátum, & quantas ſublimitates ſublimitatum, in habitaculum Dei ſui cuiuſque ſuſpenderint, extulerint, expanderint, mirum eſt. Etiam Creatori noſtro Enniana cœnacula, in ædicularum diſpoſita ſunt forma, aliis atque aliis pergulis ſuperſtructis, & vnicuique Deo per totidem ſcalas diſtributis, quot hæreſes fuerint. Meritorium factus eſt mundus. inſulam Fælicululm credas, tanta tabulata cœlorum. neſcio vbi. Illic enim Valentinianorum Deus ad ſummas tegulas habitat. Hunc ſubſtantialiter quidem αἰῶνα τέλειον appellant, perſonaliter verò, προαρχὴν & τὴν ἀρχὴν etiam Bython; quod in ſublimibus habitanti minimè congruebat. Innatum, immenſum, infinitum, inuiſibilem, æternumque definiunt: quaſi ſtatim probent eſſe, ſi talem definiant, qualem ſcimus eſſe debere; vt ſic & antè omnia fuiſſe dicatur. Sed vt ſit, expoſtulo: nec aliud magìs in huiuſmodi denoto, quàm quòd poſt omnia inueniuntur, qui antè omnia fuiſſe dicuntur, & quidem non fuit. Sit itaque Bythos iſte infinitis retro æuis, in maxima & altiſſima quiete, in otio plurimo, placidæ & (vt ita dixerim) ſtupentis diuinitatis, qualem iuſſit Epicurus. Et tamen quem ſolum volunt, dant ei ſecundam in ipſo, & cum ipſo perſonam, Enneam, quam & Charin, & Sigen inſuper nominant. Et fortè accedunt in illa cõmendatiſſima quiete, monere eum de proferendo tandem initio rerum à ſemetipſo. Hoc vice ſeminis, in Siges ſuæ veluti genitalibus vuluæ locis collocat. Suſcipit illa ſtatim, prægnans efficitur, & parit vtique ſilentio Sige, & quem parit Nus eſt, ſimillimum patri, & parem per omnia. denique ſolus hic capere ſufficit immenſam illam, & incomprehenſibilem magnitudinem patris. Ita & ipſe Pater dicitur, & initium omnium, & propriè Monogenes. Atquin non propriè, ſiquidem non ſolus agnaſcitur. Nam cum illo proceſſit & fæmina, Veritas. Monogenes, quia prior genitus, quanto congruentius Protogenes vocaretur? Ergo Bythos & Sige, Nus & Veritas, prima quadriga defenditur Valentinianæ factionis, matrix & origo cunctorum. Namque ibidem Nus, ſimul accepit prolationis ſuæ officium, emittit & ipſe ex ſemetipſo Sermonem & Vitam; quæ ſi retro non erat, vtique nec in Bytho. Et quale eſt vt in Deo vita non fuerit? Sed & hæc ſoboles, ad initium vniuerſitatis, & formati Pleromatis totius emiſſa, facit fructum; Hominem & Eccleſiam procreat. Habes Ogdoadem, Tetradem duplicem, coniugarionibus maſculorum & fæminarum; cellas, vt ita dixerim, primordialium Æonum: fraterna connubia Valentinianorum deorum: cenſus omnis ſanctitatis, & maieſtatis hæreticæ: neſcio criminum, an numinum turbam; certè fontem reliquæ fæcunditatis.

CAPVT VIII.

Ex ſecunda Tetrade Sermo, & Vita, decem Æones ſimul fuderunt: homo autem & Eccleſia, duodecim. vt ſit Pleroma ſiue plenitudo, tricenaria diuinitatis impleretur.

Per totum. V. Valentin. 4.

ECCE enim ſecunda Tetras, Sermo & Vita, Homo & Eccleſia, quòd in Patris gloriam fruticaſſet Hinc numero geſtientes & ipſi tale quid Patri de ſuo offere, alios ebulliunt fœtus, proinde coniugaleis, per copulam vtriuſque naturæ. Hac Sermo & Vita decuriam æonum ſimul fundunt: illac Homo & Eccleſia duos amplius, æquiparando parentibus, quia & ipſi duo, cum illis decem tot efficiunt, quot ipſi procreauerunt. Reddo nunc nomina, quos decuriam dixi. Bythos & Mixis: Ageratos & Henoſis: Autophyes & Hedone: Acinetos & Syncraſis: Monogenes & Macaria. Contrà, duodenarius numerus hi erunt: Paracletus & Piſtis: Patricos & Elpis. Metricos & Agape: Ainus & Syneſis: Eccleſiaſticus & Marcariotes: Theletus & Sophia. Cogor hic, quid iſta nomina deſiderent, proferre de pari exẽplo. In ſcholis Carthaginienſibus fuit quidam frigidiſſimus rhetor Latinus, Phoſphorus nomine. quum virum fortem peroraret, Venio, inquit, ad vos, optimi ciues, de prœlio, cum victoria mea, cum fælicitate veſtra, ampliatus, glorioſus, fortunatus, maximus, triumphalis. Et ſcholaſtici ſtatim. Familiæ Phoſphori, Pheu. Audiſti Fortunatam, & Hedonem, & Acinetum, & Theletum, acclama, Familiæ Ptolomæi, Pheu. Hoc erit Pleroma illud arcanũ, diuinitatis tricenariæ plenitudo. Videamus quæ ſint iſtorum priuilegia numerorum, quaternarii, & octonarii, & duodenarii. Interim, in tricenario fæcunditas tota deficit; caſtrara eſt vis, & poteſtas, & libido genitalis æonum. Quaſi non & numerorum tanta adhuc coagula ſupereſſent, nulla alia de pædagogio nomina. Quare enim non & quinquaginta, & centum procreantur? quare non & ſtercolæ, & ſytrophi nominantur?

CAPVT IX.

Tota porro fœcunditate deficiente, Sophia confirmata à nouiſſimo Æone, Horo, ne diſſolueretur, nulla interueniente opera coniugy, ex ſola vi Paſsionis, abortiuum fœtum Enthymeſin expoſuit.

Per totum. V. Valent. ibid.

SED & hoc exceptio perſonarum eſt, quòd ſolus ille Nus ex omnibus immenſi patris fruitur notione, gaudens & exultans, illis vtique mœrentibus. Planè Nus, quantum in ipſo fuit, & voluerat, & tentauerat cæteris quoque communicare quæ norat, quantus & quàm incomprehenſibilis pater, ſed interceſſit mater Sige, illa ſcilicet, quæ & ipſis hæreticis ſuis tacere præſcribit: etſi de patris nutu aiunt factum, volentis omnes in deſiderium ſui accendi. Itaque dum macerantur intra ſemetipſos, dum tacita cupidine cognoſcendi patrem vruntur, penè ſcelus factum eſt. Namque ex illis duodecim æonibus, quos Homo & Eccleſia ediderant, nouiſſima natu æon, viderit Solœciſmus, Sophia enim nomen eſt incontinentia ſui, ſine coniugis Phileti ſocietate, prorumpit in patrem inquirere, & genus cõtrahit vitii, quod exorſum quidem fuerat in illis aliis qui circa Nun, in hunc autem, id eſt in Sophiam deriuarat, vt ſolent vitia in corpore alibi connata, in aliud membrum perniciem ſuam efflare. Sed enim ſub prætexto dilectionis in patrem, æmulatio ſuperabat in Nun ſolum de patre gaudentem. Vt verò impoſſibilia contendens Sophia fruſtratur, & vincitur difficultate, & extenditur affectione, modico abfuit præ vi dulcẽdinis, & laboris deuorari & in reliquam ſubſtantiam diſſolui: nec aliàs quam pereundo ceſſaſſet, niſi bono fato in Horon incuſaſſet, (quædam & huic vis eſt, fundamentum, vniuerſitatis illius extrinſecus cuſtos) quem & Crucem appellant, & Lytroten, & Carpiſten, Ita Sophia periculo exempta, & tarde perſuaſa, declinata inueſtigatione patris conquieuit, totam Enthymeſin, id eſt, animationem, cum Paſſione quæ inſuper acciderat expoſuit.

CAPVT X.

Sophia, coniugi ſuo Phileto reſtituta eſt, intercedente pro ea debita propinquitate: Enthymeſis verò extra Pleroma relegata eſt & crucifixa.

Per totum. V. Valent. ibid. à p. V. Maria. 1 & V. Monica.

SED quidam exitum Sophiæ. & reſtitutionem, aliter ſomniauerunt. Poſt irritos conatus, & ſpei dejectionem, deformatam eam palloro credo, & macie, & incuria

formæ, vti quæ patrem non minus denegatum dolebat, quàm amiſſum. Dehinc in illo mœrore, ex ſemetipſa ſola, nulla opera coniugii, concepit, & procreat fœminã Miraris hæc? Et gallina ſortita eſt de ſuo parere. Sed & vultures, fœminas tantùm aiunt: & tamen ſine maſculo mater. Primò quidem contriſtari propter inconſummationem generationis: metuere poſtremò ne finis quoque inſiſteret: hærere de ratione caſus: curare de occultatione. Remedia nuſquam. Vbi enim iam tragœdiæ, & comœdiæ, à quibus forma mutuaretur exponendi, quod citra pudorem erat natum? Dum in malis res eſt, ſuſpicit, conuertit ad patrem. ſed incaſſùm eniſa, & vires deſerebant. in preces ſuccidit. Tota etiam propinquitas pro ea ſupplicat, vel maximè Nus. quidni? cauſa mali tanti. Nullus tamen Sophiæ exitus vacuit. omnes ærumnæ eius operantur. Siquidem & illa tunc conflictatio, in Materiæ originem peruenit. ignorantia, pauor, mœror, ſubſtantiæ fiunt. Ibi demum pater aliquando motus, per Monogenen Nun, quem ſuprà diximus Horon, in hæc promit in imagine ſua feminamare, quia de patris ſexu ita variant. Adiiciunt autem, Horon etiam Metagogea (id eſt circunductorem) vocari, & Horotheten. Huius prædicant opera, & repreſſam ab illicitis, & purgatam à malis, & deinceps confirmatam Sophiam, & coniugio reſtitutam, & ipſam quidem in Pleromatis cenſu remanſiſſe: Enthymeſin vero eius, & illam appendicem Paſſionem, ab Horo relegatam, & crucifixam, & extra eum factam, Malum, quod aiunt, foras: ſpiritalem tamen ſubſtantiam illam, vt naturalem quendam impetum Æonis, ſed informem & inſpeciatam, quatenus nihil apprehendiſſet: ideoque fructum infirmum, & fœminam pronunciatam.

CAPVT XI.

Ne rurſum talis apud Æonas concuſſio fieret; Nus nouam copulationem edidit, Chriſtum ſcilicet & Spiritum ſanctum.

Pertotum. V. Valent. ibid.

IGITVR poſt Enthymeſin extorrem, & matrem eius Sophiam coniugi reducem, ille iterum Monogenes, ille Nus, otioſus planè de patris cura atque proſpectu, ſolidandis rebus, & Pleromati muniendo, iamque figendo, ne qua eiuſmodi rurſus concuſſio incuteret, nouam excludit copulationem, Chriſtum & Spiritum ſanctum. turpiſſimum par duorum maſculorum: aut fœmina erit Spiritus ſanctus: & vulneratur à fœmina maſculus. Numen his datur vnum, procurare concinnationem Æonum. Et ab eius officii ſocietate, duæ ſcholæ protinus, duæ cathedræ, inauguratio quædam diuidendæ doctrinæ Valentini. Chriſti erat, inducere Æonas naturam coniugiorum, (vides quam rem planè,) & innati coniectationem, & idoneos efficere generandi in ſe agnitionem patris, quòd capere eum non ſit, neque comprehendere, non viſu denique, non auditu compotiri eius, niſi per Monogenen. Et tamen tolerabo quòd ita diſcunt patrem noſſe ne noſſent. Illam magis doctrinæ denotabo peruerſitatem, quòd docebantur, incomprehenſibile quidem patris, cauſam eſſe perpetuitatis ipſorum. Comprehenſibile verò eius, generationis illorum, & formationis eſſe rationem. Hac enim diſpoſitione illud opinor inſinuatur; expedire, Deum non apprehendi: ſiquidem inapprehenſibile eius, perpetuitatis eſt cauſa: apprehenſibile autem, non perpetuitatis, ſed natiuitatis & formationis, egentium perpetuitatis. Filium autem conſtituunt apprehenſibilem patris. Quomodo tamen apprehendatur, tum prolatus Chriſtus edocuit. Spiritus verò ſancti propria, vt de doctrinæ ſtudio omnes peræquati, gratiarum actionem proſequi noſſent, & veram inducerentur quietem.

CAPVT XII.

Tum ex omnibus ſimul Æonibus concurrentibus, perfectus Pleromatis fructus compactus eſt Ieſus, quem Soterem, Chriſtum, Sermonem vocant, & ſatellites eius Angelos.

Pertotum. V. Valent. ibid. à p. V. gaudia nautica. circa. f. V. Hominis dignitas. ſ.

ITAQVE omnes forma & ſapientia peræquantur, facti omnes quod vnuſquiſque: nemo aliud, quia alteri omnes. Refunditur in Nus, in Sermones, in Homines, in Philetos. Æquè feminæ in Sigas, in Zoas, in Eccleſias, in Fortunatas: vt Ouidius Metamorphoſeis ſuas deleuiſſet, ſi hodie maiorem cognouiſſet. Exinde refecti ſunt & conſtabiliti ſunt, & in requiem ex veritate compoſiti, magno cum gaudio fructi, hymnis patrem concinunt. Diffundebatur & ipſe lætitia, vtique bene cantantibus filiis,

& nepotibus. Quidni diffunderetur omni iocunditate, Pleromate liberato? Quis nauclerus non etiam cum dedecore lætatur? Videmus quotidie nauticorum laseiuias gaudiorum. Itaque vt nautæ ad ſymbolam ſemper exultant, tale aliquid & Æones; vnum iam omnes etiam forma, nedum ſententia; conuenientibus ipſis quoque nouis fratribus, & magiſtris Chriſto, & Spiritu ſancto, quod optimum, atque pulcherrimum vnuſquiſque florebat, conferunt in medium. Vane opinor. Si enim vnum erant omnes ex ſupradicta peræquatione, vacabat ſymbolæ ratio, quæ fermè ex varietatis gratia conſtat. Vnum omnes bonum conferebant, quod omnes erant. De modo forſitan fuerit ratio, aut de forma ipſius iam peræquationis. Igitur ex ære collatitio, quod aiunt, in honorem & gloriam patris, pulcherrimum Pleromatis ſidus, fructumque perfectum compingunt, Ieſum: Eum cognominant Soterem, & Chriſtum, & Sermonem, de patruitis: & Omnia iam, vt ex omnium defloratione conſtructum; Graculum Æſopi, Pandoram Heſiodi, Acci Patinam, Neſtoris Cocetum, Miſcellaneam Ptolomæi. Quàm propius fuit de aliquibus Atticis curis Pancarpon vocari, à tam otioſis auctoribus nominum? Vt autem tantum ſigillarium extrinsecus quoque inornarent, ſatellites ei Angelos proferunt: par genus, ſi inter ſe, poteſt fieri: ſi verò Soteri conſubſtantiuos, (ambiguè enim poſitum inueni) quæ erit eminentia eius inter ſatellites coæquales?

CAPVT XIII.

Hactenus fuerit prima tragœdiæ ſcena: ſupereſt alia extra Pleroma cothurnatio.

Per totum. V. Valent. ibid.

CONTINET hic igitur ordo primam proceſſionem patiter & naſcentium, & nubentium, & generantium Æonum: Sophiæ ex deſiderio patris, periculoſiſſimum caſum, Hori opportuniſſimum auxilium, Enthymeſeos, & coniunctæ Paſſionis expiatum, Chriſti & Spiritus ſancti pædagogatum, Æonum tutelarem reformatum, Soteris pauoninum ornatum, Angelorum compararitium antiſtauum. Quod ſupereſt, inquis, Vos valete, & plaudite. Immò quod ſupereſt, inquam, vos audite, & projicite. Cæterùm, hæc intra cœtum Pleromatis decucurriſſe dicuntur; prima tragœdiæ ſcena. Alia autem tranſiparium cothurnatio eſt, extra Pleroma dico. & tamen ſi talis ſub ſinu patris, intra ambitum Hori cuſtodis, qualis extra iam in libero, vbi Deus non erat?

CAPVT XIV.

Enthimeſis ſiue Noui nominis interpretabilis Achamoth ejecta in vacuum & inane Epicuri, licet à Chriſto cùm Spiritu ſancto è ſuperioribus miſſo ex prius informi fœtu, formata, ob Horo extremi Pleromatis cuſtode excluſa, mœrore, metu, conſternatione, ignorantia, afflicta eſt, quòd ad lumen Pleromatis non potuiſſet attingere.

Per totum. V. Valent. ibid.

NAMQVE Enthymeſis, ſiue iam Achamoth (quod adhinc ſcriptum, hoc ſolo ininterpretabili nomine) vt cum vitio indiuiduæ Paſſionis exploſa eſt in loca luminis aliena, quod Pleromatis res eſt, in vacuum atque inane illud Epicuri, miſerabilis etiam de loco eſt. Certè nec forma, nec facies vlla, defectiua ſcilicet, & abortiua genitura. Dum ita rerum habet, flectitur à ſuperioribus Chriſtus, deducitur per Horon, aborſum vt illud informet de ſuis viribus, ſolius ſubſtantiæ, non etiam ſcientiæ forma. Et tamen cum aliquo peculio. relinquitur interim odor incorruptibilitatis, quo compos caſui, potiorum deſiderio ſupputaretur. Hac miſericordia functus, non ſine Spiritus ſancti ſocietate, recurrit Chriſtus in Pleroma. Viuus eſt rerum, ex liberalitatibus queque nomina accedere. Enthymeſis de actu fuit; Achamoth vnde, adhuc quæritur; Sophia de Patre manat; Spiritus ſanctus ex Angelo apud Chriſtum, à quo derelicta ſtatim ſenſerat deſiderium. Itaque proſiluit & ipſa lumen eius inquirere; quem ſi omnino non nouerat, vt inuiſibiliter operatum, quomodo lumen eius ignotum cum ipſo requirebat? Tamen tentauit, & fortaſſe apprehendiſſet, ſi non idem Horos, qui matri eius tam proſperè venerat, nunc tam importunè filiæ occurriſſet, vt etiam inclamarit in eam, Iao, quaſi Porro Quirites, aut, Fidem Cæſaris. inde inuenitur Iao in ſcripturis. Ita depulſa quominus pergeret, nec habens ſuperuolare Crucem, id eſt Horon, quia nullum Catulli Laureolum fuerit exercitata; vt de ſtituta Paſſioni illi ſuæ, in tricamultiplici atque perplexa, omni genere eius cœpit adfligi: mœrore, quòd non perpetraſſet inceptum: metu, ne ſicut luce, ita & vita orbaretur, conſternatione, tum ignorantia. Nec vt mater eius. Illa enim Æon: at hæc pro conditione deterius: inſurgente adhuc & alio fluctu conuerſionis ſcilicet in Chriſtum, à quo viuificata fuerat, & in hanc ipſam conuerſionem temperata.

Zzz ij

CAPVT XV.

Ex Mœrore & metu dicunt ortam materiam, à Pythagoricis, Stoicis, & Platone, reputatam innatam, ipſaque pariter elementa ex eodem cùm materia principio producta.

Per totum. V. Valen. ibid. in m. V. lacrymæ.

AGE nunc diſcant Pythagorici, agnoſcant Stoïci, Plato ipſe, vnde Materia, quam innatam volunt, & originem, & ſubſtantiam traxerit in omnem hanc ſtruem mundi, quòd nec Mercurius ille Triſmegiſtus magiſter omnium Phyſicorum recogitauit. Audiſti Conuerſionem, genus aliud Paſſionis; ex hac omnis anima huius mundi dicitur conſtitiſſe, etiam ipſius Demiurgi, id eſt Dei noſtri. Audiſti mœrorem, & timorem; ex his initiata ſunt cætera. Nam ex lacrymis eius vniuerſa aquarum natura manauit. Hìc æſtimandum, quem exitum duxerit, quantis lacrymarum generibus inundarit. Habuit & ſalſas, habuit & amaras, & dulces, & calidas, & frigidas guttas, & bituminoſas, & ferruginantes, & ſulphurantes, vtique & venenatas, vt & Nonacris inde ſudaerit, quæ Alexandrum occidit; & Lynceſtarum inde defluxerit, quæ ebrios efficit; & Salmacis inde ſe ſoluerit, quę maſculos molles. Cœleſtes imbres pipiauit Achamoth: & nos in ciſternis etiam alienos luctus, & lacrymas ſeruare curamus. Proinde ex conſternatione, & pauore corporália elementa ducta ſunt. Et tamen in tanta circunſtantia ſolitudinis, in tanto circumſpectu deſtitutionis, ridebat interdum, quà conſpecti Chriſti recordans, eo de gaudio riſus lumen effulſit. Cuius hoc prouidentiæ beneficium, quale illam ridere cogebat, idcirco nèc ſemper nos in tenebris moraremur? Nec obſtupeſcas, qui lætitia eius tam ſplendidum elementum radiauerit mundo, cùm mœſtitia quoque eius tam neceſſarium inſtrumentum defluxerit ſæculo? O riſum illuminatorem! ô fletum rigatorem! Et tamen poterat remedio iam agere cum illius lo[illegible] horrore. Omnem enim obſcuritatem eius diſcuſſiſſet, quoties ridere voluiſſet, vel [illegible] cogeretur deſertores ſuos ſupplicare.

CAPVT XVI.

Enthimeſis ad preces conuerſa, miſſo ad ſe Paracleto, Sotere, Ieſu, denuo confirmata, & ab omnibus paſſionis iniuriis deterſa, animales corpulentias ex iſta conuerſione produxit.

Per totum. V. Valent. ibid.

CONVERTITVR enim ad preces & ipſa, more materno. Sed Chriſtus, quem iam pigebat rurſus extra Pleroma proficiſci, vicarium præfecit Paracletum. Soterem (hic erit Ieſus, largito ei patre vniuerſorum Æonum ſummam poteſtatem, ſubjiciendis eis omnibus; vt in ipſo ſecundùm Apoſtolum *omnia conderentur*) ad eam emittit, cum officio, atque comitatu coætaneorum Angelorum; credas & cum duodecim faſcibus. Ibi demum aduentu pompatico eius concuſſa Achamoth, protinus velamentum ſibi obduxit, ex officio primo venerationis, & verecundiæ: dehinc contemplatur eum, fructiferumque ſuggeſtum. Quibus inde conceperat viribus occurrit illi, χύει χαῖρε. Hìc opinor ſuſceptam ille confirmat, atque conformat agnitione iam, & ab omnibus iniuriis Paſſionis expumicat, non eadem negligentia in exterminium diſcretis, quæ acciderat in caſibus matris. Sed enim exercitata vitia, & vſu vitioſa confudit: atquę ita maſſaliter ſolidata, defixit ſeorſum in materiæ corporalem paraturam, commutans ex incorporali paſſione indita, habilitatem, atque naturam, qua peruenire mox poſſet in æmulas æquiparantias corpulentiarum; vt duplex ſubſtantiarum conditio ordinaretur: de vitiis, peſſima; de conuerſione, paſſionalis. Hæc erit materia quæ nos commiſit cùm Hermogene, cæteriſque qui Deum ex materia, non ex nihilo operatum cuncta, præſumunt.

CAPVT XVII.

Inde Euthymeſis ex contemplatione Soteris, & Angelicorum comitantium eum luminum, ſpiritales præ gaudio produxit ſubſtantias. Et ſic facta eſt Trinitas generum; corporalium ſcilicet elementorum, animalium, & ſpiritalium.

Per totum. V. Valent. ibid.

ABHINC Achamoth expedita tandem de malis omnibus, ecce iam proficit, & in opera maiora frugeſcit. Præ gaudio enim tanti ex infelicitate ſucceſſus concale-

facta, ſimulque contemplatione ipſa angelicorum luminum, vt ita dixerim, ſubfer-mentata, pudet, ſed aliter exprimere non eſt, quodammodo ſubauit intra ſe ipſa in illos, & conceptu ſtatim intumuit ſpiritali, ad imaginem ipſam, quam vis lætantis, & lætitia prurientis intentionis imbiberat, & ſibi intimarat. Peperit denique, & facta exinde trinitas generum eſt, ex trinitate cauſarum. Vnum materiale, quod ex paſſione: Aliud animale, quod ex conuerſione: Tertium ſpiritale, quod ex imaginatione.

CAPVT XVIII.

Demiurgus, Deus noſter Rex vniuerſorum, ex animali ſubſtantia productus, execrandâ blaſphemiâ, dicitur.

Per totum. V. Valent. Ibid.

HAc e auctoritate trium ſcilicet liberorum, agendis rebus exercitior facta, formare ſingula genera conſtituit. Sed ſpiritale quidem non ita potuit attingere, vt & ipſa ſpiritalis. Ferè enim paria & conſubſtantiua, in alterutrum valere ſocietas naturæ negauit. Eo animo, vnum ad animale conuertit; prolatis Soteris diſciplinis. Et primum (quod cum magno horrore blaſphemiæ & pronuntiandum, & legendum eſt, & audiendum) Deum fingit hunc noſtrum & omnium, præter hæreticorum, patrem, & Demiurgum & regem vniuerſorum, quæ poſt illum. Ab illo enim omnia. ſi tamen ab illo, & non ab ipſa potius Achamoth, à qua occultò, nihil ſentiens eius, & velut ſigillario extrinſecus ductu, in omnem operationem mouebatur. Denique ex hac perſonarum in operibus ambiguitate, nomen illi Metropatoris miſcuerunt, diſtinctis appellationibus cæteris, ſecundùm ſtatus, & ſitus operum: vt animalium quidem ſubſtantiarum, quas ad dexteram commendant, patrem nuncupent: materialium verò quas ad læuam delegant, Demiurgum nominent: Regem autem communiter in vniuerſitatem.

CAPVT XIX.

De Demiurgo, inter ſe non conueniunt Valentiniani.

Per totum. V. Valent. Ibid.

SED nec nominum proprietas comperit proprietati operum, de quibus nomina omnia, cùm deberet illa, hæc omnia vocitari, à qua res agebantur, niſi quod iam nec ab illa. Cùm enim dicant Achamoth in honorem Æonum imagines commentatam, rurſus hoc in Soterem auctorem detorquent, qui per illam ſit operatus: vt ipſam quidem, imaginem patris inuiſibilis & incogniti daret; incognitam ſcilicet & inuiſibilem Demiurgo, eundem autem Demiurgum Nun filium effingeret, Archangeli verò Demiurgi opus, reliquos Æonas exprimerent. Cùm imagines audio tantas trium, quæro, Non vis nunc vt imagines rideam peruerſiſſimi pictoris illorum? fœminam Achamoth, imaginem patris? & ignarum matris Demiurgum, multò magis patris? imaginem Nus ignorantis patrem? & Angelos famulos ſimulacra dominorum? Hoc eſt mulum de aſino pingere, & Ptolomæum deſcribere, de Valentino.

CAPVT XX.

Demiurgus extra Pleromatis limites conſtitutus, ex materialibus ſubſtantiys hunc mundum condidit: ſeptemplicem autem cælorum ſcenam ex incorporalibus.

Per totum. V. Valent. Ibid.

IGITVR Demiurgus extra Pleromatis limites conſtitutus, in ignominioſa æterni exilij vaſtitate nouam prouinciam condidit, hunc mundum: repurgata confuſione, & diſtinctà diuerſitate duplicis ſubſtantiæ illius, de ſtrue animalium & materiarum. Ex incorporalibus corpora ædificat, grauia, leuia; ſublimantia atque vergentia; cœleſtia, atque terrena. Tum ipſam cœlorum ſeptemplicem ſcenam, ſolio deſuper ſuo finit; vnde & ſabbatum dictum, ab hebdomade ſedis ſuæ; & Ogdoas mater Achamoth, ab argumento Ogdoadis primogenitalis. Cælos autem noeros deputant, & interdum angelos eos faciunt, ſicut & ipſum Demiurgum; ſicut & Paradiſum, archangelum quartum; quoniam & hunc ſupra cœlum tertium pangunt, ex cuius virtute ſumpſerit Adam, diuerſatus illic inter nubeculas, & arbuſculas. Satìs meminerat Ptolomæus puerilium dicibulorum, in mari poma naſci, & in arbore piſces: ſic & in cœleſtibus nucera præſumpſit. Operatur Demiurgus ignorans, & ideo fortaſſe non ſcit arbores in ſola terra inſtitui oportere. Planè mater ſciebat. Quidni ſuggerebat? quæ & effectum

ſuum miniſtrabat. Sed tantum faſtigium filio exſtruens, per ea opera quæ illum & patrem, & Deum, & regem, ante Valentinianorum ingenia teſtantur, cur ſibi quoque iſta noluit eſſe nota, poſtea quæram.

CAPVT XXI.

Varia Achamoth ſiue Sophiæ ſecundæ nomina. Demiurgus autem Deum ſe ſolum iactare non auſus ſciens ſe factum.

Per totum. V. Valent. Ibid.

INTERIM tenendum, Sophiam cognominari & Terram, & Matrem, quaſi Matrem terram, & quod magis rideas, etiam Spiritum ſanctum. Ita omnem illi honorem contulerunt fœminæ, puto & barbam, ne dixerim cætera. Alioquin Demiurgus adeò rerum non erat compos, de animalibus ſcilicet, cenſu inualetudinis, ſpiritalia accedere, vt ſe ſolum, ratus, concionaretur, [a] *Ego Deus, & abſque me non eſt.* Certè tamen
a Eſa. 45. 6. non fuiſſe ſe retro ſciebat. Ergo & factum intelligebat, & factitatorem facti eſſe quemcunque. Quomodo ergo ſolus ſibi videbatur, etſi non certus, ſaltem ſuſpectus de aliquo factitatore?

CAPVT XXII.

Valentiniani diabolum mundi tenentem vocant, & eum opus Demiurgi eſſe aſſerunt.

Per totum. V. Valent. Ibid

TOLERABILIOR infamia eſt apud illos in diabolum, vel quia origo ſordidior capit. ex nequitia enim mœroris illius deputatur; ex qua Angelorum, & dæmonum, & omnium ſpiritalium malitiarum genituras notant. Et tamen diabolum quoque opus Demiurgi affirmant, & Mundi tenentem appellant, & ſuperiorum magis gnarum defendunt, vt ſpiritalem natura, quàm Demiurgum, vt animalem. Meretur, ab illis prælationem, cui omnes hæreſes procurantur.

CAPVT XXIII.

Suis ſingulas poteſtates, Pleroma, Horum, Achamoth, Demiurgum, finibus locant, quibus ignem inflabellatum addunt.

Per totum. V. Valent. Ibid. In m. V. aëris Elogia.

SINGVLARIVM autem poteſtatum arces his finibus collocant. In ſummis ſummitatibus præſidet tricenarius Pleroma, Horo ſignante lineam extremam. Infterius illum metarit medietatem Achamoth, filium calcans. ſubeſt enim Demiurgus in Hebdomade ſua, magìs diabolus, in iſto nobiſcum communi mundo coëlementato & concorporificato, (vt ſuprà editum eſt) ex Sophiæ vtiliſſimis caſibus, quà nec aërem habere reciprocandi ſpiritus ſpatium, teneram omnium corporum veſtem, colorum omnium indicem, organum temporum, ſi non & iſtum Sophiæ mœſtitia colaſſet: ſicut animalia metus, ſicut conuerſio eius, ipſum Demiurgum. His omnibus elementis, atque corporibus ignis inflabellatus eſt. cuius originalem Sophiæ paſſionem, quia nondum ediderunt, ego interim argumentabor, motiunculis eius excuſſum. Credas enim illam in tantis vexationibus etiam febricitaſſe.

CAPVT XXIV.

Demiurgus carnem homini creat, non ex limo terræ, ſed ex materia quadam Philoſophica.

Per totum. V. Valent. Ibid.

QVVM talia de Deo, vel de deis, qualia de homine figmenta? Molitus enim mundum Demiurgus, ad hominem manus confert, & ſubſtantiam ei capit, non ex iſta, inquiunt, arida, quam nos vnicam nouimus terram, (quaſi non etſi arida poſtmodum, adhuc tamen tunc aquis ante ſegregatis ſuperſtite limo ſiccauerit:) ſed ex inuiſibili corpore materiæ illius ſcilicet philoſophicæ, de fluxili & fuſili eius: quod vnde fuerit, haud queo æſtimare, quia nuſquam eſt. Si enim fuſile & fluxile, liquoris eſt qualitas, liquor autem omnis de Sophiæ fletibus fluxit, ſequitur vt limum ex pituitis & gramis Sophiæ conſtitiſſe credamus, quæ lacrymarũ proinde ſunt fæces, ſicut aquarum, quod deſidet, limus eſt. Figulat ita hominem Demiurgus, & de adflatu ſuo animat: ſic erit & choicus, & animalis, ad imaginem & ſimilitudinem factus: quadruplex

res : vt imago quidem, choïcus deputetur ; materialis ſcilicet ; etſi non ex materia Demiurgus ; ſimilitudo autem , animalis : hoc enim & Demiurgus. Habes duos. Interim Carnalem ſuperficiem poſtea aiunt choico ſupertextam , & hanc eſſe pelliceam tunicam obnoxiam ſenſui.

CAPVT XXV.

Demiurgus hominis corpori formato afflat animam , eique pariter Achamoth ſpiritale ſemen infundit, quod vocant Eccleſiam.

Per totum. V. Valent. Ibid.

INERAT autem in Achamoth ex ſubſtantia Sophiæ matris, peculium quoddam ſeminis ſpiritalis : ſicut & ipſa Achamoth in filio Demiurgo ſequeſtrauerat , nè hoc quidem gnaro. Accipe induſtriam clandeſtinæ prouidentiæ huius. Ad hoc enim & depoſuerat, & occultauerat, vt quum Demiurgus animam mox de ſuo adflatu in Adam communicaret, pariter & ſemen illud ſpiritale, quaſi per canalem deriuaretur in choicum : atque ita fœturatum in corpore materiali, velut in vtero , & adultum illic , idoneum inueniretur ſuſcipiendo quandoque Sermoni perfecto. Itaque cùm Demiurgus traducem animæ ſuæ committit in Adam, latuit homo ſpiritalis, flatu inſertus, & pariter corpori inductus , quia non magis ſemen nouerat matris Demiurgus , quàm ipſam. Hoc ſemen Eccleſiam dicunt , Eccleſiæ ſupernæ ſpeculum , & hominis cenſum : proinde eum àb Achamoth deputantes , quemadmodum animalem à Demiurgo: choïcum , ſubſtantia ἀρχῆς : carnem , materia. Habes nouum , id eſt quadruplum Geryonem.

CAPVT XXVI.

Hinc tria hominum genera faciunt , materiale ſiue carnale , animale, & ſpiritale , quæ diuerſos exitus ſortiuntur.

Per totum. V. Valent. Ibid. & ſum. V. Chriſti car. 1.

SIc & exitū ſingulis diuidunt. Materiali quidem, id eſt carnali, quem & ſiniſtrum vocant, indubitatū interitū: Animali verò, quem & dextrū appellant, dubitatum euentum: vtpote inter materialem, ſpiritalemque nutanti, & illac debito, quà plurimum adnuerit. Cæterùm ſpiritalē emitti, in animalis comparationē, vt erudiri cum eo, & exerceri in conuerſationibus poſſit. Indiguiſſe enim animalē, etiam ſenſibilium diſciplinarum : in hoc & paraturam mundi proſpectam : in hoc & Soterem animalem in mundo repræſentatum, in ſalutem ſcilicet animalis. Alia adhuc compoſitione monſtruoſum, volunt illum proſicias earum ſubſtantiarum induiſſe , quarum ſummam ſaluti eſſet redacturus : vt ſpiritalem quidem ſuſceperit ab Achamoth ; animalem verò, quem mox à Demiurgo induit, Chriſtum : cæterùm corporalem , ex animali ſubſtantia , ſed miro & inenarrabili rationis ingenio conſtructum , adminiſtrationis cauſa , vim contuliſſe, quò congreſſui, & conſpectui, & contactui, & defunctui ingratis ſubjaceret. Materiale autem nihil in illo fuiſſe, vtpote ſalutis alienum. quaſi aliis fuerit neceſſarius , quàm egentibus ſalute. Et totum hoc , vt carnis noſtræ habitum alienando à Chriſto , à ſpe etiam ſalutis expellant.

CAPVT XXVII.

Demiurgus Chriſtum filium ſuum non ex virgine, ſed per virginem , in quem Soter ſpecie columbæ deuolauit , & in Chriſto impaſſibilis manſit : Chriſtus autem animalis eſt paſſus.

Per totum. V. Valent. Ibid. per totum. V. Valent. Ibid. & à p. V. Chriſti caro. 2.

NVNC reddo de Chriſto : In quem tanta licentia Ieſum inſerunt quidam , quanta ſpiritale ſemen anim[illegible] , cum inflatu infulciunt , fartilia neſcio quæ commenti, & hominum, & deorum ſuorum. Eſſe enim Demiurgo ſuum Chriſtum filium naturalem. Denique animalem prolatum ab ipſo , promulgatum Prophetis : in Præpoſitionum quæſtionibus poſitum, id eſt per virginem , non ex virgine editum : quia delatus in virginem tranſmeatorio potius, quàm generatorio more proceſſerit; per ipſam, non ex ipſa ; non matrem eam, ſed viam paſſus. Super hunc itaque Chriſtum deuolaſſe tunc in baptiſmatis ſacramento Soterem, per effigiem columbæ. Fuiſſe autem & in Chriſto etiam ex Achamoth ſpiritalis ſeminis condimentum , nè marceſceret [illegible] et reliqua farſura. Nam in figuram principalis Tetradis, quatuor eum ſubſtantiis ſtipant ; ſpiritali

Achamothiana; animali Demiurgina; corporali inenarratiua; & illa Sotericiana, id eſt columbina. Et Soter quidem permanſit in Chriſto impaſſibilis, inlæſibilis, inapprehenſibilis. Denique cùm ad apprehenſiones venitur, diſceſſit ab illo, in cognitione Pilati. Proinde nec matris ſemen admiſit iniurias, æquè inſubditiuum, & nè ipſi quidem Demiurgo compertum. Patitur verò animalis & carneus Chriſtus, in deliniationem ſuperioris Chriſti, qui ad Achamoth formandam, ſubſtantiuali, non agnitionali forma, Cruci, id eſt Horo fuerat innixus. Ita omnia in imagines vrgent, planè & ipſi imaginatij Chriſtiani.

CAPVT XXVIII.

Meliores & nobiliores animæ, in prophetas, Sacerdotes, & Reges, adleguntur.

Per totum. V. Valent. Ibid.

INTEREA Demiurgus omnium adhuc neſcius, etſi aliquid & ipſe per Prophetas concionabitur, nè huius quidem operis ſui intelligens: (diuidunt enim & prophetiale patrocinium in Achamoth, in ſemen, in Demiurgum) vbi aduentum Soteris accepit,
Matth. 8.5. properè & ouanter accurrit, cum omnibus viribus ſuis, Centurio de Euangelio. Et de omnibus inluminatus, ab illo etiam ſpem ſuam diſcit, quòd ſucceſſurus ſit in locum matris. Ita exinde ſecurus, diſpenſationem mundi huius, vel maximè Eccleſiæ protegendæ nomine, quanto tempore oportuerit, inſequitur.

CAPVT XXIX.

Occaſione Cain, Abel, & Seth, tria hominum genera faciunt, Choicum ſiue materiale, Animale. & ſpiritale.

Per totum. V. Valent. Ibid. & in f. V. opera bona. 3.

COLLIGAM nunc ex diſperſo, ad concludendum, quæ de totius generis humani diſpoſitione diſſeruant. Triformem naturam primordiò profeſſi, & tamen inunitam in Adam, inde iam diuidunt per ſingulares generum proprietates, nacti occaſionem diſtinctionis huiuſmodi, ex poſteritate ipſius Adæ, moralibus quoque differentijs tripartitæ. Cain, Abel, & Seth, fontes quodammodo generis humani, in totidem deriuant argumenta, naturæ atque eſſentiæ. Choicum, ſaluti degeneratum, ad Cajn redigunt: Animale, mediæ ſpei deliberatum, ad Abel componunt: Spiritale, certæ ſaluti præjudicatum, in Seth recondunt. Sic & animas ipſas duplici proprietate diſcernunt, bonas, & malas: ſecundùm Chojcum ſtatum ex Cajn, & animalem ex Abel, ſpiritalem ex Seth. De obuenientia ſuperducunt iam non naturam, ſed indulgentiam, vt quas Achamoth in ſuperioribus in animas bonas depluat, id eſt animali cenſui inſcriptas. Chojcum enim genus, id eſt malas animas, nunquam capere ſalutaria. Immutabilem enim & irreformabilem naturam pronuntiauerunt. Id ergo granum ſeminis ſpiritalis modicum & paruulum jactu, ſed eruditu huius fides augetur atque prouehitur, ceu ſuprà diximus: animæque hoc ipſo ita cæteris præuertunt, vt Demiurgus tunc ignorans magni eas fecerit. Ex earum ergo laterculo, & in reges, & in ſacerdotes allegere conſueuerat; quæ nunc quoque ſi plenam atque perfectam notitiam apprehenderint iſtarum næniarum, naturificatæ iam ſpiritalis conditionis germanitate, certam obtinebunt ſalutem, immò omnimodò debitam.

CAPVT XXX.

Spiritalibus, quales ſe iactant, dicunt neque opera bona, neque martyria neceſſaria eſſe, ſed nobis Pſychicis, id eſt animalibus.

In p. V Opera bona. 3. per totum. V. Valent. Ibid. & in m. V. opera bona. 4. in f. V. nuptiæ ab hæret. impugnatæ .1.

IDEOQVE nec operationes neceſſarias ſibi exiſtimant, nec vlla diſciplinæ munia obſeruant: martyrij quoque eludentes neceſſitatem, qua volunt interpretatione. Hanc enim regulam Animali ſemini præſtitutam, vt ſalutem quam non de priuilegio ſtatus poſſidemus, de ſuffragio actus elaboremus. Nobis enim inſcriptura huius ſeminis, qui imperfectæ eſſentiæ ſumus, quia amoribus Phileti, & vtique abortui deputamur, quod mater illorum. Sed nobis quidem væ, ſi exceſſerimus in aliquo diſciplinæ jugum: ſi obtorpuerimus in operibus ſanctitatis atque iuſtitiæ: ſi confitendum alibi, neſcio vbi, & nō ſub poteſtatibus iſtius ſæculi, apud tribunalia præſidum, optauerimus.

Ult

Illi verò & de paſſiuitate vitæ, & diligentia deliƈtorum, generoſitatem ſuam vindicent, blandiente ſuis Achamoth, quoniam & ipſa delinquendo profecit. Nam & honorandorum coniugiorum ſupernorum gratia dicitur apud illos, meditandum atque celebrandum ſemper ſacramentum, comiti, id eſt fæminæ adhærendo; alioquin degenerem, nec legitimum veritatis, qui diuerſatus in mundo non amauerit fæminam, nec ſe ei iunxerit. Et quid facient ſpadones, quos videmus apud illos?

CAPVT XXXI.

Quod ſpectat ad mercedem in mundi exitu diſpenſandam, dicunt Achamoth de medio tabulato in pleroma transferendum, excipiendumque à ſponſo ſuo Sotere ex Æonum omnium defloratione compacto: Demiurgum item de hebdomade ſua, hoc eſt ſeptena manſione ſub cœleſti, tranſiturum in vacuum matris ſuæ Achamoth locum.

In p. V. Nuptias hæret. impugnant 2. per totum V. Valent. Ibid.

SVPEREST de conſummatione, & diſpenſatione mercedis. Vbi totam meſſem Achamoth ſeminis ſui preſſerit, dein colligere in horreum cœperit, vel cùm ad molas delatum, & defarinatum, in conſperſionis aluearia abſconderit, donec totum confermentetur, tunc conſummatio vrgebit. Igitur in primis ipſa Achamoth, de regione medietatis, de tabulato ſecundo in ſummum transfertur, reſtituta Pleromati: & ſtatim excipit compaƈtitius ille Soter, ſponſus ſcilicet: ambo conjugium nouum. Et hic erit in ſcripturis ſponſus & ſponſa, & ſponſale Pleroma. Credas enim, vbi de loco in locum transmigratur, leges quoque Iulias interuenire, ſicut & cœnam. Et Demiurgus tunc de Hebdomade ſubcœleſti in ſuperiora mutàbit, in vacuum iam cœnaculum matris, ſciens iam nec videns illam. Nam ſi ita erat, ſemper ignorare maluiſſet.

CAPVT XXXII.

Materiale porro hominum genus, cui & anima mortalis eſt, exceptis qui fide ſalutem inuenerint, in plenum & totum interitum habiturum. Pſychicorum iuſtorum animas in medium tabulatum tranſituras: ſpiritualium denique, hoc eſt Valentinianorum, ad ſummum Pleromatis palatium traducendas in ſponſas Angelorum.

Per totum. V. Valent. Ibid. & à p. ad f. V. nuptias impugnant hæret. 2.

HVMANA verò gens in hoc exitus ibit; choïcæ & materialis notæ, in totum interitum: quia [a] *omnis caro fœnum*. & anima mortalis apud illos, niſi quæ ſalutem fide inuenerit. Iuſtorum animæ, id eſt noſtræ, ad Demiurgum in medietatis receptacula, transmittentur. Agimus gratias, contenti erimus cum Deo noſtro deputari, quo aſcenſus. Nihil animale in Pleromatis palatium admittitur, niſi ſpiritale examen Valentini. Illic itaque primo deſpoliantur homines ipſi, id eſt interiores. Deſpoliari autem eſt, deponere animas, quibus induti videbantur, eaſque Demiurgo ſuo reddent, quas ab eo auerterant. Ipſi autem ſpiritus in totum fient intelleƈtuales, neque detentui, neque conſpeƈtui obnoxij: atque ita inuiſibiliter in Pleroma recipientur. Furtim, ſi ita eſt. quid deinde? Angelis diſtribuentur ſatellitibus Soteris. In filios putas? Non: Sed in apparitores? Ne iſtud quidem. Sed in imagines? Vtinam vel hoc. In quid ergo, ſi non pudet dicere? In ſponſas. Tunc illi Sabinas raptas inter ſe de matrimonijs plaudent. Hæc erit Spiritalium merces, hoc præmium credendi. Fabulæ tales vtiles, vt Marcus, aut Cajus in hanc carnem barbatus, & hæc omnia; ſeuerus maritus, pater, auus, proauus, certè quod ſufficit, maſculus, in Nymphone Pleromatis ab Angelo, tacendo iam dixi, & forſitan parias aliquem Oneſimum Æonem. His nuptijs rectè deducendis, pro face & flammeo, tunc credo ille ignis arcanus erumpet, & vniuerſam ſubſtantiam depopulatus, ipſe quoque decineratis omnibus in nihilum finietur; & nulla iam fabula. Sed næ ego temerarius, qui tantum ſacramentum etiam inludendo prodiderim. Verendum mihi eſt, nè Achamoth, quæ ſe nec filio agnitam voluit, inſaniat; ne Phileius iraſcatur; ne Fortuna acerbetur. Et tamen homo ſum Demiurgi, illuc habeo deuertere, vbi poſt exceſſum omnino non obnubitur: *vbi ſuperindui potius quàm deſpoliari*: vbi etſi deſpolior ſexui meo, deputor angelis; non angelus, non angela. nemo mihi quicquam faciet, quem & tunc maſculum inuenient.

Matt. 22. 30.
2. Cor. 5. 2.

CAPVT XXXIII.

Emendatores Ptolomæi in hoc à Valentino diſſident, quòd duas Bytho dent coniuges, cogitationem ſcilicet & voluntatem. Ex cogitatione porro genitam veritatem; ex voluntate autem Monogenem.

Per totum. V. Valent. Ibid.

PRODVCAM denique velut epicithatiſma poſt fabulam tantam, etiam illa quæ nè ordini obſtreperent, & lectoris intentionem interjectione diſpargerent, hunc malui in locum diſtuliſſe, aliter atque aliter commendata ab emendatoribus Ptolomæi. Extiterunt enim de ſchola ipſius *a diſcipuli ſuper magiſtrum*, qui duplex coniugium Bytho ſuo adfingerent, Cogitationem & Voluntatem. Vna enim ſatis non erat Cogitatio, qua nihil producere potuiſſet, ex duabus facillimo prolatu. Primum coniugium, Monogenem & Veritatem: ad imaginem quidem Cogitationis, fœminam Veritatem: ad imaginem Voluntatis, marem Monogenem. Voluntatis enim vis, vti quæ effectum præſtat Cogitationi, maris obtinet cenſum.

CAPVT XXXIV.

Alij velnullum ſexum affingunt Bytho, vel Hermaphroditum effingunt.

Per totum. V. Valent. Ibid.

PVDICIORES alij, honorem diuinitatis recordati, vt etiam vnius coniugij dedecus ab eo auellerent, maluerunt nullum Bytho ſexum deputare: & fortaſſe Hoc Deum, non Hic Deus, neutro genere pronuntiant. Alij contrà magis, & maſculum & fœminam dicunt, nè apud ſolos Lunenſes Hermaphroditum exiſtimet Annalium commentator Feneſtella.

CAPVT XXXV.

Sunt qui non principatum, ſed poſtumatum Bytho tribuant poſt Ogdoadem primam: qua ex Zetrade orta, ſed alijs nominibus dicta eſt.

Per totum. V. Valent. Ibid. & inf. V. Ignorantia. a.

SVNT qui nec principatum Bytho defendant, ſed poſtumatum; Ogdoaden ante omnia præmittentes, ex Tetrade quidem & ipſam, ſed & alijs nominibus deriuatam. Primò enim conſtituunt Proarchen, ſecundò Anennoëron, tertiò Arrheton, quartò Aoraton. Ex Proarche itaque proceſſiſſe primo & quinto loco Archen: ex Anennoëto, ſecundo & ſexto loco Acatalepton: ex Arrheto, tertio & ſeptimo loco Anonomaſton: ex Inuiſibili, quarto & octauo loco Agenneton. Hoc quæ ratio diſponat, vt ſingula binis locis, & quidem tam intercisis, naſcantur, malo ignorare quàm diſcere. Quid enim recti habent, quæ tam peruersè proferuntur?

CAPVT XXXVI.

Alij malunt integram Ogdoadem illam vno partu, ex patre Bytho, & Ennœa matre effuſam.

Per totum. V. Valent. Ibid. in p. V. Ignorantia. 2.

QVANTÒ meliores qui totum hoc tædium de medio amoliti, nullum Æonem voluerunt alium ex alio, per gradus reuera Gemonios, ſtructum, ſed mappa (quod aiunt) miſſa, ſemel octojugem iſtam, ex Patre, & Ennœa eius excluſam. Ex ipſo denique eius motu nomina gerunt. Quum, inquiunt, cogitauit proferre, hoc Pater dictus eſt. Quum protulit, quia vera protulit, hic Veritas appellata eſt. Quum ſemetipſum voluit probari, hoc Homo pronuntiatus eſt. Quos autem præcogitauit, cùm protulit, tunc Eccleſia nuncupata eſt. Sonuit Homo ſermonem, & hic eſt primogenitus filius: Sermoni acceſſit Vita, & Ogdoas prima concluſa eſt. Sed hoc tædium non puſillum.

CAPVT XXXVII.

Eſt & alius Valentinianorum Pontifex qui Monoteta, & Henoteta primos facit Æonum parentes, ex quibus geniti ſunt Monas, & Vnio; ex quibus rurſum cæteri proguati ſunt Æones.

Per totum. V. Valent. Ibid.

ACCIPE alia ingenia Curruca Euniani, inſignioris apud eos magiſtri, qui & Pontificali ſua auctoritate in hunc modum cenſuit: Eſt, inquit, ante omnia Proarche, inexcogitabile, & inenarrabile, & innominabile, quod ego nomino Monoteta. Cum hac, erat alia virtus, quam & ipſam appello Henoteta. Munotes & Henotes, id eſt Solitas & Vnitas, cùm vnum eſſent, protulerunt non proferentes initium omnium intellectuale, innaſcibile, quod ſermo Monada vocauit. Huic adeſt conſubſtantiua virtus, quam appellat Vnio. Hæ igitur virtutes Solitas, Singularitas, Vnitas, Vnio, cæteras prolationes Æonum propagarunt. O differentia! Mutetur Vnio & Vnitas, Singularitas, & ſuum Solitas, quamquam deſignaueris, vnum eſt.

CAPVT XXXVIII.

Secundus quidam inter cæteros humanior, duas Tetradas diuidit in dextram, & ſiniſtram; lumen & tenebras. Negat autem abortiuum illum fœtum dictum Achamoth, ab vllo Æonum deriuari.

Per totum V. Valent. Ibid.

HVMANIOR iam Secundus, vt breuior, Ogdoadem in duas Tetradas diuidens, in dextram & ſiniſtram, in lumen & tenebras; tantùm quod deſultricem & defectricem illam virtutem non vult ab aliquo deducere triginta Æonum, ſed à fructibus de ſubſtantia eorum venientibus.

CAPVT XXXIX.

Maior inter Valentinianos diuerſitas eſt circa Ieſum. Hunc enim Valentinus ex omnium Æonum floſculis, alij ex decem tantùm, alij ex duodecim, alij à Chriſto ſolum & Spiritu ſancto, alij denique aliunde ortum confingunt. Vt ſic Doctrina Valentinianorum in Syluas exoleuerit Gnoſticorum.

Per totum. V. Valent. Ibid. & inf. V. Valentinianæ fabulæ. 3.

DE ipſo iam Domino Ieſu, quanta diuerſitas ſcinditur? Hi ex omnium Æonum floſculis eum conſtruunt: illi ex ſolis decem conſtitiſſe contendunt, quos Sermo & Vita protulerunt; inde & in ipſum Sermonis & Vitæ concurrerunt oculi: iſti ex duodecim potius, ex Hominis & Eccleſiæ fœtu: ideoque Filium hominis aiunt pronuntiatum: alij à Chriſto & Spiritu ſancto conſtabiliendæ vniuerſitati prouiſis, confictum: & iure, paternæ appellationis hæredem. Sunt qui filium hominis aliunde conceperint dicendum: quamquam ipſum Patrem, pro magno nominis Sacramento, Hominem appellaſſe præſumpſerint; vt quid amplius ſperes de eius Dei fide, cui nunc adæquaris? Talia ingenia ſuperfruticant apud illos, ex materni ſeminis redundantia. Atque ita, inoleſcentes doctrinæ Valentinianorum, in ſiluas iam exoleuerunt Gnoſticorum.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI
DE VELANDIS VIRGINIBVS.

In librum de Velandis Virginibus,

ARGVMENTVM.

Contrariam Apoſtolico præcepto conſuetudinem ſuggillat hoc libro; & contendit non tantùm nuptas, ſed & Virgines ſæculares, & ad nuptias aſpirantes, ſed & Deo ſacras velari debere, præſertim in Eccleſiis. Qua in cauſa iam græcè ſe ſcripſiſſe dicit, & in calce operis hoc opus ſuum eſſe ſubſcribit, quem imitatus eſt Cyprianus, libro de diſciplina & habitu Virginum. Scripſit autem referente Pamelio in eius vita Anno Chri. ducenteſimo decimo, Zephyrini vndecimo, Seueri decimo ſeptimo. Sed in computo Baronij annus Chri. 210. reſpondet Zephyrini. 8. & Seueri. 16.

CAPVT PRIMVM.

Conſuetudo aduerſus veritatem præſcribere non debet. Regula quippe fidei ſemel data, reformationi non ſubiacet; cùm cætera quæ ad conuerſationem, & morum diſciplinam ſpectant, de nouo in melius corrigi, & reformari poſſint.

In p. V. Velandæ Virg. n. in p. V. Conſuetudo. à p. V. fides. 4. in m. ad circa. f. V. progreſſus. 2. & V. Spiritus S. 2. in f. V. Spiritus. S. 2.

PROPRIVM iam negotium paſſus meæ opinionis, latinè quoque oſtendam virgines noſtras velari oportere, ex quo tranſitum ætatis ſuæ fecerint: hoc exigere veritatem, cui nemo præſcribere poteſt, non ſpatium temporum, non patrocinia perſonarum, non priuilegia regionum: ex his enim ferè conſuetudo initium, ab aliqua ignorantia, vel ſimplicitate ſortita, in vſum per ſucceſſionem corroboratur,
Io. 14.6. & ita aduerſus veritatem vindicatur. Sed Dominus noſter Chriſtus, veritatem ſe, non conſuetudinem cognominauit, ſi ſemper Chriſtus, & prior omnibus, æquè veritas ſempiterna, & antiqua res. Viderint ergo quibus nouum eſt quod ſibi vetus eſt. Hæreſeis non tam nouitas, quàm veritas reuincit. Quodcumque aduerſus veritatem ſapit, hoc erit hæreſis, etiam vetus conſuetudo. Cæterum ſuo vitio quis quid ignorat. Quod autem ignoratur, fuit tam requirendum, quàm recipiendum quod agnoſcitur. Regula quidem fidei vna omnino eſt, ſola immobilis, & irreformabilis, credendi ſcilicet in vnicum Deum omnipotentem, mundi conditorem, & filium eius Ieſum Chriſtum, natum ex Virgine Maria, crucifixum ſub Pontio Pilato, tertia die reſuſcitatum à mortuis, receptum in cœlis, ſedentem nunc ad dexteram Patris, venturum iudicare viuos & mortuos, per carnis etiam reſurrectionem. Hac lege fidei manente, cætera iam diſciplinæ & conuerſationis, admittunt nouitatem correctionis, operante ſcilicet, & proficiente vſque in finem gratia Dei. Quale eſt enim, vt diabolo ſemper operante, & adiiciente quotidie ad iniquitatis ingenia, opus Dei, aut ceſſauerit, aut proficere deſtiterit? cùm propterea Paracletum miſerit Dominus; vt quoniam humana mediocritas omnia ſemel capere non poterat, paulatim dirigeretur, & ordinaretur, & ad perfectum perduceretur diſciplina, ab illo Vicario Domini Spiritu ſancto. [a] *Adhuc*, inquit, *multa*
a Io. 16. 12. 13. *habeo loqui vobis, ſed nondum poteſtis ea baiulare: cùm venerit ille Spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem, & ſuperuenientia renuntiabit vobis.* Sed & ſupra de hoc ejus opere pronuntiauit. Quæ eſt ergo paracleti adminiſtratio, niſi hæc quòd diſciplina dirigitur, quòd ſcripturæ reuelantur, quòd intellectus reformatur, quòd ad meliora proficitur? nihil ſine ætate eſt, & omnia tempus expectant. Denique Eccleſiaſtes; [b] *Tempus*, in-
b Eccle 3.1. quit, *omni rei.* Aſpice ipſam creaturam paulatim ad fructum promoueri. Granum eſt primò, & de grano frutex oritur, & de frutice arbuſcula enititur: deinde rami, & frondes inualeſcunt, & totum arboris nomen expanditur: inde germinis tumor, & flos de germine ſoluitur, & de flore fructus aperitur, is quoque rudis aliquandiu, & informis, paulatim ætatem ſuam dirigens, eruditur in manſuetudinem ſaporis. Sic & iuſtitia (nam idem Deus iuſtitiæ & creaturæ) primò fuit in rudimentis, natura Deum metuens: dehinc per Legem & Prophetas promouit in infantiam: dehinc per Euangelium efferbuit in iuuentutem: nunc per Paracletum componitur in maturitatem. Hic erit ſolus à Chriſto magiſter & dicendus & verendus. [c] *Non enim ab ſe loquitur, ſed quæ mandantur à Chriſto.* Hic ſolus anteceſſor, quia ſolus poſt Chriſtum. Hunc qui receperunt, veritatem conſuetudini anteponunt. Hunc qui audierunt vſque nunc, non olim prophetantem, virgines contegunt.

CAPVT II.

Conſuetudo velandarum Virginum in Eccleſiis Apoſtolicis conſeruata, præualet conſuetudini in Africam inuectæ, quæ proinde priſtinis illis conformanda eſt; cùm vna ſit Africa, & illarum fides, ſpes, Sacramenta, idem Deus, Chriſtus, & Eccleſia.

A m. ad f. V. oculus. 2. & circa. f. V. Virgo. 2. in f. Velandæ Virg. 1.

SED nolo interim hunc morem veritati deputare. Conſuetudo ſit tantiſper, vt conſuetudini etiam conſuetudinem opponam. Per Græciam, & quaſdam Barbarias eius plures Eccleſiæ virgines ſuas abſcondunt. Eſt & ſub hoc cœlo inſtitutum iſtud alicubi, nè quis gentilitati Græcanicæ, aut Barbaricæ conſuetudinem illam aſcribat. Sed eas ego Eccleſias propoſui, quas & ipſi Apoſtoli vel Apoſtolici viri cōdiderunt, & puto ante quoſdam. Habent igitur & illæ eandem conſuetudinis auctoritatem, tempora, &

anteceſſores opponunt magìs quàm poſteræ iſtæ. * Quid obſeruabimus, quid deligemus? Non poſſumus reſpuere conſuetudinem, quam damnare non poſſumus, vtpote non extraneam, quia non extraneorum, cum quibus ſcilicet communicamus ius pacis, & nomen fraternitatis. Vna nobis & illis fides, vnus Deus, idem Chriſtus, eadem ſpes, eadem lauacri ſacramenta. Semel dixerim, vna Eccleſia ſumus. Ita noſtrum eſt, quodcunque noſtrorum eſt. Cæterum, diuidis corpus. Tamen hic, ſicut in omnibus variè inſtitutis, & dubijs & incertis fieri ſolet, adhibenda fuit examinatio, quæ magìs ex duabus tam diuerſis conſuetudinibus, diſciplinæ Dei conueniret. Et vtique ea deligenda, quæ virgines includit, ſoli Deo notas, quibus, præter quòd à Deo, non ab hominibus captanda gloria eſt, etiam ipſum bonum ſuum erubeſcendum eſt. Virginem magìs laudando, quàm vituperando confundas: quia delicti durior frons eſt, ab ipſo, & in ipſo delicto, impudentiam docta. Nam illam conſuetudinem, quæ virgines negat, dum oſtendit, nemo probaſſet, niſi aliqui tales, quales virgines ipſæ. Tales enim oculi volent virginem viſam, quales habet virgo quæ videri volet. Inuicem ſe eadem oculorum genera deſiderant. Eiuſdem libidinis eſt videri, & videre. Tam ſancti viri eſt ſubfundi, ſi virginem viderit, quam ſanctæ virginis, ſi à viro viſa ſit. * Quod.

CAPVT III.

Cùm cuiuſque Virginis arbitrio relictum eſſet, aut velari, & nubere, aut ſecus facere; arguit audaciam virginum ſecularium, quæ aduerſus virgines Deo ſacras inſurgerent, eo quod ipſæ velatæ incederent, & grauiter increpat, quod manu ſacrilega detraherent habitum, id eſt velum a ſanctis Dei virginibus electum.

In p. ad m. V. Velandæ Virg. 1. à p. V. Scandalum. 1. circa. f. V. Velandæ Virg. 9. in f. V. Velandæ Virg. 2.

SEd nec inter conſuetudines diſpicere voluerunt illi ſanctiſſimi anteceſſores. Tamen tolerabilius apud nos ad vſque proximè, vtrique conſuetudini communicabatur. Arbitrio permiſſa res erat, vt quæque voluiſſet, aut tegi, aut proſtitui, ſicut & nubere: quod & ipſum neque cogitur, neque prohibetur. Contenta erat veritas paciſci cum conſuetudine, vt tacitè ſub conſuetudinis nomine frueretur ſe, vel ex parte. Sed quoniam cœperat agnitio proficere, vt per licentiam vtriuſque moris, indicium melioris partis emergeret, ſtatim ille aduerſarius bonorum, multòque inſtitutorum, opus ſuum fecit. Ambiunt virgines hominum, aduerſus virgines Dei, nuda planè fronte in temerariam audaciam excitatæ. Et virgines videntur quæ aliquid à viris petere poſſunt, nedum tale factum, vt ſcilicet æmulæ earum, tantò magis liberæ, quantò Chriſti ſolius ancillæ, dedantur illis. Scandalizamur, inquiunt, quia aliæ incedunt: & malunt ſcandalizari, quàm prouocari. Scandalum, niſi fallor, non bonæ rei, ſed malæ exemplum eſt, ædificans ad delictum. Bonæ res neminem ſcandalizant, niſi malam mentem. Sì bonum eſt modeſtia, verecundia, faſtidium gloriæ ſoli Deo captans placere, agnoſcant malum ſuum, quæ de tali bono ſcandalizantur. Quid enim ſi & incontinentes dicant ſe à continentibus ſcandalizari, continentia reuocanda eſt? & nè multinubi ſcandalizentur, monogamia recuſanda eſt? Cur non magìs hæ querantur ſcandalo ſibi eſſe petulantiam, impudentiam oſtentatitiæ virginitatis? Propter eiuſmodi igitur capita nundinatitia, trahantur virgines ſanctæ in Eccleſiam, erubeſcentes quòd cognoſcantur in medio, pauentes quòd detegantur accerſitæ quaſi ad ſtuprum. Non minus enim & hoc pati nolunt. Omnis publicatio virginis bonæ, ſtupri paſſio eſt. Et tamen vim carnis pati, minus eſt; quia de officio naturæ venit. Sed cùm ſpiritus ipſe violatur in virgine, ſublato velamine didicit amittere quod tuebatur. O ſacrilegæ manus, quæ dicatum Deo habitum detrahere potuerunt! Quid prius aliquis perſecutor feciſſet, ſi hoc à virgine electum cognouiſſet? Denudaſti puellam à capite, & tota iam virgo ſibi non eſt: alia eſt facta. Exurge igitur, veritas, exurge, & quaſi de patientia erumpe: nullam volo conſuetudinem defendas; nam iam & illa, ſub qua te fruebatis, * expungitur. Te eſſe demonſtra quæ virgines tegis. Ipſa ſcripturas tuas interpretare, * Expugnatur.
quas conſuetudo non nouit. Si enim noſſet, nunquam eſſet.

CAPVT IV.

Licet Apoſtolus de velo tractans, expreſſam non fecerit Virginum mentionem; ſub generali tamen fœminæ & mulieris nomine, etiam virgines comprehendit.

In p. ad circa. m. V. Velandæ Virg. 2. in m. V. mulier. 2. à m. V. Verbum Dei. 11. in f. V. nomen. 2.

QVATENVS autem & de ſcripturis aduerſus veritatem argumentari conſuetudo eſt, ſtatim opponitur nobis; nullam mentionem virginum ab Apoſtolo factam, vbi de velamine præfinit, ſed tantùm mulieres nominatas: cùm ſi voluiſſet & virgines tegi, de virginibus quoque, cum mulieribus nominatis pronuntiaſſet: quomodo illic, inquit, vbi de nuptijs tractat, quid obſeruandum ſit etiam de virginibus, declarat. itaque non contineri eas lege velandi capitis, vt non nominatas in hac lege: immò ex hoc reuelari, quia non iubentur, quæ nec nominantur. Sed & nos eandem argumentationem retorquemus. Qui enim ſciebat alias vtriuſque generis facere mentionem, virginis dico, & mulieris, id eſt non virginis, ex cauſa diſtinctionis, in his in quibus non nominat virginem, non faciens diſtinctionem, oſtendit conditionis communionem. Cæterùm potuit hic quoque conſtituere differentiam inter virginẽ, & mulierem, ſicut alibi dicit: [a] *Diuiſa eſt mulier, & virgo*: Igitur quas non diuiſit, tacendo inalterauit. Nec tamen quia illic diuiſa eſt & mulier & virgo, hic quoque patrocinabitur illa diuiſio, vt quidã volunt. Quanta enim alibi dicta non valent, vbi dicta ſcilicet nõ ſunt, niſi ſi eadẽ ſit cauſa, quæ alibi, vt ſufficiat ſemel dictum? Illa autem cauſa virginis mulieris, longè diuiſa eſt ab hac ſpecie. *Diuiſa eſt*, inquit, *mulier & virgo*. quare? quoniam *innupta, id eſt virgo, cogitat ea quæ ſunt Domini, vt ſit ſancta, & corpore & ſpiritu. Nupta autem (id eſt, non virgo,) cogitat quomodo placeat viro*. Hæc erit interpretatio diuiſionis illius, nullùm habens locum in iſto capitulo, in quo neque de nuptijs, neque de animo & cogitatu mulieris, & virginis, pronunciatum, ſed de capite velando. Cuius nullam volens eſſe diſcrepationem Spiritus ſanctus, vno nomine mulieris, etiam virginem intelligi voluit, quam propriè non nominando, à muliere non ſeparauit, & non ſeparando coniunxit ei à qua non ſeparauit. Nouum eſt nunc ergo principali vocabulo vti, & cætera nihilominus in eo vocabulo intelligi, vbi nulla eſt neceſſitas ſingillatim diſtinguendæ vniuerſitatis? Naturaliter compendium ſermonis & gratum, & neceſſarium eſt: quoniam ſermo laciniosus, & oneroſus & vanus eſt. Sic & generalibus vocabulis contenti ſumus comprehendentibus in ſe ſpecialium intellectum. Ergo iam de vocabulo ipſo. Naturale vocabulum eſt fœmina. Naturalis vocabuli generale mulier. Generalis etiam ſpeciale, virgo, vel nupta, vel vidua, vel quot etiam ætatis nomina accedunt. Subiectum igitur eſt generali ſpeciale, quia generale prius eſt: & ſucceſſiuum anteceſſiuo, & portionale vniuerſali: & in ipſo intelligitur cui ſubijcitur, & in ipſo ſignificatur, quia in ipſo continetur. Sic nec manus, nec pes, nec vllum membrorum deſiderat ſignificari corpore nominato. Et ſi mundum dixeris, illic erit & cœlum, & quæ in eo, ſol & luna, & ſidera, & aſtra, & terra, & freta, omnis cenſus elementorum. Omnia dixeris, cùm id dixeris quod ex omnibus cõſtat. Sic & mulierem nominando, quicquid eſt mulieris nominauit.

CAPVT V.

Nomen mulieris, non gradum ſexus, ſed ſexum ipſum in genere ſignificat. Eua enim adhuc virgo, mulier eſt appellata.

Per totum. V. mulier. 1. à p. V. Caſtit. excell. 5. à m. V. Matrimonium. 1.

SED quoniam ita mulieris nomen vſurpant, vt non putent competere illud niſi ei ſoli quæ virum paſſa ſit; probari à nobis oportet, proprietatem eius vocabuli, ad ſexum ipſum, non ad gradum ſexus pertinere, quo communiter etiam virgines cenſeantur. Cùm hoc genus ſecundi hominis à Deo factum eſt, [a] *in adiutorium hominis*, fœ-
a Gen. 2. 23. mina illa, ſtatim mulier eſt cognominata, adhuc felix, adhuc digna paradiſo, adhuc virgo. *Vocabitur*, inquit, *mulier*. Habes itaque nomen, non dico iam virgini commune, ſed proprium. quod à principio virgo ſortita eſt. Sed ingenioſè quidam de futuro volunt dictum, *Vocabitur mulier*: quaſi quæ hoc futura eſſet, cùm virginitatem reſignaſ-
b Gen. 2. 24. ſet: quoniam & adiecit, [b] *Propterea relinquet homo patrem & matrem, & conglutinabitur mulieri ſuæ, & erunt duo in carne vna.* Oſtendant igitur primò, vbi ſit ſubtilitas iſta, ſi de futuro mulier cognominata eſt, quod interea vocabulum acceperit? Non poteſt enim ſine vocabulo præſentis qualitatis ſuæ fuiſſe. Cæterùm quale eſt, vt quæ
c Gen. 2. 20. in futurum vocaretur nomine deſignato, in præſenti nihil cognominaretur? [c] *Omnibus animalibus Adam nomina impoſuit*, & nemini ex futura conditione, ſed ex præſenti inſtitutione, cui conditio quæcunque ſeruiret, hoc appellata, quod à primordio
Gen. 2. 25. voluit. quid ergo tunc vocabatur? Atquin quotienſcunque in ſcriptura nominatur, mulier appellatur, antequam nupta, & nunquam virgo, cùm virgo. Hoc nomen tum vnum illi fuit, & quando nihil prophetico modo dictum eſt. Nam

cum ſcriptura refert fuiſſe nudos duos, Adam & mulierem eius, nec hoc de futuro
ſapit, quaſi mulierem dixerit eius in præſagio vxoris, ſed quoniam & innupta illius
mulier, vt de ſubſtantia ipſius: [d] *Hoc*, inquit, *os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea,*
vocabitur mulier. Hinc ergo tacita conſcientia naturæ, ipſa diuinitas animæ in vſum ſer-
monis eduxit neſcientibus hominibus (ſicut & alia multa, quæ ex ſcriptura fieri, & d Gen. 2. 23.
dici ſolere alibi poterimus oſtendere) vti mulieres noſtras dicamus vxores. Quanquam
& impropriè quædam loquamur. nam & Græci qui magìs vocabulo mulieris in vxore
vtuntur, alia habent propria vocabula vxoris. Sed malo hunc vſum ad ſcripturæ teſti-
monium deputare. Vbi enim [e] *duo in vnam carnem efficiuntur per matrimonij nexum, caro*
ex carne, & os ex oſſibus, vocatur ſecundùm originem mulier eius, ex cuius ſubſtantia e Ibid.
incipit cenſeri facta vxor. Ita mulier non natura nomen eſt vxoris, ſed vxor conditio-
ne nomen eſt mulieris. Denique mulier & non vxor dici poteſt, non mulier autem,
vxor dici non poteſt, quia nec eſſe. Conſtituto igitur nomine nouæ fœminæ, quod eſt
mulier, & explicito quod prius fuit, id eſt nomine aſſignato, conuertit iam ad prophe-
ticam rationem, vti diceret, [f] *Propter hanc relinquet homo patrem & matrem.* Adeò ſepa-
ratum eſt nomen à prophetia, quantùm & ab ipſa perſona, vt non vtique de ipſa Eua f Gen. 2. 24.
dixerit, ſed in illas fœminas futuras, quas in matrice generis fœminini nominarit.
Alioqui non *Adam relicturus erat patrem & matrem* quos non habebat, propter Euam.
Ergo non ad Euam pertinet, quia nec Adam, quod propheticè dictum eſt. De marito-
rum enim conditione prædictum, qui ob mulierem parentes ſuos erant relicturi, quod
in Euam cadere non potuit, quia nec in Adam. Si ita res eſt, apparet non propter fu-
turum, mulierem cognominatam, ad quam futurum non pertinebat. Eò accedit, quod
ipſe rationem eius nominis edidit. Cùm enim dixiſſet, [g] *Vocabitur mulier*, addidit, *Quo-*
niam ex viro ſuo ſumpta eſt, & ipſo adhuc virgine. Sed dicemus & de viri nomine ſuo lo- g Ibid. 23.
co. Nemo itaque nomen ad prophetiam interpretetur, quod ex alia ſignificatione de-
ductum eſt: præſertim cùm apparet, vbi de futuro nomen acceperit, illic ſcilicet, vbi
Eua cognominatur, perſonali iam vocabulo, quia naturale præceſſerat. Si enim [h] *Eua*
mater viuentium eſt, ecce ex futuro cognominatur, ecce vxor, & non virgo prænuncia- h Gen. 3. 20.
tur. hoc erit vocabulum nupturæ. Ex nupta enim mater. Ita hìc quoque oſtenditur
non de futuro mulierem tunc nominatam, quæ poſtmodum acceptura erat futuræ con-
ditionis ſuæ nomen. Reſponſum ſatis eſt ad hanc partem.

CAPVT VI.

Licet Hebion Deiparam neget virginem, Gabriel tamen ad virginem miſſus legitur, & bene-
dicta inter mulieres deputatur; & Paulus Chriſtum factum ex muliere conteſtatur, vt &
Chriſtus matri dixit: quid mihi & tibi eſt mulier? Et rurſum, Mulier Ecce filius tuus.

Per totum. V. Mulier. 1.

VIDEAMVS nunc ſi & Apoſtolus formam vocabuli iſtius ſecundùm Geneſim ob-
ſeruet, ſexui deputans illud, ſic mulierem vocans virginem Mariam, quemad-
modum & Geneſis Euam. Scribens enim ad Galatas, [i] *Miſit*, inquit, *Deus filium ſuum*
factum ex muliere. quam vtique virginem conſtat fuiſſe, licet Hebion reſiſtat. agnoſco i Gal. 4. 4.
& [k] *Angelum Gabrielem ad virginem miſſum*: Sed cùm [l] *benedicit illam, inter mulieres*, non
inter virgines deputat: *Benedicta tu inter mulieres.* ſciebat & Angelus mulierem etiam k Luc. 1. 18
virginem dici. Sed & ad hęc duo ingenioſè quidam reſpondiſſe ſibi viſus eſt, Quoniam l Ibid. 42.
quidem deſponſata eſt Maria, idcirco & ab Angelo, & ab Apoſtolo mulierem pronun-
tiatam. deſponſata enim, quodammodo nupta. Tamen inter quodammodo, & ve-
rum, ſatis intereſt, dumtaxat hoc in loco. Nam alibi ita ſanè habendum eſt. Nunc
verò non quaſi iam nuptam mulierem Mariam pronuntiauerunt, ſed quaſi nihilomi-
nus fœminam, etiamſi non ſponſam, quaſi hoc à primordio dictam. Illud enim preiu-
dicet neceſſe eſt, à quo forma deſcendit. Cæterùm quod pertineat ad hoc capitulum,
ſi hîc deſponſatæ adæquatur, vt ideo mulier dicta ſit Maria, non quà fœmina, ſed quà
marita, iam ergo Chriſtus ex virgine natus eſt, quia ex deſponſata, quæ virgo eſſe de-
ſierit hoc nomine. Quod ſi ex virgine natus eſt, licet ex deſponſata, tamen integra,
agnoſce mulierem etiam virginem, etiam integram dici. Hîc certè nihil propheticè
dictum videri poteſt, vt futuram mulierem, id eſt, Apoſtolus nominarit, dicendo,
[m] *factum ex muliere.* Non enim poterat poſteriorem mulierem nominare, de qua Chri- m Gal. 4. 4.
ſtus naſci non habebat, id eſt, virum paſſam: ſed illa quæ erat præſens, quæ erat virgo,
& mulier, vocabatur per vocabuli huius proprietatem, ſecundùm primordii formam,
virgini, & ita vniuerſo mulierum generi defenſam.

obnoxiæ inuicem, hinc velandi, inde nudandi. Igitur ſi eò quòd dictum ſit *omnis vir*, Ibid. 3.
commune eſt nomen viri, etiam nondum viri, maſculi inueſtis: commune autem cùm ſit nomen ſecundùm naturam, communis eſt & lex non velandi eius, qui inter viros virgo eſt ſecundùm diſciplinam: cur non præiudicatum ſit proinde & mulierem, virginem omnem, muliere nominata contineri conſortio nominis, vt contineatur & communione legis. Si virgo mulier non eſt, nec vir inueſtis eſt. Si non operitur virgo, quia mulier non ſit, operiatur inueſtis, quia vir non ſit. Eiuſdem virginitatis æqua ſit venia. Sicut virgines non coguntur velari, ita pueri non iubeantur reuelari. Cur ex parte definitionem Apoſtoli agnoſcimus abſolutam circa omnem virum, nec retractamus quare non & puerum nominarit: ex parte autem præuaricamur, æquè abſoluta ea circa omnem mulierem? c *Si quis*, inquit, *contentioſus eſt, nos talem conſuetudinem non habemus,* c1. Cor. 11.
neque Eccleſia Dei. Oſtendit contentionem aliquam de iſta ſpecie fuiſſe, ad quam extin- 16.
guendam toto compendio vſus eſt: neque virginem nominans, vt oſtenderet dubitandum de velanda non eſſe, & omnem nominans mulierem, cùm nominaſſet virginem. Sic & ipſi Corinthij intellexerunt. Hodie denique virgines ſuas Corinthij velant. * * Quod docuerint & cæt.
Quid docuerint Apoſtoli, qui didicerunt approbantes. * *Approbāt.

CAPVT IX.

Quæcumque mulieri iubet aut prohibet Eccleſiaſtica diſciplina, eadem ſimiliter virgini præſcribit: adeo vt nec virgini quantumlibet Deo ſacra, ſicut nec mulieri, fas ſit in Eccleſia docere, baptizare, offerre, aut aliquo ſacerdotali munere fungi.

Ap. V. Virgo. 3. inf. V. Viduitas. 8.

VIDEAMVS nunc, an ſicut naturæ & cauſæ argumenta virgini quoque competere monſtrauimus, ita etiam diſciplinæ Eccleſiaſticæ præſcripta de muliere, in virginem ſpectent. a *Non permittitur mulieri in Eccleſia loqui*, ſed nec docere, nec tinguere, a1. Cor. 14.
nec offerre, nec vllius virilis muneris, nedum ſacerdotalis officij ſortem ſibi vindicare. 34.
Quæramus an aliquid horum virgini liceat. Si virgini non licet, ſed in omnibus eadem conditione ſubijcitur, & neceſſitas humilitatis cum muliere cenſetur, vnde illi vnum hoc licebit, quod omni feminæ non licet? Quid prærogatiuæ meretur aduerſus conditionem ſuam, ſi qua virgo eſt, & carnem ſuam ſanctificare propoſuit? Idcirco velaminis venia ſit illi, vt in Eccleſiam notabilis & inſignis introeat, vt honorem ſanctitatis in libertate capitis oſtendat? Potuit dignius honorari aliqua prærogatiua virilis, aut gradus, aut officij. Planè ſcio alicubi virginem in viduatu ab annis nondum viginti collocatam: cui ſi quid refrigerij debuerat Epiſcopus, aliter vtique ſaluo reſpectu diſciplinæ, præſtare potuiſſet, nè tale nunc miraculum, ne dixerim monſtrum, in Eccleſia denotaretur: virgo vidua, hoc quidem portentuoſior, quòd nec quà vidua caput texit, vtrumque ſe negans, & virginem quæ vidua deputetur, & viduam quæ virgo dicatur. Sed ea auctoritate illic ſedet intecta, qua & virgo. Ad quam ſedem præter *annos ſexaginta, non tantùm vniuira, id eſt nupta,* * *aliquando eliguntur*, ſed & matres, & quidem edu- *Nuptæ aliquando.
catrices filiorum: ſcilicet, vt experimentis omnium affectuum ſtructæ, facilè norint 1. Tim. 5. 9.
cæteras & conſilio, & ſolatio iuuare, & vt nihilominus ea decucurrerint, per quæ fœmina probari poteſt. adeò nihil virgini ad honorem de loco permiſſum eſt.

CAPVT X.

Cùm tot ſint viri Virgines & ſpadones voluntarij, quorum Virginitas eſt laborioſior quam in fæminis, non debent Virgines fæminæ, priuata Virginitatis inſignia geſtare, reuelatis capitibus procedendo: cùm nullum ſpeciale inſigne ſumant ſibi viri virgines.

Per totum. V. Caſtitatis ſpecies. 2. & àm in alphab. Errorum. V. Nuptiæ. 2.

SIC nec de aliquibus inſignibus. Cæterùm ſatis inhumanum, ſi fæminæ quidem per omnia viris ſubditæ, honorigeram notam virginitatis ſuæ præferant, quaſi ſuſpiciantur & circumſpiciantur, & magnificentur à fratribus, viri autem tot virgines, tot ſpadones voluntarij, cæco bono ſuo incedant, nihil geſtantes, quod & ipſos faceret illuſtres. Debebunt etiam & ipſi aliqua ſibi inſignia defendere, aut pennas Garamantum, aut ſtropulos Barbarorum, aut cicadas Athenienſium, aut cirros Germanorum, aut ſtigmata Britonũ: aut ex diuerſo fiat, capite velati in Eccleſia lateant. Certi ſumus Spiritum ſanctum magìs maſculis tale aliquid ſubſcribere potuiſſe, ſi fæminis ſubſcripſiſſet: cùm præter ſexus auctoritatem, etiam ipſius continentiæ nomine maſculos potius honorari oportuiſſet; quorum quantò ſexus auidior & calidior in fæminas, tantò continentia maioris ardoris laborarior, ideoque dignior omni oſtentatione: ſi

oſtentatio, virginitatis eſt dignitas. Non enim & continentia virginitati antiſtat, ſiue viduorum, ſiue qui ex conſenſu contumeliam communem iam recuſauerunt? Nam virginitas gratia conſtat, continentia verò virtute. Non concupiſcendi, cui concupiſcendo inoleueris, grande certamen eſt. Cuius autem concupiſcendi ignoraueris fructum, facilè non concupiſces, aduerſarium non habens, concupiſcentiam fructus. Quomodo ergo non magìs viris aliquid tale Deus in honorem ſubſcripſiſſet, vel quia familiariori, ſcilicet imagini ſuæ, vel quia plus laborantu? Si autem nihil maſculo, multò magìs fœminæ.

CAPVT XI.

Nec ſequitur puſllulas ab ipſa natiuitate velandas, ſed ex quo ſeipſam virgo nubilem intelligit & viro maturam. Rebecca enim velata ſponſo ſuo occurrit, & virgines adhuc ethnicorum nuptura, ad viros velata ducuntur: Quid ergo Chriſti Virgines reuelandæ?

In p. ad m. V. Velandæ Virg. 12. circa m. V. Nuptiæ vt contrahendæ. 1. in m. V. Nuptiæ vt contrahendæ. 3. à m. V. Oſculum. 3. circa. f. in alphab. Errorum. V. Nuptiæ 3. in f. V. Nuptiæ vt contrahendæ. 2.

SED quod ſupra intermiſimus, ex parte ſubſequutæ diſputationis, nè cohærentiam eius diſpergeremus, nunc reſponſo expungemus. Vbi enim gradum fiximus de Apo-
a 1. Cor. 11. ſtoli abſoluta definitione, a *Omnem mulierem* etiam omnis ætatis intelligendam, reſpon-
5. deri ex diuerſo habebat. Ergo à natiuitate & à primo nomine ætatis, virginem operiri oportere. Non ita eſt autem, ſed ex quo ſe intelligere cœperit, & cenſum naturæ ſuæ intrare, & de virginis exire, & pati nouum illud quod alterius ætatis eſt. Nam & prin-
Gen. 2. 25. cipes generis Adam & Eua quàm diu intellectu carebant, nudi agebant. At vbi de ar-
Gen. 3. 7. bore agnitionis guſtauerunt, nihil primùm ſenſerunt quam erubeſcendum. Itaque ſui
b 1. Cor. 11. quique ſexus intellectum tegmine notauerunt. Sed & ſi b *propter Angelos velanda eſt*, ſine
10. dubio ab ea ætate lex velaminis operabitur, à qua potuerunt filiæ hominum concupiſcentiam ſui adducere, & nuptias pati. Ex illo enim virgo deſinit, ex quo poteſt non eſſe. Et ideo penes Iſraël illicitum eſt ad virum tradere, niſi poſt conteſtatam ſanguine maturitatem: ita ante hunc indicem acerba res eſt. Igitur ſi tam diu virgo, quàm diu acerba eſt, deſinit virginem, cùm matura cognoſcitur, & vt non virgo iam legi applicatur, ſicut & nuptiis. Et deſponſatæ quidem habent exemplum Rebeccæ, quæ cùm ad ſponſum ignotum adhuc ignota perduceretur, ſimul ipſum cognouit eſſe, quem de
Gen. 24. 64. longinquo proſpexerat, non ſuſtinuit dexteræ colluctationem, nec oſculi congreſſionem, nec ſalutationis communicationem, ſed confeſſa quod ſenſerat, id eſt ſpiritu nuptam, negauit virginem velata ibidem. O mulierem iam de Chriſti diſciplina! Oſtendit enim etiam nuptias de aſpectu & animo fieri, quemadmodum ſtuprum. Niſi quòd etiam Rebeccam quidam adhuc velant: de cæteris verò, id eſt, quæ deſponſatæ non ſunt, viderit parentum procraſtinatio ex anguſtijs, vel ſcrupuloſitate deſcendens, viderit & ipſum continentiæ votum. Nihil pertinet ad ætatem ſua ſpatia currentem, ſuaque debita maturitati luentem. Alia in occulto mater, natura: & alius in latenti pater,
Matt. 5. 28. tempus, filiam ſuam legibus ſuis maritarunt. Aſpice nuptam iam illam tuam virginem, & animam expectatione, & carnem transfiguratione, cui tu ſecundum paras maritum. Iam & vox obſolefacta eſt, & membra completa ſunt, & pudor vbique veſtitur, & menſes tributa dependunt: ac tu mulierem negas quam muliebria pati dicis. Si congreſſio viri mulierem facit, non tegantur, niſi poſt ipſam nuptiarum paſſionem. Atquin etiam apud ethnicos velatæ ad virum ducuntur. Si autem ad deſponſationem velantur, quia & corpore & ſpiritu maſculo mixtæ ſunt per oſculum, & dexteras, per quæ primum reſignarunt pudorem ſpiritus, per commune conſcientiæ pignus, quo totam condixerunt confuſionem, quantò magis tempus illas velabit, ſine quo ſponſari non poſſunt, & quo vrgente ſine ſponſalibus virgines deſinunt eſſe? Tempus etiam ethnici obſeruant, vt ex lege naturæ iura ſua ætatibus reddant. Nam fœminas quidem à duodecim annis, maſculum verò à duobus amplius ad negotia mittunt, pubertatem in annis, non ſponſalibus aut nuptijs decernentes. Materfamiliæ vocatur licet virgo, & paterfamiliæ licet inueſtis. A nobis nec naturalia obſeruantur, quaſi alius ſit Deus naturæ quàm noſter.

CAPVT XII.

Cuius inferiora nuda non ſunt, ſed à natura tecta, ſuperiora velanda ſunt. Nec ſunt imitanda quæ ſola capitis reuelati nuditate ſuam nundinant virginitatem, & proſtituunt.

Per totum. V. Nuptiæ vt contrahendæ. 4.

AGNOSCE & mulierem, agnoſce & nuptam, de teſtimonijs & corporis, & ſpiritus, quæ patitur & in conſcientia, & in carne. Hæ ſunt tabellæ priores naturalium ſponſalium & nuptiarum. Impone velamen extrinſecus, habenti tegumen intrinſecus. tegantur etiam ſuperiora, cuius inferiora nuda non ſunt. Vis ſcire quæ ſit ætatis auctoritas? Propone vtramque, immaturè compreſſam in habitu mulieris, & quæ maturitate progreſſa in virginitate duret cum ſuo habitu, facilius illa mulier negabitur, quàm iſta virgo credetur. Tanta eſt adeò fides ætatis, vt nec habitu obſtrui poſſit. Quid quòd etiam hæ noſtræ etiam habitu mutationem ætatis confitentur, ſimulque ſe mulieres intellexerunt, de virginibus educantur, à capite quidẽ ipſo deponentes quod fuerunt: vertunt capillum, & acu laſciuiore comam ſibi inſerunt, crinibus à fronte diuiſis, apertam profeſſæ mulieritatem. Iam & conſilium formæ à ſpeculo petunt, & faciem moroſiorem lauacro macerant, forſitan & aliquo eam medicamine interpolant, pallium extrinſecus iactant, calceum ſtipant multiformem, plus inſtrumenti ad balneas deferunt. Quid ſingula perſequar? Sola autem manifeſta paratura totam circumferunt mulieritatem. Sed virginati volunt ſola capitis nuditate, vno habitu negantes quod toto ſuggeſtu profitentur.

CAPVT XIII.

Cùm virgines totam ſuam, ſpiritus & carnis ſubſtantiam Deo conſecrent, ſaltem in Eccleſia ſe abſcondant, vt in occulto à Deo tanti boni præmium accipiant: cùm & nupturæ virgines Ethnicæ propter homines caput velent.

Per totum. V. Vana gloria. 3.

SI propter homines habitu abutuntur, impleant illum etiam in hoc, vt & apud ethnicos caput velent. Certè in Eccleſia virginitatem ſuam abſcondant, quam extra Eccleſiam celant. Timent extraneos, reuereantur & fratres: aut conſtanter audeant, & in vicis virgines videri, ſicut audent in Eccleſiis. Laudabo vigorem, ſi aliquid & apud ethnicos virginitatis nundinarint. Eadem natura foris quæ & intus, eadem inſtitutio apud Dominum eadem libertate conſtat. Quo ergo foris quidem bonum ſuum abſtrudunt, in Eccleſia verò prouulgant? Expoſco rationem. Vtrumne vt fratribus placeant, an vt ipſi Deo? Si vt ipſi Deo: tam idoneus eſt ad conſpicienda quæ in occulto fiunt, quàm iuſtus ad remuneranda quæ ſoli ſibi fiunt. Denique præcipit, [a] *nihil debuccinemus eorum quæ apud illum mercedem merebuntur, nec ea ab hominibus compenſemus*. Quod ſi vnius Victoriati, vel [b] *quamcunque eleemoſynæ operationem, ſiniſtra conſcia facere prohibemur*, quantum tenebrarum circumfundere debemus, cùm tantam oblationem Deo offerimus, ipſius corporis & ipſius ſpiritus noſtri, cùm illam ipſam naturam conſecramus? Ergo quod non poteſt videri propter Deum fieri, quia ſic fieri Deus non vult, ſequitur vt hominum gratia fiat: vtique primò illicitum, vt gloriæ libidinoſum. Gloria enim illicitum eſt eis, quorum probatio in omni humiliatione conſtat. Et ſi à Deo confertur continentiæ virtus; [c] *Quid gloriaris quaſi non acceperis? Si vero non accepiſti, quid habes quod datum tibi non eſt?* Hoc ipſo autem conſtat à Deo datum tibi non eſſe, quod illam non ſoli Deo præſtas. Videamus ergo quod humanum eſt, an firmum ſit & verum.

a Matt. 6.2.
b Ibid.
Sap. 8.21.
c 1. Cor. 4.7

CAPVT XIV.

Refellit virgines vanas & ſtultas, priuilegio reuelati capitis, alias ſe ad numerum virginum augendum, ſolicitare dicentes: quia ſic cogunt eas, quæ proinde ex infirmitate in multa turpiter ruunt: vnde fit vt non minus ſine velo procedentes, virgines ſe eſſe mentiantur, contra conſcientiam Deo notam.

In p. ad vltra. m. V. Vana gloria. 3. in m. V. mulier. 7. inf. V. pulchritudo. à.

REFERVNT aliquando dictum à quadam, cùm primum quæſtio iſta tentata eſt, Et quomodo cæteras ſollicitabimus ad huiuſmodi opus? Scilicet fælices nos facient, ſi plures erunt, & non Dei gratia, vel merita cuiuſque. Virgines Eccleſiam, an Eccleſia virgines ornat Deo, ſiue commendat? Confeſſa eſt igitur gloriam eſſe in cauſa. Porro vbi gloria, illic ſollicitatio: vbi ſollicitatio, illic coactio; vbi coactio, illic neceſſitas; vbi neceſſitas, illic infirmitas. Meritò itaque dum caput non tegunt, vt ſollicitentur gloriæ cauſa, ventres tegere coguntur infirmitatis ruina. Æmulatio enim illas, non religio producit: aliquando & ipſe *venter Deus earum*, quia facilè virgines fraternitas ſuſcipit. Nec tantùm autem ruunt, ſed & funem longum delictorum ſibi adtrahunt.

Prolatæ enim in medium, & publicato bono ſuo elatæ, & à fratribus omni honore & caritatis operatione cumulatæ; dum non latent vbi quid admiſſum eſt, tantum dedecoris cogitant, quantùm honoris habuerunt. Si intectum caput virginitati aſcribitur, ſi qua virgo exciderit de gratia virginitatis, ne prodatur, intecto permanet capite: & tunc iam alieno ambulat habitu, id eſt quem ſibi vindicat virginitas: permanet nihilominus in habitu, vel tunc ſaltem alieno, ne ſcilicet mutatione prodatur. Conſciæ mulieritatis iam indubitatæ, audent nudo capite ad Deum adire. Sed æmulator Deus & Dominus,

a Matth. 10. 26. qui dixit, a *Nihil occultum quod non reuelabitur*, pleraſque etiam in conſpectum deducit. Non enim confitebuntur, niſi ipſorum infantium ſuorum vagitibus proditæ. Quantum autem plures, non etiam de pluribus ſceleribus ſuſpectas habebis? Dicam, licet nolim, difficilè mulier ſemel fit, quæ non timet fieri, quæque iam facta, poteſt virginem mentiri ſub Deo. Quanta item circa vterum ſuum audebit, nè etiam mater detegatur? Scit Deus quot iam infantes & perfici, & perduci ad partum integros duxerit, debellatos aliquandiu à matribus. Facillimè ſemper concipiunt, & feliciſſimè pariunt huiuſmodi virgines, & quidem ſimillimos patribus. Hæc admittit flagitia coacta & inuita virginitas. Ipſa concupiſcentia non latendi, non eſt pudica. patitur aliquid quod virginis non ſit, ſtudium placendi. vtique & viris. Quantum velis bona mente conetur, neceſſe eſt publicatione ſui periclitetur, dum percutitur oculis incertis & multis, dum digitis demonſtrantium titillatur, dum nimium amatur, dum inter amplexus & oſcula aſſidua concaleſcit. Sic frons duratur, ſic pudor teritur, ſic ſoluitur, ſic diſcitur aliter iam placere deſiderare.

CAPVT XV.

Veræ & ſinceræ virgines, etiam fæminarum oculos timent. & contra tentationes, & faſcinum ethnicis familiare, ad velum, tanquam clypeum confugiunt.

Per totum V. Velandæ Virg. 10.

SED enim vera, & tota, & pura virginitas, nihil magìs timet quàm ſemetipſam. etiam fæminarum oculos pati non vult. alios ipſa oculos habet. confugit ad velamen capitis, quaſi ad galeam, quaſi ad clypeum, qui bonum ſuum protegat aduerſus ictus tentationum, aduerſus iacula ſcandalorum, aduerſus ſuſpiciones, & suſurros, & æmulationem, ipſum quoque liuorem. Nam eſt aliquid etiam apud ethnicos metuendum, quod faſcinum vocant, infæliciorem laudis & gloriæ enormioris euentum. Hoc nos interdum Diabolo interpretamur: ipſius eſt enim, boni odium. interdum Deo deputamus: illius eſt enim, ſuperbiæ iudicium, *extollentis humiles, & deprimentis elatos.* Timebit itaque virgo ſanctior, vel in nomine faſcini, hinc aduerſarii, inde Deum: illius liuidum ingenium, huius cenſorium lumen: & gaudebit ſibi ſoli & Deo nota. Sed & ſi cui innotuerit, ſapit ſi tentationibus gradum obſtruxerit. Quis enim audebit oculis ſuis premere faciem clauſam, faciem non ſentientem? faciem (vt dixerim) triſtem? Quicumque malus cogitatus ipſa ſeueritate frangetur. Iam ſe etiam mulierem negat, quæ virginem celat.

CAPVT XVI.

Concludit de velandis Virginibus latam à Scriptura legem, à natura conteſtatam, exigi à diſciplina Chriſtiana à virginibus Chriſti: qui multo magis id à ſuis ſponſis merito depoſcit, quàm à coniugibus alienis.

In p. V. Velandæ Virg. 3. in m. V. Velandæ mulieres 4. in f. V. Velandæ Virgines. 4.

IN his conſiſtit defenſio noſtræ opinionis ſecundùm ſcripturam, ſecundùm naturam, ſecundùm diſciplinam. Scriptura legem condit, natura conteſtatur, diſciplina exigit. Cui ex his conſuetudo opinionis prodeſt, vel qui diuerſæ ſententiæ color eſt? Dei eſt ſcriptura, Dei eſt natura, Dei eſt diſciplina quicquid contrarium eſt iſtis, Dei non eſt. Si ſcriptura incerta eſt, natura manifeſta eſt & de eius teſtimonio ſcriptura incerta non poteſt eſſe. Si de natura dubitatur, diſciplina quid magìs Deo ratum ſit oſtendit. Nihil eſt illi carius humilitate, nihil acceptius modeſtia, nihil peroſius gloria, & ſtudio hominibus placendi. Illud itaque ſit tibi & ſcriptura, & natura, & diſciplina,

a 1. Theſſ. 5. 21. quod ratum Deo inueneris, ſicut iuberis a *omnia examinare, & meliora quæque ſectari.* Supereſt etiam vt ad ipſas conuertamur, quo libentius iſta ſuſcipiant. Oro te ſiue mater, ſiue ſoror, ſiue filia virgo, ſecundùm annorum nomina dixerim, vela caput: ſi mater, propter filios: ſi ſoror, propter fratres: ſi filia, propter patres. omnes in te ætates

periclitantur, induc armaturam pudoris, circumduc vallum verecundiæ, murum ſexui tuo ſtrue, qui nec tuos emittat oculos, nec admittat alienos. Adimple habitum mulieris, vt ſtatum virginis ſerues. Mentire aliquid ex his quæ intus ſunt, vt ſoli Deo exhibeas veritatem. quamquam non mentiris nuptam. nupſiſti enim Chriſto: illi tradidiſti carnem tuam, illi ſponſaſti maturitatem tuam. Incede ſecundum ſponſi tui voluntatem. Chriſtus eſt qui & alienas ſponſas & maritatas velari iubet, vtique multò magìs ſuas.

CAPVT XVII.

Tandem nuptas monet, ne momento quidem ſine velo appareant, maximè in oratione vel pſalmis, aut aliqua Dei mentione, ſiue verbi Dei auditione. Tum ob Apoſtoli præceptum, tum ob mulierum Arabicarum, tum ob cuiuſdam ab Angelo percuſſæ exemplum.

In p. V. Velandæ mulieres. 5. in m. V. Velandæ mulieres. 7. à m. ad f. V. Velandæ mulieres. 6.

SED & vos admonemus alterius pudicitiæ, mulieres, quæ in nuptias incidiſtis, ne ſic à diſciplina velaminis exoleſcatis, ne quidem in momento horæ, vt quia rejicere illam non poteſtis, alio modo deſtruatis, neque tectæ, neque nudæ incedentes. Mitris enim, & lanis, quædam non velant caput, ſed conligant; à fronte quidem protectæ, quà proprie autem caput eſt, renudæ. Aliæ modicè linteolis, credo ne caput premant, nec ad aures vſque demiſſis cerebro tenus operiuntur. Miſereor, ſi tam infirmo auditu ſunt, vt per tegmen audire non poſſint. Sciant quia totum caput, mulier eſt. limites & fines eius eo vſque porriguntur, vnde incipit veſtis. quantum reſoluti crines occupare poſſunt, tanta eſt velaminis regio, vt ceruices quoque ambiantur. ipſæ enim ſunt quas ſubiectas eſſe oportet, propter quas [b] *poteſtas ſupra caput haberi debet*: velamen iugum illarum eſt. Iudicabunt vos Arabiæ fœminæ ethnicæ, quæ non caput, ſed faciem quoque ita totam tegunt, vt vno oculo liberato, contentæ ſint dimidiam frui lucem, quàm totam faciem proſtituere. * quas propterea infeliciſſimas ait Romana quædam regina, quòd adamare magìs, quàm adamari poſſint. cùm ſint vel ex alterius infælicitatis, & quidem frequentioris immunitate felices, quia facilius adamari quàm adamare fœminæ poſſint. Et ethnicæ quidem diſciplinæ meracior, & (vt ita dixerim) barbarior modeſtia. Nobis Dominus etiam reuelationibus, velaminis ſpatia metatus eſt. Nam cuidam ſorori noſtræ Angelus in ſomnis ceruices quaſi applauderet, verberans; Elegantes, inquit ceruices, & meritò nudæ. bonum eſt vſque ad lumbos à capite veleris, nè & tibi iſta ceruicum libertas non proſit. Et vtique quod vni dixeris, omnibus dixeris. Quantam autem caſtigationem merebuntur etiam illæ, quæ inter pſalmos, vel in quacunque Dei mentione retectæ perſeuerant? Meritòne etiam quæ in oratione ipſa facillimè fimbriam, aut villum, aut quodlibet filum cerebro ſuperponunt, & tectas ſe opinantur? Tantì caput ſuum metiuntur. Aliæ, quibus planè maior eſt palma omni fimbria, & filo, non minus capite ſuo abutuntur, vt beſtia quædam magìs quàm auis, licet pennata, breui capite, protracta ceruice, cætera altegradia. Hanc aiunt, cùm deliteſcendum habet, caput ſolum planè totum in condenſum abſtrudere, reliquam ſe in aperto relinquere. Ita dum in capite ſecura eſt, nuda quà maior eſt, capitur tota cum capite. Tales erunt & iſtæ, minus quàm vtile eſt, tectæ. Oportet ergo omni tempore, & omni loco memores legis incedere, paratas & inſtructas ad omnem Dei mentionem: qui ſi fuerit in pectore, cognoſcetur & in capite fœminarum. Hæc cum bona pace legentibus, veritatem conſuetudini præponentibus, pax & gratia à Domino noſtro Ieſu redundet, cum Septimio Tertulliano, cuius hoc opuſculum eſt.

b 1. Cor. 11. 10.

* muliere fœmina videre, quam videri.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI

AD VXOREM LIB. I.

In librum primum ad Vxorem,

ARGVMENTVM.

Cùm Tertullianus de Vxoris conſenſu continens & presbiter factus eſſet; perſecutione adhuc Eccleſiæ regnante, Vxorem, nè poſt obitum ſuum ad ſecundas nuptias conuolaret,

hortatur hoc libro; ex quo Hieronymus de continentia ſcribens, non pauca decerpſit. Pamelius in eius vita vult ſcriptos eſſe duos ſequentes ad Vxorem libros, An Chri. ducenteſimo-quinto, Zephyrini ſexto, Seueri duodecimo. ſed vt præmiſimus, Baronius hunc annum Chriſti cum Zephyrini tertio, & Seueri vndecimo copulat.

CAPVT PRIMVM.

Ad bona cæleſtia, & æterna continentia promiſſa bona, hortatur Vxorem, & de non repetendis poſt obitum ſuum nuptiis, hoc monitorium velut legatum eius fidei committit.

In p. V. teſtamentum. 4 circa m. V. Viduitas. 1. in m. ad f. V. Reſurrectionis gloria & dotes. 12. circa. f. in alphab. Errorum. V. Nuptiæ. 1.

DIGNVM duxi, dilectiſſima mihi in Domino conſerua, quid tibi ſectandum ſit poſt diſceſſum de ſæculo meum, ſi prior te fuero vocatus, iam hinc prouidere, vt prouiſum obſerues, mandare fidei tuæ. Nam ſæcularibus ſatis agentes ſumus, & vtrique noſtrum conſultum volumus. talibus tabulas ordinamus, cur non magis de diuinis atque cœleſtibus poſteritati noſtrę proſpicere debeamus, & legatum quodammodo prælegare, admonitionem & demonſtrationem eorum, quæ ex bonis immortalibus & hereditate cœlorum deputatur? Tu modò vt ſolidum capere poſſis hoc meæ
a Apoc. 5.13 & cap 7 13. admonitionis ac fidei commiſſum, Deus faciat, [a] *cui ſit honor, gloria, claritas, dignitas, & poteſtas & nunc & in ſæcula ſæculorum.* Præcipio igitur tibi, quanta continentia potes,
Matth. 22. 30. poſt exceſſum noſtrum renuncies nuptiis, nihil mihi iſto nomine collatura, niſi quod
Ibid. 25. & ſeq. tibi proderis. Cæterùm Chriſtianis ſæculo digreſſis nulla reſtitutio nuptiarum in die reſurrectionis repromittitur, tranſlatis ſcilicet in Angelicam qualitatem & ſanctitatem. Proinde ſollicitudo nulla quæ de carnis zelo venit, etiam illam ſeptem maritorum reſurrectionis dies offendet, nec quiſquam illam confuſurus expectat. quæſtio Sadducæorum ceſſit ſententiæ Domini. Nec putes propter carnis tuæ integritatem mihi perſeuerandam, de contumeliæ dolore ſuſpectum, inſinuare iam hinc tibi conſilium viduitatis. Nihil tunc inter nos dedecoris voluptuoli reſumetur. Non enim tam friuola, tam ſpurca Deus ſuis pollicetur. Sed an tibi, vel cuicumque alii fœminæ ad Deum pertinenti proficiet quod ſuademus, licet pertractare.

CAPVT II.

Nuptias quidem à Deo benedictas & permiſſas, ſed vnicas tantum, iam hæreticè dicit.

In p. V. Monogamia. 6. à p. ad f. V. Monogamia. 3.

NON quidem abnuimus coniunctionem viri & fœminæ benedictam à Deo ſemi-
Gen. 16.3. narium generis humani, & replendo orbi, & inſtruendo ſęculo, excogitatam,
Gen. 30. per totum. atque exinde permiſſam; vnam tamen. Nam & Adam vnus Euæ maritus, & Eua vna vxor illius, vna mulier, vna coſta. Sanè apud veteres noſtros, ipſoſque Patriarchas, non modò nubere, ſed etiam pluriſariam matrimoniis vti fas fuit. Erant & concubinæ. Sed licet figuraliter in Synagoga Eccleſia interceſſerit, vt tamen ſimpliciter interpretemur, neceſſarium fuit inſtituere, quæ poſtea aut amputari aut temperari mererentur. Superuentura enim lex erat. Oportebat legis adimplendæ cauſas præcucurriſſe. Item mox legi ſuccedere habebat Dei ſermo, circuncifionem inducens ſpiritalem. Igitur per licentiam tunc paſſiuam, materiæ ſubſequentium emendationum præminiſtrabantur, quas Dominus Euangelio ſuo, dehinc Apoſtolus in extremitatibus ſæculi aut excîdit redundantes, aut compoſuit inconditas.

CAPVT III.

Licet Nuptias non legamus prohibitas, vt hæreticè cenſuit Marcion; continentium tamen eis prætulit Apoſtolus, cui ſimilis eſt cælibatus.

In p. V. Monogamia. 3. à p. V. Monogamia. 17. à p. ad m. V. Nuptiæ vt bonæ. 3. in m. V. permiſſio. 2

SED non ideo præmiſerim de libertate vetuſtatis, & poſteritatis caſtigatione vt præſtruam Chriſtum ſeparandis matrimoniis, abolendis coniunctionibus aduèniſſe, quaſi iam hinc finem nubendi præſcribam. Viderint qui inter cætera peruerſitatum ſuarum disjungere docent carnem in duobus vnam, negantes eum qui fęminam de maſculo mutuatus, duo corpora ex eiuſdem materiæ conſortio ſumpta, rurſus in ſe

matrimonii computatione compegit. Denique prohiberi nuptias nuſquam omnino legimus, vt bonum ſcilicet. Quid tamē bono iſto melius ſit, accepimus ab Apoſtolo permittente quidem nubere, ſed abſtinentiam præferente: illud propter inſidias tentationum, hoc propter anguſtias temporum. Qua ratione vtriuſque pronunciationis inſpecta, facile dinoſcitur, neceſſitate nobis conceſſam eſſe nubendi poteſtatem. quod autem neceſſitas præſtat, depreciat ipſa. Quod denique ſcriptum eſt, [a] *Melius eſt nubere quam vri*: [a] 1. Cor. 7. 9
quale hoc bonum eſt, oro te, quod mali comparatio cōmendat? vt ideo melius ſit nubere, quia deterius eſt vri. At enim quantò melius eſt, neque nubere, neque vri? Etiam in perſecutionibus melius eſt ex permiſſu fugere de oppido, quàm comprehenſum & diſtortum negare: atque iſto beatiores, qui valent beata teſtimonii confeſſione non excidere. Poſſum dicere, Quod permittitur, bonum non eſt. Quid enim? Neceſſe eſt mori mihi. Si ploro, bonum eſt. * Quod ſi timeo quod permittitur, ſuſpectam habet permiſſionis ſuæ cauſam. Quod autem melius eſt, nemo permiſit, vt indubitatum, & ſua ſinceritate manifeſtum. (* alij delent, Quod.) Non propterea appetenda ſunt quædam, quia non vetantur: etſi quodammodo vetantur, cùm alia illis præferuntur. Prælatio enim ſuperior, diſſuaſio eſt inferiorum. Non ideo quid bonum eſt, nec ideo malum non eſt, quia non obeſt. Porro plenè bonum hoc antecedit, quod non modo non obeſt, ſed inſuper prodeſt. namque malle debes quod prodeſt, quàm quod non obeſt. Ad primum enim locum certamen omne contendit: ſecundus ſolatium habet, victoriam non habet. Quòd ſi Apoſtolo auſcultamus, [b] *obliti poſteriorum, & extendamur in priora*, & meliorum donatiuorum ſectatores ſimus. [b] Philipp. 3. 13.
Sic nobis, [c] *etſi laqueum non imponit, quid vtilitatis ſit oſtendit*, dicens: [d] *Innupta de Dominicis cogitat, vti corpore & ſpiritu ſancta ſit. Nupta verò ſollicita eſt quomodo coniugi ſuo placeat.* [c] 1. Cor. 7. 35 [d] Ibid. 34.
Cæterùm nuſquam ita nuptias permittit, vt non potius ad ſuum exemplum nos eniti malit. Fælicem illum, qui Pauli ſimilis extiterit.

CAPVT IV.

Secundas Nuptias aut concupiſcentia carnis, aut ambitio ſæculi perſuadet: Vtramque autem refrenat ſeruitus Chriſti, cuius ſerui malunt Deo nubere, & in viduitate Deo oppignorata perſeuerare.

In p. V. carnis Infirmitas. 7. à p. V. Nuptiæ ſecundæ probroſæ. 8. in m. V. carnis infirmitas. 5. à m. ad f. V. Nuptiæ ſecundæ probroſæ. 9 inf. V. ſeruus Dei. 3.

SEd [a] *carnem legimus infirmam*, & hinc nobis adulamur in quibuſdam. Legimus tamen & *ſpiritum firmum*. Nam in vno ſenſu vtrumque poſitum eſt. [a] Matth. 26. 41.
Caro terrena materia eſt, ſpiritus verò cœleſtis. Cur ergo ad excuſationem proniores, quæ in nobis infirma ſunt, opponimus; quæ verò fortia, non tuemur? Cur cœleſtibus terrena non cedant? Si ſpiritus carne fortior, quia & generoſior, noſtra culpa infirmiorem ſectamur. Nam disiunctis à matrimonio, duæ ſpecies humanæ imbecillitatis neceſſarias nuptias faciunt. [b] 1. Io. 2. 16.
Prima quidem potentiſſima, quæ venit de concupiſcentia carnis: Sequens de concupiſcentia ſæculi. Sed vtraque repudianda eſt à ſeruis Dei, qui & luxuriæ & ambitioni renunciamus. Carnis concupiſcentia ætatis officia defendit, decoris meſſem requirit, gaudet de contumelia ſua: dicit virum neceſſarium ſexui, vt auctoritatis & ſolatii cauſam, vel vt à malis rumoribus tuta ſit. Et tu, aduerſus conſilia hæc eius, adhibe ſororum noſtrarum exempla, quarum nomina penes Dominum, quæ nullam formæ, vel ætatis occaſionem, præmiſſis maritis, ſanctitati anteponunt. malunt enim Deo nubere: Deo ſpecioſæ, Deo ſunt puellæ. cum illo viuunt, cum illo ſermocinantur: illum diebus & noctibus tractant: orationes ſuas, velut dotes, Domino adſignant: ab eodem dignationem velut munera dotalia quotieſcunque deſiderant, conſequuntur. Sic æternum ſibi bonum donum Domini occupauerunt, ac iam in terris nubendo, de familia angelica deputantur. Talium exemplis fœminarum ad æmulationem te continentiæ exercens, ſpiritali affectione carnalem illam concupiſcentiam humabis, temporalia & volatica deſideria formæ, vel ætatis, immortalium bonorum compenſatione delendo. Cæterùm hæc ſecularis concupiſcentia cauſas habet, gloriam, cupiditatem, ambitionem, inſufficientiam, per quas neceſſitatem nubendi ſubornat: videlicet cœleſtia repromittens, dominari in aliena familia, in alienis opibus incubare, cultum de alieno extorquere, ſumptum, quem non ſentias, edere. Hæc procul à Fidelibus, quibus nulla cura tolerandæ vitæ, niſi ſi diffidimus de promiſſis Dei, [b] *qui lilia agri tanta gratia veſtit, qui volatilia cœli nullo ipſorum labore paſcit, qui prohibet de craſtino victu veſtituque curare, ſpondens ſcire ſe quid cuique ſeruorum ſuorum opus ſit.* Non quidem [b] Matth. 6. 26. 30.

monilium pondera, non veſtium tædia, non Gallicos mulos, nec Germanicos bajulos, quæ nuptiarum gloriam accendunt, ſed ſufficientiam, quæ modeſtiæ & pudicitiæ apta eſt. Præſume, oro te, nihil tibi opus eſſe, ſi Domino appareas: imò omnia habere, ſi habeas Dominum, cuius omnia. Cœleſtia recogita, & terrena deſpicies. Nihil viduitati apud Deum ſubſignatæ neceſſarium eſt, quàm perſeuerare.

CAPVT V.

Fideles non repetunt nuptias prætextu poſteritatis, quam cùm habent, præmittere cupiunt ad Dominum, quam poſt ſe relinquere.

Per totum. V. Nuptiæ ſecundæ probroſæ. 11. & in f. V. Viduitas. 9.

ADDUCIVNT quidem ſibi homines cauſas nuptiarum de ſollicitudine poſteritatis, & liberorum amariſſima voluptate. Nobis otioſum eſt. Nam quid geſtiamus liberos gerere, quos cùm habemus, præmittere optamus, reſpectu ſcilicet imminentium anguſtiarum, cupidi & ipſi iniquiſſimo iſto ſæculo eximi, & recipi ad Dominum? quod
Philipp. 1. etiam Apoſtolo votum fuit. Nimirum neceſſaria ſoboles ſeruis Dei. Satis enim de ſa-
23. lute noſtra ſecuri ſumus, vt liberis vacemus: quærenda nobis onera ſunt, quæ etiam à Gentilium pleriſque vitantur, quæ legibus coguntur, quæ parricidiis expugnantur: nobis denium plurimùm importuna, quantum fidei periculoſa. Cur enim Dominus,
a Matth. 24 a *Væ prægnantibus & nutricantibus*, cecinit, niſi quia filiorum impedimenta teſtatur in
19. illa die expeditionis incommodum futura? ea vtique nuptiis imputantur. Iſtud autem ad viduas non pertinebit: ad primam Angeli tubam expeditæ proſilient: quamcumque præſſuram perſecutionemque liberè perferent, nulla in vtero, nulla in vberibus æſtuante ſarcina nuptiarum. Igitur ſiue carnis, ſiue ſæculi, ſiue poſteritatis gratia nubitur, nihil ex iſtis neceſſitatibus competit Dei ſeruis, vt non ſatis habeant, ſemel alicui earum ſuccubuiſſe, & vno matrimonio omnem concupiſcentiam huiuſmodi expiaſſe. Nubamus quotidie, & nubentes à die illo timoris deprehendamur, vt Sodoma
Gen. 19. 14. & Gomorrha. Nam illic non vtique nuptias & mercimonia ſolummodò agebant: ſed
b Matth. 24 cùm dicit, b *Nubebant & emebant*, inſigniora ipſa carnis & ſæculi vitia denotat, quæ
38. à diuinis diſciplinis plurimum auocent: alterum per laſciuiendi voluptatem, alterum
Luc. 17. 28. per acquirendi cupiditatem. Et tamen illa tunc cæcitas longè à finibus ſæculi habebatur. Quid ergo fiet, ſi quæ olim deteſtabilia ſunt penes Dominum, ab iis nunc nos arceat? c *Tempus*, inquit, *in collecto eſt. ſupereſt, vt qui matrimonia habent, tanquam non ha-*
c 1. Cor. 7. *bentes, agant.*
29.

CAPVT VI.

Si continentia videtur eſſe difficilis, virginum à baptiſmo, pari conſenſu continentium, coniugatorum, gentilium denique ſacerdotum, virginum & viduarum exempla recogitent.

In p. V. Nuptiæ ſecundæ vt probroſæ. 11 in p. ad circa. f. V. Viduitas. 9. à p. ad f. V. Caſtitatis cuſtodia. 1.

QVOD ſi habentes obliterare debent quod habent, quantò magìs non habentes prohibentur repetere quod non habent; vt cuius maritus de rebus abiit, exinde requietu ſexui ſuo nubendi abſtinentia injungat: quam plæreque Gentilium fæminarum memoriæ cariſſimorum maritorum parentant. Cùm quid difficile videtur, difficiliora alios obeuntes recenſeamus. Quot enim ſunt qui ſtatim à lauacro carnem ſuam obſignant? Quot item qui conſenſu pari inter ſe matrimonii debitum tollunt? voluntarii ſpadones pro cupiditate regni cœleſtis. Quod ſi ſaluo matrimonio abſtinentia toleratur, quantò magis adempto? Credo enim difficilius ſaluum derelinqui, quàm amiſſum non deſiderari. Durum planè & arduum ſatìs, continentia ſanctæ fæminæ poſt viri exceſſum, Dei cauſa, cùm Gentiles Satanæ ſuo, & virginitatis, & viduitatis ſacerdotio perferant. Romæ quidem quæ ignis illius inextinguibilis imaginem tractant, auſpicia pœnæ ſuæ cum ipſo dracone curantes, de virginitate cenſentur. Achææ Iunoni apud Ægium oppidum virgo ſortitur: & quæ Delphis inſaniunt, nubere neſciunt. Cæterum viduas Africanæ Cereti aſſiſtere ſcimus, duriſſima quidem obliuione
* æternum. à matrimonio allectas. Nam manentibus in * vita viris, non modò decedunt, ſed & alias eis vtique ridentibus loco ſuo inſinuant, adempto omni contactu, vſque ad oſculum filiorum: & tamen durante vſu perſeuerant in tali viduitatis diſciplina, quæ pietatis etiam ſanctæ ſolatia excludit. Hæc diabolus ſuis præcipit, & auditur. prouocat nimirum Dei ſeruos continentia ſuorum, quaſi ex æquo. Continent etiam gehennæ

ſacerdotes

ſacerdotes. Nam inuenit quomodo homines etiam in bonis ſectationibus perderet:
& nihil apud eum refert, alios luxuriâ, alios continentiâ occidere.

CAPVT VII.

Continentiam nos docuit Dominus, cuius nutu matrimonium morte diſſoluitur, Apoſtolus ad hac & Eccleſiaſtica diſciplina bigamos arcet à Sacerdotio, & viduam vniuiram tantùm ad miniſterium admittit.

In p. V. caſtitatis cuſtodia. 1. à p. V. Mors. 12. à p. ad m. V. Nuptiæ ſecundæ probroſæ. 5. à m. ad f. V. Viduitas 7.

NOBIS continentia ad inſtrumentum æternitatis demonſtrata eſt à Domino ſalutis, ad teſtimonium fidei, ad commendationem carnis iſtius exhibendæ ſuperuenturo indumento incorruptibilitatis, ad ſuſtinendam nouiſſimè voluntatem Dei.
Super hæc enim recogites moneo, neminem non ex Dei voluntate de ſæculo educi, ſi
nè folium quidem ex arbore ſine Dei voluntate delabitur. Idem qui nos mundo infert, idem & educat neceſſe eſt. Igitur defuncto per Dei voluntatem viro, etiam matrimonium Dei voluntate defungitur. Quid tu reſtaures, cui finem Deus poſuit? Quid
libertatem oblatam tibi, iterata matrimonii ſeruitute faſtidis? [c] *Obligatus es*, inquit, c1. Cor. 7.
matrimonio, ne quæſieris ſolutionem. ſolutus es matrimonio, ne quæſieris obligationem. Nam etſi 27.
non delinquas renubendo, carnis tamen preſſuram ſubſequi dicit. Quare facultatem continentiæ, quantum poſſumus, diligamus: quam primùm obuenerit, imbibamus: vt quod
in matrimonio non valuimus, in viduitate ſectemur. Amplectenda occaſio eſt, quæ
adimit quod neceſſitas imperabat. Quantum detrahant fidei, quantum obſtrepant
ſanctitati nuptiæ ſecundæ, diſciplina Eccleſiæ, & præſcriptio Apoſtoli declarat, [d] *cùm* d1. Tim. 3. 3.
digamos non ſinit præſidere, cùm [e] *viduam adlegi in ordinem, niſi vniuiram, non concedit.* e1. Tim. 5. 9
aram enim Dei mundam proponi oportet. Tota illa Eccleſię candida de ſanctitate
conſcribitur. Sacerdotium viduitatis, & cęlibatum eſt apud Nationes. Pro Diaboli
ſcilicet æmulatione Regem ſæculi, Pontificem Maximum rurſus nubere nefas eſt.

CAPVT VIII.

Vxorem viduitatis honoribus mouet, & viduam in aliquo virgine fortiorem eſſe probat.

In p. V. Viduitas. 7. & V. Viduitas. 11. in f. à p. V. Viduitas. 10. in m. ad circa f. V. Viduitas. 14. circa f. V. Luxuria 21.

QVANTVM Deo ſanctitas placet, cùm illam etiam inimicus adfectat? non vtique vt alicuius boni adfinis, ſed vt Dei domini placita cum contumelia adfectans. Nam de viduitatis honoribus, apud Deum vno dicto eius per Prophetam ex-
peditum eſt: [a] *Iuſtè facite viduæ, & pupillo, & venite diſputemus, dicit Dominus.* Duo iſta a Eſa. 1. 17.
nomina inquantùm deſtituta auxilio humano, intantùm diuinæ miſericordiæ expo- 18.
ſita ſuſcipit tueri pater omnium. Vide quàm ex æquo habetur, qui viduæ benefecerit.
quanti eſt vidua ipſa, cuius adſertor cum Domino diſputabit. Non tantùm virginibus
datum opinor. Licet in illis integritas ſolida, & tota ſanctitas de proximo viſura ſit
faciem Dei, tamen vidua habet aliquid operoſius: quia facilè eſt non appetere quod
neſcias, & auerſari quod deſideraueris numquam. Glorioſior continentia, quæ jus
ſuum ſentit: quæ quid viderit, nouit. Poterit virgo fęlicior haberi, at vidua laborioſior.
illa quod bonum ſemper habuit, iſta quod bonum ſibi inuenit. In illa gratia, in iſta
virtus coronatur. Quædam enim ſunt diuinæ liberalitatis, quædam noſtræ operationis. Quæ à Domino indulgentur, ſua gratia gubernantur: quæ ab homine captantur,
ſtudio perpetrantur. Stude igitur ad virtutem continentiæ, quæ pudori procurat, ſedulitati, quæ nugas non facit: frugalitati, quæ ſæculum ſpernit. Conuictus atque
colloquia Deo digna ſectare, memor illius verſiculi, ſanctificati per Apoſtolum: [b] *Bonos* b1. Cor. 15.
corrumpunt mores congreſſus mali. [c] *Loquaces, otioſæ, vinoſæ, curioſæ contubernales*, vel maxi- 33.
mè propoſito viduitatis officiunt. Per loquacitatem intepunt verba pudoris inimica: c1. Tim. 5. 13
per otium à ſeueritate deducunt: per vinolentiam quiduis mali inſinuant: per curioſitatem æmulationem libidinis conuehunt. Nulla huiuſmodi fæminarum de bono vni-
uiratus loqui nouit: [d] *Deus enim illis (vt ait Apoſtolus) venter eſt*, ita & quæ ventri pro- dPhilipp. 3.
pinqua. Hæc tibi iam hinc commendo, conſerua cariſſima, poſt Apoſtolum quidem ex 19.
abundanti retractata, ſed tibi etiam ſolatio futura, quod meam memoriam, ſi ita cueuerit, in illis frequentabis.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANI AD VXOREM LIB. II.

In librum ſecundum ad Vxorem.

ARGVMENTVM.

Conſiderata infirmitatis humanæ ſorte, hunc librum Vxori ſcripſit conſulens, vt ſi denuò poſt obitum ſuum nubat, à matrimonio cum Gentili ſaltem abſtineat. Editus eſt eodem ferè tempore quo primus.

CAPVT PRIMVM.

Apoſtolus non tantùm ſuadet, ſed & præcipit abſtinere à Gentilium coniugio, dicens: nubat qui volet, tantum in Domino. *hoc eſt, cum fideli colente verum Deum & Dominum.*

à p. V. Repudium. 3. à p. ad f. V. Nuptiæ cum infideli prohibitæ. 1. in f. V. Mandata Dei. 4.

PROXIME tibi, dilectiſſima in Domino conſerua, quid feminæ ſanctæ, matrimonio quacumque ſorte adempto, ſectandum ſit, vt potui, proſequutus ſum. Nunc ad ſecunda conſilia conuertamur, reſpectu humanæ infirmitatis, quarundam exemplis admonentibus, quæ diuortio, vel mariti exceſſu, oblata continentiæ occaſione, non modò abiecerunt opportunitatem tanti boni, ſed nè in nubendo quidem diſci-
a 1. Cor. 7. 39. plinæ meminiſſe voluerunt, [a] *vt in Domino potiſſimum nuberent.* Itaque mihi confuſus eſt animus, nè qui nuper te ad vniuiratus, & viduitatis perſeuerantiam hortatus ſum, nunc mentione nuptiarum, proclivium tibi cadendi, ablationem faciam. Quod ſi integrè ſapis, certè iſtud ſeruandum ibi eſſe, quod ſit vtilius. Quod verò difficile eſt, & non ſine neceſſitatibus, hoc maximum propoſitum vitæ, ſubſeſſi. nec mihi de iſto quoque referendi ad te cauſæ fuiſſent, niſi grauiorem in ea ſollicitudinem comprehendiſſem. Nam quantò grandis eſt continentia carnis quæ viduitati miniſtrat, tantò ſi non ſuſtineatur, ignoſcibile videri poteſt. difficilium enim facilis eſt venia. Quanto autem
b 1. Cor. 7. 39. [b] *nubere in Domino* perpetrabile eſt, vti noſtræ poteſtatis, tantò culpabilius eſt non obſeruare quod poſſis. Eò accedit, quod Apoſtolus de viduis quidem & innuptis, vt ita permaneant ſuadet, cùm dicit: [c] *Cupio autem omnes meo exemplo perſeuerare*: de nubendo
c Ibid. 7. d Ibid. 39. vero in Domino, cùm dicit, [d] *Tantùm in Domino*, iam non ſuadet, ſed exertè iubet. Igitur in iſta maximè ſpecie, niſi obſequimur, periclitamur. Quia ſuaſum impunè quis negligat, quàm iuſſum: quòd illud de conſilio veniat, & voluntati proponatur: hoc autem de poteſtate deſcendat, & neceſſitati obligetur: illic libertas, hìc contumacia delinquere videatur.

CAPVT II.

Nemo ſibi blandiatur de loco Apoſtoli dicentis, non dimittendum coniugem infidelem: id enim intelligitur de matrimonio iam contracto, in quo alteruter Dei gratia vocatur ad fidem; non autem de contrahendo à iam fideli, cum infideli.

Per totum. V. Nuptiæ cum infid. contractæ, non ſoluendæ. 1.

IGITVR cùm quædam iſtis diebus nuptias ſuas de Eccleſia tolleret, ac Gentili coniungeretur, idque ab aliis retro factum recordarer, miratus aut ipſarum petulantiam, aut conſiliariorum præuaricationem, quòd nulla ſcriptura eius facti licentiam proferret, Nunquid, inquam, de illo capitulo ſibi blandiuntur, primæ ad
a 1. Cor. 7. 12. Corinthios, vbi ſcriptum eſt: [a] *Si quis fratrum infidelem habet vxorem, & illa matrimonio conſentit, ne dimittat eam. Similiter mulier fidelis, infideli nupta, ſi conſentaneum maritum experitur, ne dimiſerit eum. Sanctificatur enim infidelis vir à fideli vxore, & infidelis vxor à fideli marito. cæterùm immundi eſſent filij veſtri.* Hanc monitionem forſ de fidelibus iunctis ſimpliciter intelligendo, putent etiam infidelibus nubere licere. Qui ita interpretatur, abſit vt ſciens ſe circumſcribat. Cæterùm manifeſtum eſt ſcripturam iſtam eos fideles deſignare, qui in matrimonio Gentili inuenti à Dei gratia
b Ibid. fuerint, ſecundùm verba ipſa: [b] *Si quis*, inquit, *fidelis vxorem habet infidelem.*

Non dicit, *Vxorem ducit infidelem*; oſtendit iam in matrimonio agentem mulieris in-
fidelis, mox gratia Dei conuerſum, perſeuerare cum vxore debere. ſcilicet propterea,
nè qui fidem conſecutus, putaret ſibi diuertendum eſſe ab aliena iam & extranea quo-
dammodo fœmina. Adeò & rationem ſubjicit, [c] *In pace nos vocari ad Dominum Deum,* [c] Ibid. 15.
& poſſe infidelem à fideli per vſum matrimonij lucrifieri. Ipſa etiam clauſula hoc ita intel-
ligendum eſſe confirmat, [d] *Vt quiſque, ait, vocatur à Domino, ita perſeueret.* vocantur au- [d] Ibid. 20.
tem Gentiles, opinor, non fideles. Quòd ſi de fidelium tantùm matrimonio pronun-
ciaſſet abſolutè, permiſerat ſanctis vulgò nubere. Si verò permiſerat, nunquam tam
diuerſam, atque contrariam permiſſui ſuo pronunciationem ſubdidiſſet, dicens:
[e] *Mulier defuncto viro, libera eſt; cui vult nubat, tantùm in Domino.* Hic certè nihil retra- [e] Ibid. 39.
ctandum eſt nam de quo retractari potuiſſet, Spiritus cecinit: Nè quod ait, *Cui velit
nubat*, malè vteremur, adjecit, *Tantum in Domino*, id eſt in nomine Domini; quod eſt Ibid.
indubitatè, Chriſtiano. Ille igitur Spiritus ſanctus, qui viduas, & innuptas integrita-
ti perſeuerare mauult, qui nos ad exemplum ſui hortatur, nullam aliam formam re-
petundarum nuptiarum, niſi in Domino, præſcribit. huic ſoli conditioni continentiæ
detrimenta concedit. *Tantùm*, inquit, *in Domino*. Adjecit pondus, legi ſuæ, *Tantùm*. Ibid.
Quo ſono, & modo enunciaueris dictum iſtud, onerofum eſt: & iubet, & ſuadet; &
præcipit, & hortatur; & rogat, & comminatur. diſtricta, expedita ſententia eſt, &
ipſa ſui breuitate facunda. Sic ſolet diuina vox: vt ſtatim intelligas, ſtatim obſerues.
Quis enim non intelligere poſſit multa pericula, & vulnera fidei, in huiuſmodi nuptiis
quas prohibet, Apoſtolum prouidiſſe: & primò quidem carnis ſanctæ, in carne Gen-
tili inquinamentum præcauiſſe? Hoc loco dicit aliquis, Quid ergo refert inter eum, qui
in matrimonio Gentilis à Domino allegitur, & olim, id eſt, ante nuptias, fidelem, vt
non proinde carni ſuæ caueant? cùm alter à nuptiis infidelis arceatur, alter in eis per-
ſeuerare iubeatur? cur ſi à Gentili inquinamur non ille disjungitur, quemadmodum
iſte non obligatur? Reſpondebo, ſi Spiritus dederit, ante omnia allegans Dominum
magis ratum habere matrimonium non contrahi, quàm omnino disjungi: denique
diuortium prohibet, niſi ſtupri cauſa, continentiam verò commendat. Habeat igitur
ille perſeuerandi neceſſitatem, hic porro etiam non nubendi poteſtatem. Tunc ſi ſe-
cundùm ſcripturam, qui in matrimonio Gentili à fide deprehenduntur, propterea non
inquinantur, quia cum ipſis alii quoque ſanctificantur; ſine dubio iſti, qui ante nuptias
ſanctificati ſunt, ſi extraneæ carni commiſceantur, ſanctificare eam non poſſunt, in
qua non ſunt deprehenſi. Dei autem gratia illud ſanctificat, quod inuenit. Ita quod
ſanctificari non potuit, immundum eſt: quod immundum eſt, cum ſancto non habet
patrem, niſi vt de ſuo inquinet, & occidat.

CAPVT III.

A communione fidelium arcendi ſunt, tanquam rei ſtupri carnem ſanctam, & membrum Chriſti cum Gentili, membro diaboli miſcentes, nubendo Gentili.

Per totum. V. Nuptiæ cum infideli prohibitæ. 6.

HÆc cùm ita ſint, fideles Gentilium matrimonia ſubeuntes, ſtupri reos eſſe con-
ſtat, & arcendos ab omni communicatione fraternitatis, ex litteris Apoſtoli di-
centis, [a] *cum eiuſmodi nec cibum quidem ſumendum.* Aut, numquid tabulas nuptiales die [a] 1. Cor. 5. 11
illo apud tribunal Domini proferemus? & allegabimus quod vetuit ipſe? Non adulte- 1. Cor. 3. 16.
rium eſt quod prohibitum eſt. non ſtuprum eſt. Extranei hominis admiſſio minus tem- 17.
plum Dei violat? minus membra Chriſti cum membris adulteræ commiſcet? Quod 1. Cor. 15.
ſciam, [b] *non ſumus noſtri, ſed pretio empti: & quali pretio? ſanguine Dei.* Lædentes igitur [b] Ibid. 19.
carnem iſtam, cum lædimus de proximo. Quid ſibi voluit ille qui dixit, delictum qui- 20.
dem eſſe extraneo nubere, ſed minimum, cùm alias ſepoſita carnis injuria ad Domi-
num pertinentis, omne delictum voluntarium in Domino grande ſit? Quantò enim
poteſtas vitandi fuit, tantò contumaciæ crimine oneratur. Recenſeamus nunc cætera
pericula aut vulnera, vt dixi, fidei ab Apoſtolo prouiſa, non carni tantùm, verum etiam
ipſi ſpiritui moleſtiſſima. Quis enim dubitet obliterari quotidie fidem commercio infi-
deli? [c] *Bonos corrumpunt mores, confabulationes malæ*: quantò magis & conuictus, & in- [c] 1. Cor. 15.
diuiduus vſus? Quæuis mulier fidelis Deum obſeruet neceſſe eſt. Et quomodo [d] *poteſt* 33.
duobus dominis deſeruire, Domino, & marito, adde Gentili? Gentilem enim obſeruan- [d] Matth. 6.
do, gentilia exhibebit, formam, extructionem, munditias ſæculares, blanditias tur- 24.
piores, ipſa etiam matrimonii ſecreta maculoſa: non vt penes ſanctos officia ſexus, cum
honore ipſius neceſſitatis, tanquam ſub oculis Dei modeſte & moderatè tranſiguntur.

CAPVT IV.

Fœmina Chriſtiana diſciplina Eccleſiaſtica in ſtationibus, ieiuniis, proceſſionibus, vigiliis nocturnis, cœna Dominica, infanticidii ſuſpecta apud Ethnicos, ſatisfacere non poteſt, ſi Gentili nupſerit.

Per totum. V. Nuptiæ cum infideli prohibitæ. 6. in m. V. Euchariſtia. 7.

SED viderit qualiter viro officia pendat. Domino certè non poteſt pro diſciplina ſatisfacere, habens in latere diaboli ſeruum, procuratorem domini ſui, ad impedienda fidelium ſtudia & officia; vt ſi ſtatio facienda eſt, maritus de die condicat ad balneas: ſi ieiunia obſeruanda ſunt, maritus eadem die conuiuium exerceat: ſi procedendum erit, nunquam magìs familiæ occupatio obueniat. Quis autem ſinat coniugem ſuam viſitandorum fratrum gratia, vicatim aliena & quidem pauperiora quæque tuguria circuire? Quis nocturnis conuocationibus, ſi ita oportuerit, à latere ſuo adimi libenter feret? Quis denique ſolemnibus Paſchæ abnoctantem ſecurus ſuſtinebit? Quis ad conuiuium illud Dominicum, quod infamant, ſine ſua ſuſpicione dimittet? Quis in carcerem ad oſculanda vincula martyris reptare patietur? Iam verò alicui fratrum ad oſculum conuenire? aquam ſanctorum pedibus offerre? de cibo, de poculo inuadere, deſiderare, in mente habere? Si pereger frater adueniat, quod in aliena domo hoſpitium? Si cui largiendum erit, horreum, proma, præcluſa ſunt.

CAPVT V.

Etſi maritus Gentilis ferat, vxorem implere omnem Eccleſiæ diſciplinam: vel hoc crimen eſt, quod Gentiles irriſores ſancta noſtra nouerint, quæ maritos latere non poſſunt, aut ſi ſuſpectam habeant, ſibi ipſis timeant.

Per totum. V. Nuptiæ cum infideli prohibitæ 6. in m. V. Crux. 18. circa. f. V. ad Euchariſtiam diſpoſitio. 8.

SED aliquis ſuſtinet noſtra, nec obſtrepit. Hoc eſt igitur delictum, quod Gentiles noſtra nouerunt, quod ſub conſcientia iniuſtorum ſumus, quod beneficium eorum eſt, ſi quid operamur. Non poteſt neſcire, qui ſuſtinet: aut ſi celatur quia non ſuſtinet,
2. Cor. 6. 3. 14. & ſeq. timetur. Cùm autem ſcriptura vtrumque mandet; & ſine alterius conſcientia, & ſine noſtra preſſura operari Domino: nihil intereſt in qua parte delinquas, aut in conſcientiam mariti, ſi ſit patiens: aut in conflictationem tui, dum vitatur impatiens.
a Matth. 7. 6. [a] *Nolite*, inquit, *marguaritas veſtras porcis iactare, ne conculcent eas, & conuerſi vos quoque euertant.* Marguaritæ veſtiæ ſunt, etiam quotidianæ conuerſationis inſignia. Quantò curaueris ea occultare, tantò ſuſpectiora feceris, & magìs captanda Gentili curioſitati. Latebiſnè tu, cùm corpuſculum tuum ſignas, cùm aliquid immundum flantis explodis, cùm etiam per noctem exurgis oratum? & non magiæ aliquid videberis operari? non ſciet maritus quid ſecretò ante omnem cibum guſtes? & ſi ſciuerit panem, non illum credit eſſe qui dicitur? Et hæc, ignorans quiſque rationem, ſimpliciter ſuſtinebit? ſine gemitu? ſine ſuſpicione panis, an veneni? Suſtinent quidam. ſed vt inculcent, vt inludant huiuſmodi fœminis: quarum arcana in periculum quod credunt reſeruent, ſi forté lædantur. Suſtinent, quarum dotes, ſubiectione nominis, mercedem ſilentii faciant. ſcilicet apud arbitrum ſpeculatorem litigaturi.

CAPVT VI.

Vxor fidelis omnem inuita ſuſtinebit à viro Gentili idololatriæ abominationem, nec cantica diuina, nec Scripturæ ſacræ lectionem, benedictionem, ſed omnia contraria fidei audiet & videbit.

à p. ad f. V. Nuptiæ cum infideli prohibitæ. 5.

* laribus. QVOD pleræque non prouidentes, aut re excruciata; aut fide perdita recognoſcere conſueuerunt. Moratur Dei ancilla cum * laboribus alienis, & inter illos omnibus nominibus dæmonum, omnibus ſolennibus regum, incipiente anno, incipiente menſe, nidore thuris agitabatur; & procedet de ianua laureata & lucernata, vt de nouo conſiſtorio libidinum publicarum. diſcumbet cum marito in ſodalitiis, ſæpe in popinis: & miniſtrabit nonnunquam iniquis, ſolita quondam ſanctis
a 1. Cor. 6. 3 miniſtrare. & non hinc præiudicium damnationis ſuæ agnoſcet, eos obſeruans [a] *quos erat iudicatura*? Cuius manum deſiderabit? de cuius poculo participabit? Quid maritus ſuus illi, vel marito quid illa cantabit? Audiat ſanè, audiat aliquid de ſcena, de taberna,

de ganea. Quæ Dei mentio? quæ Chriſti inuocatio? vbi fomenta fidei de ſcripturarum interiectione? vbi ſpiritus? vbi refrigerium? vbi diuina benedictio? Omnia extranea, omnia inimica, omnia damnata, atterendæ ſaluti à Malo immiſſa.

CAPVT VII.

Non eſt par ratio vxoris quæ iam contracto matrimonio, aſſumpta eſt ad fidem: quia cùm à Deo & Apoſtolo approbetur in tali coniugio perſeuerantia, faciliùs lucri fiunt coniuges per conuerſationem fidelem.

In p. ad m. V. Nuptiæ cum infid. cõtractæ non ſoluendæ 2. à m. ad f. V. Nuptiæ cũ infideli prohibitæ. 7.

HÆc ſi illis quoque euenire poſſint quæ in matrimonio Gentili fidem adeptæ morantur, tamen excuſantur, vt in ipſis deprehenſæ a Deo, *& iubentur perſeuerare, & ſanctificantur, & ſpem lucrationis accipiunt.* Si ergo ratum eſt apud Deum matrimonium huiuſmodi, cur non & proſperè cedat, vt preſſuris, & anguſtiis, & impedimentis, & inquinamentis non ita laceſſatur, habens iam ex parte diuinæ gratiæ patrocinium? Nam & * aliquam virtutem cœleſtem, documentis dignationis alicuius, * vo-
catus * ille de Gentibus terrori eſt Gentili, quo minus ſibi obſtrepat, minus ſciat, mi- * ad * vocata
nus ſpeculetur. Senſit magnalia, vidit experimenta, ſcit meliorem factam; ſic & ipſe * illa.
Dei candidatus eſt timore. Ita faciliùs huiuſmodi lucrifiunt, in quos Dei gratia conſuetudinem fecit. Ceterùm aliud eſt, vltro & ſponte in prohibita deſcendere. Quæ Domino non placent, vtique Dominum offendunt, vtique à Malo inferunt. Hoc ſigni erit, quòd ſolis pejoribus placet nomen Chriſtianum. ideo inueniuntur qui tales non exhorreant, vt exterminent, vt abripiant, vt à fide excludant. Habes cauſam, qua non dubites, nullum huiuſmodi matrimonium proſperè decurri, dum à Malo concilia-tur à Domino verò damnatur.

CAPVT VIII.

Ius quoque ciuile prohibet ſeruos extraneas à Domino ſuo coniuges ducere, & addicit ſeruituti vxores quæ cum ſeruis alienis in conſuetudine perſeuerant, poſt denuntiationem Dominorum.

Per totum. V. Nuptiæ cum infideli prohibitæ. 7. in m. V. diues. 1.

AD hoc quæramus an iure quaſi reuerà diſpectores diuinarum ſententiarum. Nonne etiam penes Nationes ſeueriſſimi quique domini & diſciplinæ tenaciſſimi ſeruis ſuis foras nubere interdicunt? ſcilicet nè in laſciuiam excedant, officia deſerant, dominica extraneis promant. Nonnè inſuper cenſuerunt ſeruituti vindicandos, qui cum alienis ſeruis, poſt dominorum denunciationem in conſuetudine perſeuerauerunt? Seueriores habebuntur terrenæ diſciplinæ cœleſtibus præſcriptis? vt Gentiles quidem extraneis iunctæ, libertatem ſuam amittant: noſtræ verò diaboli ſeruos ſibi coniungant, & in ſtatu ſuo perſeuerent. Scilicet negabunt ſibi à Domino per Apoſto-
lum eiuſdem denunciatum. Quam huius amentiæ cauſam definiam, niſi fidei imbe- 2. Cor. 6. 14.
cillitatem pronam ſemper in concupiſcentiam ſæcularium gaudiorum? Quod quidem & ſeq.
plurimùm in lautioribus deprehenſum eſt. Nam quantò diues aliqua eſt matronæ nomine inflata, tantò capaciorem domum oneribus ſuis requirit, vt campum in quo am-
bitio decurrat. Sordent talibus Eccleſiæ. Difficilè in domo Dei diues, ac, ſi quis eſt, Matth. 19.
difficilè celebs. Quid ergo faciant? Vnde niſi à diabolo maritum petant idoneum ex- 23.
hibendæ ſellæ, & mulabus, & cinerariis peregrinæ proceritatis? Chriſtianus iſta etiam Luc. 18. 24.
diues fortaſſe non præſtet. Quæſo te, Gentilium exempla proponas tibi. Pleræque & * Apud Pamel.
genere nobiles, & re beatæ, paſſim ignobilibus & mediocribus ibi coniunguntur, ad Nonnullæ ſe
luxuriam inuentis, aut ad licentiam ſectis. * Chriſtianam fidelem fideli re minori nu- libertis, & ſer-
bere piget, locupletatiorem futuram in viro paupere? Nam ſi ª *pauperum ſunt regna* uis ſuis confe-
cœlorum, quia diuitum non ſunt, plus diues in paupere inueniet. maiore dote dotabi- runt, omnium
tur de bonis eius qui in Deo diues eſt. Sit illa ex æquo in terris, quæ in cœlis forſitan hominum exi-
non erit. ſtimatione deſpecta, dummodo habeãt à quibus nullum impedimentum libertatis ſuæ timeant.

CAPVT IX.

Fœlix illud coniugium Eccleſia iungit, & ſolemnis oblatio confirmat. Vbi duo fideles ſimul orant, ieiunant nec furtiuè aut ſcrupuloſè diuinis interſunt, nec tacitè benedicunt. ª Matth. 5. 3

In p. V. Nupt. cum infid. prohibitæ 7. & per totum. V. Nupt. in Eccleſia contrahendæ. 1.

DVBITANDVM, & inquirendum, & identidem deliberandum eſt, an idoneus ſit iniunctis dotalibus, cui Deus cenſum ſuum credidit? Vnde ſufficiamus ad

enarrandam fælicitatem eius matrimonii, quod Eccleſia conciliat, & confirmat oblatio, & obſignat benedictio; Angeli renuntiant, pater ratò habet? nam nec in terris filii ſine conſenſu patrum rectè & iure nubunt. Quale iugum fidelium duorum vnius ſpei, vnius voti, vnius diſciplinæ, eiuſdem ſeruituris? Ambo fratres, ambo conſerui, nulla ſpiritus carniſve diſcretio. atquin verè [b] *duo in carne vna*. Vbi caro vna, vnus & ſpiritus. Simul orant, ſimul volutantur, & ſimul ieiunia tranſigunt, alterutro docentes, alterutro hortantes, alterutro ſuſtinentes. in Eccleſia Dei pariter vtrique, pariter in conuiuio Dei, pariter in anguſtiis, in perſecutionibus, in refrigeriis. neuter alterum celat, neuter alterum vitat, neuter alteri grauis eſt. liberè æger viſitatur, indigens ſuſtentatur. eleemoſynæ ſine tormento, ſacrificia ſine ſcrupulo, quotidiana diligentia ſine impedimento, non furtiua ſignatio, non trepida gratulatio, non muta benedictio. ſonant inter duos pſalmi & hymni, & mutuò prouocant quis melius Deo ſuo cantet. Talia Chriſtus videns & audiens gaudet. his pacem ſuam mittit. [c] *vbi duo, ibi & ipſe*: vbi & ipſe, ibi & Malus non eſt. Hæc ſunt quæ Apoſtoli vxor illa ſub breuitate intelligenda nobis reliquit. Hæc tibi ſuggere, ſi opus fuerit. His te ab exemplis quatundam reflecte. Non licet aliter fidelibus nubere: non expedit.

b Gen. 2. 24.

c Matth. 18. 20.

1. Cor. 7. per totum.

LIBRORVM TERTVLLIANI

FINIS.

INDEX ALPHABETICVS

Librorum Tertulliani & quot ſinguli capita contineant.

A

A. De Anima habet capita 58. fol. 3.

A. De Animæ teſtimonio, cap. 6. fol. 45.

A. Apologeticus cap. 50. fol. 50.

B.

B. De Baptiſmo. cap. 20. fol. 85.

C.

C. De Carne Chriſti. cap. 25. fol. 94.

C. De Caſtitatis Exhortatione, cap. 13. fol. 110.

C. De Corona Militis, cap. 14. fol. 117.

C. De Cultu Feminarum, lib. 1. cap. 8. fol. 126

C. De Cultu Feminarum, lib. 2. cap. 13. fol. 130.

F.

F. De Fuga in perſecutione, cap. 14. fol. 137.

H.

H. Aduerſus Hermogenem, cap. 45.

I.

I. De Idololatria, cap. 24. fol. 155.

I. De Ieiunijs, cap. 17. fol. 167.

I. Aduerſus Iudæos, cap. 14. fol. 178.

M.

M. Aduerſus Marcionem, lib. 1. cap. 30. fol. 195.

M. Aduerſus Marcionem, lib. 2. cap. 29. fol. 213.

M. Aduerſus Marcionem,, lib. 3. cap. 24. fol. 232.

M. Aduerſus Marcionem, lib. 4. cap. 43. fol. 250.

M. Aduerſus Marcionem, lib. 5. cap. 21. fol. 300.

M. Ad Martyras, cap. 6. fol. 328.

M. De Monogamia, cap. 17. fol. 331.

N.

N. Ad Nationes, lib. 1. cap. 20. fol. 344.

N. Ad Nationes, lib. 2. cap. 17. fol. 358.

O.

O. De Oratione, cap. 14. fol. 370.

P.

P. De Pallio, cap. 6. fol. 375.

P. De Patientia, cap. 16. fol. 381.

P. De Pœnitentia, cap. 12. fol. 390.

P. De Præſcriptione Hæreticorum, cap. 53. fol. 398.

P. Aduerſus Praxeam, cap. 31. fol. 419.

P. De Pudicitia, cap. 22. fol. 441.

R.

R. De Reſurrectione, cap. 63. fol. 478.

S.

S. Ad Scapulam, cap. 5. fol. 516.

S. Scorpiacè aduerſus Gnoſticos, cap. 15. fol. 520

S. De Spectaculis, cap. 30. fol. 532.

V.

V. Aduerſus Valentinianos, cap. 39. fol. 545

V. De Virginibus velandis,, cap. 17. fol. 559

V. Ad Vxorem, lib. 1. cap. 8. fol. 583.

V. Ad Vxorem, lib. 2. cap. 9. fol. 588.

Præmonitio neceſſaria Lectori ad emendationem Erratorum occurrentium in textu, & ſcholis.

TYpographorum incuria fit, vt omnis hodie Authorum induſtria, & labor ſudet in vanum: tum quòd perfunctoriè poſtremæ correctioni vacent, tum quòd eam interdū prorſus omittant: tum denique quòd dum typicas formas diſſoluunt, in capſas non ſuas, literas conſimiles mittant, vnde literæ paſſim pro literis ſumuntur Mutationes, itemq; omiſſiones, additiones, inuerſiones characterū. in ſolecismos, & barbariſmos, turpi lapſu degenerant. Quod in literis duplicibus, ſſ. ff. ſt fl. fi. ſi. pariter accidit: Quo præmonito breuitatis gratia, prudens lector ſupplebit in huiuſmodi, vt & in diphtongis, & accentibus; vel recurret ad textum in duobus ſequentibus tomis Omniloquij Rationalis diſtributum in locos communes. Similiter in emendandis marginum textus Erratis; diligenter aduertendo in fine argumentorum cuiuſcumque capitis, ad quod verbum Omniloquij rationalis remitto lectorem. Hic interea notabiliora, quibus ſenſus euertitur, aduerto, principium, medium, & finem paginæ his literis ſignans, p. m. f.

Errata in textu Tertulliani ſic corriges.

IN Præfat. pag. 2. in m. vtriſque. In textu pag. 30. in m. animas. 38. in f. contrectet. 39. à p comarum. 52. in m. probat religionem. 53 in p. confuſam 'negat inquirendos, vt innocentes: & mandat puniendos, vt nocentes: ibid. in m andire. 55. à m. teriore. 58 à m credatis. & ibid à m Perſas. 62. à p. liberatum. 74. à m. libidinis. 76. in f precationibus 80. à p. quam gent. 87 in m ſpiritualiter. 96 in m. ſubducebatur. 97. in m. erunt. 104. à p. ferre. ibid. formam. 108. à m. adimpleti. 117. à p vniuerſa 118. à p ciuitatem. 123. à p communio. ibid aræ, 129. in p. conterere. 134. in p. feminas. 140. in p atquin. 154. in m. dum. ibid. materia. 162 à m. placeo 165 à p. tam dignitatis, quàm 176. à m. putare. 181. à p. colendæ. 183. in m. ſacrificiorum. 184. in m. regionum. ibid. à m. interitum. 187. à m nonnumquam. 196. in m. deſciuerit. ibid. Igitur. 234. à m. portenduntur. 235. in m. auribus 241 in f. admittunt: atque. 243. in p. poterius. 245 in m. eccededi te in. ibid. in m. carceris. 247. à p. Apoſtolos. 280. in p. exſuſcitatus. 306. in f partis. 311. in f. Chariſma. 315. à p. geneſim. vniuerſis. 318 in f. eſus. 324. in m. potuit. In ſummo. 327. à p teſtitutionem legem. 329. in titulo. ad Martyras 330. in m. timor. 338. in f. tenetur. 347. in f. conditores 357. in f. probate. 358. in p Ponticum. 359 in m. Philoſophos. 367. in f infamiam. 374 in m decet. 375. à p. ſubtrahunt. 378. tit. de Oratione. 381. tit. de Pallio. ibid. à p. Philoſophia. ibid. à m. Veſtire. 390. à p. Pater. 396. in m inſulcaturos. 414. à p. circulatoribus. 410. in m. inacceſſibilem. 438 in m. eſuriem. 433. in f. conſummem ſi Meſſiam. 446 in m. Cataphrygibus. 462. in p. iam 495 à p. exſurge 495. à m. impugnant. 497. in f. concinnatur 498. à m. Deum. 506. à p. demandatione. 508. à p prodeſt. 5.2 à m. Ergo. ibid. in f. non videbatur. ibid. ſeceſſu. 515. in f. ſponſæ. 525 in tit Scorpiacè. 526. in m Adorare. 542 à m. ſpectaculorum 547. in f. Miltiades. 551. à m. ſuppararetur. 552. à p. ſudauerit. 557. in m. abiturum. 579. in m. portenduntur. 584. in f. continentiam. 586, in marg. æternum. 591. in f. identidem.

SECVNDA PARS:

IN QVA TEXITVR, DISCVTITVR, ET DILVITVR Alphabetum Errorum perperam adſcriptorum. S. Auguſtino, in quos Tertulliano adfinis minùs acutè cernentibus viſus eſt impegiſſe.

VBI PACIFICE, MERO AC SIMPLICI veritatis, ac debitæ tanto Patri pietatis inſpectu, tota S. Auguſtini Doctrina, maximé de Prædeſtinatione, Gratia, & Libero Arbitrio, non jam priuata Doctoris vnius, ſed CATHOLICA, & Eccleſiæ Apoſtolicæ ac Romanæ Doctrina, & ad S. Scripturæ, Patrum, Conciliorum, SS. Pontificum, & Tridentinæ quammaximè Synodi, & Conſtitutionis Innocentij X. in quinque propoſitionum cenſura, Regulas exactè reducta, prorſus Orthodoxa conuincitur.

CVM DVPLICI INDICE, ALTERO S. SCRIPTVRÆ Selectioris ibidem illuſtratæ, altero rerum notabilium.

Operâ F. CAROLI MOREAV Auguſtiniani communitatis Bituricenſis.

Mendaces oſtendit qui maculauerunt illum, & dedit illi claritatem æternam. Sap. 10. 14.

PARISIIS,

M. DC. LVII.

INDEX ALPHABETICVS

RERVM NOTABILIVM,

QVÆ CONTINENTVR IN REFVTATIONE ERRORVM PERPERAM adſcriptorum S. Auguſtino. In quibus viſus eſt Tertulliano adfinis minus acutè cernentibus aberraſſe. Prior numerus paginam, ſecundus columnam indicat, cum intermediis litteris A, B, C, D, E.

INDICEM SCRIPTVRÆ SACRÆ HABES; cum erratis correctis in calce huius ſecundæ partis.

Angeli corporei quo ſenſu dicti.

ANgelos corporeos eſſe, quo ſenſu ſcripſerit Auguſtinus, & an fuerit ſingulariter à Concilio Lateranenſi damnatus. 1. a. 1. & ſeq.

Angelos pingi poſſe Nicæna Synodus definit: non autem vtrum eſſent corporei. *Ibid.* b.

Aogelos naturâ ſpiritus dixit Auguſtinus, non congenita habere corpora, ſed pro nutu & miniſterio aſſumpta, non animata ſed mobilia. 1. c. & ſeq.

Angelicum corpus quo ſenſu ſcripſerit Aug. 2. b. 1.

Angelus Raphaël, aliique Aogeli num verè comederint. 2. e. 1. & ſeq.

Angelorum cognitio matutina & veſpertina. 34. a. b. c. 2. & ſeq. & 35. b. c. d. 2.

Animæ origo.

Animas ex traduce propagari, an cum Tertulliano ſenſerit Auguſtinus. 2 b. 2. & ſeq. per totum.

Animæ origo ex nihilo definita non erat tempore Auguſtini, ſed tantùm id definitum fuit in Concilio Lateranenſi anno 1513. ſub Leone X. 2.

De animæ origine. Auguſt. ſequutus ſenſum Eccleſiæ Occidentalis. 4. a. 2. & ſeq.

Animæ originem ex nihilo nec ipſe Pelagius certò tenuit. 4. d. 1.

Animæ originem mutuò inquiſierunt ab inuicem Auguſt. & Hiero. 2. e. 2. & 4. e. 2. & ſeq.

De Animæ orig. Variæ ſententiæ. 5. b. c. d. 1.

Animæ originem ante Eccleſiæ definitionem, parum curabat Auguſt. modò peccatum orig. ab omnibus contrahi teneretur. 2. d 2. & 3. e. 1. & ſeq. & 4. a. 1. & ſeq.

Animæ orig. ex nihilo, oon ſatis probari ex ſcripturis. 2. e. 2. & ſeq.

Animæ juſtorum defunctorum.

Animas juſtorum à regno, & viſione Dei ſuſpendi vſque ad diem judicij, non docuit Auguſtinus, vt Tertullianus. 5. e. 1. & ſeq. Concilij Florentini ſuper eo Decretum 5. b. 2.

Ioannes. 22. inter cæteros Patres Tertullianum in

hac cauſa ſequentes noo recenſuit Auguſt. 5. c. 2.

Quæſtio ſuper hoc mota Pariſiis, & deciſio Pontificum, & Ioannis. XXII. excuſatio. 5. e. 2. & ſeq.

Vide hanc quæſtionem fuſius tractatam Verbo proprio in Alphabeto errorum Tertulliani.

Baptiſmus Ioco datus.

BAptiſmumne joco datum validum, nec repetendum affirmauerit Auguſtinus. 6. d. 1. & ſeq. per totum.

Baptiſmum repetendum in hæreticis Cyprianus credidit, quem io hoc non ſequitur Auguſtinus; quem tamen laudat ex vnitate ſeruata, & odio ſchiſmatis, eumque quantum poteſt excuſat. 6. e. 1. & ſeq.

Eum errorem ante obitum correxiſſe putat. 7. b. 1.

Baptiſmum joco datum quomodo exponat Auguſtinus, & quatenus approbari poſſit. 7. a. 2.

Quanta eius in dubij reſolutione cautio. 7. d. 2. & ſeq.

Rebaptizari Paulianiſtas jubet Concilium primum Nicænum. 7. e. 2.

Baptiſmo in dubio & jocoſo, rectè Auguſtinus nil certi definit, & Dei expectat reuelatiooem. 8. b. 1. & ſeq.

Baptiſmus Geneſij & Ardaleonis ac Dioſcori mimorum, ſenteotiæ dubiæ fauet Auguſtini. 8. c. 2. & ſeq.

De Baptiſmo Iocoſo dubium Auguſtinum oon damnat Coocil. Florentinum & Tridentioum. Vbi & de inteotione Baptiſmi miniſtri juxta dicta Concilia, & D. Thomam. 9. e. 1. & ſeq. vſque ad finem. Vbi excuſatur Auguſtinus ab imputato errore.

Baptiſmi miniſter.

Baptiſmi gratiam peccati remiſſiuam noo impediri per malitiam miniſtri etiam hæretici intendentis facere quod facit Eccleſia cum eadem materia & forma exertè docuit Auguſtinus contra Tertullianum & Cyprianum, in quo laudat ſeruatam Eccleſiæ vnitatem. 10. b. 1. & ſeq.

Baptiſmi valorem à ſanctitate miniſtri non pendere docuit Auguſtinus, cootra quem fruſtra obiiciuntur loci ſcripturæ & Patrum de poteſtate cla-

nium. 10. a. 2. & ſeq. fusè. & 11. e. t. & ſeq.

Baptiſmi, aliorumque Sacramentorum gratia, licet licitè non detur per miniſtrum malum, datur tamen validè, niſi à recipiente ſchiſmaris aut peccati mortalis ponatur obſtaculũ. 10. e. 2. & ſeq. fusè.

Baptiſmum à malo miniſtro datum, ipſi ſoli nocet non ei cui datur. 12. a. 1. & ſeq. fusè.

Baptiſmum & quoduis aliud Sacramentum, cæteris paribus, melius eſt à meliore miniſtro recipere. 12. c. 2. & ſeq.

Bona propria repetere coram judice num liceat.

Bona ſua Chriſtianum poſſe abſque peccato apud judicem repetere, licet perfectius ſit damnum eorum pati. 13. c. t. & ſeq.

Bona repetere apud gentilem judicem dedecet Chriſtianum, quem non vindicta pro temporalibus, ſed patientia decet. 13. a. b. 2.

Bona repetere coram jodice Ethnico, inter venialia rectè deputat Auguſtinus. 13. d. 2. & ſeq.

Bona, vt tunicam, &c. Quomodo relinquere debeamus, & quatenus vindicta ſit prohibita. 14. e. 2. & ſeq. fusè.

Quid in hac cauſa circa loctum Euangelij & Pauli ſenſerint Patres, tam de perfectione Chriſtiana ſeruanda, quàm vitandis peccatis inter litigantes, aſſuetis. 14. e. a. & 15. per totum. Et 16. pariter per totum. Maximè quod indecens ſit apud infideles litigare 16. d. 1.

Bonorum, aliarumque ſecularium cauſarum judicium, olim ad Epiſcopos pertinebat. 15. b. 2. & ſeq.

Chriſtus mortuus pro omnibus.

CHriſtum pro ſolis prædeſtinatis mortuum, numquam docuit Auguſtinus. 17. c. 1. per totũ.

Chriſtus pro Eccleſia mortuus, quæ eſt ſagena, ager, area, collegium, vbi mixti ſunt reprobi cum electis. Agnus autem pro peccato totius mundi mortuus eſt. 17. d. 1. & ſeq. & 22. d. 2. & ſeq.

Chriſtus duobus hircis figuratus quos excludat à ſalute. 17. c. t.

Chriſtus pro omnibus mortuus ex Scriptura & Concilio Tridentino probatur, & error ab Innocentio X. contrarius condemnatur. 17. a. 2. & ſeq.

Chriſtum pro Iuda mortuum. 18. a. 1. & ſeq. & 19. a. b. t. & ſeq.

Chriſtus quoſdam ex Iudæis, multos ex Gentibus redemit Ex Breuiario Romano Auguſtinum & Gregorium magnum referente. 18. d. e. 2.

Chriſtus pro crucifixoribus paſſus. 19. e. 2.

Chriſtus pro toto genere humano incarnatus & mortuus, licet proprietas maximè redemptionis, ad membra Chriſti pertineat, hoc eſt fideles. 20. 1. & 2. per totum.

Chriſtus licet pro prædeſtinatis præcipuè, & quoad conſummatam redemptionem, ſufficiens tamen quantum ad ſe, pro omnibus pretium ſoluit. 20. e. 2. & ſeq.

Chriſti mors tres veluti gradus habet quibus conſiderari poſſit: primò enim ſufficiens eſt pro omnibus omnino hominibus. Secundò efficax pro omnibus fidelibus, & quibuſcumque aliqua gratia redemptoris quocumque tempore fuerit applicata. Tertiò efficaciſſima & conſummata pro prædeſtinatis. 21. e. d. 1. & ſeq.

Chriſti mors vt efficax ſit applicari debet 21. e. 2. & ſeq.

Chriſti mors ſolis fidelibus applicatur, juxta Concilium Valentinum. 22. b. 1.

Idem probatur ex pluribus locis Auguſtini docentis Chriſtum mortuum pro Eccleſia per totum mundum diſperſa. 22. e. 1. & ſeq. fuſiſſimè.

Chriſtus pro electis maximè mortuus eſt. 23. e. 1. & ſeq. & 24. a. 1. & ſeq. & *ibid.* piſcis tributum ſoluens pro electis. 24. b. 1. & ſeq. & pro omnibus non caſuris. 24. a. a. & ſeq.

Coniugij actus, prolis, aut voluptatis cauſà.

Coniugij actum ſolo fine voluptatis, peccatum eſſe veniale rectè ſcripſit Auguſtinus. 24. d. 2. & ſeq. per totum.

Coniugij actum erroneè Tertullianus non diſcernit à ſtupro. 24. d. e. 2.

Coniugij actus ſeruiens generationis intentioni peccatum non eſt juxta Auguſtinum. 25. c. 1.

Coniugij actus ad vitandam fornicationem, & fine voluptatis veniale peccatum eſt. 25. d. e. 1. & ſeq. & 27. e. 2. & ſeq.

Coniugij actus in quo proles impeditur, vel concepta aut nata opprimitur, grande ſcelus. 25. b. c. 2.

Coniugij actus quandoque venialis, quandoque mortalis. 25. e. 2. & 26. d. e. 1. & 27. e. 1.

Coniugij actus ſolo fine voluptatis pluſquam beſtialis eſt. 26. b. c. 1.

Coniugij actus quibuſdam temporibus rationabiliter ab Auguſtino interdicitur. 26. e. 1. & ſequentibus fusè.

Coniugij actus frequens extra finem prolis, gulâ, ebrietate, turpiloquio prouocatur, & ſolo fine voluptatis, multis peccatis venialibus, inquinat Dei imaginem. 27. 1. a. b. & ſeq.

Coniugij actum Tobias angeli monitu ſolo fine prolis in honorem Dei educandæ obiit. 27. b. c. d. 2.

Coniugij actus initio mundi neceſſarius ad propagationem, nunc ad remedium culpæ, vbi & de vtriuſque coniugis debito circa prolis educationem; & de triplici bono coniugij. 28. c. d. e. t. & ſeq.

Coniugij actus meritorius eſt, vel ex religione, vel ex juſtitia. Aliquando veniale, vel mortale peccatum 29. c. t.

Veniale item. 29. e. t.

Coniuges pudici legitimè vtuntur concupiſcentiæ motibus. 29. d. 1.

Coniugij actus nunc non eſt neceſſarius. 29. a. 1.

Coniuges inuicem ſibi placeant propter bonitatem non ob diuitias, &c. 29. c. 2.

Coniuges non poſſunt jus copula etiam ex conſenſu, tertia perſona tradere.

Coniuges poſſe jus corporis alteri, etiam ex conſenſu, tradere numquam docuit Auguſtinus. 29. d. 2. & ſeq. per totum.

Coniugium vnicum exigens Tertullianos, communionem vxorum, & proinde juris alteri tradendi facultatem prorſus à Chriſtianis ablegauit, quod in Socrate & Catone Romano carpſit. 29. d. e. 2. & ſeq.

Coniuges oon poſſe hoc jus tertiæ perſonæ, nec inter paganos ſcripſit Auguſtinus exemplo relato. 30. e. 1. & ſeq. & 31. e. t. & ſeq. fusè. & 33. 2. b. ad finem.

Dubium circa hoc ſoluitur, & factum Saræ, jus ſuum cedentis ancillæ, longè diuerſum à priore probatur. 31. a. b. c. 1. & ſeq. fusè.

Exemplum aliud cum priore exponitur. 32. a. b. c. 1.

Creatio mundi an fuerit in inſtanti.

Creationem mundi in inſtanti factam, an ſex diebus, quatenus docuerit Aug. 34. a. 1. & ſeq. per totũ.

Creationis ordo ab imperfectis cœpit. 34. a. b. 1.

Creationis mundi ſex dies, mane, & veſpere, & lux, quid ſignificent. 34. c. d. 1. & ſeq.

Creationis dies etiam ad literam expoſuit Auguſtinus, quibus ſæcula reſpondent. Et homo ſexta die factus & refectus. 35. d. e. 1. & ſeq.

Creata ſimul omnia probat Auguſtinus ex ſcriptura ſicut & Philo confirmat. 75. e. 2. & ſeq. fusè. Item ratione & multis authoribus grauibus. 36. b. c. d. 1. & 37 per totum.

Creationis rerum idea Verbum. 36. e. 1. & ſeq. fusè.

Creatum mundum ſex diebus ridet Philo. 37. a. 1. & ſeq.

Doctrina S. Auguſtini non eſt priuata, ſed Catholica.

DOctrina Auguſtini de gratia, libero arbitrio, & prædeſtinatione, an priuata ſit, vel Catholica. 37. e. 2. & ſeq. per totum.

Doctrina Tertulliani in multis hæretica, ſicut arbor apud Danielē ab Eccleſia fulminata. 38 a.b.c.1.

Doctrina Auguſtini Apoſtolica, gratiæ Dei tribuit meritum bonorum operum & præmium. 38. e. 1. & ſeq. fusè.

Doctrina Auguſtini de gratia & libero arbitrio, duodecim articulis in Epiſtola 107. contenta Chriſtiana, Catholica, & ad fidem pertinens inculcatur. 39. b. c. d. & ſeq. 1 & 2. & 40. b. c. 1.

Doctrina Auguſtini contenta in libro de correptione & gratia plena authoritate diuina, ſæpius legenda eſt, & inculcanda. 39. c. d. 2.

Vera ſine dubio, Prophetica, & Apoſtolica fides eſt. 40. a. 1

Doctrina de prædeſtinatione ei contraria, ab ipſo erronea & ſcripturæ aduerſa cenſetur. 40. d. 1.

Doctrina Auguſtini de gratia & libero arbitrio Catholica & Romana à Sancto Hormiſda Papa declaratur. 40. d. e. 1.

Doctrina prædeſtinationis gratuitæ declaratur ex maſſa. 40. a. b. 2.

Doctrina Auguſtini de infantibus ſine Baptiſmo, vel cum eo, decedentibus, non fato, vel cauſis ſecundis, ſed Dei volontati exitum illorum imputat. 40. c. d. 2 & ſeq. & 45. per totum. Et 47. & 48. per totum. & 67. e. 2.

Doctrina Auguſtini de prædeſtinationis & reprobationis annulis conſertis mirabilem texit vi occultâ & magneticâ, abſque vlla libertatis humanæ violatione catenam: & hæc Eccleſiæ doctrina tenenda eſt, juxta Suarem. 41. a. b. e. 1. 2. & ſequent. Et 42. per totum.

Doctrina Augoſtini de prædeſtinatione gratuita certior eſt, ſecurior, & à deſperatione remotior contrariâ. 43. b. c. d. 1. & ſeq. & 44. d. e. 1. & ſeq.

Doctrina Auguſtini de reprobris, ſuppoſitâ maſſâ, clara eſt & Catholica. 43. b. c. d. & ſeq. 2

Doctrina Auguſtini non repugnat correptioni, nec praxi virtutis. 44. c. d. 2.

Doctrina Auguſtini de voluntate Dei circa electos & reprobos inculpabili, ſanctæ Scripturæ, & rationi conformis. 45. per totum.

Idem fuſius probat juſtam Dei voluntatem ſemper impleri, & eſſe de fide. 46 per totum.

Doctrina Auguſtini in Enchiridio ad Laorentiom contenta Catholica dogmata continet. 46. c. d. 2. & ſeq.

Doctrina S. Auguſtini non priuata, ſed communis eſt Sanctorum veterum Patrum. 48. d. 2. & 49. per totum. Eſtque ita prædicanda. 49. d. 2. & 68. c d. e. 1.

Doctrinam Auguſtini de gratia & libero arbitrio Catholicam confirmant S. Hieronymus, S. Proſper. S. Fulgentius cum magnis elogiis. 49. c. 2. & 50. per totum. Et 51. a. b. c. 1.

Doctrinam hanc Auguſtini vt Catholicam cuicumque alteri præferunt celeberrimi Theologi Societatis Ieſu Suares & Vaſques. 51. c d. e. 1. & ſeq.

Doctrinam Auguſtini de gratia & libero arbitrio Catholicam eſſe prædicant quatuor Eminentiſſimi & Doctiſſimi Cardinales. 51. b. c. d. e. 2 & ſeq.

Concilia item & plures Romani Pontifices. 52. c. d. e. 1. & 2. Et 53. a. b. c. d. 1. & 68. a. b. 2.

Euchariſtiæ realitas figurâ non excluditur.

EVchariſtiæ veritatem, & realem in ea Chriſti præſentiam cum Tertulliano non excluſit Auguſtinus, eam figuram eius & ſignum eſſe ſcribens. 53. e. 1. & ſeq. per totum.

Euchariſtiæ veritati non obeſt Verbum Chriſti quo dixit, caro non prodeſt quidquam. 53. a. b. c. 2. & ſeq.

Euchariſtiæ veritati non repugnat repræſentandi vox juris à Tertulliano vſurpata, ſed eam potius confirmat. 54. e. 2. & ſeq.

In Euchariſtia ſignum & ſimilitudo non excludit veritatem. 55. b. c. d. & ſeq. per totum.

Item de variis ſignis vacuis quibus longè diſpar eſt Euchariſtiæ ſignum 56. c. d. e. 1. & ſeq.

In Euchariſtia ſimilitudo veritatem non excludit. 57. e. 1. & ſeq. & 58. a. b. c. & ſeq. per totum.

In Euchariſtia Chriſtus verè & non phantaſticè ſumitur. 57. d e. 2.

Euchariſtia ſumenda in gratia propter excellentiam eius. 58. e. 2. & 59. a. b. 1.

Euchariſtiam diuerſimodè impugnantes hæretici, Scyllæ monſtro comparantur. 58. c. 2.

Gratiæ per ſe efficacia, non tollit libertatem.

GRatiæ per ſe efficacis Doctrina, in qua Tertulliano conformis eſt Auguſtinus, non tollit libertatem, nec indocit neceſſitatem Caluiniſticam. 59. c. 2 & ſeq. per totum. & 71. a. b. c. d. & ſeq. a.

Vis gratiæ ſubjicit ſibi libertatem vtrimque naturaliter mutabilem. 59. c. d. 1.

Gratiæ efficacia non repugnat conſtitutioni Innocentij X. nec Catechiſmo Concilij Trid. quia mouet hominem ſecundùm naturam ſuam. 59. e. 1. & ſeq.

Gratiæ efficacia operantis in nobis velle & operari exponitur. à D. Thoma. 59. d. e. 2.

Auguſtinus exponit quæ junior ſcripſerat contra Manichæos in commendationem liberi arbitrij, in natura integra pleni, nunc autem infirmati & ex juſta pœna ignorantiæ & concupiſcentiæ non valentis quod tunc poterat. 60. b. c. d 1 & ſeq.

Gratiâ potentiore nunc indiget infirmus homo, quàm cùm ſanus eſſet; nec per ſe poteſt ſufficientem gratiam reddere efficacem: alias plus facit, quàm faciat Deus. Efficaci porro gratiæ, poteſt diſſentire ſi velit. 61. b. c. d. 1. & ſeq.

Gratia efficax non tollit indifferentiam libertatis, in qua ſecundùm Auguſtinum Iulianus imaginem Dei perperam in homine collocabat. 61. b. c. d. 2.

Sine gratia homo per ſe ad malum ſufficit non ad bonum. 62. d. e. 1. & ſeq. fuſiſſimè.

Sine gratia ſanante ignorantiam, & concupiſcentiam, Paulus, nec quiſquam alius ad bonum perfectè liber eſt, ex pœna peccati. 63. per totum. Nec tamen inde neceſſitate vlla vel coactione homo impellitur ad peccatum. 64. per totum. & 67. b. c. d. 1.

Gratia de captiuitate eruit liberum Auguſtini arbitrium. 65. a. b. c. 1.

Gratia quam docet Auguſtinus, non inducit Caluiniſticam neceſſitatem. 65. d. e. 1. & ſeq.

Gratia ſola liberat à captiuitate peccati, juxta Innocentium. I. ab Auguſtino relatum. 66. e. 1. & ſeq.

Hæretici Auguſtino abutuntur, nullà eius culpà.

HÆreticorum fundamentum eſſe Doctrinam S. Auguſtini perperam aſſerunt eius aduerſarij, quod de Tertulliano in multis hæretico facto dici poteſt. 67. a. 2. & ſeq. in quo Auguſtinus ex aduerſo Tertulliani, in veritatis ſcientia profecit. 68. 6. c. d. 1.

Hæreticorum condimentarium velut Platonem, Auguſtinum fruſtra ſuggillat aduerſarius. 69. a. b. c. 1.

Hæretici ſolent pauca teſtimonia obſcura & dubia, multis claris opponere, ſic contra Auguſtinum factitatur. 69. d. e. 1. & 72. c. d. 1. & 100. c. 2.

Hæreocorum debellator & fidei conditor & aſſertor, armamentariom Eccleſiæ, ſal, & lux à Patribus habitus Auguſtinus. 69. a. 2. & per totum.

Hæreticus ab Arnobio & Serapione cenſetur, Auguſtinom in aliquo dogmate arguens; & ſana eius Doctrina & Catholica do gratia & libero arbitrio ab ijſdem judicatur. Et tractatus huiuſmodi Arnobij fide dignus aſſeritur. Nec quod Arnobius ſcripſit in pſalmos de prædeſtinatis in maledictionem pœnæ, Auguſtino aduerſatur. 69. e. 2. & 70. per totum. & 71. rurſum Arnobij liber aſſeritur. 72. a. b. 1.

Hæreticos Auguſtino abuti mirum non eſt, cùm & ipſo Paulo ſiot abuſi fidem ſine operibus ſufficere jactantes. 72. d. e. 1. & ſeq. fuſè.

Infantibus Euchariſtia quo ſenſu neceſſaria.

INfantibus Euchariſtiam neceſſariam nec Tertullianus cenſuit, nec Auguſtious, ſed cum corpore Chriſti, hoc eſt Eccleſia incorporationem: licet olim eis Euchariſtia præberetur, non tamen vt abſolutè neceſſaria ad vitam æternam. 73. c. d. 1. & ſeq. per totum.

Infantes olim Euchariſtiam ſuſcipiebant patrinis ſponſoribus inſtructionis adultis faciendæ circa myſteria. 73. 2. per totum.

Iofantibus Euchariſtia ſub ſpecie vini data, vt patet ex hiſtoria à Cypriano relata. 73. e. 2. & ſeq.

Circa eandem hiſtoriam excuſat Auguſtinus Cyprianum, & exponit infantis Euchariſtiam vomentis poſt Idolothytum tenſum. 74. c. d. 1. & ſeq.

Infantes ſine corpore Chriſti vitam æternam habere non poſſunt, quod Auguſtinus ſcripſit iiſdem verbis & ſenſu quo S. Innocentius Papa & alij Patres. 74. b. c. d. 2. & ſeq.

Idem proſequitur referens veteres Patres participationem corporis Chriſti docens accipere infantes per Baptiſmum. 75. per totum. & 76. a. b. c. 1.

Eucbariſtiam paruulis neceſſariam nunquam cenſuit Auguſtinus quoad realitatem, ſed quoad effectum, nempe incorporationem quæ fit per Baptiſmum. 76. d. e. 1. & ſeq. fuſè.

Id confirmatur authoritate S. Innocentij Papæ, Fulgentij & Auguſtini. 77. 78. & 79. & 8 . per totum.

Rurſum confirmatur ex Concilio Florentino. 80. e. 2. & ſeq.

Euchariſtiam neceſſariam non eſſe Infantibos decernit Concil. Trident. & Patres veteres idipſum ſenſiſſe declarat, qui tamen rationabili vſu eam infantibus porrigebant. 81. b. 1.

Infantes non Baptizatos pœnà ſenſus torqueri omnium leuiſſimâ.

An Infantes non Baptizatos, non tantùm pœnâ damni, ſed & ſenſus torqueri, perperam, & crudeliter ſenſerit Auguſtinus, eos cum Tertulliano filios iræ, & proinde gehennæ excludens regno, & addicens inferno. 81. d. 1. & ſeq. per totum.

Infantes non Baptizati pœnam tenebrarum exteriorum patiuntur. 108. c. d. 1.

Iofantes omnes in Adam peccato originali infici, & naturâ filios iræ, abſque Baptiſmo ſalutis extorres cenſuit Tertullianus, inde exaggerans parentum crimen infanticidarum. 81. 2. per totum & ſeq.

Infantes in Adam patente magnâ peccati januâ reatum damnationis contraxerunt. 82. b. c. 2. & ſeq.

Infantes filij iræ. 83. a. b. 1. & ſeq.

Infantes non Baptizatos pœnâ ſenſus torqueri docuit S. Gregorius Papa. 83. a. 2. & ſeq.

Infantes huiuſmodi damnatòs ſcripſit S. Leo Papa; & Remigius Remenſis. 84. d. 1. & ſeq. & Primaſius. 85. b. c. 2. & Beda. *Ibid* e. Anſelmus. 86. a. 1.

S. Fulgentius item expreſſius pœnas ſenſus eos pati ſcripſit. 84. d. 2. & 85. 1. per totum.

Idipſum deducitur non obſcurè ex Concilio Florentino & Tridentino. 86. c. d. 1. & ſeq.

Infantes eoſdem pœnâ ſenſus torqueri expreſſè docet Auguſtinus. 86. 2. per totum. & 87. per totum. & 88. per totum.

Idipſum confirmat Eccleſia Lugdunenſis. 88. d. e. 2. & 89. a. b.

Maria Virgo ſine peccato originali concepta, omni caruit actuali.

AN Beatam Virginem Mariam peccato originali & actuali obnoxiam cum Tertulliano docuerit Auguſtinus. 89. d 1. & ſeq. per totum.

Mariam non concluſit ſub lege peccati, Chriſtum ſolum Deum & hominem, eius immunem ſcribens, cui de lege communi omnem hominem rectè ſubjecit 89. d. e. 1. & ſeq.

Aduerſarij Auguſtini in hac cauſa verba. 89. c. d. 1.

Mariam nec Iob nec Paulus à lege communi excepit. 90. a. 1.

Mariam olim ſine peccato originali conceptam ſcripſerat Doctor Angelicus. 90. b 1.

Mariam communi viâ, ex viro & fœmina conceptam & genitam, ſolomque Chriſtum ſine carne peccati natum. 90. c. d. 1. & ſeq.

Ieremias & Ioannes viâ communi concepti. 90. 2. a. b. c.

Mariam contraxiſſe debitum peccati originalis, ſed reatum eius habuiſſe non ſcribit Auguſtinus 90. d. 2. & 91 b. 1. & ſeq.

Maria concepta in gratia probatur ex Scripturis & rationibus. 91. d. e. 1. & ſeq.

Mariam in decreto peccati originalis, Concil. Trident. non comprehendit. 91. d. 2.

Mariam actuali peccato obnoxiam ſcripſiſſe Auguſtinum, ideoque à Concilio Tridentino damnatum calumnioſè aſſeritur. 91. e. 2. & ſeq.

Maria etiam in carne peccati, ſolus Chriſtus in ſimilitudine carnis peccati ab Auguſtino dicitur. 92. a. 1. & ſeq.

Mariam Auguſtinus cum Mileuitano Concilio non eximit à lege communi, cùm de via communi in genere loquitur. 92. a. 2. & ſeq.

Mariam peccato etiam actuali ſubjeciſſe Auguſtinum falſò dicitur, cùm eam expreſſimè, ab eo ſcribat immunem. 93. per totum.

Mariam & ab originali, & actuali immunem fuiſſe conſtat ex principiis Auguſtini contra aduerſarium retortis. 94. t. per totum.

Mariæ deuotiſſimus Auguſtinus, eiuſque encomiaſtes eximius. 94. d. e. 1. & ſeq.

Neceſsitatem non inducit, nec operum meritum tollit Gratia per ſe efficax.

NEceſſitatem non inducere doctrinam Auguſtini de efficaci per ſeipſam gratiâ, nec meritum bonorum operum tollere 94. c. d. & ſeq. per totum.

Neceſſitatem nullam imponit libertati in operibus gratia, vel peccatum, juxta Tertullianum. 94. c. d. e. 2. & ſeq.

Neceſſitatem nullam imponit præmouens gratia & Spiritus agens. 95. c. d. 1. & ſeq.

Neceſſitas nulla, ſed concordia liberi arbitrij & gratiæ veræ in merito bonorum operum. 95. c. d. 2. & ſeq.

Si neceſſitas eſſet, nec bonum nec malum meritum eſſet, nec proinde juſtum judicium. 96. per totum.

Neceſſitate non impellitur, nec otioſum eſt, ſed Deo collaborat & gratiæ eius humanum arbitrium. 97. per totum.

Neceſſitatem non imponit, nec tollit meritum gratiæ efficacitas. 98. per totum.

Neceſſitas licet nulla ſit in conſenſu, ſed meritum cooperanti, plus tamen gratiæ dandum eſt quàm libertati. 98. 2. per totum. & 99. per totum: quod & ſecutus aſſerit S. Bonauentura. 99. e. 1. & ſeq.

Patres Auguſtinus & ſequitur, & antecellit, in cauſâ Gratiæ.

PAtres ſe priores Auguſtinus ſequutus eſt, ſicut Tertullianus præceſſores ſuos: ſed tamen ipſum præ cæteris in cauſa gratiæ & libertatis Patres, Concilia, Pontifices, tota ſequuta eſt Eccleſia. 100. b. 1. & ſeq. per totum.

Patribus cæteris præponi Auguſtinum non fert aduerſarius, qui incautus fidem omnem ipſorum Patrum traditioni detrahit 101. b. c. 1. Quantum Patribus deferendum 127. b. 1.

Patribus cæteris prælatus eſt ab Eccleſia Auguſtinus in cauſa gratiæ & libertatis. 101. d. e. 1. & ſeq. & 102. a. b. & ſeq.

Patribus reliquis præferendum in hac cauſâ Auguſtinum, ratio conuincit quantum ad præceſſores eius; quem & ſucceſſores ſecuti ſunt. 102. c. d. 1. & 2. ac ſeq. fusè per totum.

Errorem ſuum in hac cauſa pluries fatetur ingenuè, antequam ei Deus reuelaſſet quid de vera gratiâ credendum eſſet. 102. b. c. d. 2.

Patres Auguſtino & Pelagio priores hanc cauſam non plenè diſcuſſerunt teſte Molina 102. e. 2. & ſeq.

Peccati obliti reatus.

Peccata præterita oblita, nec in anima, nec in corpore eſſe peccatoris, eorumque reatum ſeruari in legibus æternis, & notitia Angelorum, quo ſenſu cum Tertulliano ſcripſerit Auguſtinus. 103 b. c. & ſeq. per totum.

Peccati reatum tam culpæ quàm pœnæ Tertullianus agnouit. 103 c. d. e. 1. & ſeq.

Peccati reatum manere, actu prætereunte; concupiſcentiam autem manere actu, licet prætereat reatu, quo ſenſu ſcripſerit Auguſtinus. 103. b. c. d. & ſeq. & 104. per totum.

De peccati reatu, vbi ſit in oblito nec dolente, Iulianum vrget Auguſtinus; & concludit, manere in occultis legibus Dei, & notitiâ Angelorum vltorum. 104. e. d. 2. & ſeq.

Peccati reatum exponentem Auguſtinum, per inſcitiam ridet aduerſarius. 105. b. c. d. 1. & ſeq.

Peccatum contra legem æternam eſt. Et quid illa ſit, & quomodo contra eam peccetur, exponit Auguſtinus. 105. c. d. e. 2. & 106. a. b. c. & ſeq.

Peccatum Adæ contra legem æternam, quomodo contractum. 106. a. b. 2. & ſeq.

Peccati reatus variis ſimilitudinibus exprimitur, & quomodo maneat tranſeunte actu. 106. e. 2. & 107. a. 1.

Peccatum ſuggeſtione, delectatione, conſenſu, committitur. 107. b. c. 1. & ſeq.

Peccati reatus manet actu prætereunte. Et quid certò in hac cauſa tenendum ſit juxta Auguſtinum, & multos Scholaſticos. 107. d. e. 2. & ſeq. & 108. per totum.

Peccati originalis reatus culpæ, reatum imponit pœnæ tenebrarum ſenſibilem infantibus non baptizatis. 108. c. d. 1.

In peccati reatu exponendo, totus à Baio diſſidet Auguſtinus. 108. e. 2. & 109. a. 1.

A peccati reatu petit Dauid auerti faciem Dei. 109. b. c. d. 1.

Peccati reatus quomodo notus Angelis vltoribus. 109. d. e. 1. & ſeq.

S. Petri præſumptio, venialis.

Sanctus Petrus præſumens ſe moriturum pro Domino, non peccauit mortaliter, licet hac præſumptione, & orationis, ac vigilantiæ defectu veniali, ad mortale negationis diſponente, ſit prolapſus. Ante quam negationem juſtus permanſit, nec ideo Pelagianorum caput dici debuit. 109. c. 2. & ſeq. per totum.

Petri elogia à Tertulliano relata. 109. d. e. 1. & ſeq.

Petrus non plus cæteris Apoſtolis præſumpſit. 110. c. d. 1.

Petrus à mortali peccato excuſatur. 110. d. e. 1.

Petrus à venialibus peccatis ad mortale ſe diſpoſuit, ſimilis in hoc mulieribus vanis juxta Tertullianum, timoris defectu labentibus. 110. e. 1. & ſeq.

Petri humilitas longè à præſumptione mortali, errorem conuincit aduerſarij. 110. b. c. d. 2.

Petrus à mortali excuſatur apertis locis Euangelij. 110. e. 2. & ſeq. fusè.

Petrus ex venialibus multis Deum aliquo modo deſerens, ruit in mortale negationis, Deo juſtè deſerente, quantum ad gratiam efficacem, quam nemini debet ex juſtitia, ſicut nec donum perſeuerantiæ, quod nemo poteſt ſibi promittere ſine ſpeciali reuelatione, & adjutorio Dei; 111. d. e. 2. & 112. per totum.

Petri exemplo, ex Scriptura, ac Patribus, Pontificibus & Conciliis, ac ipſa oratione Dominica, probatur, Deum juſtè deſerentes ſe deſerere. 112. d. e. & ſeq. 113. & 114. per totum. Deus juſtè deſerentem deſerit. 112. a. 1.

Petrus nondum ſatis habebat gratiæ, vt poſſet mori pro Chriſto, dum præſumebat. 114 c 2. & ſeq.

Petri peccatum ante negationem infirmitatis, & nimij affectus carnalis erat. 115. a. b. c. 2.

Petrus tunc peccauit mortaliter, quando Chriſtum vitam ſuam negauit. 115. c. 2. 1. & ſeq fusè.

S. Petri Malchum percutientis excuſatio.

Petrus non peccauit mortaliter amputando auri-

culam Malchi, ſed venialiter læſit Chriſti patientiam. 116. a. b. 1. & ſeq. per totum.

Petrum non peccaſſe hoc facto mortaliter, Scriptura, Patres, ratioque conuincit. 116. & ſeq. per totum.

Petrum à peccato mortali jus canonicum excuſat, & Patres, 117. b c. d. & ſeq.

Aduerſarius in Auguſtino reprehendendo errauit. 118. a. b. c. d. 2. & ſeq.

Petrus in Malcho cædendo pauló durior ab Auguſtino cenſetur. 118. e. 2. & ſeq.

Moyſes & Petrus percutientes ex zelo excuſantur, & amore, & magno corde. In quo errauit aduerſarius Auguſtino imponens. 119. b. c. d. & ſeq.

Petrus in cæſa Malchi auricula dextra, magnum myſterium indicauit. 119. 2. per totum, & ſeq.

Prædeſtinat Deus reprobos ad pœnam, non autem ad culpam.

Prædeſtinatos ad malum pœnæ non autem culpæ reprobos, ex præſcitis eorum peccatis voluntariis, rectè cum Tertulliano aliiſque Patribus & Conciliis, Arauſicano, & Valentino, docuit Auguſtinus. 120. c. 1. & ſeq. per totum fuſiſſimè.

Prædeſtinatio ad gloriam fit ex gratia; ad pœnam ex juſtitiâ 122. d. e. 1. & ſeq.

Non prędeſtinat Deus opera mala peccatorum, ſicut pœnam juſtam ipſorum. 126. per totum.

In prędeſtinatione, vel reprobatione, pia, & juſta voluntas Dei, ſiue molliat, ſiue induret, in omnibus honoranda, qui hominum corda mouet ad bonum, & benè vtitur eis, arbitrio ſuo malè inclinatis ad malum. 123. d. e. 1. & ſeq. 124. fuſiſſimè, & 125. b. e. 2. vbi de induratione.

Caluinos in his cauſis longè diſſitus ab Auguſtini ſententia Catholica. 110. c. d. 1. & 122. e. 2. & ſeq.

Retractationes Auguſtini laudabiles.

RETractationes Auguſtini defenduntur, & parum ab aduerſario intellectæ conuincuntur. 127. c. d. & ſeq. per totum.

Retractandi vox ſecundùm Tertullianum & Iuriſconſultos quid ſignificet. 127. b. c. & ſeq. 2.

Retractationum ſuarum reprehenſores imprudentes arguit Auguſtinus. 127. a. 2. & ſeq.

Retractat priſtinum errorem ſuum circa veram gratiam Auguſtinus. 128. b. 1.

Retractaturum adhuc multa ſi viueret Auguſtinus, incautè dictum, cùm omnia eius Opera S. Gelaſius Papa in Concilio approbauerit, & ipſe omnia retractanda retractaſſe teſtetur. 128. c. d. 1.

Retractatione nihil dignum in Opere perfecto contra Iulianum. 128. c. 1. & ſeq.

Veritatis terminos non tranſilit Auguſtinus Doctrinâ tranſcendens alios Patres.

VEritatis terminos tranſiliiſſe Auguſtinum in cauſâ gratiæ & liberi arbitrij perperam ſcriptum. 128. b. c. 2. & ſeq. fusè per totum.

Verè tranſilit cæteros Doctores Auguſtinus, non metas veritatis; quem Eccleſia præ cæteris ſequitur. 129. a. b. c. d. 1.

Veritatis limites tranſiliiſſe ſe nuſpiam, tuetur contra aduerſarium Auguſtinus. b. c. 2. & ſeq. Item 130. a. b. & ſeq.

Veritatem doctrinæ libertatis ſubjectæ gratiæ tenuit Auguſtinus. 130. per totum.

Veritati ne minimùm quidem detrahendum eſſe, nec pro hæreticorum conuerſione, Conſentio reſpondit Auguſtinus. 130. e. 2. & ſeq. fusè.

Virtutes Morales infidelium, quales.

Virtutes Morales Gentilium non eſſe veras & ſolidas; aliquid tamen in eis eſſe boni & laudabilis, ſecundùm humanum ſenſum, ratione officij, & ob reliquias rectæ rationis, quam peccatum non prorſus extinxit: cuius boni cauſâ, vel in hac vita mercede temporali à Deo compenſantur, vel in alia, minus quàm pejores ipſis puniuntur. 131. b. 2. & ſeq. per totum fuſiſſimè.

In Gentilibus nil veræ virtutis ſcripſit Tertullianus. 131. 2. per totum & 132. a. 1.

Auguſtini ſententiam in hac cauſâ à Concilio Tridentino damnatam, inſoſtè ſcripſit aduerſarius. 132. c. d. 1. & ſeq.

Concilij Tridentini circa hæc diſcuſſio. 132. per totum & ſeq.

Bullæ Pij Quinti, & Gregorij 13. contra Baium non tangunt Auguſtinum. 133. c. 1.

Concilij Arauſicani, & Bonifacij II. authoritas, confirmat ſententiam Auguſtini aſſerentis, nil boni ſecundùm Deum, & meritorium æternæ vitæ, ſed tantùm temporalis, Gentiles operari. 133. d. e. 2. & ſeq. fusè.

Gentiles naturaliter quæ legis ſunt facere, quomodo intelligatur, nec ipſos veras habuiſſe virtutes, & Deo placentes: & ſi quid rectè ſenſerint, aut malos mores correxerint, vt Polemo; id non hominis monito, ſed Deo interius operante feciſſe. 134. per totum.

Virtutes ſine fide non eſſe veras, ſed apparentes, ex Beda, & Greg. Magno confirmatur. 134. c. d. e. 2. & ſeq.

FINIS.

PRÆLECTIO TOTIVS DOCTRINÆ S. P. AVGVSTINI de gratia, cæteriſque connexis, cuicumque huius Operis lectori perneceſſaria. Quâ breuiter, & clarè mens Sanctiſſimi Doctoris, Omniloquij Tertulliani illuſtratoris præclariſſimi, eiuſdemque cenſoris æquiſſimi aperitur; & viſa imperitis eius dogmata duriora molliuntur: quâque conuincitur, ea non, vt autumant, fuiſſe ab Innocentio X. in quinque Propoſitionum cenſurâ damnata: ſed ex aduerſo, dictæ Propoſitiones, ex Sancti Doctoris & Patris noſtri principijs damnatæ reuincuntur. Quâ tandem Autor huiuſce operis, velut amuſſi exactiſſima librari, & quicquid in hac maximè cauſa toto opere tractatum eſt, intelligendum eſſe exertè declarat.

CAPERNAITAS recolo muſſitantes, & Chriſti verbis ſuper oleum & chriſma nominis emollitis, Io. 6. 60.
de ſuauiſſimo carnis ſuæ ferculo, & virginei ſanguinis poculo duritiem cauſſantes; cùm ſincera ac liquida
S. P. Auguſtini doctrinæ ſeueritatem audio, ne dicam, reprobam eruditatem obiectantes. Et cùm beatæ
memoriæ Innocentius X. ex ejuſdem Catholica doctrinæ, ab omnibus præceſſoribus ſuis in hodiernum receptiſſima principijs, quinque propoſitiones erroneas, impias, hæreticaſque dedamnauerit, vti conceptis eiuſdem verbis ac ſententijs, ſacro-ſancta Synodus Tridentina, Lutheranam ac Caluinianam hæreſim prædamnarat; ipſammet Auguſtini doctrinam, ab initio mendax *& calumniator diabolus indoctæ plebiculæ* Io. 8. 44.
ſuaſit ab eodem Pontifice fuiſſe damnatam.

Mihi certè licet indigniſſimo, & omnium diſcipulorum eius minimo, vel vt fidem meo adſtruam operi, vel vt gloriæ
Patris tuendæ collaborem, incumbit, Catholicam in omnibus tanti Patris ac Magiſtri defenſare doctrinam; & quod ipſe pro Io. 6. 61.
Domino Capernaitis, hoc pro ipſo eius obtrectatoribus reſpondere, ipſi duri, non ſermo. *In quo quidem inſcripto cenſuræ Pon-* Aug. in Pſal. 88.
tificiæ elogio, duæ lippientibus oculis ſpecies cæcitatis concurrunt: vt quæ non ſunt in hac doctrina, videre videantur: Tertull. Apol. 9.
& quæ ſunt, aut non videant, *aut ſi vident, inuideant. Sic hominũ mentibus ſerpens antiquus illudit: ſic callidus veterator,*
& interpolator veritatis, imperitos ludificat paruulorum ſenſus: vt qui ſtantis ab exordio hominis, contra Dominum inflauit, etiam lapſi, quantùm arte præualet, erigat libertatem. Tantâ peruerſitate tortuoſus, tam veri dentis ac recti coluber,
vt Regiam omnipotentis Dei Maieſtatem, nullius indigam, *homuncioni viliſſimo ſubdico, Dominum Optimum mancipio* Pſal. 15. 2.
peſſimo; ſtrenuiſſimum Ducem timido ac tranſfugæ in hoſtis caſtra militi gregario; patrem pientiſſimum ac beneficentiſſimum
ingratiſſimo filio; iudicem denique æternæ pœnæ arbitrum *capitaliter offenſum, reo ſceleratiſſimo, ſua faciat indul-* Matth. 10. 28.
gentiæ & gratiæ debitorem; iniquitatis futurum aliàs iniquiſſimum vindicem. Qui ergo per inuidiam tumidus ſemper & ferox ſæuijt in Dominum; mirum ſi primordialis ſuperbiæ tenaciſſimus, gratiæ veræ, hoc eſt indebitæ, humilitatiſque perpetuo defenſori, & fideliſſimo gloriæ Dominicæ curatori, calumniæ aliquid atrocioris indulgeat. Quoniam itaque ſæpè in inuidiam tracta eſt ſinceriſſima Sanctiſſimi Patris doctrina, non ſolùm ab aduerſarijs gratiæ Pelagianis, dum viueret; ſed etiam eo ad felicem metam propiùs accedente; poſt ipſius quoque obitum à Maſſilienſibus & Genuenſibus: hac verò tempeſtate à pleriſque diuerſarum partium ſcriptoribus: id vnum mihi propoſui, in huius primi Tomi Operis calce, integerrimi Doctoris impetita crebriùs dogmata, ab omni erroris labe & cenſurâ purgare; donec differo in ſecundi Tomi præfatione Apologeticâ, ex ſancti Proſperi ſubtiliſſimi Auguſtinianæ Doctrinæ Diſquiſitoris mente, veram & genuinam Patris noſtri in præmiſſis omnibus argumentis ſententiam aperire. Priùs hîc breuiter & exertè quid ipſe longâ & indefeſſâ librorum. S. P. Auguſtini lectione, tum Præceſſorum, coæuorum, & poſteriùm eius Patrum, Pontificum, & Conciliorum peruigili conlatione perdocui, de Prædeſtinatione Sanctorum, reprobatione malorum, gratiâ Dei verâ, hoc eſt gratuitâ, & libero hominis arbitrio ſentiam, enarrabo.

Primùm itaque dico & ſentio, Deum Opt. Max. omnium ab æterno præſcium futurorum, in Adamo generis Principe,
quem fecerat rectum, *voluntariè exorbitante, vniuerſam humani generis maſſam præſciſſe corruptam. Quam cùm iuſtè* Eccle. 7. 30.
poſſet totam cum capite, æterno damnare ſupplicio, non ex operibus iuſtitiæ, ſed ſecundùm miſericordiam ſuam, *gratis* Tit. 3. 5.
quos voluit, elegit, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam, multos voca- Rom. 9. 23.
uit *ex Iudæis & Gentibus, ex quibus* turbam magnam ex omni tribu, lingua, populo, natione, terris vndique ex Matth. 10. 16.
omni plaga patentibus ianuis, ad Ieruſalem cæleſtis *beatitudinem prædeſtinauit electos. Et his quidem* gratias & bene- Apoc. 7. 9.
ficia præparauit, quibus certiſſimè *ſimul ac liberrimè, nullâ coactione, nullâ neceſſitate* liberentur. *Illos adoptionis &* Apoc. 21. 13.
Regni filios, ſuâ gratiâ ſanctificatos, ſuâ numquam gubernatione deſtituit: quibus, licet originalis culpa, & æternæ pœnæ Aug. l. de dono perſeuer. c. 14.
reatu dimiſſo, ad luctam, & cum adiutorio gratiæ victoriam, concupiſcentiâ & quotidianâ diaboli tentatione relicta, ſpi- Aug. lib. 11. de Gen. ad Litt.
ritum precum *miſericorditer infundit,* in quo clamamus Abba Pater, vt ille qui nouit figmentũ noſtrũ, miſereatur, c. 6.
quomodo Pater miſeretur filiorũ. *Ex gratiâ quippe adoptionis velut fonte diuinæ bonitatis, manat in omnibus iuſtificatis* Zach. 12. 10.
adjuuãdis, ſufficiẽs orationis donũ, quo poſſint, & in ſingulis tẽtationibus ſuis diurnũ poſcere, & in Spiritu ſancto, actualiter Rom. 8. 15.
adjuuãte infirmitatem noſtram, & nomine Ieſu in ipſo inuocato, *quidquid ſaluti congruit,* poſtulantes ſicut oportet, *au-* Pſal. 102. 14.
xiliũ obtinere. Quod quiſquis pertinaciter negat, totũ fruſtratur Euangeliũ, & Paulum; & indignum Deo Patre miſeri- Rom. 8. 26.
cordiarum, Filio Redemptore, & Spiritu adoptionis Sancto, dogma ſuſtinet execrandum. Si credimus, bibimus; & 1. Cor. 12. 3.
vnuſquiſque in ſeipſo debet agnoſcere ſi bibit, & ſi viuit ex eo quod bibit: non enim nos deſerit fons, ſi non de- Rom. 8. 26.
ſeramus fontem. *Diligenter autem aduertendum eſt in curandis languidæ naturæ noſtræ morbis longè aliter à Medicis* Aug. tract. 32. in Io. 7. & de nat. & grat. c. 26.
agere ſolitum Deum. Nam Medicus homo, cùm ſanauerit hominem iam de cætero ſuſtentandum elementis & ali-

**

mentis corporalibus, vt eadem ſanitas apto ſtudio conualeſcat atque perſiſtat, Deo dimittit: ipſe autem Deus etiam per Mediatorem Dei & hominum hominem Ieſum Chriſtum ſpiritaliter ſanat ægrum, vel viuificat mortuum, id eſt, iuſtificat impium; & cum ad perfectam ſanitatem, hoc eſt, ad perfectam vitam, iuſtitiamque perduxerit, non deſerit niſi deſeratur, vt piè ſemper, iuſtéque viuatur. Sicut enim oculus corporis, etiam pleniſſimè ſanus, niſi candore lucis adiutus non poteſt cernere: ſic homo etiam perfectiſſimè iuſtificatus, niſi æternâ luce iuſtitiæ diuinitùs adiuuetur, rectè non poteſt viuere. Sanat ergo Deus, non ſolùm vt deleat quod peccauimus, ſed vt præſtet etiam ne peccemus. *Sed quoniam licet iuſtificati & ſanati gratiâ medicinali Saluatoris, ex innata ſuperbia diuino beneficio ſu-*
Aug. ibid. c. 27. *mus ingrati*, citò poteſt ſubrepere animo humano, vt quod benè operatur ſuum quodammodo exiſtimet, & dicat in abundantia ſua, non mouebor in æternum; ideo qui in voluntate ſua præſtiterat decori eius virtutem, auertit
Pſal. 29. 9. paululum faciem ſuam, vt qui hoc dixerat, fieret conturbatus: quoniam ipſis eſt tumor ille ſanandus doloribus: *Intumuerat Petrus, & mori ſe pro Domino poſſe præſumens, ſe eum nuſpiam negaturum contra Dominum conteſtatus, exterius interiúſque admonitus, vt vigilaret, & oraret, ne in tentationem intraret, humilitatem, vigilantiam, orationem, inſpirationem iteratam Domini deſeruit, & ad modicū à Domino deſertus, quantùm ad gratiæ efficacis auxilium,* ſpernens
Eccle. 19. 1. modica, & paulatim decidens, *mortale ſcelus negationis incurrit. Ita prorſus iuſtis plerumquè euenit.* Deſerit aliquantùm
Aug. ibid. Sup. Deus, vnde ſuperbis; *quia ſuperbis, non vt ſuperbias: prior enim ſuperbiendo Deum deſeris, tuis viribus, non eius gratiæ*
c. 28. *beneficia tua, eius vera beneficia referendo*; vt ſcias non tuum, ſed eius eſſe, & diſcas non ſuperbus eſſe.
Pſal. 26. 15.
Pſal. 50. 13. *Quod autem Deum Pſaltes deprecatur*; adiutor meus eſto, nè derelinquas me, Spiritum ſanctum tuum ne auferas
Pſal. 65. 19. à me: benedictus Deus qui non amouit orationem meam, & miſericordiam ſuam à me: *vel cùm S. Auguſtinus ſcribit*; gratiam ſubtrahi, aliquibus non dari, alijs ad tempus dari, cor indurari, &c. *Non ſic accipienda ſunt huiuſcemodi*
Aug. *verba, quaſi Deus auferat quod dedit*; nemo enim amittit, niſi qui dimittit: *ſed quòd iuſtè gratiam efficacem conferre ceſſet*
Apoc. 2. 4. *ingratis, qui ſæpius interiori gratiæ reſiſtentes, &* primam charitatem relinquentes, ad tempus credunt, & in tempore
Luc 8. 13. tentationis recedentes, *Deum gradatim deſerunt, eiuſque timorem abijciunt. Qui tandem*, cùm venerint in profundū,
Prou. 18. 3. contemnunt, & ſecundùm duritiam cordis, & impœnitens cor, theſaurizant ſibi iram Dei. *Et quia gratiam efficacem,*
Rom. 2. 5. *non confert iratus; & duritiem cordis molliendo non aufert: amouere, vel auferre, ſiue ſubtrahere dicitur, non ſuf-*
Rom. 8. 27. *ficientia quidem, ſed efficacia S. Spiritus auxilia, qui* poſtulat pro ſanctis, *id eſt poſtulare facit*, adiuuans infirmitatem:
Rom. 8. 26.
Pſal. 108. 6. *cùm ex aduerſo, non imprecans quidem, ſed Prophetans Dauid, de impio & obdurato cecinerit*: cùm iudicatur exeat
Prou. 16. 4. condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum.
Rom. 9. 17.
D. Thom. ibid. *Quia porro iuxta Doctorem Angelicum*, qui propter ſemetipſum vniuerſa operatus eſt Dominus, *non vno Patris &*
Tertull. de Reſur. c. 14. *miſericordis nomine, ſed & iuſti vindicis honore gloriatur, vt oſtenderet in reprobis, ſicut in Eſau & Pharaone, vaſis iræ & contumeliæ, virtutem iuſtitiæ ſuæ: occulto licet, iuſto tamen iudicio, in perditionis maſſa reliquit, quos ab æterno præſciuit*
V. infra p. 2. 81. *vel in originali peccato, vel in actuali mortali voluntario morituros*. De ſuo bonus *in electos*, de noſtro iuſtus *in reprobos*.
& ſeq. Aug. in *Ex his infantes plurimi ſine regenerationis lauacro decedentes, cum Auguſtino, Fulgentio, Gregorio magno, venerabili Beda,*
chir. c. 93. *alijſque tam pœnâ damni quàm ſenſus*, licet omnium mitiſſimâ, *non improbabiliter dixi puniendos. Cùm enim ex mul-*
Layman. Theol. mor. lib. 1. tr. 1. *torum Summiſtarum ſententia conſtet, (vndè & ſimpliciter refero)* opinionem aliquam eſſe probabilem, quam vel
c. 5. §. 2. n. 6. vnus grauis Doctor aſſerat, nec errare qui probabiliori relictâ ſecutus fuerit probabilem: *quis mihi iure ſuccenſeat,*
Tannerus *ſi tot grauiſſimis Patribus, in Scriptura & ratione fundatiſſimis vltrò ſubſcribam? Ateniun quis. Originalis peccati graui-*
Theol. ſchol. diſ. 2. q. 6. dub. 3. *tate penſatâ, natos iræ filios, proindéque gehennæ, poſſit concipere in Adam actualiter peccante, habitualiter à Deo auerſos*
Filiucius quæſt. *quin ſimul ac ſemel intelligat, eum eodem primo parente, actuali complacentiâ in creaturam, hoc eſt Euam ſecundùm Augu-*
mor. tract. 21. c. *ſtinum, peruerſè conuerſo, habitualiter eſſe conuerſos? Quòd ſi auerſionis à Deo, maximam omnium damni pœnam, in cuius*
4. n. 128. *comparatione omnis alia pœna ſenſus penè nulla reputatur, reſpondere fatentur; quid tergiuerſamur leuiſſimam conuerſioni*
Sanches in ſumm. lib. 2. c. *ad creaturam, non baptizatis infantibus eſſe debitam? Itaut eis ſicut Adæ auerſio, ita & conuerſio imputetur. Maximè cùm*
9. n. 7. *& baptizatis ſuperſtitibus, donec vſum rationis attigerint, & actu peccare potuerint, non iniuſte ſciamus, grauiſſimos mor-*
Chryſoſt. t. 2. *bos, & etiam dæmonum, quorum dominio, adoptionis gratiâ ſunt erepti, diriſſimas interdum vexationes infligi. Denique*
homil. 23. in. *cùm* delictum ex vno in omnes in condemnationem, *& non tantùm* magni, ſed & puſilli *ſint extremo iudicio iudi-*
Matth. c. 7.
Rom. 5. 18. *candi: & paruuli non baptizati excluſi regno, vitâ æternâ, & Chriſti dextera, ſint ad ſiniſtram ignis ſupplicio, & combu-*
Apoc. 20. 12. *ſtioni deputati, ſcripturâ teſtante, & duos tantùm à iudicio terminos deſignante: non video quid ſeritatis, & barbariæ, S.*
Io. 3. 5. *Auguſtini ſententiæ, ſit imputandum, quâ leuiſſimâ omnium pœnâ ſenſus docuit eſſe plectendos:* vbi ſapiens flamma, &
Matth. 25. 33. & ſeq. ignis quædam ſubterranei rationalis diſciplina, tantùm exigit à ſingulis pœnæ, quantùm fuerit in reis culpæ. *Hinc*
Tertul. Scorp. c. *non miror noſtrum Fulgentium id* firmiter, & nullâ dubitatione credidiſſe, contrariamque damnaſſe ſententiam: *&*
Aug. homil. 16. *noſtrum pariter Gregorium Ariminenſem Ordinis Eremitici Generalem, omnes in contrarium obiectiones diſſoluiſſe, nec Pa-*
ex 50. *trum ſententiam temerè quemquam reprobare debere, & hoc dum Pariſijs Doctor Sorbonicus, & Theologiæ Profeſſor ageret,*
Fulgent. de fide *perſpicaciſſimè docuiſſe.*
ad Petrum c. 27. *Gentiles adultos præter originale mortalia committentes, in iiſque morientes vtraque pœnâ plecti prorſus indubium: quò*
& c. 44. *quia ſine lege Moyſi & Chriſti contra legem naturæ ſcriptam in corde peccauerunt, ſine lege, inexcuſabiles peribunt. Certum*
Gregor. Ariminen. in 2. ſent. *mihi tamen eſt, ex his plurimos, ex reliquijs inſitæ naturaliter rationis, quâ Dei verbum illuminat omnem hominem ve-*
diſt. 62. q. 3. vi- *nientem in hunc mundum, aliqua virtutum moralium opera peregiſſe, licet multis concupiſcentiæ, vanitatis & amoris*
de infra pag. 83. *proprij actibus admixta. In quibus æquus arbiter meritorum Deus, rectum à prauo diſcriminans, illud mercede terrena*
Rom. 2. 12. *diuitiarum & gloriæ temporalis, iſtud in hac & futurâ vita* ſecundum menſuram delicti, *pœnâ meritâ ſolitus repenſare.*
Io. 1. 9.
Aug. de Ciuit. *Auguſtinum itaque, Chryſoſtomum, Hieronymum, Proſperum, Gregorium magnum, Bedam, noſtrumque Caſalium in*
Deut. 25. 2. *libro ſuper his Concilio Tridentino dicato, cæteroſque ſuo loco citandos ſecutus, hæc ſummatim elicio. Primò opera ipſa mora-*
Vide alph. etc. *lia Gentilium ex genere ſuo, ſiue vt loquitur Auguſtinus, ex officio bona eſſe & laudabilia. 2. Ab ipſo Deo bono, in quan-*
impm de Gentil. virt. pag. 131. *tum bona, mercede ſuâ tranſitoriæ munerata. 3. Eorum intuitu Gentiles minus peioribus & ſceleratis in inferno puniendos.*
& ſeq. *4. Eos ex ſignato rationis lumine non penitus extincto, humanitatis aliquid ſecundum hominem ſanum ſapere & agere po-*
Bonifac. 2. in *tuiſſe ex Deo naturaliter cognito, & proclius in ſui ſimilem affectus pondere, alteri non faciendo, quod ſibi fieri noluiſſent.*
epiſt. ad Cæſar. *Tamen non iuxtà Auguſtinū ſolum, ſed & plures Patres, & ipſa Apoſtoli verba in hac cauſa etiam a Bonif. II. Papâ rela-*
Rom. 14. 23. *ta, ſecundùm Deum* omne quod non eſt ex fide peccatum eſſe, *& nihil infidelem, non tantùm vitæ æternæ meritorium,*
ſed propter concupiſcentiam & peccatum originale in Ethnicis pleniſſimè vigens, grauioréſque tentationes diaboli, vix vt ait Auguſtinus, ipſos aliquid verè ac ſolidè boni, ex integrâ ſcilicet cauſâ, operatos fuiſſe Gentiles, intentionis maximè rectæ defectu. ſinis quippe præ cæteris cauſis in moralibus eſt penſandus.
Hebr. 6. 4.
2. Cor. 6. 1. *Tertium genus eſt, hominum reproborum, qui perceptâ fide & baptiſmi gratiâ,* guſtato dono cœleſti, in va-
Pſal. 41. 8. cuum gratiam Dei receperunt, *& interiori gratiæ ſæpius reſiſtentes,* abyſſo abyſſum inuocante, *non coactè,*

non

non neceſſariò, ſed ſuâ ſponte, etiam cum voluptate peccantes, ac Deum Patrem miſericordiarum iteratò velapſu deſerentes, ab eo tandem, quantùm ad auxilia efficacia iuſtiſſimè deſerti, cuius nutibus vita noſtra momenta decurrunt, morte peccatorum peſſimâ *in finali impœnitentia* peccato moriuntur, *quod iuſtus iudex, cum toto præcedentium peccatorum contextu præſciens Deus, eos ab æterno meritiſſimè reprobauit, & grauioribus pœnis à gentilibus, ingratitudinis merito deſtinauit.*

Trifariàm porrò Chriſti Paſſionem pro omnibus impenſam, ex pluribus Auguſtini locis apertè diſtinxi, ſatiatiſſimè præſcribens, Chriſtum Dominum primò quidem quantùm ad ſe, & voluntatem antecedentem, & quoad ſufficientiam, pro omnibus omnino hominibus, ipſo etiam reprobiſſimo Iudâ, natum, paſſum, ac mortuum. 2. Efficaciter pro omnibus fidelibus, & quibuſcumque, vt habet Concilium Tridentinũ, ſiue Iudæis, ſiue Gentibus, meritum paſſionis eius communicatur. 3. Efficaciſſimè pro omnibus prædeſtinatis, qui ſunt oues eius propriæ, *quas Paſtor bonus ab æterno ſeparauit ab hædis, & in die iudicij ad æterna paſcua* nominatim eſt vocaturus *à dextris. Quod tamen omnibus à Deo detur adoptionis gratia & fides, quâ poſſint etiam infideles Deum verum, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum pijs & fidelibus orationibus inuocare, apertè repugnat Apoſtolicæ veritati.* Non enim omnium eſt fides. Et quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt? *Gratiam adoptionis* ſine caligine manifeſtum eſt non dari paruulis ſine baptiſmo decedentibus. *Quantùm ad actualem efficacem*, ſcimus iuſtis ad ſingulos actus dari, *ſine quâ nec iuſtè viuant, nec bonum aliquod ſupernaturale cogitent, velint, operentur, vt par eſt.* Quibus non datur, iuſto iudicio non dari. *Peccatori autem & Dei hoſti gratiam debere, quis ſanum dicat? Et hanc tamen ex miſericordia*, quam in ira non continet Deus, *optimus peſſimis frequentiſſimè præſtat.*

Pſal. 13. 18. Io. 8. 24. 1. Propoſit. ab Innoc. damnata ex princip. Aug. v 2 p.p.17. Seſſione 6. cap 2. & 3. Io. 10. 3. Matth. 25. 34. 2. Theſſ. 3 2. Rom. 10 14. Aug in ep 107. ad Vital & ep. 106. ad Paul. his repetit. Proſp. c. 12. cont. Collat. Pſal. 76. 10.

Nec inficior, immo indubitanter affirmo cum Paulo, ſine pœnitentia eſſe dona & vocationem Dei: & gratiam Dei, eſſe vitam æternam, *niſi eam*, Spiritum extinguens, *liberè peccans, & iuſtitiam ſuam ſponte deſerens, peccato amiſerit.* Qui enim biberit ex hac aqua gratiæ, *quantùm in ipſa eſt*, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. *Quotidianis enim ſufficientis gratiæ innatæ auxilijs, quibus interiùs mouentibus, diuinis homo poſſit obedire mandatis, niſi voluntarium ipſe ponens obicem, præualente concupiſcentia reſiſtat, & diuinæ bonitatis auxilia ingratè reſpuat*, contumeliam faciens Spiritui ſancto, & ſanguinem teſtamenti pollutum ducens, Chriſtumque rurſum in corde ſuo crucifigens. *Si enim edomitâ per gratiam excitantem & iuuantem, quam ſufficientem Thomiſtæ vocant, cupiditate, vberius in dies, feruenti oratione poſceret auxilium, ad omnia Dei præcepta actu ſeruanda, Sacramentorum etiam piâ ſuſceptione, non tantùm gratiæ habitualis augmentum, ſed & ad ſingulos actus pios actualem gratiam efficacem, ſecundum Dei promiſſa obtineret, & in finem vſque, cum ſpeciali auxilio, vt habet Concil. Trid. perſeuerare poſſet.*

Rom. 11. 29. Rom. 6 23. 1. Theſſ. 5. 19. Io. 4. 14. Hebr. 10. 29. Aug. de grat. & lib. arbit. c. 15. Aug. concione 27. in Pſal. 118.

Impoſſibilia autem, vt ait Auguſtinus, non præcipit Deus, ſed iubendo monet, & facere quod poſſis, & petere quod non poſſis, & adiuuat vt poſſis; *vt expreſſiſſimè verbis eius Sancta Synodus Tridentina definiuit. Quapropter prima & ſecunda ex quinque propoſitionibus, ipſiſſimis S. Auguſtini principijs, Innocentij X. Pontificis Maximi conſtitutione meritiſſimâ damnatione proſcriptæ ſunt: Omnis etenim culpa, etiam vltimi lapſus quem quilibet iuſtificatus incurrit, illius eſt contumaciæ imputanda: cùm nullâ coactione, vel neceſſitate labatur. Nulli enim ſanctificato vires obedientiæ Deũ ſubtrahere, id eſt auxilia gratiæ ſufficiẽtis ſubducere, cũ D. Proſpero credimus, & fuſius in Vindicijs Auguſtinianæ doctrinæ in limine ſecundi tomi præmittendis videbimus. Qui quidem ſicubi ab Auguſtino dicatur ſubtrahere vires iacens, non de communi ſufficiente gratia, quæ dat poſſe, ſed de efficaci ad actionem applicante, intelligendum eſſe profiteor. Tantũ enim abeſt, vt iuſtis aliqua Dei præcepta ſint impoſſibilia, vel vt deſit ipſis gratia quâ poſſibilia fiant; qui ex aduerſo ſentiens ſcripſerit Auguſtinus*, nec aliquid potuiſſe impoſſibile imperare qui iuſtus eſt: nec damnaturum hominem pro eo quod non potuit vitare qui pius eſt. Nemo enim melius quantum poſſumus nouit, quàm qui nobis ipſum poſſe donauit.

Seſſ. 6. can. 12. 1. Propoſitio ab Innoc. damnatâ ex verbis Aug. Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap 11. & Can. 10. Aug. de nat. & grat. c. 43. de grat. & lib. arb. c. 6. In Reſponſ. lib. 1. cap. 11. & lib. 3. cap. 9.

Cæterùm quando iuſti per adiutorium gratiæ efficacis bonum opus peragunt, id totum plenâ animi libertate operantur, quam ad meritum, vel demeritum, expreſſè, nec ſemel, iuxta conſtitutionem Innocentij X. non præcisè in ſola libertate à coactione, ſed etiam in ipſa indifferentia, & libertate à neceſſitate dixi conſiſtere: quâ licet gratiâ efficaciter operante, poteſt libertas diſſentire ſi velit: agere, vel non agere; tentationi cedere, vel reſiſtere. Vnde quoties Auguſtinum docuit, Deo volenti ſaluum facere, nullum hominis reſiſtere arbitrium: gratiam quâ duritia cordis aufertur, à nullo duro corde reſpui; *& Gregorius magnus*, ſicut nemo obſiſtit largitati vocantis, ita nullus obuiat iuſtitiæ relinquentis. Includere ergo Dei eſt, clauſis non aperire: obdurare, quippe per iuſtitiam dicitur Deus, quando cor reprobum, per gratiam non emollit; *Non intelligi de quacumque ſufficiente interiore gratia, ſed ſolummodo efficaci, & de abſoluta voluntate Dei*, quâ ſuauiter & fortiter diſponens omnia, liberè facit ex nolentibus volentes, praua in directa faciens, & aſpera in vias planas. *Cui tamen gratiæ quatumuis efficaci, poſſent homines diſſentire ſi vellent: ſed implicare eos de facto conſentire ſimul, & diſſentire: & gratiam efficacem eſſe, & non efficacem, propter actuum incompoſſibilitatem. Et hanc pleniſſimam, tam à coactione, quàm à neceſſitate libertatem, contra Manichæos propugnauit Auguſtinus; nec à gratia auxilio violari, ſed potius eius munere ad bonum peragendum, ad ſingulos actus iuuari ac perfici docuit ſcribens contra Pelagianos: ac miris modis à Deo conciliari libertatis & gratiæ concordiam, vtraque ſaluâ & integrâ permanente. Vnde cùm gratiam efficacem inuincibilem, indeclinabilem, &c. vocat; nec cogentem dixit, nec impoſitâ ad vnum amplectendum neceſſitate, & ſublatâ omni indifferentiâ, eligendum determinantem, intelligi voluit; ſed infallibilem tantùm effectum ei tribuit, cui tamen libera poteſt humana voluntas reſiſtere, ſi velit; licet ei numquam de facto reſiſtat. Fruſtra aliàs Eccleſiaſticum ipſe ſcribentem induceret.* Qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus, facere mala & non fecit. Ideo ſtabilita ſunt bona illius in Domino. *Sicubi verò neceſſitatem inducere videatur Auguſtinus, neutiquam eam humanæ libertati impoſuit, ſed ex Pſalte, & Apoſtolo, vel conſuetudinis mala, vel ex originali peccato concupiſcentia relicta, quam inuiti toleramus; licet eò liberi, ſicut & gratia efficaci conſentire, vel diſſentire poſſimus. Sic enim Pſaltes* de neceſſitatibus animam ſuam liberari poſcebat, *ſicut Apoſtolus*, quis me liberabit de corpore mortis huius? quo ſub lege peccati captiuatus, non quod volo bonum, *inquit*, illud ago, ſed quod nolo malum iſtud facio: *& rurſum:* ſapientia carnis inimica eſt Deo: legi enim Dei non eſt ſubiecta, nec enim poteſt: *& iterum*, caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, &c. Vt non quæcumque vultis, illa faciatis. *Quæ omnia cum Auguſtino Patres de concupiſcentiæ motibus, quos rationalis appetitus patitur, vniformiter exponunt. Quod ſi fortè ſæpius libertatem vtramque, à neceſſitate, & coactione coniunxi, non tamen vtramque confudi, ſed nolui ſemel atque iterum factâ expreſſâ mentione libertatis à neceſſitate, crebrius ſuperuacua repetitione tædio lectorem afficere.*

1 Propoſit. ab Innocent. damnata ex S. Aug. princip. Aug. ſer. 61. de temp. 3. propoſit ab Innocent. damnata, ex princip. S. Aug. Vide infra pag. 61. col 1 d. & col. 2 a. & ſeq. & p 63. d. 1. & parte 3. 85. d. 2. Aug. de prædeſt. SS. c. 8. Greg 12. mor c. 5. 4. propoſit ab Innoc. damnata. Concil Trid. ſeſſ 6. can 4. Auguſtinus de fide Cont. Manich. c. 9 & 10. de act. cum Felice, c 5. & Cont. Secund. c. 14. Aug. de corrept. & grat. c. 12. de prædeſt. SS. c. 5.

Cum Angelico Doctore gratiam actualem partior in operantem, & cooperantem. Quatenus enim voluntatem mouet ad benè volendum & agendum, dicitur operans, ſiue excitans: & quatenus cooperatur cum voluntate noſtra bonum ad quod mouet, dicitur cooperans, ſeu adiuuans, vel auxilians. Quod pulchrè ibidem explicat, his verbis; Operatio, inquit, alicuius effectus non tribuitur mobili, ſed mouenti. In illo ergo effectu, in quo mens noſtra eſt mota, & non mouens, ſolus autem Deus mouens, operatio Deo attribuitur, & ſecundùm hoc dicitur gratia operans. In illo

Aug. ſer. 113. de diuer. Eccli. 31. 10. 1. 2. q. 111 a. 2. ad 4. Ibid. in corp.

autem effectu in quo mens noſtra & mouetur, & mouet, operatio non ſolùm attribuitur Deo, ſed etiam animæ;
& ſecundùm hoc dicitur gratia cooperans. *Quam doctrinam Schola Angelus à ſuperioris ordinis Archangelo ne dicam Cherubino hauſit Auguſtino:*
S. Aug l. de grat. & lib. arb. c. 17. Qui, inquit, vult facere Dei mandatum, & non poteſt, *ſupple proximè & completè*, iam quidem habet voluntatem bonam, ſed adhuc paruam, & inualidam: poterit autem, *proximè, & actu faciet*, cùm magnam habuerit & robuſtam. Quando enim Martyres magna illa mandata fecerunt, magna vtique voluntate, hoc eſt magna charitate fecerunt, &c. Ipſam charitatem Apoſtolus Petrus nondum habuit, quando timore Dominum ter negauit. Timor enim non eſt in charitate: ſicut ait Ioannes Euangeliſta in Epiſtola ſua;
1. Io. 4. 18. ſed perfecta charitas foras mittit timorem. Et tamen quamuis parua & imperfecta, non deerat, *ex gratia ſufficiens qua iuſto nunquam deeſt*; quando dicebat Domino, animam meam pro te ponam. Putabat enim ſe poſſe, quod ſe velle ſentiebat. Et quis iſtam, etſi paruam dare cœperat charitatem, niſi ille qui præparat voluntatem, & cooperando perficit quod operando incipit? Quoniam ipſe vt velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. Propter quod ait Apoſtolus: certus ſum, quoniam qui operatur in nobis opus bonum, perficiet
Philip. 1. 6. vſque in diem Chriſti Ieſu *diem mortis, & iudicij; vel iuſtorum ſemitâ ſicut lux creſcente vſque ad perfectam diem*. Vt ergo velimus, ſine nobis operatur: cùm autem volumus, & ſic volumus, vt faciamus, nobiſcum cooperatur:
Philipp. 2. 13. Rom. 8. 28. tamen ſine illo vel operante vt velimus, vel cooperante cùm volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus. De operante illo vt velimus, dictum eſt: Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle, *à quo omnis ſufficientia noſtra ad cogitandum, quod velle præcedit*. De cooperante illo cùm iam volumus, & volendo facimus: ſcimus, inquit, quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, &c. Quid eſt omnia, niſi & ipſas terribiles ſæuaſque paſſiones? Sarcina quippe illa quæ infirmitati grauis eſt, leuis efficitur charitati. Talibus enim Dominus dixit eſſe ſuam ſarcinam leuem, qualis Petro fuit, quando paſſus eſt pro Chriſto, non qualis fuit quando negauit Chriſtum. Iſtam charitatem, id eſt diuino amore ardentiſſimam voluntatem commendans Apoſtolos, dicit: quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? &c. *Si quid porrò infra legenti occurrerit, quo neminem ſcripſerim poſſe ſolis arbitrij liberi viribus, gratiam ſufficientem abſque maiori, & ſpeciali Dei auxilio reddere efficacem; id primò dictum velim, abſque gratiæ Thomiſticæ ſufficientis præiuditio, quæ ſimplex poſſe tribuit, & libertatem non applicat actioni; cui licet interiori, ex duritia cordis & concupiſcentia præpollente, malo demque libertatis vſu reſiſtimus. Secundò non poſſe,*
Inf. p. 114. col. 1. & 2. parte. 2. alphab. error. imput. *in genere dixi, vſitatâ Chriſto, Paulo, Concilio Tridentino, Innocentio primo, Zozymo, Celeſtino citatis, ſcribendi normâ, qui nullum aliud poſſe, cum antiquis Patribus agnouerunt, quàm illud quod proximè dat agere, quo gratiam efficacem propriè intellexerunt, antequam argutiores Scholæ formulæ inuentæ fuiſſent, quibus difficultates enodarentur, explicatius diſtinguendo gratiam actualem, in ſufficientem & efficacem. Sufficientem porrò non vacuo nomine, aut exitu fruſtraneo*
Aug. in Pſal. 106. in verſum 8. Confiteantur Domino, &c. *dixero; cùm magno Dei miſerentis dono, ſufficiat interius illuminando intellectus, & monendo affectus, vt noſtram in agendo inſufficientiam, & infirmitatem cognoſcentes, ex propria culpa, & reluctantiâ cognitâ ſuffuſi humiliemur; humilitati, amplius, hoc eſt efficax Dei auxilium, implorare compellamur; quem ordinem bellè deſcribit Auguſtinus.*

Suares parte prima op. trip. de grat. proleg. 6. cap. 6. *Ad commendationem eius doctrinæ quod attinet, lubet cum Suare concludere.* Proſper dicit eum Apoſtolicè ſcripſiſſe, vel quia ſuam de gratia doctrinam ex Apoſtolo Paulo præcipuè ſumpſit, & validiſſimis eius teſtimoniis illam confirmauit; vel certè, quia tam verè ac fideliter de gratia ſcripſit, vt Apoſtolica Sedes Auguſtini doctrinam in his quæ ad dogmata pertinent, ſuam fecerit, ac probauerit, &c. Vnde tandem concludo, non tantùm in rebus quas Auguſtinus certas exiſtimat, ſed etiam in his omnibus quæ ſimpliciter tanquam vera & probabiliora conſtanter & vbique amplectitur, ſententiam eius eſſe præferendam, niſi communis Patrum, vel Eccleſiæ authoritas obſtare videatur, quod rarò, vel numquam continget. Nam ſi alicubi id occurrerit, explicandus erit Au-
Vide infra citatũ Suar. parte 1. p. 41. c. 2. & 51. c. 1. & ſeq. guſtinus potiùs, quam reprobandus. *Videant, qui eius dogmata præſumunt, vt erronea, Innocentij X. conſtitutione damnata, directè, vel indirectè, verbis ſcriptiſque famoſis publicare. Neque verò quemquam puto ſic à rectâ ratione alienum, vt Dominicanos, cæteroſque Thomiſtas, Angelico Doctori; Franciſcanos alioſque Scotiſtas, ſuo pariter ſubtiliſſimo Scoto laudabiliter mordicus adhærere cenſeat: Et me Auguſtinianum, licet indignum, tanti Patris ac Doctoris Eccleſiæ dogmata profitentem, vocet in crimen. Huic vni, ceu Viro Apoſtolico, & in ſolida petra fundato, ſic tutus adhæſit, conſenſitque diſertiſſimus Conſentius, vt hæc ad eum verbis gratulatoriis, & deprecatoriis ſcriberet.* Tu non editorum iam à me libro-
Conſent. Ep. 119 ad Aug. in Supplem. parte 1. pag. 4. 6. rum lector, ſed probandorum emendator electus es. Nam in illa Epiſtola, quam in illis meis libellis velut præfatiunculam prætuli, huiuſmodi verba conſcripta ſunt: placuit fluctuantem fidei noſtræ cymbam B. Auguſtini Epiſcopi ſtabilire ſententiâ. Cur ergo VIR DOCTRINÆ HVIVS QVÆ IN CHRISTO EST, CVLMEN, arguere palam, corrigendum de cætero filium dubitas, cùm SENTENTIÆ TVÆ ANCHORA, niſi morſum altiùs preſſerit, nos certiùs ſtabilire non poſſit? &c. DOCTRINÆ TVÆ, INGENIIQVE SERENITAS, ita nebulam noſtræ mentis abſtergat, vt quod nunc cogitare non poſſumus, à te declaratum, oculis cordis videre valeamus.

Prudentem in hac prælectionis clauſula Lectorem admonitum velim, vt quæcumque in his argumentis, tam in calce huius primi tomi, quam in duobus ſequentibus occurrerint, iuxta præmiſſa, & Summorum Pontificum, & Innocentij X. memoratam maximè conſtitutionem, eiuſdemque & Succeſſorum eius mentem, & Conciliorum decreta, ad amuſſim exactiſſimam reducta accipiat: Et me non proprio ac ſingulari meo ſenſu, ſed Sanctorum Patrum, Cypriani, Ambroſij, Hieronymi, Proſperi, Primaſij, Fulgentij, Gregorij magni, Iſidori Hiſpalenſis, Venerabilis Bedæ, Anſelmi, Bernardi, Thomæ Aquinatis, Gregorij noſtri Ariminenſis, aliorumque probatiſſimorum Doctorum lectis & perpenſis attentè ſcriptis in ſuiſmet fontibus, totam prælectam ſæpius S. P. Auguſtini doctrinam, germano, quoad tenuitati meæ per Deum licuit, ſenſu intellectam expoſuiſſe cognoſcat.

Huius doctrinæ acerrimos Vindices, per omnes fermè ſuorum operum paginas, opto Lectores ſtudioſos frequenter euoluere SS. Proſperum, & Fulgentium: ex quorum alterius ad Gallos, Vincentium, & Genuenſes, doctiſſimis diſertiſſimiſque Reſponſis, calumnias olim impactas Auguſtino, & ab imperitis hodie refricatas, in limine ſecundi tomi diluens, vindex pacificus confutabo. Nouam præmittens diaboli machinam, quam apertius detegam, & confringam fortius, quâ ſuaſit imprudentibus & incautis, Auguſtini doctrinam in dictarum quinque propoſitionum condemnatione fuiſſe proſcriptam.

Cæterùm omnibus votis, S. R. Eccleſiæ, SS. Pontificum, Patrum, Conciliorum, & Doctorum eius ſententiæ me Dei munere & gratiâ fuiſſe in hodiernum, & arctiſſimo ad mortem vſque fore vinculo colligatum, ſacro iureiurando conteſtor.
S. Aug. lib. 4. ad Bonifac. c. 9. de Prædeſtin. SS. c. 8. Sap. 12. 18. *Ita me Deus Optimus Maximus adiuuet & Catholicam S. P. Auguſtini doctrinam aduerſus omnes obtrectatores ſeruet incolumem, eamque Dominus & motor cordium ſuis aduerſariis,* ex nolentibus, volentes faciens, *abſque coactione & neceſſitate, & ea qua nouit, ſuauitate,* cui ſubeſt, cùm voluerit, poſſe, *reddat acceptam.*

IN ALPHABETVM SENTENTIARVM, IN QVIBVS ERRARE VISVS EST MINVS acutè cernentibus, Tertulliano adfinis Auguſtinus.

PRÆFATIO.

IN calce huius primi Tomi, hæreticas, erroneas, durioreſque Tertulliani ſententias, ſanâ S. P. N. Auguſt. doctrinâ molliturus, correcturus, & in duobus ſequentibus Tomis vbique vera & ſincera eiuſdem Tertull. dogmata, vero Sanctiſſimi Doctoris ſapientiæ ſale, ſicut in totius operis Præfatione generali promiſi, conditurus; operæpretium duxi, impactos primum, minori quàm par eſt reuerentiâ, tanto Patri, à tot ſæculis exhibitâ, & etiamnum debitâ, errores diluere, compoſitâ eiuſdem indiuiſim cum Tertulliani dogmatibus, doctrinâ Catholicâ: ne ſi fortè tacitus in parentis opprobrium iactata diſſimulauero; vel ſupinâ ignauiâ eius dedecori ſubſcribere, vel ſuperuacuo labore, emendatione digna in Tertull. mendoſiore Auguſtino corrigere; vel futili nulliuſque authoritatis viro, profunda ac ſolida Tertulliani placita confirmare; vel tandem infatuato ſale mittendo foras, & ab omnibus conculcando, Tertulliani ſcripta omnia videar infra, ſupraue ſobrietatem ſapientibus, aſpergere.

In quo quidem inſtituto meo, & iuſtius priori huic volumini complendo, & duobus aliis exonerandis hac parte, aliàs hinc inde pro rerum & verborum in Alphabeto rationali occurrentium causâ diſpergenda; & texendorum argumentorum ordini meliori prouidi conſultius, ſi Alphabeto errorum Tertull. falsò adſcriptos Auguſt. errores in Alphabetum reductos præmitterem; in quibus eidem videtur affinis. Veniam dabit eruditus & ſapiens lector Filio pro Patre, diſcipulo pro magiſtro, Regulam Auguſtini ab adoleſcentia, & ſinceriſſimam eius, ex limpidiſſimis ac nullo extraneæ fæculentiæ cæno turbatis fontibus hauſtam, & longo, nec pœnitendo labore profeſſo doctrinam; ſi hanc ad cenſuram immeritam vocatam, ad recti iudicij, & tranquillæ conſcientiæ, nulloque perturbationis nubilo ac turbine concuſſæ tribunal prouocans, cum omni inculpatæ tutelæ moderamine, abſque vlla controuerſia, mero ac ſincero tuendæ aperiſſimæ veritatis inſpectu propugnem.

Tertullianum recolo, leonis mihi cuiuſdam manſuetudinem ſuggerentem, & in ſuam nutriculam animum demulcentem; quem certè me non imitari pro modulo, puderet. Planè obliuiſcetur feritatis leo, manſuetudinis eruditione præuentus; & cum toto ſuggeſtu iubarum, delicium fiet Berenices alicuius Reginæ, linguâ genas eius emaculans: mores beſtiam relinquent, ſcientia naturalium permanebit. Non obliuiſcetur quidem naturalium pabulorum, naturalium remediorum. *Ego verò & leoninæ prorſus bilis oblitus, omni ſtili ſuperbientis ſuggeſtu poſito, non atratam ſtile Epiſtolam, qualem Tertull. laudauit in Paulo, ſed ipſo Solis radio ſcriptam pacificam S. P. Auguſt. defenſionem aggrediar, vt cæleſtis filius agnoſci*

Tertull. a de Anim cap. 24.

promeretur. Scientia nihilominus naturalium permanebit. *Vt progenuina filij in Patrem & nutricium pietate*, delicium eius factus, *calamo linguæ Vicario*, genas eius & frontem aſperſas variorum errorum ſordibus emaculem. Nec remediorum naturalium immemor, *non errores, multò minus hæreſes, ſed* naturalia pabula, *quinimo ſupernaturalia, & diuina, in omnibus eius libris ſumi conuincam. Per*
Io. 10. 9. *Chriſtum* oſtium intrans, ingrediar, & egrediar, & paſcua inueniam. In loco paſ-
Pſ. 22. 1. cuæ, ibi me collocauit. *In tanti inquam Patriarchæ Ordine, Regula, doctrina, ſenſu quo vult & præcipit, Summorum Pontificum, Patrum, Conciliorum oraculis, ſancta Mater Eccleſia Catholica ac Romana*, ibi me collocauit. *Quicquid obſtrepant, nigredinem in niue, in Sole maculas, in fonte ſordes, in veritate errores, in monte Galaad paſcuu medicinalibus conſito, cicutas & aconita permixta arguentes; hymnum cum Eccleſia in Auguſt. ſolemniis decantabo:* Tu de verbis Saluatoris, dulcem panem conficis, & propinas potum vitæ de Pſalmorum nectare.

Ad hæc, monenti Apoſtolo Iacobo morigerum me, Deo donante, præſtabo. Quis, in-
Iac. 3. 13. quit, ſapiens & diſciplinatus inter vos? Oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ. Quòd ſi zelum amarum habetis, & contentiones ſint in cordibus veſtris, nolite gloriari, & mendaces eſſe aduerſus veritatem. Non eſt enim iſta ſapientia deſurſum deſcendens: ſed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconſtantia & omne opus prauum. Quæ autem eſt de ſurſum eſt ſapientia, primùm quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia, & fructibus bonis, non iudicans, ſine ſimulatione. Fructus autem iuſtitiæ in pace ſeminatur facientibus pacem. *Parebo & Apoſtolo prohibenti:* Nemini dans
2. Cor. 6. 3. vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum. *Deum veracem primamque veritatem ex intimis animi medullis deprecatus, vt diſcuſſa omni caligine, deterſo mentis oculo, limpidam ac ſinceram hauriant omnes depoſito affectu prauo, veritatis ſaltem apertæ notitiam.*

INDEX ALPHABETICVS.

ANgelos eſſe corporeos.

Animas ex traduce tranſmitti.

Animas iuſtorum vſque ad iudicium extremum ſuſpendi à gloria & viſione Dei,

Baptiſmum ioco datum, validum eſſe, nec repetendum.

Bona propria non poſſe à Chriſtiano in iudicio repeti ſine peccato.

Chriſtum pro ſolis prædeſtinatis eſſe mortuum.

Coniugij actum extra intentionem prolis, & ſolo ſine voluptatis, eſſe peccaminoſum.

Coniuges poſſe ius corporis alteri ex conſenſu tradere.

Creationem mundi in inſtanti fuiſſe factam.

Doctrinam eius de gratia, prædeſtinatione, & libero arbitrio, non eſſe Catholicam, ſed priuatam.

Euchariſtiæ Sacramentum, eſſe figuram & ſignificationem corporis Chriſti.

Gratiæ efficacis doctrinam tollere libertatem, & inducere neceſſitatem Caluiniſticam.

Hæreticos omnes in eius doctrina fundatos.

Infantibus neceſſariam ad ſalutem eſſe Euchariſtiæ ſumptionem.

Infantes non baptizatos non tantùm pœnâ damni, ſed & ſenſus pœnâ torqueri.

Mariam Virginem non tantùm peccato originali, ſed etiam actuali fuiſſe obnoxiam.

Neceſſitatem inducendo ſuo de gratia dogmate, meritum per conſequens tollere bonorum operum.

Patres Auguſtino priores in cauſa gratiæ potius audiendos & ſequendos, quam priuatam eius de ea doctrinam.

Peccata oblita, nec in anima, nec in corpore eſſe peccatoris, ſed in legibus æternis.

Petrum Apoſtolum caput eſſe Pelagianorum. ſi in doctrina Auguſt. verum eſt, eum non peccaſſe mortaliter donec Chriſtum negaret.

Petrum ſaltem in amputatione auriculæ Malchi, magni criminis reum extitiſſe.

Prædeſtinatos eſſe multos ad malum.

Retractationes Auguſtini ſatis probare, ipſum perperam multa ſcripſiſſe, nec tamen omnia errata retractaſſe,

Veritatis terminos exceſſiſſe, dum pro tuenda fide contra hæreticos diſputaret.

Virtutes morales Gentilium peccata cenſuiſſe.

ANGELOS CORPOREOS ESSE, QVO SENSV SCRIPSERIT Auguſtinus, & an cum Tertulliano errauerit.

TERTVLLIANVM *infra videbimus pluribus locis aſſerentem Angelos in vera carne ſæpius apparuiſſe firmiſſimè tenentem, eiuſque errorem exponemus & confutabimus: Sed nunc nobis pro Auguſtino certandum eſt, quem volunt à Concilio Lateranenſi ſub Innocentio 3. damnatum, eiuſque ſingulariter opinionem reiectam, cap. Firmiter de ſumma Trinitate, quòd Angelos corporeos eſſe ſuſtinuerit, ſcribens maximè in Pſalm. 85. & 145. & Epiſtol. 115.*

Cui cenſuræ vt breuiter, & plenè ac planè reſpondeam, quæro primo cur tot ex Patribus, Baſilio Magno, Athanaſio, Methodio & cæteris cum Auguſtino ſentientibus, vnum elegerint Auguſtinum, cuius in caput Concilij Lateranenſis decretum incidat. Secundò num Concilium Lateranenſe, vtique Generale ſecundam Nicænam Synodum hoc decreto damnauerit, quæ etiā fuerat ſeptima Synodus Gener. vt ſic honeſtè liceat Synodos cum Synodis committere? Quanquā ſciā quòd in hac Synodo magis ageretur de retinendo vſu imaginū, & Angelos pingi poſſe, quā vtrū corporei eſſent? Tertiò. Fili, ſic definitum in Concilio Lateranenſi, Cano 1. de fide Catholica. Vnus eſt Deus, indiuiſus in eſſentia, & diſcretus in perſonis, Creator omnium, &c. Is ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam, corporalem, & ſpiritualem; Angelicam ſcilicet, & mundanam. *Non tamen hac diuiſione facta, negauit Angelos, corpora miſſionibus ſuis & operationibus congrua, vt humano more, cum hominibus quoties Deo placitum foret, congrederentur, aſſumpſiſſe. Nec vſpiam alio ſenſu Auguſtinus Angelos corporeos appellauit, aut cenſuit, cùm apertiſſimè eos ſpiritus, ſiue vt loquitur Concilium, creaturas, ſiue ſubſtantias ſpiritales appellauerit, & ſenſerit; nihil in hoc à Dionyſio Areopagita cæleſtis Hierarchiæ cap. 2. Athanaſio libro de communi eſſentia Patris & Filij, & Spiritus ſancti; Chryſoſt. homil. 22. in Geneſin, aliiſque diſſentiens. Quid enim planius, quàm quod ſcribit in Pſalm* 103. Spiritus, inquit, Angeli ſunt, & cùm ſpiritus ſunt, non ſunt Angeli; (*id eſt* Aug. *miſſi, vt appareant hominibus, eiſque diuina nuntient*) cum verò mittuntur, fiunt Angeli. Angelus officij nomen eſt, non naturæ. Quæris nomen huius naturæ, ſpiritus eſt; quæris officiū, Angelus eſt; & ex eo quod eſt, ſpiritus eſt; ex eo quod agit, Angelus eſt. *Et lib. 15. de Ciuit. cap. 23.* Scriptum eſt, inquit, Aug. qui facit Angelos ſuos ſpiritus, id eſt, eos qui naturâ ſpiritus ſunt, facit eſſe Angelos ſuos, iniungendo eis officium nuntiandi. *Quid clarius? Quid expreſſius? Quid Concil. Lateranenſi conformius? Piget ſuper ea re plura congerere: euolue lector à nobis dicenda ſuper errore Tertulliani. Cæterùm quoties occurrerit Auguſtinum legenti, corporeos dixiſſe ſpiritus, intellige non innata & concreta corpora putaſſe habere Angelos, aut eſſe ſubſtantias homini ſimiles, ex ſpiritu & corpore conflatas; ſed ſubſtantias ex natura mere ſpiritales, corpora ſuis apta miniſteriis, vel pro libito, vel pronutu diuino aſſumentes. Nec arguendus eſt Auguſtinus ſi Epiſt. 115. ad Nebridium ſcripſit:* Cùm

A cogitamus aliquid, neque id nobis in noſtro corpore apparet, apparere tamen poſſe aereis ætheriisue animantibus, quorum & ſenſus acerrimus, & in cuius comparatione noſter ne ſenſus quidem putandus eſt. *Non enim intellexit Angelos, ſiue dæmones, animare aërea vel æthera corpora, per veram animationem & informationem corporum, cum quibus eorum ſpiritus faciant vnum compoſitum; ſed quòd hæc corpora moueant animantium modo apparente. Hoc enim paucis interiectis ibidem explicat:* Eos qui aëreo vel æthereo corpore aliquid in corporibus agunt, quæ naturali ordine penetrant, longè maiore vti facultate ad mouendum quidquid volunt. *Ad hæc, quid durius ſcripſit Auguſtinus, Angelos animantia vocans, quam Ezechiel de quatuor animalibus myſticis loquens? Et quidem non de inferioris Hierarchiæ ſpiritibus agebat, ſed de ipſis Cherubim, ſecundum ordinem Hierarchiæ prima tenentibus, quos tamen animalia non ſemel dicere, ſed &*
B *pluries inculcare non dubitauit. Ezech. 1. 5.* Similitudo quatuor animalium, & hic aſpectus eorum, ſimilitudo hominis in eis, &c. Facies hominis & facies leonis à dextris ipſorum quatuor: facies autem bouis à ſiniſtris ipſorum quatuor, & facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor. *Quid quòd & aliquid monſtruoſius interſerit, niſi quòd ad omnem formam in corporibus aſſumptis habilitatem exprimendam ſignificantius: verſu 6.* Quatuor, inquit, facies vni, & quatuor pennæ vni. *Capite autem decimo v. 15.* Et eleuata ſunt Cherubim: ipſum eſt animal quod videram iuxta fluuium Chobar. *Similiter & Ioannes Apocal. 4. 7.* In circuitu ſedis quatuor animalia plena oculis ante & retro, &c. Et requiem non habebant die ac nocte dicentia; Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. *Et quænam illa, niſi Cherubim & Seraphim apud Iſa. c. 6. 3.* Clamabant alter ad alterum Sanctus? &c.

C *Quantum ad locum Auguſtino obiectum ex eius enarratione in Pſalmum 85. Nihil in eo de corporeis Angelis lego, vel intelligo, niſi ex.rema violentiâ detorqueatur. Nullibi enim in hunc Pſalmum aduerto mentionem factam Angelorum, niſi in verſiculum:* Non eſt ſimilis tui in dijs Domine. *Vbi quidem de dæmonibus agit, quos Gentiles in Idolis colebant.* Fingant, inquit, ſibi deos pagani quos volunt, adducant fabros argentarios, aurifices, expolitores, ſculptores, faciant Deos. Quales Deos? oculos habentes & non videntes, &c. Sed iſta non colimus, ait, non colimus: hæc ſigna ſunt. Et quid colitis? Aliud aliquid peius: quoniam dij gentium dæmonia. Et quid? Nec dæmonia, inquiunt, colimus. Planè nihil aliud habetis in templis, nihil aliud implet vates veſtros, quàm dæmonium. Sed quid dicitis? Angelos colimus, Angelos habemus Deos. Non planè noſtis Angelos. Angeli enim vnum Deum colunt. Inuenimus Angelos Apoc. 19. prohibentes homines, ne ſe adorarent, ſed verum Deum. Sed Angelos dicant, homines dicant, quia dictum eſt, ego dixi dij eſtis, &c. Non eſt ſimilis tibi in dijs Domine. Quodlibet aliud cogitet homo, non eſt ſimile quod factum eſt, illi qui S. Aug.

fecit, &c. Deus inſtabilis eſt, &c. Angelos cogita, virtutes, Poteſtates, Archangelos, Thronos, Sedes, Dominationes, non eſt hoc Deus. Et quid eſt hoc? Solùm potui dicere quid non ſit. Quæris quid ſit? Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Quid quæris vt aſcendat in linguam, quod in cor non aſcendit? Non eſt ſimilis tibi in dijs Domine. *Expectabam certè vt Auguſtinus ſubderet:* Deus Spiritus eſt. Deum nemo vidit vnquam. Regi ſæculorum immortali & inuiſibili, ſoli Deo: Qui ſolus habet immortalitatem, &c. *Sed quantis ambagibus, & verborum anfractu opus habet, qui hoc loco probare voluerit ſenſiſſe Auguſtinum Angelos aut dæmones eſſe corporeos? Nec magis vrget tertius in eum locus adductus ex enarratione in Pſalm. 145. verſu primo.*

S. Aug. Lauda anima mea Dominum. Cùm fuerit, inquit, tale corpus noſtrum, corpus iam cœleſte & ſpiritale, corpus Angelicum, in ſocietate Angelorum, nec ſic dabit conſilium animæ. Semper enim corpus, quoniam corpus eſt, infra animam eſt, & quæuis anima vilis (*ignorans, peccatrix*) excellentiſſimo corpore excellentior inuenitur, &c. Natura animæ præſtantior eſt, quam natura corporis, excellit multùm, res ſpiritalis eſt, res incorporea eſt, vicina eſt ſubſtantiæ Dei. Inuiſibile quiddam eſt, regit corpus, mouet membra, dirigit ſenſus, præparat cogitationes, exerit actiones, capit rerum infinitarum imagines. Et quis eſt tandem, fratres chariſſimi, qui ſufficiat in laudibus animę? Et ſi in animæ laudibus deficitur, quæ laus eſt eius qui animam condidit? &c. Expedit tibi deficere laudando Deum, quàm proficere laudando te, &c. Sed licet corpus Angelicum inferius eſt quàm anima, conſilium ſuperiori (*ſcilicet animæ hominis, vel ſpiritui Angelo*) dare non poteſt, &c. Quando poteſt caro dare hoc conſilium animæ? Quis eſt ergo qui dicit, Lauda anima mea Dominum? Nihil inuenimus amplius in homine, quàm carnem & animam. Totus homo hoc eſt, ſpiritus & caro. An fortè ipſa anima ſibi dicit, & ſibi quodammodo imperat, & ſe exhortatur atque excitat? *Hic rogo an de Angelo dicat, vt de homine compoſito, totus Angelus, ſpiritus & corpus? Rogo num quamquam corpus Angelicum ſit inferius anima, ſpiritus Angelus dicatur ab Auguſtino inferior anima? An non res ſaltem æquè ſpiritalis, incorporea, & vicina eſt ſubſtantiæ Dei? Sed dices, corpus tamen bis hoc loco dicit Angelicum. Quid ni? Sed ſpiritale pronuntiauit, quale futurum eſt noſtrum cum immortale ſurrexerit. Verum non ait S. Doctor, Angelum eſſe corpus, aut ſpiritum corporeum, aut ex corpore & ſpiritu compoſitum, aut ſpiritum corpus animantem & informantem Angelicum. Sed corpus Angelicum dixit, quale ſumpſerunt Angeli in claritate apparentes Paſtoribus nato Domino, & mulieribus ſuſcitato.*

S. Aug. *Miror locum expreſſiorem non oppoſitum lib. 13. de Ciuit. cap. 22.* Neque in phantaſmate Angelos ediſſe credendum eſt, quando eos homines hoſpitio ſuſceperunt: quamuis vtrum Angeli eſſent, ignorantibus, conſimili nobis indigentia veſci viderentur. Gen. 18. Vnde eſt quod ait Angelus in lib. Tobiæ: Videbatis me manducare, ſed viſu veſtro videbatis: id eſt, neceſſitate reficiendi corporis, ſicut vos facitis, me cibum ſumere putabatis. *Et quidem Halenſis 2. p. quæſt. 35. Membro 4. Scotus 2. diſtinct. 8. tenent Angelos verè comedere in aſſumpto corpore, licet non operatione vitali. Et rurſum Auguſt. Epiſt. 99. ad Deogratias quæſt. 1. dicit Angelos non fictè nec inani phantaſmate, ſed manifeſta*

A *veritate, non tamen neceſſitate, ſed poteſtate comediſſe. Sed nunquam voluit Angelos per vera organa vitæ principio coniuncta, & per veram carnem humanam ediſſe, verè tamen cibos in corpus verum, licet non humanum, per os humano ſimile traieciſſe. Sic D. Thom. 1 p. quæſt. 51. a. 3. dicit cibum ab Angelis ſumptum non potuiſſe in eorum corpus conuerti, ſicut & Theodoretus q. 68. in Gen. Dicit ergo Auguſtinus non ediſſe in phantaſmate, quia veros cibos, in vera corpora licet non animata, vel viuentia tranſmiſerunt. Videndus Suares, qui & ab hoc errore purgat Aug.*

B *Animas ex traduce propagari, An cum Tertulliano, ſcripſerit Auguſt.*

Conſulat lector quæ infra in Tertulliani errore fuſiſſimè dicemus, refellendo eius dogma de anima ex traduce; & ex ibi dicendis colligat, nihil dum viueret Auguſtinus, ab vllo Concilio definitum de Origine animæ; hoc enim tantummodò determinatum fuit in Concil. Lateranenſi ſeſſione 8. 19. Decembris, anno 1513. præſidente Leone 10. Non eſt ergo quòd hac cauſâ grauis inuratur inſcitiæ nota, vel erroris elogium inſcribatur Auguſtino; cùm liberum antè definitionem Eccleſiæ eſſet cuique ſentire, quod vellet. Nec Auguſtinus ita propendebat in opinionem animæ traductæ à parentibus, vt non eſſet diſpoſitus contrariam ſequi, ſi veritas ei conſtaret. Nec ideo ſuccenſebat Pelagio, quòd ipſe animas à Deo ex nihilo creari ſentiret, C *ſed quòd eas peccatum originale non contrahere pertinaciter, contra fidem Eccleſiæ omniumque Patrum communem ſenſum tueretur. Id vnum certè, de quo agebatur, conſtantiſſimè docebat & toto animi niſu contendebat, omnem humanam animam filiorum Adam, ipſo conceptus inſtanti, peccatum originale contrahere. Quantum enim paratus eſſet, alterum potius Patrum, quàm ſuum in hac cauſa quam maximè ſenſum ſequi, abunde teſtatus eſt, in Epiſt. 28. ad Hieronymum vt videmus. Cùm enim dixiſſet:* Obſecro te, Aug. quomodo hæc opinio defenditur, qua creduntur animę, non ex illa vna primi hominis fieri omnes, ſed ſicut illa vna vni, ita ſingulis ſingulæ. *Subijcit poſt multa.* Doce igitur quid ſentire, quid dicere D debeamus, vt conſtet nobis ratio nouarum animarum ſigillatimque factarum ſingulis corporibus. *Et poſt multa:* Quærenda, inquit, cauſa eſt atque reddenda, quare damnentur animę quę nouæ creantur ſingulis quibuſque naſcentibus, ſi præter Chriſti Sacramentum paruuli moriantur. Damnari enim eas, ſi ſic de corpore exierint, & ſancta Scriptura, & ſancta eſt teſtis Eccleſia. Vnde illa de animarum nouarum creatione ſententia, ſi hanc fidem fundatiſſimam non oppugnat, ſit & mea: ſi oppugnat, non ſit & tua. *Quis hic contradicat, quis inſultet Auguſtino quaſi repugnanti Eccleſiæ & Conciliorum ſenſui, quæ nihil adhuc à Spiritu ſancto acceperat ſuis fidelibus reuelandum? Quis non magis miretur paratum eius, non tantum ad totius Eccleſiæ Catholicum aliquod dogma, ſed & vnius Hieronymi ſenſum, proprio depoſito ſequendum, ani-* E *mum ſupra omnem docilitatem humilem? licet obiectos ei locos Scripturæ non plene conuincere, & aliter exponi poſſe ſubijciat.* Nolo, inquit, mihi dicatur pro hac ſententia (*de creatis ſigillatim ſingulis animabus:*) debere accipi quod ſcriptum eſt: qui finxit ſpiritum hominis in ipſo: & qui finxit ſigillatim corda eorum. Aliquid fortiſſimum, atque inuictiſſimum requirendum eſt, quod nos cogat Deum credere nullarum animarum, ſine culpa aliqua damnatorem. Aug. *Sic enim Pelagiani argumentabantur: ſi anima ſingulis noua creantur, non trahe-*

runt peccatum ex anima Adæ, neque ex Deo creatore, neque ex ipſa carne quæ non eſt ſubiectum peccati, nec ipſo actu coniugij legitimo, qui etſi feruidior interdum ſit, venialis tantum eſt, nec proinde poteſt infantis animam inquinare originali mortali. Vnde ſequitur infantem ſine baptiſmo morientem iniuſtè damnari. Quod vt ſolueret Auguſtinus ante determinationem Eccleſiæ, putabat nec ſine ratione probabili animas potius ex traduce fluere, & ſic peccatum ex Adamo contrahere quaſi ex radice & fonte corrupta manantes, quam ſi à Deo immediate crearentur, à quo nihil ſordidum & vitioſum procedere poteſt. Cæterùm ſic

Aug. *præſcriptos locos exponit & alios.* Tantumdem valet, vel plus eſt fortitan, creare, quàm fingere : & tamen ſcriptum eſt ; Cor mundum crea in me Deus. Nec ideo putari poteſt anima hoc loco optare ſe fieri, priuſquam aliquid eſſet. Sicut ergo iam exiſtens, creatur innouatione iuſtitiæ, ſic iam exiſtens, fingitur & conformatione doctrinæ. Nec illud quod in Eccleſiaſte ſcriptum eſt: tunc conuertetur in terram puluis, ſicut fuit, & ſpiritus reuertetur ad Dominum qui dedit illum: Iſtam confirmat ſententiam, quam volumus eſſe noſtram. Plus enim hoc ſuffragatur eis, qui ex vna putant omnes eſſe animas. Nam ſicut conuertitur, inquiunt, puluis in terram ſicut fuit : & tamen caro, de qua hoc dictum eſt, ad hominem non reuertitur, ex quo propagata eſt, ſed ad terram vnde primus homo factus eſt: ſic & ſpiritus ex illius vnius ſpiritu propagatus, non tamen ad
C eum reuertitur, ſed ad Dominum à quo illi datus eſt. Verùm quia hoc teſtimonium ita pro iſtis ſonat, vt non omnimodò huic opinioni quam defendi volo, videatur eſſe contrarium ; admonendam tantùm credidi prudentiam tuam, ne talibus teſtimoniis ex his anguſtiis me coneris eruere. Nam licet nemo faciat optandu, vt verum ſit, quod verum non eſt : tamen, ſi fieri poſſet, optarem vt hæc ſententia vera eſſet : ſicut opto, vt ſi vera eſt, abs te liquidiſſimè, atque inuictiſſimè defendatur, &c. Illam verò opinionem, quod ex vna fiant omnes animæ, non diſcutere volo niſi neceſſe ſit. Atque vtinam iſta de qua nunc agimus, ſi vera eſt, ſic abs te defendatur, vt hoc ne-
D ceſſe iam non ſit. (*Diſcutere ſcilicet.*) Quamuis autem deſiderem, rogem, votis ardentibus exoptem & expectem, vt per te mihi Dominus huius rei auferat ignorantiam : tamen ſi, quod abſit, minimè meruero, patientiam mihi petam à Domino Deo noſtro : in quem ſic credimus, vt aliqua nobis non aperiri etiam pulſantibus, nullo modo aduerſus eum murmurare debeamus. Memini prius ipſis Apoſtolis dictum : multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis illa portare modo. In his, quantum ad me attinet, etiam hoc deputem. Neque qui hoc ſciam me indignor indignum, ne hoc ipſo etiam conuincar indignior: Multa enim alia ſimiliter neſcio, quæ commemorare, vel enu-
E merare non poſſum.

Hic ſatis mirari non poſſum inſultari Auguſtini modeſtia, qui omnibus tanta tamque varia rerum omnium ſcientiá imbuunt, tantam cum ingenij ſublimitate & ſcientia profunditate animi demiſſionem vbique coniungens, omnibus ſanum aliquid ſapientibus reuerentia debuerat eſſe & ſtupori.

Atque vt pateat ſe parum curare vndecumque petenda ſit origo animæ necdum ab Eccleſia definita, modo firmiter peccatum originale à ſingulis hominibus contrahi teneatur, ſic concludit Epiſtolam. Et hoc, in-

Aug. quit, tolerabiliter ignorarem, niſi metuerem me aliqua iſtarum opinionum (*egerat etiam de corum*

A *opinione qui credebant animas ab initio creatas, à Deo ſuo tempore mitti in corpora : & aliorum dicentium animas prius in aliqua ſuperiore vita peccaſſe, & inde præcipitari in carceres corporum*) contra illud quod firmiſſima retinemus fide, incautis obreperet mentibus. Sed antequam ſciam quænam earum potius eligenda ſit, (*ex traduce, vel ex vna Adami procedentes*) hoc me non temere ſentire profiteor, eam quæ vera eſt, non aduerſari robuſtiſſimæ ac fundatiſſimæ fidei, qua Chriſti Eccleſia nec paruulos homines recentiſſimè natos, à damnatione credit niſi per gratiam nominis Chriſti, quam in ſuis Sacramentis commendauit, poſſe liberari.

In Epiſt. porro 157. ad Optatum, quid de animarum
B *origine tunc certum eſſet, quid adhuc ſalua fidei rectitudine quæri vel neſciri poſſet, declarat.* Vtrum, inquit, animæ, vt corpora propagatione naſcantur, ſintque ex illa vna quæ primo homini creata eſt. An creator omnipotens, qui vtique vſque nunc operatur, ſi nulla propagatione nouas faciat ſingulis proprias : ſinceritatem tuam ſcire volo in tam multis opuſculis meis numquam me fuiſſe auſum de hac quæſtione definitam ferre ſententiam, &c. Vt in neutram aſſertionem meus inclinetur aſſenſus, ſed adhuc inter vtramque diſceptem, nimis longum eſt hac Epiſtola exprimere, &c. Vnde ſi origo animæ lateat, dum tamen redemptio clareat, periculum non eſt. Neque enim in Chriſtum credimus vt naſcamur, ſed vt renaſ-
C camur, quomodocumque nati fuerimus. Hactenus autem dicimus ſine periculo latere animæ originem, vt non tamen eam partem Dei eſſe credamus, ſed creaturam, nec de Deo natam, ſed ab illo factam atque in eius genus adoptandam mirabili dignatione gratiæ, non parili dignitate naturæ. Nec eam corpus eſſe, ſed ſpiritum : non creatorem vtique, ſed creatum. Nec ideo veniſſe in hoc corpus corruptibile quo grauatur, quòd illuc eam vitæ in cœleſtibus, vel in quibuſlibet aliis partibus mundi antea malè geſtæ merita compulerint, &c. Illa tamen ſit fides ſalua, qua credimus, nullum hominum, ſiue maioris, ſiue paruulæ quamlibet & recentis ætatis, liberari à
D contagione mortis antiquæ, & obligatione peccati quod prima natiuitate contraxit, niſi per vnum mediatorem Dei & hominum, hominem Chriſtum Ieſum, &c.

Deinde ſub finem narratâ condemnatione Pelagij & Celeſtij per Pontifices Innocentium & Zozymum; ſubdit cauſam à nobis prætaxatam. Hi, inquit, non ideo ſunt hæretici quia dicunt animas originem de illa prima peccatrice non ducere, quod vel aliqua fortaſſis ratione vera dici poteſt, vel ſine fidei labe neſciri: ſed hinc conantur efficere, vnde omnino apertiſſimi hæretici iudicantur; animas paruulorum nihil mali ex Adam trahere, quod ſit lauacro regenerationis expiandum. Nam Pelagij S. Aug.
E de hac re argumentatio, quæ inter alia eius damnabilia, etiam litteris Apoſtolicæ Sedis adiuncta eſt, ita ſe habet; (*nota argumentum hoc in litteris Innocentij & Zozymi contentum, à quibus eſt condemnatus Pelagius* :) Si anima, inquit, ex traduce non eſt, ſed ſola caro tantùm babet traducem peccati, ſola ergo pœnam meretur. Iniuſtum eſt enim, vt hodie nata anima, non ex maſſa Adæ, tam antiquum peccatum portet alienum: quia nulla ratione conceditur, vt Deus qui propria peccata dimittit, vnum imputet alienum.

Dehinc liberum facit Optato, credere nouam animarum creationem cum Pelagio, modo cum Zozymo

& Eccleſia credat omnem animam originali peccato S. Auguſt. *obnoxiã.* Non enim, inquit, eſt falſa etiam in paruulorum baptiſmate remiſſio peccatorum, nec verbo tenus dicitur, ſed veraciter agitur. Nam vt iam verbis vtar quæ in ipſa Epiſtola beatiſſimi Antiſtitis Zozymi leguntur: fidelis Dominus in verbis ſuis: eiuſque baptiſmus re ac verbis, id eſt opere, confeſſione, & remiſſione vera peccatorum, in omni ſexu, ætate, conditione generis humani eandem plenitudinem tenet. Nullus enim niſi qui peccati ſeruus eſt, liber efficitur: nec redemptus dici poteſt, niſi qui verè per peccatum fuerit antè captiuus: ſicut ſcriptum eſt; ſi filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Per ipſum enim renaſcimur ſpiritaliter, per ipſum crucifigimur mundo: ipſius morte, mortis ab Adam omnibus nobis introductæ, atque tranſmiſſæ vniuerſæ animæ illud propagatione contractum chirograpum rumpitur, in quo nullus omnino natorum, antequam per baptiſmum liberetur, non tenetur obnoxius. In his verbis Apoſtolicæ ſedis, tam antiqua atque fundata, certa & clara eſt Catholica fides, vt nefas ſit de illa dubitare Chriſtiano.

Rurſum indeciſam de Origine animæ quæſtionem parum intereſſe ſoluere, teſtatur, modo indubitatum ſit omnem animam originale peccatum ex Adami propagatione contrahere lib. 5. cont. Iulianum cap. 3. circa finem. Vt, inquit, anima & caro pariter vtrumque puniatur, S. Aug. niſi quod naſcitur, renaſcendo emendetur, profectò aut vtrumque vitiatum ex homine trahitur, aut alterum in altero, tanquam in vaſe vitiato corrumpitur, vbi occulta iuſtitia diuinæ legis includitur. Quid autem horum ſit verum, libentius diſco, quàm dico, ne audeam docere quod neſcio. Hoc tamen ſcio, id horum eſſe verum, quod fides vera, antiqua, Catholica, qua creditur & aſſeritur originale peccatum, non eſſe conuicerit falſum. Iſta fides non negetur; & hoc quod de anima latet, aut ex otio diſcitur, aut ſicut alia multa in hac vita ſine ſalutis labe neſcitur. Magis enim curandum eſt, ſiue in paruulis, ſiue in grandibus quo anima ſanetur auxilio, quam quo vitiata ſit merito. Quæ tamen ſi vitiata negabitur, nec ſanabitur.

Imponitur item Auguſtino, dum ſcribitur Pelagius certo ſenuiſſe animam non ex traduce transfundi, ſed à Deo creari: vt dubius enim loquebatur de anima Pelagius. Quod expreſſè notanit Auguſt. lib. 3. de pec- S. Aug. *catorum merit. cap. 10.* Attende, inquit, obſecro te, quemadmodum circunſpectus vir Pelagius, nam ex eius libro hæc quæ modò poſui verba tranſcripſi, ſenſit quàm in difficili de anima quæſtione verſetur. Non enim ait, quia anima non eſt ex traduce: ſed ſi anima non eſt ex traduce, ſed ſola caro, ipſa tantùm habet traducem peccati, & ipſa ſola pœnam meretur. Rectiſſimè faciens, de re tam obſcura, de qua nulla in Scripturis ſanctis certa & aperta teſtimonia poſſumus inuenire, aut difficilè poſſumus, cunctanter loqui, potius quàm fidenter. *Vbi quæſo ſuper hac re in Pelagium querela? Vbi inſultatio, & non potius cunctationis & prudentiæ in re obſcura definienda laudatio? Hæreticus nimirum laudibus effertur, & depretiatur Sanctiſſimus Doctor Auguſtinus. Quo fine ſcit Dominus. Eſto autem, magis Auguſtinus inclinauerit in partem animarum ex traduce propagatarum, quòd ex hac opinione facilius & Dei iuſtitiam, & peccati originalis in omnes animas deriuationem intelligeret, non priuato ſuo ſenſu, ſed communi totius Occidentalis Eccle-* A *ſiæ, necdum à Deo circa hanc difficultatem illuminatæ, quid inde inſultatur Auguſtino? Quid de fide tum fuiſſe perperam & ſine fundamento iactatur, debuiſſe eum credere animas à Deo immediatè ex nihilo creatas: & quod longe durius auditu, idipſum per Concilia Auguſtini tempore fuiſſe determinatum: cum certum ſit in poſtremis tantùm his ſæculis, vt diximus, fuerit in Concilio Lateranenſi ſub Leone 10. à centum quinquaginta annis definitum. Quod vt clarius innoteſcat; ipſius Auguſtini verba refero, ſic Optato ſcribentis circa finem Epiſtolæ 157. Nec ex ſuo ſenſu, ſed ipſius Hieronymi iam tum animarum creationem* Aug. *ſentientis.* A me, inquit, cùm quæſiſſet amicus mihi chariſſimus, & diuinarum ſtudioſiſſimus litte- B rarum, quid de hac quæſtione ſentirem, eique remota verecundia, hinc æſtus meos & ignorantiam falſus eſſem, ſcripſit, inde longè trans mare ad doctiſſimum virum (*Hieronymum*) cui reſcripſit ille, vt potius me conſuleret, neſciens quod iam feceram, nec aliquid à me certum, ac definitum audire potuerat. *Respondeatur hic mihi, ſi vel in Oriente, vbi tum verſabatur Hieronymus, vir vtique Doctiſſimus & Catholicæ veritatis tenaciſſimus, aliquod Concilium ſuper ea re ſanxiſſet, an non ex certo ſcripſiſſet amico Auguſtini, nihil de hoc dubitandum,* C *ſed certa fide tenendum vtpote ab Eccleſia per Concilium definitum, animas non ex traduce propagari, ſed à Deo immediatè ex nihilo creari? An illum ad Auguſtinum interrogandum miſiſſet de huiuſmodi quæſtione, quam ſolutam & definitam indubie reſcribere debuiſſes? Sed quid ſubiiciat Auguſtinus, attende.* Significauit tamen, inquit, in eadem breui Epiſto- Aug. la ſua, ſe potius fieri, quam propagari animas credere, ſimul etiam admonens animarum propaginem, quia ipſe in Oriente eſt, Occidentalem Eccleſiam ſolere ſentire. *En vt totus Oriens & Occidens nihil adhuc liquido credit & tenet de animæ origine. En vt Occidentalis Eccleſia animarum propaginem cum Auguſtino ſentire ſolet, & vnus tamen ex tota Eccleſia Latina eligitur Auguſtinus, cui ſine cauſa inſultetur. Proſequitur modeſtia ſolita, de Hiero-* Aug. *nymo loquens:* Hac ego maiore occaſione comper- D ta, ſcripſi ad eum non breuem librum, (*prolixam intellige Epiſtolam 28.*) conſulens eum & petens, vt prius me doceat, & tunc ad me mittat quos doceam. Qui liber meus, non vt Doctoris, ſed inquiſitoris, & potius diſcere cupientis, apud me legi poteſt: mitti verò vſpiam non debet, vel cuiquam foras dari, niſi cùm reſcripta Domino adiuuante percepero: id quod ille ſentit, promptiſſimè ac libentiſſimè defenſurus, ſi me docere potuerit, quomodo animæ non ex Adam veniant, & tamen ex illo iuſtam ſortem damnationis inueniant, niſi ad remiſſionem peccatorum renaſcendo perueniant.

Quantum ab aduerſariis Auguſtini eiuſque doctri- E *na contemptu abfuerit D. Hieronymus, eadem Epiſtola 28. quæ tota eſt de inquiſitione originis animæ, & 29. de loco Epiſtolæ Iacobi Apoſtoli, teſtatur in reſponſione ſua quæ eſt Epiſtola 30. apud Auguſtinum.* Domino verè Sancto, & omni mihi affectione Venerabili Papæ Auguſtino Hieronymus in Chriſto ſalutem. Virum honorabilem fratrem meum filium dignationis tuæ Oroſium Preſbyterum, & ſui merito, & te iubente ſuſcepi, &c. *Lator fuerat Oroſius Epiſtolarum*) duobus libellis tuis, quos meo nomine dedicaſti, eruditiſſimis, & omni eloquentiæ ſplendore fulgentibus ad tempus reſpondere non potui. Non quod quicquam in illis reprehendendum putem) *& certe multum repra-*

hendendus fuiſſet, non tantum quod contra ipſum Hieronymum, ſed multo amplius contra Conciliorum & Eccleſiæ fidem ſcripſiſſet, quæ Hieronymus vſque non ignoraſſet:) ſed quia iuxta Apoſtolum, vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundat, alius quidem ſic, alius autem ſic. Certè quicquid dici potuit, & ſublimi ingenio de ſcripturarum ſanctarum hauriri fontibus, à te poſitum, atque diſſertum eſt. Sed quæſo reuerentiam tuam, parumper patiaris me tuum laudare ingenium. Nos enim inter nos eruditionis cauſa diſſerimus. Cæterùm æmuli, & maximè hæretici, ſi auerſas inter nos ſententias viderint, de animi calumniabuntur rancore deſcendere. Mihi autem decretum eſt te amare, te ſuſpicere, colere, mirari, tuaque dicta quaſi mea defendere. *Longè alia vox, calamus, animus Hieronymo viriſque doctiſſimis, ab æmulis & obtrectatoribus. Nec pigebit hanc quæſtionem claudere eiuſdem beati Hieronymi verbis, in eius Epiſt. apud Auguſtinum 27. in qua ſcribit Marcellino & Anapſychiæ de origine animarum interrogantibus.* Super animæ ſtatu memini veſtræ quæſtiunculæ, imò maximè Eccleſiaſticæ quæſtionis: (*necdum ergo diſinitum erat, ſed tantùm quæſtione variâ ventilatum in Eccleſia:*) vtrum lapſa de cœlo ſit, vt Pythagoras Philoſophus, omneſque Platonici, & Origenes putant, anima. An à propria Dei ſubſtantia, vt Stoici, Manichæus, & Hiſpaniæ Priſcilliani hæreſes ſuſpicantur. An in theſauro habeantur Dei olim conditæ, vt quidam Eccleſiaſtici ſtultâ perſuaſione confidunt. An quotidie à Deo fiant, & mittantur in corpora, ſecundum illud quod in Euangelio ſcriptum eſt: Pater meus vſque modo operatur, & ego operor. An certè ex traduce, vt Tertullianus, Apollinaris, & maxima pars Occidentalium autumant: vt quo modo corpus ex corpore, ſic anima naſcatur ex anima, & ſimili cum brutis animantibus conditione ſubſiſtant, *(magna tamen differentia, nam Auguſtinus Epiſt. 28.*
Aug. *Quid, inquit, de anima firmiſſimè teneam, non tacebo; anima hominis immortalis eſt, &c.)* Super quo quid mihi videatur in opuſculis contra Ruffinum ſcripſiſſe me noui. *Nec tamen ſua in hac ſententia, de anima à Deo creatione, ſed Auguſtino potius credendum, eumque ſuper hoc interrogandum eſſe ſubiecit.* Certè, inquit, habes ibi virum ſanctum, & eruditum, Auguſtinum Epiſcopum, qui viuâ, vt aiunt, voce, docere te poterit & ſuam, imò per ſe noſtram explicare ſententiam. *Nec dubito aduerſantes Auguſtino, aliter ſcripturos fuiſſe, ſi negotium, de quo hic, accuratius & penitius inſpexiſſent. Vnum optandum eſt, vt Patrum veterum exemplo, modeſtius in poſterum ac religioſius de tanto Doctore loquantur, & ſcribant.*

An animas Iuſtorum à regno cæleſti & viſione Dei, ad iudicium vſque ſuſpendi, ſcripſerit cum Tertulliano, Auguſtinus.

TErtulliani errorem in hac cauſa proprio loco in Alphabeto errorum eius accuratius excuſſuri multis & expreſſis in contrarium Auguſtini ſententiis, hic tantùm vnam referam ex libro 1. de peccatorum meritis cap. 20. Vbi agit de paruulo, poſt ſuſceptum baptiſma moriente. Si, inquit, percepto baptiſmate de hac vita emigrauerit, ſoluto reatu;
Aug. cui originaliter erat obnoxius, perficietur IN ILLO LVMINE VERITATIS, quòd incommuta-
A biliter manens, IN ÆTERNVM IVSTIFICATOS PRÆSENTIA CREATORIS ILLVMINAT. *Et quid eſt*, in lumine videre lumen. Deum videre facie ad faciem, *frui viſione beatificâ; Quàm, vt ait Auguſtinus*, perfici in lumine veritatis, in æternum præſentia illuminari Creatoris? *Cuius gloria eſſentialis cauſam ſubijcit, ſine vlla mora, & dilatione beatificam Dei præſentiam*: Peccata enim, inquit, ſola ſeparat inter homines & Deum, quæ ſoluuntur Chriſti gratia, per quem mediatorem reconciliamur, cùm iuſtificat impium. *Quòd ſi duo ſunt quæ animam iuſti ab intima Dei præſentia & clara Dei viſione retardant: vita præſens, & mortalitas carnis, de qua dixit Deus*: non videbit me homo &
B viuet: *& reatus culpæ vel pœnæ; certè cùm infans in baptiſmo, vel quilibet iuſtus pœnitentiæ, & bonorum operum lauacro, prorſus à culpa & pœna liber per indulgentias ſatisfactione debita præſtita decedit, ſtatim abſque mora in cælum migrat, & Dei viſione potitur: vel ſaltem ſi quas peccati reliquias moriens vſque ad nouiſſimum quadrantem expiatricibus purgatorij flammis eluerit, ſtatim beatus mundo corde, quoniam ipſe Deum videbit. Hinc decernitur in Concil. Flor. in decreto de baptiſmo.* Baptizatis nulla pro peccatis præteritis iniungenda eſt ſatisfactio, ſed morientes antequam culpam aliquam committant, ſtatim ad regnum cælorum & Dei viſionem perueniunt, *hic tantùm rem notatu digniſſimam à doctiſſi-*
C *mo viro Frizonio Doctore Theologo facultatis Pariſienſis tuſa Gallia purpurata relatam lib. 1. in Ioanne 22. retexo.* Ioannes, inquit, pro concione recitauit, Tertulliani, Lactantij, Victorini, Prudentij, Bernardi, & Græcorum Iuſtini Martyris, Irenæi, Origenis, Theodoreti, Oecumenij, Theophylacti, Euthymij opinionem, de viſione Dei nondum ab Eccleſia damnatam, diſſerendo, non decernendo, dixit animas vſque ad diem iudicij præſtolari. *Hic miror erudtiſſimum Pontificem, inter tot Eccleſiæ Orientalis & Occidentalis Patres, Tertulliani opiniones vel præcedentes, vel ſubſequentes, nullam prorſus Auguſtini feciſſe mentionem, ſi inter eos recenſendus fores qui vel in Enchiridio ad Laurentium*
D *c. 108. quem Author tam in corpore ſui libri quàm in margine profert, ſiue in aliis libris quos ipſe nuſquam legiſſe conuincitur, ſcripſiſſet ac docuiſſet animas iuſtorum à beatifica viſione differri vſque ad tempus iudicij.*

Pergit ibidem Frizonius: Multi Doctores Pariſienſes, & Dominicani, litteras ad Pontificem miſere dogmaticas. Quæſtio propterea mota, an diuorum animæ è ſæculo commigrantes intuitiuè, vt loquûtur Theologi, diuinam eſſentiam, ſeu facie ad faciem, vt ſanctus Paulus, videant & contemplentur antè anaſtaſim; an verò tantùm Chriſti humanitatem. Certiſſimum eſt, Sanctorum animas in cœlum recipi, & frui viſione Dei in-
E tuitiuâ. Ita docuerunt Vrbanus quartus, Clemens 4. Gregorius 10. Nicolaus 3. & Nicolaus 4. ante Ioannem 22. Vnde ſanctus Hieronymus in Epiſtol. ad Magnum Orat. Roman. dixit Victorino Martyri in eius libris eruditionem, non eruditionis voluntatem defuiſſe. Docuerat enim Victorinus, Sanctorum animas ſub terra eſſe, & eorum in nouiſſimo die remunerationem venturam. *Tum claudit hanc cauſam conſtitutione ab ipſo facta, & litteris eadem cauſa ſcriptis Francorum Regi.* Ante obitum edidit Conſtitutionem tertio Nonas Decembres, Pontificatus anno vltimo, quâ aſſeruit animas Sanctorum videre diuinam eſſentiam facie ad faciem. Antea ſcripſerat Pariſios ad Regem ſuper ea re. *Inſcriptio litteræ*

hac ſuit, Regi Franciæ illuſtri. Litteras Regias A ſuper reſponſione cæterorum Prælatorum accepimus. Adhuc in eiſdem Regiis vidimus contineri, quod à pluribus dicebatur, quòd nos miſeramus dilectum filium Geraldum Othonis, Generalem Miniſtrum fratrum Minorum Pariſios, ad docendum & prædicandum, quòd animæ ſeparatæ à corpore, & à peccatis purgatæ, diuinam eſſentiam vſque poſt reſurrectionem corporum non videbant. Ad quod dicimus, & aſſerimus coram Deo, quòd nunquam hoc ter noſtrum intrauit, nec exiuit ab ore; imò ſupponebamus firmiter, quod inibi latè expoſitâ legatione ſuâ excellentiæ Regiæ, eiuſque audito beneplacito, an vellet pro eodem negotio aliquos B nuntios vel aliquem deſtinare, &c. Et quia procuratorem prædictum Regis Scotiæ Pariſius credimus adhuc eſſe, excellentiam Regiam precamur attentè, vt cum dicto procuratore ſe informare debeat de præmiſſis: & ſi hæc quæ præmiſimus inuenerit eſſe vera, velit celſitudo Regia relatoribus talibus minorem in aliis fidem adhibere. Datum Auenione 6. Idus Martij anno 18. *Certè ſi ſuperſtes eſſet Auguſtinus ab hac ſe calumnia non minus verè purgaret, quàm Ioannes 22. Sed ſuperſteſ eſt in libris ſuis, & per ſe calumnia diluitur, vt ſatiatiſſimè præmiſſo loco probaui. Vnum eodem cum* C *Pontifice rogo, vt quiſquis huiuſmodi in Auguſtinum ſcripta legerit*, & ſi hæc quæ præmiſimus inuenerit eſſe vera, velit relatoribus talibus minorem in aliis fidem adhibere.

Baptiſmum ne ioco datum, validum, nec repetendum affirmauerit S. Auguſtinus.

TErtullianum videbimus baptiſmum hæreticorum prorſus reiicientem, & D. Cyprianum eius diſcipulum eundem baptiſmum vt irritum; proindeque baptizandum ab hæretico baptizatum ſentientem: cuius exemplo & authoritate ſubnixi Donatiſtæ rebaptizabant, ſed cum eo vnitatem Eccleſiæ non ſer- D *uabãt; quod eis exprobrat Auguſt. l. 2. de baptiſmo con-*
S. August. *tra Donatiſtas c. 7.* Nolite, inquit, nobis authoritatem obijcere Cypriani ad baptiſmi repetitionem, ſed tenete nobiſcum exemplum Cypriani ad vnitatis conſeruationem. Nondum enim erat diligenter illa baptiſmi quæſtio pertractata; ſed tamen ſaluberrimam conſuetudinem tenebat Eccleſia, in ipſis quoque ſchiſmaticis & hæreticis corrigere quod prauum eſt, non iterare quod datum eſt; ſanare quod vulneratum eſt, non curare quod ſanum eſt. Quam conſuetudinem credo ex Apoſtolica traditione venientem, ſicut multa non inueniuntur in litteris eorum, neque in Conciliis poſteriorum, & tamen quia per vniuerſam cu- E ſtodiuntur Eccleſiam, non niſi ab ipſis tradita, & commendata creduntur. Hanc ergo ſaluberrimam conſuetudinem, per Agrippinum prædeceſſorem ſuum dicit ſanctus Cyprianus quaſi cœpiſſe corrigi. Sed ſicut diligentius inquiſita veritas docuit, quæ poſt magnos dubitationis fluctus, ad plenarij Concilij confirmationem perducta eſt, verius creditur per Agrippinum corrumpi cœpiſſe, non corrigi. Irruenti itaque tam magna quæſtione, eùm de remiſſione peccatorum, & de ſpiritali hominis regeneratione vtrum poſſet apud hæreticos, vel apud ſchiſmaticos fieri, difficilè ratio redderetur, & præ ederet authorita

A Agrippini, & nonnul[illegible]rum q[illegible] hominum in hac quæſtione def[illegible] maluerunt aliquid nouum moliri, [illegible] conſuetudinem, cuius defenſionem non [illegible]gebant, irruerunt in oculos animæ v[illegible] tiones, & intercluſerunt iter peruestig[illegible]dæ v[illegible]tatis.

Pergit in excuſatione Cypriani quòd inde rationes prævalere ſibi viderentur conſuetudini malæ, inde etiam quod paratus eſſet rationibus in contrarium melioribus cedere. Ibidem cap. 8. Quia, inquit, tunc A non extiterant, niſi qui ei conſuetudinem opponerent; defenſiones autem ipſius co[illegible] non tales afferrent, quibus illa t[illegible] B moueretur; noluit vir grauiſſimus rationes ſuas, etſi veras, quod eum l[illegible]bat, ſed tamen non victas, veraci quidem, ſed tamen nondum [illegible]ertæ *cognita veraci & ab Apoſtolis tradita* conſ[illegible] cedere. Quam tamen conſ[illegible] niſi prior a[illegible]te Agrippinus, & nonn[illegible] per Africam C[illegible] copi eiu[illegible], etiam per Co[illegible] diſſerere tentauiſſent, non auderet iſte ſaltem ratio [illegible] aduerſus eam, ſed in tam obſcura quæſtione tu[illegible]batus, & [illegible] robi[illegible] qu[illegible] conſuetudinem, coarct[illegible] ſe potu[illegible], & C ce & intentione m[illegible] Deum [illegible] quod p[illegible] plenario Concilio vi[illegible] eſt, id verum [illegible] perſpic[illegible] & doceret. Sed cum fatigatum [illegible]cedentis C[illegible] quod per Agrip[illegible] eſt, exc[illegible] authoritas, maluit prædec[illegible] ſuorum tanquam inuentum de[illegible], q[illegible]quirendo amplius l[illegible]borare. Nam in fine E[illegible]ſtolę ad Q[illegible]ntum id oſtendit, in qu[illegible] le[illegible]ctulo au[illegible]oritatis, qu[illegible] Quod quidem, inquit, & Agrippinus bonæ memoriæ vir cum c[illegible] C[illegible] Epiſcopi [illegible], qui in illo tempore in Prouincia Africa, & Numid[illegible] Eccl[illegible] Domini gubernabant, ſta[illegible], & deliber[illegible] C[illegible]cilij communi [illegible] firm[illegible] ſ[illegible]tentiam religioſam & l[illegible]gitimam, [illegible] fid[illegible] & Eccl[illegible]ſiæ Catholicæ congru[illegible] etiam ſecuti ſumu[illegible]. *Tum verò ſic rurſum l[illegible]* D *excuſa Cyprianum cap. 9.* Hâc, inquit, A [illegible] oſtendit mul[illegible] magi[illegible] turum, ſi quod de h[illegible] Concilium factum eſſet. Nondum [illegible] factum [illegible] conſuetudin[illegible] robore t[illegible]batur orbis terrarum, & hæc ſol[illegible]batur ind[illegible] nouitatem quia [illegible] apprehe[illegible] veritatem. Poſtea tamen d[illegible] inter multos ex [illegible]que parte tract[illegible] & [illegible]tur, non ſolum in[illegible]ent[illegible]eſt, ſed etiam ad pl[illegible] Conc[illegible] authoritatem roburque perduct[illegible], p[illegible]ſt Cypriani [illegible] paſſionem, ſed a[illegible] na[illegible] mus, &c. Quapropter illud [illegible] conſider[illegible] quod omnibus patet: ſi [illegible] E Cypri[illegible] ſequenda eſt, magi[illegible] eſſe in vnitate ſeruanda, quàm in Eccleſiæ [illegible] ſ[illegible]tudine commutanda. Si autem Co[illegible] eiu[illegible] att[illegible]ditur, huic eſt vniuerſæ Eccl[illegible] ſterius Concilium præponendum, cu[illegible] brum gaudebat, & v[illegible] in totius corporis compage retinenda cæteri imitarentur, ſæpiu[illegible] admonebat. Nam & Con[illegible]lia poſteriora prioribus apud poſteros præponuntur, & vniuerſum p[illegible]bus ſemper iure optimo præponitur.

Sed quorſum iſta? quid tot & tanta hoc loco in Cypriani excuſationem ab Auguſtino tranſcripta? Quid tandem in eius defenſione proficiunt? Multum quidem per omnem modum. *Primò vt miremur, imitemur-*

temurque Sanctiſſimi Patris Noſtri, in Patribus etiã errantibus, ſi quis locus eſt, excuſandis benignitatem; deteſtemur & fugiamus in eos inſultantium inſolentiam; in culpandis ſi fort apertius grauiuſque errauerint, cautam piamque Aug. modeſtiam præ oculis habeamus. Secundò vt in cauſa, de qua contra Auguſtinum agitur, aduertamus, & ſequamur, in rebus nec dum ab Eccleſia definitis, ſenſus proprij præproperè ſcribendi, & loquendi, iuxta Iacobum tarditatem. Tertiò indubiè, vti de Cypriano ſuſpicatus eſt, ſecundùm charitatis, nil perperam agentis, non cogitantis malum, omnia in melius interpretantis affectum, habeamus & ad Deum, & orationem recurſum. Quartò diſcamus conſuetudinem & traditionem Eccleſiaſticam ſequi, & Concilij maximè plenarij in nondum definitis expectare ſententiam. Quintò ſciamus, propter odium Donatiſtarum rebaptizantium, quos tùm maximè exagitabat, & ob recentem rebaptizantium errorem, nouiſſimè Concilio Generali condemnatum, ſummopere cauiſſe, ne baptiſmum ioco datum iterandum temerè affirmaret. Cæterum Auguſt. Ep. 48 ad Vincentium. Et l. 2. de baptiſmo cont. Donat. c. 4. putat Cyprianum ante obitũ errorem depoſuiſſe. Quantò, inquit, citius ipſe cum Concilio Prouinciæ ſuæ, vniuerſi orbis authoritate, patefactâ veritate, ceſſiſſet, quia profectò & vni verum dicenti, & demonſtranti poſſet facillimè conſentire tam ſancta anima, tam pacata, & fortaſſe factum eſt, ſed neſcimus, &c. Ideo plerumque doctioribus minus aliquid reuelatur, vt eorum patiens & humilis charitas, in qua fructus maior eſt, comprobetur: vel quo modo teneant vnitatem, cùm in rebus obſcurioribus diuerſa ſentiunt; vel quo modo accipiant veritatem, cùm contra id quod ſentiebant, declaratum eſſe cognoſcunt? Quorum duorum manifeſtatum tenemus vnum in beato Cypriano: id eſt quomodo tenuerit vnitatem cum eis à quibus diuerſum ſentiebat. Ait enim, neminem iudicantes, aut à iure communionis aliquem, ſi diuerſum ſenſerit, amouentes. Alterum autem, id eſt quomodo accipere potuerit veritatem, contra id quod ſentiebat inuentam: & ſi litteræ tacent, merita clamant; ſi Epiſtola non inuenitur, corona teſtatur: ſi Concilium non indicat Epiſcoporum, conſortium indicat Angelorum. Non enim paruum documentum eſt pacatiſſimæ animæ, in ea vnitate martyrium meruiſſe, vnde ſe diuerſum ſentiens noluit ſeparare. Homines enim ſumus; vnde aliquid aliter ſapere quàm ſe res habet, humana tentatio eſt: Nimis autem amando ſententiam ſuam, vel inuidendo melioribus vſque ad præcidendæ communionis, & condendi ſchiſmatis, vel hæreſis ſacrilegium peruenire, diabolica præſumptio eſt: in nullo autem aliter ſapere, quàm res habet, Angelica perfectio eſt. Quia itaque homines ſumus, ſed ſpe Angeli ſumus, quibus æquales in reſurrectione futuri ſumus, quandiu perfectionem Angeli non habemus, præſumptionem diaboli non habeamus. Ideo dicit Apoſtolus, tentatio vos non apprehendat, niſi humana. Humanum eſt ergo aliquid aliter, quàm ſe res habet ſapere. Propterea dicit alio loco: quotquot ergo perfecti, hoc ſapimus, & ſi quid aliter ſapitis, hoc quoque vobis Deus reuelabit.

Aug.

Iam ex præmiſſis regulis modeſtiæ & charitatis S. Auguſt. inducemus, & primò, vtrum verum ſit quod ei imponitur de baptiſmo ioco dato diſcutiamus; & an decreto Eugenij in Concilio Florent. §. hæc omnia. & Tridẽt. ſeſſ. 7. Can. 11. damnatus ſit error eius, diſcutiamus.

Err. Imput. Tert. & Aug.

Libro itaque 7. de bapt. c. 53. Solet, inquit, quæri; vtrum approbandum ſit baptiſma, quod ab eo qui non accepit, accipitur, ſi fortè hoc curioſitate aliqua didicit, quemadmodum dandum ſit; & vtrum nihil interſit, quo animo accipiat ille cui datur, cum ſimulatione, an ſine ſimulatione: ſi cum ſimulatione, vtrum fallens, ſicut in Eccleſia, vel in ea quæ putatur Eccleſia: an iocans, ſicut in mimo: & quod ſit ſceleratius, in Eccleſia fallaciter accipere; an in hæreſi, vel ſchiſmate, ſine fallacia, id eſt animo non ſimulato: & vtrum in hæreſi fallaciter, an in mimo cum fide, ſi quiſquam inter agendum (*ea ipſa actitatione mimica*) repentinâ pietate moueatur. Quamquam talem, ſi etiam illi conferamus qui in ipſa Catholica fallaciter accipit, mirum ſi dubitatur, quis cui præferendus ſit. Quid enim proſit animus veraciter dantis, fallaciter accipienti non video. Sed arbitremur etiam fallaciter aliquem dantem cùm & tradens, & accipiens fallaciter agunt in ipſa vnitate Catholica; vtrum hoc magis baptiſma ſit acceptandum, an illud quod in mimo datur, ſi quis exiſtat fideliter ſubitò accipiens commotus; quantum ad ipſos quidem attinet homines, plurimum diſtat inter credentem in mimo, & irridentem in Eccleſia; ad ipſius autem Sacramenti integritatem, nihil intereſt. (*Poſito quòd materia, & forma non differat*) ſi enim nihil intereſt ad integritatem Sacramenti in ipſa Catholica, vtrum id aliqui fallaciter, an veraciter agant, cùm tamen hoc idem vtrique agant; cur extra interſit non video: quando ille qui accipit, non ſimulatione palliatus, ſed religione mutatus eſt. An plus valent ad confirmandum Sacramentum, illi veraces inter quos agitur; quàm ad fruſtrandum illi fallaces à quibus agitur, & in quibus agitur? Et tamen ſi poſtea prodatur, nemo reperit; ſed aut excommunicando punitur illa ſimulatio, aut pœnitẽdo ſanatur. Sed nobis tutũ eſt eſt, in ea non progredi aliqua temeritate ſententiæ, quæ nullo in Catholico regionali Concilio cœpta, nullo plenario Concilio terminata ſunt: id autem ſit cura, ſecurę vocis aſſerere, quod in gobernatione Domini Dei noſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti vniuerſalis Eccleſiæ conſenſione roboratum eſt. Veruntamen, ſi quis fortè me in eo Concilio conſtitutum, vbi talium rerum quæſtio verſaretur, non præcedentibus talibus, quorum ſententias ſequi mallem, vrgeret vt dicerem quid ipſe ſentirem: ſi eo modo affectus eſſem, quo eram, cùm iſta dictarem, nequaquam dubitarem habere eos baptiſmum, qui vbicumque, & à quibuſcumque illud verbis Euangelicis conſecratum, ſine ſua ſimulatione & cum aliqua fide accepiſſent: quanquam eis ad ſalutem ſpiritalem non prodeſſet, ſi charitate caruiſſent; quà Catholicæ inſererentur Eccleſiæ. *Vide lector vbique Auguſtini modeſtiam. Vide huc vſque claram & perſpicuam eius mentem. Quod autem aſſerit, nihil intereſſe, fallaciter an veraciter, intra vel extra Eccleſiam, à Catholico vel hæretico dari, prodeſſe tamen quantum ad valorem neque repetendum, etiamſi fallaciter ſuſcipiatur; proculdubio intelligit, non fallaciam in materia, & forma. aut intentione miniſtri, qui vel non intenderet facere quod facit Eccleſia, vel in alia materia quàm aqua elementari, vel forma corrupta eſſentialiter, daret; ſicut Canone 46. Apoſtolorum tale baptiſma corruptum ab hæreticis prohibetur; & in Conc. Niceno 1. Can* 19. De Paulianiſtis (*id eſt Pauli Samoſateni ſectarijs qui formam corrumpebant, Chriſtum purum hominem docentes*) ad Eccleſiam Catholi-

S. Aug.

cam confugientibus, definitio prolata eſt, vt baptizentur omnimodis. *Sed fallaciam innuit & dantis, & accipientis, qui cum in hæreſi eſſet Donati vel alterius, quam putaret & iactaret veram eſſe Eccleſiam, & ſic falleret ſemetipſum, tamen intenderet facere quod facit Eccleſia, & materiam & formam Eccleſia vera ſeruaret. Vel fallaciam accipit miniſtri vel recipientis, qui ſimulat pietatem. Vnde communiter Scholaſtici dicunt, quod qui ſimulato & ficto animo baptiſma ſuſcipit, hoc eſt volens quidem baptizari & Catholicus fieri, non vult renuntiare peccato, recipit quidem characterem, ſed non percipit Sacramenti gratiam, quam depoſita, & recedente huiuſmodi fictione, & peccati obſtaculo, tunc cùm verè ad Deum conuertitur, recipit.*

Maior difficultas eſt in ſequentibus: Vbi autem, inquit, neque ſocietas vlla eſſet ita credentium, neque ille qui ibi acciperet, ita crederet; ſed totum ludicrè, & mimicè ageretur, vtrum approbandus eſſet baptiſmus, qui ſic daretur; diuinum iudicium per alicuius reuelationis oraculum, concordi oratione, & impenſis ſupplici deuotione gemitibus implorandum eſſe cenſerem. Ita ſanè, vt poſt me dicturos ſententias, ne quid iam exploratum & cognitum afferrent, humiliter expectarem: quantò magis ergo nunc, ſine præiudicio diligentioris inquiſitionis, vel maioris authoritatis iſtud dixiſſe accipiendus ſum? *Et hic tamen magnum præiudicium honoris infertur Auguſtino, qui currente calamo ſibi hanc quæſtionem obyciens, ſine præiudicio diligentioris inquiſitionis, repente reſpondit, in dubio, diuinum implorandum auxilium, & ipſi à Catholicis cum ludibrio inſultatur.* — S. Auguſt. (margin)

Aduertamus, quæſo, tanta ſcientia, tantaque animi præſentia & perſpicacitatis ingenij virum, non ſine cauſa ſuum in huius dubij ſolutione ſuſpendiſſe iudicium; ne reprobans baptiſmum, qui totus ludicrè, mimicè & ioculariter ageretur, incideret in rebaptizantium errorem, qui tunc maximè reprehendebatur ab ipſomet, in Donatiſtis. Ad hæc, baptiſmi materiam nouerat aquam, ſecundum Hieronymum, & Tertullianum, ab exordio mundi Spiritus ſancti vehiculum, qui cùm ſuperferretur aquis, *eas iam tum Sanctus ſanctificans, lauacro ſalutari baptiſmi deſtinabat. Recolebat & Chriſtum Dominum Iordanis aquas proprio ſanctificaſſe baptiſmo, eodem Spiritu ſancto, Sanctum Sanctorum in ſpecie vngente columba. Cogitabat eundem Chriſtum inſtitutorem Sacramenti, materiam eius & formam Apoſtolis præſcripſiſſe, dicendo:* Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, &c. *Et rurſum, in ipſo aſcenſu in cælum procinctu, dixiſſe diſcipulis:* Euntes docete omnes gentes baptizantes eos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. *Didicerat à Sapiente, quia* ſermo illius poteſtate plenus eſt. *A pſalte hauſerat, quòd* fidelis Deus in omnibus verbis ſuis; & quæ procedunt de labiis ſuis non faceret irrita.

Hæc apud ſe recogitans, & nullam habens Eccleſiæ definitionem, baptiſmum ioco datum irritantem, quid faceret? Quò, niſi ad Deum, & orationem ſe conuerteret? Præterea noſſe poterat, quod ſancto Athanaſio puero inter pueros ludenti & mimicè vtique, ſicut grandiorum, & maturarum actionum mimi ſunt & ſimiæ pueri, acciderat, baptiſmum coëuis ſuis miniſtranti. Referente quippe Ruffino, libro primo, cap. 14. & Sozomeno libro ſecundo, cap. 16. cùm Athanaſii ſocij Presbyteros & Diaconos ſingerent, & quæ in Eccleſiis fieri ſolent, actitarent, ipſe Epiſcopum A *agens, aliquos Catechumenos baptizauit. Quæ videns omnium Alexander Patriarcha Alexandrinus, eademque ritè & iuxta morem Eccleſiæ geſta intelligens, ſtatuit eos non eſſe rebaptizandos, ſed tantùm ſupplenda quæ à Sacerdotibus agi ſolent. Athanaſium verò cum aliis inſtruendum primò tradidit; deinde eum conſiliatorem ſuum & ſcribam fecit. Qui tamen & ipſe in vita Sancti Antonij, non ſemper cum Alexandro manſiſſe, ſed profectum in eremum magno illi Antonio ſe adhæſiſſe teſtatur. Hic quæro quid ageret Athanaſius puer, niſi ludum & iocum, vſque ad ipſum Epiſcopi perſonam? Sed quia materiam & formam baptiſmi applicabat, & rogatus quid vellet agere, hoc inquit, quod vidi in Eccleſia factitari, ideo baptiſmum huiuſmodi Patriarcha noluit reprobare.* B *Sed de gentilibus, & extra Eccleſiam & fidem poſitis eſt ſermo. Penſitat Auguſtinus & iure non vult præcipitare ſententiam. Supponit enim idem prorſus, ſeculariter licet, inter eos fieri circa baptiſma, quod fieri ſolet in Eccleſia.*

Quid ſi non tantùm ioco, ſed in ipſius Eccleſiæ ludibrium intendat tam conferens, quàm ſuſcipiens facere quod facit Eccleſia, & de facto faciat quod facit Eccleſia, quid reſpondeat Auguſtinus in ancipiti mentis angina, hinc iocum & multò amplius ludibrium S. Matris Eccleſiæ, & tanti myſterij ſacrilegam peruſus prophanationem: inde inſcrutabile Dei iudicium, potentiam omnem defectum ſupplere valentem, ſapientiam prudentum, prudentiam infatuantem, miſericordiam Chriſti etiam pro ſubſannatoribus C *ſuis in cruce orantem, & cum ſanguine aquam ex latere in baptiſma ſalutare fundentem; quid inquam certi in incerto hactenus articulo pronunciet, ac non magis humilis & deuotus oratione ſupplici diuinum expectet oraculum?*

Quin etiam probabiliſſimum eſt, dubia fuiſſe cogitatione fluctuantem, quomodo propoſita nodum difficultatis ſolueret, nec baptiſmum huiuſmodi irritum liquidò declararet, cum centum circiter annis priuſquam hæc ſcriberet, caſus ſimilis accidiſſet, Anno Chriſti 303. quem refert Martyrologium Romanum 25. Auguſti & acta eius apud Surium tom. 4. ſub Diocletiano & Maximiano Imperantibus, Anno 20. Et Marcellini Papæ octauus Geneſius mimus, imperatore ſpectante, cum in theatro in lecto D *decumbens fingeret ſe velle ſuſcipere baptiſmum, aliis aſtantibus miniſtros agentibus, repente Dei virtute mutatus eſt, Angelo ſibi reuelante omnia anteacta vita peccata aquâ ſalutari diluenda, ſi verè Chriſtum induere proponeret, ſeriò agere cœpit quod ioculariter hactenus actitauerat: vſque adeo vt ſe Chriſtianum publicè proclamans & Imperatorem, populumque ab idolorum cultu ad Chriſti fidem abducere tota vocis & animi contentione laborans, poſt multa tormenta martyrij palmam ſit conſecutus.* Hæc mutatio dexteræ excelſi. *Fœliciorem longè ſortem adeptus Geneſius Deo miſerante, quam miſer alter Deo vltore furentis Aiacis perſonam referens, quem Lucianus de Saltat. Circa finem narrat tantopere raptum affectu, animoque perturbatum, vt in inſaniam* E *fuerit veriſſimè conuerſus. Martyrologium item & Menologium Græcum 18. Kal. Maij idem quod Geneſio, Ardaleoni pariter Dei gratia contigiſſe referunt, qui ex myſteriorum Eccleſiæ mimo, ſerio factus eſt Chriſtianus & Martyr. Quid quod & Auguſtinus Alipio iam ſenis ſcribens cum magna exultatione animi recitat cuiuſdam Dioſcori Archithearri conuerſionem Ep. 67. qui cùm diu in ludendis Chriſtianis rebus ioculariter effuſus fuiſſet, poſt multos reniſus ſacrum baptiſma ſuſcepit.* — Aug. (margin)

A Accubuerat [illegible], inquit, etiam Di[illegible] Christianus [illegible] *[illegible] Gemiano)* gratiam [illegible]. Audi[illegible] enim quemadmodum: neque [illegible] erunt [illegible] illa, vel longa, nisi aliquo prodigio [illegible]. Filia [illegible] qua vnica [illegible], aegrot[illegible], & [illegible] ad totam desperationem [illegible] temporal[illegible], &c. Dicitur ille [illegible] contect[illegible] dum [illegible] Christianam [illegible], voto [illegible] Christianum [illegible] videret. Factum est. At ille quod [illegible] dissimulabat [illegible], sed adhuc manus exc[illegible] repentina [illegible] funditur, [illegible] venit in mentem vnde [illegible] esset: Exclamauit [illegible] a que iterum [illegible] recepto lumine im[illegible] esse quod [illegible] rat. Recepit, impleuit, & adhuc manus excel[illegible]. Symbolum [illegible] tenuerat, aut fort[illegible] tenere recu[illegible] rat, & se non po[illegible] se excu[illegible] uerat. Deus viderit. Iam tum post fe[illegible] omnia receptionis suæ, *(vel vt alij legunt post confessa omnia deceptionis suæ)* in paralysim [illegible], multis ac penè omnibus membris & etiam lingua. Tunc [illegible] admonitus, confitetur [illegible], [illegible] ibid [illegible] accidisse quod S[illegible] non reddiderit. Post [illegible] confessionem [illegible] ntur officia omnium memororum, [illegible] linguæ [illegible]: se tamen didicisse Symbolum, ideoque memoria iam tenere, nihilominus in ead[illegible] tione litter[illegible] fassus est: sic[illegible] omnis est ab [illegible] ta nugacitas, quæ [illegible] decolorabat natur[illegible] lem quandam eius benignitatem, eu[illegible] que insultantem Christianis faciebat valde [illegible]. Quid dicam, nisi Domino hymnum canamus, & superexaltemus eum in sæcula?

Quòd si prioris sæculi & suæ etiam ætatis experientia doctus August. Dei misericordiam nedum iocculariter baptismum agentibus, sed & impietate sacrilega sacris eius mysterijs illudentibus, post tot crimina, & quod amplius est, in ipso flagranti delicto baptismi gratiam nouerat indulsisse Paganis: quid tam sannis in eo dignum & vituperio reperitur, si hæsitauit animo, num tantùm iocculariter, licet in totum mimicè actus & susceptus baptismus, Deo interius dantem & suscipientem monente, & ratum [illegible] ciente baptismum, omnem sine prima intentionis per [illegible] itam [illegible] rationis gratiam, aut alia sibi nota via supplente defectum, diuini ipse [illegible] narius consilij reprobare deberet, aut iterandum pronuntiare, nisi diuino dubium omne tollente oraculo?

Ne quis ergo id [illegible] posterum, vt mentis infirmæ, vel ad [illegible] hæsitantis animæ vertat opprobrio vel quod grauius est enim in hac causa ab Eugenio 4. in Concilio Flor. & à Tridentino damnatũ, minus reuerenter obtrudat, Verba ipsa vtriusque refer[illegible], quæ ne verbulo quidem aut syllaba perstringitur Aug. [illegible] enim habet decretum Concilij Florentini, primò quidem de omnibus Sacramentis: Hæc omnia Sacramenta [illegible] perfi[illegible]untur, videlicet [illegible] quam materia, v[illegible] tanquam formâ, & persona ministri conf[illegible] Sacramentum cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia. Quorum si aliquid deest, non perficitur Sacramentum. Inter hæc Sacramenta [illegible] sunt, Baptismus, Confirmatio, & Ordo, quæ characterem, id est spiritale quoddam signum à cæteris distinctum imprimunt in anima indelebile, vnde in ead[illegible] non reiterantur. Reliqua verò quatuor, c[illegible] m non imprimunt, [illegible] admittunt, &c. *Tum de baptismo sigillatim* Materia huius Sacramenti est aqua [illegible] & naturalis, nec [illegible] frigida sit, an calida. [illegible] autem est, Ego te baptizo, in nomine Patris,

[illegible] r. Imput. & Aug.

A &c. non tamen negamus, quin & per illa verba baptizetur talis seruus Christi, in nomine Patris, &c. Quoniam cùm principalis causa, ex quo baptismus virtutem habet, sit sancta Trinitas, instrumentalis autem sit minister qui tradit exterius Sacramentum, si exprimitur actus qui per ipsum exercetur ministrum, cum sanctæ Trinitatis inuocatione, perficitur Sacramentum. Minister huius Sacramenti est Sacerdos, cui ex officio competit baptizare. In causa autem necessitatis, non solùm Sacerdos vel Diaconus, sed etiam laicus, & mulier, imo etiam Paganus, & hæreticus baptizare potest dummodo formam seruet Ecclesiæ, & facere intendat, quod facit Ecclesia.
B *Canon autem Concilij Trident. sess. 7 non secundus est, sed 4. de baptismo.* Si quis dixerit baptismum qui etiam datur ab hæreticis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, non esse verum baptismum, anathema sit.

Quid hic reijcit aut damnat opinionẽ Augustini? De sola intentione [illegible] est, quam etiam Pagani & illusores habere possunt, intendentes etiam in ludibrium Christi & Ecclesiæ, baptizando facere quod facit Ecclesia: vel in ipso irrisionis actu Deo vocantis & insultantis etiam animum conuertente. Qui actus intentionis cùm sit occultus, nil de hoc voluit, aut debuit Augustinus definire, nulla adhuc Ecclesiæ expressa declaratione facta.
C *Videamus quid de intentione ministri senserit doctor Angelicus quem etiamnũ lego dum hæc scribo, à Summis Pontificibus, Doctoribus, Vniuersitatibus, non modo Pariari laudibus Augustino, sed etiam superferri. Qui ore Ioann. 22. quot articulos tot edidisse miracula refertur. Quem Innocent. 3. plus quam Salomonem appellauit, cuius opiniones qui sequitur, nunquam à semita veritatis aberrabit. Et hic tamen quantuscunque vocetur, vbique & per omnes penè articulos & paginas August. dogmatibus solidè fundatur, sententiis ornatur, doctrina decoratur. Hic itaque præmissis à nobis circa defectum intentionis ministri sic respondet, 3. p. q. 64. art. 8.* Qu[illegible] do vnum est indifferens ad mul[illegible] a, vt[illegible] gr[illegible] tia ablutio, debet ad vnum effe-
D ctum d[illegible] termin[illegible] p[illegible] r intentionem. *In conclusione sic habet.* Cum, inquit ea quæ in Sacramentis geruntur, p[illegible] t d[illegible] simodè, & propter diuersa [illegible], n[illegible] st in Sacramentorum administra[illegible] ntio[illegible], seu Ecclesiæ. *Et in corpore.* Cum minister sit instrumentum animatum [illegible] principalis, id est Christi, debet suâ [illegible] subijcere prin[illegible] agenti, mouendo membra sua, & applicando materiam & formam. *Et in responsione ad secundum, refert duplicem opinionem: quarum prima tenet, defe[illegible] intentionis ministri supplere Christum, intus baptizantem puerum: in adultis autem, fidem & deuotionem suscipientis, non quidem characterem, sed iustificationem. Quod*
E *& factum est in baptismo Genesij, deuotione eius & fide, & Christo simul supplente defectum intentionis recta ministri, in eo quod licet intenderet facere in repræsentatione sua mimica, quod facit Ecclesia, Ecclesiam tamen, & Christum ipsum irridere volebat. Secundam opinionem profert, qua dicit ministrum agere in per[illegible] na totius Ecclesiæ, cuius est minister; cùm in verbis quæ profert, exprimatur intentio Ecclesiæ, quæ sufficit ad p[illegible] ionem Sacramenti, nisi contrarium exprimatur ex parte ministri, vel recipientis Sacramentum. Adi[illegible] tium denique:* C[illegible] non sit in pote st[illegible] a psalm[illegible] dicentem, cor meum [illegible], & intentio, sufficit virtu[illegible]. *Quibus positis sic rursum Augustinum excusandum puto. Cùm enim sciret Christũ hunc*

poſſe intentionis ſupplere defectum, nec poſſet arcanum eius ſuper ſalute generis humani in tali baptiſmo, abſque reuelatione noſſe iudicium; certumque ſit, quemcumque hominem etiam hæreticum & paganum poſſe eſſe huius Sacramenti miniſtrum; ideo rectiſſimè cenſendus eſt dixiſſe, in hac cauſa incerta, diuinum expectandum oraculum.

Baptiſmi-ne gratiam peccati remiſſiuam, impedire malitiam miniſtri, ſcripſerit Tert. conſentiens Auguſtinus.

LOngè in hac cauſa diuerſa nedum, ſed & aduerſa mens Auguſtini & Tert. Hic enim, vt in eius errore de baptiſmo per Aug. refutato videbimus; de baptiſmo c. 15. Circa hæreticos, inquit, quid cuſtodendum ſit dignè quis retractet, ad nos enim editum eſt. Hæretici autem, nullum habent conſortium noſtræ diſciplinæ, quos extraneos vtique teſtatur ademptio communicationis. Non debeo in illis cognoſcere, quod mihi eſt præceptum; quia non idem Deus eſt nobis & illis, nec [v]nus Christus, id eſt idem: ideoque nec baptiſmus vnus, quia non idem. Quem cùm ritè non habeant, ſine dubio non habent: nec capit numerari, quod non habetur: ita nec poſſunt accipere, quia non habent. *Errorem hunc à magiſtro ſuo Tertulliano hauſerat Cyprianus. Sed Aug. l. 2. contra Creſconium cap. 32.* Non accipio quod de baptizandis & ſchiſmatici[s] beatus Cyprianus ſenſit, quia hoc Eccleſia non accipit, pro qua beatus Cyprianus ſanguinem ſudit, &c. Ita hoc Cypriani non accipio, quamuis inferior incomparabiliter Cypriano: ſicut illud Apoſtoli Petri Galat. 2. quòd Gentes Iudaizare cogebat, nec accipio, nec facio, quamuis inferior incomparabiliter Petro, &c. Audi ex Epiſtolâ quam de vnitate conſcripſit: Auelle, inquit, radium Solis à corpore, diuiſionem lu[cis] vnitas non capit; ab arbore frange ramum, fructus germinare non poterit. à fonte præcide riuum, præciſus areſcit. In his Cypriani verbi[s], non intelligimus lucem non capere diuiſionem, [n]iſi in ſanctis regni Dei prædeſtinatis, qui diuidi ab Eccleſia nullo modo poſſunt. (*Intellige vel iam introductis in regnum, vel ſi viuunt adhuc, finaliter diuidi non poſſunt, licet ad tempus humanâ fragilitate poſſint diuidi.*) Et non germin[a]re ramum fractum, ſalutis æternæ germine, accipimus: ariditatem verò riui à fonte præciſi, in eo quòd S. Spiritu vacuantur, qui ab vnitate ſeparantur, agnoſcimus; non in Sacramento baptiſmi, quod & boni, & mali habere poſſunt, [qui] foris apertè, quemadmodum intus occultè ab Eccleſiæ ſanctitate ſeparati. *Habere autem & conferre poſſe Sacramentum baptiſmi dixit, tam bonos quam malos, quod prudenter & cautè diſcernendum eſt, propter duplicem effectum baptiſmi, characterem videlicet, & gratiam remiſſiuam peccati. Nam apud hæreticos baptiſmus quidem verè & idem qui confertur in Eccleſia, quantum ad characterem pertinet & gratiam, datur infanti nihil ponenti obſtaculi: adulto autem ſchiſmatico qualis erat Donatiſta, & hæretico ſine fide, & cordis diuiſione ab vnitate Eccleſiæ ſeparato, quandiu talis eſt, non tantùm ab hæretico, [ſed] nec à Catholico quidem conferri poteſt gratia remiſſiua peccati: ſicut nec cuicumque adulto, baptiſmum quidem ſuſcipienti, ſed peccato vel vnico mortali renuntiare nolenti.*

His poſitis, plana & facilis e[rit] reſponſio ad locum quem non intelligentes aliqui turpiſſimum [illegible] roris impingunt Sanctiſſimo Doctori, l. 5. de bap[tiſmo] contra Donatiſtas cap. 21. & 22 quaſi cenſuerit [illegible] tiam Sacramentorum quibus fit remiſſio peccatorum pendere à ſanctitate vel iniquitate miniſtri. P[illegible] Pictauienſis ſententiarum parte 3. c. 16. Et Magiſt[er] ſententiarum, l. 4. diſt. 19. c. 1. vbi de poteſtate [lig]andi & ſoluendi: Cum conſtet, inquit, non o[mnes Sa]cerdotes, illas du[a]s claues habere, [illegible] diſcernendi p[le]rique care[n]t. de [illegible] tentia ligandi & ſoluendi, quam [illegible] Sacerdotes eam habent. Quidam enim hanc poteſtatem putant illi[s] [illegible] ille conce[illegible] qui doctrinam ſimul ac vitam Apoſtolorum [illegible] Illas enim claues promiſit Dominus Petro [illegible] imitatoribus eius tantum vt aiunt. Qui etiam [illegible] ritatibus vtuntur in munimen[tu]m ſuæ opinion[is]. Hoc enim dicunt Auguſtinum ſenſi[ſſe] [illegible] remiſſionem peccatorum vel per [illegible] Deus, vel per columbæ membra. Dicit [illegible] idem peccata dimitti, v[illegible] Idem super Exodum, vbi de lamina [illegible] per in fronte Sacerdoti. Hæc, inquit, ſignific[at] [illegible] bonæ vitæ, quam qui verè pe[illegible] gnificatione, ſed veritate Sacerdo[s] h[ab]et [illegible] poteſt auferre peccata. Item Gregorius [illegible] 2[illegible] in Euangelia: Illi ſoli habent in hac [illegible] ſiti, poteſtatem ligandi & ſoluendi ſicu[t] [illegible] Apoſtoli, qui illorum exempla ſimul cum [illegible] tenent. Item ex dictis Origeni[s], [illegible] ſoli Petro conceſſa eſt & imitatoribus P[etri]. Nam quicumque v[e]ſtigia Petri imit[antur] [illegible] bent rectè ligandi & ſoluendi [illegible] *Sed 2. opinionem alteram præfert:* Aliis, inqui[t], videtu[r] quod & mihi placere fateor, cunct[is] S[acerdoti]bus hanc clauem dari, ſcilicet ligandi & ſoluendi: ſed [n]on eam rectè & dignè [ha]bent [illegible] vi[ta]m & doctrinam Apoſtolicam [ſe]ruant. Ne[c] præmiſſæ auctoritates, malos Sacerdotes han[c] poteſtatem [ne]gant habere, ſed illos ſolos d[ignè] ac rectè hac poteſtate vti ſignificant, qui præ[illegible] ſunt [v]itâ & doctrina Apoſtolicâ, &c. & [illegible] miſſionem tantum, vel per Sanctos, in qui[bus] [illegible] ta Spiritu [illegible], dignè & rectè fi[illegible] vel re[mi]ſſio peccatorum. Fit tamen & per i[llos] qui [re]cti non ſunt, ſed non dignè [illegible]. [illegible] enim Deus benedictionem [illegible] per indignum miniſtrum. *Quod & c[onfi]rma[illegible] Hieronymo in verba Chriſti ad Petrum, Matth. 16.* tibi dabo claues, &c. Habent enim, in[quit] [illegible] d[illegible] poteſtatem al[illegible] Apoſto[illegible] & omnis E[ccleſia] in Epiſcopis & P[reſbyter]is (*ſupple Parochis vel approbatis.*) [Se]d [illegible] P[etrus] eam ſpecialiter accepit, vt omnes intelligant, [illegible] quicumque ab vnitate fidei & ſocietatis [illegible] ſe ſeparauerit, nec à peccatis ſolui, nec [illegible] poteſt ingredi. *Atqui locus Auguſt. citatus ex l. [5.] de baptiſmo agebat, in quo ſit remiſſio peccatorum quam neque Donatiſtæ hæretici & ſchiſmatici, [illegible] municati & ſuſpenſi [illegible] poteſtatis [illegible] n[illegible], licet Presbyteri & Epiſcopi forent [illegible] ceptæ pœnitentiæ dare non poterant: nec ipſi, aut quicumque Laici, in baptiſmo gratiam peccati remiſſiuam [illegible] cumque adulto ſchiſmatico & ab vnitate Eccleſiæ diuiſo conferre.* Aug.

Et hunc eſſe genuinum ſenſum Auguſt. [illegible] erit verba eius attente conſideranti. In enim [illegible] 5. de baptiſmo cont. Don. c. 21. & 22. [illegible] inquit, gratiæ dat Deus per ma[illegible] gratiam non [illegible] per [illegible] vel [illegible] ſuos: *ſcil. vt ſupra per malos non dat* [illegible] &

h... peccant enim grauiter in malo ſtatu Sacramentum gratiæ miniſtrantes, & ideo remiſſionem peccatorum, vel per ſe puniunt, vel per illius columbæ membra, (*Eccleſiæ videlicet de qua in Cant. vna eſt columba mea: qua præciſi vt membra putrida excommunicati (ſubaudi Donatiſtæ, in Sacramento pœnitentiæ remiſſionem dare non poterant: neque in baptiſmo conferre adultis ſchiſmaticis, ſuo ſchiſmate & odio Catholicorum obicem gratiæ ponentibus*) quibus ... ſicut dimiſeritis, dimittentur, ſi ... teneritis, tenebuntur. Baptiſmum verò (*quoad characterem indelebilem, & inuterabilem*) quod Sacramentum remiſſionis peccatorum, (*ſupple eſt,*) quia nulli dubium eſt, habere etiam homicidas poſſe, qui in tenebris ſunt vſque adhuc, quia de cordibus eorum fraternum odium non exclusum eſt; ſiue nulla eis peccata dimiſſa ſint, ſi non in melius mutato corde baptizati ſunt: ſiue continuò, dimiſſa redierint: & per ſeipſum, quia Dei eſt, ſanctum eſſe cognoſcimus: & ſiue tradatur, ſiue accipiatur à talibus, nullâ eorum peruerſitate violari, ſiue intus, (*quoad characterem, vel in Eccleſia*) ſiue foris. *Id eſt in materia & forma: vel apud hæreticos & ſchiſmaticos datum, legitimum eſt baptiſma, nec repetendum, quamuis eius miniſtri ſancti non ſint, id eſt in charitate vniti tanquam membra Eccleſiæ, nec participes Spiritus ſancti qui ſponſus eſt vnicæ columbæ; quique in Chriſtum baptizatum in Iordane ſpecie columbæ deſcendit. Proſequitur Auguſtinus & clarius mentem ſuam aperit.*

Aug. Proinde conſentimus Cypriano (*in Ep. 12. adſcribenti*) hæreticos remiſſionem dare non poſſe, baptiſmum autem dare poſſe, quod quidem illis & dantibus, & accipientibus valeat ad perniciem, (*quia in malo ſtatu & diuiſionis, non ab vno primato proximo, ſed à tota Eccleſia Catholica,*) tanquam tanto munere Dei malè vtentibus: ſicut etiam maligni & inuidi, quos & intus eſſe teſtatur, (*de quibus 1. Io. 2. Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis ſicut area cum trituratur, quicquid inde volat, non eſt triticum, ſed non quicquid ibi eſt, triticum eſt. Sunt enim multi hæretici & ſchiſmatici fingentes ſe eſſe Catholicos,*) remiſſionem peccatorum dare non poſſunt, cùm eos baptiſmum dare poſſe omnes fatemur. (*Quod vtique intelligendum eſt dare non poſſe, defectu accipientis, qui per hæreſim aut ſchiſma eſt incapax remiſſionis peccatorum, quandiu retinet in corde maximum peccatorum, contra maximã virtutum omnium concepto & retento odio in Catholicam Eccleſiam & omnem Chriſtianum.*)

Aug. Si enim de his qui in non peccauerint dictum eſt, ſi non dimiſeritis peccata hominibus, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. quanto magis fieri non poteſt, vt eis peccata dimittantur, qui fratres quibus diliguntur oderunt, & in ipſo odio baptizantur, quibus tamen poſtea correctis, non rurſus baptiſmus datur, ſed ipſa venia quam tunc accipere non meruerunt, in vera conuerſione præſtatur.

Alter locus quem aduerſantes Auguſt. ex Magiſtro Sententiarum contra ipſum opponunt, petitur ex Exo. 28. 36. & ſeq. Facies & laminam de auro puriſſimo, in qua ſculpes opere cælatoris ſanctum Domino. (*Sanct. Pagn. ex Hebr. ſanctitas Domino. ... ſanctificationem Domini. Paraph. Chald. ſculptis per ea ſcriptura diſtincta, ſanctum Domino*) ligabisque eam vitta hyacinthina, & erit ſuper thiaram imminens fronti Pontificis. Portabitque Aaron iniquitates eorum quæ obtulerunt & ſanctificauerunt filij Iſrael in cunctis muneribus & donariis ſuis. Erit autem lamina ſemper in fronte eius, vt placatus ſit eis Dominus. *Locum ſic exponit*

A *Aug. l. 2. quæſt. in Eptateuchum q. 120.* Ibi, inquit, dicit Sacerdotem Sanctorum auferre peccata quæcumque ſanctificabunt, inquit, filij Iſrael omnis datus Sanctorum eorum. Quod arbitror dictum in eis ſacrificiis quæ offerunt pro peccatis ſuis: vt non ſanctorum hominum intelligamus, ſed ſanctorum, ab eo quod ſunt ſancta quæ offeruntur. Cùm ergo de lamina dixiſſet, adiunxit atque ait, & auferet Aaron peccata eorum, quæcumque ſanctificabunt filij Iſrael omnis datus (*Sept. apud nos habent in translatione, omnis muneris, quod æquiualet datus,*) Sanctorum eorum: id eſt, Sacerdos auferet quæcumque offerunt pro peccatis ſuis, quæ dicuntur & ſancta, quia iuſtificantur, & peccata, quia pro peccatis offeruntur, ſicut multis lo- S. Aug.

B ci hoc ipſum euidenter ſcriptura commemorat. *Tum ſubijcit euidentiſſimã propoſiti obſcure dubij ſolutionem.* Quod autem, inquit, adiungit, & dicit: erit ſuper frontem Aarun ſemper acceptum illis in conſpectu Domini, ad laminam illam reuertitur. In quo aduertendum ſi inueniri poteſt, qui non habeat neceſſitatem pro ſuis offerre peccatis, præter Chriſtum, qui ſolus poteſt omnium auferre peccata. Intelligitur frontis ornamentum, fiducia bonæ vitæ, quam qui verè perfectéque, non ſignificatione, ſed veritate Sacerdos habet, ſolus poteſt auferre peccata, nec habet neceſſitatem offerre pro ſuis. *Stupendum plane, quòd truncato loco ſic turpiter imponatur Auguſt. Viden lector duo hic ab Auguſtino præſtari. Primò enim opponit Sacerdotem Sacerdoti, Aaronem Chriſto, figuratiuum vero, merum hominem & peccatorem, homini*

C *Deo, ab omni peccato immuni & perfectè ſancto & iuſto, nec ſolâ ſignificatione, ſed perfecta veritate ſolum atque vnicum, agnum & Pontificem, qui poſſit omnium auferre peccata. Secundò, in huius veritatis confirmationem profert locum ex Apoſtolo depromptum. Hebr. 7. 26.* Talis enim decebat vt nobis eſſet Pontifex, Sanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, excelſior cælis factus. qui non habet neceſſitatem quotidie, quemadmodum Sacerdotes, (*tranſl. Syr. neces eſt neceſſe quotidie, vti ſummo Sacerdoti*) prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi: hoc enim (*ſupple poſtremum, &*

D *pro populo, non pro ſuis,*) fecit ſemel ſeipſum offerendo. *Præclaram rationem addit Paulus.* Lex enim homines conſtituit Sacerdotes infirmitatem habentes. ſermo autem iuſiurandi (*de quo ſupra dixerat Iurauit Dominus, &c. Tu es Sacerdos in æternum*) qui poſt legem eſt, (*Syr. factus eſt poſt legem pſalte nimirum longè poſt Moyſem dicente*) filium in æternum perfectum. *Rogo quid hic Auguſt. de Sacramenti miniſtro malo, qui non poſſet conferre peccatorum remiſſionem? Non de miniſtro certe loquitur, ſed de Chriſto Pontifice Maximo & Sanctiſſimo. Confirmat idipſum l. 2. cont. Ep. Parmen. c. 7.* Euigilemus, inquit, aliquando atque videamus, in Sacerdotibus illius temporis cùm corporalia vitia

E vitabantur, illum præfigurari, qui cum eſſet Deus factus eſt propter nos homo, ſolus verus agnus immaculatus, & Sacerdos ſine vitio. Ideoque & tunc Sacerdos ſolus intrabat in Sancta Sanctorum, populus autem ſtabat foris. ſicut nunc ille Sacerdos poſt reſurrectionem ſuam intrauit in ſecreta cælorum, vt ad dexteram Patris interpellet pro nobis, populus autem cuius ille Sacerdos eſt, adhuc foris gemit, &c. Vſque adeo tunc quando ſine vlla macula & ſine vllo vitio, quia non poterant ... Sacerdotum, corpora quærebantur; ſolus ille Pontifex præfigurabatur, non iſti ... & impij, (*Donatiſtæ*) qui fornicantem

animam non zelant ſponſo, ſed ei audent ſe oſtentare pro ſponſo.

Quod autem miniſtrorum malitia ipſis ſolis noceat, nec officiat validitati Sacramenti, neque illud digne recipienti vbique teſtatur Auguſtinus, & ſententiarum multitudine nos obruit, l. 2. cont. Creſconiũ cap. 8. vbi de malis miniſtris. Si, inquit, etiam talis

S. Aug. (*prauus etiam hæreticus*) ius ſibi baptiſmatis vſurpauerit, & dederit, nun eum ſibi vſurpare debuiſſe dico, non autem dediſſe non dico. Ille verò qui accipit, ſi homo bonus ab homine malo, ſi fidelis à perfido, ſi pius ab impio; pernicioſum erit danti, non accipienti. Illud quippe ſanctum malè vtentem iudicat, benè accipientem ſanctificat. Si autem & ille qui accipit, inique acceperit, nec ſic reſciſſum, ſed agnitum quod per ſe oberat, correcto proderit Sacramentum, &c. Sicut iſte peccator ſi ius ſibi prædicandi teſtamenti diuini vſurpauerit, ſibi nihil prodeſt, audientibus autem & facientibus, non ipſe, ſed quod prædicat prodeſt: ita & ille qui ius baptiſmatis, ſibi vſurpare non debuit, ſibi nocet qui bonum malè vſurpauit, non ei qui bonum benè percepit. *Et l. 2. cont. litteras Petiliani cap. 48.* Si ſatis abſulutum tibi videtur quod dixiſti, qui non fuerit innocens, non habet ſanctitatem. Quæro, ſi non habebat Saül Sacramenti ſanctitatem, quid in eo Dauid venerabatur? Si autem habebat innocentiam, quare innocentem perſequebatur? Nam eum propter Sacroſanctam vnctionem, & honorauit viuum, & vindicauit occiſum. Et quia vel panniculum ex eius veſte præſcidit, percuſſo corde trepidauit. Ecce Saul non habebat innocentiam, & tamen habebat ſanctitatem, non vitę ſuę, ſed vnctionis: nam hoc ſine innocentia nemo poteſt, ſed Sacramenti Dei, quod & in malis hominibus ſanctum eſt. *Et l. 5. de baptiſmo, cont. Donat.*

S. Aug. *cap. 19.* Non de ſola conſuetudine, ſed etiam de veritatis ratione præſumit, qui nullorum hominum peruerſitate peruerſum fieri dicit Dei Sacramentum, quod etiam in peruerſis eſſe declaratur. Certè Ioannes Apoſtolus apertiſſimè dicit. 1. 2. qui odit fratrem ſuum, in tenebris eſt vſque adhuc. Et iterum, qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Cur ergo intus tales baptizant, quos in maleuola anima fuiſſe, Cyprianus ipſe commemorat? Quomodo aquam mundat & ſanctificat homicida? Quomodo benedicunt oleum tenebræ? Si autem Deus adeſt Sacramentis, & verbis ſuis, per qualeſlibet adminiſtrentur; & Sacramenta Dei vbique recta ſunt, & mali homines quibus nihil proſunt, vbique peruerſi ſunt: illud quale eſt, vt ideo putetur hæreticus non habere baptiſmum, quia non habet Eccleſiam? *Et c. 20.* Cur ad verba quæ procedunt ex ore homicidæ, poſſit tamen Deus oleum ſanctificare, & in altari quod hæretici poſuerunt, non poſſit, neſcio; niſi fortè cor hominis, quem fallaciter conuerſum intus non impedit, lignum fallaciter poſitum impedit foris, quò minus Sacramentis ſuis adeſſe dignetur, nullis hominum falſitatibus impeditus. Si ergo ad hoc valet quod dictum eſt in Euangelio, Deus peccatorem non audit, vt per peccatorem Sacramenta non celebrentur; quomodo exaudit homicidam, vel ſuper aquam baptiſmi, vel ſuper oleum, vel ſuper Euch[illegible]m, vel ſuper capita eorum quibus [illegible] nus imponitur? Quæ omnia tamen, & fiunt, & valent etiam per homicidas, [illegible] per eos qui [illegible] s, et [illegible] [illegible] mo poſſit quod non habet. Quomodo dat homicida Spiritum ſanctum, & tamen ipſe intus eſt in [illegible] Deus ergo dat etiam ipſo baptizante [illegible] ſanctum. *Et l. 2. cont. litteras Petil. c. 52.* [illegible] mus tale cuique ſacrificium fi[illegible], qualis [illegible] vt offerat, & qualis accedit vt ſumat [illegible] ſacrificiis talium manducare, qui ad i[illegible] cedunt, quales & illi ſunt. Itaque ſi off[illegible] malus, & accipiat inde bonus, tale cuiq[illegible] qualis quiſque fuerit: quia & illud ſcript[illegible] Tit. 1. omnia munda mundis. Per hanc [illegible] tiam iuridicam & Catholicam, etiam vos [illegible] ſacrificio non eſtis polluti, ſi facta eius d[illegible] bant vobis. Nam vtique panis illius, p[illegible] erat, ſub cuius iniquitatibus Africa tota lug[illegible] ſed panem luctus omnibus vobis com[illegible] ſe omnium veſtrum malum ſchiſma [illegible]

l. 6. cont. Donat. cap. 43. Vnum baptiſma [illegible] A[illegible] eſt, quod nullo iniquitatis opere violatur. *[illegible] 2. cont. Creſcon. cap. 21.* Baptizant ergo, qui [illegible] net ad viſibile miniſterium & boni & mali, [illegible] ſibiliter autem per eos baptizat, cuius [illegible] & viſibile baptiſma, & inuiſibilis gratia. *Primi[illegible] c.*

Aug. 19. Cùm enim Iudas ſicut Apoſtolus bapti[illegible], quandoquidem malus erat, quia fu[illegible] quæ mittebantur, in commiſſos ſibi [illegible] rebat, non vtique conſcientia eius [illegible], ſed Deus & Chriſtus in quem c[illegible] de[illegible]. Neque enim & ipſius mali boni is falsò bo[illegible] credentes & accipientes abluebat: nec gen[illegible] in homine gratiam diuinæ veritatis [illegible] falſi [illegible] manæ opinionis. *Et cap. 20.* Dic ergo quod [illegible] mus, quia hoc eſt verum, hoc eſt ſanum, hoc e[illegible] Catholicum, quòd Chriſtus mundat acci[illegible] tium conſcientias, ſiue per bonos miniſtro[illegible] pſinus ſui, ſiue per malos: quoniam de [illegible] ptum eſt, Epheſ. 5. Chriſtus dilexi[illegible] Eccl[illegible] & ſeipſum tradidit pro ea, vt eam ſanctificaret, [illegible] dans eam lauacro aquæ in verbo.

Sed quæret aliquis quod Creſconius Grammaticus quærebat ab Auguſtino, in hoc ſaltem Petiliano ſapientior, qui conſcientiam ſanctè dantis Sacramentum, abluere accipientem, num melius ſit à bono, quam à malo miniſtro ſuſcipere Sacramentum. Ita er[illegible] 4.

Aug. *cont. Creſcon. c. 20.* Quæris per quem m[illegible], quod à Chriſto fieri cono[illegible] vbi & tu, q[illegible] tum video, non ne[illegible] hoc fieri poſſ[illegible] per miniſtrum malum, ſed dicis melius p[illegible] bonum. Quid enim aliud quod dic[illegible]. [illegible] nos ſuademus, hoc volumus: ſed quærimus per [illegible] melius fiat. Ac per hoc abluit Chriſtu[illegible] maculoſam non ſanctè danti[illegible], [illegible] per mundam ſanctè dantis conſcientiam. [illegible] Chriſtus & per miniſtrum malum, ſed me[illegible] bonum: ſit Chriſtus origo Chr[illegible], & [illegible] penſ[illegible]rem infidelem, ſed meliu[illegible] per [illegible] Chriſtianus radicem in Chriſto figit [illegible] num reprobum, ſed melius per [illegible] Chriſtus eſſe caput Chri[illegible], & per [illegible] num, ſed meliu[illegible] exiſtimas per Primia[illegible]num. [illegible] itaque inter nos in hac re, aut fortaſ[illegible] [illegible]enſio eſt. Nam & ego dico m[illegible] miniſtrum quam per malum d[illegible] menta diuina. Verum hoc propter [illegible] ſt[illegible]um melius eſt, vt eis rebus quas m[illegible] & moribus congruat, non propter [illegible] etiam ſi incurrerit in miniſtrum malum [illegible] ſantem veritatem, ſecur[illegible]m accipiat à D[illegible] ſu[illegible] mon[illegible] ac dicente, Matth. 2[illegible] facite, quæ autem f[illegible] ciunt, & [illegible] Ad[illegible] lius, vt ille cum [illegible] atur miniſtri [illegible]

tem ac ſanctitatem diligendo, faciliosimitetur: ſed non ideo veriora & ſanctiora ſunt quæ miniſtrantur, quia per meliorem miniſtrantur. Illa namque per ſeipſa, ſancta & vera ſunt, propter Deum verum & ſanctum, cuius ſunt; & ideo fieri poteſt, vt accedens ad ſocietatem populi Dei, alium inueniat à quo facilè baptizetur, alium quem ſalubriter imitetur: certus eſt enim, ſanctum eſſe Sacramentum Chriſti, etiam ſi per minus ſanctum, vel non ſanctum hominem miniſtratum eſt; ſe aotem eiuſdem ipſius Sacramenti ſanctitate puniri, ſi indignè acceperit, ſi malè vſus fuerit, ſi ei non conuenienter & congruè vixerit. *Ee cap. 21. circa f. vbi de heretico, vel ſchiſmatico miniſtro:* Baptiſmum Chriſti ſi dederit, datum erit; ſi acceperit, acceptum erit; non ad vitam æternam, ſed ad pœnam æternam, ſi in eo ſacrilegio perſeuerauerit: non in malum conuertendo bonum quod habet, ſed malo ſuo habendo bonum, quandiu malus habet. *Atque ex dictis lucet, quàm abſit Auguſtinus ab errore qui ei imputatur, ex locis truncatis; quos non apud Magiſtrum ſententiarum, ſed in ipſis S. Auguſt. fontibus legere praſtitiſſet.*

Bona ſua non poſſe Chriſtianum abſque peccato apud Iudicem repetere, & litem ſuſtinere contra raptorem propriæ ſubſtantiæ, ad familiæ ſuæ ſuſtentationem neceſſariæ, num, & quo ſenſu ſcripſerit Auguſtinus, cum Tertulliano conſpirans.

T*Ertullianus lib. ad Martyras c. 2. bonorum temporalium iacturam, non damnum, ſed lucroſum commercium æſtimauit.* Et ſi, inquit, aliqua amiſiſtis vitæ gaudia, negotiatio eſt aliquid amittere, vt maiora lucreris. *De repetendis autem bonis, aut per iudicem inter coheredes partiendis 4. cont. Marc. cap. 28.* Chriſtus, inquit, poſtulatus à quodam, vt inter illum & fratrem ipſius diuidunda hæreditate componeret; operam ſuam, & quidem tam probæ cauſæ denegauit. *Denique & vltionem & vindictam apud Iudicem prorſus reprobat qua vix abſque aliquo gloria, malitia, & impatientia vitio, in litibus aſſueta, repoſci poteſt. Libro de patientia c.* 10. Eſt & alius ſummus impatientiæ ſtimulus, vltionis libido, negotium curans aut gloriæ, aut malitiæ. Sed & gloria vtique vana, & malitia nunquam non Domino odioſa, hoc quidem loco maximè, cùm alterius malitia prouocata, ſuperiorem ſe in exequenda vltione conſtituit, & remunerans nequam duplicat, quod ſemel factum eſt, &c. Quid enim refert inter prouocantem, & prouocatum, niſi quod ille prior in maleficio deprehenditur, at ille poſterior? tamen vterque læſi hominis Domino reus eſt, qui omne nequam & prohibet, & damnat. Nulla in maleficio ordinis ratio eſt: nec locus ſecernit, quod ſimilitudo coniungit. Abſolutè itaque præcipitur, Roman. 12. 17. malum pro malo non rependendum. Par factum, par habet meritum, &c. Quem autem honorem litabimus Domino Deo, ſi nobis arbitrium defenſionis arrogauerimus? &c. Quid ergo credimus iudicem illum, ſi non & vltorem? Hoc ſe nobis repromittit dicens, Deuter. 32. 35. Vindictam mihi, & ego vindicabo. Id eſt, patientiam mihi, & ego patientiam remunerabo. *Quid quod & ipſe Apoſtoli loco arguit apud Iudices gentiles litigantes quo & ipſe Auguſtinus: ex 1. Cor. 6.* Apoſtolus iudicat, & quidem in cauſa fornicationis, dedendum eioſmodi hominem Satanæ in interitum carnis; increpans etiam quòd fratres non apud ſanctos iudicarentur. Adijciens enim, inquit: vt quid mihi eos qui foris ſunt iudicare? *Et libro de corona militis cap.* 11. Prœlio operabitur filius pacis, cui nec litigare conueniet? & vincula, & carcerem, & tormenta, ſupplicia adminiſtrabit nec ſuarum vltor iniuriarum? *Locum item adducit Euangelij per omnia ſana Auguſtino reſpondens lib. de patientia, cap. 7.*

Patientia in detrimentis, exercitatio eſt largiendi & communicandi. Non piget donare eum, qui non timet perdere. Alioquin quomodo duas habens tunicas, alteram earum nudo dabit, niſi idem ſit qui auferenti tunicam, etiam pallium offerre poſſit? Quomodo amicos de mammona fabricabimus nobis, ſi eum in tantum amauerimus, vt amiſſum non ſufferamus, peribimus cum perdito. Quid hic inuenimus, vbi habemus amittere? Gentilium eſt, omnibus detrimentis impatientiam adhibere, qui rem pecuniariam fortaſsè animæ anteponant. Nam & faciunt, cùm lucri cupiditatibus quæſtuoſa pericola mercimoniorum in mari exercent: Cùm pecuniæ causâ, etiam in foro nihil damnationi timendum aggredi dubitant: cùm denique ludo, (*gladiatorio in arena*) & caſtris ſeſe locant: cùm per viam, in mores beſtiarum latrocinantur. Nos verò ſecundùm diuerſitatem quâ cum illis ſumus, non animam pro pecunia, ſed pecuniam pro anima deponere conuenit; ſeu ſponte in largiendo, ſeu patienter in amittendo. *Et l. 4. contra Marcionem cap. 16. ex Luca 6.] Vbi ſuadet patientiam in quibuſuis iniurijs ſpe recipienda à Deo vindice retributionis.* Si, inquit, tantum patientiæ pondus, non modo non repercutiendi, ſed & aliam maxillam præbendi, & non modò non remaledicendi, ſed etiam benedicendi; & non modò oon retinendi tunicam, ſed amplius & pallium concedendi, is mihi imponit qui non ſit me defenſurus, in vacuum patientiam præcepit, non exhibens mihi mercedem præcepti, patientiæ dico fructum quod eſt vltio; quam mihi permiſiſſe debuerat, ſi ipſe non præſtat? aut ſi mihi non permittebat, ipſe præſtaret.

Iam quid Auguſtinus de hac coram iudice bonorum non repetenda vindicta ſenſerit, & num in hac cauſa errauerit in ſuo ad Laurentium Enchiridio, cap. 78. quem ei malè de eius doctrina ſentientes obijciunt, penſitemus. Agebat hoc loco de peccatis venialibus, ſicut ipſa veluti capitis præfatio notat. Quæ ſint, inquit, leuia, & quæ grauia peccata, non humano, ſed diuino penſanda ſunt iudicio. Videmus enim quædam ab ipſis quoque Apoſtolis ignoſcendo fuiſſe conceſſa. *Qualem ſubijcit immediatè eſſe libidinis cauſa & non prolis actum coniugij exercere, de quo ſequenti capite dicturi ſumus. Tum verò de bonis coram iudice repetendis*: Tale quiddam eſt vbi dicit. 1. Corinth. 6. Audet quiſquam veſtrum aduerſus alterum negotium habens iudicari apud iniquos, & non apud ſanctos? *Et paulò poſt*, ſæcularia igitur iudicia ſi habueritis, inquit, eos qui contemptibiles ſunt in Eccleſia, hos collocate ad iudicandum. Ad reuerentiam vobis dico, ſic non eſt inter vos quiſquam ſapiens qui poſſit inter fratrem & fratrem iudicare: ſed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles. Nam & hic poſſet putari iudicium habere aduerſus alterum, non eſſe peccatum, ſed tantummodo id extra Eccleſiam, velle iudicari, niſi ſecutus adiungeret; iam quidem omnino delictum eſt inter vos, quia iudicia habetis vobiſcum. Et ne quiſ-

quam hoc ita excuſaret, vt diceret iuſtum ſe habere negotium, ſed iniquitatem ſe pati, quã velit à ſe iudicũ ſententiâ remoueri, continuò talibus cogitationibus vel excuſationibus occurrit, atque ait: quare non magis iniquitatem patimini? Quare non potius fraudamini? Vt ad illud redeatur quod Dominus ait: Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & iudicio tecum contendere, dimitte illi & pallium. Matth. 5. Et alio loco. Luc. 6. Qui abſtulerit, inquit, tua, noli repetere. Prohibuit itaque ſuos de ſæcularibus rebus cum aliis hominibus habere iudicium. Ex qua doctrina; dicit Apoſtolus eſſe delictum. Tamen cùm ſinit in Eccleſia talia iuditia finiri inter fratres fratribus iudicantibus, extra Eccleſiam verò terribiliter vetat, manifeſtum eſt etiam hic quid ſecundùm veniam concedatur infirmis. Propter hæc atque huiuſmodi peccata, licet ijs minora quæ ſiunt verborum & cogitationum offenſionibus, Apoſtolo Iacobo confitente ac dicente, in multis enim offendimus omnes; oportet vt quotidie crebróque oremus Dominum, atque dicamus, dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. *Non video quid hic arguendum ſit in Auguſtino, qui non vocat in crimen, nec tanquam peccatum mortale non damnat, ſed inter leniſſima deputat huiuſmodi apud iudices fideles contentionem quam poſt Chriſtum Apoſtolus prohibet, corripit, cui tandem veniam tanquam peccato veniali concedit. Hunc ipſum Pauli locum retexit libro de*

S. Aug. *corrept. & gratia cap. 3.* Præcipit, inquit, Apoſtolus dicens: Omnia veſtra in charitate fiant. Corripit dicens; iam quidem omnino delictum eſt in vobis, quia iudicia habetis vobiſcum. Quare enim non magis iniquitatem patimini? Quare non potius fraudamini? Sed vos iniquitatem facitis, & fraudatis, & hoc fratribus? An neſcitis quia iniuſti regnum Dei non poſſidebunt? Audiamus & orantem. 1. Theſſal. 5. Vos autem, inquit, Dominus multiplicet, & abundare faciat in charitate in inuicem, & in omnes. Præcipit, vt habeatur charitas: corripit, quia non habetur charitas: orat, vt abundet charitas. *Licet ergo qui iuſtè repetit coram iudice fideli propria bona, non peccet contra iuſtitiam, peccat tamen frequentiſſimè & vt plurimum contra charitatem, & Dei præcipientis vel ſaltem hortantis, & ſuam ipſius, cum amore inordinato rerum temporalium, & perturbatione animi, & vlciſcendæ iniuriæ libidine, &c. & plerumque contra proximi charitatem, quem odio proſequuntur, vel ſaltem cum aliqua animi auerſione, intercluſo colloquio, ſalutatione & aliorum ſcandalo, quæ nemo ſapiens*

S. Aug. *negauerit eſſe peccata. Tum concludit caput.* O homo, in præceptione cognoſce quid debeas habere: in correptione cognoſce, tuo te vitio non habere: in oratione cognoſce, vnde accipias quod vis habere. *Addam & ego iuxta præmiſſa ex Enchiridio pro huiuſmodi delictis, dic in oratione Dominica, dimitte, &c. Et ſi Paulo credis, in poſterum noli iudicio contendere, ſed fraudem magis pati.*

Locum alterum in Enchiridio ex Euangelio citatum explicat, lib. 1. de ſermone Domini in monte cap.

S. Aug. 36. Illud, inquit, quod ſequitur, qui voluerit tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, remitte illi & veſtimentum; ad præparationem cordis, non ad oſtenſionem operis præceptum, rectè intelligitur. Sed de tunica & veſtimento quod dictum eſt, non in eis ſolis, ſed in omnibus faciendum eſt, quæ aliquo iure temporaliter noſtra eſſe dicimus. Si enim de neceſſarijs hoc imperatum eſt, quanto magis ſuperflua con-

A temnere conuenit? &c. *Et cap. 37.* Omnia in quibus improbitatem aliquam patimur, in duo genera diuiduntur: quorum alterum eſt quod reſtitui non poteſt, alterum quod poteſt. Sed in illo quod reſtitui non poteſt vindictæ ſolatium quæri ſolet. Quid enim prodeſt quòd percuſſus repercutis? Numquid propterea aliquid quod in corpore læſum eſt, reſtituetur in integrum? Sed tumidus animus talia fomenta deſiderat: ſanum autem firmumque iſta non iuuant: quin potius miſericorditer perferendam alterius infirmitatem iudicat, quam alieno ſupplicio ſuam mitigandam, quæ nulla eſt. Aug.

B *Atque vt conſtet Auguſtinum non omnem iuſtam & rectam vindictam & correptionem reprobare, ſubijcit:* Neque hic ea vindicta prohibetur, quæ ad correptionem valet, etiam ipſa enim pertinet ad miſericordiam: Neque impedit illud propoſitum quo quiſque paratus eſt, ab eo quem correctum eſſe vult, plura perferre. Sed huic vindictæ referendæ non eſt idoneus, niſi qui odium, quo ſolent flagrare qui ſe vindicare deſiderant, dilectionis magnitudine ſuperauerit. Non enim metuendum eſt, ne odiſſe paruulum filium parentes videantur, cùm ab eis vapulat peccans, ne peccet vlterius. Et certè perfectio dilectionis, ipſius Dei Patris imitatione nobis proponitur, cùm in ſequentibus dicitur: Diligite inimicos veſtros, Aug.

C &c. Et tamen de ipſo dicitur per Prophetam: Quem enim diligit Dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit, &c. Non ergo quæritur, niſi vt & ille vindicet cui rerum ordine poteſtas data eſt, & eâ voluntate vindicet, quâ Pater in paruum filium, quem per ætatem odiſſe nondum poteſt. Hinc enim aptiſſimum exemplum datur, quo ſatis appareat, poſſe peccatum amore potius vindicari, quam impunitum relinqui: vt illum in quem vindicat, non pœnâ miſerum, ſed correctione beatum velit: paratus tamen ſi opus ſit, æquo animo plura tolerare ab eo illata, quem vult eſſe correctum, ſiue in eum habeat poteſtatem coërcendi, ſiue non habeat.

D Magni autem & ſancti viri (*quorum ſubiecit exempla, Heliæ, Petri, Pauli, Thomæ Apoſtoli*) qui iam optimè ſcirent mortem iſtam quæ animam diſſoluit à corpore, non eſſe formidandam; ſecundum eorum tamen animum qui illam timerent, nonnulla peccata morte punierunt; quò & viuentibus, vtilis metus incuteretur; & illis quî morte puniebantur, non ipſa mors noceret, ſed peccatum quod augeri poſſet, ſi viuerent: Non temerè illi iudicabant, quibus tale iudicium donauerat Deus. *Dehinc cap. 39. modum ponit, vt fiat repetitio & vindicta ſine peccato:* Tenebitur ergo in hoc iniuriarum genere, quod per vindictam luitur; iſte à Chriſtianis modus, vt accepta iniuria Aug.

E non ſurgat in odium, ſed infirmitatis miſericordiâ paratus ſit animus plura perpeti, nec correctionem negligat, quâ vel conſilio vel authoritate, vel poteſtate vti poteſt, &c. In his ergo omnibus generibus iniuriarum Dominus docet, patientiſſimum, & miſericordiſſimum, & ad plura perferenda paratiſſimum animum Chriſtiani eſſe oportere. *Quid hic reprehenſione dignum? Quid non potius in doctrina morali & verè Catholica commendatiſſimum?*

Sed quid circa hæc alij Patres ſenſerint ponderemus. Hilarius Canone 4. in Matth. Extenſam, inquit, fidei noſtræ in æternum ſpem, ipſis Dominus vult probari: vt ipſa diſſimulandæ iniuriæ tolerantia, teſtis iudicij ſit futuri. Lex in fidelem Iſ-

raël

raël intra metum, metu continebat, & iniuriæ voluntatem, iniuriæ viciſſitudine coërcebat: fides autem nullius tam grauem dolorem eſſe patitur iniuriæ, vt vltionem expetat, & illatæ ſibi quiſquam vindex ſit contumeliæ: quia in iudicio Dei, & perpeſſis iniuriam plus eſt conſolationis, (*lætabitur enim iuſtus cùm viderit vindictam*) & pœna ſeuerior iniurioſis. Atque ita non ſolùm ab iniquitatibus nos abeſſe Euangelia præcipiunt, verùm etiam vlciſcendæ iniuriæ exigunt diſſimulationem. Nã accepta alapa, maxillam alteram iubemur offerre, & mille paſſibus onus vehentes, progredi in ſpatium paſſuũ duùm millium, iniuriæ augmento profectum vltionis habituri; ipſo virtutum cæleſtium Domino, ad incrementum gloriæ, & maxillas palmis, & flagris ſcapulas offerente. Non ſolùm autem iudicij humani refugienda eſſe arbitria præcipit, verùm etiam cum damni voluntate, vitanda: (*ſic Auguſtinus ſupra vult animum paratum, ad maius damnum*) vt tunicam nobis volenti iudicio exuere, remittamus & pallium: & per ſpem bonam, ſæcularem ſupellectilem contemnentes, inanem gentium cupiditatem, & vanitatem infructuoſæ auaritiæ arguamus. *Et Canone* 5. Cùm ad iniuriam (*ferendam*) pronos iubet eſſe, & ad damnum voluntarios, & ad vltionem negligentes, & ad diligendum promiſcuos, & ad humanam gloriam incurioſos: confirmare nos in ſpem bonorum æternorum laborat. Plures enim & amor pręſentium, & deſperatio futurorum incertos facit: & aut illecebris capit, aut infidelitate confundit.

Quantum ad locum Apoſtoli. 1. *Cor.* 6. Omnino delictum eſt in vobis quòd iudicia habetis inter vos. Theophylactus & Oecumenius poſt Chryſoſtomũ duplex malum aduertunt, primò quòd frater aduerſus fratrẽ iudicio agat; ſecondò quòd apud Iudices infideles. Delictum autem & Chryſoſtomus crimen vocat, id eſt peccatum, iuſtâ Pauli accuſatione dignũ. Et Sedulius ac Primaſius delictum interpretantur peccatũ. In Gręco vox ἥττημα, ex Theophylacto condemnationẽ, ex alijs minorationem, diminutionem, defectum. Quaſi dicat, imperfectio, deiectio impotentia animi eſt in vobis, quòd iræ, lucri, contentionis affectu vincimini, & pudor eſt & condemnatio, vobis, quòd nihil pati & ſufferre poteſtis. Vnde & Cajetanus delictum dicit, quòd iudicia non exerceantur ſine peccato ſaltem alterius colligantium; quia neceſſe eſt alterutrum habere iniuſtam cauſã. Quod & Auguſtinus confirmat ſcribens in Pſ. 80. Vbi dicit Chriſtianum ſua repetentem in iudicio, ædificare ſuper fundamentum quod eſt Chriſtus, lignum, fœnum, ſtipulam, adducto loco Pauli, qui eiuſmodi iudicia delicta eſſe dicit.

Et concione 24. *in Pſalm.* 118. *vocat* ſic litigantium, vitioſas & negotioſas cupiditates. *Non quod per ſe malum ſit in iudicio ſua repetere, ſed quia vt doctiſſimus ait Eſtius, malum non vnum, ſed multa ferè coniuncta habet. Nam ſuſcipiuntur huiuſmodi lites vt plurimum ex inordinato rerum temporalium amore. Accipe Auguſt. in Pſ.* 80. Contendit, inquit, Chriſtianus pro rebus terrenis, amplius quã decet eum cui promiſſum eſt regnum cælorum: nec totum cor ſurſum leuat, ſed aliquam partem eius trahit ad terram. *Hinc Baſilius magnus hom* 5. *Narrat S. Iulittam martyrem, res ſuas iniuſtè occupatas à quodam homine potente, eoque infideli, repetiſſe apud Iudices infideles; ea tamen Chriſtiani animi integritate*

Aug.

Aug.

ſeruata, vt cum iis et impij iudices denegarent niſi prius fidem eiuraret, maluit cum bonis & vitam amittere, quam fidem.

Aduerte autem Paulum rectè dixiſſe, & arguiſſe Chriſtianos quod iudicio contenderent apud iniquos, quos poſtea dixit infideles. Nam vt benè iuxta Auguſtinum exposuit Cornelius à Lapide Societatis Ieſu cõmentator Pauli: Iniquos opponit Sanctis, & Gentiles infideles Chriſtianis, qui ſancti vocabãtur. Ita Chryſoſtomus, Theophyl. Anſelmus, Græcè eſt, ἐπὶ τῶν ἀδίκων, id eſt apud iniuſtos, quia infideles carent fide, qua iuſtus viuit, ac conſequenter iniuſti ſunt, & ſæpè propriè iniuſtitiam cõmittunt. *Notandum item, hoc ſæcularium cauſarũ iudicium commiſſum fuiſſe Preſbyteris & Epiſcopis. Ita Clemens* 2. *Conſt.* 49. 50. 51. *& Ep.* 1. *ad Iacobum fratrem Domini.* Si qui fratres negotia habent inter ſe, apud cognitores ſæculi ne iudicentur, ſed apud Preſbyteros Eccleſiæ, quidquid eſt illud, dirimatur & omnimodo obediant ſtatutis eorum.

Quin etiam lex eſt 11. *q.* 1. *can.* Quicumq; *& can.* volumus, *qua Theodoſius Imperator ſtatuit, & Carolus magnus confirmauit, vt etiam lite iam apud iudicem ſæcularem conteſtatâ, liceret cuicumq; tã actori quàm reo, Eccleſiaſticum adire tribunal: Sic S. Ambroſius, vt liquet ex l.* 2. *officiorum. c.* 29. *iniuſta etiam Imperatorum iudicia irritare ſe dixit. Sic Gregorius Thaumaturgus teſte Nyſſeno. Sineſius vt patet ex Ep.* 57. 58. *lites dirimebant. Sed poſtea oppreſſi onere Epiſcopi, hæc ad iudices ſæculares remiſerunt. Iuxta inſtitutũ S. Petri, de quo ſic Clemens Ep.* 1. Nec, inquit, iudicẽ aut cognitorem ſæcularium negotiorũ vult hodie te ordinatum Chriſtus, ne præfocatus pręſentibus, non poſſis verbo Dei vacare, & ſecundũ veritatis regulam, ſecernere bonos à malis. *Inde etiam grauatim hoc onere querebatur S. P. Auguſtinus, præeligens Monachus, vt fusè in præfatione generali probauimus, cum Monachis manibus operari, quã tot litibus componendis inſudare. Ita enim l. de Opere Monachorum, c.* 19. Non alligamus onera grauia, & veſtris humeris imponimus, quæ nos digito attingere nolumus. Quærite & agnoſcite labores occupationum noſtrarum, & in aliquibus noſtrorum etiam corporum infirmitates, & Eccleſiarũ quibus ſeruimus talem iam conſuetudinem; vt nos ad illa opera ad quæ vos hortamur, vacare non ſinant. Quanquam enim dicere poſſemus, (*vt* 1. *Cor.* 9. *Paulus*) quis militat ſuis ſtipendijs vnquam? Quis plantat vineã, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non percipit? Tamen Dominum Ieſum, in cuius nomine ſecurus hæc dico, teſtem inuoco ſuper animam meam, (*aduerte & inuitum factum Preſbyterum, & Epiſcopum priorem vitam Monaſticam ſuſpiraſſe, & ægrè in Epiſcopali manſiſſe, licet vt in præfatione probauimus, ſemper retento habitu Monachali:*) quoniam quantum attinet ad meum commodum, multò mallem per ſingulos dies certis horis, quantum in benè moderatis Monaſterijs conſtitutum eſt, aliquid manibus operari, & cæteras horas habere ad legendum, & orandum, aut aliquid de diuinis litteris agendum liberas: quàm tumultuoſiſſimas perplexitates cauſarum alienarum pati de negotijs ſæcularibus, vel iudicando dirimendis, vel interueniendo præcidendis; quibus nos moleſtijs idem affixit, non vtique ſuo, ſed eius qui in eo loquebatur arbitrio: quas tamen ipſum perpeſſum fuiſſe non legimus: aliter enim ſe habebat Apoſtolatus eius diſcurſus. Nec dixit, ſæcularia igitur iudicia ſi haberi-

S. Aug.

tis, ad nos deferte, aut nos conſtituite ad iudi- A
candum: ſed eos, qui contemptibiles ſunt in Eccleſia, hos, inquit, collocate: ad reuerentiam vobis dico. Sic non eſt inter vos quiſquam ſapiens, qui poſſit inter fratrem ſuum iudicare, ſed frater cum fratre iudicatur, & hoc apud infideles. Sapientes ergo qui in locis conſiſtebant, fideles & ſanctos, non qui hac atque illac propter Euangelium diſcurrebant, talium negotiorum examinatores eſſe voluit. Vnde nunquam de illo ſcriptum eſt, quòd aliquando talibus vacauerit, à quibus nos excuſare non poſſumus, etiam ſi contemptibiles ſimus, quia & hos collocari voluit,
ſi ſapientes defuiſſent, potius quàm vt negotia B
Chriſtianorum deferrentur in forum. Quem tamen laborem non ſine conſolatione Domini ſuſcipimus, pro ſpe vitæ æternæ, vt fructum feramus cum tolerantia. Serui enim ſumus eius Eccleſiæ, & maximè infirmioribus membris, quantalibet, in eodem corpore membra ſumus. Omitto alias innumerabiles Eccleſiaſticas curas, quas fortaſſe nemo credit niſi qui expertus eſt. Non ergo alligamus onera grauia, & humeris veſtris imponimus, quæ nos digito non attingimus; quandoquidem ſi officij noſtri ſaluâ ratione poſſemus, videt ille qui probat corda noſtra, mallemus hæc agere, quæ vt agatis hortamur, quàm ea quæ nos agere cogimur.

Sed vt ad ſcopum redeam de iuditio ſæculari, iuxta
Paulum, Auguſtinum, & Patres prœcitatos prohibito, C
maximè coram infidelibus iudicibus, Diuus Thomas, lect. 1. in 1 Cor. 6. Inordinatum multipliciter dicit. Primò, qoia per hoc derogatur authoritati fidelium; Secundò, datur occaſio infidelibus iudicibus contemnendi fideles, quos diſſentire vident, eoſque calumniandi & opprimendi, quos odio habent propter ritus diuerſitatem. Et ideo dicitur, Deuteron. 1. tuli de tribubus veſtris viros ſapientes & nobiles, præcepique eis dicens: audite illos, & quod iuſtum eſt iudicate, &c. Nec prohibet Apoſtolus ſub infidelibus conſtitutos, eorum iudicio comparere ſi vocentur, hoc enim eſſet contra ſubiectionem debitam: ſed prohibet
eligere voluntariè infidelium iudicium. *Vocati* D
itaque & compulſi debent comparere coram Iudice infideli: coram fideli autem iuxta D. Thomã Ibid. lect. 2. & alios licet, pro bono communi, & pauperum, imò & pro priuato commodo, ex motiuo charitatis, ne proximus fiat deterior; ex odio autem, vel auaritia, vel cum ira, & vana gloria alijſque prauis affectibus, qui plerumque lites comitantur, nunquam licet. Chryſoſtomus hom. 12. operis imperfecti: Primú, inquit, indigna res eſt, vt homo fidelis ſtet in iudicio ante conſpectum iudicis infidelis. Nam & ſi infidelis non eſt, certè ſæcularis eſt; & qui te venerari debuerat propter dignitatem fidei, iudicat te propter neceſſitatem cauſæ, & perdes dignitatem Chriſti, propter negotium mundi. Deinde propter lucem, neceſſe eſt vt coram eo te abijcias. Demum omne iudicium irritatio cordis eſt, &
cogitationum malarum. Si ſemel in iudicium in- E
greſſus fueris, non iam deſideras vt veritas cauſæ appareat, ſed vt quocumque modo victor exiſtas. *Et hoc vanitas eſt, & afflictio ſpiritus, & vt ſupra Tertullianus* negotium curans gloriæ: *quæ niſi fallor peccata ſunt. Hieronymus item aduerſus Vigilantium ſcribens, citatus in Gloſſa*: Injuriam, inquit, meam patienter fero, iniuriam autem Dei ferre non poſſum. *Sed quotus quiſque eſt qui de bonis ablatis, & iniurijs illatis, ideo coram iudice queritur, quòd Deus ſit ab aduerſario læſus, & non magis pro iniuria priuata. Certe iuxta Hilarium in Pſal. 138.* Religioſum eſt odium quo quis oderit inimicos Dei. *Et Auguſtinus citatus à Gloſſa in Epiſt. Parmeniani*: Præcepta Euangelica de dilectione inimicorum, & miſericordia impendenda proximis, eatenus intelligenda ſunt, non vt peccati relaxetur impunitas, ſed vt delinquenti correctio & naturæ miniſtretur ſubſidium: donec per ſententiam iudicis ademptâ ſpe correctionis, malorum tollatur exercitium.

Hinc doctor Angelicus lect. 2. in 1. Cor. 6. explanans Apoſtoli verba: Iam quidem omnino delictum eſt in vobis, quia iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? &c. Poſtquam, inquit, Apoſtolus reprehendit Corinthios de hoc, quod coram infidelibus iudicibus litigabant: hic reprehendit eos quantum ad ipſa vitia, &c. Dicit ergo primò. Dictum eſt quod frater cum fratre in iudicio contendit: quod non ſolum malú eſt, quia apud infideles contenditis: ſed iam quidem poſt conuerſionem veſtram omnino delictum eſt in vobis, id eſt ad delictum vobis reputatur, quia iudicia habetis inter vos, inter quos ſcilicet debet eſſe pax. Quia dicitur 2. Timoth. 2. 24. Seruum Domini non oportet litigare, ſed manſuetú eſſe ad omnes, docibilem, patienté, &c. Apparet autem ex hoc, vt dicit hic gloſſa Auguſt. quòd peccatú & iudiciú habere contra aliquem. *Tum inducit aduerſarium Auguſtini obijcientem, quem tamen poſtea refellit, ſecutus Auguſtinum*: Sed hoc videtur eſſe falſum: quia ſi peccatum eſt iudicium habere, videtur ſequi, quòd etiam peccatum ſit, iudices conſtituere, cùm hoc ſit occaſionem dare iudicium habentibus: cum tamen dicatur Deuteron. 1. Audite illos, & quod iuſtum eſt, iudicate: & poſtea ſubditur; quia Dei iudicium eſt. Soluitur autem in gloſſa, quia infirmis permittitur in iudicio ſua repetere, non autem perfectis, quibus licet ſua repetere, ſed non in iudicio. Eſt autem ſciendum hic, quòd aliquid eſt perfectis illicitum, aliquid autem omnibus. Perfecti quidem proprium non habent, ſecundum illud. Matth. 19. Si vis perfectus eſſe, &c. Et ideo non licet eis in iudicio repetere quaſi propria, cùm eis non liceat habere proprium. licet tamen eis in iudicio repetere ea quæ ſunt communia: non enim hoc faciendo peccant, ſed magis merentur. Eſt enim opus charitatis, defendere, vel recuperare res pauperum, ſecundùm illud Pſalmi: eripite pauperem & egenum de manu peccatoris liberate. Sed iudicium aduerſus aliquem eſt illicitum omnibus, quantum ad tria. Primò quidem quantum ad cauſam ex qua aliquis iudicium habet, puta ex cupiditate & auaritia. Vnde Luc. 12. Dominus dixit, quis me conſtituit iudicem ad diuidendum inter vos? Poſtea ſubdit Videte & cauete ab omni auaritia. Secundò quantum ad modú iudicij, quia ſcilicet cum contentione, & detrimento pacis iudicium proſequuntur. Vt enim dicitur. Iac. 3. 16. Vbi zelus, & contentio, ibi inconſtantia, & omne opus prauum. *Et cap. 4. 1. Vnde bella & lites in vobis? Nonne hinc? Ex concupiſcentijs veſtris quæ militant in vobis.*) Et hoc videtur Apoſtolus in eis reprehendere, vt patet ex hoc quod ſupra dixit, frater cum fratre iudicio contendit. Tertiò ex peruerſitate iudicij: puta cùm aliquis iniuſtè & fraudulenter in iudicio procedit: ſecundum illud Eſa. 10. Vt opprimerent pauperem, & vim facerent cauſæ humilium po-

puli mei. Et hoc etiam Apoſtolus in eis reprehendit: vt patet per id quod ſubdit: ſed vos iniuriam facitis. Quartò propter ſcandalum quod ſequitur, vnde & Dominus mandat. Matth. 5. Qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Ex charitate verò (*ſed heu quàm rara, & ſic defæcata*) ſua in iudicio repetere licitum eſt. Vnde Gregor. dicit in moralibus: cùm curam rerum nobis neceſſitas imponit, quidam dum ea rapiunt, ſolummodo ſunt tolerandi: quidam verò ſeruatâ charitate ſunt prohibendi: ſcilicet ne rapientes non ſua, ſemetipſos perdant. *Ex per hæc patet, quanta iniuria fiat ſanctiſſimo Doctori, quaſi eius doctrina priuata ſit, & nimis irrationabilis & ſeuera, cùm tot ac tanti Patres in principiis eius, rationibus & argumentis vnanimiter conueniant.*

Chriſtum pro ſolis prædeſtinatis mortuum num cenſuerit Auguſtinus, cum Tertulliano.

TErtullianus quidem libro contra Iudæos, cap. 14. *Vtrumque Chriſti aduentum, in duobus hircis Leuit. 16. 5. & ſeq. delineatum agnoſcit.* Duorum, inquit, hircorum qui ieiunio offerebantur, faciam interpretationem. Nonne & illi vtrumque ordinem nominis Chriſti, qui iam venit, oſtendunt? Pares quidem, atque conſimiles, propter eundem Domini conſpectum, qui non aliâ venturus eſt formâ, vt qui agnoſci habet, à quibus & læſus eſt. Vnus autem eorum circundatus coccino, maledictus, & conſputatus, & conuulſus, & compunctus, à populo extra ciuitatem abiectus eſt in perditionem, manifeſtis notatus inſignibus Chriſti paſſionis; qui coccinea circundatus veſte, & conſputatus, & omnibus contumeliis afflictus, extra ciuitatem crucifixus eſt. Alter verò pro delictis oblatus, & Sacerdotibus tantùm templi in pabulum datus, ſecundæ repræſentationis (*Aduentus*) argumenta ſignabat: quâ delictis omnibus expiati Sacerdotes templi ſpiritalis, id eſt Eccleſiæ, Dominicæ gratiæ quaſi viſceratione quadam fruerentur, ieiunantibus cæteris à ſalute. *Quo quidem loco graphicè deſcriptus eſt Chriſtus; in primo quidem hirco Anathematis, pro omnibus paſſus extra portam omnium in corpore ſuo delicta portauit, cauſa omnium paſſus; & vt apud Ioannem legitur,* agnus tollens peccatum mundi, *quod omnes homines in Adam, exceptâ Deiparâ, originaliter contraxerunt. Qui licet in primo aduentu omnes ſub iugo peccati laborantes & oneratos ad ſe venire inuitauerit, & ad cœnã ſuam conuocauerit; in ſecundo tamen aduentu, non omnes in templum ſpiritale ſupernæ Ieruſalem, & Eccleſiam triumphantem,* ad conuiuium pinguium, conuiuium medullatorum, & vindemiæ defæcatæ *admiſſurus eſt; ſed ſolos Sacerdotes, delictis omnibus expiatos, Dominica gratiæ viſceratione, hoc eſt gloriæ ſuæ plenitudine cibaturus electos, qui in Apocalypſi Ioannis, Deo & Agno benedicentes, cantabunt*: Feciſti nos Deo noſtro regnum, & Sacerdotes: *ieiunantibus cæteris ab æterna ſalute. Licet enim nunc Eccleſia ſit ſ[...]næ ſimilis,* ex omni genere piſcium congreg[...], *& boni cum malis in Eccleſia permixti ſint; in in[...]y littore, & in extremis maris ſeculi ſeparabunt Angeli malos de medio iuſtorum, tritici faſciculi à zizaniis ſegregabuntur, paleæ à frumentis eiuſdem areæ, virgines fatuæ à ſapientibus, excludentur à nuptiis agni temnantes à*

A *ſalute. Hic ego quid ſentiam, apertè, & nudè, & ſincerè profiteor; me in omnibus, & per omnia credere, quidquid ſancta mater vult me credere Romana Eccleſia, & deteſtabilem errorem, à B. memoriæ Innocentio X. damnatum execror, & deteſtor in quinta propoſitione contentum, quæ ſic habet.* Semipelagianum eſt, dicere Chriſtum pro omnibus omninò hominibus mortuũ eſſe, aut ſanguinem fudiſſe. *Quinimò Catholicam & Apoſtolicam aſſero, ſententiam, & calamo ſcribo,* & ore profero ad ſalutem, & corde credo ad iuſtitiam. *1. Tim. 2. 5.* Vnus Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, qui dedit Redemptionem ſemetipſum pro omnibus. *2. Cor. 5. 14.* Charitas Chriſti vrget nos: æſti-
B mantes hoc, quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt: & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus: vt & qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. *Et ſenſu, quo vult intelligi eam Eccleſia, eo prorſus intelligere volo, & eoque modo intellexiſſe profiteor.*

Subſcribo lubens Concil. Tridentino, ſeſſ. 6. can. 17. quo dicitur. Si quis iuſtificationis gratiam, non niſi prædeſtinatis ad vitam contingere dixerit, reliquos verò omnes qui vocantur, vocari quidem, ſed gratiam non accipere, vtpote diuinâ poteſtate prædeſtinatos ad malum, Anathema ſit. *Per omnia ſequor quod habet eadem S. Synodus eadem*
C *ſeſſ. cap. 2. & 3.* Quod, factum eſt vt cæleſtis Pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, Chriſtum Ieſum filium ſuum ante legem, & legis tempore multis ſanctis Patribus declaratum ac promiſſum, cum venit illa beata plenitudo temporis, ad homines miſerit, vt & Iudæos, qui ſub lege erant, redimeret, & gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam, iuſtitiam apprehenderent, atque omnes adoptionem filiorum reciperent. Hunc propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius pro peccatis noſtris, non ſolùm autem pro noſtris, ſed etiam pro totius mundi. *Et cap. 3. ſic proſequitur*: Verùm, & ſi ille pro omnibus mortuus eſt, non omnes tamen mortis eius
D beneficium recipiunt, ſed ij dumtaxat quibus meritum paſſionis eius communicatur. Nam ſicut reuera homines, niſi ex ſemine Adæ propagati naſcerentur, non naſcerentur iniuſti, cùm eâ propagatione, per ipſum, dum concipiuntur, propriam iniuſtitiam contrahant: Ita niſi in Chriſto renaſcerentur, nunquam iuſtificarentur: cùm eâ renaſcentiâ, per meritum paſſionis eius, gratia quâ iuſti fiunt, illis tribuatur.

Hoc poſito fidei meæ, quæ eſt fides Eccleſiæ Romanæ, fundamento. videndum eſt, vtrum Auguſtino debuerit hic error imputari; quaſi cenſuerit, Dominum Ieſum Chriſtum, pro ſolis prædeſtinatis paſſum & mortuum. Hoc ita doctrinæ eius repugnat, vt vbique ſcribat, nul-
E *lum ſiue infantem, ſiue adultum iuſtificationis gratiam conſecutum, niſi merito paſſionis & mortis eius: Et aliunde locis innumeris probet, quos ſuperfluum cenſeo recenſere; ex tot vocatis ad fidem, ex tot baptizatis, quibus certiſſimè meritum paſſionis eius communicatum eſt, & qui mortis eius beneficium, hoc eſt gratiam peccati originalis in infantibus remiſſionem, & præter originale actualiũ in adultis, qui tamẽ poſt acceptam in lauacro, vel Sacramento pœnitentiæ multis à millibus iuſtificationis & redemptionis gratiam, in peccata mortalia relabuntur, & tandem ſponte ſuâ, & prauo liberi arbitriĩ vſu in impœnitentia finali moriuntur; iuſteque Dei præſcientia reprobati, infœliciſſimum, tantoque miſeriorem, qui voluntarium exitum præuidente, ſuo tempore Deo vindice, & iuſto*

tis, ad nos deferte, aut nos conſtituite ad iudicandum: ſed eos, qui contemptibiles ſunt in Eccleſia, hos, inquit, collocate: ad reuerentiam vobis dico. Sic non eſt inter vos quiſquam ſapiens, qui poſſit inter fratrem ſuum iudicare, ſed frater cum fratre iudicatnr, & hoc apud infideles. Sapientes ergo qui in locis conſiſtebant, fideles & ſanctos, non qui hac atque illac propter Euangelium diſcurrebant, talium negotiorum examinatores eſſe voluit. Vnde nonquam de illo ſcriptum eſt, quòd aliquando talibus vacauerit, à quibus nos excuſare non poſſumus, etiam ſi contemptibiles ſimus, quia & hos collocari voluit, ſi ſapientes defuiſſent, potius quàm vt negotia Chriſtianorum deferrentur in forum. Quem tamen laborem non ſine conſolatione Domini ſuſcipimus, pro ſpe vitæ æternæ, vt fructum feramus cum tolerantia. Serui enim ſumus eius Eccleſiæ, & maximè infirmioribus membris, quantalibet, in eodem corpore membra ſumus. Omitto alias innumerabiles Eccleſiaſticas curas, quas fortaſſe nemo credit niſi qui expertus eſt. Non ergo alligamus onera grauia, & humeris veſtris imponimos, quæ nos digito non attingimus; quandoquidem ſi officij noſtri ſaluâ ratione poſſemns, videt ille qui probat corda noſtra, mallemus hæc agere, quæ vt agatis hortamur, quàm ea quæ nos agere cogimur.

Sed vt ad ſcopum redeam de iudicio ſæculari, iuxta Paulum, Auguſtinum, & Patres præcitatos prohibito, maximè coram infidelibus iudicibus, Diuus Thomas, lect. 1. in 1 Cor. 6. Inordinatum multipliciter dicit. Primò, qoia per hoc derogatur authoritati fidelium; Secundò, datur occaſio infidelibus iudicibus contemnendi fideles, quos diſſentire vident, eoſqne calumniandi & opprimendi, quos odio habent propter ritus diuerſitatem. Et ideo dicitur, Deuteron. 1. tuli de tribubus veſtris viros ſapientes & nobiles, præcepique eis dicens: audite illos, & quod iuſtum eſt iudicate, &c. Nec prohibet Apoſtolus ſub infidelibus conſtitutos, eorum iudicio comparere ſi vocentur, hoc enim eſſet contra ſubiectionem debitam: ſed prohibet eligere voluntariè infidelium iudicium. *Vocati itaque & compulſi debent comparere coram Iudice infideli: coram fideli autem iuxta D. Thomã Ibid. lect. 2. & alios licet, pro bono communi, & pauperum, imò & pro priuato commodo, ex motiuo charitatis, ne proximus fiat deterior; ex odio autem, vel auaritia, vel cum ira, & vana gloria alijſque prauis affectibus, qui plerumque lites comitantur, nunquam licet. Chryſoſtomus hom. 12. operis imperfecti:* Primũ, inquit, indigna res eſt, vt homo fidelis ſtet in iudicio ante conſpectum iudicis infidelis. Nam & ſi infidelis non eſt, certè ſæcularis eſt; & qui te venerari debuerat propter dignitatem fidei, iudicat te propter neceſſitatem cauſæ, & perdes dignitatem Chriſti, propter negotium mundi. Deinde propter lucem, neceſſe eſt vt coram eo te abijcias. Demum omne iudicium irritatio cordis eſt, & cogitationum malarum. Si ſemel in iudicium ingreſſus fueris, non iam deſideras vt veritas cauſæ appareat, ſed vt quocumque modo victor exiſtas. *Et hoc vanitas eſt, & afflictio ſpiritus, & vt ſupra Tertullianus* negotium curans gloriæ: *quæ niſi fallor peccata ſunt. Hieronymus item aduerſus Vigilantium ſcribens, citatus in Gloſſa:* Injuriam, inquit, meam patienter fero, iniuriam autem Dei ferre non poſſum. *Sed quietus quiſque eſt qui de bonis ablatis, & iniurijs illatis, ideo coram iudice queritur, quòd Deus ſit ab aduerſario læſus, & non magis pro iniuria priuata. Certe iuxta Hilarium in Pſal. 138.* Religioſum eſt odium quo quis oderit inimicos Dei. *Et Auguſtinus citatus à Gloſſa in Epiſt. Parmeniani:* Præcepta Euangelica de dilectione inimicorum, & miſericordia impendenda proximis, eatenus intelligenda ſunt, non vt peccatis relaxetur impunitas, ſed vt delinquenti correctio, & naturæ miniſtretur ſubſidium: donec per ſententiam iudicis ademptâ ſpe correctionis, malorum tollatur exercitium. Aug.

Hinc doctor Angelicus lect. 2. in 1. Cor. 6. explanans Apoſtoli verba: Iam quidem omnino delictum eſt in vobis, quia iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? &c. Poſtquam, inquit, Apoſtolus reprehendit Corinthios de hoc, quod coram infidelibus iudicibus litigabant: hic reprehendit eos quantum ad ipſa vitia, &c. Dicit ergo primò. Dictum eſt quòd frater cum fratre in iudicio contendit. quod non ſolum malũ eſt, quia apud infideles contenditis: ſed iam quidem poſt conuerſionem veſtram omnino delictum eſt in vobis, id eſt ad delictum vobis reputatur, quia iudicia habetis inter vos, inter quos ſcilicet debet eſſe pax. Quia dicitur 2. Timoth. 2. 24. Seruum Domini non oportet litigare, ſed manſuetũ eſſe ad omnes, docibilem, patientẽ, &c. Apparet autem ex hoc, vt dicit hic gloſſa Auguſt. quòd peccatũ & iudiciũ babere contra aliqoem. *Tum inducit aduerſarium Auguſtini obijcientem, quem tamen poſtea refellit, ſecutus Auguſtinum:* Sed hoc videtur eſſe falſum: quia ſi peccatum eſt iudicium habere, videtur ſequi, quòd etiam peccatum ſit, iudices conſtituere, cùm hoc ſit occaſionem dare iudicium habentibus: cum tamen dicatur Deuteron. 1. Audite illos, & quod iuſtum eſt, iudicate: & poſtea ſubditur; quia Dei iudicium eſt. Soluitur autem in gloſſa, quia infirmis permittitur in iudicio ſua repetere, non autem perfectis, quibus licet ſua repetere, ſed non in iudicio. Eſt autem ſciendum hic, quòd aliquid eſt perfectis illicitum, aliquid autem omnibus. Perfecti quidem proprium non habent, ſecundum illud. Matth. 19. Si vis perfectus eſſe, &c. Et ideo non licet eis in iudicio repetere quaſi propria, cùm eis non liceat habere proprium: licet tamen eis in iudicio repetere ea quæ ſunt communia: non enim hoc faciendo peccant, ſed magis merentur. Eſt enim opus charitatis, defendere, vel recuperare res pauperum, ſecundùm illud Pſalmi: eripite pauperem & egenum de manu peccatoris liberate. Sed iudicium aduerſus aliquem eſt illicitum omnibus, quantum ad tria. Primò quidem quantum ad cauſam ex qua aliquis iudicium habet, puta ex cupiditate & auaritia. Vnde Luc. 12. Dominus dixit, quis me conſtituit iudicem ad diuidendum inter vos? Poſtea ſubdit: Videte & cauete ab omni auaritia. Secundò quantum ad modũ iudicij, quia ſcilicet cum contentione, & detrimento pacis iudicium proſequuntur. Vt enim dicitur. Iac. 3. 16. Vbi zelus, & contentio, ibi inconſtantia, & omne opus prauum. *Et cap. 4. 1. Vnde bella & lites in vobis? Nonne hinc? Ex concupiſcentijs veſtris quæ militant in vobis.)* Et hoc videtur Apoſtolus in eis reprehendere, vt patet ex hoc quod ſupra dixit, frater cum fratre iudicio contendit. Tertiò ex peruerſitate iudicij: puta cùm aliquis iniuſtè & fraudulenter in iudicio procedit: ſecundum illud Eſa. 10. Vt opprimerent pauperem, & vim facerent cauſæ humilium po-

puli mei. Et hoc etiam Apoſtolus in eis reprehendit: vt patet per id quod ſubdit: ſed vos iniuriam facitis. Quarto propter ſcandalum quod ſequitur, vnde & Dominus mandat. Matth. 5. Qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Ex charitate verò (*ſed heu quàm rara, & ſic defæcata*) ſua in iudicio repetere licitum eſt. Vnde Gregor. dicit in moralibus: cùm curam rerum nobis neceſſitas imponit, quidam dum ea rapiunt, ſolummodo ſunt tolerandi. quidam verò ſeruatâ charitate ſunt prohibendi: ſcilicet ne rapientes non ſua, ſemetipſos perdant. *Et per hæc patet, quanta iniuria fiat ſanctiſſimo Doctori, quaſi eius doctrina priuata ſit, & nimis irrationabilis & ſeuera, cùm tot ac tanti Patres in principiis eius, rationibus & argumentis vnanimiter conueniant.*

Chriſtum pro ſolis prædeſtinatis mortuum num cenſuerit Auguſtinus, cum Tertulliano.

TErtullianus quidem libro contra Iudæos, cap. 14. Vtrumque Chriſti aduentum, in duobus hircis Leuit. 16. 5. & ſeq. delineatum agnoſcit. Duorum, inquit, hircorum qui ieiunio offerebantur, faciam interpretationem. Nonne & illi vtrumque ordinem nominis Chriſti, qui iam venit, oſtendunt? Pares quidem, atque conſimiles, propter eundem Domini conſpectum, qui non aliâ venturus eſt formâ, vt qui agnoſci habet, à quibus & læſus eſt. Vnus autem eorum circundatus coccino, maledictus, & conſputatus, & conuulſus, & compunctus, à populo extra ciuitatem abiectus eſt in perditionem, manifeſtis notatus inſignibus Chriſti paſſionis; qui coccinea circundatus veſte, & conſputatus, & omnibus contumeliis afflictus, extra ciuitatem crucifixus eſt. Alter verò pro delictis oblatus, & Sacerdotibus tantùm templi in pabulum datus, ſecundæ repræſentationis (*Aduentus*) argumenta ſignabat: quâ delictis omnibus expiati Sacerdotes templi ſpiritalis, id eſt Eccleſiæ, Dominicæ gratiæ quaſi viſceratione quadam fruentur, jejunantibus cæteris à ſalute. *Quo quidem loco graphicè deſcriptus eſt Chriſtus, in primo quidem hirco Anathematis, pro omnibus paſſus extra portam omnium in corpore ſuo delicta portans, tanquàm omnium paſſus; & vt apud Ioannem legitur,* agnus tollens peccatum mundi, *quod omnes homines in Adam, exceptâ Deiparâ, originaliter contraxerunt. Qui licet in primo aduentu omnes ſub iugo peccati laborantes & oneratos ad ſe venire inuitauerit, & ad cœnã ſuam conuocauerit; in ſecundo tamen aduentu, non omnes in templum ſpiritale ſuperna Ieruſalem, & Eccleſiam triumphantem, ad* conuiuium pinguium, conuiuium medullatorum, & vindemiæ defæcatæ *admiſſurus eſt: ſed ſolos Sacerdotes, delictis omnibus expiatos, Dominica gratiæ viſceratione, hoc eſt gloria ſua plenitudine cibaturus electos, qui in Apocalypſi Ioannis, Deo & Agno benedicentes, cantabunt:* Fecisti nos Deo noſtro regnum, & Sacerdotes: *ieiunantibus cæteris ab æterna ſalute. Licet enim nunc Eccleſia ſit ſagenæ ſimilis,* ex omni genere piſcium congreganti, *& boni cum malis in Eccleſia permixti ſint; in iudicij littore, & in extremis maris ſæculi ſeparabunt Angeli malos de medio iuſtorum, triticeæ faſciculi a zizaniis ſegregabuntur, palea a frumentis eiuſdem areæ, virgines fatuæ à ſapientibus, excludentur a nuptiis agni ieiunantes à*

A *ſalute. Hic ego quid ſentiam, apertè & nudè, & ſincerè profiteor; me in omnibus, & per omnia credere, quidquid ſancta mater vult me credere Romana Eccleſia, & deteſtabilem errorem, à B. memoria Innocentio X. damnatum execror, & deteſtor. in quinta propoſitione contentum, qua ſic habet.* Semipelagianum eſt, dicere Chriſtum pro omnibus omninò hominibus mortuũ eſſe, aut ſanguinẽ fudiſſe. *Quinimò Catholicam & Apoſtolicam aſſero, ſententiam, & calamo ſcribo,* & ore profero ad ſalutem, & corde credo ad iuſtitiam. *1. Tim. 2. 5.* Vnus Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, qui dedit Redemptionem ſemetipſum pro omnibus. *2. Cor. 5. 14.* Charitas Chriſti vrget nos: æſti-
B mantes hoc, quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt: & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus: vt & qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. *Et ſenſu, quo vult intelligam Eccleſia, eo prorſus intelligere volo, & vſque modo intellexiſſe profiteor.*

Subſcribo lubens Concil. Tridentino, ſeſſ. 6. an. 17. quo dicitur. Si quis iuſtificationis gratiam, non niſi prædeſtinatis ad vitam contingere dixerit, reliquos verò omnes qui vocantur, vocari quidem, ſed gratiam non accipere, vtpote diuinâ poteſtate prædeſtinatos ad malum, Anathema ſit. *Per omnia ſequor quod habet eadem S. Synodus eadem*
C *ſeſſ. cap. 2. & 3.* Quod, factum eſt vt cæleſtis Pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, Chriſtum Ieſum filium ſuum ante legem, & legis tempore, multis ſanctis Patribus declaratum ac promiſſum, cum venit illa beata plenitudo temporis, ad homines miſerit, vt & Iudæos, qui ſub lege erant, redimeret, & gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam, iuſtitiam apprehenderent, atque omnes adoptionem filiorum reciperent. Hunc propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius pro peccatis noſtris, non ſolùm autem pro noſtris, ſed etiam pro totius mundi. *Et cap. 3. ſic proſequitur:* Verùm, & ſi ille pro omnibus mortuus eſt, non omnes tamen mortis eius
D beneficium recipiunt, ſed ij duntaxat quibus meritum paſſionis eius communicatur. Nam ſicut reuera homines, niſi ex ſemine Adæ propagati naſcerentur, non naſcerentur iniuſti, cùm eâ propagatione, per ipſum, dum concipiuntur, propriam iniuſtitiam contrahant: Ita niſi in Chriſto renaſcerentur, nunquam iuſtificarentur: cùm eâ renaſcentiâ, per meritum paſſionis eius, gratia qua iuſti fiunt, illis tribuatur.

Hoc poſito fidei mea, quæ eſt fides Eccleſiæ Romanæ, fundamento, videndum eſt, vtrum Auguſtino debuerit hic error imputari; quaſi cenſuerit, Dominum Ieſum Chriſtum, pro ſolis prædeſtinatis paſſum & mortuum. Hoc iſta doctrina eius repugnat, vt vbique ſcribat, nul-
E *lum ſiue infantem, ſiue adultum iuſtificationis gratiam conſecutum, niſi merito paſſiones & mortis eius: Et aliunde locis innumeris probet, quot ſuperfluum cenſeo recenſere; ex tot vocatis ad fidem, ex tot baptizatis, quibus certiſſime meritum paſſionis eius communicatum eſt, & qui mortis eius beneficium, hoc eſt gratiam peccati originalis in infantibus remiſſiuam, & præter originale actualium in adultis, qui tamẽ poſt acceptam in lauacro, vel Sacramento pœnitentiæ millies à millibus iuſtificationis & redemptionis gratiam, in peccata mortalia relabuntur, & tandem ſponte ſuâ, & prauo liberi arbitrij vſu, in impœnitentia finali moriuntur; iſteque Dei præſcientia reprobati, infæliciſſimum, tantoque miſeriorem, quo voluntarium exitum prauidente, ſuo tempore Deo vindice, & iuſto*

A *vltore, æternis ſuppliciis condemnantur : nullum inquam, niſi per Chriſti meritum gratiam ſequutum.*

Id in vno, pro omnibus, Iuda traditore manifeſtum eſt, qui licet omnium reproborum caput, Chriſtus non modicam redemptionis ſortem, ſed & ipſius Apoſtolatus contulit dignitatem. De quo Auguſtinus in Pſal.

S. Auguſt. 108. *enarratione prima:* Conſtitue ſuper eum peccatorem: tanquam, inquit, intendens in eum qui ſe tradidit talibus, de qualibus ſuis inimicis loquebatur ſuperius. (*Poſuerunt aduerſum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.*) Cùm igitur hic Iudam traditorem ſecundum ſcripturam Actuum Apoſtolorum ſupplicio debito prænuntiet puniendum, quid eſt, conſtitue ſuper eum B peccatorem, niſi eum quem ſequenti verſu iudicat, cùm dicit, & diabolus ſtet à dextris eius? Hoc vtique meruit, vt ſuper ſe diabolum habeat, id eſt diabolo ſubditus ſit, qui Chriſto ſubditus eſſe noluit. Stet autem à dextris eius, dictum eſt, quia opera diaboli præpoſuit operibus Dei. Hoc enim cuique non immeritò dextrum dicitur, quod præponit; ſicut ſiniſtræ dextra præponitur. Ideo & de illis qui ſæculi huius gaudia præponentes Deo, beatum dixerunt populum cui hæc ſunt, rectiſſimè dictum eſt, Pſal. 143. Dextera eorum, dextera iniquitatis, &c. Contra, beatus populus cuius eſt Dominus Deus ipſius : huic enim non diabolus eſt à dextris, ſed Dominus, ſicut & alibi dicit, Pſal. 15. Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quo- C niam à dextris eſt mihi ne commouear. Diabolus ergo ſtetit à dextris eius, quando præpoſuit auaritiam ſapientiæ, (

S. Aug. *Cuius comparatione ſapiens aurum, diuitias, margaritas, nihil eſſe duxit.*) Et pecuniam ſaluti ſuæ, vt eum traderet, à quo debuit poſſideri vt ab ipſo poſſideretur, cuius opera ipſe Chriſtus ſoluit, à quo noluit poſſideri. Cùm iudicatur, exeat condemnatus. Noluit enim talis eſſe, cui diceretur, intra in gaudium Domini tui: ſed talis, de quo dicitur, Proijcite eum in tenebras exteriores. Et oratio eius fiat in peccatum, quoniam non eſt iuſta oratio, niſi per Chriſtum, quem vendidit immanitate peccati. Oratio autem quæ non fit per Chriſtum, non ſolùm non poteſt delere peccatum, ſed etiam ipſa fit in pec- D catum. Quando autem Iudas ita orare potuerit, vt oratio eius non fieret in peccatum, quæri poteſt. Credo antequam Dominum traderet, & de illo tradendo iam cogitaret: non enim iam poterat orare per Chriſtum. Nam poſteaquàm illum tradidit, eumque pœnituit, ſi per Chriſtum oraret, indulgentiam rogaret: ſi indulgentiam rogaret, ſpem haberet: ſi ſpem haberet, miſericordiam ſperaret : ſi miſericordiam ſperaret, non ſibi deſperatione collum ligaret, &c. Et oratio eius fiat in peccatum illi, quia non fit per Chriſtum, quem noluit ſequi, ſed perſequi. Fiant dies eius pauci. Dies eius dixit, dies Apoſtolatus eius, quia pauci fuerunt, quoniam ante paſſionem Domini ſcelere ipſius & morte conſumpti ſunt. Et tan- E quam diceretur, quid ergo fiet de ſacratiſſimo numero duodenario, in quo non fruſtra Dominus duodecim habere primos Apoſtolos voluit? Continuò ſubjecit, & Epiſcopatum eius accipiat alter, tanquam dicens, & ipſe pro ſuo merito puniatur, & ille numerus ſuppleatur.

Et enarratione ſecunda in eumdem Pſalm. 108. Et dilexit maledictionem & veniet ei. Quanquam & Iudas maledictionem dilexerit, & furando de loculis, & Dominum vendendo atque

A tradendo : tamen apertius populus ille dilexit maledictionem, quando dixit: ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Et elongabitur ab eo. Et Iudas quidem quia Chriſtum noluit, in quo eſt æterna benedictio; ſed apertius noluit benedictionem populus Iudæorum, cui dixit ille illuminatus à Domino. Io. 9. Numquid & vos vultis diſcipuli eius fieri? & noluit benedictionem, & pro maledicto habuit, & reſpondit, tu ſis diſcipulus eius. Et longè facta eſt ab eo benedictio, quia tranſitum fecit ad gentes. *Hinc pulchrè præmiſerat ſupra de populo Iudæorum:* Conſtitue ſuper eum peccatorem, &c. quemadmodum in Iuda, ſic in iſto populo intelligendum eſt, qui repulſo Aug. B à ſe Chriſto factus eſt ſubditus diabolo, cùm perſuaſiones eius in omnibus prauis & terrenis cupiditatibus, præpoſuit æternæ ſaluti. Cum iudicatur, exeat condemnatus. Quia in nequitia & in infidelitate perſiſtens, theſauriſat ſibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei. Et oratio eius fiat in peccatum, quia non fit per mediatorem Dei & hominum, hominem Ieſum Chriſtum, & Sacerdotem magnum in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Fiant dies eius pauci. Secundùm regnum accipiendum eſt Iudæorum, quia non diu poſtea perſeuerauit regnum Iudæorum. Et Epiſcopatum eius accipiat alter, ipſum Dominum Chriſtum non incongruenter intelligi exiſtimo Epiſcopatum populi Iudæorum, quia de tribu Iuda factus eſt ſecun- C dùm carnem, &c. Ipſe ait, non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſraël, quia & illis exhibuit in carne præſentiam : & Magi qui ab Oriente venerunt, hoc dixerunt, vbi eſt qui natus Rex Iudæorum? Et hoc in titulo ſcriptum erat, ſuper crucifixum: Vnde illud mutare volentibus, non fruſtra reſpondit Pilatus, quod ſcripſi, ſcripſi. Hunc ergo Epiſcopatum populi Iudæorum, id eſt Dominum Chriſtum, accepit alter, id eſt populus gentium. Fiant filij eius orphani, de quibus dicitur. Matth. 8. Filij autem regni huius eijcientur in tenebras exteriores. Facti ſunt autem orphani amiſſo ipſo regno, & Patre perdito. Quanquam & Deum Patrem benè intelliguntur amiſiſſe. qui enim filium non habet, ait veritas. 1. Io. 2. nec Patrem habet.

D *Nec vxorem præterijt pſaltes, Synagogam ſcilicet Chriſto ſponſo ſuo quem crudeliter occidit, viduatam, cui tamen, ſaltem ex parte filiorum, ſanguinem ſuum iuxta Gregor. magnum, miſericorditer effudit. Ita enim homil. 20. in Euangelia relata in Breuiario Romano Sabbato quatuor temporum aduentus.* Redemptoris, inquit, noſtri præcurſor, quo tempore prædicationis officium cœperit, memorato Romanæ Reipublicæ Principe, & Iudææ Regibus deſignatur. Quia enim illum prædicare veniebat, qui ex Iudæa quoſdam & multos ex Gentibus redempturus erat: per Regem Gentium, & principes Iudæorum, prædicationis eius tempora deſignantur. *Præceſſerat Auguſtinus tractatu 31. in Io.* E *relatus in Breuiario Romano Feria 2. Dominicæ Paſſionis. Cùm enim ad exhortationem Petri multos compunctos reuoluiſſet dicentes, quid faciemus? ſic ratiocinatur in gloriam Redemptoris etiam pro ſuis crucifixoribus orantis.* Viderunt, inquit, ſe ingenti Aug crimine impietatis adſtrictos, quando illum occiderunt quem venerari & adorare debuerant : Et hoc putabant eſſe inexpiabile. Magnum enim facinus erat, cuius conſideratio faceret illos deſperare : ſed non debebant deſperare, pro quibus in cruce pendens Dominus dignatus eſt orare. Di-

A xeiat enim : Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Videbat quoſdam ſuos (*electos*) inter multos alienos, (*reprobos*) illis iam petebat veniam, à quibus adhuc accipiebat iniuriam. Non enim attendebat quod ab ipſis moriebatur, ſed quia pro ipſis moriebatur.

Vt omnes porro in mediatorem Dei & hominum, omniumque Redemptorem ſperarent, nulluſque omnium de ſua ſalute deſperaret, ſicut Chriſtus, Auguſtino teſte, vt dicam in errores Tertulliani V. Remiſſio. pag. 118. 2. D. primam Euchariſtiam Iudæ vt & cæteris Apoſtolis tradens, dixit, quod pro vobis tradetur, qui pro vobis effundetur: *adeò vt nec ipſe traditor excluderetur à ſalute, ſi gratiæ cooperatus eſſet;* B *ita & pro ipſis crucifixoribus ſuis ſanguinem fudit, quo & plerique efficienter redempti ſunt, quem pro omnibus*, copioſa apud eum redemptione effundebat. *Et niſi ipſe Iudas pretium ſanguinis Chriſti repuliſſet, iuxta illud Pſalmiſtæ de eo & ſimilibus eius loquentis* : Veruntamen pretium meum cogitauerunt repellere; *currebat Chriſtus in ſitis moriendi pro eo. Sic Auguſtinus enarrat. 2. in Pſal. 68.* Aug. Pati vtique venerat, & puniuit per quem paſſus eſt. Nam Iudas traditor punitus eſt, & Chriſtus crucifixus eſt. Sed nos redemit ſanguine ſuo, & puniuit illum de pretio ſuo. Projecit enim pretium argenti, C quo ab illo Dominus venditus erat, nec agnouit pretium quo ipſe à Domino redemptus erat. Factum eſt hoc in Iuda. *Qui & iam tum pretium repulit dum inito venditionis Domini ſui pacto cum Iudæis, Dominum ſuum, corpus eius & ſanguinem in omnium ſalutem traditum, ſuam indignus* Aug. *ſuſcepit ad mortem Ita Auguſt. tract. 6. in Io.* 1. Certe fratres nouimus quid accipiamus, & vtique ſanctum eſt quod accipimus, & nemo dicit, non eſt ſanctum. Et quid ait Apoſtolus? Qui autem manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. Non ait, quia illa res mala eſt; ſed quia ille malus malè accipiendo, ad iudicium accipit, bonum quod accipit. Non enim mala erat buccella quæ tradita eſt Iudæ à Domino: abſit: medicus non daret venenum. Salutem medicus dedit, ſed indignè accipiendo, ad perniciem D accepit, quia non pacatus accepit. *Et tractat. 55. in Io.* 13 Adhuc cœnabatur, cùm Dominus ſurrexit, Aug. & pedes lauit diſcipulis ſuis: nam poſtea recubuit, & buccellam ſuo traditori poſtea dedit, vtique cœnâ nondum finitâ, hoc eſt, dum adhuc panis eſſet in menſa. Cœnâ ergo factâ, dictum eſt, iam paratâ, & ad conuiuantium menſam vſumque perducta, &c. Factum ergo iam fuerat per immiſſionem diabolicam, vt traderet diſcipulus magiſtrum, ſed quem non didicerat Deum: iam talis venerat ad conuiuium explorator Paſtoris, inſidiator Saluatoris, venditor Redemptoris: iam talis venerat, & videbatur, & tolerabatur, & ſe E ignorari arbitrabatur: quia in eo quem volebat fallere, fallebatur. At ille iſto, in ipſo corde intus inſpecto neſciente ſcienter vtebatur. *Et eo ignorante & reprobo, ad omnium ſalutem vtebatur.* Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus. Ergo & ipſum traditorem. Nam ſi eum in manibus non haberet, non vtique illo vteretur, vt vellet. Proinde iam traditor traditus erat ei quem tradere cupiebat, atque ita malum tradendo faciebat, vt de illo tradito bonum fieret quod neſciebat. Sciebat enim Dominus quid faceret pro amicis, qui patienter vtebatur inimicis. Ac ſic omnia dederat Pater in manus eius, & in vſum mala, & in effectum bona.

A *Et tract. 62.* Quid erat panis traditori datus, niſi demonſtratio cuius gratiæ fuerat ingratus. In- S. Aug. trauit autem Satanas poſt hunc panem, in Domini traditorem, vt ſibi iam traditum plenius poſſideret, in quem prius intrauerat, vt deciperet. *Inde dicit deceptos qui Euchariſtiam prius datam omnibus iuxta Lucam, non diſtinguūt buccellam intinctam apud Ioannem Iudæ traditam, &c. Deinde concludit* S. Aug. cùm homini, inquit, ingrato intraſſet panis in ventrem, hoſtis in mentem: adhuc tanti mali iam corde concepti, plenus reſtabat effectus, cuius iam præceſſerat damnandus affectus. Itaque cum Dominus panis viuus, panem (*Euchariſticum primò*) mortuo tradidiſſet, & panem (*intinctum &* B *non conſecratum*) tradendo, panis traditorem oſtendiſſet, (*de quo dixerat, panis quem ego dabo, &c. Ego ſum panis viuus, &c. Quod pro vobis tradetur, &c.*) Quod facis, inquit, fac citius. Non præcepit facinus, ſed prædixit Iudæ malum, nobis bonum. Quid enim Iudæ peius, & quid nobis melius quam traditus Chriſtus ab illo, aduerſus illum, pro nobis, præter illum? (*Non quod ipſum excluderet à ſalute, qui tot gratias à Saluatore acceperat, ſed quod præter eius intentionem fieret.*) Quod facis fac citius. O verbum libentius parati ad C paſſionem, quàm irati ad vindictam! O verbum non tam pœnam exprimens venditoris, quàm mercem ſignificans Redemptoris! Dixit enim, quod facis, fac citius: non tam in perniciem perfidi ſæuiendo, quàm in ſalutem fidelium feſtinando: (*aduerte iam, non dicere tantum electorum, ſed ſimpliciter fidelium, quos etiam ex infidelitate Iudæorum ſe petentium ad mortem de perfido Iuda fideles, etiam ad tempus plurimos facturus erat, quod & apertius ſcribit in ſequentibus de Eccleſia, non ex electis* S. Aug. *tantum, ſed & plurimis reprobis conflata.*) Quia traditus eſt propter delicta noſtra, & dilexit Eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea: Vnde & de ſeipſo dicit Apoſtolus; qui dilexit me, & tradidit ſeipſum pro me. Niſi ergo ſe traderet Chriſtus, nemo traderet Chriſtum. Quid habet Iudas niſi peccatum? Neque enim in tradendo Chriſto ſa- D lutem noſtram cogitauit, propter quam traditus eſt Chriſtus, ſed cogitauit pecuniæ lucrum, & inuenit animæ detrimentum. Accepit mercedem quam voluit, ſed nolenti eſt data quam meruit. Tradidit Iudas Chriſtum, tradidit Chriſtus ſeipſum: ille agebat negotium ſuæ venditionis, iſte noſtræ redemptionis. Quod facis, fac citius: non quia tu potes, ſed quia hoc vult, qui omnia poteſt. *Pater ſcilicet æternus*, qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.

Quid quod & pro crucifixoribus ipſis paſſus eſt Chriſtus. Ita enim Auguſtinus tract. 92. in Io. Venit, in- S. Aug. quit, die Pentecoſtes Spiritus ſanctus in centum E viginti homines congregatos, in quibus & Apoſtoli omnes erant, qui illo adimpleti, cùm linguis omnium gentium loquerentur, plures ex his qui aderant tanto miraculo ſtupefacti, quandoquidem viderunt loquente Petro, tam magnum atque diuinum teſtimonium perhiberi de Chriſto, vt ille qui occiſus ab eis inter mortuos deputabatur, reſurrexiſſe, & viuere probaretur, compuncti corde conuerſi ſunt, & tanti ſanguinis, tam impiè atque immaniter fuſi, indulgentiam perceperunt, ipſo redempti ſanguine quem fuderunt: Chriſti enim ſanguis, ſic in remiſſionem peccatorum omnium fuſus eſt, vt ipſum etiam peccatum poſſet delere, quo fuſus eſt.

Vt plenius capiamus quomodo & incarnatio Chriſti totum genus humanum de vilitate pulueris erexerit in diuinam dignitatem hominem aſſumente Verbo, & carnem & ſanguinem aſſumptam pro omnibus omnino hominibus impenderit in ligno; nec pro ſolis efficienter electis, ſed & pro fidelibus omnibus, nec pro Iudæis tantum, ſed & pro gentibus ſanguinem ſuderit, & pro tota Eccleſia toto orbe diſperſa, nec electis tantummodo, ſed & reprobis conflata, expreſſis textibus Auguſt. proſequemur. Quantum ad primum in Pſal. S. Aug. 109. Eo ipſo, inquit, quòd erat filius Dauid, Chriſtus factus eſt Dominus Dauid. Illud enim quod natum eſt ex ſemine Dauid, ita honoratum eſt, vt eſſet & Dominus Dauid. Ita admiraris hoc? Quaſi & in rebus humanis iſta non fiant: ſi enim contingat filium cuiuſquam Regem fieri Patre priuato, nonne erit Dominus Patris? Admirabilius eſt quòd poteſt contingere, vt non ſolùm Rex factus priuati filius, Dominus ſit Patris ſui, ſed & Epiſcopus factus Laici filius, ſit Pater Patris ſui. Ergo & eo ipſo quòd carnem accepit Chriſtus, quod in carne mortuus eſt, quòd in eadem carne reſurrexit, quòd in eadem carne aſcendit in cælum, & ſedet ad dexteram Patris, & in eadem ipſa carne, ſic honorata, ſic clarificata, ſic in cæleſtem habitum commutata, & filius eſt Dauid, & Dominus eſt Dauid. Secundùm enim hanc diſpenſationem tranſitus Chriſti, (*à Verbo ad carnem, à vita ad mortem, à crucis ignominia ad reſurrectionis gloriam, & in Aſcenſione ad paternæ dexteræ ſeſſionem*) etiam illud ab Apoſtolo dicitur Phil. 2. Propter quod & Deus exaltauit illum, &c. Donauit ei nomen quod eſt ſuper omne nomen, Chriſto ſecundum hominem mortuo; Chriſto ſecundùm carnem reſurgenti, aſcendenti, donauit nomen quod eſt ſuper omne nomen; vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum. Vbi erit Dauid, vt non ei ſit Dominus? In cælo ſit, in terra ſit, in inferno ſit, Dominus eius erit, qui eſt Dominus cæleſtium, terreſtrium & infernorum. Gaudeat ergo nobiliſſimum & Dauid filij ſui natiuitate honoratus, dominatu liberatus, & gaudens dicat, vt à gaudentibus audiatur: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, &c. Sede, non ſolum in alto, ſed & in occulto: excellens, vt domineris; latens, vt credaris. Quæ enim eſſet merces fidei, niſi lateret quod credimus.

Credimus ergo, confitemur, exultamus in Deo Ieſu noſtro, *non minus quàm ſi rex potentiſſimus, ex infima plebe ſororem noſtram duxiſſet vxorem, omnes enim ex noſtra progenie in noſtro aſſumpto ſanguine honoraret, & propter ſororem, magnis donis ſingulos cumularet. Fortiſſimus hic Rex, ſuperueniens forti armato, omnia ei arma abſtulit, omne genus humanum eius dominatu liberauit. Raphael noſter Aſmodeum religauit in deſerto, & ex quo factus eſt homo, vires tentationum eius omnibus & ſingulis hominibus ſuccurrens imminuit. Ac velut Raphael interpretatur medicina Dei, Sacramentorum baptiſmatis & pœnitentiæ piſcina aquam ſalutiferam mero ſuæ miſericordia motu omnibus languentibus & peccatoribus, magna originalis & generalis ægritudinis labe laborantibus, & actualibus quibuſcumque, abſque vlla exceptione venialis, & mortalis, nulla diſtinctione maris & fœminæ, ſerui & liberi, Græci ac Barbari, Gentilis aut Iudæi, voluntate antecedente volens omnes ſaluos fieri prouidentiſſima largitate præparauit. Ita magnus Auguſtini diſcipulus S. Proſper in Reſponſione ad primam obiectionem Vincentianam.* Quod ad magnitudinem & potentiam pretij, & quod ad

A vnum pertinet cauſam generis humani, ſanguis Chriſti, eſt pretium eſt totius mundi. Sed qui hoc ſæculum ſine fide Chriſti, & ſine regeneratione Sacramento pertranſeunt, Redemptionis alieni ſunt. *Intellige ſecundum efficientiam, de facto enim reprobi ſunt, non quoad ſufficientiam. Sufficiebat enim & pro ipſis, niſi iuſte ob peccatum originale, ſine baptiſmo damnati, aut propter actualia, & ipſam maxime impœnitentiam finalem à Deo præſcitam, fuiſſent ab æterno reprobati:*) cum itaque propter vnam omnium naturam, & vnam omnium cauſam, à Domino noſtro in veritate ſuſceptam recte omnes dicuntur redempti, & tamen non omnes à B captiuitate ſunt eruti; redemptionis proprietas haud dubiè penes illos eſt, de quibus princeps mundi miſſus eſt foras, & iam non vaſa diaboli, ſed membra ſunt Chriſti, &c. Poculum quippe immortalitatis, quod confectum eſt de infirmitate noſtra, & virtute diuina, habet quidem in ſe, vt omnibus proſit, ſed ſi non bibitur, non medetur. *Ita & Doctor Angelicus in 1 Timoth. 2. lect.* 1. In duo, inquit, ſalus omnium hominum ſecundum ſe conſiderata habet rationem, vt ſit volibile, & Apoſtolus de ita loquitur: & ſic eius voluntas eſt antecedens. Sed ſi conſideretur bonum iuſtitiæ, & quod peccata puniantur, ſic non vult; & hæc eſt voluntas conſequens. Et ſubdit, ad agnitionem veritatis venire. Quia ſalus non eſt niſi per agnitionem veritatis. Io. 8. Agnoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos. Deinde cùm dicit C vnus enim mediator, &c. Quia vnus eſt Deus omniũ qui ſaluat. Roman. 3. An Iudæorum Deus tantum? An non & gentium? Imò & gentium, quoniam quidem vnus Deus. Tunc ponit rationem ex parte Chriſti, ibi: vnus & mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, &c. Non quorumdam, ſed inter Deum & omnes homines, & hoc non fuiſſet, niſi vellet omnes ſaluare, &c. Et mediator eſt ſecundùm quod homo: ſic enim cõmunicat cum vtroque extremo. In Deo enim ſunt duo, ſcilicet iuſtitia & immortalitas. in hominibus verò eſt iniuſtitia & mortalitas. Media ergo ſunt duo; vnum in quo eſt iuſtitia & mortalitas, aliud eſt in quo eſt immortalitas & iniuſtitia, & vtrumque eſt medium: ſed primum D medium conuenit Chriſto, ſecundùm verò diabolo; & ideo diabolus medium eſt disiungens, quia per iniuſtitiã ſuam diſiungit nos à diuina iuſtitia: ſed Chriſtus eſt medium coniungens, quia eſt iuſtus & mortalis, & per ſuam mortem coniungit nos Dei iuſtitiæ. 1. Io. 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantùm, ſed & pro totius mundi. Pro aliquibus efficaciter, ſed pro omnibus ſufficienter: quia pretium ſanguinis eius eſt ſufficiens ad ſalutem omnium. Sed non habet efficaciam, niſi in electis, propter impedimentum. *Quod quidem non ponit Deus,* apud quem non eſt iniquitas: quoniam non volens iniquitatem tu es. *Sed impedimentum in omnibus abſque baptiſmo in peccato originali ſolo decedentibus. eſt ipſum originale peccatum. in adultis* E *actuale mortale peccatum, & præ cæteris finalis impœnitentiæ peccatum.*

Quod dixit Doctor Angelicus pretium ſanguinis Chriſti non habere efficaciam niſi in electis, propter tanti Doctoris reuerentiam, exponam non minus tamen verè quam benignè: ſufficienter itaque dico pro omnibus omnino hominibus Chriſtum guſtaſſe mortem, dicente Paulo Hebr. 2. 9 Eum autem, qui modico quàm Angeli minoratus eſt, videmus Ieſum propter paſſionem mortis, gloria & honore coro-

natom, vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem. *Vbi & D. Thomas lect.3.* Pro omnibus, inquit, dupliciter poteſt intelligi. Vel vt ſit diſtributio accommoda, ſcilicet pro omnibus prædeſtinatis (*ſubaudi plenè & perfectè*) pro iſtis enim tantùm habet efficaciam. (*Conſummatam ſcilicet. Nam & pro omnibus fidelibus, & quibuſcumque quantumuis reprobis habet aliquam efficaciam, quibus ſecundum Concilium Tridentinum facta fuit aliqua communicatio meriti paſſionis Chriſti.*) Vel abſolutè pro omnibus, quantum ad ſufficientiam. Sufficiens enim quantum ad ſe omnibus eſt, 1. Timoth. 4. qui eſt Saluator omnium, maximè autem fidelium. Chryſoſtomus, pro omnibus hominibus generaliter mortuus eſt, quia omnibus B pretium ſufficit. Et ſi omnes non credunt, ipſe tamen quod ſuum eſt, impleuit. Guſtaret. Ecce modus. Guſtat enim qui non multum comedit & bibit. (*Non quod paruus fuerit eius dolor cùm ſubijciat in fine ex Thren. 1. O vos omnes qui tranſitis per viam, attendite & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Sed ob breuitatem temporis,*) quia ergo Chriſtus non perſeuerauit in morte, ſed ſtatim ſurrexit, ideo guſtauit. Pſal. De torrente in via bibit. Viator feſtinat. Item guſtus eſt diſcretiuus saporis: Vnde qui guſtat, magis diſcernit, quàm qui bibit. Vt ergo deſignet, quòd mortem & dolorem ſenſit, & ſic mors non fuit phantaſtica, vt dicit Manichæus & Apollinaris, ideo dicit, guſtauit.

Tres ergo claſſes & gradus paſſionis Chriſti apud Paulum aduerto, primò quod ſit ex parte ſua Chriſtus Saluator omnium hominum quantum ad ſufficientiam. Secundò fidelium omnium quoad aliquam efficaciam, pro quibus omnibus efficaciter guſtauit mortem; illis enim fructum aliquem ſuæ paſſionis iuſtificationem ſcilicet communicauit. Sed tertio gradu plenam & conſummatam tribuit ſuis electis, non ſimpliciter electis pro tempore ad gratiam, ſicut & Iudam ipſum elegerat, de quo dixit, nonne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt? *Sed de electis ad æternam gloriam; de quibus Paulus immediatè ſubdidit:* Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem ſalutis eorum per paſſionem conſummari. Qui enim ſanctificat, & qui ſanctificantur, ex vno omnes. *Vbi D. Thomas lect. 3.* Conueniens, inquit, fuit ex parte cauſæ, quia vt dictum eſt fuit gratia Dei. (*Siue Chriſtus ipſe, ſiue gratuita Dei miſericordia.*) Gratia autem ordinatur ad gloriam, Romanor. 6. Gratia Dei vita æterna. Deus autem ab æterno prædeſtinauit, quos debet adducere in gloriam. Et iſti ſunt omnes illi qui ſunt participes filiationis eius, quia ſi filij & hæredes, Romanor. 8.17. Et ideo dicit qui multos filios. (*Multi enim ſunt vocati ad fidem ſed pauci ad gloriam; qui licet ex Auguſtino multi ſint in ſe conſiderati, pauci ſunt in comparatione reproborum,*) ipſe habet vnum filium perfectum naturaliter, qui eſt ſplendor gloriæ: alij autem ſunt adoptiui; & ideo adducendi ſunt in gloriam. Vnde dicit, qui adduxerat, id eſt, adducendos prædinauerat. Et quid decebat eum? Hoc ſcilicet, quia ipſe eſt qui eſt actor ſalutis eorum. Quæ ſalus in duobus conſiſtit: ſcilicet quòd fiant filij, & quòd inducantur in hæreditatem. Quòd autem ſint filij, habent per filium naturalem. Quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imagini filij ſui, Roman. 8. Gloriam autem & hæreditatem non conſequuntur niſi per eum, cuius naturaliter eſt hæreditas, qui eſt ſplendor gloriæ: quia

A ergo per filium conſequimur iſta duo, ideo Ipſe conuenienter dicitur author ſalutis, Matth. 1. Ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Et infra Hebr. 12. Aſpicientes in authorem fidei & conſummatorem Ieſum.

De quibus rurſum electis ad gloriam, Hebr. 10. Omnis quidem Sacerdos præſto eſt quotidie miniſtrans, & eaſdem ſæpè offerens hoſtias, quæ non poſſunt auferre peccata. Hic autem vnam pro peccatis offerens hoſtiam, in ſempiternum ſedet in dextera Dei: de cætero expectans, donec ponantur inimici eius ſcabellum pedum eius. Vna enim oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos. *Vbi D. Thomas lect. 2.* Iſta, inquit, exB pectatio non innuit aliquam anxietatem in Chriſto, ſicut in hominibus ſpes quæ differtur affligit animam, vt dicitur Prouerb. 13. Sed deſignat voluntatem miſerendi quam Deus habet erga nos. Eſa. 30. Expectat Dominus vt miſereatur noſtri. (*Donec impleatur numerus fratrum electorum.*) Subijciuntur ergo pedibus, id eſt humanitati Chriſti aliqui volentes: & in hoc ſalus ipſorum conſiſtit, in faciendo voluntatem eius. Exo. 10. Vſquequo non vis mihi ſubijci? Sed mali nolentes, ipſi ſubditi ſunt: quia & ſi voluntatem eius per ſe non implent, tamen de ipſis impletur quantum ad opus iuſtitiæ. Et ſic omnia ſunt ei ſubiecta aliquo iſtorum modorum. Pſal. Omnia ſubieC ciſti ſub pedibus eius. Deinde cùm dicit, vna enim oblatione, &c. Hoſtia quam Chriſtus obtulit aufert omnia peccata. Supra Hebr. 9. Chriſtus ſemel oblatus eſt, ad multorum exhaurienda peccata. Et ideo dicit, quòd vna oblatione conſummauit, id eſt perfecit: quod fecit reconciliando, & coniungendo nos Deo tanquam principio ſanctificatos in ſempiternum: quia hoſtia Chriſti, qui Deus eſt & homo, habet virtutem æternam ſanctificandi. Infra cap. 13. Ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, &c. Rom. 5. Per quem acceſſum habemus ad Deum.

Rurſum non de omnibus, ſed de electis ad gloriam intelligit illud Pauli Hebr. 9. Ideo noui teſtamenti D mediator eſt, vt morte intercedente in redēptionem earum præuaricationū quæ erant ſub priori teſtamento, repromiſſionem accipiant qui vocati ſunt æternæ hæreditatis, &c. Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata. *Vbi iterum D. Thomas lect. 5.* Mors, inquit, Chriſti eſt deſtructiua peccati. Ideo dicit, ad multorum exhaurienda peccata, id eſt remouenda. Nec dicit omnium, quia mors Chriſti etſi ſit ſufficiens pro omnibus, non tamen habet efficaciam niſi quantum ad ſaluandos, non enim omnes ſubijciuntur ei per fidem & bona opera. *Et licet omnes baptizati, & operantes etiam ex fide per dilectionem operante, ad tempus ſalutis ſint participes, non taE men vocati ſunt inter eos qui ſalutis æternæ participes ſunt prædeſtinati, pro quibus conſummandis in ſempiternum, plenam & conſummatam efficaciam habet paſſio Chriſti, quæ licet omnibus omnino hominibus, etiam in indiuiduo reſurrectionem à morte produxerit efficaciter, non tamen omnibus niſi ſufficienter ex parte ſua reſurrectionem ad gloriam, cuius effectum ſoli conſequentur electi. Pro quibus tantummodo plenè oratus ex D. Thom. 3. parte q. 21. art. 4 ad 2. quorum proprie & plenè Saluator eſt. Tertia parte q. 8. a. 3. in corp. & ad primum. Vnde & l. 4. contr. Gentiles c. 55. circa f.* Quamuis, inquit, ſufficienter pro peccatis humani generis ſua morte ſatisfecerit, ſunt tamen vnicuique remedia propriæ ſalutis quærenda. Mors enim Chriſti eſt quaſi quædam vniuer-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſalis cauſa ſalutis: ſicut peccatum primi hominis fuit quaſi vniuerſalis cauſa damnationis. Oportet autem, vniuerſalem cauſam applicari ad vnum quodque ſpecialiter, vt effectum vniuerſalis cauſæ participet. Effectus igitur peccati primi parentis peruenit ad vnumqoemque per carnis originem: Effectus autem mortis Chriſti pertingit ad vnumquemque per ſpiritualem regenerationem, per quam homo Chriſto quodammodo coniungitur & incorporatur, & ideo oportet quod vnuſquiſque (*ſcilicet adultus, inſtructus auditu fidei per verbum Chriſti, & obediens Euangelio, veniens ad Chriſtum trahente Patre, & intus docente ſpiritus vnctione,*) quærat regenerari per Chriſtum, & alia ſuſcipere, in quibus virtus mortis Chriſti operatur.

Hinc etiam Concil. Valentinum habitum in Gallia Anno 855. tempore Leonis Papæ 4. docet Chriſtum ſanguinem fudiſſe pro fidelibus, & damnat errorem contrarium ſentientis. Verba Concilij Valentini ſunt hæc tom. 3. Conciliorum parte 1. cap. 4. De redemptione ſanguinis Chriſti, propter nimium errorem qui de hac cauſa exortus eſt, ita vt quidam, ſicut eorum ſcripta indicant, etiam pro illis impijs qui à mundi exordio vſque ad paſſionem Domini in ſua impietate mortui, & æterna damnatione puniti ſunt, effuſum definiant, cootra illud propheticum Oſee 13. Ero mors tua, ô mors, ero morſus tuus, inferne, (*id eſt ex Greg. magno, partem abſtulit, & partem reliquit, ſed quos voluit: eripuit damnationis periculo:*) illud nobis ſimpliciter & fideliter tenendum, ac docendum placet iuxta Euangelicam & Apoſtolicam veritatem; quòd pro illis hoc datum pretium teneamus, de quibus ipſe Dominus noſter dicit Io. 3. ſicut Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Et Apoſtolus, Chriſtus, inquit, ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata. *Id eſt fidelium qui credunt in eum. Abſit vt Auguſtinus vnquam ſenſerit Chriſtum non fuiſſe mortuum, vel ſufficienter pro omnibus hominibus; vel efficienter pro omnibus fidelibus; licet efficientiſſimè ac pleniſſimè, & vt ita dicam principaliſſimè, pro prædeſtinatis diriſſimam crucis ſæpius inculcauerit ſubiſſe paſſionem. Quoties enim dixit Chriſtum pro Eccleſia paſſum, quæ diffuſa eſt toto orbe terrarum, quæque non ex Iudæis tantum, ſed & gentibus conflata eſt: ſicut Concil. Tridentinum bis repetit, pro duobus his populis totum mundum componentibus paſſum. Ita enim ſeſſ. 6. cap. 1. & 2. Expreſſius vbi dicit miſſum ad homines Dei filium,* vt & Iudæos qui ſub lege erant redimeret, & gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam, iuſtitiam apprehenderent, atque omnes adoptionem filiorum reciperent. *Vnde ſtatim authoritate Ioannis idconfirmat, qui cum Iudæus eſſet, non tantum pro Iudæis fudiſſe ſanguinem dicit, ſed etiam pro peccatis totius mundi, id eſt Eccleſiæ toto orbe diſperſa, collecta maximè ex gentibus, Auguſtinus tract. 5. in Epiſt. Ioannis.*

Mundus, inquit, eſt plenitudo terræ, ſicut dixit ipſe Ioannes: Non ſolum autem noſtrorum, ſed & totius mundi. Mundi dicit, omnium fide- S. Auguſt. lium per orbem ſparſorum. *Ep. 48.* Totius mundi, propter triticum quod eſt per totum mundum. *Et tractat. 87. in Io. 15.* Si de mundo eſſetis, S. Auguſt. mundus quod ſuum erat diligeret. Vniuerſæ vtique hoc dicit Eccleſiæ, quam plerumque etiam A ipſam mundi nomine appellat, ſicut eſt illud, 2. Cor. 5. Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. Itemque illud Io. 3. Non venit filius hominis vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum: & in Epiſtola ſua Ioannes ait: aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe propitiator eſt peccatorum noſtrorum, non tantum noſtrorum, ſed etiam totius mundi, totus ergo mundus Eccleſia eſt, & totus mundus odit Eccleſiam.

Et tract. 1. in Ep. Io. Quid eſt hoc fratres? certè inuenimus in campis ſaltuum, inuenimus Eccleſiam in omnibus gentibus. Ecce Chriſtus propitiatio eſt peccatorum noſtrorum, non tantùm noſtrorum, ſed & totius mundi. Ecce habes Ec- B cleſiam per totum mundum. Noli ſequi falſos iuſtificatores, & veros præcipitatores. In illo monte eſto qui impleuit orbem terrarum, Dan. 2. Quia Chriſtus propitiatio eſt peccatorum noſtrorum, non tantum noſtrorum, ſed & totius mundi, quem ſuo ſanguine comparauit. *Et l. cont. Donat. contra collatorem, cap. 8.* Aug. Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, qui vtique non ſibi reconciliat niſi ſolam Eccleſiam. Neque enim reconciliari Deo, & ſaluari per ipſum mundus poteſt, niſi mundi nomine intelligatur Eccleſia, quæ ſola per Deum reconciliata ſaluatur.

Sed notandum eſt ex eodem Auguſtino, quod Eccleſia militans in qua ſumus, bonos ſimul cum malis habet admixtos. Libro 3. contra lit. Petiliani, c. 9. Aug. Sæpè, in- C quit, dixi, & vehementer inculco, qualeſcumque nos ſimus, ſecuri eſtis qui Deum Patrem & eius Eccleſiam matrem habetis. Quamuis enim ſimul hœdi cum ouibus paſcantur, non ſtabunt ad dexteram: quamuis ſimul palea cum tritico trituretur, non intrabit in horreum: quamuis piſces mali cum bonis intra retia Dominica natent, non mittentur in vaſicula. Nemo glorietur, nec in homine bono, (*Sacramentorum miniſtro*) nemo bona Dei fugiat, nec in homine malo. *Et l. 2. cont. Creſconium cap. 22.* Aug. In ſcriptura ſancta quæ neminè fallit, area dicta eſt Eccleſia Dei, Dominumque ipſum eum ventilabro eſſe venturũ, & mundaturum aream ſuam, vt frumenta recondat in D horreo, paleam verò comburat igni inextinguibili. *Vides vt palea nunc cum frumento ſit mixta eodem l. cap. 34. Ex Cypriano in Epiſt. ad Maximum:* Aug. Et ſi videntur, inquit, in Eccleſia eſſe zizania; non tamen impediri debet aut fides, aut charitas noſtra, vt quoniam zizania eſſe in Eccleſia cernimus, ipſi de Eccleſia recedamus. Nobis tantùmmodo laborandum eſt, vt frumentum eſſe poſſimus, vt cùm cœperit frumentum Dominicis horreis condi, fructum pro opere noſtro & labore capiamus. Apoſtolus in Epiſtola ſua dicit, 1. Timoth. 2. in domo autem magna, non ſolùm vaſa ſunt aurea, & argentea, ſed & lignea, & fictilia: & quædam quidem honorata, quædam inhonorata. E Nos operam demus, & quantum poſſumus laboremus, vt vas aureum & argenteum ſimus. Cæterum fictilia vaſa confringere, Domino ſoli conceſſum eſt, cui virga ferrea data eſt. Eſſe non poteſt maior Domino ſuo ſeruus, nec quiſquam ſibi, quod ſoli filio Pater tribuit, vendicare: vt ſe putet aut ad aream ventilandam, & purgandam paleam, ventilabrum iam ferre poſſe, aut à frumento vniuerſam zizaniam humano iudicio ſeparare. Superba eſt iſta obſtinatio, & ſacrilega præſumptio, quam ſibi furor prauus aſſumit. Et dum ſibi ſemper quidam plus quàm mitis iuſtitia depoſcit, aſſumunt, de Eccleſia pereunt, &

dum

dum ſe inſolenter extollunt, ipſo ſuo tumore cæcati, veritatis lumen amittunt. Vides fratres ſecundum ſcripturas diuinas hoc præcepiſſe Cyprianum, etiam propter malos. Qui cùm ſint à bonis vita moribuſque ſpiritaliter ſeparati, corporaliter tamen eis in Eccleſia videntur eſſe permixti vſque in diem iudicij, quo etiam corporaliter debitas ſeparabuntur ad pœnas. Non eſt deſerenda Eccleſia, tanquā frumenta propter palcam vel aizania, ſicut nec domus magna, propter vaſa inhonorata. Vides, audis, ſentis, capis, intelligis, quanto ſcelere, propter eos qui vobis, ſiue rectè, ſiue cùm fallimini, diſ[illegible]cent, ſeparemini ab Eccleſia quæ toto orbe diffunditur, cui ſecundum ſcripturas diuinas, tam magnum, tā firmum, tam clarum atque luculentum teſtimoniū perhibet Cyprianus. *Tandem vt alios prætercam locos, ep. 48. ad Vincentium contra Donatiſt.* Congregantur, inquit, in cōmunionem Sacramentorum eius etiam peruerſi, & perſeuerant omnino maligni, ſed tamen tanquam p[a]lea de area Dominica non niſi vltima ventilatione ſeparandi. Non extingunt iſti frumenta Dominica, in eorum quidem comparatione pauca, ſed multa per ſeipſa. Non extinguūt electos Dei congregandos in fine ſæculi, ſicut Euangelium loquitur, à quatuor ventis, à ſūmis cælorum, vſque ad terminos eorum. *Et lib. 3. cont. Creſconium c. 50* Nec propter zizania ſegetem Christi, nec propter paleas aream Chriſti, nec propter vaſa inhonorata, domum magnam Chriſti, nec propter piſces malos, retia Chriſti derelinquunt.

Aug.

Aug.

Vides hinc quàm apertè ſcribat Auguſtinus Eccleſiam ex bonis maliſque permixtis eſſe contextam: Et ex alia parte non pro ſolis electis, ſed pro tota Eccleſia ſuum ſanguinem effudiſſe, vt Auguſtini calamo ſcripſerit Synodus Trident ſeſſ. 6. in decreto de Reformatione c. 1. vbi præcipit Eccleſiæ præfectis, vt attendant ſibi & vniuerſo gregi, in quo Spiritus S. poſuit eos regere Eccleſiā Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. *Non eſt tamen dubiū quod licet pro tota Eccleſia ex electis & reprobis in Chriſtum credentibus cōpoſita paſſus ſit Chriſtus, ſpecialiter tamen, & præcipua dilectione, & abundantiori gratiæ plenitudine, mortuus eſt pro electis & prædeſtinatis. Vnde Auguſt. tr. 87. in Io. 15.* Totus mundus Eccleſia eſt, & totus mundus odit Eccleſiam. Mundus igitur odit mundū, inimicus reconciliatum, damnatus ſaluatū, inquinatus mundatum. Sed iſte mundus, quem Deus in Chriſto reconciliat ſibi, & qui per Chriſtum ſaluatur, & cui per Chriſtum peccatum omne donatur, de mundo electus eſt inimico, dānato, contaminato. Ex eadem quippe maſſa, quæ tota in Adam perijt, fiunt vaſa miſericordiæ, in quibus eſt mundus pertinens ad reconciliationem, quam mundus odit ex eadem maſſa pertinens ad vaſa iræ quæ perfecta ſunt ad perditionem Rom. 9. &c. Ergo & ipſi inde erant, vnde vt non eſſent, electi ſunt inde, non meritis ſuis, quorum nulla bona præceſſerant opera: non naturà, quæ tota fuerat per liberum arbitrium in ipſa radice vitiata, ſed gratuità, hoc eſt verà gratià. Qui enim de mundo mundum elegit, fecit quod eligeret, non inuenit: quia reliquiæ per electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt Rom. 11. Si autem gratia, inquit, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non eſt gratia. *Et tr. 111. in Io.* Ipſi, inquit, ſunt quos à Patre accepit, quos ipſe elegit de mundo atq; elegit, vt iam non ſint de mundo, ſicut non eſt ipſe de mundo; & ſint tamen etiam ipſi mundus credens & cognoſcens

Aug.

quod Chriſtus à Deo Patre ſit miſſus, vt mundus ex mundo liberaretur, ne mundus Deo reconciliandus cū mundo inimiciſſimo damnaretur. Sic enim ait in huius orationis exordio: dediſti ei poteſtatē omnis carnis, id eſt omnis hominis, vt omne quod dediſti ei, det eis vitam ęternā. Vbi oſtendit poteſtatem ſe quidem omnis hominis accepiſſe, vt liberet quos voluerit, damnet quos voluerit: *(hos iuſtitia, illos miſericordià)* qui viuos & mortuos iudicabit. Sed eos ſibi eſſe datos, quibus omnibus det vitam æternam: ſic enim ait, vt omne quod dediſti ei, det eis vitam æternam. Proinde non ei dati ſunt *(donatione perfecta & plena)* quibus vitam non dabit æternam: quamuis & ipſorum poteſtas data ſit, cui poteſtas data eſt omnis carnis, id eſt omnis hominis. Ita mundus reconciliatus *(pace firma & perſeuerante gratia)* ex inimico liberabitur mundo. cùm in illo exerit poteſtatem ſuam, vt eum in mortem mittat æternam: hunc autem facit ſuum, cui vitam donat ęternam. Quapropter omnibus prorſus ouibus ſuis bonus Paſtor, omnibus membris ſuis magnum caput, promiſit hoc præmium, vt vbi ipſe eſt, & nos cum illo ſimus: nec poterit niſi fieri, quod omnipotenti Patri ſe velle dixit omnipotens filius, ibi enim & Spiritus S. pariter æternus, pariter Deus, Spiritus vnus duorum, & ſubſtantia voluntatis amborū. *Et l. 21. de Ciu. c. 24. in fine.* Concluſit, inquit, Deus omnes in infidelitate, vt omnibus miſereatur. Quos omnes niſi de quibus loquebatur, tanquam dicens, & vos, & illos? Deus ergo & Gentiles, & Iudæos quos præſciuit, & prędeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui: omnes in infidelitate concluſit: vt de amaritudine infidelitatis ſuæ pœnitendo confuſi, & ad dulcedinem miſericordiæ Dei credendo conuerſi, clamarent illud in Pſalmo: quam multa multitudo dulcedinis tuæ Domine quā abſcondiſti timentibus te. Perfeciſti autem ſperantibus non in ſe, ſed in te. Omnium itaque miſeretur vaſorum miſericordiæ. Quid eſt omnium? & eorum ſcil. quos ex gentibus, & eorum quos ex Iudæis prędeſtinauit, vocauit, iuſtificauit, glorificauit: non omnium hominum; ſed iſtorum omnium neminem damnaturus.

S. Aug.

Tract. pariter 45. in Io. 10. Qui proprio filio ſuo nō pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo etiā non cum illo omnia donauit? Sed quibus? Nobis pręſcitis, prędeſtinatis, iuſtificatis, glorificatis; de quibus ſequitur, quis accuſabit aduerſus electos Dei? *Et tr. 52. in Io. 12.* Deus erat in Chriſto mundū reconcilians ſibi 2. Cor. 5. hi ſunt ex quorum cordibus princeps huius mundi eijcietur foras. Cum ergo dixiſſet, nunc princeps huius mundi eijcietur foras, & ego, inquit, ſi exaltatus fuero à terra omnia trahā poſt me, &c. Quæ omnia, niſi ex quibus ille eijcitur foras? Non autem dixit, omnes, ſed omnia: non enim omnium eſt fides. 2. Theſſ. 3. Non itaq; hoc ad vniuerſitatem omnium retulit, ſed ad creaturæ integritatem, id eſt Spiritum, animam & corpus: & illud quo intelligimus, & illud quo viuimus, & illud quo viſibiles & contrectabiles ſumus. Qui enim dixit, capillus capitis veſtri nō peribit, omnia trahit poſt ſe. Aut ſi omnia, ipſi homines intelligendi ſunt, omnia prædeſtinata ad ſalutem poſſumus dicere, ex quibus omnibus ait nihil eſſe periturum, cùm ſupra de ſuis ouibus loqueretur, aut certè omnia hominum genera, ſiue in linguis omnibus, ſiue in ætatibus omnibus, ſiue in gradibus bonorum omnibus, ſiue in

S. Auguſt.

diuerſitatibus ingeniorum omnibus, ſiue in artium licitarum & vtilium profeſſionibus omnibus, & quicquid aliud dici poteſt ſecundum innumerabiles differentias, quibus inter ſe, præter ſola peccata, homines diſtant ab excelſiſſimis vſque ad humillimos, à Rege vſque ad mendicum, omnia, inquit, traham poſt me, vt ſim caput eorum, & illi membra mea.

S. Aug. *Et tandem vt prætereain cætera, loquens de tributo mortis pro electis præcipuè ſoluto, quos perſona Petri gerebat ſermone 6. de verbis Apoſtoli circa med.* Prorſus quod fecit de tributo, hoc fecit de morte. Exigebatur tributum, didrachma. Matth. 17. Quare, inquit, tu & diſcipuli tui non redditis tributum? Vocauit ad ſe Petrum & ait ei: Reges mundi à quibus exigunt tributum? à filijs ſuis, an ab alienis? Reſponſum eſt ab alienis. Ergo, inquit, liberi ſunt filij. Tamen ne ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & qui primus ſurrexerit, id eſt primogenitus à mortuis: Aperi, inquit, os eius, & inuenies ibi ſtaterem, id eſt duas didrachmas, quatuor drachmas: quia didrachma, id eſt duo drachmata in capite, (*id eſt pro ſingulis exigebatur.*) Inuenies ibi ſtaterem, hoc eſt quatuor drachmata, da eis pro me & te. Quid eſt? Ipſe Chriſtus, Petrus, Eccleſia Chriſti, Eccleſiæ quatuor Euangelia. Myſterium latebat, Chriſtus tamen tributum non debitum perſoluebat. Sic perſoluit & mortem. Non debebat, & perſoluebat, &c. (*Vt diceret ſicut præmiſerat Auguſtinus ex Pſal. 68. Quare ergo me occidit? quia quæ non rapui tunc exſoluebam.*) Deus Pater, Chriſtum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit. (*Id eſt ſacrificium pro peccato*) vt nos ſimus iuſtitia Dei in ipſo. Videte duo: Iuſtitia Dei, non noſtra; in ipſo, non in nobis. Inde illi magni ſancti de quibus dicit Pſalmus, iuſtitia tua ſicut montes Dei, &c. Quaſi quæreretur, vt quid ergo aliqui naſcuntur, qui non pertinent ad iuſtitiam Dei? Subjecit iudicia tua ſicut abyſſus multa. Quid eſt ſicut abyſſus multa? altum eſt, impenetrabile eſt, inacceſſum eſt humanæ intentioni. Diuitiæ enim Dei inſcrutabiles, inſcrutabilia iudicia eius, inueſtigabiles viæ eius. Ergo & huc miſit Deus filium ſuum propter præſcitos, & prædeſtinatos, vocandos, iuſtificandos & glorificandos, vt montes Dei dicant, Rom. 8. ſi Deus pro nobis, quis contra nos?

Hic ergo piſcis primogenitus ex mortuis ex mari imbre paſſionis & mortis aſcendit, mortuus propter peccata noſtra, reſurrexit propter iuſtificationem noſtrã, *tributum ſoluens pro Petro, id eſt Eccleſia quidem omni, ſed maximè pro* Eccleſia electorum conſcriptorum in cælis.

Venit quidem Paſtor bonus ad ouem vnam, relictis nouem Angelorum choris, venit ad hominem quem tulit humeris, & induit factus homo, vt in natura humana aſſumpta, omnes primo homines honoraret; dehinc Paſtor ipſe factus ouis, in cruce coram tondente ſe obmutuit, *& ſanguinem ſufficienter pro omnibus fudit. Deinde bonus Paſtor efficienter pro omnibus ouibus, id eſt fidelibus, tam electis quàm reprobis animam poſuit, omnibus de lauacro baptiſmi aſcendentibus, characterem crucis & Sacramenti ſignum indelebile impoſuit, omnes Euchariſtico pane & calice pauit, ſed fatendum eſt ad electas oues ſpeciali miſericordia in æternum ſaluandas*, obedientem factum vſque ad mortem, mortem autem crucis. *Hæ ſunt* quas nemo rapiet de manu eius, *de quibus Auguſtinus, tract. 45. in Io. 10.* Nouit Dominus qui ſunt eius. Nouit præſcitos, nouit prædeſtinatos. De illo quippe dicitur, quos præſciuit & prædeſtinauit, &c. Adde adhuc, qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus, &c. Sed quibus? nobis præſcitis, & prædeſtinatis, &c. Nouit Dominus qui ſunt eius. Ipſæ ſunt oues. Aliquando ſe ipſæ neſciunt, ſed Paſtor nouit eas, ſecundum iſtam prædeſtinationem, ſecundum iſtam Dei præſcientiam, ſecundum electionem ouium ante conſtitutionem mundi. Nam de hoc dicit Apoſtolus, Epheſ. 5. ſicut elegit nos in ipſo ante conſtitutionem mundi. Secundùm ergo iſtam præſcientiam Dei & prædeſtinationem, quàm multæ oues foris, quàm multi lupi intus? & quàm multæ oues intus, & quàm multi lupi foris? Quid eſt quod dixi, quàm multæ oues foris? Quàm multi modò luxuriantur, caſti futuri? Quàm multi blaſphemant Chriſtum, credituri in Chriſtum? Quàm multi ſe inebriant, futuri ſobrij? Quàm multi rapiunt res alienas, donaturi ſuas? &c. Item quàm multi intus laudant, (*in Eccleſia & præſenti iuſtitia*) blaſphematuri? Caſti ſunt, fornicaturi: Sobrij ſunt, ſe vino poſtea ſepulturi. Stant caſuri, & non ſunt oues. De prædeſtinatis enim loquimur de his loquimur quos nouit Dominus qui ſunt eius. Et tamen ipſi quandiu rectè ſapiunt, Chriſti vocem audiunt. *Sed ſua culpa & propria voluntate in hædos mutandi, & in iudicio ab ouibus à dextris poſitis ſeparandi; pro quibus in æternum conſummandis perfectè & plenè mortuus eſt Chriſtus. Quid hic non ſanum, non ſanctum, non Catholicum in doctrina Auguſtini?*

Coniugij actum, & legitimam copulam carnalem, extra intentionem prolis, & ſolo fine voluptatis, non eſſe ſine peccato, num, & quo ſenſu ſcripſerit Auguſtinus in aliquo Tertulliano affinis.

TErtullianus inter Catharos & Montaniſtas hæreticos iure deputandus, ab Eccleſia condemnatus eſt, & à nobis infra ſuo proprio loco expreſſiſſimis teſtimonijs Auguſtini refellendus, quòd ſecundas nuptias, caſtitatis amantior præpoſtere, quam Catholicæ veritatis tenax aſſertor, damnauerit. Parum ei fuerat, petulanter in digamos, tanquam in ſtupri reos inſurgere, niſi & actum legitimi connubij, cum fœdiſſimo actu ſtupri componeret. Sic enim errorem ſuum exaggerat libro de exhortatione caſtitatis cap 9. Ecquid, inquit, videtur tibi ſtupri adfine eſſe matrimonium? quoniam ea in illo deprehendo, quæ ſtupro competunt. Interim Dominus ipſe dicit, qui viderit, inquit, mulierem ad concupiſcendam eam, iam ſtuprauit eam in corde ſuo. Qui autem ad ducendum viderit, minus perfecit? Quid ſi etiam duxerit? quod non faceret, niſi ad ducendum concupiſſet, &c. Omnis mulier zeluira eſt, quandiu aliena, (*id eſt etiam innupta deperit viri complexum*) nec per alium fit marita, niſi per quem & adultera. (*Non per alium ſexum quàm virilem, nec per alium actum, quàm per copulam carnalem,*) legis videtur matrimonij, & ſtupri differentia. Alioquin res (*negotium connubij*) & viris, & fœminis eadem imponit; eſt enim & matrimonium, & ſtuprum, commixtio carnis. Scilicet certandum, cuius concupiſcentia nos ſtupro adæquauit. Ergo, inquis, iam & primas, id eſt vnas nuptias

deſtruis. Nec immeritò : quoniam & ipſæ ex eo A conſtant, qoo & ſtuprum. Et ideo optimum eſt homini mulierem non tangere 1. Cor. 7. quia chara eſt, ſtopri adfinitate. *Longè tamen diſtat mens Auguſtini ſapiens & recta, ab errore Tertulliani: veridicus enim Doctor & magnus Interpres Apoſtoli*, honorabile in omnibus connubium, *agnoſcit : & magnam in eodem actu coniugij, fornicatoris & mœchi, ac legitimi coniugis differentiam interponit. In adultero quippe libido laxatis habenis voluptati furiosè & ad inſtar muli & equi debacchatur: In coniugio, Sacramenti gratia aliquo ſaltem caſtimoniæ fræno laſciuientem naturæ impetum moderatur. Ita enim Auguſtinus libro primo de nuptijs & concupiſcentia cap. 12. vbi & de nuptijs beatiſſimi Ioſeph cum* B *ſanctiſſima Deipara Maria.* Solus, inquit, ibi nuptialis concubitus non fuit, quia in carne peccati, fieri non poterat ſine vlla carnis pudenda concupiſcentia, quæ accidit ex peccato: ſine qua concipi voluit, qui futurus erat ſine peccato, non in carne peccati, ſed in ſimilitudine carnis peccati: Vt hinc etiam doceret, omnem quæ de concubitu naſcitur, carnem eſſe peccati, quandoquidem ſola quæ non inde nata eſt, non fuit caro peccati. *Deinde pergit ad actum concubitus in cæteris legitimis coniugiis?*

Quamuis, inqoit, coniugalis concubitus, qui fit intentione generandi, non ſit ipſe peccatum: qoia bona voluntas animi ſequentem ducit, non ducentem ſequitur corporis voluptatem : nec humanum arbitrium trahitur ſubiugante pecca- C to, cùm iuſtè redigitur in vſum generandi plaga peccati. (*Quid ſcribi poteſt in hac cauſa honeſtius, elegantius, ſapientius ?*) Huius plagæ quidam pruritus in adulteriorum & fornicationum, & quorumlibet ſtuprorum, atque immunditiarum fœditatibus regnat, in connubiorum neceſſitudinibus ſeruit. Ibi de Domino tali, turpitudo damnatur ; hic de pediſſequo tali, honeſtas verecundatur. Non eſt igitur hæc libido nuptiarum bonum, ſed obſcœnitas peccantium, oeceſſitas generantium ; laſciuiarum ardor, nuptiarum pudor. Cur ergo non coniuges maneant, qui ex conſenſu concumbere deſinunt ; ſi manſerunt coniuges Ioſeph & Maria, qui concumbere non cœperunt?

D *Capite autem 14. cùm in præcedentis fine laudaſſet fideles, religioſos, continentes coniuges, ſic orditur cauſam de qua hic agimus, in qua volunt erraſſe Auguſtinum veraciſſimè nihilominus ſic ſcribentem* Verùm, inquit, in coniugatis, vt hæc optanda atque laudanda, ſic alia toleranda ſunt, ne in damnabilia flagitia, id eſt in fornicationes vel adolteria corruatur: propter quod vitandum malum, etiam illi concubitus coniugum, qui non fiunt cauſâ generandi, ſed victrici concupiſcentiæ ſeruiunt, in quibus iubentur non defraodare inuicem, ne tentet eos Satanas propter intemperantiã ſuam; non quidem ſecundùm imperium præcipiuntur, & tamen ſecundùm veniam conceduntur. Sic enim ſcriptum eſt 1. Cor. 7. Vxori vir debitum E reddat, ſimiliter autem & vxor viro. (*Vides ex iuſtitia debitum non prohibere, imo præcipere.*) Mulier ſui corporis poteſtatem oon habet, ſed vir: ſimiliter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier : Nolite inuicem fraodare, niſi ex conſenſo ad tempos, vt vacetis orationi: Et iterum ad ipſum eſtote, ne tentet vos Satanas propter intemperantiam veſtram. Hoc autem dico ſecundùm veniam, non ſecondùm imperium. Vbi ergo venia danda eſt, aliquid eſſe cul-

pæ, nulla ratione negabitur. (*Et quod ita ſcripſerit Auguſtinus erraſſe ſine ratione aſſeritur.*) Cùm igitur culpabilis non ſit generandi intentione concubitus, qui propriè nuptijs imputandus eſt; quid ſecundùm veniam concedit Apoſtolus, niſi quòd coniuges, dum ſe non continent, debitum ab alterutro carnis expoſcunt, non voluntate propaginis, ſed libidinis voluptate ? Quæ tamen voluptas, non propter nuptias cadit in culpam, (*ſed ob concupiſcentiam & libidinis immodicæ feruorem*) ſed propter nuptias accipit veoiam. Quocirca etiam hinc ſunt laudabiles nuptiæ, quia & illud quod non pertinet ad ſe, ignoſci faciunt propter ſe : neque eoim etiam iſte concubitus, quo ſeruitur concupiſcentiæ, ſic agitur, vt impediatur fœtus, quem poſtulant nuptiæ.

Tum verò cap. 15. de eadem culpa veniali, alijſque mortalibus quæ etiam coniugibus prauis accidunt: Sed tamen aliud eſt, non concumbere niſi ſola voluntate generandi, quod non habet culpam; aliud, carnis concumbendo appetere voluptatem, ſed non præter coniugem, quod venialem habet culpam : quia etſi non cauſâ propagandæ prolis concumbitur, nec tamen huius libidinis cauſâ propagationi prolis obſiſtitur, ſiue voto malo, ſiue opere malo. Nam qui hoc faciunt, quamuis vocentur coniuges, non ſunt, nec vllam nuptiarum retinent veritatem, ſed honeſtum nomen velandæ turpitudini obtendunt. Produntur autem, quando eò vſque progrediuntur vt exponant filios qui naſcuntur inuitis. Oderunt eoim nutrire, vel habere, quos gignere metuebant. Itaque cùm in ſuos ſæuit quos nolens genuit tenebroſa cupiditas, clara iniquitate in lucem promitur, & occulta turpitudo manifeſtâ crudelitate conuincitur. Aliquando eò vſque peruenit hæc libidinoſa crudelitas, vel libido crudelis, vt etiam ſterilitatis venena procuret; & ſi nihil valuerit, conceptos fœtus aliquando intra viſcera extinguat, ac fundat, volendo ſuam prolem prius interire, quàm viuere : aut ſi in vtero iam viuebat, occidit antequam naſcatur. Prorſus ſi ambo tales ſunt, coniuges non ſunt; etſi ab initio tales fuerunt, non ſibi per connubium, ſed per ſtuprum potius conuenerunt. Si autem non ambo ſunt tales, (*ſed alteruter*) audeo dicere, aut illa eſt quodammodo meretrix mariti, aut ille adulter vxoris.

Sed cùm nobis non ſit hic ſermo de grauibus & abominabilibus iſtis interdum in connubio criminibus perpetratis, ſed de veniali tantùm quod ex feruore libidinis, & fine voluptatis, non intuitu prolis ſuſcipiendæ contrahitur, diſcutiamus, num in hoc errauerit Auguſtinus. Cui inter varios locos quibus hanc ipſam veritatem confirmat, vnus ab aduerſario locus electus eſt ex Enchiridio ad Laurentium cap. 78. vbi ait: Videmus quædam ab ipſis Apoſtolis ignoſcendo fuiſſe concesſa : quale illud eſt, quòd Venerabilis Paulus coniugibus ait : nolite fraudare inuicem, niſi ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi: & iterum ad idipſum reuertimini, ne vos tentet Satanas propter incontinentiam veſtram : quod putari poſſet non eſſe peccatum, miſceri ſcilicet coniugi, non filiorum procreandorum caoſa, quod bonum eſt nuptiale, ſed carnalis etiam voluptatis : vt fornicationis, ſiue adulterij, ſiue cuiuſquam alterius immunditiæ mortiferum malum, qood turpe eſt etiam dicere, quò poteſt tentante Satana libido pertrahere, incontioentium deuitet infirmitas. Poſſet ergo, vt dixi, hoc putari non eſſe peccatum, niſi addidiſſet: hoc autem

Aug. Aug. S. Aug. Aug. S. Auguſt.

dico ſecundùm veniam, non ſecundùm imperium. Quis autem iam eſſe peccatum neget, cùm dari veniam facientibus Apoſtolica authoritas fateatur?

Quid hic arguendum? tùm non graue, ſed veniale dicas eſſe peccatum, cùm præmiſeris Auguſtinum, vt ſupra vidimus de litibus & contentionibus in iudicio, hac eſſe peccata venialia, quæ non humano, ſed diuino penſanda ſunt iudicio. *Quod ſi fatemur omnes in ipſis abſolutè neceſſarijs viſa alimentis, in cibo & potu leuem intemperantiam, immoderem ſumptionem, ſenſualitatem nimiam, non poſſe eſſe ſine peccato veniali, licet exceſſus non ſit grauis, quis abnuat in ſenſibiliſſima omnium voluptate, feruidiori præ cæteris, impetu libidinis, ex arce, vt ait Auguſtinus alibi, deijciente animum virilem, non eſſe peccatum veniale?* (S. Aug.)

Dicam amplius iuxta eundem Auguſtinum, tantam eſſe inordinationem in concubitu ſolius cauſa voluptatis, & non fine generandæ prolis, vt ipſis beſtijs animaliter eſſe communicatur, qui voluptatis fine concumbit. Ita Auguſtinus lib. de concupiſc. & nuptijs cap. 4. Copulatio maris & fœminæ generandi cauſa, bonum eſt naturale nuptiarum: ſed iſto bono malè vtitur, qui beſtialiter vtitur, vt ſit eius intentio in voluptate libidinis, non in voluntate propaginis. Quanquam in nonnullis animalibus rationis expertibus, ſicut in pleriſque alitibus, & coniugiorum quaſi quædam confœderatio cuſtoditur, & ſocietatis nidificandi ſolertia, viciſſimque ouorum diſpertita tempora fouendorum, & nutriendorum opera alterna pullorum: magis eas videri faciunt agere cùm coëunt negotium ſubſtituendi generis, quàm explendæ libidinis. Quorum duorum, illud eſt in pecore ſimile hominis, (*nempe prolis generandæ inclinatio & intentio,*) hoc eſt in homine ſimile pecoris, *nempe voluptas.* (S. Aug.)

Mira proſequitur in hanc cauſam Sermone 244. *de tempore, vbi orditur à grauibus coniugatorum peccatis, deinde procedit ad venialia concubitus.* Nulla, inquit, mulier potationes ad abortum accipiat, nec filios aut conceptos, aut iam natos occidat: quia quæcumque fecerit hoc, ante Chriſti tribunal ſciat ſe illic eorum cauſam quos occiderit eſſe daturam. Sed nec alias diabolicas potationes mulieres debent accipere. Mulier autem quæcumque fecerit hoc, per quod iam non poſſit concipere, quantoſcumque parere poterat, tantorum homicidiorum ſe ream eſſe cognoſcat. Mulier autem ingenua, quæ mortiferas potationes accipit, vt non concipiat, velim ſcire ſi hoc ancillas vel colonas ſuas facere velit. Et ideo, ſicut vnaquæque vult vt ſibi mancipia naſcantur quæ illi ſeruiant, ita illa quoſcumque conceperit, aut ipſa nutriat, aut nutriendos alijs tradat: ne fortè illos aut concipere nolit, aut quod grauius eſt, occidere velit, qui boni Chriſtiani poterant fieri, generati. *Et ſic Chriſtum, Eccleſiam, rempublicam, iniuſtè fraudat ſubditis.* (S. Aug.)

Deinde ibidem pergit contra peccata venialia coitus coniugalis. Quoties, inquit, ad Eccleſiam in qualibet ſolemnitate venitis, & Sacramenta Chriſti percipere volueritis, ante dies plures caſtitatem ſeruate, vt cum ſecura conſcientia, (*ſine ſcrupulo irreuerentiæ, mente minus diſtracta, tranquillâ & pura conſcientiâ azymâ, azymum panem comedere,*) ad altare Dei poſſitis accedere. Quam rem etiam per totam quadrageſimam, & vſque ad clauſulam Paſchæ fideliter cuſtodite, vt vos ſolemnitas Paſchalis caſtos & puros inueniat. *Inde etiamnum hoc tempore clauduntur in Eccleſia ſolemnes nuptiæ, quæ celebrari poſſunt extra tempus Aduentus & Quadrageſimæ. Coniuges autem tanto tempore continere non valentes, ad fornicationem vitandam conuenire poſſunt, non tamen ſine voluptatis, abſque peccato veniali, vnde ſubijcit.* Qui bonus eſt Chriſtianus, non ſolùm ante dies plures quàm communicet, caſtitatem ſeruat, ſed & vxorem ſuam excepto deſiderio filiorum non agnoſcit: quia vxor non propter libidinem, ſed propter filiorum procreationem accipitur. Denique & ipſæ tabulæ matrimoniales hoc continent, liberorum, inquit, (*lex ſiue formula*) procreandorum cauſa. Videte quia non dixit, libidinis cauſa, ſed liberorum procreandorum. *Quod & prior Auguſtino docuit S. Clemens Alexandrinus 3. Strom. cap. 8. in verba Pauli 1. Cor.* 7. Bonum eſt homini mulierem non tangere, &c. Non, inquit, ijs qui continenter vtuntur matrimonio propter ſolam liberorum procreationem; dicit, propter incontinentiam: ſed ijs qui etiam finem liberorum procreationis cupiunt tranſilire. (Aug.)

Auguſtinus rurſum aliam aduertit inordinationem in vſu coniugij ſine voluptatis, quæ frequenter eſt contra generationem prolis, cùm frequentior eſt vſus copulæ carnalis. Velim, inquit, ſcire fratres chariſſimi, ille qui vxore ſua incontinenter vtitur, ſi quoties eam luxuriâ victus agnouit, toties ſuum agrum in vno anno arauerit, vel ſeminauerit, qualem meſſem colligere poſſit? Qui ergo ſe continere nolunt, ſi toties terram quandam ſuam, cùm iam ſeminauerant, iterum arent & ſeminent, videamus qualiter de eius fructu gaudebunt. Quia ſicut optimè noſtis, nulla terra poterit dare legitimum fructum, in qua frequenter in vno anno fuerit ſeminatum. Quod ergo non vult aliquis in agro ſuo, quare facit in corpore ſuo? (*id eſt in vxore de qua Paulus*) nemo carnem ſuam odio habuit: iam non ſunt duo, ſed vna caro. *Adhac, in eodem ſermone* 244. *ſub grauibus pœnis, quæ tamen reſpectu purgatorij venialibus luendis deſtinati nullæ ſunt; aut medicus minatur incontinentibus, & admonet à concubitu abſtinere.* Ante omnia, inquit, quoties dies Dominicus, aut aliæ feſtiuitates veniunt (*excepto ſcilicet fornicationis periculo, & propter reuerentiam Sacramenti ſuſcipi ſoliti*) vxorem ſuã nullus agnoſcat. Et quoties fluxum ſanguinis mulieres patiuntur, ſimiliter obſeruandum eſt: propter quod ait Propheta Ezech. 18. Ad mulierem menſtruatam ne acceſſeris. Nam qui vxorem ſuam in profluuijs poſitã agnouerit, aut in die Dominico, aut in alia qualibet ſolẽnitate ſe continere noluerit, qui tunc concepti fuerint, aut leproſi, aut Epileptici, aut etiam fortè dæmoniaci naſcentur. (*Quin & ipſi ſeptem mariti Saræ à dæmonio ſtrangulati propter libidinem, teſte Raphaële referuntur,*) & reuera fratres, ſi animalia ſine intellectu non ſe contingunt niſi certo & legitimo tempore, quantò magis homines qui ad imaginem Dei facti ſunt, hoc obſeruare deberent? Sed quod peius eſt, ſunt aliqui ita luxurioſi, vel ebrioſi, qui aliquoties nec prægnantibus vxoribus parcunt: & ideo ſi ſe non emendauerint, ipſi videant ſi non peiores animalibus iudicandi ſint. Illis talibus clamat Apoſtolus dicens 1. Theſſal. 4. vt ſciat vnuſquiſque vas ſuum poſſidere in honore & ſanctificatione, non in paſſione deſiderij, ſicut & Gentes quæ ſpem non habent, &c. Rogo vos fratres, vt mihi indulgeatis, quia pro ſalute animæ veſtræ, & cum grandi timore & verecundia de talibus rebus vos admo-

nete videor, quia & hoc mihi expediat dicere, & vos oportet audire.

Aug. *Tum verò obijcis iuuenem, & feruidum voluptatis amatorem.* Sed dicet aliquis: homo iuuenis ſum, continere non poſſum. Ne fortè (*ſupple vide*) ideo non te contineas, quia plus manducas quàm expedit, & plus vinum accipis quàm oportet. Fortè etiam turpibus cogitationibus occupas mentem tuam, & luxurioſa verba non ſolùm libenter, ſed etiam frequenter, aut ipſe dicere, aut alijs dicentibus audire, nec metuis, nec erubeſcis. Incipe cum Dei adiutorio gulæ concupiſcentias refrænare, caſtis cogitationibus, & honeſtis ſermonibus mentem, vel linguam tuam B iugiter occupare, & videbis quia Deo auxiliante, caſtitatem poteris cuſtodire. Et ſi hoc non infideliter faciens, vides te adhuc carnis impugnationibus fatigari, & fortè aliquoties, excepto filiorum deſiderio, ad cognoſcendam vxorem propriam vinci, ſecundùm vires tuas, quotidianas eleemoſynas adde; quoniam ſcriptum eſt Eccl. 3. Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum, &c. Sed dicis, vxorem excepto deſiderio filiorum agnoſcere, peccatum non eſt. In tantum peccatum eſt, vt Propheta pœnitens clamet: In iniquitatibus conceptus ſum, & in delictis peperit me mater mea, &c. Denique mulieres quando maritos accipiunt, (*tanta erat Auguſtini tempore reuerentia templi, & caſtitatis obſeruantia*) per triginta dies intrare in Eccleſiam C non præſumant. Quod etiam ſimiliter viri obſeruare deberent. Sed dicis, peccatum quidem eſt, ſed tamen paruum eſt. Nec nos dicimus, quia capitale peccatum eſt: ſed tamen ſi frequentius exerceatur, & ieiunijs, vel eleemoſynis non redimatur, nimis immundam animam facit. Noli deſpicere peccata tua quia parua ſunt: nam & pluuiarum guttæ ſunt, ſed flumina implent, & moles trahunt, & arbores cum ſuis radicibus tollunt. Tu qui dicis quia paruum peccatum eſt, velim ſcire quoties tale peccatum admittis, ſi tot paruulas plagas in corpore, & tot maculas aut ſciſſuras in veſtibus tuis fieri velis? &c. Ac ſic quicumque hoc fecerit, plus amat veſtem & carnem ſuam, quàm animam. Cùm enim ad imaginem Dei facti ſimus, D quoties aliquid turpe aut loquimur, aut facimus, toties imaginem Dei ſordidamus, &c. Et cũ nullus homo velit cũ tunica, ſordibus plena ad Eccleſiã conuenire, neſcio qua conſcientia, cùm anima per luxuriam ſic inquinata, præſumit ad altare accedere, &c. Si erubeſcimus ac timemus Euchariſtiam ſordidis manibus tangere, plus debemus timere, ipſam Euchariſtiam intus in anima polluta ſuſcipere. Et quia, ſicut dixi, in anima noſtra facti ſumus ad imaginem Dei, ſi in tabula aut lignea, aut lapidea faceres imaginem tuam, & aliquis impudens homo vellet illam imaginem, aut lapidibus frangere, aut aliquibus ſordibus inquinare, velim ſcire ſi contra eum non moueretur animus tuus? Rogo te, ſi imaginem pictam in tabula mortua ſic zela- E ueris, putas qualem iniuriam patitur Deus, quando in nobis imago ſua per luxuriam ſordidatur? Et ideo ſi nobis non parcimus, propter noſmetipſos; nobis parcamus, vel propter imaginem Dei, ad quam facti ſumus.

Lyranus in gloſſa pulchrè diſcernit, quid boni, quid mali ſit in actu coniugali. Sciendum, inquit, quòd actus coniugalis aliquando eſt ſine omni culpa, vt cùm ordinatur ad procreandam prolem ad cul-

A tum Dei; vel cùm ſit cauſa reddendi debitum: quia primò modo eſt actus religionis; ſecundò, iuſtitiæ. Et ſi fiat ex charitate, non ſolùm eſt ſine culpa, ſed etiam meritorius; quia omnis actus virtutis factus ex charitate, meritorius eſt. Si verò actus matrimonialis exercetur ad ſatisfaciendum concupiſcentiæ, tunc habet culpam annexam venialem; quando ſiſtit intra limites matrimoniales: Mortalem verò quandò non ſiſtit: vtpote quia vtitur vxore modo indebito, vel quia æquè libenter aliam cognoſceret. Primò modo, actus matrimonialis non requirit indulgentiam, ſed præmium. Secundò modò habet indulgen- B tiam, in quantum conſentiens concupiſcentiæ, in ſua vxore tamen, non in alia, non ſit reus peccati mortalis, ſed tantùm venialis. Tertiò modo, indulgentiam non habet (*tam facilem.*) quia reus eſt peccati mortalis.

Et quidem Tobias iunior Tob. 8. 4. Hortatus eſt virginem Saram, vt triduò orarent, antequam ſe cognoſcerent. Et verſu quinto rationem reddit: Filij quippe, inquit, Sanctorum ſumus, & non poſſumus ita coniungi, ſicut Gentes, quæ ignorant Deum. *Et verſu nono:* Et nunc Domine tu ſcis, quia non luxuriæ causâ accipio ſororem meam coniugem, ſed ſolâ poſteritatis dilectione, (*70. ſed ſuper veritatem. Id eſt veram matrimonij cauſam, verum finem*) in qua benedicatur nomen tuum. *Hinc timentis à dæmonio ſeptem maritos Saræ occidente, cap. 6. 16.* Tunc Angelus Raphaël dixit ei: C audi me & oſtendam tibi qui ſunt, quibus præualere poteſt dæmonium. Hi namque, qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe, & à ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, habet dæmonium poteſtatem ſuper eos, &c. Tranſactâ aut. in tertiâ nocte, accipies virginem cum timore Domini, amore filiorum magis, quàm libidine ductus, vt in ſemine Abrahæ benedictionem in filijs conſequaris.

S. Aug. *Nec ſufficit finis, & cauſa generandi, ſi non referatur ad ſanctam prolis educationem, in qua benedicatur nomen Dei, vt ait Tobias, & præſcribit Angelus, & confirmat Auguſtinus libro primo, de nuptijs, & concupiſcentia, capite quarto.* Quod dixi, inquit, ad D naturam pertinere nuptiarum, vt mas & fœmina generandi ſocietate iungantur, & ita inuicem non fraudent, ſicut omnis ſocietas fraudulentum ſocium naturaliter pati non vult, &c. Illam concupiſcentiam carnis qua caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, in vſum iuſtitiæ (*qua inuicem debitum reddunt*) fidelium nuptiæ. Habent quippe intentionem generandi regenerandos; vt qui ex eis ſæculi filij naſcuntur, in Dei filios renaſcantur. Quapropter qui non hac intentione, hac voluntate, hoc fine generant filios, vt eos ex membris hominis primi, in membra transferant Chriſti, ſed infideles parentes de infideli prole glorientur; etiam ſi tanta ſit obſeruantia, vt ſecundùm matrimoniales tabulas nonniſi liberorum procreandorum causâ concumbant, non eſt in eis ve- E ra pudicitia coniugalis. *Quis ergo audeat poſt Angeli, Tobiæ, Pauli teſtimonium, in hoc vel inſcitiæ, vel ſeueritatis nimiæ, vel erroris arguere Auguſtinum?*

Plura poſſem hoc loco teſtimonia eiuſdem Auguſtini congerere. Libro de bono coniugali capite ſexto, & ſequent. coniugalis concubitus generandi gratiâ, non habet culpam: concupiſcentiæ verò ſatiandæ, ſed tamen cum coniuge, propter fidem thori, venialem habet culpam. *Sermone 41. de ſanctis.*

Err. Imput. Tert. & Aug.

S. Aug. *Sermon. 63. de diuerſis capite 13: libro de bono coniugali capite ſexto & ſequent.* Euidenter, inquit, dum tribuit, veniam denotat culpam. *Ait, lib. de peccato originali capite 38. Et libro de bono coniugali capite 10.* Quis, inquit, ambigat abſurdiſſimè dici, non eos peccaſſe quibus venia datur. *Nec dicat Eraſmus cum aliquibus Græcis apud Paulum legi* κατὰ γνώμην, *id eſt*, iuxta ſententiam vel conſilium, *pro*, κατὰ συγγνώμην, ſecundùm veniam: *licet enim ſic habeatur in fine capitis, non tamen hic legitur; vnde non ſolus Auguſtinus, ſed & Cyprianus libro tertio ad Quirinum capite 32. Ita legunt.* Hoc dico ſecundùm veniam, non ſecundùm imperium. *Siue vt alij accipiunt, ſecundùm permiſſionem. Paulus quippe cùm dixiſſet propter fornicationem vnuſquiſque vxorem ſuam habeat; dehinc ex conſenſu conſuluiſſe abſtinere à thoro propter orationem; dehinc ad vitandam incontinentiam dixiſſet, vt reuerterentur in idipſum, ne ad grauiora tentarentur, ne hoc præcipiendo dixiſſe crederetur, explicauit ſe, docens ſe id ſcripſiſſe ex quadam indulgentia, permiſſione & venia qua ſolent minora quadam mala concedi, ad euitanda maiora.*

Nunc videamus quid in hac cauſa ſenſerit Magnus Auguſtini diſcipulus S. Thom. lect. 1. in 1. Cor. 7. Conſiderandum eſt, inquit, quod actus generatiuæ virtutis, ordinatur ad conſeruationem ſpeciei, per generationem filiorum: Et quia mulier data eſt viro in adiutorium generationis, prima neceſſitas tangendi mulierem eſt propter procreationem filiorum. Vnde & Geneſis 1. dicitur; maſculum & fœminam creauit eos, & benedixit eis Deus, & ait: Creſcite & multiplicamini, &c. Sed hæc neceſſitas fuit circa inſtitutionem humani generis, quandiu oportuit multiplicari populum Dei, per ſucceſſionem carnis. Sed Apoſtolus conſiderans humanum genus iam multiplicatum, & populum Dei iam eſſe augmentatum; non propagatione carnis, generatione quæ eſt ex aqua & Spiritu ſancto, vt dicitur Io. 3. prætermiſit hanc neceſſitatem, quâ ſcilicet primitus inſtitutum fuerat matrimonium in officium naturæ: & proponit ſecundam neceſſitatem, ſecundùm quam inſtitutum eſt in remedium culpæ. Quia enim carnalis concupiſcentia adhuc poſt baptiſmum in fidelibus remanet, licet non dominetur, inſtigat homines maximè ad actus Venereos, propter vehementiam delectationis. Et quia maioris virtutis eſt, totaliter hanc concupiſcentiam ſuperare, quàm poſſit hominibus conuenire: Secundùm illud Matth. 19. Non omnes capiunt verbum hoc: neceſſarium eſt, quòd in parte, concupiſcentiæ cedatur, & in parte ſuperetur. Quod quidem fit, dum actus generationis ratione ordinatur, & non totaliter homo concupiſcentiâ ducitur, ſed magis concupiſcentia ſubditur rationi. Habet autem hoc ratio naturalis, quod homo vtatur generationis actu, ſecundùm quod conuenit generationi, & educationi filiorum. Hoc autem in brutis animalibus inuenitur, quod in quibuſdam ſpeciebus animalium ſola fœmina non ſufficit ad educationem prolis; maſculus nutrit prolem cum fœmina: & ad hoc exigitur, quòd maſculus cognoſcat propriam prolem. Et ideo in omnibus talibus animalibus, vt in columbis, turturibus, & huiuſmodi, naturaliter indita eſt ſollicitudo de educatione prolis; & propter hoc in huiuſmodi non ſunt vagi & indifferentes concubitus, ex quibus ſequeretur incertitudo prolis; ſed maſculus determi-

A natus determinatæ fœminæ coniungitur, non indifferenter quilibet cuilibet; ſicut accidit in canibus, & alijs huiuſmodi animalibus, in quibus ſola fœmina nutrit prolem. Maximè autem in ſpecie humana maſculus requiritur ad prolis educationem: quæ non ſolùm attenditur ſecundùm corporis nutrimentum, ſed magis ſecundùm nutrimentum animæ, ſecundùm illud Hebr. 12. Patres quidem carnis noſtræ eruditores habuimus, & reuerebamur eos: Et ideo ratio naturalis dictat, quòd in ſpecie humana non ſint vagi & incerti concubitus, quales ſunt concubitus fornicarij, ſed ſint determinati viri ad determina-

B tam fœminam: quæ quidem determinatio fit per legem matrimonij. Sic igitur triplex bonum habet matrimonium: primú quidem quod eſt in officium naturæ, prout ſcilicet ordinatur ad generationem, & educationem prolis: & hoc bonum, eſt bonum prolis. Secundum bonum habet, prout eſt in remedium concupiſcentiæ, quando ſcilicet coarctatur ad determinatam perſonam: Et hoc bonum dicitur fides, quam ſcilicet vir ſeruat vxori ſuæ, non accedens ad aliam, & ſimiliter vxor viro. Tertium bonum habet prout in fide contrahitur Chriſti: quod quidem bonum dicitur Sacramentum, in quantum ſignificat coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ, ſecundùm illud Eph. 5. Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem in Chriſto dico & Eccleſia.

C *Subijcit de debito vtrimque ex æquo reddendo.* Quia, inquit, quantú ad hoc paria debita iudicantur, vnde mulier non eſt formata de pedibus viri tanquã ancilla, nec de capite, tanquã domina, ſed de latere tanquã ſocia, &c. Aſſignat & debiti rationem, dicens, mulier non habet poteſtatem ſui corporis, ſcilicet ad actum generationis; vt ſcilicet poſſit proprio arbitrio vel continere, vel alteri ſe tradere, &c. Hinc dicit nolite fraudare inuicem, vt ſcilicet velit vir continere inuitâ vxore, aut etiam è conuerſo: quod Apoſtolus fraudem nominat, quia vnus ſubtrahit alteri, quod ei debetur: quod ad fraudem pertinet, non minus in actu matrimonij, quàm in alijs rebus. Vnde & Prouerb. 12.

D dicitur: Non inueniet fraudulentus lucrum ſuum; quia ſcilicet ille qui tali fraude continentiam Deo offert, non lucratur meritum vitæ æternæ. Sicut enim dicit Auguſtinus, non vult Deus tale lucrum tali damno compenſari. Vt dum vnus coniugum altero inuito continet, ille incidat in damnabiles corruptelas. Aug. *Subijcit Diuus Thomas intermiſſionem actus coniugalis tria exigere; primò conſenſum, de quo Eccle. 25. vir & mulier benè ſibi conſentientes. Secund. ad tempus Eccl. 3.* Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus. *Tertiò debitum finem, ſcilicet cauſa ſpiritualium actuum, ad quos continentia reddit magis aptos. Ioël 2.* Sacrificium & libamen Domino Deo noſtro. *Vnde ſubijcit, quid tunc ſit agendum.* Egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo.

E *Tandem in hoc reddendo debito, & ad idipſum reuertendi permiſſionem Apoſtoli ſubijcit, ſicut in præcedentibus omnibus merum ſequutus ſenſum, & doctrinam Auguſtini.* Poſt continentiam determinati temporis, iterum reuertamini in idipſum. Hoc autem dico, ſecundùm indulgentiam, id eſt, parcens infirmitati veſtræ, non ſecundum imperium: quaſi ſcilicet vobis neceſſarium ad ſalutem. Sunt enim ſubditis quædam eorum infirmitati indulgenda, & non ad bona imperio cogendi,

Sed videtur Apoſtolus inconuenienter loqui. Indulgentia enim non eſt niſi de peccato, & ita videtur exprimere, quod matrimonium ſit peccatum. (*Idem ... matr.mony.*) Sed ad hoc poteſt reſponderi dupliciter. Vno modo, vt indulgentia ſumatur hìc pro permiſſione. Eſt autem duplex permiſſio : vna quidem de minus malo, ſicut dicitur Matth. 19. Quod Moyſes permiſit Iudæis dare libellum repudij, propter duritiam cordis eorum, ſcilicet ad vitandum vxoricidium, ad quod erant proni. Talis enim permiſſio non fit in nouo Teſtamento, propter ſui perfectionem, ſecundum illud Hebr. 6. ad perfectum feramur. Alia autem eſt permiſſio de minus bono, cum ſcilicet homo per præceptũ non cogitur ad maius bonum. Et hoc modo Apoſtolus hic indulget, id eſt permittit matrimonium, quod eſt minus bonum quàm virginitas, quæ non præcipitur, quia eſt maius bonum. Alio modo poteſt accipi indulgentia, prout reſpicit culpam, ſecundum illud Eſa. 26. Indulſiſti Domine, indulſiſti genti. Et ſecundùm hoc, indulgentia refertur ad actum coniugalem, ſecundùm quod habet annexam culpam, venialem tamen propter bona matrimonij, ſine quibus eſſet mortalis. *Videt vt continuò relegat veſtigia Magiſtri Auguſtini, & per omnia ſequatur doctrina Thomæ Diſcipuli.* Vnde conſiderandum eſt, quòd actus coniugalis quandoque quidem eſt meritorius, & abſque omni culpa mortali, vel veniali, puta cùm ordinatur ad bonum prolis procreandæ, & educandæ, ad cultum Dei : ſic enim eſt actus religionis: vel cùm fit cauſà reddendi debitum; ſic enim eſt actus iuſtitiæ. Omnis autem actus virtutis, eſt meritorius, ſi fit cum charitate. Quandoque verò eſt cum culpa veniali ſcilicet cum quis ad actum matrimonialem excitatur concupiſcentiâ, quæ tamen extra limites matrimonij ſiſtit; vt ſcilicet cum ſola vxore ſit contentus. Quandoque verò eſt culpa mortalis, puta cùm concupiſcentia fertur extra limites matrimonij, ſcilicet cùm aliquis accedit ad vxorem, æquè libenter vel libentius ad aliam acceſſurus. Primo ergo modo, actus matrimonij non requirit indulgentiam : Secundo modo habet indulgentiam, in quantum aliquis conſentiens concupiſcentiæ in vxorem, non fit reus peccati mortalis. Tertio modo omnino indulgentiam non habet.

Concludamus cum Auguſtino, libro primo ad Bonifacium capite 16. vbi de lege membrorum & prurit[u] libidinis, ſic concludit. Itaque, inquit, ſua culpa (*Adæ & poſterum*) ſibi accidens malum natura humana permittatur agnoſcere, ne cogatur, aut quod eſt impudentiſſimum, de his ſuis motibus non erubeſcere, aut quod eſt ingratiſſimum de ſui creatoris operibus erubeſcere. (*Id eſt potentia generandi, vel iuſtitiâ rebellionem animæ, carnis rebellione plectente.*) Quo tamen malo, propter bonum generationis filiorum, benè vtuntur pudica coniugia. Solius autem carnalis voluptatis causâ libidini conſentire, peccatum eſt: quamuis coniugatis ſecundùm veniam concedatur. — Aug.

Cæterùm, vt ſupra diximus, & ex Diuo Thoma retulimus, ex ipſo vnde deprompſit Originali Auguſtini in calce huius quæſtionis ; ad continentiam lectorem hortantes reponimus libro primo de nupt. & concup. cap. 13. Hæc, inquit, propagatio filiorum quæ in ſanctis Patribus, propter generandum & conſeruandum populum Dei, in quo Prophetiam Chriſti præcedere oportuit, officioſiſſima fuit; nunc iam non habet illam neceſſitatem. Patet quippe iam ex omnibus gentibus ſpiritaliter gignendorum, vndecumque carnaliter nati fuerint, (*ſiue ex Iudæis, ſiue ex Gentibus,*) copia filiorum. Et quod ſcriptum eſt, tempus amplectendi, & tempus continendi ab amplexu ; per illud atque hoc tempus, agnoſcitur diſtributum. Illud quippe fuit amplectendi, hoc autem continendi ab amplexu. Itaque & Apoſtolus, cùm hinc loqueretur, ait, 1. Cor. 7. hoc autem dico, fratres, tempus breue eſt, reliquum eſt, vt & qui habent vxores, tanquam non habentes ſint, &c. Hæc omnia, vt exponendo aliquid hinc breuiter dicam, ſic exiſtimo intelligenda. Hoc, inquit, dico, fratres, tempus breue eſt; non adhuc populus Dei propagandus eſt generatione carnaliter, ſed iam regeneratione ſpiritaliter colligendus. Reliquum eſt ergo, vt & hi qui vxores habent, non carnali concupiſcentiæ ſubiugentur: & qui flent triſtitiâ præſentis mali, gaudeant ſpe futuri boni : & qui gaudent propter temporale aliquod commodum, timeant æternum iudicium : & qui emunt, ſic habendo poſſideant, vt amando non hæreant : & qui vtuntur hoc mundo, tranſire ſe cogitent non manere : præterit enim figura huius mundi, &c. Qui ſic habent vxores, vt cogitent ea quæ ſunt Domini, quomodo placeant Domino, &c. Tanquam non habentes ſint : quod facilius fit, quando & vxores tales ſunt, vt eis mariti non ideo placeant, quia diuites, quia ſublimes, quia genere nobiles, quia carne amabiles : ſed quia fideles, quia religioſi, quia pudici, quia viri boni ſunt. *Quid moralius? Fodiant ſibi alij ciſternas diſſipatas quæ continere non valent aquas : poſt Scripturam imò ex Scriptura Auguſtine,* apud te eſt fons vitæ, & aqua ſapientiæ ſalutaris, & in lumine tuo videmus lumen.

Coniuges poſſe ius corporis alteri, ex conſenſu tradere, num à Tertulliano diſſidens, ſcripſerit Auguſtinus.

TErtullianus, vt ſupra vidimus quæſtione præcedente, caſtitatis ſeueriſſimus exactor, nunquam huic quæſtioni ſuum calculum tribuiſſet, nec virum mulieri, aut mulierem viro, quantumuis ſui corporis mutuam poteſtatem habenti, ius ſuum etiam mutuo conſenſu, tertiæ perſonæ tradere conceſſiſſet; cùm & ſolà multiplicandæ prolis gratiâ, vix Polygamiam in veteribus Patriarchis admitteret; & vxorum communitatem in Romanis ethnicis arguens, indiuiduam ex aduerſo in Chriſtianis, & thori immaculati fidem mirificè commendaret. Quantum ad primum ſic ſcribit in libro de Exhortatione ad caſtitatem capite quinto, Monogamiam primò laudat, vt ſequenti capite ſexto, Polygamiam excludat. Cùm, inquit, Apoſtolus in Eccleſiam & Chriſtum interpretatur, erunt duo in vnam carnem, ſecundùm ſpiritales nuptias Eccleſiæ & Chriſti, vnus Chriſtus, & vna eius Eccleſia : agnoſcere debemus duplicatam, & exaggeratam eſſe nobis vnius matrimonij, tam ſecundùm generis fundamentum, (*in Adam & Eua Monogamis*) quàm ſecundùm Chriſti firmamentum. Vno matrimonio cenſemur vtrobique, & carnaliter in Adam, & ſpiritaliter in Chriſto. Duarum natiuitatum vnum eſt Monogamiæ præſcriptum. Vtraque degenerat, qui de Monogamia exorbitat. Numerus Matrimonij à maledicto viro cœpit. Primus Lamech duabus maritatus, tres in vnam carnem effecit. *Tum ca-*

pite ſexto, ſic inducit Polygamiæ defenſorem. Sed & benedicti, inquis, Patriarchæ, non modo pluribus vxoribus, verùm etiam concubinis coniugia miſcuerunt. Ergo propterea nobis quoque licebit in numerum nubere. Sanè licebit, ſi qui adhuc typi alicuius futuri Sacramenti ſuperſunt, quos nuptiæ [illegible] figurent: aut ſi etiam nunc loc[illegible] eſt vo[illegible]is, creſcite & multiplicamini: id eſt, ſi nondum alia vox ſuperuenit, tempus iam in collecto eſſe reſtare, vt & qui vxores habent, tanquam non habentes agant. Vtique enim continentiam indicens, & compeſcens concubitum ſeminarium generis, aboleſcit, creſcite illud & multiplicamini, *&c.*

De ſecundo autem ſic Apolog. capite 39. Qui animo, inquit, animaque miſcemur, nihil de rei communicatione dubitamus. Omnia indiſcreta ſunt apud nos præter vxores: in iſto loco conſortium ſoluimus, in quo ſolo cæteri homines (*Romani & Græci*) conſortium exercent. Qui non amicorum ſolummodo matrimonia vſurpant, ſed & ſua amicis patientiſſimè ſubminiſtrant, ex illa credo maiorum & ſapientiſſimorum diſciplina, Græci Socratis, & Romani Catonis, qui vxores ſuas amicis communicauerunt, quas in matrimoniû duxerant liberorum cauſâ, & alibi ci[illegible] eorum, neſcio quidem an inuitas. Quid enim de caſtitate curarent, quam mariti tam facilè donauerant? O ſapientiæ Atticæ, ô Romanæ grauitatis exemplum! Leno eſt Philoſophus, & Cenſor. Quid ergo mirum, ſi tanta charitas conuiolatur.

Theodoretus quoque libro de Græc. Aff. 9. curat. hanc quoque ſententiam de vxorum communione aſcribit Platoni, ſicut & Lactantius libro tertio Inſtit. cap. 21 & 22. Auguſtinus lib. de fide & operib. capite ſeptimo. Catoni im[illegible], utat ſed quali, non dicit, Vticenſi an Cenſorio & Romano; cui ſpecialiter id adſcribit libro de bono coniugali capite 18. Tertulliano conformis.

S. Aug. Sicut, inquit, Sacramentum plurium nuptiarum illius temporis ſignificauit futuram multitudinem Deo ſubiectam in terrenis omnibus gentibus: ſic Sacramentum nuptiarum ſingularum noſtri temporis ſignificat vnitatem omnium noſtrum ſubiectam Deo futuram in vna cæleſti ciuitate. Itaque ſicut duobus pluribusve dijs ſcilicet ſeruire, ſic à viro viuo in alterius tranſire connubium, nec tunc licuit, nec nunc licet, nec vnquam licebit. Apoſtatare quippe ab vno Deo (*anima ſponſo*) & ire in alterius adulterinam ſuperſtitionem ſemper eſt malum. Nec cauſa ergo numeroſioris prolis f[illegible]cerunt ſancti noſtri, quod Cato dicitur feciſſe Romanus, vt traderet viuus vxorem, etiam alterius domum filijs impleturam. In noſtrarum quippe nuptijs, plus valet ſanctitas Sacramenti, quàm fœcunditas vteri.

Non incongruè ſubijciam hoc loco quæſtionem mihi ipſi à viro grauiſſimo, & non mediocris literaturæ, aduerſus Auguſtinum propoſitam, & ex libro primo, de ſermone Domini in Monte capite 19. decerptam, vbi agitur de concubitu, debito coniugali, de tradita mutua coniugum corporis poteſtate. Textum integrum licet per totum caput diffuſum & ſatis oblongum proferam, quia exemplum & caſus in eo relatus, & curioſus & ſcitu dignus eſt.

S. Aug. Quæritur, inquit, vtrum ſi vxoris permiſſu ſiue ſterilis, ſiue quæ concubitum pati non vult [illegible] adhibuerit ſibi alteram vir, non alienam (*non alteri viro nuptam*) neque à viro ſejunctam, (*diuortio*) poſſit eſſe ſine crimine fornicationis? Et in hiſtoria quidem veteris teA ſtamenti inuenitur exemplum [illegible] præcepta maiora ſunt, in quæ per illum [illegible] generatio humana peruenit. [illegible] ad diſtinguendas ætates diſpenſationis diuinæ [illegible] uidentur, quæ humano generi ordinatiſſimè ſubuenit: non autem ad viuendi regulas vſurpandas. Sed tamen, vtrum quod ait Apoſtolus 1. Corinth. 7. Mulier non habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir; ſimiliter & vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mu[illegible] poſſit in tan[illegible] valere, vt permittente vxore, quæ maritalis corporis poteſtatem habet, poſſit vir cum alt[illegible] quæ nec aliena vxor ſit, nec à viro di[illegible] concumbere: ſed non ita eſt exiſ[illegible], [illegible] hoc etiam fœmina viro perm[illegible] poſſe videatur,
B quod omnium ſenſus excludit. Qu[illegible] nonnullæ cauſæ poſſint exiſtere, [illegible] & vxor mariti conſenſu, pro ipſo marito hoc [illegible] debere [illegible] deatur: ſicut Antiochiæ factum eſſe perhibetur ante quinquaginta fermè annos, Conſtantij temporibus. Nam Aſcindinus tunc Præfectus, [illegible] etiam Conſul fuit, cùm quendam libræ auri [illegible] bitorem ſiſ[illegible] exigeret, neſcio vn[illegible] commotus, quod plerumque in iſtis poteſt [illegible] perniciosum eſt, quibus quodlibet licet, aut potius putatur licere; comminatus eſt [illegible]rans, [illegible] vel[illegible]mentec affirmans, quòd ſi certo die quem con[illegible], memoratum aurum non exſolueret, [illegible]cideretur. Itaque cùm ille teneretur imm[illegible] cuſtod[illegible], nec
C ſe poſſet debito illo expedire, dies metu[illegible] imminere, & propinquare cœ[illegible]. Et fortè h[illegible]bat vxorem pulch[illegible] nul[illegible] qua ſubuenir[illegible] viro. C[illegible] pulchritudine ei m[illegible] eſſe [illegible], & cognouit [illegible] in illo diſcrimine conſtitutum, mi[illegible] licens, pro vna nocte ſi ei miſc[illegible] dat[illegible]. Tum illa quæ ſe ſciret non h[illegible] ſui corporis poteſtatem, ſed virum ſuum; per[illegible] ad eum, dicens paratam ſe eſſe pro marito id facere, ſi tamen ipſe coniugalis corporis Dominus, [illegible] tota illa caſtitas deberetur, tanquam de re ſua pro vita ſua vellet id fieri. Egit ille gratias, & vt id fieret imperauit: nullo modo iudicans adulterinum eſſe
D concubitum, quòd & libido nulla, & magna mariti charitas, ſe iubente, & volente [illegible]. Venit mulier ad villam illius diuitis, fecit quod voluit impudicus: ſed illa corpus [illegible] marito dedit, non concumbere, vt ſolet, ſed [illegible] cupienti, accepit aurum. Sed ille qui dedit, fraude ſubtraxit quod dederat, & ſuppoſuit ſimile ligamentum cum terra. Quod vbi mulier [illegible] domui ſuæ poſita inuenit, proſ[illegible] in publicum, eadem mariti charitate clamatura quod fecerat, qua facere coacta eſt. Interpellat Præfectum, fatetur omnia, [illegible] fraudem paſſa eſſet, oſtendit. Tum vero [illegible] primò ſe reum qu[illegible] ſuis minis a[illegible] ventum eſſet, pronun[illegible] in
E alium [illegible] diceret: de Aſcindi[illegible] auri libram fiſ[illegible] inferendam: illam verò [illegible] dominam [illegible] terram, vnde pro [illegible] terram accepiſſet, indu[illegible]. Nihil hic in alteram partem diſputo, lic[illegible] cuique æſtimare quod ve[illegible]. Non enim de [illegible] authoritatibus deprompta eſt. Sed tamen narrato hoc facto, non ita reſpu[illegible] hoc ſenſus humanus, quod in illa muliere [illegible] te commiſſum eſt, quemadmodum ante cum ſine vllo exemplo res ipſa poneretur horruimus?

Cùm mihi primò crudiuſculè propoſita fuiſſet quæſtio, num ex viri conſenſu poſſet vxor ad vita ipſius

con-

conſeruationem cum altero miſceri, & rogarem quid in hoc caſu Sanctus Auguſtinus reſpondiſſet, necdum enim legeram locum, reſpondit ille nihil definiſſe Auguſtinum, ſed liberum cuique feciſſe, vt quod vellet aſtimaret: obſtupui illico, & ob perſona interrogantis meritum, vnde ac ſimpliciter, quo tomo, quo libro, id ſcriberet exquiſiui; quod cùm ille neſcire ſe præciſè dixiſſet: exquirendum diligentius, & locum diſcutiendum cenſui, nec enim in re tam plana, tamque ſecundum fidem Catholicam euidenti, dubium haſiſſe in reſponſione Auguſtinum credidi. Euolui libros, locum reperi, vigilanter excuſſi quid reſponderit, & quam ſanè ſatisfecerit dubitationi aduerti. Per ſingula itaque nunc decurro. Ac primo quidem exempla duo in hiſtoria veteris teſtamenti inuenio, Geneſ. 16. Sarai vxor Abram non genuerat liberos: ſed habens

Aug. ancillam Ægyptiam nomine Agar: dixit marito ſuo: Ecce concluſit me Dominus, ne parerem: ingredere ad ancillam meam, ſi fortè ſaltem ex illa ſuſcipiam filios. Cumque ille acquieſceret deprecanti, (*Sanct. Pagn. ex Hebr. & paruit Abram voci Sarai. 70. & Paraph. Chald. obediuit*) tulit Agar ancillam ſuam, &c. & dedit eam viro ſuo vxorem, qui ingreſſus eſt ad eam. *De quo exemplo idem Auguſtin. libr. 15. de Ciuit. capite tertio.* Sara, inquit, ſterilis erat, & deſperatione prolis, ſaltem de ancilla ſua concupiſcens habere, quod de ſeipſa non ſe poſſe cernebat, dedit eam fœtandam viro, de quo parere voluerat, nec potuerat. Exegit itaque etiam ſic debitum de marito, vtens iure ſuo in vtero alieno. Natus eſt ergo Iſmaël ſicut naſcuntur homines permixtione ſexus vtriuſque viſitata lege naturæ.

Sed valdè penſandum eſt quod ait, vſam Saram

Aug. iure ſuo in vtero alieno. *Quod ius indicat Paulus 1. Corinth. 7. dicens.* Vir corporis ſui poteſtatem non habet, ſed mulier. *Verùm licet ius ſuum in cæteris poſſit quilibet alteri transmittere, equi, domus, fundi, pecunia, non tamen in hoc caſu poteſt vir, aut vxor, ius ſuum alteri tradere. Sed cum ille tempore Polygamia eſſet licita, nec ad fornicationem ancillam ſuam traderet Sara, tanquam concubinam, ſed pro ſe alteram & ſecundam coniugem, ad multiplicationem generis humani, tunc licitè exegit hoc debitum Sara de marito. Quod & ſatis innuit Auguſtinus prædicto loco capite 29. libri primi de ſerm. Domini in monte, Ait enim & expreſſè quidem ſoluendo dubium, & tempora legis naturæ vel Moyſi, à tempore gratiæ diſtinguendo, vt tunc liceret plures ducere vxores, aut ius ſuum alteri tradere ad propagationem humani generis, quod iam omnino non licet, proinde ſecundum legem & diſciplinam Chriſtianam, quæ nos ad perfectiora prouexit, ſatis docet, & virum illum peccaſſe pro conſeruatione vitæ ſuæ dando poteſtatem vxori vt concumberet cum illo fornicario, & proinde eius libidini & peccato conſentiret, imò & cum eo concurreret, licet abſque ſua libidine, & ex viri charitate. Ita enim*

Aug. *ſcripſit Auguſtinus.* In hiſtoria, inquit, veteris teſtamenti inuenitur exemplum: ſed nunc præcepta maiora ſunt, in quæ per illum gradum, (*ſcilicet Polygamia licita, & conſenſus mutui in alterum concubitum cauſa prolis,*) generatio humana peruenit, *ſcilicet ad Monogamiam, id eſt vnius tantùm coniugis, dum viuit, complexum, ſiue fidem coniugalem. Vnde vt cœpit, ſic clauſit his verbis*, non de diuinis, inquit, authoritatibus deprompta hiſtoria eſt.

Sic rurſum excuſat factum Saræ in expoſitione capitis quart. ad Galat. Abraham, inquit, propagan-

Aug. dæ prolis operam, ad Agar ancillæ fœcundita-

Err. Imput. Tert. & Aug.

A tem, ab vxoris Saræ ſterilitate tranſtulit; ipſâ tamen permittente, & vltro offerente, vt maritus eius de ancilla ſuſciperet filios. *Et libr. 22. contr. Fauſtum cap. 31. vbi reſpondet Fauſto, qui præcedenti capite dixerat:* Habendæ, inquit, prolis inſana flagrans cupidine, & Deo qui id iam ſibi de Sara coniuge promiſerat, minimè credens, cum pellice volutatus ſit. *Cui ſtatim reſpondet Auguſtinus.* Inſanâ verò iſte Fauſtus criminandi cupiditate 5. Aug. cæcatus, & hæreſis ſuæ nefas prodidit, & Abrahæ concubitum neſciens, erranſque laudauit. Sicut enim lex illa æterna, id eſt voluntas Dei creaturarum omnium conditoris, conſeruando naturali ordini conſulens, non vt ſatiandæ libidini ſeruiatur, ſed vt ſaluti generis proſpiciatur, ad pro-

B lem tantummodo propagandam, mortalis carnis delectationem dominatu rationis in concubitum relaxari ſinit: ſic è contrario peruerſa lex Manichæorum, ne Deus eorum, quem ligatum in omnibus ſeminibus plangunt, in conceptu fœminæ arctius colligetur, prolem ante omnia deuitari à concumbentibus iubet, vt Deus eorum turpi lapſu potius effundatur, quàm crudeli nexu vinciatur. Non igitur Abraham prolis habendæ inſanâ cupiditate flagrabat, ſed Manichæus prolis vitandæ inſanâ vanitate delirabat. Proinde ille naturæ ordinem ſeruans, nihil humano concubitu agebat niſi vt homo naſceretur: Iſte peruerſitatem fabulæ obſeruans, nihil in quolibet concubitu timebat, niſi ne Deus captiuare-

C tur.

Vbi autem Fauſtus in facto Abrahæ velut conſcientiam culpat vxoris, ibi verò malo quidem animo & intentione vituperandi, ſed tamen neſciens vtrumque collaudat. Neque enim conſcientiam ſuam flagitio coniugis miſcuit, quo ille ſuam libidinem turpi & illicita voluptate ſatiaret: ſed etiam illa naturali ordine filios volens, ſeque ſterilem ſciens, ancillaris vteri fœcunditatem in vſum iuris ſui poteſtate licita vendicauit: non cedens viro concupiſcenti, ſed iubens obedienti. Neque hoc inordinatâ ſuperbiâ: quis enim neſcit vxorem marito tanquam Domino debere ſeruire? Sed quod ad membra corporis atti-

D net, quibus ſexus ipſe diſtinguitur, Apoſtolus dicit: ſimiliter & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier; vt cùm in cæteris actibus ad humanam pacem pertinentibus, mulier debeat viro ſeruitutem, huius vnius rei, quâ ſexus carnali ſorte diſcernitur, & carnali commixtione concernitur, ſimilem in ſe habeant poteſtatem, vir in vxorem, & vxor in virum. Prolem igitur quam de ſe habere Sara non poterat, de ancilla habere voluit: ex eo tamen ſemine, ex quo & de ſe, ſi poſſet, habere debebat. Nunquam hoc faceret mulier, ſi in corpore viri carnali concupiſcentiâ teneretur: zelaret enim potius pellicem, non faceret matrem: Nunc verò propterea ſic propa-

E gandi voluntas pia fuit, quia concumbendi voluptas libidinoſa non fuit.

Dehinc cap. 32. refellit obiectionem Fauſti calumniantis Abraham, quaſi incredulus fuiſſet Dei promiſſis, Geneſ. 12. 9. De terra & innumerabili ſemine; quia Deus non prædixerat, an ſemine, vel adoptione, an ex Sara vel alia propagaret, & cum Gen. 15. 4. Cogitaret Elieſer ſeruum facere hæredem ſuum, Deus dixit ei: Non hic erit hæres tuus, ſed qui exibit de vtero tuo, ipſe erit hæres tuus. Iam tunc, inquit, adoptionis cogitatione ſublata, cùm de ſeipſo ſemen ſperaret Abraham, reſtabat incertum, vtrum

ex Sara, an ex alia: quod illi Deus occultare voluit, donec prius ex ancilla vetus teſtamentum figuraretur.) *Alludit ad Paulum ad Galat. vetus*
S. Aug. *in Iſmaël ex Agar, legem ſeruilem timoris, & nouum in Iſaace ex Sara libera ſignificans.*) Quid ergo mirum, ſi videns Abraham ſterilem vxorem cupientem ſibi prolem quam parere ipſa non potuit, ex famola ſua, & ex marito prouenire; non ſuæ carnali cupiditati ceſſit, ſed coniugali poteſtati obtemperauit: credens hoc Saram ex Dei nutu voluiſſe, (*& quidem Ioſephus ſcripſit id reuelatum à Deo Saræ,*) qui iam ex ſeipſo illi hæredem promiſerat, ſed ex qua fœmina oon prædixerat.

Aliud exemplum traditæ poteſtatis corporis maritalis alteri fœminæ, profert Geneſis 30. 3. in Rachele, B *quæ cùm infœcunda, & Liæ ſorori inuideret, inſultans etiam viro Iacob, ideoque irato:* Habeo, inquit, famulam Balam: Ingredeee ad illam, vt pariat ſupee genua mea, & habeam ex illa filios. Deditque illi Balam in coniugium. *Sed nec hoc exemplum iuſtificat factum iſtius mulieris: neque enim accedebat ad maritum, ſed ad fornicarium, qui libidinis intentione, auro dato, ea frui volebat. Vnde & peccabat & vir carceratus, tradens poteſtatem, & vxor hanc ſibi à viro petens, vt alieno peccato conſentiens concurreret, licet bono fine. Nam ex Auguſtino,* non ſunt facienda mala, vt eueniant bona, *bonum enim ex integra cauſa, & malum ex quocumque defectu.*

De hac rurſum corporis poteſtate, quam vxorati C *non habent, Auguſtinus non ſecus à Iuliano quàm ſupra in facto Abrahæ à Fauſto reprehenſus, agit libro quinto Operis imperfecti contra Iulianum, capite 4. quod alia membra, præter ſexum diſcernentia, & rationi rebellantia, nutui pareront voluntatis:* Non
S. Auguſt. ſunt, inquit, verba mea inter ſe contraria, quamuis te patiantue, vel non intelligendo, vel alios intelligere non ſinendo, contrarium. Si enim pars corporis non poſſet nomine corporis nuncupari, non diceeet Apoſtolus, mulier non habet ſui corporis poteſtatem, ſed vir. &c. Ipſa vtique membra ſic appellans corporis nomine, quibus diſcernitur ſexus, peragiturque concubitus. Quis eſt enim qui dicat virum ſui poteſtatem corporis non habere, ſi in his verbis Apoſtoli, totum corpus intelligas, quod conſtat omnibus membris? D Ac per hoc, ego ſecundùm Apoſtolum etiam ſolum genitale membrum nomine corporis noncupaui, quod non voluntate, ſicut manum vel pedem, ſed libidine moueri agnoſcit ſenſus humanus, qui te deridet in rebus manifeſtis impudentes nebulas excitantem, vt nos diotius de pudendis rebus cogat & neceſſitas loqui, & honeſtas circumloqui. *Certè in ſimili cauſa, vel non intelligunt, vel alios intelligere non ſinunt, qui deridendi ſunt obtrectatores Auguſtini, in re manifeſta nebulam excitantes: quaſi dubius, & palpans in tenebris, in Antiochena mulieris facto condemnando, hæſerit Auguſtinus.* E *Ex ipſo quippe contextu, quatuor vt minimum locis, purgatur impoſita ei vel ignorantia, vel dubitatio.*

Primò enim agebatur de loco Apoſtoli, & quærebatur:
S. Aug. Vtrum quod ait Apoſtolus, mulier oon habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir, ſimiliter, &c. poſſit in tantùm valere, vt permittente vxore, quæ maritalis corporis poteſtatem habet, poſſit vir cum altera quæ nec aliena vxor ſit, nec à viro diſiuncta, concumbere? *Et exertè ſine hæſitatione reſpondet:* non ita exiſtimandũ; ne hoc etiam fœmi- A na, viro permittente, facere poſſe videatur; quod omnium ſenſus excludit. *Nimirum propter ſexus honeſtatem, & verecundiam.*

Secundò quod ſubijcit: Nonnullas cauſas poſſe Aug. exiſtere, vbi & vxor mariti conſenſu, pro ipſo marito hoc facere debere videatur. *Vtputa ſi de vita viri ſeruanda ageretur. Sed ponderandum eſt illud quod dixit:* videatur: *Secundum videlicet apparentes rationes humanas, affectumque naturalem & carnalem, cui hoc licitum, quin etiam debitum videri poteſt; non autem dixit abſolutè, in tali etiam caſu fieri debere, ſed videri tantum debere fieri. Nam ſecundum fidem, & legem diuinam potius moriendum eſt corpore, & vxori, & viro, quàm peccandum mortaliter, mortali peccato proximi conſentiendo, & concurrendo.* B Anima enim quæ peccauerit, ipſa morietue. *Et vita corporis poſtponenda eſt, vitæ animæ: Et viri vita, legi Dei.* Qui enim diligit Patrem, matrem, virum pluſquam me, &c. Et qui non odit Patrem & matrem, &c. Adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus, non eſt me dignus.

Tertiò id maximè videri poteſt excuſabile in illa Aug. *Antiochena muliere, quæ certè probabiliſſimè erat infidelis. Nam licet dicat Auguſtinus quod* illa ſe ſciret non habere ſui corporis poteſtatem, ſed virum ſuum, pertulit ad eum dicent: Paratam ſe eſſe pro marito id facere, ſi tamen ipſe coniugalis corporis dominus, cui tota illa caſtitas deberetur, tanquam de re ſua vellet id fieri. *Cuius ſententiæ prio-* C *ra verba minus attento videri poſſent de muliere fideli, & Apoſtolum audiente dicta. Sed & de iure naturali, & contractu ciuili, promiſcuum eſt, tam fideli, quàm infideli, vt tradità inuicem inter coniuges corporum poteſtate, fides vtrimque ſeruetur. Deinde non apud fideles vſpiam rigor iſte inualuit, vt pro ſumma fiſco debita, maximè ſi debitor ſoluendo non fuerit, capitali pœna, & mortis ſententia plecteretur. Præterea de fideli muliere nuſpiam dixiſſet Auguſtinus:* Marito coniugalis corporis Domino, totam illam caſtitatem debitam: *Cùm enim de fideli ſcriberet, ſic dicebat:* Præſens ſit vir, abſens ſit vir, nunquam eſt abſens cui debet illa vt non peccet. *Tandem non habet vir poteſtatem, quam poſſit alteri viro tradere, Apoſtolo de fornicatione fugienda dicente.* 1. Cor. 6. 19.
D An neſcitis quoniam membea veſtra templũ ſunt Spiritus ſancti qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri? Empti enim eſtis pretio magno.

In quem locum Auguſtinus libro de duobus generibus peccatorum citatus à Beda: Duo, inquit, ſunt Aug. peccata, & duo genera peccatorum. Aut enim in Deum peccat homo, aut in hominem. Peccatur autem in Deum, etiam corrumpendo templum eius in te; etenim Deus redemit te ſanguine filij ſui, quanquam & antequam redimereris, cuius eras, niſi eius qui condidit omnia? Peculiariter quodammodo te voluit habere, redemptum ſan-
E guine filij ſui. Non eſtis, inquit, veſtri: Empti enim eſtis pretio magno, glorificate & portate Dominum in coepore veſtro. Ergo ille à quo redemptus es, fecit te domum ſuam. Nunquid tu vis euerti domum tuam? Sic ne Deus ſuam, hoc eſt teipſum. Si tibi non parcis propter teipſum, parce tibi vel propter Deum, qui te fecit templum ſuum. Tẽplum enim Dei ſanctum eſt, quod & vos eſtis. Et qui templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus. *Quartò. Illa, mulier, nec contra humanam peccaret iuſtitiam, volenti marito non faceret iniuriam, ſed gratiam. nec*

animo libidinoſo, hoc eſt voluptatis cauſa, ſed mariti charitate concumberet: an non fornicatori ſua pulchritudinis amore ſaccenſo conſentiebat? Tali concubitu, propriũ corpus non polluebat? nõ Deo Creatori, etſi fidelis erat, Christo Redemptori iniuſtiſſimè ſubtrahebat? Sententiam Apoſtoli non incurrebat? Non iam in carne vna duos, ſed tres miſcebat? Sacramentum hoc magnum in Christo & Eccleſia, *& Verbi cum carne, ſacrilega non ſoluebat? An hæc crimina fortè Auguſtinus qui toties ea ſeueriſſimè redarguit, in illo facto Antiochenæ mulieris diſſimulauit? Sed non aduertit aduerſarius quid præmiſerit dicto capitulo 29. nec qua clauſula idipſum caput abſoluerit. Præmiſerat certè iuxta notatum in margine locum, ex primo Retr. c. 19. vbi lib. de ſer. Do. in monte relegebat, & de fornicatione tractabat.*

Aug. De præcepto, inquit, quo prohibetur vxor non dimitti, niſi propter fornicationem, hic quidem ſcrupuloſiſſimè diſputaui. Sed quam velit Dominus intelligi fornicationem, propter quam liceat dimittere vxorem, vtrum eam quæ damnatur in ſtupris; an illam de qua dicitur Pſal. 72. Perdidiſti omnem qui fornicatur abs te. In qua vtique & iſta eſt: neque enim non fornicatur à Domino, qui tollens membra Chriſti, facit ea membra meretricis: etiam atque etiam cogitandum eſt, atque requirendum. Nec volo in re tanta, tamque ad dignoſcendum difficili putare lectorem, iſtam ſibi noſtram diſputationem debere ſufficere: ſed legat & alia, ſiue noſtra quæ poſtea ſcripta ſunt, ſiue aliorum melius conſiderata, atque tractata: vel ipſe, ſi poteſt, ea quæ hic meritò mouere poſſunt, vigilantiore, atque intelligentiore mente diſcutiat. *Proinde idem Auguſt. mille locis conſulendus. Vno aut altero, breuitatis cauſa contentus, profero primum ex ſermon. 18. de verbis Apoſtoli.*

Aug. Corpora noſtra membra eſſe Chriſti dixit, quoniam Chriſtus caput noſtrum eſt, eo quod homo factus eſt propter nos, &c. Si ergo vnuſquiſque cupiens fornicari, vileſcat ſibi, & in ſeipſo contemnat ſeipſum, ſaltem non in ſe contemnat Chriſtum, &c. Parce in te Chriſto, agnoſce in te Chriſtum. Tollens ergo membra Chriſti, faciam membra meretricis? &c. & fortè ipſa Chriſtiana tollit membra Chriſti, & facit membra adulteri. Inuicem in vobis contemnitis Chriſtum, nec agnoſcitis Dominum veſtrum, nec cogitatis pretium veſtrum, &c. Propter corpus Chriſti, corpora noſtra mẽbra ſunt Chriſti. Propter inhabitantem Spiritum Chriſti, corpora noſtra templa ſunt Spiritus ſancti. Quid horum in te contemnis: Chriſtum, cuius mẽbrum es? An Spiritum ſanctum, cuius templum es? *Sed ſi hæc mulier Chriſtiana non erat, nec fidelis ille, qui eius pulchritudinem deperibat, & libra auri pacto cum ea concumbebat; vterque certè Dei opus erat, & ad imaginem Dei factus erat. Vnde Auguſtin. libr. de decem chordis contra fornicatores agebat:* Ne dicas, inquit, cùm ad meretricem eo, cùm meipſum polluo, cui facio quod pati nolo? (*lex quippe naturæ dictat, naturalis iuſtitia poſtulat, vt quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris:*) quod grauius eſt ipſi Deo. Etenim quod tibi fieri non vis, &c. ad duo præcepta pertinet. Ad proximi quidem pertinet, ad dilectionem proximi, ad ſeptem chordas: (*ad ſecundam tabulam ſeptem mandata continentem, circa proximum obſeruanda,*) quomodo autem ad Deum?

A *Et reſpondet:* Si, inquit, quod non vis pati ab homine, ipſi Deo vis facere? Quid eſt hoc? Non facis alteri quod pati non vis? Charior tibi factus eſt homo, quàm Deus? Ergo quomodo iniuriam facio, inquis, ipſi Deo? corrumpis teipſum. Et vnde iniuriam facio Deo, quia corrumpo meipſum? Vnde facit tibi iniuriam qui voluerit fortè lapidare imaginem tuam, nec ſentientem, nec loquentem, nec videntem? Cum verò imaginem Dei, quod es tu, corrumpis in te per fornicationes, facis alteri quod tu pati non vis.

Quintò. Si ſub finem capitis poſt relatam hiſtoriam ait, Nihil hic in alteram partem diſputo: *ſi non* S. Aug. B *diſputat, nil reſoluit hoc loco, quia per tranſennam tantùm propoſuerat hanc quæſtionem. Agebatur enim ex profeſſo de ſola cauſa diuortij, fornicatione ſcilicet, vnde & caput 29. ſic concluſit:* Sed in hoc, inquit, Euangelij capitulo, nihil fortius conſiderandum eſt, quàm tantum malum eſſe fornicationis, vt cùm tanto vinculo ſibi coniugia conſtringantur, hæc vna cauſa ſolutionis excepta ſit. *Hic itaque nil diſputat, ſed vbique in libris ſuis, maximè autem de mendacio, & contra, probat nec pro honore, bonis, vita, ſiue propria, ſiue aliena, vel leuiter mentiendum: quanto minus igitur pro vita mariti, fornicatori conſentiendum, corpuſque Dei opus fœdandum cenſuiſſet, ſi hoc loco rem diſcuſſiſſet? Rurſum quod ait:* Liceat cuique æſtimare quod velit: *Hoc dicit, rationis humanæ trutinà, in qua alius charitatem æſtimans vxoris, factum eius laudaret: alius penſitans ſexus honeſtatem, reprobaret. Sed cũ ſubijcit cauſam nullius ſuæ diſcuſſionis, dicens:* Non enim de diuinis authoritatibus deprompta hiſtoria eſt: *ſatis indicat, de infidelibus, prophanum exemplum non ad ſe pertinere, vt illud approbet aut condemnet: quaſi cum Paulo dicens:* Quid mihi de his quæ foris ſunt iudicare? *Sara autem ſanctiſſima fœmina ſacrum exactè diſcutere debuit contra Fauſt. exemplum. Denique quod ſcribit:* S. Auguſt. Narrato hoc facto, non ita reſpuit hoc ſenſus humanus quod in illa muliere viro iubente commiſſum eſt, quemadmodum ante cùm ſine vllo exemplo res ipſa poneretur, horruimus. *Quis* D *cæcus non videt, non diuino & Chriſtiano, ſed humano ſenſu locutum Auguſtinum, nec de fidelibus coniugatis, ſed infidelibus, in quibus humano ſenſu vtcumque tolerabile videtur pro vita viri, nulla intercedente voluntaria libidine, nulla debiti coniugalis fraude vterque coniux fornicatoris libidini conſenſu, quod in Chriſtianis apertum peccatum mortale fuiſſet. Nec enim habet fidelis ita ſui corporis poteſtatem, vt poſſit ius diuinum, quod ſibi reſeruat Deus, cuicumque, & quacumque vrgentiſſima cauſà, contra voluntatem eius tradere. Nec prætereundum quod dixit, ante relatum exemplum, cùm cruda quæſtio proponeretur,* num permittente vxore quæ maritalis S. Aug. corporis poteſtatem habet, poſſit vir cum altera E concumbere, *plus horruiſſe ſenſum humanum, quàm poſt relatum exemplum, comparationem enim facit horroris ſenſus humani, maioris cum minore. Vt manifeſtum ſit, & ipſo ſenſu humano, animum Auguſtini abhorruiſſe ab hoc facto, licet minus quàm cùm ſine exemplo quæſtio proponeretur. Vides lector quantis, & quàm ſolidis rationibus confutata ſit contra doctrinam S. P. Auguſtini, ex hoc exemplo deprompta obiectio.*

Creationem mundi, non factam in inſtanti definierit, ſex autem diebus negauerit Auguſtinus, in aliquo Tertulliano conformis.

TErtullianus contra Hermogenis materiam ſcribens, exertè quidem tuetur, *Deum cuncta ex nihilo feciſſe. Simul quidem primum inculta omnia, dehinc ſuo ordine conſummata. Contra Hermogenem, cap.* 29. Omnia opera ſua Deus ordine conſummauit, incultis primò elementis depalans quodammodo mundum, dehinc exornatis velut de- [B] dicans. Nam & lumen non ſtatim ſplendore Solis impleuit, & tenebras non ſtatim ſolatio lunæ temperauit, & cælum non ſtatim ſyderibus ſtelliſque ſignauit, & maria non ſtatim belluis frequentauit, & ipſam terram non ſtatim varia fœcunditate dotauit, ſed primo eſſe ei contulit, deinde non in vacuum eſſe ſuppleuit. *Nec hunc rerum ordinem & diſpoſitionem abnuit Auguſtinus, nec definitò ſtatuit, tulitque ſententiam abſolutam, qua diceret, opificium mundi non fuiſſe ad litteram ſex dierum diuerſorum ſpatio diſtinƐto à Deo conſtitutum, licet & rationibus plurimis, & authorum magna doctrina numero, & littera ſacra teſtimonio valde probabilis ſit opinio, qua ſcripſit mundum fuiſſe creatum in inſtanti. Nec video cur in hoc argumento vlla ei labes erroris, aut priuata opinionis nota poſſit aſ- [C] pergi.*

Quod vt liquidò conſtet, textus eius primò referam, quibus non fixam eius fuiſſe ſententiam, ſed opinionem tantùm probabilem oculos habentis lectori de- S. Aug. *monſtrabimus, lib.* 11. *de Ciuit. cap.* 6. Cùm tempore, inquit, factus eſt mundus, ſi in eius conditione factus eſt mutabilis motus, ſicut videtur ſe habere etiam ordo ille primorum ſex, vel ſeptem dierum, in quibus mane & veſpera nominantur, donec omnia quæ bis diebus Deus fecit, ſexto perficiantur die, ſeptimoque, in magno myſterio, Dei vacatio commendetur. Qoi dies cuiuſmodi ſunt, aut perdifficile nobis, aut etiam impoſſibile eſt cogitare, quanto magis dicere? *Vides quàm longè abſit à ſtatuenda certa definitione. Dehinc proſequitur cap.* 7 *difficultatem ſoluendæ quæſtionis.* [D] Videmus quippe iſtos dies notos non habere veſperam niſi de Solis occaſu, nec mane, niſi de Solis exortu. Illorum autem priores tres dies, ſine Sole peracti ſunt, qui quarto die factus refertur. Et primitus quidem lux Verbo Dei facta, atque inter ipſam & tenebras Deus ſeparaſſe narratur, & eandem lucem vocaſſe diem, tenebras autem noctem: ſed qualis illa ſit lux, & quo alternante motu, qoalemque veſperam & mane fecerit, remotum eſt à ſenſibus noſtris: nec ita vt eſt, intelligi à nobis poteſt, quod tamen ſine vlla hæſitatione credendum eſt. *Ita & lib.* 2. *de Gen. ad litteram cap.* 5. *dicit de aquis ſupra firmamentum quales* S. Auguſ: *ſint, & quomodo ibi ſint, minimè dubitandum.* [E] Quia, inquit, maior eſt huius ſcripturæ veritas, quàm omnis humani ingenij capacitas. *Tũ verò ſupra de eiu. de luce cœptũ ſermonẽ proſequitur, quo ſatis oſtendit & dies indubitanter eſſe credendos, ſiue literaliter, ſiue allegoricè ſicut & ipſam lucem*: Aut enim, inquit, aliqua lux corporea eſt, ſiue in ſuperioribus mundi partibus, longè à conſpectibus noſtris, ſiue vnde Sol poſtmodum accenſus eſt. *Ita Dionyſius de diuinis nominibus cap.* 4. *Baſilius hom.* 1. *in Hexam. Ambr. l.* 1. *hexa. c.* 9. *Chryſoſt. hom.* 2 *in Gen. D.* [A] *Thomas.* 1. *parte q.* 67. *a.* 4. *ad* 2. Et Dionyſius quidem ſupra dicit quod lumen Solis primo die informe quarto die formatum eſt. Et ipſa, inquit, eſt illa lux quæ primo diſtinxit noſtrorum dierum Trinitatem. *Id eſt tres primos dies antequam Sol fieret, qui primo informis cum cætera maſſa factus erat. Poſtea Auguſtinus pergit ad ſpiritalem lucem.* Aut, inquit, lucis nomine ſignificata eſt ſancta ciuitas in ſanctis Angelis, & ſpiritibus beatis, de qua dicit Apoſtolus. Gal. 4. Quæ ſurſum eſt Ieruſalem, mater noſtra æterna in cælis. Ait quippe & alio loco. 1. Theſſalon. 5. Omnes enim vos filij lucis eſtis, & filij diei: non ſumus noctis, neque tenebrarum. Fit tamen & veſpera diei huius, & [B] mane aliquatenus, quoniam ſcientia creaturæ, in comparatione ſcientiæ Creatoris, quodammodo veſperaſcit, itemque luceſcit, & mane fit, cùm & ipſa refertur ad laudem dilectionemque Creatoris, nec in noctem vergitur, vbi non Creator creaturæ dilectione relinquitur. Denique Scriptura, cùm illos dies dinumeraret ex ordine, nuſquam interpoſuit vocabulum noctis. Non enim ait alicubi, facta eſt nox: ſed facta eſt veſpera, & factum eſt mane dies vnus. Ita ſecundus, & cæteri. Cognitio quippe creaturæ in ſeipſa, decoloratior eſt vt ita dicam, quàm cùm in Dei ſapientia cognoſcitur, velut in arte qua facta eſt. Ideo veſpera congruentius quàm nox dici poteſt; quæ tamen vt dixi, cùm ad laudandum & amandum refertur Creatorem, recurrit in mane. [C] Et hoc cùm facit in cognitione ſui ipſius, dies vnus eſt. (*Dies lucis primus eſt cognitionis Angelicæ. Quod congruit Dionyſio de diuinis nominib. cap.* 4. *Vox lucis recenſetur inter nomina intelligibilia Dei qui in Scriptura lux dicitur, & Pater luminum. Et ipſe Aug. l.* 4. *de Gen. ad litt. c.* 28. *notat lucem in ſpiritalibus propriè dici & non figuratè; vnde & Chriſtus* Aug. *propriè lux dicitur, figuratè autem lapis.*) Cùm in cognitione firmamenti quod inter aquas inferiores & ſuperiores cælum appellatum eſt, fit dies ſecundus. Cùm in cognitione terræ ac maris, omniumque gignentium quæ radicibus continuata ſunt terræ, dies tertius. Cùm in cognitione luminarium, maioris & minoris omniumque ſyderum, dies quartus. Cùm in cognitione omnium, ex aquis animalium natatilium, atq; vola- [D] tilium dies quintus. Cùm in cognitione omnium animalium terrenorum, atque ipſius hominis, dies ſextus.

Et lib. 4. *de Gen. ad litt. cap.* 23. Multum, inquit, intereſt inter cognitionem rei cuiuſque in Verbo Dei, & cognitionem in natura eius, vt illud meritò ad diem pertineat, hoc ad veſperam. In comparatione enim lucis illius quæ in Verbo Dei conſpicitur, omnis cognitio qua creaturam quamlibet in ſeipſa nouimus, non immerito nox dici poteſt: quæ rurſus tantum differt ab errore vel ignorantia eorum qui nec creaturam ipſam ſciunt, vt in eius comparatione, non incongruè dicatur dies. Sicut ipſa vita fidelium quæ in hac [E] carne, & in hoc ſæculo ducitur, in comparatione vitæ infidelis atque impiæ non irrationabiliter lux & dies appellatur, dicente Apoſtolo, fuiſtis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.

Et cap. 24. *de eadem in Verbo & extra, cognitione Angelica.* Non remanet, inquit, Angelica ſcien- Aug. tia in eo quod creatum eſt, quin hoc continuò referat ad eiuſdem laudem atque claritatem, in quo id non factum eſſe, ſed faciendum fuiſſe cognoſcitur, in qua veritate ſtandò, dies eſt. Nam ſi vel

ad ſeipſam natura Angelica conuerteretur, ſeque amplius delectaretur, quàm illo cuius participatione beata eſt, intumeſcens ſuperbiâ caderet ſicut diabolus. *Et cap.* 26. Per omnes illos dies, non iſtorum dierum conſuetudine intelligendus, quos videmus Solis circuitu determinari, atque numerari: ſed alio quodammodo, &c. Quapropter qooniam illum diem, vel illos dies qui in eius repetitione numerati ſunt, in hac ooſtra mortalitate terrena caperiri ac ſentire non poſſumus, & ſi quid ad eos intelligendos conari poſſumus, non debemos temerariam præcipitare ſententiam, tanquam de his aliud ſentiri congruentius, probabiliuſque non poſſit. *Et cap.* 27. *& 28. probat non tantum figuratè, ſed propriè dictam lucem & mane & veſperam.* Aug. Vbi enim, inquit, melior & certior loa, ibi verior etiam dies: cur ergo non etiam verior veſpera, & verius mane? Nam ſi in iſtis diebus habet quandam declinationem ſuam lux in occaſum, quam veſpere nomine noncupamus; & ad ortum iterum reditum quod mane dicimus, cur & illic veſperam non dicamus, cùm à cootemplatiooe Creatoris, creatura deſpicitur; & mane cùm à cognitione creaturæ in laudem Creatoris aſſurgitur, &c. *Tum expreſſe non in hac ſententia ſe fixum hærere, vel alijs hærendum eſſe teſtatur.* Quiſquis ergo non eam quam pro noſtro modulo, vel indagare, vel putare potuimus, ſed aliam requirit in illorum dierum enumeratione ſententiam, quæ oon in prophetia figuratè, ſed in hac creaturarum conditione, propriè meliuſque poſſit intelligi, quærat, & diuinitus adiutus inoeniat. Fieri enim poteſt, vt etiam ego aliam his diuinæ ſctiptoræ verbis congruentiorem fortaſſis inoeniam.

Nec puto quenquam ſic aduerſarium Auguſtino, vt eum eouſque deſipuiſſe ſentiat, quaſi non potuerit capere quod rudiores quique facile intelligunt, ſex diſtinctis diebus Deum hunc mundum creaſſe, vel primo in maſſa factum in inſtanti, ſex poſtea diebus diſtinctis ordinaſſe, cùm & alias ſæpe tum maximè in Pſal. 92. ſex ætates mundi. ſex primis diebus creationis aptauerit. Recordantes, inquit, per omnes dies quid fecerit Deus quando creauit, & ordinauit vniuerſa, à prima die, vſque ad ſextum diem: ſeptimum enim ſanctificauit, quia in illo requieuit poſt omnia opera quæ fecit valde bona: & inuenimus eum ſexto die feciſſe, qui dies hic commemoratur (*in titulo Pſalmi qui eſt: laus cantici ipſius Dauid, in die ante Sabbatum, quando fundata eſt terra*) quia dicit ante Sabbatum, omnia animalia in terra, deinde ipſo die fecit hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Non autem ſine cauſa illi dies ſic ſunt ordinati, niſi quia & ſæcula ſic curſura erant, aotequam requieſcamus in Deo.

Vides ad litteram intellexiſſe Auguſtinum, & litteram fuiſſe figuram ſæculorum. Sicut, inquit, ſexto Aug. die fecit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ſic inuenimus ſexto ſæculo veniſſe Dominum Ieſum Chriſtum, vt reformaretur homo ad imagioem Dei. *Sed poſtea probat nec ipſum huius Pſalmi titulum, ad litteram poſſe intelligi; non enim die ante Sabbatum fundata eſt terra, ſed in principio creauit, & vt ait pſaltes,* Initio tu Domine terram fundaſti: & die tertia apparuit arida. *Quomodo ergo ſexta dies quæ eſt ante Sabbatum, qua creatus eſt homo, poteſt intelligi ad litteram fundata terra; niſi aut iuxta opinionem Auguſtini, omnia ſimul condiderit Deus; aut ad allegoriam recurramus?* Audiamus, inquit, ipſum Pſalmum, ipſum interrogemus, quomodo fundata eſt terra; oe fortè tunc facta ſit terra: nec io Geneſi ſic legimus. Quando ergo fundata eſt terra? Quando, niſi cùm fit quod lectum eſt modò in Apoſtolo. 1. Cor. 15. ſi tamen ſtatis in fide, vt ſtabiles, & immobiles? Cùm omnes qui credunt per vniuerſam terram immobiles ſunt in fide, fundata eſt terra: tunc fit homo (*de terra factus*) ad imaginem Dei: (*qui immutabilis eſt*) quod ſignificat ſextus ille dies in Geoeſi. Sed quomodo fecit illud Deus? quomodo fundata eſt terra? Chriſtus venit vt fundaret terram. 1. Cor. 3. Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.

Sed ad diem Angelicum cum Auguſtino reuertamur ſupra lib. 4. de Geneſ. ad lit. cap. 31. Nonne, inquit, per omnes ſex dies, cum ea quæ per ſingulos Deo condere placuit, conderentur, primù hæc accipiebat Angelica ſocietas in Verbo Dei, vt in eius notitia primitus fierent cùm dicebatur, & ſic eſt factum: Deinde cùm facta eſſeot in ſua propria natura qua ſunt, Deoque placuiſſeot, quia bona ſunt; tunc itidem ea cognoſcebat alia quadam infetiore cognitiooe, quæ nomine veſperæ ſignificata eſt: ac deinde factâ veſperâ, fiebat mane, cùm de ſuo Deos opere laudaretur, & alterius creaturæ quæ deinceps facienda erat, ex Dei Verbo notitia, priuſquam fieret, acciperetur? Non ergo tunc ſimul omnia, & dies, & veſpera, & mane, ſed ſingillatim per ordinem quem ſcriptura commemorat. An etiam tunc ſimul omoia, quia non ſecundùm temporum moras, ſicut fiunt dies iſti, cum oritur Sol, & occidit quotidie Sol, & in locum ſuum redit, vt rurſus oriatur; ſed ſecundùm potentiam ſpiritalem mentis Aogelicæ, cuncta quæ voluerit ſimul notitia facillima comprehendentem? Nec ideo tameo ſine ordine quo & apparet connexio præcedentium, conſequentiumque cauſarum.

Tum cap. 33. interrogat: Si omnia mens ſimul Angelica poteſt, quæ ſingillatim per ordinem cōneaarum cauſarum ſermo diſtinguit, nunquid etiam quæ fiebant venit ipſum firmamentum, &c. Simul omnia facta ſunt, an etiam per interualla temporum ſecundùm præfinitos dies? An fortè non ſicut ea ſecundum motus eorum naturales nunc experimur, ita etiam cùm primitus inſtituta ſunt, cogitare debemus, ſed ſecundùm mirabilem atque ineffabilem virtotem ſapientiæ Dei, quæ attingit à fine ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, &c. De qoo enim Creatore ſcriptura ipſa narrauit, quòd ſex diebus cooſommauerit omnia opera ſua, de illo alibi non vtique diſſonanter ſcriptum eſt, quod creauerit omnia ſimul. Ac per hoc, & iſtos dies ſea, vel ſeptem, vel potius vnum ſexies ſeptieſue repetitum ſimol fecit, qui fecit omnia ſimul. Quid ergo opus erat ſex dies tam diſtinctè diſpoſiteque narrari? Quia ſcilicet ij qui non poſſunt videre (*intelligere præ tarditate ingenij*) quod dictum eſt, creauit omnia ſimul: niſi cum eis ſermo tardios incedat, ad id quò eos ducit, peruenire non poſſunt, &c.

Libro autem quinto capite primo, cùm finiſſet præcedentem librum magis dubius & incertus, ex replicatione verborum Geneſis magis confirmatur vt credat omnia ſimul facta. Ita enim Geneſ. 2. 4. Iſtę ſunt generationes cæli & terrę, *ſiue vt legit ipſe Auguſtinus iuxta 70. hic eſt liber generationis cæli*

& terræ, cùm factus eſt dies. (*Nos habemus iuxta 70. Cùm facta ſunt, qua die fecit Dominus cælum & terram & omne viride agri antequam eſſet ſuper terram.*) Nunc certè, inquit, firmior fit illa ſententia qua intelligitur vnum diem feciſſe Deum, vnde iam illi ſex, vel ſeptem dies vnius huius repetitione numerari potuerunt: quandoquidem apertius iam ſancta Scriptura, concludens quodammodo cuncta quæ ab initio vſque ad hunc locum dixerat, atque infert: hic eſt liber creaturæ, vel facturæ cæli & terræ, cùm factus eſt dies, &c. Hoc quod poſitum eſt, cùm; & ſic adiunctum, factus eſt dies, cuiuis contentioſo extorqueat, alium eſſe intellectum non poſſe, &c. Deinde cùm dictum eſſet, fecit Deus cælum & terram, additum eſt, & omne viride agri; quæ certè manifeſtum eſt tertio die facta: vnde liquidius apparet, eumdem illum eſſe vnum diem quem fecit Deus: quo repetito, factus eſt ſecundus, & tertius, & cæteri vſque ad ſeptimum diem. *Cap. ſandem tertio.* Cùm audis tunc facta omnia cùm factus eſt dies, illam ſenariam, vel ſeptenariam repetitionem ſine interuallis morarum ſpatiorumque temporalium factam, ſi poſſis, apprehendas: ſi autem non poſſis, relinquas conſpicienda valentibus. Tu autem cum Scriptura non deſerente infirmitatem tuam, & materno inceſſu tecum tardius ambulante proficias: quæ ſic loquitur, vt altitudine ſuperbos irrideat, profunditate attentos terreat, veritate magnos paſcat, affabilitate paruulos nutriat.

S. Aug.

Quid hoc loco arguendus ſit erroris, & non potius admirandus ſublimis ſimul & humilis Auguſtinus, non inuenio. Nodum in ſcirpo quærunt, qui errores in ſcriptis eius inueniri volunt. Nec tanquam aliquid plenè certi ipſum definiſſe teſtatur Cornelius à Lapide, nec eius interpretatio Angelico Doctori diſplicuit, 1. p. q. 58. art. 6. Et certè quanquam ſciam ſpatia dierum vera cenſuiſſe Baſilium, Ambroſium, Chryſoſtomum, tamen & Auguſtini opinioni fauet quod cum Deus ſit agens perfectiſſimum, & nulla in creatione mundi ex nihilo facta, & parte creaturæ eſſet reſiſtentia, & actus ipſe creationis ſit inſtantaneus, non videtur neceſſe fuerit Moyſem tot diebus factum, aut diſpoſitum mundum ſcribere; niſi vt ſe hominum, & maximè craſſiorum Hebræorum tarditati ſcriptura componeret, vt bene notauit Cardinalis Caietanus in Gen. 1. Nec deſunt graues authores qui cum Caietano ſententiam Auguſtini ſunt amplexati, quòd Deus omnia creauerit ſimul. Inter quos eſt eruditiſſimus & diſertiſſimus Hebræorum Philo Iudæus, Procopius, Gazæus, Melchior, Canus, quos vide apud Bannem parte 1. q. 74. art. 2. verba Philonis referam. Libro de opificio mundi ſtatim à principio, vbi de Moyſe authore libri Geneſeos.

Quoniam, inquit, viſibilis ſenſibiliſque hic mundus eſt, factum eſſe conſequitur neceſſariò, quapropter non alienum fuit ab authoris propoſito, generationem eius ſcripto prodere, idque admodum grauiter ac Theologicè. Sex autem diebus fabricatum ait mundum, non quòd temporis ſpatio opus habuerit conditor: Deum enim non iuſſu ſolùm, verùm & cogitatu operari, creditur: ſed quoniam opus erat res creari quodam ordine; ordini autem numerus eſt proprius. Inter numeros verò lege naturæ aptiſſimus generationi eſt ſenarius. Nam poſt vnitatem primus occurrit perfectus, partibus conſtans partibus è quibus conficitur: & ternione ſcilicet ſui dimidio, è binario parte tertia, & ex vnione parte

A ſexta: qui, vt ita dicam, maſcula ſimul ac fœminea natura præditus eſt, & compoſitus ex vtriuſque viribus. Maſculus enim in rebus cenſetur impar numerus, ſicut par fœmina. Imparium autem principium ternio, parium binarius: Ex amborum verò viribus conſtat ſenio. Oportet enim mundum, cum ſit creaturarum omnium abſolutiſſimus, iuxta perfectum numerum compingi, nempe ſenarium. Et quia in ſeipſo complexurus erat generationes è binaria copula, formari ad numerum mixtum, cum qui primus pariter impar eſt, vt in ſe contineret tum proſeminantis maſculi, tum fœminæ genituram ſuſceptturæ ſpeciem.

B *Singulis autem diebus attribuit aliquam vniuerſi portionem, excepto primo die, quem ne nominat quidem primum, ne connumeretur cæteris: ſed vnum nominans apto vtitur vocabulo, conſiderata vnionis natura, appellationeque eius hic conuenientiſſimâ, &c. Dehinc comparat Deum Architecto vrbis Regiæ, formam primò eius animo ſuo concipienti, antequam opus extra proferat.* Deus, inquit, vbi pro ſua Deitate præuidit, imitamentum pulchrum non poſſe abſque exemplari pulchro exiſtere, nec ſenſibile quicquam reprehenſionis expers fore, quod non Archetypo intelligibilis Ideæ reſpondeat; poſtquam decreuit viſibilem hunce mundum condere, prius formauit ſimulachrum eius intelligi- C bile, vt ad exemplar incorporei Deoque ſimillimi, corporeum abſolueret mundum, recentiorem hunc antiquioris effigiem, totidem complexurum ſenſibilia genera, quot in illo intelligibilia. *Platonicum hic ſe probat Philo. Malim ego cum Auguſtino Verbum Patris & Sapientiam vnicam credere, omnia Patri repræſentantem iuxta pſaltem canentem:* Omnia in ſapientia feciſti. *Ita enim Auguſtinus tract. 1. in Io. 1.*

Aug.

Prius, inquit, cor generat conſilium vt aliquam fabricam conſtruas, aliquid amplum in terra moliaris, iam natum eſt conſilium, & opus nondum completum eſt, &c. Attendunt homines mirabilem fabricam, & mirantur conſilium fabrican- D tis: ſtupent quod vident, & amant quod non vident, &c. Si ergo ex magna aliqua fabrica laudatur humanum conſilium; vis videre quale conſilium Dei eſt? Dominus Ieſus Chriſtus, id eſt Verbum Dei. Attende fabricam iſtam mundi: vide quæ ſint quæ facta ſunt per Verbum, & tunc cognoſces quale ſit Verbum, &c. Dixit Moyſes, in principio fecit Deus cælum & terram, & omnia ſic enumerat, dixit Deus, fiat, & factum eſt. Si dixit, quis dixit? Vtique Deus. Et quid factum eſt? Creatura aliqua. Inter dicentem Deum, & factam creaturam, quid eſt per quod factum eſt, niſi Verbum? Quia dixit Deus, fiat, & factum eſt. Hoc Verbum incommutabile quā- E uis mutabilia per Verbum fiant, ipſum incommutabile eſt, &c. Quod factum eſt, in ipſo vita eſt, &c. Dicitur in Pſalmo, Omnia in Sapientia feciſti. Si ergo Chriſtus eſt Sapientia Dei, & Pſalmus dicit; Omnia in Sapientia feciſti, omnia ſicut per illum facta, ita in illo facta ſunt, &c. Quid eſt hoc? Facta eſt terra, ſed ipſa terra quæ facta eſt, non eſt vita. Eſt autem in ipſa Sapientia ſpiritaliter ratio quædam qua terra facta eſt, hæc vita eſt, &c. Arca in opere non eſt vita, arca in arte vita eſt: quia viuit anima artificis, vbi ſunt iſta omnia antequam proferantur, &c. Terram vides, eſt in arte terra; cælum vides, eſt in arte cælum: Solem & Lunam vides, ſunt & iſta in arte; ſed

foris corpora ſunt, in arte vita ſunt. *Hanc artem conſilium, Sapientiam Patris in vna illa die ſexies repetita viderunt Angeli per ſingulas partes bona, & ſimul valde bona ſimul condita Dei opera; deinde in ipſis creaturis veſpere, tum denique mane Aſtra illa matutina laudarunt & benedixerunt filij Dei cum iubilatione ex operibus ſuis opificem.*

Idem Philo libro primo Allegoriarum legis in principio ex verbis Moyſi, Et perfecti ſunt cæli, & omnis eorum militia, & compleuit Deus die ſexto opus ſuum quod fecerat. Rusticanæ, inquit, ſimplicitatis eſt, putare ſex diebus, aut vtique certo tempore mundum conditum: quia totus mundus viciſſitudo eſt dierum ac noctium, quam Solis motus ſuper terram, ſub terraque meantis neceſſariò conficit. Sol autem pars cæli cenſetur: vt fatendum ſit, tempus poſterius mundo eſſe, quippe quod mundi eſt effectus: nam cæli motus indicauit naturam temporis. Ergo cùm audis, compleuit ſexto die opera, intelligere non debes de diebus aliquot, ſed de ſenario perfecto numero; quia primus in tres partes æquales diuiditur, dimidiam, tertiam, ſextam, & ex æquilateris duobus conſtat, bis tribus. Binarius quidem & ternarius excedunt iuxta corpus æqualitatem: alter materiæ imago, quæ diuiditur ſecaturque tanquam mortalis: alter verò ſolidi corporis, quod iuxta triplicem dimenſionem poteſt diuidi. Quin & organicorum animalium motibus cognatus eſt. Sic enim organicum corpus natum eſt, vt ſuoptè ingenio moueri queat, prorſum (*ante*) retrorſum, ſurſum, deorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſumue. Vult igitur indicare Propheta, tum incorruptibilia genera ex proprijs conſtitiſſe numeris: Mortalia, vt dixi, ſenario metiens, beata verò & fœlicia, ſeptenario. Primum igitur ſeptimo die requieſcens à mortalibus, alias diuiniores formationes incipit; (*opera ſalutis humanæ de quibus Chriſtus, Pater meus vſque modo operatur, & ego operor.*) Nunquam enim Deus operari deſinit; ſed ſicut proprium eſt ignis vrere, & niuis refrigerare; ita Dei quoque operari: idque multo magis, eo quod ipſe alijs etiam rebus omnibus operandi author eſt: rectè ſanè dicitur, quieſcere fecit, non quieuit. (*Vnde ſic legerit, nuſpiam inuenio. Hebræa enim, Septuag. & vulgata pariter legunt, requieuit: Paraphr. autem Chaldaica ſimiliter, niſi quod ſic verſum ſecundum capite 2. Vbi Hebr. perfecit, Septuag. conſummauit Deus in die ſexto, vulgata compleuit, die ſeptimo, habet: delectatus eſt Deus in die ſeptimo opere ſuo quod fecerat, & requieuit in die ſeptimo, &c. Niſi dicas iuxta Scriptura morem, nunc cognoui, quia cognoſcere fecit: & Spiritus poſtulat, quia poſtulare facit.*) Quieſcunt enim quæ videntur operari, ipſa non agentia: at factor ille non quieſcit. Ideo ſubinfertur: quieſcere fecit quæ exorſus eſt. Quæcumque enim noſtris artibus fabricantur, ea ſemel abſoluta, ſtant manentque. At quæ Deus perficit ſuâ ſcientiâ, mouentur denuo: fines enim eorum, aliorum ſunt principia: vt diei finis, noctis initium, &c. Itidem dum alia corrumpuntur, gignuntur alia: & dum alia gignuntur, corrumpuntur alia; vt verè dictum ſit perire nihil eorum quæ generati ſunt: ſed aliud accedens ad aliud, aliam formam repræ-

Aug. ſentat. *Altiori ſenſu Auguſtinum alibi videbimus iuxta Paulum dicentem in operibus gratia Deum ſemper operari, qui ſi vt Sol deſerat, lux noſtra in tenebras vertitur, vnde Paulus optabat:* qui cœpit in vobis opus bonum, ipſe perficiet vſque in aduentum Domini.

Procopius item Gazæus in Geneſ. 1. Moyſes, inquit, in deſcriptione opificij mundi, ſex dierum diſtinctione vſus eſt, docendi gratiâ, ob tarditatem videlicet, ruditatemque Iudæorum, qui tot ſimul non poterant capere.

Non inficior tamen Eccli. 18. 1. Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul; *in Græco haberi κοινῇ, id eſt, pariter, concorditer, nullo excepto. Vbi Lyran.* Simul cum Angelis cælum: ſimul cum informi materia, omnia corporalia quæ poſt, ſex diebus diſtincta ſunt. *Gregor. 32. Moral. capite 9.* Cùm ſimul cælum & terra deſcribitur; ſimul ſpiritualia, & corporalia: ſimul quidquid de cælo oritur; ſimul factum quicquid de terra producitur, indicatur, &c. Primo die creata terra dicitur, & tertio arbuſta condita. &c. Sed hoc quod die tertio ſe in ſpecie protulit, primo die in ipſa de qua ortū eſt terræ ſubſtantia, conditum fuit.

Subtilius Rupertus lib. 2. in Geneſ. capite 18. Benè & excellenter: vt ſæpè iam dictum eſt, quod factum eſt in ipſo vita erat. Proinde cùm dicitur: qui viuit in æternum, &c. Subaudiamus antequam faceret, creauit omnia ſimul in ſua Sapientia, vt vnumquodque illorum faceret in ſua propria eſſentia. *Hugo Cardinal. ſingula verba librat.* Deus, inquit, qui viuit, ad differentiam falſorum deorum, & Idolorum. In æternum: ad differentiam Deorum adoptiuorum, id eſt hominum, & Angelorum. Creauit, id eſt ex nihilo fecit: ad differentiam artificum, qui ex materia operantur. Omnia: contra Manichæos qui dicunt viſibilia eſſe à malo Deo, & inuiſibilia ſola eſſe à bono Deo. Simul ſecundum materiam, quoad corporalia: vel in exemplo & ſimilitudine, quoad ſpiritalia. Vnde gloſſa: rerum ſubſtantia ſimul creata eſt, ſed non ſimul per ſpecies formata: & quod ſimul extitit per ſubſtantiam materiæ, non ſimul apparuit per ſpeciem formæ. Vel ſimul, in cauſa vna. Vel aliquid ſimile. *Eligat lector quid hic malit, vel quem malit ſequi. Certè & Auguſtino blanditur littera, & arridet intelligentibus ſublimis eius intelligentia. Nec irridenda, ſed ſtupenda. Cæterùm claudam hanc quæſtionem præclaro illo apud Iob 40. 10.*

Ecce Behemoth quem feci tecum. *Quem plerique de Angelo intelligunt, vt & ſequentia indicant verſu* 14. Ipſe eſt principium viarum Domini. *Vel vt Septuag. adhuc clarius.* Hoc eſt principium formationis Domini factum, vt illuderetur ab Angelis eius. *Si primo die conditus eſt Lucifer, ſexto die homo; quomodo intelligi poteſt* quem feci tecum, *niſi quia* creauit omnia ſimul. *Aut ſimul formatione, vt intelligit Auguſtinus, aut ſimul, paritate vt alij,* id eſt, ſicut illum, ſic & te feci, *ad illudendum addidit, quia* draco iſte factus ad illudendum ei, *poſtquam cecidit ſuperbiâ: & homo illuſus eſt:* ecce Adam quaſi vnus ex nobis.

An doctrina S. Auguſtini, ſicut & Tertulliani, multis erroribus aſperſa ſit; de gratia autem libero arbitrio, & prædeſtinatione ab eo ſcripta non ſit Catholica, ſed priuata.

TErtullianum certè in Alphabeto ſequenti videbimus, poſito candore fidei, ſimplicitatis ouem exutum, & errorum & hæreſeon multiplici varietate par-

dum indutum. Quo fato fuaſtus ſit Tertullianus ignoro. Neſcio fatum: factum hæreticum ſcio, & ab Eccleſia iubente vigile & ſancto, iuſta ſententia ſecuri ſucciſum. Dan. 4. 8. & ſeq. Magna arbor, & proceritas eius contingens cælum. Aſpectus illius erat vſque ad terminos vniuerſæ terræ; folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & eſca vniuerſorum in ea. Subter eam habitabant animalia & beſtiæ, & in ramis eius conuerſabantur volucres cæli, & ex ea veſcebatur omnis caro. (*Tanta doctrina abundantia plenus melius depingi non potuit Tertullianus, ſub quo & hæretici, velut beſtiæ iam corrupto paſcuntur, & ſpiritales aliteſque Catholici ſana eius doctrina veſcantur.*) Videbam in viſione capitis mei ſuper ſtratum meum, & ecce vigil & ſanctus de cælo deſcendit. (*Pontifex vtique ſanctus Zephyrinus*) clamauit fortiter, & ſic ait: ſuccidite arborem, & præcidite ramos eius: excutite folia eius, & diſpergite fructus eius. *Præcidemus vtique ramos, & in Omasio quo rationali fructus eius optimos diſpergemus: folia autem eius inhærentes iam calce excutiemus erronea, & hæretica, & anathematis fulmine ab Eccleſia percuſſa. Verùm vt ipſe ait Septimius*: Qui de cælo tangitur ſaluus eſt, vt nullo iam igni decinerascat. *Fors reſipuit: & pœnitentiâ concineratus occultâ, olim ſe confitens* omnium notarum peccatorem, & nulli rei niſi pœnitentiæ natum; *Exomologeſi poſthumâ hæreſi, Dei gratiâ forſaſſe an reſtitutus, exceſſit è viuis.* Quis enim ſcit conſilium Domini, terribilis ſuper filios hominum? Aut quid cogitauerit de illo Deus? Num vigil de cælo clamauerit, (*Dan. 4. 12.*) veruntamen germen radicum eius in terra ſinite, & alligetur vinculo ferreo & æreo in herbis quæ foris ſunt, & rore cæli tingatur? *Enimuerò cùm eius legamus hæreſes, anathema ſciamus, pœnitentiam ignoremus, interea Auguſtini ventilabro*, quaſi ore Dei, pretioſum à vili ſeparabimus: *hæreticum proprio gladio truncabimus: & ſalute ex inimico ſumpta, arma bellica ex hoſtis arce munitiſſima, euertendis hæreſibus, & Eccleſia Romanenſi, eiuſque Hierarcha Pontifici Maximo Epiſcoporum Epiſcopo, ab eo licet corrupto iam, nominato & agnito, contra nouatores tutando promemus.*

Nunc autem exactè nobis diſcutiendum venit, vti iam fecimus, & deinceps Alphabetum errorum ſancto Auguſtino impoſitorum, diſcutiemus. Num doctrina eius de gratia, libero arbitrio, & prædeſtinatione, priuati hominis & doctoris propria ſit, an Catholica, & ab Eccleſia Romana recepta. Hanc enim, non tanquam ſuam, aut errori alicui obnoxiam, ſed veram & ſanam vniuerſalis Eccleſiæ fidem eſſe vbique aſſerit, quæ docet ſaluo ſemper vſu liberi arbitrij, & bonorum operum merito, diuina gratia in eo quod benè agimus, gloriam debere imputari. Eximios in hanc rem ex innumeris ab eo ſcriptis locos ſeligam. Ac primò S. Aug. *quidem ex homil. 14. ex quinquaginta.* Ecce, inquit, retribuit mercedem operibus bonis. 2. Tim. 4. bonú certamen certaui, &c. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, &c. Retribuit bona, ſed quibus bonis? quæ ipſe dedit. An non ipſe dedit vt bonum certamen certares? Si non ipſe dedit, quid eſt quod alio loco dicis, plus illis omnibus laboraui, non autem ego, ſed gratia Dei mecum? Ecce iterum dicis, curſum conſummaui: non & ipſe dedit, vt curſum conſummares? Si non ipſe dedit, vt curſum conſummares, quid eſt quod alio loco dicis, non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei? Fidem ſeruaui. Seruaſti, agnoſco & probo: fateor ſeruaſti: ſed niſi Dominus cu-

A ſtodierit ciuitatem, in vanum vigilat qui cuſtodit eam. Ab illo ergo ipſo iuuante, ipſoque donante, & bonum agonem certaſti, & curſum conſummaſti, & fidem ſeruaſti. Da veniam Apoſtole, propria tua non noui, niſi mala. Da veniam Apoſtole, dicimus quia tu docuiſti. Audio confitentem, non inuenio ingratum. Prorſus tua à te tibi, parata non nouimus niſi mala. Cùm ergo Deus coronat merita tua, nihil coronat, niſi dona ſua. HANC FIDEM, ET VERAM PIETATEM, ne quis extollatur de libero arbitrio in bonis operibus, quiſquis ſic accipit, vt nouerit dantem, aut quiſquis datori non ſit ingratus, medico non ſu-

B perbiat, vel inſanus adhuc, vel non à ſe ſanus: HANC, inquam, FIDEM SVAM, ATQVE PIETATEM NVLLÆ ARGVMENTATIONES EVELLANT DE CORDIBVS VESTRIS, ſeruate quod accepiſtis. Quid enim habetis, quod non accepiſtis? hoc eſt DEO CONFITERI, (*hæc eſt confeſſio fidei,*) dicere quod ait Apoſtolus. 1. Cor. 2. 12. Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus. Spiritus huius mundi, facit ſuperbos; ſpiritus huius mundi facit inflatos; ſpiritus huius mundi facit, vt putet ſe quiſque aliquid eſſe, cùm nihil ſit. Sed quid ait Apoſtolus contra ſpiritum huius mundi inflatum, ſuperbum, tumidum, elatum, non ſolidum? quid ait? Nos non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed Spiritum qui ex Deo eſt. Vnde probas? vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis. Audiamus ergo Dominum dicentem, (FIDES

C AVTEM EX AVDITV. AVDITVS AVTEM PER VERBVM CHRISTI.) Io. 15. ſine me nihil poteſtis facere. Et illud Io. 19. Nemo habet quidquam, niſi datum fuerit ei deſuper. Et Io. 6. Nemo venit ad me, niſi Pater qui miſit me, traxerit eum. Et illud Io. 15. Ego ſum vitis, vos palmites; ſicut palmes non poteſt facere fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite, ſic nec vos, niſi in me manſeritis. Et illud Iac. 1. quod Iacobus Apoſtolus proteſtatur dicens. omne datum bonum, & omne donum perfectum, de ſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum. Et quod Apoſtolus Paulus. 1. Cor. 4. ad reprimendam præſumptionem illorum, qui de libero arbitrio gloriantur, clamat, & dicit: quid habes quod non accepiſti, &c. & illud

D Epheſ. 2. Gratia ſalui facti ſumus per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt, vt ne quis extollatur. Et illud Philipp. 1. Vobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolùm vt in eum credatis, ſed etiam, vt pro ipſo patiamini. Et illud Philipp. 2. Deus qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet. Hæc ergo & his ſimilia diligenter, ac FIDELITER cogitantes, non acquieſcamus eis, qui liberum arbitrium in ſuperbiam extollentes, præcipitare magis, quam eleuare conantur: ſed humiliter conſideremus illud quod Apoſtolus dicit, Deus operatur in vobis, & velle, & perficere. *Quis tam denſa nubi teſtimoniorum, tot fulmina, quot verba iaculantiam contra liberi arbitrij defenſores, iaculanti contra* INDVBIAM FIDEM, *obſiſtat? Idipſum inculcat Auguſtinus, & non ſuam priuatam opinionem, ſed* Aug.

E ECCLESIÆ FIDEM *in hoc ſe profiteri clamat, Epiſt. 105. ad Sixtum in medio.* Hoc, inquit, NIHIL SALVBRIVS FIDES CREDIT, QVIA NIHIL VERIVS INTELLECTVS INVENIT. Et debemus audire Prophetam dicentem. Eſa. 7. NISI CREDIDERITIS, NON INTELLIGETIS, ſed non omnes obediunt Euangelio, non omnium eſt fides. Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt.

Et

Aug. *Et de gratia Chriſti c.* 10. Hanc, inquit, debet Pelagius gratiam confiteri, ſi vult non ſolum vocari, verum etiam eſſe Chriſtianus. *Et de corrept. & gratia, capite primo.* Hæc fides ſine dubio vera, & prophetica & Apoſtolica, & Catholica fides eſt. *Humiliemur itaque fratres, quotquot intelligimus, quia credimus:* Credidi, propter quod locutus ſum. *Nec inſultemus non intelligentibus, ſed eorum cæcitati compatiamur; & aſſidue precemur Dominum, vt ſicut nobis, non noſtris meritis, ſed eius gratia, ſic & illis aperiat ſenſum, vt credant, & Scripturas tam aperta fidei, credentes intelligant.*

Rurſum, Ep. 107. *ad Vitalem, vbi non ex ſuo ingenio concepta, ſed indubitata fide, duodecim dogmata Eccleſia Catholica contra Pelagianos tradita praſcribit.* Peruenimus, inquit, in ea QVÆ AD FIDEM VERAM, ET CATHOLICAM PERTINERE FIRMISSIME SCIMVS, in quibus ita nobis ambulandum eſt, adiuuante illo, atque miſerante, cui dicimus Pſ. 85. Deduc me Domine in via tua, & ambulabo in veritate tua: VT AB EIS NVLLO MODO DEVIEMVS, *(& quid eſt deuiare, niſi ab via errare? Et quis dicat in his debuiſſe ſeipſum S. Auguſtinum retractare, in quo dicit ſe nullo modo debere deuiare?*

Aug. Quoniam ergo propitio Chriſto, CHRISTIANI CATHOLICI SVMVS, ſcimus nondum natos nihil egiſſe in vita propria boni, ſeu mali, &c. Sed tamen ſecundùm Adam carnaliter natos, contagiũ mortis antiquæ, primâ natiuitate contrahere, nec liberari A SVPPLICIO mortis æternę (*en pœna ſenſus, quam ſapius alibi confirmat, & retuli, cum de peccato originali, iuxta Tertullianum tractans,*) quod trahit ex vno, in omnes iuſta damnatio, niſi per gratiam renaſcantur in Chriſto. SCIMVS gratiam Dei nec paruulis, nec maioribus, ſecundùm merita noſtra dari. SCIMVS, maioribus ad ſingulos actus dari.

SCIMVS non omnibus hominibus dari; & quibus datur, non ſolùm ſecundùm merita operum non dari, ſed nec ſecundùm merita voluntatis eorum quibus datur, quod maximè apparet in paruulis. SCIMVS eis quibus datur, miſericordiâ Dei gratuitâ dari. SCIMVS eis quibus non datur, iuſto iudicio Dei non dari. SCIMVS quòd omnes, (*etiam paruuli, vt ſubiicis, qui per ſponſores baptizati crediderunt, vel non,*) adſtabimus ante tribunal Chriſti, vt ferat vnuſquiſque ſecundùm ea quæ per corpus geſſit, non ſecundùm ea, quæ ſi diutius viueret geſturus fuit, ſiue bonum, ſiue malum. SCIMVS, etiam paruulos ſecundùm ea quæ per corpus geſſerunt, recepturos vel bonum vel malum, &c. SCIMVS fœlices eſſe mortuos, qui in Domino moriuntur, nec ad eos pertinere, quidquid acturi fuerant, ſi tempore diuturniore vixiſſent. SCIMVS EOS, qui corde proprio credunt in Dominum, ſua id facere voluntate, ac libero arbitrio. SCIMVS pro eis qui nolunt credere, nos qui iam credimus, rectâ fide agere, cùm Deum oramus, vt velint.

SCIMVS. pro eis, qui ex illis crediderunt, tanquam de beneficijs, rectè atque veraciter debere nos Deo agere gratias, & ſolere. Recognoſcis me, vt puto, in ijs quæ nos ſcire dixi, non omnia quæ AD FIDEM CATHOLICAM pertinent, commemorare voluiſſe, ſed ea tantùm, quæ ad iſtam, quæ inter nos agitur, de Dei gratia, quæſtionem: Vtrum præcedat hæc gratia, an ſubſequatur hominis voluntatem. Hoc eſt, vt planius, loquar, vtrum ideo nobis detur, quia volumus, an per ipſam (*tanquam gratiam creatam, informantem, de qua infra Bonauentura*) Deus etiam (*vt cauſa efficiens de qua idem Bonauentura diſputabat,*) hoc EFFICIAT, VT VELIMVS. Si ergo iſtas DVODECIM SENTENTIAS, QVAS NOS DIXI SCIRE, AD FIDEM RECTAM, ET CATHOLICAM PERTINERE, etiam tu frater, nobiſcum tenes, ago Deo gratias, quas profectò non veraciter agerem, niſi gratia Dei fieret, vt teneres.

Quæ tibi tenenti, nullum omnino remanet nobiſcum de hac quæſtione certamen. *Et poſt multa, idipſum inculcat:* Nempe manifeſtum eſt, ex illis duodecim ſententijs, quas PERTINERE AD CATHOLICAM FIDEM NEGARE NON SINERIS, NON SOLVM OMNIBVS VERVM ETIAM SINGVLIS id confici, vt confiteamur gratia Dei præueniri hominum voluntates, & per hanc eas potius præparari, (*quoniam ita eſt præparatio eius, vt immittat cogitationem bonam, qua intellectus videat quod verum & rectum eſt, vt cum gratiâ, media ſini congruere dignoſcat, & congrua iudicata, voluntas eligat & diligat, Deo eiuſque gratia operante velle, id eſt, volitionem ipſam bonam, & perficere.*) Quàm propter eorum meritum dari. — S. Aug.

Tum hortans Vitalem, vt ſi de aliquo horum dubitet, ad ſe reſcribat, plenius informandus, nec ſua opinioni pertinaciter haſurus: Ego enim, inquit, HÆRETICVM QVIDEM PELAGIANVM TE ESSE NON CREDO, ſed ita te eſſe volo, vt nihil illius ad te tranſeat, vel in te relinquatur erroris. *Et libro de corrept. & gratia, capite primo, hortatur Valentinum & Monachos eius, vt non ſemel, ſed frequenter legant & relegant, qua de Gratia ſcripſit, fratremque Florum de libro ſuo intellecto laudat, & fidem Apoſtolicam in hoc contineri aſſerit, quod de gratia & libero arbitrio ſcribit.* — S. Auguſt.

Semel, inquit, lectum nullo modo arbitremini, ſatis vobis innoteſcere potuiſſe. Si ergo eum fructuoſiſſimum habere vultis, non vos pigeat relegendo habere notiſſimum, vt diligentiſſimè ſciatis, quibus, & qualibus quæſtionibus ſoluendis atque ſanandis, non ibi humana, ſed diuina occurrat Authoritas, à qua recedere non debemus, ſi volumus peruenire quò tendimus. Dominus autem ipſe, non ſolùm oſtendit nobis, à quo malo declinemus; & quod bonum faciamus, quod ſolum poteſt legis litera: Verùm etiam adiuuat nos, vt declinemus à malo, & faciamus bonum, quod nullus poteſt ſine ſpiritu gratiæ: Quæ ſi deſit, ad hoc lex adeſt, vt reos faciat, & occidat. Propter quod dicit Apoſtolus: Litera occidit, ſpiritus autem viuificat, primæ Corinth. quarto. Qui ergo legitimè lege vtitur, diſcit in ea malum & bonum: & non confidens in virtute ſua, confugit ad gratiam; quâ præſtante declinet à malo, & faciat bonum. Quis autem confugit ad gratiam, niſi cum à Domino greſſus hominis diriguntur, & viam eius volet? Pſalmo 36. — S. Auguſt.

Ac per hoc, & deſiderare auxilium gratiæ, initium eſt gratiæ: de quo ait ille, Pſalmo 76. Et dixi nunc cœpi, hæc eſt mutatio dexteræ excelſi. Liberum itaque arbitrium, & ad malum, & ad bonum faciendum confitendum eſt nos habe-

re : ſed in malo faciendo, liber eſt quiſque iuſtitiæ, ſeruuſque peccati : In bono autem liber eſſe nullus poteſt , niſi fuerit liberatus ab eo qui dixit. Io. 8. ſi vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis. Nec ita, vt cùm quiſque fuerit à peccati damnatione liberatus , iam non indigeat ſui liberatoris auxilio ; ſed ita potius, vt ab illo audiens. Io. 15. ſine me nil poteſtis facere : dicat ei & ipſe : adiutor meus eſto , ne derelinquas me› Pſal. 26. 15. HANC FIDEM QVÆ SINE DVBIO VERA, ET PROPHETICA ET APOSTOLICA FIDES EST , etiam in fratre noſtro Floro inueniſſe me gaudeo: Vnde hi potius corrigendi ſunt, quos quidem propitio Deo correctos eſſe iam exiſtimo, qui eum non intelligebant.

Hic rogo, an mihi liceat in dubium reuocare, omnes & ſingulos præfatos articulos , eſſe DE CATHOLICA FIDE, *cùm toties in vna Epiſtola repetat,* ET SCIRE EOS ESSE DE FIDE, *horteturque Vitalem, vt ſingulis, tanquam* FIDEI CATHOLICÆ ARTICVLIS ASSENTIATVR. NE SI CVI PERTINACITER ADVERSETVR , *in aliquo* HÆRETICVS PELAGIANVS HABEATVR.

Rogo iterum, an S. Auguſtino, Eccleſiæ Doctori Maximo, aliquam in rebus fidei inſcitiam, vel errorem, non diſſimulanda temeritate affingant , qui duodecies vnica in columna , inconcuſſa columna fidei Orthodoxæ, nil nutans, nil dubius, firmiter, & conſtanter SE SCIRE *profitetur. Quid verè ac propriè de gratia diuina, hominis libertate, prædeſtinatione, cæteriſque ſenſerit Auguſtinus, planiſſimè exertiſſimeque liquet ex duobus de prædeſtinatione Sanctorum, & dono perſeuerantiæ libris , quibus pleniſſimè clariſſimeque reſpondet omnibus , & ſingulis quæſtionibus , ac dubiis, quibus vrgebantur à Maſſilienſibus, Proſper & Hilarius ; quorum Epiſtolæ præmittuntur his libris continentes quæcumque hodie aduerſantes Auguſtini doctrinæ nobis obtrudunt argumenta, tam ex ratione naturali, quàm ex diuino inſtrumento, vel ipſius Auguſtini prioribus ſcriptis, petita. Cùm itaque in dictis libris maximè ſuam omnibus mentem aperuerit Auguſtinus, & inſtructior factus,* DEO SIBI REVELANTE , *quid traderet ; ibique inter cætera definierit , de prædeſtinatione ſcribens capite 19. à qua velut annulo ſummo , tota pendet omnium quæſtionum concatenatio.*

Hoc ſcio, inquit, neminem contra iſtam prædeſtinationem, quam ſecundùm Scripturas ſanctas S. Aug. defendimus , NISI ERRANDO diſputare potuiſſe. *Quæcumque proinde alibi iunior, aut indoctior, vt fatetur; contraria, vel diſparia ſcripſerit, reiicienda: quæcumque ſimilia , tanquam ex vera eius ſententia tenenda , & ex his poſtremis priora æſtimanda, non ex prioribus poſtrema, commendauit. Nec tantummodò quæ vera ſit & germana S. Aug. ſententia, ſed quæ fides Catholica. S. Hormiſdas Pontifex Summus cum laude , omnium Patrum, & Doctorum encomia ſingulariter excellente, declarauit in ſuo ad poſſeſſorem reſcripto.*

De arbitrio libero, & gratia Dei, quid Romana, hoc eſt Catholica ſequatur & ſeruet Eccleſia, licet ex varijs libris beati Auguſtini, & maximè ad Proſperum & Hilariũ abundè poſſit agnoſci, tamen & in ſcrinijs Eccleſiaſticis expreſſa capitula continentur. *Vrgeo tertiò, præſuppoſito Pauli, & fidei fundamento. Rom. 9. Vbi cùm de tremendo illo prædeſtinationis Arcano, c. 9. ad Roman. ageret, verſiculo 20. ſic interrogat:* O homo, tu quis es, qui reſpondeas Deo ? Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit : quid me feciſti ſic ? An non habet poteA ſtatem figulus luti , ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem , aliud verò in contumeliam ? quod ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam , ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ, apta in interitum: (*Syriaca, conſummata ad exitium ,*) vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ, in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam, &c. *Quænam hæc maſſa luti, niſi genus humanum, quod ex vno fecit figulus Deus! ſed maſſam à bono Creatore conditam propria libertate abuſus , totius generis caput Adam ſua voluntate corrupit ; de qua , quos voluit* miſericors, & iuſtus Dominus, *ab æterno elegit & præparauit in gloriam , quos voluit iuſtitia deſeruit & reliquit in maſſa corrupta , quam*
B *ipſe non fecit, ſed diabolus ſuadendo, homo conſentiendo infecit, vaſa iræ in interitum, & perditionem æternam.*

Hinc ſequitur, prædeſtinatio gratuita electorum ad gloriam , quos præparauit quæ nec oculus vidit; *quos nullo ſuo , niſi damnationis merito , prælegit ad vitam æternam , quos non ex operibus, nec iuſtitiis, ſed ex miſericordia vocauit, & iuſtificauit. & iuſtificatos gratis etiam merito bonorũ operum conſequente glorificauit, & voluit conformes fieri imagini filij ſui, hunc* miſit redemptionem populo ſuo : *qui licet totam naturam , incarnatione ſua honorauerit , ſicut & pro natura peccato ſanguinem fudit, ſufficientiſſimum pro omnibus omnino & ſingulis pretiũ, illius tamen, vt ait Concilium Trid. non omnes beneficium , accipiunt; & vt habet Auguſtinus. Ep. 107. ad Vitalem.* Quomo- Aug.
C do dicatur omnes homines eam (*gratiam*) fuiſſe accepturos, ſi non illi QVIBVS NON DONATVR, eam ſua voluntate reſpuerent , quoniam Deus vult omnes homines ſaluos fieri : Cum multis non detur paruulis, & ſine illa plerique moriantur, qui non habent contrariam voluntatem, feſtinantibuſq; parentibus, miniſtris quoq; volentibus ac paratis, &c. (*nõ fato, nõ cauſis naturalibus, ſed iuſta Dei volũtati, ex cuius præſcripto, hora & termino præfinito morimur , ſine quo nec paſſer moritur, peccati originalis merito reprobationem imputat*) cum repente antequam detur, expirat, pro quo vt acciperet, currebatur, &c. Sed ſicut illud quod dictum eſt. 1. Corinth. 15. omnes in Chriſto viuificabuntur, cùm tam multi æterna morte puniantur, ideo di-
D ctum eſt , quia omnes ; quicumque vitam æternam percipiunt , non percipiunt niſi in Chriſto: ita quod dictum eſt , omnes homines vult Deus ſaluos fieri, ideo dictum eſt, quia omnes qui ſalui fiunt , niſi ipſo volente non fiunt : Etſi quo alio modo illa verba Apoſtolica intelligi poſſunt, &c. Quomodo vt detur gratia diuina , voluntas meretur humana, ſi eis quibus datur, gratuitâ miſericordiâ datur , vt vera ſit gratia ? Quomodo in hac re merita penſantur voluntatis humanæ , quandoquidem illis quibus iſta gratia non datur, nullo plerumque merito , nullo voluntate diſtantibus, ſed ſimilem cum eis quibus datur, habentibus cauſam , iuſto tamen iudicio Dei non datur?

E *Ex hoc itaque firmiſſimo, & ſtabili Dei fundamento, de quo Paulus ;* firmum fundamentum Dei ſtat, nouit Dominus qui ſunt eius , *concludit Auguſtinus* : Nouit qui permaneant ad pœnam, nouit qui Aug. permaneant ad coronam. *Et qui ab æterno filios lucis diſcreuit à tenebrarum filiis , ex communi maſſa perditionis ; ſicut ab exordio mundi diuiſit lucem à tenebris: Ex eadem maſſa vaſa fecit in honorem, alia reliquit in contumeliam.*

Atque vt primum illud & ſummum agens, & per-

ſpicaciſſime intelligens, media ad finem aptiſſima, & conuenientiſſima eligit, non meriti prærogatiuâ, non fati neceſſitate, non temeritate fortunæ, ſed altitudine diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ ſuæ, *vt ait Aug. Ep. 105. ad Sixtum, miro contextu & concatenatione ſic diſpoſuit omnia fortiter, atque ſuauiter; vt quamuis certiſſimâ ſcientiâ, & immutabili propoſito, omnia circa electos, & reprobos, æterno conſilio decreta ſint; nulla tamen alterutrum vis illata fuerit arbitrio, ſed gratiâ in electis ſanante naturam, & bonam, cum bonis operibus, operante voluntatem, ipſi vt Dei filij à Spiritu bono libere aguntur in bonum. Concupiſcentia verò in reprobis proficiente ſemper in peius, nullâ coactione, vel neceſſitate, ſed voluptate, etiam exultantes pertrahuntur in malum.*

Aug. *Memini Catenæ, cuius inſpectu S. Auguſtinus obſtupuit, lib. 21. de Ciu. c. 4.* Magnetem, inquit, lapidem nouimus, mirabilem ferri eſſe raptorem, quod cùm primùm vidi, vehementer inhorrui. Quippe cernebam à lapide ferreum annulum, raptum atque ſuſpenſum; deinde tanquam ferro quod rapuerat, vim dediſſet ſuam, communemque feciſſet, idem annulus admotus eſt alteri, eumque ſuſpendit, atque vt ille prior lapidi, ſic alter annulus priori annulo cohærebat. Acceſſit eodem modo tertius, acceſſit & quartus. Iamque ſibi per mutua connexis circulis, non implicatorum intrinſecus, ſed extrinſecus adhærentium, quaſi catena pependerat annulorum. Quis iſtam vim lapidis non ſtuperet, quæ illi non ſolùm inerat, verùm etiam per tot ſuſpenſa tranſibat, & inuiſibilibus ea vinculis ſubligabat? *Concatenatam S. Auguſtini de prædeſtinatione, gratia, & libero arbitrio doctrinam & contextum eius cum Eccleſiæ definitionibus omnino ſequendum docuit Suarez Prol. 6. c. 6. de gratia, vbi commendata eius doctrina cuius ductum ſecuta eſt Romana Eccleſia*: Hinc, inquit, colligere poſſumus, quidquid Auguſtinus de gratia docet, quod cum illis Eccleſiæ definitionibus ſit neceſſariò connexum, omnino ſequendum, & tanquam certum tenendum eſſe: quia totum illud licet non expreſsè, virtute tamen eſt ab Eccleſia probatum.

Certè ſi videns Auguſtinus miram hanc ex natura lapidis proprietate catenam obſtupuit, quanto magis inhorruit, & cum Paulo attonitus de inſcrutabili prædeſtinationis myſterio exclamauit. O Altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius! Nobis, inquit, ſtupor & admiratio, quia nulla penetratio. Per iuſtitiam, (*id eſt gratiam iuſtificantem*) fiunt montes (*ſancti & magni, vnde venit auxilium nobis*:) per iudicia, profundi in peccatis. Quod horum miſereris, hos excæcas, nulli ſunt penetrabilia. Iudicia tua abyſſus multa, *O mirabilem ſtupendamque catenam; contextum annulorum inſolubilem; nullam tamen humanæ libertati, ſiue in electis, ſiue in reprobis neceſſitatem imponentem.*

Ridet Auguſtinus Aſtrologos, poſitioni ſyderum ſubijcientes liberam hominis voluntatem, libro 5. de Ciu. cap. 7. Quaſi verò, ſoli homines inter cæteras creaturas liberi, fatorum neceſſitati ſubiaceant. Solos, inquit, ſyderibus ſubdent homines, quibus ſolis in terra Deus dederit liberas voluntates. *Capite autem 9. contra Ciceronem, hoc modo ratiocinantem*: Si præſcita ſunt omnia futura, hoc ordine venient; certus eſt ordo rerum præſciente Deo: & ſi certus eſt ordo rerum, certus eſt ordo cauſarum. Non enim aliquid fieri poteſt, quod non aliqua

A cauſa præceſſerit. Si autem certus eſt ordo cauſarum, quo fit omne quod fit: Fato, inquit, fiunt omnia quæ fiunt. Quod ſi ita eſt, nihil eſt in noſtra poteſtate, nullumque eſt arbitrium voluntatis. Quod ſi concedimus, inquit, omnis humana vita ſubuertitur. Fruſtra leges dantur, fruſtra obiurgationes, laudes, vituperationes, exhortationes adhibentur, neque vllâ iuſtitiâ bonis præmia, & malis ſupplicia conſtituta ſunt. &c. Si elegerimus præſcientiam futurorum, tolli voluntatis arbitrium: ſi elegerimus voluntatis arbitrium, tolli præſcientiam futurorum. Ipſe vt vir magnus & doctus, & vitæ humanæ plurimum B conſulens, ex his duobus elegit liberum voluntatis arbitrium, quod vt confirmaretur, negauit præſcientiam futurorum: atque ita dum vult facere liberos, facit ſacrilegos. Religioſus autem animus vtrumque elegit, vtrumque confitetur, & fide pietatis vtrumque confirmat. &c. Nos aduerſus iſtos ſacrilegos auſus, atque impios, & Deum dicimus omnia ſcire, antequam fiant, & voluntate nos facere, quicquid à nobis non niſi volentibus fieri ſentimus. &c. Ordinem autem cauſarum, vbi voluntas Dei plurimum poteſt, neque negamus, neque fati vocabulo nuncupabimus. &c. Non eſt autem conſequens, vt ſi Deo certus eſt omnium ordo cauſarum, ideo nihil ſit in noſtræ voluntatis arbitrio. Et ipſæ quippe no- C ſtræ voluntates in cauſarum ordine ſunt, qui certus eſt Deo, eiuſque præſcientiâ continetur; quoniam & humanæ voluntates humanorum operum cauſæ ſunt. Atque ita, qui omnes rerum cauſas præſciuit, profectò in eis cauſis etiam noſtras voluntates ignorare non potuit. &c. Spiritus ergo vitæ, qui viuificat omnia, creatorque eſt omnis corporis, & omnis creati ſpiritus, ipſe eſt Deus, vtique Spiritus non creatus. In eius voluntate ſumma poteſtas eſt, qui creatorum ſpirituum voluntates bonas adiuuat, malas iudicat, omnes ordinat, & quibuſdam tribuit poteſtatem, quibuſdam non tribuit. Sicut enim omnium naturarum Creator eſt, ita omnium poteſtatum dator, D non voluntatum: malæ quippe voluntates ab illo non ſunt, quoniam contra naturam ſunt, quæ ab illo eſt. &c. Omnia maximè Dei voluntati ſubdita ſunt, cui etiam voluntates omnes ſubijciuntur, quia non habent poteſtatem, niſi quam ille concedit. Cauſa itaque rerum quæ facit, nec fit, Deus eſt. Aliæ vero cauſæ, & faciunt, & fiunt, ſicut ſunt omnes creati ſpiritus, & maximè rationales. Corporales autem cauſę, quæ magis fiunt, quàm faciunt, non ſunt inter cauſas efficientes annumerandæ, quoniam hoc poſſunt, quod ex ipſis faciunt ſpirituum voluntates. S. Aug.

Tum concludit, liberam eſſe, quamuis præſcitam à Deo, hominis voluntatem. Quomodo igitur, in- E quit, ordo cauſarum qui præſcienti certus eſt Deo, id efficit, vt nihil ſit in noſtra voluntate, cùm in ipſo cauſarum ordine magnum habeant locum noſtræ voluntates? *Et capite 10. Idipſum perſpicuè conuincit*: Non, inquit, propterea nihil eſt in noſtra voluntate, quia Deus præſciuit quid futurum eſſet in noſtra voluntate. Non enim qui hoc præſciuit, nihil præſciuit. Porrò ſi ille qui præſciuit quid futurum eſſet in noſtra voluntate, non vtique nihil, ſed aliquid præſciuit; profectò, & illo præſciente eſt aliquid in noſtra voluntate. Quocirca nullo modo cogimur, aut retentâ præſcientiâ Dei tollere voluntatis arbitrium, aut retento voluntatis arbitrio, Deum, quod nefas eſt, nega- S. Auguſt.

re præſcium futurorum: ſed vtrumque FIDELITER ET VERACITER CONFITEMVR, illud vt BENE CREDAMVS: hoc, vt benè viuamus. Malè autem viuitur, ſi de Deo non benè creditur. Vnde abſit à nobis eius negare præſcientiam, vt liberi eſſe velimus, quo ADIVVANTE SVMVS LIBERI, VEL ERIMVS. (*Quod diceiterimus, intelligit* S. Auguſt. *de perfecta in gloria libertate, tam ab omni culpa quàm pœna & miſeria*) ptoinde non fruſtra ſunt leges, obiurgationes, laudes, & vituperationes: quia & ipſas futuras eſſe præſciuit: & valent plurimum, quantum eas valituras eſſe præſciuit: & preces valent ad ea impetranda, quæ ſe precantibus conceſſurum eſſe præſciuit: Et iuſta B præmia bonis factis, & peccatis ſupplicia conſtituta ſunt. Neque enim ideo peccat homo, qoia Deus illum peccaturum præſciuit: imò ideo oon dubitatur ipſum peccare, (*propria voluntate*) dum peccat: quia ille, cuius præſcientia falli non poteſt, non fatum, non fortunam, non aliquid aliud, ſed ipſum peccatutum eſſe præſciuit; qui ſi nolit, omnino non peccat: ſed ſi peccare noluerit, hoc etiam ille præſciuit.

His poſitis, tanquam de fide certiſſimis fundamentis, catenam contextumque, tam ex parte Dei, quam hominis, ſiue electi, ſiue reprobi diligenter aduerte. Præſciuit Deus, & ab æterno decreuit, hominem liberum, rectum, iuſtum, innocentem, & ad imaginem ſuam facere. C *Præſciuit enim libero, nullo cogente peccaturum arbitrio. Præſciuit in Adam humani generis principe voluntariè peccante, & captiuante ſe ſub lege Diaboli & peccati, in eo tanquam capite, radice, fonte, ſingulos homines, velut membra, ramos, riuulos in origine ſua corrumpendos.* AN NON HOC DE FIDE *clamat Apoſtolus?* per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt?

Attende nunc vim magneticam, ex conſertis annulis catenam connectentem, & in ſingulos vim ſuam mirabiliter & ſuaviter transfundentem: eiuſque pariter influere dedignantis abſentiâ, alterius aduerſi lapidis influxu reprobos contrarijs annulis peccatorum D *catenâ fabricatâ circumplectentem; quorum perſonam induens, & in ſe transfigurans pſaltes, exclamabat:* Funes peccatorum circumplexi ſunt me. *An non magnes, & magna quidem virtutis in Deo, diuinus amor?* Prior dilexit nos, *ait diſcipulus quem diligebat Ieſus:* perpetua charitate dilexi te. *Quid inde? O magneticam vim amoris!* Ideo, inquit, attraxi te, miſerans tui. Cùm eſſes ſub ficu, vidi te, *cùm in Adamo ſub ficulneis folijs latitans fugeres, in lumbis Patris, innocentia ſpoliatus.* Sub arbore malo ſuſcitaui te, ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua.

Proh pudor, & ſerpenti ſubacta Parum fuerat, nil nocuerat poſteris, niſi & virum ex quo ipſa, & nos ex E *ipſo, & ipſa, corruptibili generatione peccatores oriundi, amica inimicitiâ blanditijſque veneficis corrupiſſet. Sed diuina pietas, quæ maſſam totam à primo homine corrumpendam certiſſima præſcientia nouerat, & ex ea omnia vaſa iræ in contumeliam iuſtiſſimè poterat reprobare; partem aliquam ex ea diſcreuit, de qua dilectos nullo ſuo merito, ſed ex mero beneplacito ſuo, faceret electos ad gloriam. Vide contextum, vide magnetis in ſingulos catenæ annulos influxum. Rom. 8. 28.* Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt ſancti. (*Syr. quos præordinauit, vt ſint vocati.*) Nam quos præſciuit, & prædeſtinaoit conformes fieri imagini filij ſui, (*Syr. & à principio cognouit eos, & ipſos obſignauit in*

A *ſimilitudine imaginis filij ſui,*) vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.

Vbi notandum eſt iuxta Auguſtinum à nobis relatum alibi, & de fide certum; nos, vt nec Apoſtolos, elegiſſe Deum, aut priores dilexiſſe eum; nec proinde ex præſcientia noſtri meriti, quod nullum erat in maſſa, niſi perditionis æternæ; nec futurum præſcium, niſi ex electione gratiæ, nos eſſe prædeſtinatos; vnde Paulus Eph. 1. 4. Elegit nos in ipſo (*Chriſto,*) ante mundi conſtitotionem; (*Non quia eramus, aut futuri ex nobis eramus, vt ait Auguſtinus,*) ſed vt eſſemus Aug. ſancti, & immaculati, in conſpectu eius in charitate. Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum, ſecundùm B propoſitum voluntatis ſuæ, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo, in quo habemus Redemptionem per ſanguinem eius. *Et toto hoc cap. 1. & 2. propoſito, beneplacito, & bonæ voluntati, & dilectioni diuinæ imputat gratiam, fidem, voluntatem bonam, opera ſalutem, & totum prædeſtinationis contextum, & non humanæ libertatis merito.*

Hinc ſupra ad Rom. 8. Catenam ex annulis contexit hoc modo, verſu 30. & ſeq. Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, illos & glorificauit. *Quis iam abneget,* DE FIDE ESSE, CATHOLICAM ESSE, *S. Auguſtini de prædeſtina-* C *tione, gratia, libero arbitrio, Chriſti morte, & efficaci ſanguinis eius applicatione, cæteriſque neceſſariò connexis, Orthodoxam & tenendam, ſi ſapimus ſanè, & rectè credimus, ſententiam; quà dixit libro de dono perſeuerantiæ, à S. Hormiſda Papa fidem Eccleſiæ continere declarato, c. 14.* Hæc prædeſtinatio Sanctotum, nihil aliud eſt, quàm præſcientia ſcilicet, & præparatio beneficiorum Dei, qoibus certiſſimè liberantur, quicumque liberantur. Aug. *Quid enim eſt aliud præparare, niſi præſcire & prædeſtinare? Et quæ ſunt iſta beneficia, niſi media ad finem vltimum conſequendum, ab ipſa Dei ſapientia æterna iudicata, & præordinata congruentiſſima? fortè dicet iuxta Paulum, & Eſaiam, parata eſſe diligentibus ſe, ac proinde* D *ex præſcitio in ſcientia media, libera dilectionis merito. Rogo enim, an ſuis viribus, ſuo libero arbitrio, ſine Deo operante cogitare ipſum & velle pro bona voluntate, Deum poſſumus diligere? ſtatutum quidem eſt, & ab Apoſtolo ſancitum,* quòd diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: *ſed quæ tandem charitate? An ex homine nata? An à Deo infuſa? Apoſtolum interroga, & dicet tibi:* Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, (*non per liberum arbitrium noſtrum,*) ſed per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis.

Vrgeo, & inculco; quibus & quomodo diligentibus, omnia cooperantur in bonum? An ſecundum propoſitum liberæ hominis voluntatis? Non ſic Paulus: Sed E ijs, inquit, qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt; non ex operibus vtique, ne quis extollatur, ſed vocante Deo, ſecundùm propoſitum Dei vocati ſunt ſancti. *Ad hæc accedit, quod iſta præparatio, non tantum Dei ſit ab æterno circa electos beneficiorum diſpoſitio, ſed & ad ſingulos actus bonos, & meritorios, voluntatis humanæ per gratiam efficacem per ſe præparatio. Vnde vbi vulgata, Prou. 8. 35.* Hauriet, inquit, ſalutem à Domino, 70. *legunt:* paratur voluntas à Domino. *Vt ſciamus, non à nobis, pro libero noſtro, ſufficientem gratiam in efficacem redigentibus, quod eſſet haurire ſalutem à nobis, ſed à Domino non aliter hauriri, quam cùm paratur voluntas à Domino. Quin etiam ipſe Origenes hom. 3. in Pſ. 36.* Apud Dominum greſſus hominis dirigentur, & viam

eius volet. Non ſufficit, inquit, homini volenti illud iter incedere, ſola propoſiti ſui voluntas, niſi & Dominus direxerit greſſus eius per illam viam quæ dicit, ego ſum via. &c. Cupiet enim qui à Deo dirigitur, Chriſtum, & deſiderabit permanere ſemper in Chriſto. *Hoc eſt, perſeuerare, quod eſt proprium electorum donum. Frequenter autem vtitur Auguſtinus præmiſſo prouerbiorum loco, hom. 14. inp. l. 2. de pec. merit. c. 18. l. 1. ad Bon. contra duas Ep. Pelag. c 18. & l. 2. c. 8. bis, & l. 4. c 6. de gratia & lib. arb. c. 16. de prædeſt. ſanct. c. 20. quem cum citaſſet Ep. 107. ad Vitalem a principio :* Et multa, inquit, huiuſmodi quibus commendatur vera gratia, quæ non ſecundùm merita noſtra datur, ſed dat merita ipſa cùm datur, quia præuenit hominis voluntatem bonam, nec eam cuiuſquam inuenit, ſed facit.

Aug. *Addidit Auguſtinus præclara illi beneficiorum præparationi :* quibus certiſſimè liberantur, quicumque liberantur, *O fiduciam electorum! ô ſpei firmitatem!* firmamentum eſt Dominus timentibus eum, & teſtamentum ipſius, vt manifeſtetur illis. *Et quid Paulus de mediatore noui teſtamenti Rom. 8 31. & ſeq.* Quid ergo dicemus ad hæc? ſi Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? (*Media ad ſalutem fidem, ſpem, charitatem, Sacramenta, cogitationes, verba, opera bona, perſeuerantiam meis vſque ad mortem. Adeo vt Paulus omnia ſuſtinens propter electos, omnia eorum eſſe dicat, quorum ſaluti omnia deſeruiunt, & cooperantur in bonum.*) Quis accuſabit aduerſus electos Dei: (*proiectus eſt accuſator fratrum ſuorum.*) Deus qui iuſtificat, quis eſt qui condemnet? Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt, imò qui & reſurrexit, qui eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. *Quis ergo præualeat accuſator aduerſus electos, iuſtificante Deo, Chriſto aduocato interpellante, & certiſſimè, vocatione ſua ſancta, & donis non pœnitendis liberante? Hinc inſultat aduerſarijs omnibus vas electionis Paulus, verſu 35.* Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? &c. Sed in his omnibus (*gratiâ victrice*) ſuperamus, propter eum qui dilexit nos. (*Omnia poſſum in eo qui me confortat.*) Certus ſum enim (*dic certiſſimus Apoſtole:*) quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Quid certius? quid firmius? Conſilium Domini in æternũ manet. Nemo rapiet eas de manu mea, *inquit Chriſtus Paſtor bonus, de ouibus electis.* Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis. *Quantò ſecurius, & tutius cum pſalte dicimus:* In manibus tuis ſortes meæ. *vt ex inuiolabili eius propoſito, ſors noſtra, pars noſtra, hæreditas noſtra, & ex eius gratia efficaci pendeat; quàm ex mobili ſemper, & nutante arbitrio noſtro? Securus agis, quaſi certus, quòd ex te pendeat ſalus tua; quòd cum volueris, etiam in extremis, gratia tibi ſufficienti debita, efficaciam libera tua voluntate præſtare poſſis, ſi velis:* ligas nempe Spiritum Dominum, & contines *velut ſeruum* in manibus tuis, *vt contra ſcripturam* præpares voluntatem tuam, & haurias *à te, non* à Domino ſalutem. *Et vbi Propheta dicitas :* Perditio tua; ex me tantummodo auxilium

tuum? *Non expaueſcis ad tonitruum tantum? Non euigilas ad comminationes intentatas?* Vocaui, & renuiſtis, ego quoque in interitu veſtro ridebo. *Haccine eſt gratia ſufficiens; Dei riſus, & ſubſannatio? Quid ſi te omniſciens Deus, & ſimul tui præſcius te non cooperaturum in extremis, gratia ſufficienti præuiderit, & in impœnitentia finali, & nullo alio, quàm damnationis merito moriturum? quid ſi tibi media congrua non dederit, qui vtique talia dare non tenetur quibus certiſſimè ſalueris?* Humiles certè ſpiritu ſaluabit; non in ſe, ſed in Domino gloriantes, & *ipſius efficaci gratia, liberum tamen arbitrij conſenſum, & cooperationem tribuentes, ſine quo, ſi nihil poſſunt facere, nec certe conſentire, quod eſt aliquid facere.*

Vidiſtis catenam electorum, vi magnetica dilectionis diuinæ, opere miſericordiæ concinnatam. Videamus & breuiter, vt alter magnes peccati primi hominis, ſerpentina ſuggeſtione corrupti, maſſam generis infecit humani, partem eius, Deo per miſericordiam ſanare volente, quam totam iuſtiſſimè ſi vellet in puri reatus pœna relinquere potuiſſet; alteram, maledictioni addixit æternæ. Ex hac maſſa aliquos ad tempus, pro ſuo beneplacito, gratia fidei, ſpei, charitatis, bonorum operum, Sacramentorum etiam participatione donans; quibus tamen donum perſeuerantiæ nulli debitum, iuſto iudicio, licet occulto, denegauit. De quibus Auguſtinus. Ep. 107. ad Vitalem : Cur quidam non permanſuri in fide, & ſanctitate Chriſtiana, tamen accipiant, ad tempus hanc gratiam, & dimittantur hic viuere, donec cadant, (*ſiue, vt habet canticum Moyſi Deut. 32 35. Mea eſt vltio, & ego retribuam in tempore, vt labatur pes eorum.*) Cum poſſint rapi de hac vita, ne malitia mutet intellectum eorum; quod de ſancto immatura ætate defuncto ſcriptum eſt in libro ſapientiæ, quærat quiſq; qui potuerit. *Et paulo infra.* Vt intelligant, inquit, quibus datur, quàm gratis eis detur. quando iuſtè vtique non daretur; quoniam ſimilem habentibus cauſam (*maſſam corruptionis*) iuſtè non datur. Quomodo non gratiæ Dei eſt, non ſolum credendi voluntas ab initio, verùm etiam perſeuerandi vſque in finem, cùm finis ipſe vitæ huius, non in hominis, ſed in Dei ſit poteſtate; & poſſit vtique Deus etiam hoc beneficium non perſeueraturo conferre vt rapiatur ex corpore, ne malitia mutet intellectum illius. *Et l. de bono perſeuerantia, c. 22.* S. Auguſt. S. Aug

Si qui obediunt, & in regnum eius, & gloriam prædeſtinati non ſunt, temporales ſunt, nec vſque in finem, in eadem obedientia permanebunt. *Et adultos quidem in vita relinquit,* maledictionem ſicut veſtimentum indutos, traditos in deſideria cordis eorum, in paſſiones ignominiæ, & ſenſum reprobum, vt impleant peccata ſua ſemper, & menſuram Patrum ſuorum. *De quibus pſaltes: Non optando, ſed prophetando, vt ait Auguſtinus :* Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, & non intrent in iuſtitiam tuam. Obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua. *In quem locum Auguſtinus,* Quid eſt hoc? Quis non expaueſcat? Deo dicitur, Appone iniquitatem. &c. Vnde apponet Deus iniquitatem? Habet iniquitatem quam apponat? Scimus enim verum eſſe quod dictum eſt per Paulum Apoſtolum: Quid ergo dicemus? Numquid iniquitas eſt apud Deum? Vnde ergo appone iniquitatem. &c. Meritò erant ſic excæcati, vt filium Dei non agnoſcerent, & hoc fecit Deus, apponens iniquitatem ſuper iniquitatem ipſorum, non vulnerando, ſed non ſanando. Quo- S. Aug. S. Auguſt.

A modo enim auges febrem, auges morbum, non morbum adhibendo, ſed non ſuccurrendo; ſic qui tales fuerunt, vt curari non mererentur, in ipſa malitia quodammodo profecerunt, (*abyſſo abyſſum inuocante*) ſicut dictum eſt, 2. Timoth. 3. Mali autem & facinoroſi proficiunt in peius: *Et ſicut de electis dicitur*, ibunt de virtute in virtutem, &c. *Ita & de reprobis, ſua voluntati corrupta, relictis, & magnete gratia efficacis non tactis, nulla neceſſitate, ſed & voluptate in malum euntibus, & peccata peccatis connectentibus, & funibus iniquitatis circumnexis, Pſ. 80. 11.* Dimiſi eos ſecundùm deſideria cordis eorum, ibunt (*non ire cogentur, ſed ibunt ſponte, & cum voluptate, & affectu cordis*) in B adinuentionibus ſuis.

S. Aug. *Vbi Auguſtinus*: Dimiſi eos, non ſecundùm ſalutem præceptorum meorum, ſed ſecundùm affectiones cordis eorum, dunaui eos ſibi. Dicit & Apoſtolus Roman. 1. 24. Tradidit illos Deus in concupiſcentias cordis eorum: dimiſi eos ſecundùm affectiones cordis eorum. Inde eſt quod horretis, &c. *ſic peccati magnes in omnes reprobi actus influit, vt impleatur illud*: Trahunt peccata ſua ſicut reſtem longam. *Et ad Tit. 1. 15.* Omnia munda mundis, coinquinatis autem, & infidelibus nihil eſt mundum, ſed inquinatæ ſunt eorum & mens, & conſcientia. Confitentur ſe noſſe Deum (*quidam Gentiles, Cretenſes, ex lumine natura*) C factis autem negant, cùm ſint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum REPROBI. *Hi ſunt tamen, Deum, eiuſque iuſtitiam, vt vaſa iræ à ſeipſis perfecta in perditionem, glorificantes. Rom 9. 17.* Dicit enim Scriptura Pharaoni: quia in hoc ipſum (*non vt malus, & durus eſſes, ſed vt malus impunè non eſſes. Non malum in te peccati, ſed bonum naturæ feci.*) vt oſtendam in te virtutem meam: potentiam in ſignis, & prodigijs; quæ quia neglexiſti, quibus obduruiſti excitaui te, vt oſtendam virtutem (*& iuſtitiam*) meam, & vt annuntietur nomen meum in vniuerſa terra. Ergo cuius vult miſeretur, & quem vult indurat.

Neque verò ex ſententia Auguſtini (vt dictitant aliqui) plus timoris, vel etiam deſperationis, incutitur, imò verò minus, quam ex opinione prædeſtinationis, ex præuiſis meritis. Cùm enim par vtriſque ſit D *metus ex æquali periculo, & incerta vtrimque nobis Dei præſcientia*: Neſcimus enim quid etiam proxima, & ſuperuentura pariat dies: *Tutius interim erit audire Paulum dicentem*, Cùm timore & tremore, ſalutem veſtram operamini: *& indubitanter credere quod ſequitur; nil nos ex nobis, ſed & cogitatum bonum, & voluntatem & opus, & initium, & finem à Dei gratia liberum noſtrum præmonente arbitrium; quam, ab ipſo gratiam efficacem parturiente arbitrio, emanare.* Deus eſt enim qui operatur in nobis velle & perficere, pro bona voluntate, *& ſua vtique non noſtra, vel ſua, noſtram efficaciter operante.*

E *Deſperent magis, qui non in Domino*, ſed in virtute ſua confidunt, *qui ſe non à Deo dilectos prius, & electos, ſed Deum, ex ſui præſcientia meriti ipſos elegiſſe, & prædeſtinaſſe præſumunt*: Et in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur. *Audiant Auguſtinum, l. de bono perſeuerantiæ c. 17. in huiuſmodi ſui temporis homines ita ſcribentem*: Hanc, inquit, quotidie poſcit, qui dicit, ne nos inferas in tentationem: etſi exauditur, hanc accipit. Ac per hoc quotidie vt perſeueret, petens (*petet autem, ſi hanc ei Deus cogitationem bonam immiſerit, & hoc velle petere fuerit operatus, alias cum pſalte dicet, aruit cor meum, quia oblitus ſum comedere panem meum,*) S. Aug.

A profectò perſeuerantiæ ſuæ ſpem, non in ſeipſo, ſed in Deo ponit. Ego autem nolo exaggerare verbis meis, ſed illis cogitandum potius relinquo, vt videant, quale ſit quod ſibi perſuaſerunt, prædicatione prædeſtinationis, audientibus plus deſperationis, quàm exhortationis afferri: hoc enim eſt dicere, tunc de ſua ſalute hominem deſperare, quando ſpem ſuam non in ſeipſo, ſed in Deo didicerit ponere: cùm Propheta clamet. Ierem. 17. Maledictus omnis qui ſpem ponit in homine. (*Et certè ipſe homo eſt, qui confidit in ſe:*) hæc vtique dona Dei quæ dantur electis SECVN- B DVM PROPOSITVM VOCATIS, (*non ſecundùm meritum præſcitum*,) in quibus donis eſt & incipere credere, & in fide (*formata ſc. & per dilectionem operante*) vſque ad vitæ huius terminum perſeuerare, ſicut tanta rationum atque authoritatum conteſtatione probauimus: Hæc inquam Dei dona, ſi nulla eſt prædeſtinatio quam defendimus (*id eſt gratuita*) non præſciuntur à Deo: præſciuntur autem, hæc eſt igitur prædeſtinatio.

Et libro de bono perſeuerantiæ c. 17. inp. Videte iam, quàm ſit ALIENVM A VERITATE, negare donum Dei eſſe perſeuerantiam vſque in finem huius vitæ, cùm vitæ huic, quando voluerit, ipſe det finem: quem ſi dat ante imminentem lapſum, facit hominem perſeuerare vſque in fi- C nem. Sed mirabilior, & fidelibus euidentior largitas bonitatis Dei eſt, quod etiam paruulis, quibus obedientia non eſt (*actus voluntatis obediendi*) illius ætatis, vt detur, datur & gratiâ. Iſta igitur ſua dona, quibuſcumque Deus donat, proculdubiò donaturum ſe eſſe præſciuit (*& non ex meritis*) & in ſua præſcientia præparauit. Quos ergo prædeſtinauit, ipſos & vocauit vocatione illa, quam me ſæpè commemorare non piget: de qua dictum eſt: ſine pœnitentia ſunt dona, & vocatio Dei. Nam in ſua, quæ falli mutarique non poteſt, præſcientia, opera ſua futura diſponere, id omnino, nec aliud quicquam eſt prædeſtinare. Aug.

Neque verò hæc ſententia quempiam in bono opere frigidum facit, aut in correptione timidum. Sicut ille quem caſtum futurum eſſe præſciuit, quamuis id incertum habeat, agit vt caſtus ſit: ita ille quem D caſtum futurum prædeſtinauit (*præſcit autem, quem prædeſtinauit, & verè propoſuit ad caſtitatem mouere, & operari in illo velle caſtum eſſe,*) quamuis id incertum habeat, non ideo non agit, (*quod poteſt ex ſe, Deo tamen præmonente*) vt caſtus ſit, quoniam Dei dono ſe audit futurum eſſe quod erit: Imò etiam gaudet eius charitas, nec inflatur, tanquam id non acceperit. Non ſolùm ergo prædicationis prædeſtinationis, ab hoc opere, non impeditur, verùm ad hoc adiuuatur, vt cùm gloriatur, in Domino glorietur. *Ita & habet alibi de correptione: à qua non retardamur, licet incerti de emendatione, imò quia incerti ſumus, quia forte corrigetur proximus, eum corripere debemus, & vt proficiat correptio, tum* E *pro ipſo, vt cor eius tangat, orare. Sicut & Niniuitas corripuit Ionas, de quibus in Pſ. 50. Aug. in verſum,* incerta & occulta: De incerto, inquit, pœnitentiam egerunt, & certam miſericordiam meruerunt. *Deo dante gratiam, qua ad pœnitentiam mouerentur; & per eam miſericordiam mererentur.* Aug.

Cui per omnia conſonat quod habet in ſuo ad Laurentium Enchir. c. 94. vſque ad cap. 99. vbi de extremo iudicio agebat, in quo iudicia Dei occulta manifeſtabuntur, quæ nunc homines latent, maximè circa prædeſtinationem ex gratia & mera Dei miſericordia, & reprobationem impiorum ex recta & æqua iu-

A *ſtitia: quæ cùm poſſet omnes omnino homines in maſſa corrupta præuaricationis Adæ innolutos perdere, multos voluit ex ea, ſua benignitate eripere. Cur autem in eadem cauſa damnationis debita, huic miſereatur, & non illi, nos latet, quod tunc patebit.* Tunc, inquit,

Aug. rebus ipſis euidentibus apparebit quod in Pſalmo ſcriptum eſt: miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Quia niſi per indebitam miſericordiam nemo liberatur, & niſi per debitum iudicium nemo damnatur. Tunc non latebit, quod nunc latet, cùm de duobus paruulis vnus aſſumendus eſſet per Dei miſericordiam, alius per iudicium relinquendus, in quo is qui aſſumebatur agnoſceret quid ſibi per iudicium

B deberetur, niſi miſericordia ſubueniret: cur ille potius quàm iſte fuerit aſſumptus, cùm cauſa vna eſſet ambobus. Cur apud quoſdam non factæ ſint virtutes, quæ ſi factæ fuiſſent, egiſſent illi homines pœnitentiam; & factæ ſint apud eos qui non fuerant crediturі? Apertiſſimè namque Dominus dicit: Væ tibi Corozaim, & væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent. Nec vtique Deus iniuſtè noluit ſaluos fieri, cum poſſent ſalui eſſe, ſi vellet.

Mendoſiſſimè hoc loco in plurimis codicibus, Typographorum, vel correctorum incuriâ legitur; ſi vellent. *Mirorque Louanienſes ad marginem huius loci poſuiſſe:* fortè, ſi vellet. *Indubiè enim, & non fortè ſic*

C *legendum fuit, alias ſenſus Auguſtini & totius prædictorum capitum eluditur. Quod enim ter inculcat:* Tunc rebus ipſis euidentibus apparebit, &c. Tunc non latebit quod nunc latet, &c. Tunc in clariſſima luce ſapientiæ videbitur, &c. *Si ſcriptum eſſet,* poſſent ſalui eſſe ſi vellent: *quid ibi lateret, & non potius manifeſtum? quanam hac eſſent* iudicia Dei abyſſus multa, altitudo diuitiarum ſapientiæ Dei, inueſtigabiles viæ, incomprehenſibilia iudicia. *Quid Paulus, vt habet c. 98. de Iacob & Eſaü, & 99. de Pharaone dixiſſet ex Paulo,* quoniam cuius vult miſeretur, & quem vult indurat, miſerebor cui miſertus ero. Numquid iniquitas apud Deum? O homo tu quis es qui reſpondeas Deo? An non habet poteſtatem figulus

D luti, ex eadem maſſa facere, aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? &c. Nam voluntati eius quis reſiſtit? &c. *Quis inquam, non videt apertè, iuſtè damnari eos, qui ſi voluiſſent, potuiſſent ſaluari? Sed quòd & patrarit miracula coram ciuibus Corozaim & Bethſaida, licet ſciret eos malâ vtique ſua voluntate & obduratione & malitiâ, non conuertendos: ſicut ex aduerſo, noluit ea facere coram Tyrijs & Sidonijs, quos præſciebat bonâ pariter ſua voluntate, gratia ſuâ interiore conuertendos, ſi ipſo hanc eis miſericordiam prærogare voluiſſet: hoc planè nunc latet, hoc occultum eſt iudicium eius, quod ſuo nobis iudicij tempore reuelabit, qui nunc,* cuius vult miſeretur, & quem vult indurat. *Vnde Auguſtinus concludit c. 98.*

Aug. Quis enim, inquit, niſi inſipiens Deum iniquum putet, ſiue iudicium pœnale ingerat digno,

E ſiue miſericordiam præſtet indigno? Denique infert & dicit: igitur non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei, &c. *Et cap. 99.* Ergo cuius vult miſeretur Deus, & quem vult obdurat. Miſeretur ſcilicet magnâ bonitate, obdurat nullâ iniquitate: (*vel, vt alibi dicit, non infundendo gratiam, ſed non impertiendo malitiam:*) vt nec liberatus de ſuis meritis glorietur, nec damnatus

A niſi de ſuis meritis conqueratur. Sola enim gratia redemptos diſcernit à perditis, quos in vnam perditionis concreuerat maſſam, ab origine ducta cauſa communis, &c. Magnum habet pondus, quod dictum eſt, ô homo tu quis es? & in talibus quæſtionibus, ad ſuæ capacitatis conſiderationem reuocat hominem, verbo quidem breui, ſed re ipſa magna eſt redditio rationis. Si enim non capit hæc, quis eſt qui reſpondeat Deo? Si autem capit, magis non inueniet quid reſpondeat. Videt enim, ſi capit, vniuerſum genus humanum tam iuſto iudicio diuino, in apoſtatica radice damnatum, vt etiamſi nullus inde liberaretur,

B nemo rectè poſſet Dei vituperare iuſtitiam: & qui liberantur, ſic oportuiſſe liberari; vt ex pluribus non liberatis, atque in damnatione iuſtiſſima derelictis, oſtenderetur quid meruiſſet vniuerſa conſperſio, & quò etiam iſtos debitum iudicium Dei duceret, niſi eius indebita miſericordia ſubueniret: vt volentium de ſuis meritis gloriari, omne os obſtruatur, & qui gloriatur, in Domino glorietur.

Et quidem non ſola ratione quanquam ſufficientiſſima, vtpote euidentiſſima conſentus, hoc ecce legendum dixi pro textu mendoſo, cum poſſent ſalui eſſe ſi vellent, ſi vellet, *niſi & antiquiſſimis prius Bibliothecis manuſcriptis tam S. Germani, quàm S. Victoris Pariſienſium ſtudioſiſſime conſului. Nam in tribus codicibus Victorianis, quorum vnus quingentorum, alter ſexcentorum, tertius octingentorum Annorum anti-* S. Aug

C *quitatem habet, expertorum iudicio: duo pariter S. Germani, ſexcentorum, vnus, & alter octingentorum fertur, nullo diſcrimine, ſimiliter omnes habent:* Nec vtique Deus iniuſtè noluit ſaluos fieri, cùm poſſent ſalui eſſe, ſi vellet. *Sic & Magiſter ſententiarum l. 1. diſt. 43. c. 2. fruſtra probaret hoc Enchiridij loco Deum plura poſſe facere quæ non vult:* Quod, inquit, vt certius firmiuſque teneatur, Scripturæ teſtimonijs aſſeramus, Deum plura poſſe facere quàm facit, &c. Poterat enim facere vt duodecim legiones Angelorum pugnarent pro eo, & filius poterat rogare, quod non rogabat, & Pater exhibere, quod non exhibebat, &c. Nec vtique iniuſtè Deus noluit ſaluos fieri, cùm ſalui poſſent eſſe, ſi vellet.

D *Item Auguſtinus de natura & gratia c. 7.* Dominus Lazarum ſuſcitauit in corpore: Numquid dicendum eſt, non potuit Iudam ſuſcitare in mente? potuit quidem, ſed noluit. His authoritatibus alijſque multis apertè docetur, quòd Deus poſſit multa facere, quæ non vult: quod etiam ratione probari poteſt: non enim vult Deus omnes homines iuſtificare, & tamen quis dubitat eum poſſe? *Hactenus Magiſter ſententiarum, apud quem legi in codice emendato, locum Auguſtini præcitatum, ſicut ſupra dixi, me meis legiſſe oculis in quinque codicibus manuſcriptis. Nec aliter Magiſter ſententiarum rectè probaret ſententiam ſuam, ſi legeret,* cùm poſſent ſalui eſſe, ſi vellent. *Ita & legit D. Bonauen. l. 1. ſent. diſt. 43. edit. Moguntinæ. Anno* 1609. S. Aug

E *Tanto itaque rationis, & antiquitatis munimine fultus, ſic legere non trepido. Et hos quidem iniuſtè noluit gratia ſua, & miraculis ad pœnitentiam conuertere, quia præter occulta iudicia ſuo tempore reuelanda, Tyrij & Sidonij, Gentiles erant, & Idololatræ, qui nec ſalutem æternam nouerant, quia fide carebant, ſine qua nec ſalutem æternam cognoſcere, nec eam amare, aut velle poterant, licet in quantum homines, fidei, ſpei, charitatis, capaces eſſent. His itaque præter peccatum*

originale, actualia multa commiſerant, quibus ſeipſos indignos Dei gratia præſtiterant. Et ideo quia ipſo lumine naturæ abutebantur, quid eis ex iuſtitia niſi damnatio debebatur? Non itaque Deus iniuſtè noluit eos ſaluos fieri, cum poſſent ſalui eſſe, ſi vellet Deus cum exteriori miraculorum gratia, interiorem eorum cordibus fidem & charitatem infundere. Sicut & iuſtè habitatoribus Corozaim & Bethſaida eandem interiorem gratiam noluit tribuere, qua viſis exterius miraculis mouerentur, quibus excæcati, & inexcuſabiles, pro ſua obduratione voluntaria meritiſſimè damnarentur. Et hæc ſunt occulta Dei iudicia. A

S. Aug. *Ad hæc aduertendum iuxta Auguſtinum, quòd licet vnuſquiſque poſſit ex ſe ſolo damnare, ſi velit, quia ſola ſua voluntate peccat; & vnica tam infantibus in Adamo volente ſe ſuoſque perdere, quàm adultis ſponte & liberè peccantibus, cauſa damnationis ſit peccatum voluntarium: tamen non ita ſi vult, ſua ſola voluntate ſaluatur: ſed docet inculcat Auguſtinus iuxta vetus & nouum teſtamentum:* Paratur voluntas à Domino, dicente, faciam vt in iuſtificationibus meis ambuletis. Deus eſt enim qui operatur in nobis & velle & operari. Et qui cœpit in nobis bonum opus, ipſe perficiet. Et non eſt volentis neque currentis, ſed miſerentis Dei. Et cuius vult miſeretur: cui nemo poteſt dicere, quare ſic facis? Numquid eſt iniquitas apud Deum? Quoniam non volens iniquitatem tu es. B

S. Aug. *Accipe lector Auguſtinum rurſum iuſtum æque ac omnipotens Dei velle in omnibus prædicantem Enchir. cap. 95. 96. & 97.* Tunc, inquit, in clariſſima luce ſapientiæ videbitur quod nunc piorum fides habet antequam manifeſta cognitione videatur, quàm certa & immotabilis, & efficaciſſima ſit voluntas Dei: quàm multa poſſit, & non velit: nihil autem velit, quod non poſſit: quamque ſit verum quod in Pſalm. 113. canitur: Deus autem noſter in cælo ſurſum, in cælo & in terra omnia quæcumque voluit fecit; quod vtique non eſt verum, ſi aliqua voluit, & non fecit: & quod eſt indignius, voluntas hominis impediuit. Non ergo fit aliquid, niſi omnipotens fieri velit, vel ſinendo vt fiat, vel ipſe faciendo. Nec dubitandum eſt Deum facere benè, etiam ſinendo fieri quæcumque fiunt malè. Non enim hoc niſi iuſto iudicio ſinit. Et profectò bonum eſt omne quod iuſtum. Quamuis ergo ea quæ mala ſunt, in quantum mala ſunt, non ſint bona: tamen vt non ſolùm bona, ſed etiam ſint & mala, bonum eſt. (*Vt contraria iuxta ſe poſita, magis eluceſcant.*) Nam niſi eſſet hoc bonum, vt eſſent & mala, nullo modo eſſe ſinerentur ab omnipotente bono. Cui proculdubiò quàm facile eſt quod vult facere, tam facile eſt, quod non vult eſſe, non ſinere. HOC NISI CREDAMVS, PERICLITATVR IPSVM NOSTRÆ FIDEI CONFESSIONIS INITIVM, QVA NOS IN DEVM PATREM OMNIPOTENTEM CREDERE CONFITEMVR. Neq; enim veraciter ob aliud vocatur omnipotens, niſi quia quicquid vult poteſt, nec voluntate cuiuſpiā creaturę voluntatis omnipotētis impeditur effectus. Quamobrem videndū eſt quemadmodum ſit de Deo dictum, quia & hoc Apoſtolus veriſſimè dixit, quia omnes homines vult ſaluos fieri. Cùm enim non omnes, ſed multo plures non fiunt ſalui, videtur vtique non fieri quod Deus vult fieri, humana ſcilicet voluntate impedie[illegible] voluntatem Dei. Quando enim quæritur ca[illegible] omnes ſalui fiant, reſponderi ſo[illegible] nolunt. Quod quidem de par[illegible] poteſt, quorum nondum eſt velle, C D E

ſeu nolle. Nam quod infantili motu faciunt, ſi eorum voluntati iudicaretur eſſe tribuendū; quando baptizantur, cùm reſiſtunt quantùm poſſunt, etiam nolentes ſaluos eos fieri diceremus. Sed apertius Dominus in Euangelio compellans impiam ciuitatem: Matth. 23. Quoties, inquit, volui colligere filios tuos, ſicut gallina pullos ſuos, & noluiſti? Tanquam Dei voluntas ſuperata ſit hominum voluntate, & infirmiſſimis nolendo impedientibus, non potuerit facere potentiſſimus quod volebat. Et vbi eſt illa omnipotentia, qua in cælo & in terra omnia quæcumq; voluit fecit, ſi colligere filios Ieruſalem voluit, & non fecit? An potius & illa quidem filios ſuos ab ipſo colligi noluit, ſed ea quoque nolente, filios eius collegit ipſe quos voluit, (*& ipſum adhuc ſpirantem minarum & cædis Saulum ex nolente volentem fecit.*) Quia in cælo & in terra, non quædam voluit & fecit, quædam verò voluit, & non fecit: ſed omnia quæcumque voluit fecit. Quis porrò tam impiè deſipiat, vt dicat Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, vbi voluerit, in bonum non poſſe conuertere? Sed cùm facit, per miſericordiā facit; cùm autem non facit: per iudiciū non facit, quoniam cuius vult miſeretur, quem vult indurat. *Nec eſt qui tanta Scriptura munitā authoritate S. P. N. oſtri Aug. doctrinam Catholicam poſſit abnuere. Maxime cum Auguſtinus huius libri cap. 4. Sic Laurentio petenti ſibi præſcribi quid credendum, quid ſperandum, quid amandum ſit, Ita reſpondet:* Vis, inquit, tibi, vt ſcribis, librum à me fieri, quem Enchiridion, vt dicunt, habeas, & de tuis manibus non recedat, continens poſtulata, id eſt, quid ſequendum maximè, quid propter diuerſas principaliter hæreſes, ſit fugiendum: in quantum ratio pro religione contendat, vel quid in ratione, cùm fides ſit ſola, non conueniat: quid primum, quid vltimum teneatur: quæ totius definitionis ſumma ſit, quod certum, propriumque fidei Catholicæ fundamentum. Hæc autem omnia quæ requiris, proculdubiò ſcies, diligenter ſciendo, quid credi, quid ſperari debeat, quid amari. Hęc enim maximè, imò verò ſola religione ſequenda ſunt. His qui contradicit, aut omnino à Chriſti nomine alienus eſt, aut hæreticus. Hæc ſunt defendenda ratione, quæ vel à ſenſibus corporis inchoata, vel ab intelligentia mentis inuenta. Quæ autem nec corporeo ſenſu experti ſumus, nec mente aſſequi valuimus, aut valemus, eis ſine vlla dubitatione credenda ſunt teſtibus, à quibus ea quæ diuina vocari iam meruit Scriptura confecta eſt: qui ea ſiue per corpus, ſiue per animum, diuinitus adiuti, vel videre, vel etiam prævidere potuerunt. *Ne ergo dicatur, Auguſtinum non eſſe regulam fidei, ſed ipſe nobis dicit quæ ſit regula fidei, & inquirenti Laurentio quid ſibi credendum ſit, maxime vt à diuerſis hereſibus ſibi caueat, profectò non ei hæretica vel erronea, ſed* CATHOLICA DOGMATA, DOCTOR CATHOLICVS *toto hoc libro præſcripſit, & poſt exempla præmiſſa de Corozaim & Bethſaida, Tyro & Sydone, ſicut & de infantibus quos iuſto iudicio Deus volens iuſtè in maſſa perditionis relinquere, noluit vtique ſaluare,* cùm poſſent ſalui eſſe, ſi vellet: *aut ſuccurrere baptiſmo infantibus, aut actuali gratia efficaci adultos conuertere, concludit.* Niſi eſſet hoc, bonum, vt eſſent & mala, nullo modo eſſe ſinerentur ab omnipotente bono: cui proculdubiò quàm facile eſt quod vult facere, tam facile eſt, quod non vult eſſe, non ſinere. HOC NISI CREDAMVS, PERICLI- Aug. Aug.

RECLI-

RICLITATVR IPSVM NOSTRÆ FIDEI CONFESSIONIS INITIVM, QVA NOS IN DEVM PATRIM OMNIPOTANTAM CREDERE CONFITEMVR.

Aug. *Finem huic diſſertationi ponet Auguſtinus ipſe lib. de bono perſeu. cap. 12.* Neque, inquit, fato cogitur Deus illis infantibus ſubuenire, illis autem non ſubuenire, cùm ſit vtriſque cauſa communis: aut res humanas in paruulis non diuinâ prouidentiâ, ſed fortuitis agi caſibus opinabimur; cùm rationales vel damnandæ, vel liberandæ ſint animæ; quandoquidem nec paſſer cadit in terram ſine voluntate Patris noſtri qui in cælis eſt. *De quo & Tertullianus libr. de Reſur.* Multis paſſeribus (B) antiſtare nos Dominus pronuntiauit, niſi etiam phœnicibus nihil magnum. *Tum proſequitur Auguſtinus:* Aut parentum negligentiæ ſic tribuendum eſt, quòd paruuli ſine baptiſmo moriuntur, vt nihil ibi agant ſuperna iudicia: tanquam ipſi qui hoc modo malè moriuntur, parentes ſibi negligentes, voluntate propria, de quibus naſcerentur, elegerint. Quid dicam, quod paruulus aliquando antequam illi per miniſterium baptizantis ſuccurri poſſit, expirat? Plerumque enim feſtinantibus parentibus, & paratis miniſtris, vt baptiſmus paruulo detur, Deo tamen nolente, nō datur, qui eum paruulum in hac vita non tenuit; vt daretur. Quid etiam, quod aliquando paruulis infidelium potuit, ne irent in perditionem, & filijs fidelium non potuit baptiſmate ſubueniri? (C) Vbi certè oſtenditur, quòd perſonarum apud Deum non ſit acceptio: alioquin cultorum ſuorum potius, quàm inimicorum filios liberaret. *Nec eſt quod cruda nimis & ſeuera à criticis Auguſtini doctrina arguatur, in his maximè verbis, quibus dixit* vt paruulo baptiſmus detur, Deo tamen nolente, non dari. *Quod & his iam inculcauerat in Ep. 107. ad Vitalem.*

Aug. Quomodo, inquit, dicitur omnes homines gratiam fuiſſe accepturos, ſi non illi quibus non donatur, eam ſua voluntate reſpuerent, cùm multis non detur paruulis, & ſine illa plerique moriantur, qui non habent contrariam voluntatem, & aliquando cupientibus feſtinantibuſque parentibus, miniſtris quoque volentibus ac paratis, Deo nolente, non detur, cùm repente antequam detur, expirat, pro quo vt acciperet, currebatur? Vnde manifeſtum eſt, eos qui huic reſiſtunt tam perſpicuæ veritati, non intelligere omnino qua locutione ſit dictum, quòd omnes homines vult Deus ſaluos fieri, cùm tam multi ſalui non fiant, non quia ipſi, ſed quia Deus non vult, quod ſine vlla caligine manifeſtatur in paruulis, &c. Videmus tam multos volentibus hominibus, ſed Deo nolente ſaluos non fieri. *Quod quidem niſi verum & Catholicum eſſet, toties ſanctiſſimus Doctor & Catholiciſſimus non inculcaſſet, maximè in præcitato libro de bono perſeuerantiæ, qui vnus eſt ex duobus libris quos præ cæteris S. Hormiſdas Pontifex Maximus in ſua ad poſſeſſorem Epiſtola ita commendat, vt non priuatam alicuius Doctoris, ſed totius Eccleſiæ Romanæ* (E) *doctrinam in eis contineri exertè declaret: cuius hæc verba ſunt teſte S. Fulgentio infra plenius adducendo in Epiſtola Synodali ad Epiſcopos Africæ.* De arbitrio libero, & gratia Dei, quid Romana. hoc eſt CATHOLICA SEQVATVR ET SERVET ECCLESIA ex varijs libris B. Auguſtini, & maximè ad Proſperum & Hilarium, abundè poteſt agnoſci, &c.

Secundò quod dixit Auguſtinus, Deo nolente, *nemo contradicet Paulo dicenti quòd ſiue miſereatur,* (A) *ſiue induret, ſiue ex eadem maſſa vas in contumeliam, ſiue aliud faciat in honorem, non eſt iniquitas apud Deum Rom. 9. Tertiò quæro an teneatur omnes, quid dico, vel vnum ex iuſtitia eruere de maſſa cùm omnes poſſet iuſtè in ea relinquere? Quartò an debeat æterno decreto, contra ſtatu quo, præſcita maſſa, & merito originalis peccati ſtatuit plurimos ex iuſtitia reprobare? Quintò interrogo an licet certiſ ſit quòd omnibus & ſingulis ſufficientiſſimum paſſionis Chriſti, & baptiſmi remedium præparauerit ex miſericordia, illud omnibus & ſingulis teneatur efficienter applicare ex iuſtitia? Et ſi vtique vellet illud abſolutè præſtare, non faceret? Quid eſt ergo quod non facit, niſi quia vt ait Auguſtinus* (B) *abſolutè non vult? Et licet voluntate antecedenti velit, tamen ex conſequenti & præſcito peccato originali, vel actuali, maximè finali impœnitentia, iuſto decreto non vult. An quia ordinem cauſarum turbare non vult, & puerum neceſſitate diſpoſitionis organorum moriturum, non vult per miraculum morti præripere, nec caſum illum impedire? Sed quis neſcit cauſarum ſecundarum ordinem, à prima pendere, quem quoties vult, & voluit centies millies in miraculis innumeris impedire, vt votis piorum annueret, & frequenter in rebus temporalibus longè minoris momenti, quàm ſit ſalus æterna tot infantium qui ſine baptiſmo moriuntur, cùm frequenter acciderit vt & ſupra cauſarum naturalium ordinem, & matrem & puerum moriturum, miraculoſè ſeruet à morte, & quam plurimos tam infantes quàm adultos à mortuis excitauerit, & ſuſ-* (C) *penſo etiam definitiuo iudicio, quos ſaluare volebat, ad vitam reuocauit? Quid eſt hoc, niſi quod cuius vult miſeretur, cuius vult non miſeretur? Et in his omnibus non eſt iniquitas apud Deum. Nec error aut priuata doctrina circa hæc apud Auguſtinum. Quæro tandem, fato, an caſibus, an cauſarum ſecundarum neceſſitate mors millium infantium, de quorum æterna ſalute agitur, minor ſit Dei prouidentia, quam duorum paſſerũ? an errat Eccleſia cum Deo dicit,* Deus cuius nutibus vitæ noſtræ momenta decurrunt, &c. Inclina Domine aurem tuam ad preces noſtras quibus miſericordiam tuã ſupplices deprecamur vt animam famuli tui quam de hoc ſæculo migrare iuſſiſti, &c. Breues dies hominis ſunt, numerus menſium (D) eius apud te eſt, conſtituiſti terminos eius qui præteriri non poterunt?

S. Auguſt. *Accipite Auguſtinum ſic de eadem circa infantes prouidentia fantem: Epiſt. 105. ad Sixtum paulò poſt medium.* Cur, inquit, prouidentia Dei cui noſtri capili numerati ſunt, ſine cuius voluntate non cadit paſſer in terram, quæ nec fato premitur, nec fortuitis caſibus impeditur, nec vlla iniquitate corrumpitur, vt renaſcantur ad hæreditatem cœleſtem, non conſulit omnibus paruulis filiorum ſuorum, & nonnullis conſulit etiam paruulis impiorum? Iſte infans de fidelibus coniugatis ortus, lætitia parentum ſuſceptus, matris vel nutricis ſomnolentia ſuffocatus, fit exterus (*exſors*) & expers ſuorum fidei: ille infans de ſacrilego ſtupro naſcitur, crudeli timore matris exponitur, alienorum miſericordi pietate colligitur, eorum Chri- (E) ſtiana ſollicitudine baptizatur, fit æterni conſors & particeps regni. Iſta cogitent, iſta conſiderent: hinc audeant dicere Deum, vel acceptorem in ſua gratia perſonarum, vel remuneratorem præcedentium meritorum. *Cur ergo tam diuerſos exitus, niſi iuſtitia Dei circa reprobatos, & miſericordia circa electos vijs inueſtigabilibus imputabimus? Audite rurſum Auguſtinum in eadem Epiſtol. poſt initium.*

S. Aug. Quod, inquit, perſonarum acceptorem Deum ſe credere exiſtimant, ſi credant, quòd ſine vllis præ-

cedentibus meritis, cuius vult miſeretur, & quos dignatur vocat, & quem vult religioſum facit: parum attendunt, quod debita reddatur pœna damnato, indebita gratia liberato: vt nec ille ſe indignum queratur, nec dignum ſe iſte glorietur: atque ibi potius acceptionem nullam fieri perſonarum, vbi vna eademque maſſa damnationis, & offenſionis inuoluit: vt liberatus de non liberato diſcat, quòd etiam ſibi ſupplicium conueniret, niſi gratia ſubueniret. Si autem gratia, vtique nullis meritis reddita, ſed gratuita bonitate donata. Sed iniuſtum eſt, inquiunt, in vna eademque mala cauſa, hunc liberari, illum puniri. Nempe ergo iuſtum eſt vtrumque puniri. Quis hoc negauerit? Agamus ergo gratias Saluatori, dum nobis redditum non cernimus, quod in damnatione ſimilium, etiam nobis debitum fuiſſe cognoſcimus. Si enim vtrique liberarentur, lateret quid peccato per iuſtitiam debeatur: ſi nemo, quid gratia largiretur. Vt ergo in hac difficillima quæſtione verbis potius vtamur Apoſtoli. Rom. 9. Volens Deus oſtendere iram, & demonſtrare potentiam ſuam, attulit in multa patientia vaſa iræ quæ perfecta ſunt in perditionem: & vt notas faceret diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ; cui non poteſt figmentum dicere, quare ſic me feciſti? Cùm habeat poteſtatem ex eadem maſſa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. Vbi, quia vniuerſa iſta maſſa meritò damnata eſt, contumeliam debitam reddit iuſtitia, honorem donat indebitum gratia: non meriti prærogatiuâ, non fati neceſſitate, non temeritate fortunæ, ſed altitudine diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam non aperit, ſed clauſam miratur Apoſtolus, clamans Rom. 11. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius! Quis enim cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, ipſi gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Et libro de bono perſeuerantia c. 13. Quid eſt quod morituro non baptizato ſubuenitur, ne ſine baptiſmate moriatur, & baptizato caſuro non ſubuenitur, vt ante moriatur? (*antequam ſcil. cadat in peccatum mortale, qui ſi mortuus fuiſſet, ſicut ille qui raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, damnatus non fuiſſet*) niſi fortè illi adhuc abſurditati auſcultabimus, qua dicitur, nihil prodeſſe cuiquam mori antequam cadat, quia ſecundùm eos actus iudicabitur, quos eum præſciuit Deus acturum fuiſſe, ſi viueret. Hanc peruerſitatem SANITATI FIDEI, tam vehementer aduerſam, quis patienter audiat, quis ferat? Et tamen hoc dicere vrgentur, qui non fatentur gratiam Dei non ſecundùm merita noſtra dari. Qui autem nolunt dicere, intuentes QVAM MANIFESTA FALSITATE, & tanta abſurditate dicatur; non eis remanet cur dicant, QVOD IN PELAGIANIS DAMNAVIT, ET AB IPSO PELAGIO DAMNARI FECIT ECCLESIA, GRATIAM DEI, SECVNDVM MERITA NOSTRA NON DARI. Cùm videant alios paruulos non regeneratos, ad æternam mortem, alios autem regeneratos ad æternam vitam TOLLI DE HAC VITA: Ipſos quoque regeneratos, alios perſeuerantes vſque in finem hinc ire: alios, QVOVSQVE DECIDANT, hic teneri: (*de quibus dixit tract. 45. in Io. ſtant caſuri, non ſunt oues:*) qui vtique non decidiſſent, ſi antequam laberentur, hinc iſſent: & rurſus quoſdam lapſos, quouſque redeant, non exire de hac vita, qui vtique perirent, ſi antequam redirent, exirent.

Hæc eſt altitudo, ſublimitas, & profundum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, à fine, ad finem fortiter attingentis, & ſuauiter omnia diſponentis. Hæc incomprehenſibilia iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius; qui omnia propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, impium quoque (*quem non ipſe, ſed homo ſeipſum impium fecit,*) in diem malum. *Et concludit Auguſtinus:* Vnde ſatis dilucidè oſtenditur, & inchoandi, & vſque in finem perſeuerandi gratiam Dei, non ſecundùm merita noſtra dari, ſed donari ſecundùm ſecretiſſimam, eandemque iuſtiſſimam, beneficentiſſimam, ſapientiſſimam voluntatem: quoniam quos prædeſtinauit, hos & vocauit; vocatione illa, de qua dictum eſt, ſine pœnitentia ſunt (*irretractabilia, immutabilia, in finem vſque perſeuerantia*) ſunt dona & vocatio Dei. Ad quam vocationem pertinere, nullus eſt homo ab hominibus certa aſſeueratione dicendus, niſi cum de hoc ſæculo exierit: In hac autem vita humana, quæ tentatio eſt ſuper terram, qui videtur ſtare, videat ne cadat. Ideo quippe non perſeueraturi, perſeueraturis prouidentiſſimâ Dei voluntate miſcentur, vt eſſe diſcamus non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes; & cum timore & tremore noſtram ipſorum ſalutem operemur. Deus eſt enim qui operatur in nobis, &c. Nos ergo volumus, ſed Deus in nobis operatur & velle: Nos ergo operamur, ſed Deus in nobis operatur & operari pro bona voluntate. Hoc nobis EXPEDIT, ET CREDERE, ET DICERE, HOC EST PIVM, HOC VERVM, vt ſit humilis, & ſubmiſſa confeſſio, & detur totum Deo (*tota gloria, de omnibus Deo, non quòd nihil operetur homo*) cogitantes credimus, cogitantes loquimur, cogitantes agimus quicquid agimus: quod autem attinet ad pietatis viam, & verum Dei cultum, non ſumus idonei cogitare aliquid tanquam ex nobiſmetipſis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Non enim eſt in poteſtate noſtra cor noſtrum & noſtræ cogitationes. *Tandem de bono perſeuer. c. 18. ſic concludit:* HOC SCIO, NEMINEM CONTRA ISTAM PRÆDESTINATIONEM, QVAM SECVNDVM SCRIPTVRAS SANCTAS DEFENDIMVS, NISI ERRANDO DISPVTARE POTVISSE. *Viderint, S. Auguſt. qui contra diſputant, & aduerſus eum iſtam ſultamer inſurgunt.*

NEQVE VERO, *ſolus huius ſaluberrimæ doctrinæ author extitit Auguſtinus, ſed qui eum præceſſere, Cyprianus, Ambroſius, & Gregorius Nazianzenus; omnia Dei gratia, non verò liberi arbitrij merito,* iuxta FIDEM CATHOLICAM *retulerunt. Teſtes enim ipſos, & aſſertores ſuæ ſententiæ adhibuit: Cyprianum quidem de prædeſtinat. Sanctorum, capite tertio, ex libr. eius ad Quirinum, capite quarto, à nobis præcitato, & rurſum de bono perſeuerantia, capite ſecundo & 19. Ambroſium autem, capite octauo. Vbi eum inducit libro de fuga ſæculi, capite primo, ſic cum pſalte loquentem:* Declina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam, non enim in poteſtate noſtra eſt cor noſtrum, & cogitationes noſtræ, quæ improuisè offuſæ, mentem, animumque confundunt, atque aliò trahunt, quàm tu propoſueris: ad ſæcularia reuocant, mundana inferunt, voluptaria ingerunt, illecebroſa intexunt, ipſoque in tempore, quo eleuare mentem paramus, incertis inanibus cogitationibus ad terrena plerumque deijcimur.

Non itaque in hominum, ſed in Dei eſt poteſtate, vt habeant homines poteſtatem filij Dei fieri. Ab ipſo quippe accipiunt eam, qui dat cordi humano cogitationes pias, per quas habeant fidem, quæ operetur per dilectionem: ad quod bonum ſumendum, & tenendum, & in eo perſeueranter vſque ad finem proficiendum, non ſumus idonei cogitare aliquid quaſi ex nobiſmetipſis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, in cuius eſt poteſtate cor noſtrum, & cogitationes noſtræ.

Aug. *Erc. 19. retexens eumdem Ambroſium, & Cyprianum in oratione Dominica, qua non peteremus, quod in noſtra eſſet poteſtate, alium profert Ambroſij locum ex eius Proemio in Lucam in verba eius:* Viſum eſt mihi. Non enim, inquit, voluntate tantum humana viſum eſt, ſed ſicut placuit ei, qui in me loquitur Chriſtus; qui vt id quod bonum eſt, nobis quoque videri bonum poſſit, operatur: quem enim miſeratur, & vocat. Et ideo qui Chriſtum ſequitur, poteſt interrogatus cur eſſe voluerit Chriſtianus, reſpondere, viſum eſt mihi: quod cùm dicit, non negat Deo viſum. à Deo enim præparatur voluntas hominum: vt enim Deus honorificetur à ſancto, Dei gratia eſt. Itemque in eodem opere, hoc eſt in expoſitione eiuſdem Euangelij, cùm ad illum veniſſet locum, vbi Dominum ad Ieruſalem pergentem Samaritani recipere noluerunt: ſimul diſce, inquit, quia recipere noluit non ſimplici mente conuerſos. (*Cur autem conuerſi non fuerint, ſubijcit rationem:*) Nam ſi voluiſſet, ex indeuotis, feciſſet deuotos. Cur autem non receperint eum, Euangeliſta ipſe monſtrat, dicens: Luc. 9. Quia facies eius erat euntis in Ieruſalem, diſcipuli autem recipi intra Samariam geſtiebant. Sed Deus quos dignatur, vocat; & quem vult, Religioſum facit. Quid euidentius, QVID IVSTIVS, à verbi Dei tractatoribus quærimus, ſi & ab ipſis quod IN SCRIPTVRIS CLARVM EST, audire delectat?

Aug. *Ad faciem euntis in Ieruſalem, & auerſionem à Samaritanis, ab Ambroſio relatam, plurimum facit, quod ex eodem Ambroſio libr. 10. in Lucam cap. 96. retulit lib. de gratia Chriſti cap. 45.* Ipſam, inquit, pœnitentiam, quam proculdubiò voluntas agit, Domini miſericordia & adiutorio fieri vt agatur, in decimo eiuſdem operis libro beatus dicit Ambroſius, ita loquens: bonæ lachrymæ, quæ culpam lauant: Denique quos Ieſus reſpicit, plorant delictum. Negauit primò Petrus, & non fleuit; quia nõ reſpexerat Dominus: negauit ſecundò & non fleuit, quia adhuc non reſpexerat Dñs: negauit & tertiò, reſpexit Ieſus, & amariſſimè fleuit. legant iſti Euangelium & videant Dominum Ieſum tunc intus fuiſſe, cùm à Sacerdotum principibus audiretur; Apoſtolum verò Petrum foris, & deorſum in atrio cum ſeruis ad focum: nunc ſedentem, nunc ſtantem, ſicut veraciſſima, & concordiſſima Euangeliſtarum narratione monſtratur. Vnde non poteſt dici, quòd corporalibus oculis eum Dominus viſibiliter admonendo reſpexerit. Et ideo quod ibi ſcriptum eſt: reſpexit eum Dominus, intus actum eſt, in mente actum eſt, in voluntate actum eſt. Miſericordiâ Dominus latenter ſubuenit, cor tetigit, memoriam reuocauit, interiore gratia ſua viſitauit Petrum, interioris hominis, vſque ad exteriores lachrymas mouit, & produxit affectum, &c. Item in eodem libro, idem ſanctus Ambroſius: Nam ſi Petrus, inquit, lapſus eſt, qui dixit, etſi alij ſcandalizati fuerint, ego non ſcandalizabor: Quis alius iure de ſe præſumat? Denique Dauid, quia dixerat, ego dixi in mea abundantia, non mouebor in æternum: ſuam ſibi iactantiam obfuiſſe profitetur, dicens, auertiſti faciem tuam, & factus ſum conturbatus. Audiat iſte tantum virum docentem, imitetur credentem, cuius fidem doctrinamque laudauit. Audiat humiliter, imitetur fideliter, non de ſe pertinaciter præſumat, ne pereat. Quid eo pelago (*liberi arbitrij fiducia, præſumptione, ſuperbia*) vult mergi Pelagius, vnde per petram liberatus eſt Petrus?

S. Aug. *Pergit & lib. de bono perſeuer. cap. 19.* Sed his, inquit, duobus qui ſufficere debuerunt, ſanctum Gregorium (*Nazianzenum,*) addamus & tertium, qui & credere in Deum, & quod credimus, confiteri, Dei donum eſſe teſtatur. Dicite Trinitatem, inquit, vnius eſſe naturæ; & Deus vocem dari vobis à ſancto Spiritu deprecabitur: id eſt rogabitur Deus, vt permittat vobis dari vocem, qua quod creditis, confiteri poſſitis. Dabit enim, certus ſum: qui dedit quod primum eſt, dabit & quod ſecundum: qui dedit credere, dabit & confiteri. Iſti tales, tantique Doctores, dicentes non eſſe aliquid, de quo tanquam de noſtro, quod Deus nobis non dederit, glorientur. &c. Numquid quiſquam eos dicturus eſt, ita confeſſos iſtam Dei gratiam, vt auderent negare eius præſcientiam, quam non ſolùm docti, ſed indocti etiam confitentur? Porrò ſi hæc ita Deum nouerant dare, vt non ignorarent eum daturum ſe eſſe præſciuiſſe, & quibus daturus eſſet, non potuiſſe neſcire: Proculdubiò nouerant, prædeſtinationem, quam PER APOSTOLOS PRÆDICATAM, contra nouos hæreticos operoſius diligentiuſque defendimus.

S. Aug. *Tandem ipſam prædeſtinationem hoc modo, id eſt Apoſtolico, & verbo & ſcripto prædicandam, firmiter docet ibidem, capite 20.* Quamobrem, inquit, ſi & APOSTOLI, ET DOCTORES ECCLESIÆ QVI EIS SVCCESSERVNT EOSQVE IMITATI SVNT, vtrumque faciebant, id eſt, & Dei gratiam quæ non ſecundùm merita noſtra datur, VERACITER PRÆDICABANT, & piam obedientiam præceptis ſalubribus inſtruebant: quid eſt quòd inuicta concluſi violentia VERITATIS, rectè ſe iſti noſtri dicere exiſtimant: etſi VERVM EST, quod dicitur de prædeſtinatione beneficiorum Dei, non eſt tamen populis prædicandum? PRÆDICANDVM EST PRORSVS, vt qui habet aures audiendi audiat. Quis autem habet ſi non accepit ab illo qui ait; dabo eis cor cognoſcendi me, & aures audientes? Certè qui non accipit, reijciat: dum tamen qui capit, ſumat, & bibat: bibat, & viuat. Sicut enim prædicanda eſt pietas, vt ab eo, qui habet aures audiendi, Deus rectè colatur, prædicanda eſt pudicitia, &c. prædicanda eſt charitas, vt ab eo qui habet aures audiendi, Deus & proximus diligatur: (*vt eum Propheta dicat: Dominus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico:*) ita & prædicanda eſt iſta præparatio beneficiorum Dei, vt qui habet aures audiendi, non in ſeipſo, ſed in Domino glorietur. *Et huc tota collimat Dei prædeſtinantis intentio,* qui omnia propter ſemetipſum operatus eſt, vt humiles ſpiritu ſaluet, *& omnes electi, nunc Eccleſia* vnanimes habitantes in domo, in templo cæli omnes dicant gloriam.

S. Aug. *Quid hic referam Hieronymum, Proſperum, Fulgentium,* CATHOLICAM PRORSVS *ſancti Auguſtini de gratia ſententiam conclamantes? Hieronymus quidem, cùm multa ſcripturæ teſtimonia in præclara illa contra Pelagium ad Cteſiphontem Epiſtola congeſſiſſet, & inter cætera.* Iniuriam tibi fieri putas, &

deſtrui arbitrij libertatem, ſi ad Deum ſemper authorem recurras, ſi ex illius pendeas voluntate, & dicas: Oculi mei ſemper ad Dominum? &c. Si ſuo arbitrio regitur, vbi [illegible]am Dei? Quomodo ſcribit Ieremias, n[illegible] in homine via eius, & à Domino greſſu[illegible] diriguntur? &c. Sic philoſophatur, & [illegible] ſi nihil ago abſque Dei auxilio, & [illegible]a opera, eius eſt omne quod geſſero, & [illegible]um dedit arbitrium Deus, quod aliter [illegible] non erit, niſi fecero quod voluero, &c. Q[illegible]æ dicit, quàm non excedit blaſphemiam. Quæ hæreticorum venena non ſuperat? Et ignorans ſcriptum; quid habes quod non accepiſti? &c. Sciamus nos nihil eſſe, niſi quod donauit, in nobis ipſe ſeruauerit, dicente Apoſtolo; non eſt volentis, &c. Velle & currere meum eſt: ſed ipſum meum, ſine Dei ſemper auxilio, non erit meum. Dicit enim idem Apoſtolus: Deus eſt qui operatur in nobis, & velle & perficere. Et Saluator in Euangelio: Pater meus vſque modo operatur, & ego operor. Semper largitor, ſemperque donator eſt. Non mihi ſufficit quod ſemel donauit, niſi ſemper donauerit: *Cùm inquam, multa alia in hanc rem contuliſſet vir tantus, tamque apud omnes fama, non blandiendo, ſed veritati ſeruiendo, Auguſtino omnes Doctores in cauſa maximè gratiæ longe ſuperanti, hoc elogium inſcripſit in fine libri tertij contra Pelagium.* Superſedendum, inquit, huic labori cenſeo, ne dicatur mihi illud Horatij; in Syluam ne ligna feras. Aut enim eadem dicemus ex ſuperfluo, aut ſi noua voluerimus dicere, A CLARISSIMO INGENIO OCCVPATA SVNT MELIORA. *Et Epiſt. 30. ad Auguſt.* Mihi decretum eſt te amare, & ſuſpicere, colere & mirari, tuaque dicta, quaſi mea defendere.

Et Epiſt. 25. ad eundem. Contra flantes ventos ARDORE FIDEI PERSTITISTI. &c. Macte virtute, in orbe celebraris. CATHOLICI TE CONDITOREM ANTIQVÆ RVRSVM FIDEI VENERANTVR. *Agnoſcit, nempe Auguſtinum, antiquam hoc eſt, Apoſtolicam fidem, maxime in cauſa gratiæ, aduerſus Pelagianos, ex Scripturis ſacris & Apoſtolicis, quaſi denuo condere, & reſcribere. S. Proſper in Epiſtola ad Ruffinum, ſic pulſat obtrectatores Auguſtini, vt in eos quoque qui hodie in eum inſurgunt torqueri poſſint:* Nouerunt non ſolùm ROMANAM AFRICANAMQVE ECCLESIAM, ſed & per omnes mundi partes, vniuerſos promiſſionis filios, CVM DOCTRINA HVIVS VIRI, SICVT IN TOTA FIDE, ITA IN GRATIÆ CONFESSIONE CONGRVERE. *Tum in calce Epiſtolæ ſic Ruffinum hortatur.* Te autem dilectiſſime, & venerande mihi frater, ſi VERE de his quæſtionibus inſtrui deſideras, ſicut deſiderare te conuenit, ipſis B. Auguſtini diſputationibus cognoſcendis impende curam, vt in confitenda Dei gratia. DEFÆCATISSIMAM, AC SALVBERRIMAM EVANGELICÆ APOSTOLICÆQVE DOCTRINÆ, intelligentiam conſequaris. *Et in libro contra collatorem:* Gratiam, inquit, Dei quâ Chriſtiani ſumus, QVIDAM DICERE AVDENT, à ſanctæ memoriæ Auguſtino Epiſcopo NON RECTE eſſe defenſam. Viginti amplius annis contra inimicos gratiæ DEI, CATHOLICA ACIES, HVIVS VIRI DVCTV PVGNAT ET VINCIT. *Et ibid. cap. 41.* Sanctæ memoriæ, inquit, Papa Bonifacius primus, cùm eſſet doctiſſimus, tamen aduerſus libros Pelagianorum beati Auguſtini RESPONSA POSCEBAT.

Sanctus Fulgentius Eremitici noſtri fulgidum Sydus Ordinis, & meritiſſimus in omnibus S. P. Auguſtini diſcipulus, Ruſpenſis Epiſcopus, libr. 2. de veritate prædeſtinat. c. 18. vbi inter cætera, doctrinam eius de gratia Catholicam, & Apoſtolicam plane pronuntiat. Hæc, inquit, CATHOLICORVM PATRVM APOSTOLICIS INSTITVTIONIBVS TRADITA PERMANET IN ECCLESIIS SINE ALIQVA DVBITATIONE DOCTRINA, &c. IN QVA B. AVGVSTINVS INDVTVS VIRTVTE EX ALTO, ABVNDANTIVS OMNIBVS LABORAVIT, &c. PROINDE MEMORATVS DEI PONTIFEX TVRRIM FORTITVDINIS IPSAM GRATIAM TENENS, EXINDE CVNCTA HOSTILIVM MACHINAMENTA TELORVM CÆLESTIS IVSAMSNIS VIRTVTE confringens, non ſolum [illegible] de
B hoſte victoriam referens triumphauit, quin etiam poſteris certandi & vincendi ordinem; SI QVANDO VICTA PRAVITAS RECIDVO AVSV INIANDVM CAPVT ERIGERE NITERETVR, oſtendit. SENSVM QVIPPE CHRISTI HABENS, tam gratiæ Dei, quam humani arbitrij officia diſcreuit, & merita, ſemper diuinis humana ſubijciens, ET VERACITER DOCENS, diuinitus homini, & gratuitò iuſtificationis donum, & bonæ voluntatis exordium, & plenum tribui glorificationis effectum. HVNC LEGAT OMNIS QVI SALVTEM ÆTERNAM ADIPISCI DESIDERAT, Humiliter orans miſericordiæ Dominũ, vt eumdem ſpiritum intelligentiæ legens accipiat, quem ille accepit, vt ſcriberet: & eandem illuminationis gratiam
C adipiſcatur, vt diſcat, quam ille adeptus eſt vt doceret.

CATHOLICAM AVTEM, ET DE FIDE TENENDAM EIVS DE GRATIA, LIBERO ARBITRIO, ET PRÆDESTINATIONE DOCTRINAM, *libro de fide ad Petrum ſic docet capitulo 22.* Firmiſſimè tene & nullatenus dubites, primos homines, id eſt Adã, & mulierem eius, bonos & rectos, & ſine peccato creatos eſſe cum libero arbitrio, quo poſſent, ſi vellent humili & bona voluntate ſeruire atque obedire: quo arbitrio etiam poſſent, ſi vellent, propria voluntate peccare; eoſq; non neceſſitate, ſed propria volũtate peccaſſe: illoq; peccato SIC IN DETERIVS MVTATAM HVMANAM NATVRAM,
D vt non ſolum in ipſis primis hominibus per peccatum mors obtineret regnum, ſed etiam in omnes homines tranſiret PECCATI MORTISQVE DOMINIVM. *Capitulo autẽ 28.* Firmiſſimè tene & nullatenus dubites, neminem hic poſſe hominum pœnitentiam agere, niſi quem Deus illuminauerit, & gratuita ſua miſeratione conuertit. *Et cap. 29.* Firmiſſimè tene, &c. poſſe quidem hominem; quem nec ignorantia literarum, nec aliqua prohibet imbecillitas, vel aduerſitas, verba ſanctæ legis & Euangelij, ſiue legere, ſiue ex ore cuiuſquam prædicatoris audire. SED DIVINIS MANDATIS OBEDIRE NEMINEM POSSE, niſi quem Deus gratia ſua præuenerit: vt quod audit corpore, corde etiam percipiat, & accepta diuinitus bona voluntate, atque virtute, mandata Dei FACERE, ET VELIT, ET POSSIT, &c. Deus eſt enim qui etiam operatur in nobis, & velle, & perficere pro bona voluntate. *Et cap. 30.* Firmiſſimè tene, &c. Deo incommutabili non ſolùm præterita, & præſentia, ſed etiam futura omnia incommutabiliter eſſe notiſſima, cui dicitur. Deus qui occultorum es cognitor, qui ſcis omnia antequam fiant. *Et cap. 31.* Firmiſſimè tene, &c. Trinitatem Deum incommutabilem, rerum omnium atque operum, tam ſuorum, quàm humanorum certiſſimum cognitorem, ante omnia ſæcula ſcire quibus eſſet

per fidem gratiam largiturus, ſine qua nemo poteſt ex initio mundi vſque in finem, à reatu peccati, tam originalis, quam actualis abſolui. Quos enim Deus præſciuit, & prædeſtinauit, &c. *Et cap.* 32. Firmiſſimè tene, &c. Omnes quos vaſa miſericordiæ GRATVITA BONITATS Deus fecit, ante conſtitutionem mundi, in adoptionem filiorum Dei PRÆDESTINATOS A DEO: neque perire poſſe aliquem eorum quos Deus prædeſtinauit ad regnum cælorum: nec quenquam eorum quos non prædeſtinauit ad vitam, vlla poſſe ratione ſaluari. (*Poſſunt tamen & electi gratiæ diſſentire ſi velint; & reprobi poſſunt eidem oblata Deo voluntatem præparante, conſentire ſi velint.*) Prædeſtinatio enim illa GRATVITÆ DONATIONIS EST PRÆPARATIO qua nos Apoſtolus Epheſ. 1. ait prædeſtinatos in adoptionem filiorum Dei per Ieſum Chriſtum.

Hæc autem omnia indubiè, ST CERTIſSIMA FIDE TENENDA, *concludit.* Hæc, inquit, quadraginta capitula, AD REGVLAM VERÆ FIDEI FIRMITER PERTINENTIA, fideliter crede, fortiter tene, veraciter, patienterque defende; & ſi quem contraria his dogmatizare cognoueris, TANQVAM PESTEM FVGE, ET TANQVAM HÆRETICVM ABIICE. Ita enim iſta QVÆ POSVIMVS, FIDEI CATHOLICÆ CONGRVVNT, VT SI QVIS NON SOLVM OMNIBVS, SED ETIAM SINGVLIS VOLVERIT CONTRAIRE, in eo quod ſingulis eorum CONTVMACITER REPVGNAT, ET HIS CONTRARIA DOCERE NON DVBITAT, HÆRETICVS, ET CHRISTIANÆ FIDEI INIMICVS, ATQVE EX HOC OMNIBVS CATHOLICIS ANATHEMATIZANDVS APPAREAT.

Prætereo breuitatis gratiâ, probatiſſimos Doctores, & Patres doctrinæ Auguſt. Catholicæ ſubſcribentes, vt probatiſſimos ex ſocietate Ieſu claſſicos authores breuiter referam, Suarem, & V. ſquem, hunc quidem diſputatione 89. capite primo, in primam partem ſancti Thomæ vbi ingenuè fatetur Auguſtinum in hac maximè cauſa velut Solem cæteris omnibus præluce re. Multò, inquit, melius nobis eſt cum Auguſtino, quàm cum alijs ſentire, qui, vt dixi, in materia de gratia, & de prædeſtinatione, inter cæteros Eccleſiæ Patres, non aliter quàm Sol inter cætera minora ſydera præfulget. *Et ibidem cap.* 4. Tametſi, inquit, aliorum Patrum authoritas in omni controuerſia magni ponderis apud omnes eſſe debeat; in hac tamen de qua nunc agitur, vnus pro multis erit mihi ſemper Auguſtinus. *Et diſputat. 91. capite nono, illum Patribus Græcis in difficilis huius quæſtionis explicatione præpoſuit, licet aliter ſentirent quàm poſtea docuit Auguſtinus:* Res, inquit, admodum ſubtilis, & difficilis erat ad explicandum, donec Auguſtinus ingenij ſui fœlicitate, vt multa alia, eam nobis explicauit. *Et rurſum ibidem.* Quid mirum, inquit, ſi Patres Græci, qui cum Pelagio parùm diſputauerant, non tam exactè de gratia ſenſerint, ſicut Auguſtinus, qui longo tempore bellum cum Pelagio eiuſque reliquijs fœliciſſimè ſuſtinuit.

Suarez autem Prol. 6. capite ſexto, de gratia: Apoſtolica, inquit, ſedes, ſancti Auguſtini doctrinam de gratia in his quæ ad dogmata pertinent, ſuam effecit, ac probauit. *Tum refert verba Ioannis 2. Papæ dicentis:* Sancti Auguſtini doctrinam ſecundum prædeceſſorum meorum ſtatuta, Romana ſequitur, & ſeruat Eccleſia. *Et ſubijcit* Hæc maximè habere locum in doctrina, quam Auguſtinus de gratia tradidit. nam illius ductum & iu-

A dicium ſ[illegible]uta Romana Eccleſia, inimicos gratiæ Chriſti prorſus euertit, ac de illis triumphauit, &c. Viterius addimus, quidquid in hac materia Auguſtinus vt certum affirmat, & ad dogmata fidei pertinens, à quolibet prudente & erudito Theologo eſſe tenendum ac defendendum, etiamſi non certo conſtet expreſsè ab Eccleſia definitum, virtute eſt ab Eccleſia probatum, &c. Magna eſſet temeritas priuati doctoris, qui Auguſtino aliquid de gratia Dei, tanquam Orthodoxum doceuti contradicere auderet; præſertim cùm tot annis, tanta ſapientia, tan-
B to ingenio, tanta diligentia & inſtantia, & quod caput eſt, tot Dei donis, & auxilijs præditus, pro diuina gratia tuenda, & explicanda laborauerit. Nihil tam admirandum & ſuſpiciendum Eccleſiæ reddidit Auguſtinum quam doctrina de gratia.

Quatuor Cardinalium teſtimonia profero. Ac primo quidem Cardinalis Bellarmini, libro 2. de libero arbitrio capite 1. Gelaſius, inquit, in Concilio ſeptuaginta Epiſcoporum, non ſolùm PROBAVIT OMNIA SCRIPTA S. AVGVSTINI, & Sancti Proſperi, ſed etiam contra damnauit libellos Ioannis Caſſiani, & Fauſti Rhegienſis, cùm tamen non ignoraret potiſſimam contentionem inter Proſperum, & Caſſianum, ac deinde inter Fulgen-
C tium & Fauſtum, de ſcriptis ſancti Auguſtini de prædeſtinatione Sanctorum, & de dono perſeuerantiæ fuiſſe. Itaque SEDES APOSTOLICA, non tantùm ſemel, ſed etiam ſecundò, & tertio aduerſus Pelagianorum reliquias, pro defenſoribus gratiæ, & prædeſtinationis, ſententiam tulit. vt iam hæc ſententia, non quorumuis Doctorum, ſed FIDES ECCLESIÆ CATHOLICÆ, dici debeat.

E. Cardinalis Baronius in Appendice tomi 10: notat Patribus Concilij 2. Arauſicani aduerſus hoſtes gratiæ Dei, & defenſores liberi arbitrij pugnaturis: Nullo potentiori modo id facere viſum eſſe, quàm AVTHORITATI SACRO SANCTÆ APOSTOLICÆ SEDIS INNITI, cui obniti vel minimum illicitum eſſe ſcirent. Recitant igitur capita in Gallias ab ipſo Romano Pontifice miſſa, nu-
D mero 24. profitentes ea cuncta haud recentem eſſe Eccleſiæ doctrinam, ſed antiquorum Patrum definitionem, eandemque, vt audiſti, Apoſtolicæ Sedis authoritate firmatam, quæ, vt ſuis locis ſuperius declaratum eſt, S. AVGVSTINI EE PROFESSA EST, DE GRATIA ET LIBERO ARBITRIO PROBARE SENTENTIAM. nihil igitur prætereà NOV TAS ſibi vendicet, & præſumptio humana præſumat.

E. Cardinalis quoque Peronius, in ſuo contra Iacobum Britanniæ Regem doctiſſimo opere, libro primo, capite 12. Auguſtinum vocat maximum poſt Apoſtolos prædeſtinationis doctorem: OS, ET LINGVAM VETERIS ECCLESIÆ, quantum ad illam
E de gratia Dei doctrinam ſpectat.

Addam & Eminentiſſimum Cardinalem de Berulle, inſtitutorem & primum Generalem Congregationis Oratorij, De quo Germanus Habert Abbas de Cériſy, libro tertio, vitæ eius, capite 12. Poſt Scripturam, inquit, ſacram, ſancti Auguſtini libros longè cæteris omnibus, Patrum, & Doctorum ſcriptis præferre ſolebat, ob præcellens eius acumen ingenij, ſingularemque doctrinam. Quem idcirco magnificè extollebat, quòd DOCTOR, ET DEFENSOR GRATIÆ IESV CHRISTI, ET QVODAMMODO DEI, CONTRA HOMINEM PROTE-

ctor extitiſſet: IS HEMVM, QVI GLORIAM CREATORIS PERFECTE SVPRA DILECTIONEM ET RVINAS CREATVRÆ EXTVLISSET. Præcepit etiam ſuis, vt per totam octauam feſti eius, in Eccleſijs Congregationis perpetuis temporibus, commemoratio fieret. Frequenter etiam in laudes eius erumpens: Videte, inquit, & ſtupete ſingularia & humanitus incompatibilia Dei in ſanctum Auguſtinum gratiæ priuilegia: mira eſt & rara cæteris, huic aſſidua confœderatio ſublimis & excelſæ cum profundiſſima humilitate ſcientiæ: præ cunctis ſpeculatiuus eſt, & ſimul præ omnibus affectiuus; & cùm in alijs plerumque doctoribus, ſola inueniatur ſcientia, in hoc quoddam reperitur ſapientiæ ſal, & condimentum, ſeu ſapida ſcientia, quam ſuis ſcriptis aſpergit, & legentis animum intus afficit. Adeout priuilegio non communi, ſenſum veritatis ab legentis intellectu, in cor ſapientis admirabili ſuauitate trajciat. Dicere tandem familiaribus ſuis conſueuerat, inter alia cordis ſui anxia, dolere ſe plurimum, tempus ſibi deeſſe, quo aſſiduè cum lectione Auguſtini verſari poſſet.

Hunc ſui eruditiſſimi quique & celeberrimi Congregationis Oratorij in Gallia filij, ſequuti, & verbo & ſcripto, in libris & pulpitis etiamnum S. Patris Auguſtini doctrinæ palam zelatores & defenſores exiſtunt. Præterea, ne ſim repetitionibus onerosus, Concilia Africana, Milenit. & Carthag. quibus hæreſis Pelagiana detruncata eſt, Auguſtini gladio triumphantis; quorum omnium linguam, & ingenium fuiſſe teſtatus eſt *Sanctus Proſper Carmine de ingratis.*

Concilium Arauſicanum, quod totum pro defenſione gratiæ inſtitutum eſt, omnes ſuos Canones ex libris Auguſtini, & verbis ipſius expreſſiſſimis deprompſit & eaſdem Scripturæ ſupra à nobis relatas authoritates. In Proœmio ſic habetur. Peruenit ad nos eſſe aliquos, qui de gratia & libero arbitrio minus cautè, & non ſecundùm fidei Catholicæ Regulam ſentire velint. Vnde & nobis ſecundùm authoritatem & admonitionem ſedis Apoſtolicæ, iuſtum & rationabile viſum eſt; vt pauca capitula AB APOSTOLICA NOBIS SEDE TRANSMISSA, quæ ab antiquis Patribus, de certis Scripturarum voluminibus, in hac præcipuè cauſa collata ſunt, ad docendos eos qui ALITER QVAM OPORTET SENTIVNT, ab omnibus obſeruanda proferre, & manibus noſtris ſubſcribere deberemus. *Quid hic referam Concil. quintum Generale S. P. Auguſtini doctrinæ ſubſcribens:* Sequimur per omnia ſanctum Auguſtinum, & ſuſcipimus omnia quæ de recta fide, & condemnatione hæreticorum expoſuit. *Et octaua Synodus Toletana capite ſecundo.* Auguſtinus vir ſanctiſſimus veſtigationis acumine cautus, inueniendi arte præcipuus, diſſerendi copiâ profluus, eloquentiæ flore venuſtus ſapientiæ fructu fœcundus. *Concil. Florentinum:* Sed nunc, inquit, Sanctorum Doctorum authoritates in medium afferamus, ac in primis Auguſtini illuſtriſſimi Latinorum Doctoris, quem quinta Synodus conſecrauit. *Concil. tandem Trident. ſuos Canones de gratia, libertate, prædeſtinatione, &c. Sicut & antiqua Concilia ex limpidis prompſit fontibus Auguſt.*

Supremam manum huic Apologetico pro CATHOLICA S. AVGVSTINI DOCTRINA, *Summi S. R. Eccleſiæ Pontifices imponent, quorum authoritate munita Concilia, & probata Patrum ſcripta, robur inuiolabile, & fidẽ apud omnes verè Catholicos obtinent.*

Extant apud Auguſtinum tres Innocentij 1. Pontificis Epiſtol. 91. 93. & 95. Aduerſus Pelagianam hæreſim, qui reſpondens in nonageſima tertia, Epiſtola à Patribus Mileuitanis Concilij Auguſtini genio conſcripta: Multifarijs, inquit, ad deſtruendum tale Magiſterium (*dogma Pelagij*) vti poſſemus exemplis, niſi ſciremus ſanctitatem veſtram AD PLENVM SCRIPTVRAS OMNES CALLERE DIVINAS; præſertim cum veſtra relatio tantis ac talibus teſtimonijs ſit referta, vt his ſolis valeat præſens dogma reſcindi, opuſque non eſſe reconditis, cùm ex ijs quę facilè vobis occurrentia poſuiſtis, NEC AVDEANT OBVIARE, NEC POSSINT. Ergo Dei gratiam conantur auferre, quam neceſſe eſt etiam reſtitutâ nobis ſtatus priſtini libertate, (*reatu culpæ ſoluto, & deleto peccato originali, fomite remanente*) quæramus: qui pene
B aliàs diaboli machinas, niſi eadem poſſumus iuuante vitare, &c. Quare Pelagium, Celeſtiumque Eccleſiaſtica communione priuari Apoſtolici vigoris authoritate cenſemus. *Conſule præcipua Innoc. 1. verba, in Epiſtolis ad Concilium Carthag. & Numidiæ.*

Celeſtinus primus, in Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ, contra Presbyteros Maſſilienſes: Auguſtinum, inquit, ſanctæ recordationis virum, pro vita ſua, atque meritis, in noſtra communione ſemper habuimus, nec vnquam hunc ſiniſtræ ſuſpicionis ſaltem rumor aſperſit: quem tantæ ſcientiæ olim fuiſſe meminimus, vt inter MAGISTROS OPTIMOS, etiam à meis ſemper deceſſoribus haberē-
C tur. Benè ergo de eo omnes in cōmune ſenſerunt, vtpote qui VBIQVE CVNCTIS ET AMORI FVERIT, ET HONORI. *Hæc habet c. 2. præmiſerat in primo:* In talibus cauſis non caret ſuſpicione taciturnitas, quia occurreret veritas, ſi falſitas diſpliceret. Meritò namque cauſa nos reſpicit, ſi cum ſilentio faueamus errori. Ergo corripiantur huiuſmodi, non ſit his liberum habere pro voluntate ſermonem, deſinat, ſi ità res ſunt (*quas Proſper, & Hilarius de Maſſilienſibus in doctrinam S. Auguſtini inſultantibus ſcripſerant*) INCESSERE NOVITAS VETVSTATEM, DESINAT ECCLESIARVM QVIETEM INQVIETVDO TVRBARE. Conantur ſæpè naufragio mergere, quos intra portum ſtantes ſtatio tacit
D fida ſecuros.

Hormiſdas à S. Fulgentio citatus in Epiſtola ſua Synodali ad Epiſcopos Africæ: Præ omnibus, inquit, ſtudium gerite libros ſancti Auguſtini quos ad Proſperum, & Hilarium ſcripſit, memoratis fratribus legendos ingerere, quorum mentionem B. Memoriæ Hormiſda Sedis Apoſtolicæ glorioſus Antiſtes, in Epiſtola quam conſulenti ſe Sancto fratri conſacerdotiq; noſtro Poſſeſſori reſcripſit, cum magno præconio CATHOLICÆ LAVDIS inſerunt, cuius hæc verba ſunt. De arbitrio libero, & gratia Dei, quid ROMANA, hoc eſt CATHOLICA ſequatur & ſeruet Eccleſia, licet in varijs libris beati Auguſtini, & maximè ad Proſperum
E & Hilarium, abundè poſſit agnoſci, tamen & in ſcriniis Eccleſiaſticis, expreſſa capitula continentur.

Felix quartus contra Semipelagianos capitula ſcripſit ex Auguſtino excerpta, quæ miſit in Gallias. cuius inſtantia Concilium Arauſicanum habitum, & illo mortuo à Bonifacio ſecundo eius ſucceſſore probatum eſt, damnatique Semipelagiani, potiſſime quòd Antiquis Patribus, & ſpecialiter Auguſtino adverſarentur, vt patet ex Epiſtola Bonifacij 2. edita à Sirmundo inter Concilia Galliæ.

Ioannes 2. libro de duabus nat. in Chriſto, contra Eutych. Sanctus, inquit, Auguſtinus, cuius doctrinam ſecundùm prædeceſſorum meorum ſtatuta, Romana ſequitur, & ſeruat Eccleſia.

Sanctus Gregorius Magnus, in omnibus his argumentis veſtigia relegens Auguſt. lib. 8. Ep. 37. ad Innocentium Africæ Præfectum, ſic eum ſupra ſe extollit, dicens : Si delitioſo cupitis pabulo ſaginari, beati Auguſtini opuſcula legite : & ad comparationem ſiliginis illius, noſtrum furfurem ne quæratis.

Martini 5. ſermonem tranſlationis S. Monicæ, cuius Autographum in Archiuio noſtro Romano ſeruatur, vide in præfatione generali. Nec humiliori commendatione proſecutus eſt & tutatus incorruptam Aug. *ſanctiſſimi Patris noſtri doctrinam Clemens 8. qui in Congregatione de auxiliis inter alia præfatus eſt:* Sanctus Auguſtinus nihil videtur prætermiſiſſe eorum quæ ad præſentes controuerſias dirimendas B pertinent : quandoquidem ſi agatur de neceſſitate gratiæ, eam deſcribit; dicens : Neceſſe eſſe vt nos præueniat, comitetur, & ſequatur. Si de vi, aſſerit vires efficaciſſimas præbere voluntati. Si de effectu, teſtatur facere de nolente volentem. Si de modo, aſſerit Deum id facere omnipotentiſſima facilitate. Denique ſic diſſoluit obiectiones, vt doceat liberum arbitrium non tantùm benè cum illa gratia quam defendit cohærere, ſed etiam fieri liberius, quando ab illa fuerit liberatum. Vnde cùm multi Pontifices prædeceſſores noſtri doctrinæ ſancti Auguſtini de gratia, C tam acres fuerint aſſertores ac vindices, vt quaſi HÆREDITARIO IVRE EAM IN ECCLESIA relinqui voluerint : ÆQVVM NON EST, VT PATIAR ILLAM HAC QVASI HÆREDITATE PRIVARI, &c. Ita inquirendæ & indagandæ veritati operam nauetis, vt à vero ſenſu ſcripturarum, & A OSFÆCATA S. AVGVSTINI DOCTRINA, QVAM ET ECCLESIÆ DOCTRINAM ESSE NEMO VESTRVM IGNORAT, &c. Et à vetuſtiſſimis illis & ſanctiſſimis viris, Hieronymo, Ambroſio, Proſpero & aliis, qui nullis vigiliis, aut labori parcentes aduerſus Pelagianos conſtantiſſimè dimicarunt, eorum artes diſcuſſerunt, venenum retexerunt, falſos ſenſus aperuerunt, & argumentationes omnes diſſoluerunt, D &c. Non diſcedatis.

Nec degener Innocentius X. pluries vt conſtat ex variis oratoris Regii literis, & etiam indigniſſimo mihi à maxima authoritatis & fidei Viro à me ſuper Summi Pontificis de doctrina S. P. N. Auguſtini ſenſu conſulto reſcriptis, pluries memoratus fœlicis recordationis Pontifex, viua vocis oraculo declarauit Conſtitutione ſua quinque propoſitiones meritiſſimè condemnante, nullam omnino fieri velle inuiolabili S. Auguſtini doctrinæ iniuriam, aut tantillum eius authoritati detrahi ſe eſſe paſſurum, etiam contracto aduerſus interrogantes ſupercilio, & elata fortiter voce, non ſine iuſta bile conteſtatus.

Et quidem grande piaculum foret, aliter de ſanctiſſimo Domino Noſtro Papa Alexandro 7. ſuſpicari, E *cùm & S. Auguſtini Iconem diu noctuque pectori affixam gerat, & pietatis eius, & doctrinæ ſe probet zelantiſſimum amatorem.*

An Euchariſtia veritatem, & realem Chriſti corporis & ſanguinis in ea præſentiam excluſerit Auguſtinus, figuram eam, aut ſignificationem eius eſſe ſcribens, cum Tertulliano?

TErtulliano pariter & Auguſtino abutuntur hæretici ſacramentarii, veritatem corporis & ſan- A *guinis Chriſti in Euchariſtia contineri negantes, quòd vterque* carnem nihil prodeſſe, & ſpiritum viuificare, *poſt Dominum ſcripſerit; & pluries Euchariſtiam ſignum, figuram, vel imaginem corporis Chriſti aſſeruerit, quaſi veritatem eius, & ſubſtantiam excluſerit. Tertullianus quidem de Reſur. cap. 37.* Etſi carnem ait, nihil prodeſſe, ex materia dicti dirigendus eſt ſenſus. Nam quia durum & intolerabilem exiſtimauerunt ſermonem eius, quaſi verè carnem ſuam illis edendam determinaſſet; (*hic exultat hæreticus, non intelligens, Tertullianum non excludere realitatem traiectionis corporis Chriſti per os in ſtomachum, de qua tam expreſſè eodem lib. c. 8. dixerat, caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, vt* B *& anima de Deo ſaginetur. ſed verè, id eſt carnaliter, & cum diſſectione, & laniatione carnis Chriſti dentibus facta, ſicut Capharnaitæ intelligebant, non ſumi corpus Chriſti;*) vt in ſpiritum diſponeret ſtatum ſalutis, præmiſit: ſpiritus eſt qui viuificat. Atque ita ſubiunxit, caro nihil prodeſt, ad viuificandum ſcilicet, &c. Itaque Sermonem conſtituens viuificatorem, quia ſpiritus & vita Sermo, eundem etiam carnem ſuam dixit; quia & Sermo caro erat factus; proinde in cauſam vitæ appetendus, & deuorandus auditu, & ruminandus intellectu, & fide digerendus.

C *Mens itaque Tertulliani ponderanda eſt, qui cùm ageret de Reſurrectione carnis noſtræ per Chriſtum Verbum incarnatum facienda, ſic concludit, vt probet nec carnem Chriſti quidquam ad propriam reſurrectionem, ſine Verbo cui vnita erat, profuiſſe.* Oſtendens, inquit, quid proſit, & quid non proſit; pariter illuminauit, quid cui proſit : Spiritum ſcilicet carni mortificatæ viuificatorem. Veniet enim hora, inquit. Io. 5. 25. cùm mortui audient vocem filii Dei; & qui audierint, viuent. Quid mortuum, niſi caro? & quid vox Dei niſi Sermo? & quid Sermo, niſi ſpiritus; (*Deus enim ſpiritus eſt, Io. 4.*) Meritò carnem reſuſcitaturus, quod factus eſt ipſe, & ex morte, quam paſſus eſt ipſe, & ex ſepulchro, quò illatus eſt ipſe.

Auguſtinus pariter tract. 27. in Io. 6. Illi, inquit, D putabant eum erogaturum corpus ſuum (*diuiſurum per partes*) ille autem dixit ſe aſcenſurum in S. Aug cælum, vtique integrum. Cùm videritis filium hominis aſcendentem vbi erat prius; certè vel tunc videbitis, quia non eo modo quo putatis, erogat corpus ſuum. Certè vel tunc intelligetis, quia gratia eius (*corpus in Euchariſtia contentum, quod eſt bona & perfecta gratia,*) non conſumitur morſibus, &c. Quid eſt ergo quod adiungit, ſpiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quidquam? Dicamus ei, patitur enim nos non contradicentes, ſed noſſe cupientes. O Domine, magiſter bone, quomodo caro non prodeſt quidquam, cùm tu dixeris : niſi quis manducauerit carnem E meam, & biberit ſanguinem meum, non habebit vitam in ſe? An vita non prodeſt quicquam? Et propter quid ſumus, quod ſumus, niſi vt habeamus vitam æternam, quam tua carne promittis? Quid eſt ergo, non prodeſt quicquam? Caro non prodeſt quicquam; ſed quomodo illi intellexerunt : carnem quippe ſic intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur, non quomodo ſpiritu vegetatur (*integra & viua manens,*) proinde ſic dictum; caro non prodeſt quicquam, quomodo dictum eſt. 1. Cor. 8. ſcientia inflat. Iam ergo debemus odiſſe ſcientiam? Abſit. Et quid eſt, ſcientia inflat? Sola, ſine charitate. Ideo adiunxit, charitas verò ædificat. Adde ergo ſcientiæ charitatem, & vtilis erit ſcien-

1. ad leg. Iul. de Adult. & l. 8. C. quomodo & quando. Sic & ipſe Tertullianus 4. cont. Marc. c. 22. dicit Patrem in transfiguratione, repræſentaſſe filium ſuum, id eſt præſentem oſtendiſſe, dicendo: Hic eſt filius meus dilectus. *Et lib. de Reſurrect. capite decimo ſeptimo, dicit carnem noſtram repræſentandam eſſe in iudicio.*

Auguſtinum nunc de ſigno & figura corporis Chriſti ſcribentem varijs locis excutiamus. Tomo ſexto, libro cont. Adimantum Manichæi diſcipulum, capite 12. vbi ex Deuterom. 12. 23. Ne ſanguinem comedas: ſanguis enim eorum pro anima eſt: *Vbi Sept. Hebr. & Chald. expreſſius & vrgentius*: Quia ſanguis eius, anima eſt, *id eſt pecoris.* Ex eo, inquit, quod ſcriptum eſt, ſanguinem pecoris animam eius eſſe, præter id quod ſupra dixi non ad me pertinere quid agatur de pecoris anima, poſſum etiam interpretari præceptum illud in ſigno eſſe poſitum. Non enim Dominus dubitauit dicere: Hoc eſt corpus meum, cùm ſignum daret corporis ſui. — S. Aug.

Vbi per ſignum intelligit accidentia panis & vini, quæ licet verè non ſint corpus & ſanguis Chriſti, ſed accidentia tantummodo, verè tamen continent ſubſtantiam corporis & ſanguinis eius. Sicut enim ſanguis pecorum, anima dicta eſt, vt vidimus, quia ipſe eſt ſignum animæ non abſentis, ſed præſentis, ſic accidentia panis & vini conſecrati, dicuntur corpus & ſanguis Chriſti, quia ſigna ſunt eius, non quidem abſentis, ſed realiter præſentis. Ita enim l. 3. in Eptateuchum quæſt. 57. in Leu. 17. Quid eſt, inquit, quod prohibens edendum ſanguinem, dicit, anima omnis carnis ſanguis eius eſt, &c. An quia tale aliquid eſt in ſanguine, quia per ipſum maximè in hac carne viuitur, qui in omnibus venis, & corporis iunctura diffunditur, ipſam vitam corporis vocauit animam, non vitam quæ migrat ex corpore, ſed quæ morte finitur, &c. Vita itaque iſta temporalis, maximè ſanguine continetur in corpore. — S. Aug

Vnde vides vt dixit ex Scriptura ſanguinem eſſe animam, id eſt vitam, quia ſignum eſt animæ, hoc eſt vitæ, quam verè continet in corpore: ſic panis & vini ſpecies dicuntur corpus & ſanguis Chriſti, quia ſigna ſunt eorum repræſentatiua, quæ verè & realiter continent. Vinum enim ſeparatim à pane, & panis ſeorſim à vino conſecrata, figurant, repræſentant, & ſignificant in quotidiano & iugi ſacrificio incruento, ſemel oblatum cruentum in crucis ara Chriſti ſacrificium. Sicut enim Chriſtus pridie quam pateretur accepto primum pane, deinde ſeparatim calice, diuino ſermone, qui ex Paulo viuus eſt & efficax penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens ad diuiſionem animæ & ſpiritus, *vi verborum, præcisè faciens & operans quod forma Sacramenti ſignificat, corpus ſuum conſecrauit, panem mutans in ſuam carnem: (quia tamen viua erat caro, viuam vtique conſecrabat, & per concomitantiam, animam, ſanguinem, perſonam ſuam diuinam, totam Trinitatem ſub ſigno ponebat.)*

Similiter & calicem poſtquam cœnauit dicens: Hic eſt calix ſanguinis mei, &c. *Sanguinem præciſè vi verborum conſecrauit in calice, ſequenti die & pro nobis effundendum, & cum anima ſeparandum à carne; cætera concomitanter. Vt facta iſta diuiſione & partiali conſecratione, primum ſacrificium incruentum, ſignum eſſet non vacuum ſed plenum, figura non nuda ſed plena, repræſentatio non imperfecta, ſed perfecta per ſeipſum met ſub ſignis latentem licet & inuiſibilem, realem tamen & actualiter inexiſtentem præſentiam, ſubſecuturi cruenti ſacrificij. Et per hæc abſque alia deinceps interpretatione neceſſariâ, ſubſequentes Auguſtini locos intelliges nil prorſus fauere hæreticis, quibus neutiquam, nominibus ſigni, figuræ, &c. realitatem ſanctus & ſubtiliſſimus Doctor excluſit, ſed ſemper vt expreſſè alibi pluries ſcripſit exertè, ſuppoſuit: quin carnalem tantum, & crudelem effuſionem ſanguinis & corporis Chriſti, per partes & membra ſectionem & laniationem longè à mentibus fidelium eliminare voluit.*

Sic itaque intelligendus eſt in Epiſt. 23. ad Bonifacium circa finem. Nonne, inquit, ſemel immolatus eſt Chriſtus in ſeipſo? Et tamen in Sacramento, non ſolum per omnes Paſchæ ſolemnitates, ſed omni die populis immolatur, nec vtique mentitur, qui interrogatus eum reſponderit immolari? Si enim Sacramenta quandam ſimilitudinem earum rerum quarum Sacramenta ſunt, non haberent, omnino Sacramenta non eſſent. (*Sacramenta quippe ſigna ſunt rei ſacræ, ſed non vacua ſigna, ſed plena ipſius rei, cui ſimilia ſunt, & quam ſignificant, & in ſe continent, vt baptiſma animam lauat, ſicut aqua abluit corpus, &c.*) Ex hac autem ſimilitudine, plerumque etiam ipſarum rerum nomina accipiunt. Sicut ergo ſecundùm quendã modum Sacramentum corporis Chriſti, (*accidentia, ſigna & ſpecies*) corpus Chriſti eſt: Sacramentum ſanguinis Chriſti, ſanguis Chriſti eſt. (*Propter contentum, quod ſignificat, id ipſum vocatur quod continet, vt de facto metonymicè calix ab ipſo Chriſto dictus eſt pro nobis effundi, calice nomen gerente ſanguinis quem continebat, & cuius ſimilitudinem habebat: nec enim ſoliditatem calicis, habitus ſui, aut munus calore ſeluit: aut auro vel argento vel lapide pretioſo redempti ſumus, ſed ſanguine agni immaculati*) ita Sacramentum fidei, fides eſt, &c. Sicut de ipſo baptiſmo Apoſtolus. Romano. 6. Conſepulti, inquit, ſumus Chriſto per baptiſmum in mortem. Non ait, ſepulturam ſignificamus: ſed prorſus ait, conſepulti ſumus. Sacramentum ergo tantæ rei, non niſi eiuſdem rei vocabulo nuncupauit. — S. Auguſt.

Eodem prorſus ſenſu accipiendum eſt quod habet, libro tertio de doctrina Chriſtiana, capite nono, præferens meritò pauca ſigna & plena nouæ legis, innumeris veteris teſtamenti ſeruilibus & vacuis ſignis & elementis. Hoc, inquit, tempore, poſteaquam Reſurrectione Domini noſtri Ieſu Chriſti, manifeſtiſſimum iudicium noſtræ libertatis indulſit, nec eorum quidem ſignorum, quæ iam intelligimus, operatione graui onerati ſumus: ſed quædam pauca pro multis, eadémque factu facillima, & intellectu auguſtiſſima, & obſeruatione caſtiſſima, (*Vbi non gladius petrinus circumciſionis, & crudelis ſanguinis effuſio, ſed lenis aqua baptiſmi: nec tanta carnificina pecorum cruenta, ſed munda panis & vini conſecrati oblatio.*) Ipſe Dominus, & Apoſtolica tradidit diſciplina: ſicuti eſt baptiſmi Sacramentum, & celebratio Corporis & Sanguinis Domini. Quæ vnuſquiſque cùm percipit, quò referantur imbutus agnoſcit, vt ea non carnali ſeruitute, ſed ſpiritali potius libertate veneretur. — S. Aug.

Capite autem 10. notat quomodo diſcernenda ſit in ſcriptura propria locutio à figuratâ. Demonſtrandus, inquit, eſt prius modus inueniendæ locutionis, propriane, an figurata ſit. Et iſte omnino modus eſt, vt quicquid in ſermone diuino, neque ad morum honeſtatem, neque ad fidei veritatem — S. Aug.

propriè referri poteſt, figuratum eſſe cognoſcas. Morum honeſtas ad diligeodum Deum, & proximum: Fidei veritas ad cognoſcendum Deum & proximum pertinet: ſpes autem ſua cuique eſt in conſcieotia propria, quemadmodum ſe ſentit ad dilectionem Dei & proximi, perfectionemque proficere. *De quibus rurſum Euchariſtiæ applicatis cap.15. & 16.* Si, inquit, præceptiua locutio eſt, aut flagitium, aut facinus vetans, aut vtilitatem, aut beneficeotiam iubens, non eſt figurata: ſi autem flagitium, aot facinus videtur iubere, aut vtilitatem, aut beneficeotiam vetare, figurata eſt. Niſi manducaueritis, inquit, carnem filij hominis, & biberitis ſanguinem, non habebitis vitam in vobis, facinus vel flagitium videtur B iubere. (*Si enim modo intelligendi Capharnaïtarum cruente gladio vel dentibus, ſingularetur Chriſtus, per partes membratim ſcinderetur, & vi ſanguis exprimeretur ex carne, quantum flagitium & ſacrilegium eſſet?*) figura eſt ergo (*id eſt iſta manducatio quæ præcipitur, quanquam realis ſit, iuxta Verbum Chriſti. Io. 6. caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus, figurat tamen & ſignificat Dominicam paſſionem, cui communicamus, dicente Paulo: panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Chriſti eſt? Et calix cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? cuius memoriam crucifixi, ipſa præſente recolimus, habentes in Sacramento & ſacrificio, ſignum, memoriale, figuram, repræſentationem mortis eius, quam ſecundum Paulum & Domini tra-* S. Aug. *ditionem, quotieſcumque accipimus, annuntiamus do-* C *nec veniat. Et hoc eſt quod ait Auguſtinus;*) figura eſt ergo, præcipiens paſſioni Domini eſſe communicandum, & ſuauiter atque vtiliter recondendum in memoria, quòd pro nobis caro eius crucifixa & vulnerata ſit.

Longè quippe alio ſenſu SS. Sacramentum ſignum eſt & figura Chriſti, quàm fuerint alia figura & ſigna veteris teſtamenti, à Paulo nuncupata vmbra & vacua elementa. Nec enim noſtra ſpecies & ſigna ſunt, ſicut lapis à Iacob erectus in titulum, aut virga Moyſi mutata in colubrum, aut ſerpens æneus exaltatus in ligno. Hæc enim ſigna quædam fuere Chriſti, ſed ita ſolidis licet ſigna vacua ſubſtantiis: ſed quamuis leuiſſima, & proprijs deſtituta ſubſtantijs ſint ſigna & accidentia panis & vini, veram tamen ac ſolidam conti- D *nent corporis & ſanguinis Domini cum toto redemptionis humanæ cenſu ſubſtantiam. Accipe Auguſtinum l. 3. de Trin. c. 10.* Aliquaodo, inquit, fit ſpecies vel aliquantulum manſura, ſicut potuit ſerpens ille æneus exaltatus in eremo, ſicut poſſunt & litteræ. vel peracto miniſterio tranſitura, ſi- S. Aug. cut panis (*ſpecies ſc. eius corruptibilis*) ad hoc factus, in accipiendo Sacramento conſumitur, &c.

Sicut vnctio lapidis ſignificaoit Chriſtum in carne, in qua vnctus eſt oleo exultationis præ participibus ſuis: ita virga Moyſi conuerſa in ſerpentem, ipſum Chriſtum factum obedientem vſque ad mortem crucis. Vnde ait, ſicut exaltauit Moyſes ſerpentem in deſerto, ſic oportet exaltari fi- E lium hominis, vt omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Sicut intuentes illum ſerpentem exaltatum in eremo, ſerpentum morſibus non peribant Numer. 21. Vetus enim homo noſter coofixus eſt cruci cum illo, vt euacuetur corpus peccati. Roman. 6. Per ſerpentem enim intelligitur mors quæ facta eſt à ſerpente in Paradiſo, modo locutionis, per efficientem id quod efficitur demonſtrante. Ergo virga A in ſerpentem, Chriſtus in mortem: & ſerpens rurſus in virgam, Chriſtus in reſurrectionem: totus cum corpore ſuo quod eſt Eccleſia, quod in fine temporis erit, quem ſerpentis cauda ſignificat, quam Moyſes tenuit vt rediret in virgam.

Sicut pſaltes ait: In manu tua Domine omnes fines terræ. *Homo enim de terra ſumptus, reſumptus in terram? à terra in fine ſæculi per manum & filium dexteræ Dei reuocabitur ad vitam. Sed nec lapidis erectio in titulum, aram & altare ſignificans, nec virga Moyſi tranſmutatio ſic mirabilis eſt, vt panis & vini in altari tranſubſtantiatio, nec exaltatus ſerpens in deſerto vitam æternam dabat, ſicut Chriſtus exalta-* B *tus & adoratus in Sacramento.* Qui enim manducat hunc panem viuet in æternum. *Et hæ ſpecies panis & vini, nobis communicantibus incorporata, ſignum eſt vnionis noſtræ intimæ cum pane vitæ, Chriſto dicente*: Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus; qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in eo.

Vt autem præcitato loco doceret Auguſtinus, ſignum iſtud vacuum non eſſe, ſed plenum diuinitatis ſubſtantia, inſeparabiliter continente corpus & ſanguinem Chriſti, licet ſpecies ſub quibus continentur ſint corruptibiles & tranſitoria, nec infantes quibus tunc Euchariſtia dabatur, myſterium poſſent diſcernere: Aug. Infantes, inquit, non nouerunt quod in altari ponitur, & peracta pietatis celebratione conſumi- C tur, vnde, vel qoo modo conficiatur, vnde in vſum religionis aſſumatur: Etſi nunquam diſcant experimento vel ſuo, vel aliorum, & nunquam illam ſpeciem rerum videant, niſi inter celebrationes Sacramentorum, cùm offertur, & datur: dicaturque illis authoritate grauiſſima (*Euangeliorum, Pauli, Eccleſiæ.*) cuius corpus & ſanguis ſit, (*quid expreſſim ad realitatem ſub ſpecie contentam?*) nihil aliud credent, niſi omnino in illa ſpecie Dominum oculis apparuiſſe mortalium, & de latere tali percuſſo, liquorem illum omnino fluxiſſe.

Tandem in titulum Pſ. 3. vbi Iudam cum Abſalone confert: In hiſtoria, inquit, noui teſtamenti ipſa Aug. Domini noſtri tanta & tam miranda patieotia, quòd eum tandiu pertulit tanquam bonum, cùm D eius cogitationes non ignoraret, cùm adhibuit ad coouiuium, in quo corporis & ſanguinis ſui figuram diſcipulis commendauit & tradidit. *Quo loco & ſi quibus alijs Dominicum conuiuium, & ſacra Euchariſtia, ſignum, figura, repræſentatio corporis & ſanguinis Chriſti ab Auguſtino appellata eſt, ſenſu quo ſupra diximus locutus eſt, quo non excludens realitatem, vel corporis ſui realis crucifigendi, & ſui ſanguinis effundendi viſibiliter. Sacroſanctum ſacrificium eſt verè figura & ſignum. Vel ſpecies ipſa panis, & vini ex multis granis vuæ & tritici, in vnum panem & vinum conflata, figura ſunt & ſignum vnitatis corporis eius myſtici quod eſt Eccleſia, vt in errore perperam affictio Auguſtino de Euchariſtia infantibus danda ex* E *neceſſitate, fuſiſſimè videbimus. De qua vnitate & charitate Paulus*: Vnus, inquit, panis, vnum corpus multi ſumus, qui de vno pane participamus. *Interea Auguſtinus profero l. 3. de conſenſu Euangeliſtarum c. 25. àp. Vbi de apertis oculis diſcipulorum* Aug. *in fractione panis*: Oculis, inquit, eorum aliquid acciderat, quod ita manere permiſſum eſt vſque ad fractionem panis, certi myſterij cauſa, vt eis in illo alia oſtenderetur effigies, & ſic eum non niſi in fractione panis agnoſcerent, ſicut Lucâ nar-

rante monſtratur: pro merito quippe mentis eorum, adhuc ignorantis, quòd oportebat Chriſtum mori & reſurgere, ſimile aliquid eorum oculi paſſi ſunt: non veritate fallente, ſed ipſis veritatem percipere non valentibus, & aliud quàm res eſt, opinantibus: (*dehinc immediatè myſterium explicat*,) ne quiſquam ſe Chriſtum agnouiſſe arbitretur, ſi eius corporis particeps non eſt, id eſt Eccleſiæ: cuius vnitatem in Sacramento panis commendat Apoſtolus dicens, vnus panis, vnum corpus multi ſumus: vt cùm eis benedictum panem porrigeret, aperirentur oculi eorum, & agnoſcerent eum. *Poſtea dicit permittente Chriſto, Satanam oculos eorum aliquo impedimento ligaſſe, non quod Chriſtus aliam veram effigiem ſumpſiſſet ſe transformando. Et aptiſſimè ad tranſſubſtantiationem panis, coram eiſdem facta iuxta Hieronymum, Bedam & alios.* Non quia, inquit, Dominus non poterat transformare carnem ſuam, vt alia reuera eſſet effigies quàm ſolebant illi contueri; quandoquidem & ante paſſionem ſuam transformatus eſt in monte, vt facies eius clareſceret ſicut Sol. Quale vult enim admirabile corpus, de qualicumque corpore, verum de vero facit, qui de aqua vera verum vinum fecit. *Sic de vero pane & vino, ſeipſum* viuum panem qui de cælo deſcendit, frumentum electorum & vinum germinans virgines fecit, *& in Sacramento ſeipſum verè continente ſub ſpeciebus panis & vini, ante mortem omnibus diſcipulis dedit, ſignum verum vnius panis & corporis Eccleſiæ ſuæ. Et vt perſeuerantiam fidelium poſt aſcenſionem ſuam in communicatione fractionis panis, & communionis ſub vna ſpecie futura præbiberet, poſt reſurrectionem voluit conſecrans corpus ſuum ſub vna ſpecie, duobus diſcipulis innoteſcere in fractione panis, & idem myſterium hoc ſigno denotare, que ſimul & vna fractum panem participantes*, ſolliciti eſſent ſeruare vnitatem ſpiritus, in vinculo pacis, & fieri vnum corpus & vnus panis. *Hinc proſequitur Auguſtinus.* Aug. Non ita, inquit, fecerat (*non ſe transfigurarat*) cùm apparuit illis duobus alia effigie. Non enim aliter quàm erat, ſed ſicut erat apparuit eis, quorum oculi tenebantur, ne agnoſcerent. Non autem incongruenter accipimus, hoc impedimentum in oculis eorum à Satana factum fuiſſe, ne agnoſceretur Ieſus: ſed tamen à Chriſto eſt facta permiſſio vſque ad Sacramentum panis: vt vnitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, vt Chriſtus poſſit agnoſci. *Vides quàm clare & à diſcipulis realem corporis Chriſti participationem factam, & ſimul eandem vnitatis corporis eius myſtici, quod eſt Eccleſia fuiſſe figuram; vt verè ſcripſerit Hieronymus per conſecrationem tunc factam à Chriſto ſui corporis in tranſubſtantiatione panis*, domum Cleophæ Eccleſiam conſecratam.

Cæterùm, ſi hæretici aut alij abutentes præmiſſis locis Tertulliani & Auguſt. volunt ſignum, effigiem, figuram, repræſentationem, memoriam corporis & ſanguinis Chriſti in myſterio altaris, excludere realem eius in Sacramento præſentiam; conuincam expreſſis tribus locis Apoſtoli, eos in Arianiſmum incidere, & Chriſtum Dei filium æqualem Patri & conſubſtantialem non eſſe, quem Paulus effigiem, figuram, imaginem ſubſtantiæ Patris aſſeruit. Quin etiam huiuſmodi peruerſos Patrum interpretatores, Marcionitas & Manichæos eſſe, & veram Chriſti carnem humanitatemque negare, cùm dixerit Paulus ad Phil. 2. In ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo: *Vbi non hominem, ſed homini ſimilem, & vt* A *hominem, dixit. Sed longè aliter Patres Apoſtolum exponunt.* 2. *Cor.* 4. 4. Deus huius ſæculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij (*Syr. vt non credant*) gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei *Col.* 1. 15. Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ. *Hebr.* 1. 3. Splendor gloriæ, & figura (*Syr. imago*) ſubſtantiæ eius. *Quibus Tertullianus quartum addidit locum, quo Marcionitas vrget, veritate & ſubſtantia Diuinitatis, concludens ſubſtantiam & veritatem carnis, aut vtramque pariter excludens, ex Philip.* 2. 6.

B *Quinto cont. Marc. c.* 20. Planè, inquit, de ſubſtantia Chriſti putant & hic Marcionitæ ſuffragari Apoſtolum ſibi, quòd phantaſma carnis fuerit in Chriſto, cùm dicit, quòd in effigie Dei conſtitutus, non rapinam exiſtimauit pariari Deo, ſed exhauſit ſemetipſum acceptâ effigie ſerui, non veritate, & in ſimilitudine hominis, non in homine; & figurâ inuentus vt homo, non ſubſtantiâ, id eſt non carne: quaſi non & figura, & ſimilitudo, & effigies, ſubſtantiæ quoque accedunt. (*Id eſt eius accidentia ſint, ſupponentia ſubſtantiam in rebus creatis, quæ tamen in Deo ſubſtantia ipſa Dei ſunt.*) Benè autem quod & alibi Chriſtum imaginem Dei inuiſibilis appellat. Nunquid ergo & hic qua in effigie eum Dei collocat, C æquè non erit Deus Chriſtus verè, ſi nec homo fuit verè in effigie hominis conſtitutus? Vtrobique enim veritas neceſſe habebit excludi: ſi effigies, & ſimilitudo, & figura phantaſmati vindicabitur. Quòd ſi in effigie, & imagine, qua filius Patris verè Dei prædicatus eſt; etiam in effigie, & imagine hominis, qua filius hominis, verè hominem inuentum. Nam & inuentum, ratione poſuit, id eſt, certiſſimè hominem: quod enim inuenitur, conſtat eſſe. Sic & Deus inuentus eſt per virtutem, ſicut homo per carnem: quia nec morti ſubditum pronuntiaſſet, non in ſubſtantia mortali conſtitutum. Plus eſt autem quod adiecit; & mortem crucis. Non enim exaggerat atrocitatem, extollendo virtutem ſubiectionis, quam imaginariam phantaſmate ſciſſet, fruſtrato potius eam, quàm experto, nec virtute D functo in paſſione, ſed luſu.

Similiter & fruſtra Chriſtus tantâ inculcatione exaggeraſſet: Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus, qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, &c. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, &c. Panis quem ego dabo, caro mea eſt, &c. Accipite & manducate: Hoc eſt enim corpus meum, &c. & Paulus ſtultè pro fruſto panis & vini gutta, pro nuda figura traditum ſibi à Domino dixiſſet, &c. Et pro ſigno & figura tantum examẽ & probationem indixiſſet, ſub reatu corporis & ſanguinis Domini, ſi effigies, figura, ſignum panis, cæleſtis panis veritatem contentam non habuiſſet. *Sic Auguſtinus* S. Aug. E *l.* 83. *qq. quæſt.* 12. Si phantaſma, inquit, fuit corpus Chriſti, fefellit Chriſtus. Et ſi fallit, veritas non eſt. Eſt autem veritas Chriſtus, non igitur phantaſma fuit corpus eius.

Nemo ergo dubitet de veritate carnis & ſanguinis Chriſti in Sacramento, licet vocetur à Patribus ſignum & figura corporis eius realis, aut myſtici; qui abſque præiudicio conſubſtantialitatis filij eum cum Paulo vocat figuram & imaginẽ ſubſtantiæ Patris. De qua Athanaſius oratione contra Gentes circa f. Potentia, inquit, Patris dicitur, & Sapientia, & Ratio: non ex eo quòd aliqua ex parte iſtarum rerum

communionem adipiſcatur, aut iſta aliunde aduentitia, & ſuperuentitia eius naturam imbuant; quales ſunt qui iſtarum rerum participes fiunt, ac propterea ſapientes, fortes, rationales efficiuntur: ſed quòd per ſe ſit ipſiſſima Sapientia illa, per ſe illa ipſiſſima ratio ac propria potentia Patris, illa ipſa lux, illa ipſa veritas, illa ipſa iuſtitia, illa ipſa virtus, & character, & iubar, & imago, &, vt compendio dicam, fructus Patris vndequaque perfectus, ac ſolus filius, & per omnia ſimilis imago Patris. *Hilarius item l. de Synodis fidei Catholicæ contra Arianos Anathemate 3. probat imaginis nomen non contradicere conſubſtantialitati filij*: Si quis audiens vnigenitum filium, inuiſibilis Dei ſimilem, non dixerit eſſentiæ filium, qui eſt imago Dei inuiſibilis, cuius imago & iuxta eſſentiam intelligitur, quaſi non verè dicens filium: anathema ſit. Indiſcreta, inquit, confirmatur indiſſimiliſque natura. Cùm enim vnigenitus filius, & imago inuiſibilis Dei ſit: neceſſe eſt per ſpeciem atque naturam ſimilis eſſentia ſit. Aut quomodo inter filium & Patrem natura diſcernitur generis indifferentis, cùm in his quæ Patris ſunt propria, ſubſiſtens filius, per naturam in ſe genitam conſiſtat, gloriæ ſcilicet, virtutis, poteſtatis, inuiſibilitatis, eſſentiæ; atque ita in his paribus diuinitatis bonis intelligitur, neque ille minor eſſe cùm filius ſit: neque hic præſtare cùm Pater ſit, cùm Patri filius & coimaginatus ad ſpeciem ſit; nec ſit diſſimilis in genere, quia diuerſitatem ſubſtantiæ geniti ex ſubſtantia Patris, filij ſimilitudo non recipit: & omnem in ſe diuinitatis paternæ, qualis & quanta eſt, formam, inuiſibilis Dei filius, & imago complectitur: Et hoc verè eſt eſſe filium; paternæ ſcilicet formæ veritatem, coimaginatæ in ſe naturæ perfecta ſimilitudine retuliſſe. *Dicimus & nos anathema dicentes Euchariſtiam nudam eſſe imaginem, ſignum vacuum, ſimilitudinem inanem corporis & ſanguinis Chriſti; quam nos Catholici, & propter veritatem Sacramenti, & myſterij, ſignum eſſe imaginemque & figuram rei ſacræ, corporis ſc. & ſanguinis Chriſti viſibiliter immolati in cruce: ſed ſignum, figuram, imaginem rei ſacræ, corporis eiuſdem & ſanguinis, iugi & incruento ſacrificio immolati Chriſti, quem indiuiſibiliter, vt & inuiſibiliter verè & propriè continet cum tota diuinitate, & concomitante indiuidua Trinitate, appellamus.*

Ambroſius pariter l. 1. de fide in expoſitione dogmatis Ariani, c. 3. Diſſimilem, inquit, Patri dicunt eſſe Dei filium. Hoc ſi homini obijciatur, iniuria eſt. Ex tempore cœpiſſe dicunt Dei filium, cùm conditor ipſe ſit temporum. Homines ſumus, & eſſe nolumus temporales. Ex tempore cœpimus, & ſine tempore futuros eſſe nos credimus, &c. Creatum dicunt. Quis authorem inter opera ſua deputet, vt videatur id eſſe quod fecit. Negant verum Dei filium, negant omnipotentem, cùm fateantur omnia facta per filium, &c. *Et c. 4.* Sed quem potiſſimum legam? Eudoxium, Eunomium, an Arium, vel Ætium eius magiſtros? Plura enim nomina, ſed vna perfidia. Impietate non diſſonans, communione diſcordans: non diſſimilis fraude, ſed coitione diſcreta. (*Idem dicam de Capharnaïtis, Berengario, Caluino, cæteriſque Sacramentarijs,*) &c. Apoſtolus dicit imaginem Patris filium eſſe, ait enim Coloſſ. 1. quòd ipſe ſit imago Dei inuiſibilis, primogenitus vniuerſæ creaturæ. Primogenitus, inquit, non primò creatus: vt & genitus pro naturâ, & primus pro perpetuitate credatur. Alibi quoque Apoſtolus aſſeruit (*Hebr. 1.*) quòd ipſum poſuit hæredem omnium, per quem fecit & ſæcula; qui eſt ſplendor gloriæ, & character ſubſtantiæ eius. Imaginem Apoſtolus dicit, & Arius dicit eſſe diſſimilem. Cur imago, ſi ſimilitudinem non habet? In picturis homines nolunt eſſe diſſimiles; & Arius diſſimilem Patrem contendit in filio, & vult vt Pater diſſimilem genuerit ſibi, quaſi impotens qui generare ſimilem non potuerit, &c. Prophetæ dicunt Sap. 7. Splendor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius. Vide quanta dicantur: ſplendor quòd claritas paternæ lucis in filio ſit: ſpeculum ſine macula, quòd Pater videatur in filio: imago bonitatis, quòd non corpus in corpore, ſed virtus in filio tota cernatur. Imago docet non eſſe diſſimilem, character expreſſum eſſe ſignificat, ſplendor ſignat æternum. Imago itaque non vultus eſt corporalis, non fucis compoſita, non ceris: ſed ſimplex de Deo, egreſſa de Patre, expreſſa de fonte. Per hanc imaginem Philippo Patrem Dominus demonſtrauit dicens: Philippe qui videt me, videt & Patrem, &c. Imago iſta veritas eſt, imago iſta iuſtitia eſt, imago iſta Dei virtus eſt, non muta, quia Verbum eſt: non inſenſibilis quia Sapientia eſt: non inanis, quia virtus eſt: non vacua, quia vita eſt: non mortua, quia reſurrectio eſt.

Ego vero quid de hæreticis ſub figura, ſigni, imaginis, nominibus, diuina ſapientia, poteſtati, veritati, bonitati illudentibus loquar? Cum Ambroſio memorato capite dicam: Hæreſis velut quædam hydra fabularum, vulneribus ſuis creuit. Et dum ſæpè reciditur, pullulauit, igni debita, incendioque peritura. Aut velut quædam monſtruoſi Scylla portenti, in varias formas diſtincta perfidiæ, velut ſuperuacuum Chriſtianæ ſectæ nomen obtendit. Sed quos in illo impietatis ſuæ freto miſeros inter naufragia fidei repererit fluctuantes, belluinis ſuccincta prodigijs, tetri dogmatis ſæuo dête dilacerat. Cuius ſpeluncam, vt ferunt nautæ, cæcis latebris inhorrentem, omnemque eius viciniam ceruleis canibus inter perfidiæ ſaxa reſonantem, clauſa quodammodo præterire aure debemus. Scriptum eſt enim Eccl. 28. ſepi aures tuas ſpinis. Et alibi: (*Phil. 3.*) Vidète canes, videte malos operarios. Et iterum Tit. 3. Hæreticum poſt primam correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt. Itaque tanquam boni gubernatores quo tutius prætermeare poſſimus, fidei vela tendamus, Scripturarumque relegamus ordinem.

Quid ait Chriſtus? Caro mea verè eſt cibus, &c. Negas potentiam eius qui cuncta de nihilo fecit verbo ſuo, poſſe verbo de pane corpus ſuum facere? Negas ſapientem modum id præſtandi inuenire poſſe? Quæris quomodo poteſt carnem ſuam dare ad manducandum? Negas bonum qui ſeipſum ſub his ſpeciebus & figuris, promiſſi tenax, communicare non velit. Imaginem putas? Eſt imago quidem, ſed rei quam continet & verè præſentem inuiſibiliter exhibet, repræſentatio? Imago iſta veritas eſt. Caro mea verè eſt cibus. Imago iſta iuſtitia eſt, qua iuſtus ex fide viuit. Imago iſta Dei virtus eſt, vt inhabitet in nobis virtus Chriſti. Non muta, quia Verbum eſt, & verbo Verbi in Sacramento producta: de qua cum pſalte canimus: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. *Non inſenſibilis, quia ſapientia eſt: O ſapida ſcientia, aqua ſapientiæ ſalutaris,* guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus. *Non inanis, quia virtus eſt,* & panis ſapientiæ & intellectus confirmans cor homi-

nis. *Non vacua, quia vita eſt, plena Deo viue & vero dicente:* Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, & ipſe viuet propter me. *Imago denique non mortua, quia reſurrectio eſt.* Qui manducat huoc panem viuet in æternum. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. *Ne ergo inſultet libertinus & hæreticus Tertulliano & Auguſtino optime ſenſu & Catholice ſcribentibus Euchariſtia Sacramentum ſignum eſſe, imaginem, aut figuram corporis Chriſti. Et nos iuxta Paulum dijudicemus corpus Domini, & accedentes ad altare, de quo edere non habent qui tabernaculo deſeruiunt, cum pſalte dicamus:* Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta, ab homine iniquo & doloſo (*hæretico*) erue me. *E-Preſbyterum audiamus Auguſt. verbis concludentem ſententia 189.* Ad altare Dei inuiſibile, quò non accedit iniuſtus, ille perueniet, qui ad hoc præſens iuſtificatus accedit. Inueniet enim illic vitam ſuam, qui hic diſcreuerit cauſam ſuam.

An gratia per ſe efficacis doctrina in qua Tertulliano conformis eſt Auguſtinus tollat hominis libertatem, & inducat neceſſitatem Caluiniſticam.

T*Ertullianus l. de Anima c. 21. vim diuinæ gratia per ſe efficacis, abſque vlla tamen lege coactionis, aut neceſſitatis impoſita humana libertati, expreſſit verbis extulit, & mutabilem per diuinam gratiam, ex malo in bonum iuxta Euangelium, hominis voluntatem.* Non dabit, inquit, arbor mala bonos fructus, ſi non inſeratur: & bona malos dabit, ſi non colatur. Et lapides filij Abrahæ fient, ſi in fidem Abrahæ formentur. Et genimina viperarum fructum pœnitentiæ facient, ſi venena malignitatis expuerint. HÆC ERIT VIS DIVINÆ GRATIÆ, POTENTIOR VTIQVE NATVRA, HABENS IN NOBIS SVBIACENTEM SIBI LIBERAM ARBITRII POTESTATEM, quod (*liberum ſcilicet arbitrium*) *αὐτεξούσιον* dicitur; quæ cùm ſit & ipſa naturalis, atque mutabilis, quoquò vertitur, naturâ conuertitur. Ineſſe autem nobis τὸ *αὐτεξούσιον* naturaliter, iam & Marcioni oſtendimus, & Hermogeni. *Sic Patres Græci, authoreſque prophani, qui aliquid recti de homine ſenſerunt, liberum hominis arbitrium vocant quod ex natura ſua, & per ſe habeat, vt hinc inde moueri poſſit, & Nazianzenus, hominem dicit τῷ αὐτεξουσίῳ τιμηθέντα, libero Arbit. honoratum, quòd non ſeruiliter vt bruta, ſed per ſe regie voluntate & ſpontaneo quocumque voluerit, flectatur arbitrio.*

Fatendum tamen eſt, ſaluâ licet hominis libertate, quam nec fato, nec neceſſitati, vel coactioni cuicumque ſubiacere credimus, per omnia ſubiecti S. Romanæ Eccleſiæ, & Innocentij X. Conſtitutioni ſanctiſſima parentes, qua damnat, & anathematizat Tertiam propoſitionem, qua dicebatur: Ad merendum & demerendum in ſtatu naturæ lapſæ, non requiri in homine libertatem à neceſſitate, ſed ſufficere libertatem à coactione: *Fatendũ inquam, eſt quod habet Catechiſmus Romanus, ex decreto Conc. Trid. & Pij V. Pontificis Maximi iuſſu editus, in expoſitione articuli 1. Symboli Apoſt. ſub f. Omnia non ſolùm a Deo eſſe, ſed & conſeruari, & ad ſingulos qualibet agentia actus impelli, abſque tamen vlla violentia, ſed ſecundùm naturam, docuit etiam præmoueri.* Non ſolùm, inquit, Deus, vniuerſa quæ ſunt, prouidentiâ tuetur, atque adminiſtrat, verùm etiam quæ mouentur, & agunt aliquid, intimâ virtute, ad motum, atque actionem ITA IMPELLIT, vt quamuis ſecundarum cauſarum efficientiam non impediat, PRÆVENIAT tamen, cùm EIVS OCCVLTISSIMA VIS, ad ſingula pertineat, & quemadmodum Sapiens teſtatur, Sap. 8. Attingat à fine vſque ad finem fortiter, & diſponat omnia ſuauiter. Quare ab Apoſtolo dictum eſt. Act. 17. Cùm apud Athenienſes annuntiaret Deum, quem ignorantes colebant: non longè eſt ab vnoquoque noſtrum: in ipſo enim viuimus, & MOVEMVR, & ſumus.

Et quidem cùm nihil fit à ſeipſo, & nihil de nouo producatur ſine Deo, non ſolùm res qualibet agens, à Deo ſit, ſed & eius actio, ſine præmouente Deo, fieri non poteſt, cùm & ipſa fiat de nouo; quamquam indiderit Deus cuilibet agenti principium internum, quo poſſit agere, & moueri. Sed ſicut, niſi Deo creante, & faciente, eſſe non poteſt: ſic ſine Deo præmouente, & impellente, in bonum, agere non poteſt. Nulla tamen, vi internâ diuinâ præmouente, fit illi violentia. Quia licet à fine ad finem, id eſt ab initio ad terminum actionis, attingat fortiter, impellens & mouens; ſuauiter tamen diſponit omnia, lapidem ſecundùm naturam deorſum mouens, vt ignem ſurſum; & hominis intellectum in verum, voluntatem in bonum ſuapte naturâ propenſam præmouens, non vt inſtrumentum inanime, & nihil faciens; ſed intellectum verè, & propriè intelligentem, & voluntatem verè proprieque & liberè volentem. Quòd ſi verum eſt in actionibus merè naturalibus, quantò magis in ſupernaturalibus? Tantùm ergo abeſt, vt humana libertas determinet gratiam, eamque faciat efficacem, quin potius gratia Dei per ſe efficax, libertatem hominis, in vero intelligendo, & bono volendo, & amplexando, verè & propriè reddit efficacem. Iuxta Paulum, de cogitationibus ipſis 2. Cor. 3. 5. Non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra (*Syr. virtus noſtra*) ex Deo eſt. *De volitione, & opere, Phil. 2. 12.* Cùm metu, & tremore veſtram ſalutem operamini. Deus eſt enim qui operatur in vobis, & velle, & perficere pro bona voluntate. *Syriaca lectio:* Deus enim ipſe agit in vobis, vt & velitis, & perficiatis id quod vultis. *Vbi D. Thom. lect. 3.*

Excludit, inquit, quatuor falſas exiſtimationes. Vnam, hominum credentium, quòd homo per liberum arbitrium poſſit ſaluari, abſque diuino auxilio. Contra hoc dicit, Deus eſt qui operatur. Io. 14. Pater in me manens ipſe facit opera. (*Quòd ſi & in ipſo Chriſto, quanto amplius in nobis?*) Io. 15. Sine me nihil poteſtis facere. Alij omninò negant liberum arbitrium; dicentes, quòd homo neceſſitatur à fato, vel à prouidentia diuina. Et hoc excludit, cùm dicit in vobis: quia interius per inſtinctum mouet voluntatem ad benè operandum. Eſa. 26. 12. Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera noſtra operatus es in nobis. Tertia Pelagianorum, ſicut & primi, dicentium, electiones in nobis; ſed proſecutiones operum, in Deo: quia velle eſt à nobis, ſed perficere eſt à Deo. Et hoc excludit dicens: & velle, & perficere. Rom. 9. Non eſt volentis: ſc. velle, ſine auxilio Dei: nec currẽtis ſc. currere: ſed miſerentis Dei. Quarta, quia Deus facit omne bonum in nobis: & hoc per merita noſtra. Et hoc excludit, cùm dicit. pro bona voluntate, ſcil. ſua: non pro meritis noſtris: quia ante gratiam Dei, nihil boni meriti eſt in nobis. Pſal. 50. Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion. *Et quidem fruſtrà Paulus diceret*, cum timore & tremore; *& vanè*

A *cauſam timoris ſubijceret, dicens* : Deus eſt enim qui operatur.

Quæ enim cauſa timoris, & tremoris eſſet, ſi pro libito, quotieſcunque vellemus, & bonum cogitare, & velle, & operari, & efficaciam gratiæ libero noſtro arbitrio non ſubiecto gratia, vt vult Tertullianus, ſed ipſam ſibi ſubijciente, dare poſſemus? ſed magna timoris cauſa, quòd totum pendeat à bona Dei voluntate; quòd Spiritus vbi vult ſpiret, *quòd* non omnium ſit fides; *quòd* quem velit induret, & obcæcet, & auferat cor durum, *vel relinquat : rurſum ſi nil ageret liberum arbitrium, non dixiſſet,* veſtram ſalutem operamini : *Nil detrahendum eſt libero arbitrio, ſed longè amplius Deo, & eius gratiæ præmouenti eſt tribuendum. Vnde Auguſtinus l. 1. retract. c. 9. vbi fusè exponit, quæ initio, cum adhuc Romæ eſſet, ſcripſerat,* B *in commendationem liberi arbitrij. Vbi inter cætera:*

S. Aug. In his, inquit, atque huiuſmodi verbis meis quia gratia Dei commemorata non eſt, de qua tunc non agebatur, putant Pelagiani, vel putare poſſunt, ſuam nos tenuiſſe ſententiam. Sed fruſtra hoc putant, voluntas quippe eſt, quâ & peccatur, & rectè viuitur, quòd his verbis egimus : voluntas ergo ipſa, niſi Dei gratia liberetur à ſeruitute qua facta eſt ſerua peccati, & vt vitia ſuperet, adiuuetur, rectè piéque viui à mortalibus non poteſt. Et hoc diuinum beneficium, quo liberatur, niſi eam præueniret, iam meritis eius daretur, & non eſſet gratia, quæ vtique gratis datur. Quod in alijs opuſculis noſtris ſatis egimus, iſtos inimicos gratiæ, nouos hæreticos refellentes. C Quamuis & in his libris, qui non contra illos omnino, quippe illi nondum erant, ſed contra Manichæos conſcripti ſunt de libero arbitrio, non omninodo de iſta Dei gratia reticuimus, quam nefanda impietate conantur auferre. Diximus quippe in ſecundo libro, non ſolùm magna, ſed etiam minima bona, non eſſe poſſe niſi ab illo, à quo ſunt omnia bona, hoc eſt Deo, &c. Et alio loco : tu tantùm inconcuſſam pietatem tene, vt nullum tibi bonum, vel ſentienti, vel intelligenti, vel quoquomodo cogitanti occurrat, quod non ſit ex Deo, &c. & in libro 3. cùm dixiſſem, quod & Pelagium de meis opuſculis vſum fuiſſe commemoraui; quis peccat in eo quod nullo D modo caueri poteſt? peccatur autem : caueri igitur poteſt. Continuò ſecutus adiunxi : & tamen etiam per ignorantiam facta quædam improbantur, & corrigenda iudicantur, ſicut in diuinis authoritatibus legimus. Ait enim Apoſtolus, miſericordiam Dei conſecutus ſum, quia ignorans feci. Ait & Propheta : delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Sicut etiam neceſſitate facta improbanda, vbi vult homo rectè facere, & non poteſt, (*neceſſitatem intelligit, non omnimodam libertatis amiſſionem, ſed pœnalem concupiſcentiam qua licet inuiti ad malum trahimur, & à bono retrahimur; licet malo niſi volentes & liberi, conſentiamus, & bonum cum Dei gratia libere item* E *amplecti poſſimus. Sed loquitur, de graui iugo impoſito ſuper omnes filios Adæ, à die ortus, ad diem exitus illorum.*) Nam vnde ſunt iſtæ voces : non enim quod volo facio bonum, ſed quod odi malum, hoc ago? Et illud, velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio? Et illud : caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, hæc enim inuicem aduerſantur, vt non ea quæ voltis, faciatis? Sed hæc omnia hominum ſunt, ex illa mortis damnatione venientium. Nam ſi non eſt iſta pœna hominis, ſed natura, nulla iſta peccata ſunt. Si enim non receditur ab eo modo

A quo naturaliter factus eſt, ita vt melius eſſe non poſſit, ea quæ debet facit, cùm hæc facit. Si autem bonus homo eſſet, aliter eſſet. Nunc autem quia ita eſt (*poſt corruptionem naturæ in peccato Adæ*) non eſt bonus, nec habet in poteſtate vt bonus ſit, ſiue non videndo qualis eſſe debeat (*propter ignorantiam*) ſiue videndo, & non valendo eſſe, (*propter infirmitatem voluntatis, & concupiſcentiam rationi & libertati rectæ præualentem*) qualem ſe debere eſſe videt : pœnam iſtam eſſe quis dubitet? Omnis autem pœna ſi iuſta eſt, peccati pœna eſt, & ſupplicium nominatur. Si autem iniuſta eſt pœna, quoniam pœnam eſſe nemo ambigit, iniuſto aliquo dominante homini impoſita eſt. Porro quia de omnipotentia Dei, & iuſtitia B dubitare dementis eſt, iuſta hæc pœna eſt, & pro peccato aliquo penditur, &c. Et alio loco : (*ſc. l. 3. de lib. arb. c. 18.*) approbare falſa pro veris, vt erret inuitus, & reſiſtente atque torquente calore (*alias dolore*) carnalis vinculi, non poſſe à libidinoſis operibus temperare, non eſt natura inſtituti hominis, ſed pœna damnati, &c.

Proſequitur eodem lib. & cap. retract. Quamuis, inquit, ignorantia, & difficultas, etiamſi eſſent hominis primordia naturalia, nec ſic culpandus Aug. eſſet Deus, ſed laudandus eſſet, ſicut in eodem libro 3. diſputauimus : quæ diſputatio contra Manichæos habenda eſt, qui non accipiunt ſcripturas ſanctas veteris inſtrumenti, in quibus originale peccatum narratur; & quidquid inde C in literis Apoſtolicis legitur, deteſtabili impudentia immiſſum fuiſſe contendunt à corruptoribus ſcripturarum, tanquam non fuerit ab Apoſtolis dictum. Contra Pelagianos autem hoc defendendum eſt, (*ſc. per peccatum vitiatam eſſe naturam*) quod vtraque Scriptura commendat, quam ſe accipere profitentur. *Vbi vides contra Manichæos Scripturas reſpuentes, eiſſe ratione, & Deum irreprehenſibilem probaſſe, licet hominem minus bonum condidiſſet, non tamen malum, quem vt ſic, ſummè bonus creare non potuiſſet.*

Cæterùm quod ſpectat ad plenam, & perfectam libertatem, qua cum ſimplici gratia ſufficientis auxilio Aug. *homo primo conditus rectus, vti poterat, eam non ad ſtatum præſentem naturæ corruptæ retulit, eodem c. 9.* D *l. 1. retract.* Cùm, inquit, de libera voluntate rectè faciendi loquimur, de illa ſcil. in qua homo factus eſt, loquimur. Ecce tam longè, antequam Pelagiana hæreſis extitiſſet, ſic diſputauimus, velut iam contra illos diſputaremus. Cùm enim omnia bona, dicerentur ex Deo; id eſt, & magna, & media, & minima? In medijs quidem bonis inuenitur liberum voluntatis arbitrium, quia & malè illo vti poſſumus; ſed tamen tale eſt, quòd ſine illo rectè viuere nequeamus. Bonus autem vſus eius, iam virtus eſt quæ in magnis reperitur bonis, quibus malè vti nullus poteſt. Et quia omnia bona, ſicut dictum eſt, & magna, & media, & mi- E nima, ex Deo ſunt, ſequitur vt ex Deo ſit & bonus vſus liberæ voluntatis, quæ virtus eſt, & in magnis numeratur bonis. (*Et proinde iuxta præmiſſa, quilibet actus bonus intellectus & voluntatis, niſi Deo & eius gratia præuia & impellente, fieri omnino non poteſt.*) Deinde dictum eſt; ex qua miſeria peccantibus iuſtiſſimè inflicta, (*quia & intellectu & voluntate, hoc eſt libertate ſana & integra, habente ſibi ſubiectam ſufficientem gratiam, qua inferiorem appetitum regere, & tentationi facilè reſiſtere poterat, nulla adhuc concupiſcentia abſtrahente, & illiciente intrinſecus iuſtiſſimè nimo, carne concupiſcente aduerſus Spiritum, potentiori natura gratia, & vt*

tiæ prædominãti ſubiecta eſt, abſque tamen coactione, & neceſſitate, vt bene agat.) Ex qua, inquit, miſeria peccantibus iuſtiſſimè inflicta, liberet Dei gratia: quia ſponte homo, id eſt libero arbitrio cadere potuit, non etiam ſurgere. Ad quam miſeriam iuſtæ damnationis pertinet ignorantia, & difficultas quam patitur omnis homo ab exordio natiuitatis ſuæ, nec ab iſto malo, niſi Dei gratia quiſquam liberatur. Quam miſeriam Pelagiani nolunt ex iuſta damnatione deſcendere, negantes originale peccatum. *Nunc autem plerique licet agnoſcant originale peccatum, fingunt ſibi, reatu culpæ, & pœna æterna, per baptiſmum ablato, ita plenam reſtitutam eſſe fidelibus liberi arbitrij ſanitatem, vt quandocumque libuerit, poſſint ſi velint, ſine gratia efficaci, bene agere, ſiue ſufficientem tantummodo gratiam, per ſuum liberum arbitrium reddere efficacem, quiſquis autem hoc ſentit, audiat Auguſtinum, lib. de prædeſt. ſanct. c. 2. & 3.* Quaſi componat homo cum Deo, vt partem fidei ſibi vendicet, atque illi partem relinquat; & quod eſt elatius, primam tollit ipſe, ſequentem dat illi, & in eo quod dicit eſſe amborum, priorem ſe facit, poſteriorem Deum. Non ſic pius atque humilis Doctor ille ſapiebat, Cyprianum beatiſſimum loquor, qui dixit, libro 3. ad Quirinum c. 4. in nullo gloriandum, &c. quod vt oſtenderet, adhibuit Apoſtolum teſtem, dicentem; quid autem habes, &c. *Si iam poſt lapſum humana natura penes hominem eſt, vt gratiam ſufficientem, omnibus a Deo datam, nulli penitus denegatam, quilibet propria libertate, abſque alio adiutorio amplioris poſſit gratia reddere efficacem, nil in hoc differimus à primæuo ſtatu Innocentiæ. Si idem nunc poſſumus, nec ampliori egemus gratia, vt quid eam petimus, quam in manu noſtra & poteſtate tenemus? Si non plus poſt aduentum Chriſti accepimus gratiæ, quid erat neceſſe vt veniret Chriſtus? Si Deus tantùm ſufficientem porrigit gratiam, quam voluntate noſtra facimus efficacem, cùm gratia efficax ſit longè ſufficiente præſtantior, melius aliquid facit homo, præſtat homo, quã Deus. Et vbi erit veritas verbi Dominici,* ſine me nihil poteſtis facere? *ergo non poteſt, Chriſto veridico teſtante, ſufficientem gratiã, ſine adiutorio efficaci, humanum efficacem exhibere arbitrium. Non aduertunt Apoſtolum, non tantùm baptizatum, ſed & vas electionis electum, ſentientem in membris legem carnis, &c. Non quod vult bonum agentem, ex ſe non ſufficientem cogitare; Deum operantem, & velle, & perficere, &c. Ad hæc reſpõdeo, ex doctrina S. Aug. de gratia efficaci, non tolli, ſed magis confirmari veram hominis libertatem. Licet enim ex hypotheſi, ſiue in ſenſu compoſito, ſuppoſito quod gratia per ſe efficaciter moueat, & impellat voluntatem ad actum amoris Dei, odíq; peccati, obedientia mandato Dei, &c. Implicet non moueri, & proinde determinatus ſit ille actus: manet tamen ſemper libera voluntas, vt poſſit diſſentire, ſi velit. Potentia itaque manet indifferens in ſe, licet actus ſit determinatus. Si enim tunc occurreret menti aliud motiuum præualens, & concupiſcentia ſuauitate gratia præpolleret; proculdubiò actus illos ſupernaturales libertas humana non exerceret. Sed vt cum Tertulliano retexam:* Hæc eſt vis diuinæ gratiæ, potentior vtique natura, habens ſubiectam ſibi liberi arbitrij poteſtatem.

Vnde ſecundùm Euangelium, forti armato ſuperuenit fortior, & omnia eius arma in quibus confidebat, eripit, *& prædominante concupiſcentia, gratia cæleſtis ſuauiſſima voluptate, nulla coactione, aut neceſſitate poſita, in bonum & meritorium actum, liberrime, & ſecundùm naturam quàm maxime, verum ſuadendo intellectui, & bonum voluntati, allicit humanum arbitrium. Non aduertunt quomodo cum efficaci gratia ſtare, & ſaluari poſſit arbitrium liberum: nec vident totam ſalutem humanæ libertatis per Spiritum gratiæ liberatricis, non ſolum a ſeruitute peccati liberari, ſed & inſuper redintegrata per Chriſtum ad bonum libertate, in Adamo peccante debilitata, ſaluá ſemper ad vtrumlibet, etiam in actu determinato, poteſtate, pro naturali indifferentia ſua, dum viuit in via, nulla coactione, nulla neceſſitate, ſed pro ſuo libito liberrime ferri. Quantum ad indifferentiam, in qua ponebant Pelagiani Dei in homine imaginem, de theſauro Auguſtini, noua ſimul, & vetera depromo; vetera inquam manuſcripta, de nouo in lucem edita. Ex quamplurimis hæc pauca excerpo l. 5. operis perfecti cont. Iulianum, ſect. 38. Vbi Iulianus dixit:* Ideo, inquit, potuit oriri mala voluntas, vt oriri poſſet, & bona: hæc libertas eſt, in qua ſe ratio exercet, propter quod ad imaginem Dei homo factus aſſeritur, per quam creaturis cæteris antecellit. Si ergo quod in homine mala voluntas potuit oriri, nihil eſt aliud quàm arbitrij libertas; ad hoc tantùm eſt, vt per eius inſignia, cæteris antiſtet animantibus. Tu qui hanc poſſibilitatem profiteris, ideo fuiſſe in homine, non quia à Deo, ſed quia de nihilo factus eſt, nouo dogmatis prodigio, illud nihil, id eſt antiquam inanitatem, tanti boni, id eſt liberi arbitrij cauſam pronuntias, &c. *Auguſtinus reſpondit.* Quid eſt, inquit, quod ita reſpondendum putaſti, &c. Cùm ego non neceſſitatem tribuerim tali cauſæ, ſed poſſibilitatem mali: quia non dixi, ideo eſſe ortum, ſed ideo potuiſſe oriri ex bono malum; & accuſaſti tandiu nihil, & violentum feciſti nihil, quaſi peccare Angelum & hominem ineuitabili neceſſitate cõpulerit nihil, &c. Poſſibilitatem dedi huic cauſæ, non neceſſitatem. Rationalis quippe creatura, cùm primùm facta eſt, ita facta eſt, vt ſi peccare nollet, nulla neceſſitate vrgeretur vt vellet, aut etiam non volens, id eſt inuita peccaret, & non quod vellet faceret bonum, ſed malũ quod nollet, hoc ageret. Vbi iam (*poſt Adæ peccatum exortã concupiſcentiã*) non peccatum illud, quod ſimpliciter peccatum dicitur, ſed etiam pœna peccati eſt. (*Quam inuiti patimur*) Veruntamen malè aliquid velle, vel mali aliquid etiam nolens facere omnino non poſſet, niſi de nihilo facta eſſet, id eſt ſi Dei natura eſſet. Sola enim Dei natura de nihilo facta non eſt, quia nec facta eſt, & ideo nullo prorſus modo mutari poteſt, &c. (*Potuit autem mutari in malam bona voluntas hominis creata, quia de nihilo facta eſt.*) Sed, inquis, ideo potuit oriri voluntas mala, vt oriri poſſet & bona. Quaſi non cum bona voluntate ſit factus, vel Angelus, vel homo. Factus eſt rectus, ſicut dicit Scriptura: Non ergo quæritur, vnde in illo potuerit oriri bona voluntas, cum qua factus eſt; ſed vnde mala, cum qua factus non eſt. Et tu dicis, non attendens quid dicas, ideo potuit oriri voluntas mala, vt oriri poſſet & bona: Et hoc putas ad naturam liberi arbitrij pertinere, vt poſſit vtrumque, & peccare ſcil. (*quod non eſt poteſtas, ſed infirmitas, & defectibilitas ex nihilo procedens*) & non peccare. Et in hoc exiſtimas hominem factum ad imaginem Dei, cùm Deus ipſe non poſſit vtrumque. Neque enim demens quiſquam dixerit, Deum poſſe peccare, aut tu dicere audes, Deum liberum arbitrium non habere. Dei ergo, non nihili munus eſt liberum arbitrium; ſed in ipſo Deo ſummum eſt arbitrium, qui peccare non poteſt. Quoniam ſi iniuſtus eſſe poſſet, etiã Deus non eſſe vtique poſſet: Si enim Deus eſt, conſequentiſſimè iuſtus eſt, &

ideo ſummè maximéque habens liberum arbi- A
trium. Peccare autem non poteſt Deus. Angelus
ergo, vel homo propterea peccare potuit, ideo
propterea iſto Dei munere quod eſt liberum arbi-
trium malè vti potuit, quia non eſt Deus; hoc eſt
de nihilo factus eſt à Deo, non de ipſo Deo. In-
tellige, & tace; aut quod intelleceris, non autem
S Auguſt. quod non intelleceris, loquere. *Et ibid. ſect. 41.
vbi de mala hominis voluntate.* Quære, inquit, vnde
orta ſit, quam negare non potes ortam eſſe, quia
negare non potes, non fuiſſe, & cœpiſſe: quære
inquam, vnde orta ſit, & inuenies ipſum homi-
nem; ex illo quippe orta eſt voluntas mala, quæ
in illo ante non fuit. Quære etiam qualis erat ho-
mo, antequam voluntas mala oriretur ex illo, & B
inuenies bonum; ea quippe voluntate factus eſt
malus, quæ antequam oriretur ex illo, talis erat,
qualis à bono factus erat, id eſt bonus. Hoc eſt
igitur quod ait meus Doctor, & tuus deſtructor
Ambroſius, ex bonis igitur mala orta ſunt: quod
tu negando, & dicendo; rerum ratio non ſinit, vt
de bono malum, & de iuſto iniuſtum aliquid pro-
feratur: tantum adiuuas Manichæos, ad intro-
ducendam naturam mali, de qua dicunt oriri ma-
la, vt te Patronum ſui gratulentur erroris, niſi
cum eis & ipſe vincaris. Tu es enim qui mirabi-
li eloquentia, vel potius amentia defendis paruu- C
los, vt à Saluatore ſepares, (*negans eos originaliter
peccaſſe, & gratia Saluatoris egere;*) ſic oppugnas
Manichæos, vt contra Saluatorem ſubleues. *Si
enim peccatum à natura mali oritur, vel ab æterno
nihilo, peccatum neceſſitate contraxit Adam, & ei non
imputatur; nec proinde eguit Saluatore.*

*Neceſſitati Auguſtino impoſita, iam ſupra ſatis-
factum eſt, vbi verba Catechiſmi Romani retuli, &
expoſui; & aliàs paſſim, vbi de gratia ſuauitate, nul-
lam coactionem, aut neceſſitatem inferente, ſed volu-
ptatem plurimam inſinuante tractant, maxime, V.*
Gratia Dei, *num. 3. tomo 2. dicemus. Vide item dicen-
da Verbo* libertas hominis, *in Alphabeto errorum;
vbi iuxta Concilium Trid. etiam de poſſibilitate man-
datorum dicturi ſumus; Nec Caluiniſticâ neceſſitate,
vel vt inanima inſtrumenta, nullum ex ſe motum ha-
bentia, ſed proprie, & ſecundum naturam ſuam, liberè
homines agere probabimus: Bene autē ex ſe nō poſſe ſine
gratia, propter infirmatam peccato originali liberta-
tem. Et hac ſubiicio ex Auguſtino, l. 3. operis perfecti.
cont. Iulianum, ſect. 113. vbi reſpondet Iuliano dicenti:*
Nomen libertati, captiuitatis negatione tribuen-
dum, vt quoniam id quod liberum non erat, alte-
ri de contrarijs cogeretur adhærere.

S. Auguſt. *Auguſtinus reſpondet.* Quid aperta implicas lo-
quacitate perplexa? Ad malum liber eſt, qui vo-
luntate agit mala, aut opere, aut ſermone, aut
certè ſola cogitatione. Hoc autem grandioris
ætatis quis hominum non poteſt? Ad bonū autem
liber eſt, qui volūtate bona agit, bona etiam ipſe,
aut opere, aut ſermone, aut certè ſola cogitatio-
ne; ſed hoc ſine Dei gratia nullus hominū poteſt.
Quod ſi dicis aliquem poſſe, contradicis ei, qui
dixit, ſine me nihil poteſtis facere. Contradicis
etiam ei qui dixit: non quia idonei ſumus cogi-
tare aliquid, &c. Puto quod aliquid boni, non
mali, ſe dixit, non ex ſemetipſo cōgitare ido-
neum, ſed ex Deo. De cogitatione autem bona, &
ſermo bonus eſt, & opus bonum. Ac per hoc qui
cogitare aliquid boni idoneus non eſt ex ſemet-
ipſo, profectò nec loqui eſt idoneus, nec agere ali-
quid boni ex ſemetipſo; ſed ſi eſt SVB GRATIA,
ſc. prædominante, imperante, ſubiiciente voluntatem,
A *ſine coactione, ſine neceſſitate, ſed ſub leni onere, iugo
ſuaui, cum voluptate, proprijs obiectis intellectus &
voluntatis, veri, & boni, ſuauiter, & ſecundùm natu-
ram, licet ſupernaturaliter applicatis.*) Sufficientia
eius ex Deo eſt. Vnde dictum eſt. Matth. 10. 20.
Non eſtis vos qui loquimini, ſed Spiritus Patris
veſtri qui loquitur in vobis. Et Romanor. 8. 14.
quotquot Spiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei.
Hæc ergo intuens, neminem eſſe liberum ad a-
gendum bonum, ſine adiutorio Dei, dixi. *Quod
adiutorium, & impulſus, non impedit, aut neceſſitat,
aut cogit, ſed vel ipſo nomine, adiuuat liberum arbi-
trium; & impeditum, & vinctum ſoluit:* quia vbi
Spiritus Domini, ibi libertas; *vbi charitas, nulla ne-*
B *ceſſitas. Diſtinguit autem perlucidè Auguſt. ſtatū na-
turæ integra, & corrupta, & peccatum primum quod
homo in natura integra commiſit, quod tantummodo
peccatum erat, & non poterat eſſe pœna alterius præce-
dentis peccati, & mere liberum fuit, quod nulla concu-
piſcentia pertrahente, & inuita commiſit; aliud autem
quod iam corruptâ naturâ, lege in membris contra ſpi-
ritum vigente committere tentatur, eſt pœna pec-
cati. Sic enim Auguſt. l. 5. operis perfecti cont. Iulia-
num, ſect. 40.* Angelus, & homo qui propterea S. Aug.
peccauit, quia voluit, potuit & nolle peccare. Et
ita homo creatus eſt, vt poſſit, & nolle, & velle,
C & quodlibet horum habeat in poteſtate. Sed a-
liud eſt originale peccatum, quod & ſi trahunt
ſine propria voluntate naſcentes, tamen per vo-
luntatem primi hominis ipſa eſt origo vitiata: ſi-
cut aliud etiam eſt in maiore homine; propter
quod dicit: non enim quod volo facio bonum, ſed
quod nolo malum, hoc ago: nec tamen iſta ne-
ceſſitas inſanabilis eſt ei (*Deo per gratiam ſanante
liberum arbitrium, in quo manſit ad vtrumque flexi-
bilitas, in malum vtique ex ſeipſo, ſed in bonum non ſi-
ne adiutore Deo cui dicitur*) de neceſſitatibus meis
erue me.

Et ſect. 50. Attende, inquit, eum qui dicit, quod S. Aug.
nolo malum, hoc ago; & reſponde verū neceſſita-
tē non habeat agendi malum quando quod vult
non facit bonū, ſed quod non vult malū hoc agit.
D Quod ſi Apoſtolo repugnare non audes, ecce ho-
mo à neceſſario, malè agens, diſſenſiones tuas di-
rumpit & diſſipat: neceſſitate quippe malum a-
git, qui non vult & agit. Hoc autem quod no-
lens agit, ſi tantummodò concupiſcere eſt carne,
ſine vlla mentis conſenſione, membrorumque
operatione, mala eſt concupiſcentia carnis, etiam
ſi non ei conſentiatur ad malum; quam tamen te
laudare delectat. Si autem tantum cogitur iſte
qui clamat, hoc ago quod nolo malum, vt etiam
ſua membra exhibeat arma peccato, non ſolùm
concupiſcuntur à neceſſario mala, verùm etiam
committuntur.

Hoc loco non voluit S. Doctor dicere nos neceſſitate
E *& coactione peccare, ſed à malo concupiſcentia, quod
inuiti, coacti, neceſſitati velimus nolimus, ex Dei iuſti-
tia in pœnam peccati patimur, nos non tantum ad con-
cupiſcendum, ſed etiā ad conſentiendum, peccandum-
que actu pertrahi, illici, tentari, quanquam libere, &
plenâ voluntate, quin etiam ſæpiſſime voluptate pecce-
mus. Aliàs nec peccatum eſſet, ſi voluntariū non eſſet,
vt nec in bono opere meritum. Et concludit:* Quid eſt
quod dicis, Ecce ego non quod volo facio bo-
num, ſed quod nolo malum, hoc ago. Notum eſt,
quòd homo primus voluntate malum egit, non
neceſſitate: (*accipit ſemper neceſſitatem pro innata
concupiſcentia, infallibiliter abſque ſanante gratia, ad
peccatum pertrahente; quam neceſſitatem non patie-
batur*

A *batur homo in ſtatu innocentiæ* (ſed iſte qui dicit, quod nolo malum, hoc ago, neceſſitate (*inclinatione naturæ corruptæ*) ſe oſtendit malum agere, non voluntate; & flens miſerias ſuas, ridet diffinitiones tuas.

Et rurſum ſect. 51. Iuliano dicenti : Vt poſſit malum, & bonum facere, neceſſarium eſt : vt autem malum faciat, non neceſſario, ſed poſſibili ſuo debet. Vbi autem poſſibilitas eſt partis vtriuſque, neceſſitas neutra eſt. Sic fit, vt nihil ſit aliud peccatum, quàm voluntas agendi quod iuſtitia vetat, & vnde liberum eſt abſtinere, &c. *Auguſtinus reſpondit* : Iam te omnino negligit, qui ea B quæ tibi ſupra reſpondimus legit. Quoniam qui dicit, non quod volo facio bonum, &c. Neceſſitate ſe ad agendum malum premi, ſatis apertè indicat, & oſtendit falſum eſſe quod dicis, vt malum faciat, non neceſſario; ſed poſſibili ſuo, debet; & cætera talia quæ garris inaniter. Sic fit, vt illa diffinitio; quæ dicitur, eſſe peccatum, voluntas agendi quod iuſtitia vetat, & vnde liberum eſt abſtinere; illud peccatum complectatur, ſicut iam ſuperius dixi, quod tantummodo peccatum eſt; non quod etiam pœna peccati. Tali namque pœnâ, iſte agebat quod nolebat malum, vnde illi ſi liberum eſſet abſtinere, nequaquam diceret, non quod volo, &c. Sicut ergo nos agnoſcimus hominem in corpore vitæ illius beatum, C vbi habuit liberum arbitrium, quod vellet agere ſiue bonum, ſiue malum : (*nullâ tum à bono retrahente & in malum impellente concupiſcentia mala*) ſic & tu cognoſce hominem in corpore mortis huius miſerum, vbi perdita libertate perfecta audis eum dicere, non quod volo, &c. Miſer ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? *Subijcit Paulus* : Gratia Dei, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. *Aduerte dixiſſe, perditam libertatem, non abſolutè deſtructam; ſed infirmatam iuxta pſaltem* : Infirmata eſt in paupertate virtus mea.

Cùm ſpoliatus theſauris innocentiæ, intellectus ignorantia, voluntas concupiſcentia iugo in pœnam inobedientiæ mancipata eſt. Vnde factum eſt vt iam non ita plenè liber eſſet ſicut erat prius ad cognoſcendum verum, & amandum bonum. Ex quo fit vt tam neceſ- D *ſaria ſit illi gratia medicinalis Redemptoris ad ſingulos actus, vt ait Ep. 107. ad Vitalem. vt peccato reſiſtat, ſiue vt* declinet à malo, & faciat bonum : *quàm ab innata iam, & facta neceſſaria, & naturali, corruptione peccati, inclinatur ad malum; cui infallibiliter aſſentietur, niſi diuina gratia per ſeipſam efficaci adiuuetur. Quid enim per ſe poteſt infirma natura, cui ſola poſſibilitas, id eſt flexibilitas in bonum relicta eſt, niſi in illud à gratia ſanante impellatur? Non ſic tamen vt nihil agat, ſed vt gratia oculum mentis ſanante, videat & intelligat verum; & gratiâ concupiſcentiam ſuperante, & voluntatem charitatis dulcedine perfundente, ipſa verè & propriè eligat & diligat ſummum bonum.* E

Aug. *Proſequitur, idem argumentum lib. 6. op. perfecti. contr. Iul. ſect. 17.* Cùm quis ignorat quod facere debeat, & ideo facit, quod facere non debeat, non ei fuit liberum abſtinere (*intellige perfectè liberum*) vnde abſtinendum eſſe non nouerat. Itemque ille qui, vt dicitis, non origine, ſed conſuetudine premitur, (*quam ſupra l. 5. ſect. 59. iuxta doctos dixit eſſe ſecundam naturam, cui & comparat violentiam pœnalem ſummi illius maximique peccati primi hominis, in omnibus qui erant in lumbis eius, per eius concupiſcentiam exorturi;*) vt exclamet, non quod A volo, &c. Quomodo ei liberum eſt, abſtinere ab eo malo quod non vult, & facit; & odit, & agit? His autem pœnis carere, ſi eſſet in hominum poteſtate, non Deus rogaretur, & contra cæcitatem, vbi ei dicitur. Pſal. 12. 4. Illumina oculos meos. Et contra iniquam cupiditatem, vbi ei dicitur. Pſal. 118. Non dominetur mihi omnis iniquitas. Porrò ſi etiam iſta peccata non eſſent, quia non ab eis liberum eſt abſtinere, non diceretur Pſal. 24. 7. delicta iuuentutis meæ, & ignorantiæ meæ ne memineris. Non diceretur. Iob. 14. 17. ſignaſti peccata mea in ſacculo, & adnotaſti (*Pagn. ex* B *Hebr. ſignata eſt ligamine forti pœna præuaricationis meæ, & addidiſti pœnam pœnæ*) ſi quid inuitus admiſi. *Sicut legunt Sept. Idem iam dixerat tom. 4. lib. Annot. in Iob.* 14. Inuitum, inquit, errare, pœna peccati eſt. Et quidem mons cadens defluit (*Iob. ibid. verſu* 18.) Ita & homo ex altitudine & firmitate ſua cecidit: & petra veteraſcit in loco ſuo; vt homo in genere ſuo, & conditione ſua : & alluuione frequentium gurgitum, quaſi & homo ita ad exilitatem perductus eſt, cùm crebris cupiditatum alluuionibus atteritur. *Quid ad ruinas peccati originalis aptius?*

S. Aug. *Lubet amplius & clarius locum Pauli per Auguſtinum explanare l. 1. de nuptijs & concupiſc. c. 27.* Agit, inquit, aliquid concupiſcentia carnis, & quando C (*etiam*) non exhibetur ei vel cordis aſſenſus vbi regnet, vel membra, vel arma quibus impleatur quod iubet. Agit autem quid, niſi ipſa deſideria mala & turpia? Non enim ſi bona & licita eſſent, eis obedire prohiberet Apoſtolus, dicens : Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, ad obediendum deſiderijs eius. Roman. 6. Non enim ait, ad habenda deſideria eius : ſed ad obediendum deſiderijs eius : vt quoniam ſunt in alijs maiora, in alijs minora, prout quiſque in hominis interioris nouitate profecerit, in hoc agonem iuſtitiæ pudicitiæque ſeruemus, ne illis obediamus: vt tamen nec ipſa ſint deſideria, velle debemus, etiamſi in corpore mortis huius id obtinere non poſſumus. Hinc enim & alio loco idem Apoſtolus loquens, velut ex ſuæ perſonæ introductione nos inſtituit dicens. Roma. 7. Non enim D quod volo hoc ago, ſed quod odi illud facio : id eſt concupiſco: quia & hoc nollet facere, (*ſc. concupiſcere*) vt eſſet omni ex parte perfectus. Si autem quod nolo, inquit, hoc facio, conſentio legi, quoniam bona eſt; quia hoc & illa non vult, quod & ego nolo. Non vult enim vt concupiſcam, quæ dicit Exod. 20. Non concupiſces : & ego nolo concupiſcere. In hoc itaque conſentiunt voluntas legis, & mea. Verùm quia concupiſcere nolebat, & tamen concupiſcebat, ſed eidem concupiſcentiæ nequaquam conſentiendo ſeruiebat, adiunxit atque ait; nunc autem iam non ego operor illud (*ipſum concupiſcere*) ſed id quod inhabitat in me peccatum. *Id eſt pœna peccati, fomes ille,* E *& concupiſcentia relicta, etiam in Apoſtolo. Pergit ſequenti capite* : Multum autem fallitur homo, qui conſentiens concupiſcentiæ carnis ſuæ, & quod illa deſiderat decernens facere & ſtatuens, putat ſibi adhuc eſſe dicendum, non ego operor illud, etiamſi oderit, quia conſentit. Simul enim eſt vtrumque: & ipſe odit, quia malum eſſe nouit: & ipſe facit, quia facere ſtatuit. Iam verò, ſi & illud addat quod Scriptura prohibet, dicens : neque exhibueritis membra veſtra arma iniquitatis peccato : vt quod facere ſtatuit in corde, etiam corpora compleat; & ideo dicat, non ego operor

S. Auguſt.

illud, ſed quod habitat in me peccatum: quia (A) cùm id decernit, & facit, & diſplicet ſibi tantùm errat, vt nec ſeipſum agnoſcat, quando cùm ex toto ipſe ſit, & corde ſtatuente, & corpore implente, adhuc ſeipſum eſſe non putat. *Captiuitatis autem huiuſmodi nexus multiplicantur, & compedes aggrauantur, cùm malo non tantum illo corrupta naturæ, corpore peccati, fomite concupiſcentiæ quam inuiti, velimus, nolimus, ad mortem vſque neceſſariò pertamus, vt etiam nolentes ſecundùm appetitum ſuperiorem & rationalem, concupiſcamus tamen ſecundùm inferiorem carnalem, cui tamen non niſi volentes & liberi conſentimus: ſi conſenſum præbemus, iam annulum vnum catenæ noſtræ ſeruitutis teximus. Cùm verò per corpus & actu peccatum implemus, alium* (B) *annulum fabricamus. Cùm actus multiplicamus, catenam porrigimus, & malo habitu velut aliâ ſuperadditâ captiuitate implicamur.*

Tantum porro abeſt vt hæc voluntaria neceſſitas, inuitum ac nolentem impellat & cogat ad peccandum, quinimo facilius & habitu, liberiuſque peccatur, cùm voluntati voluptas additur. Ex aduerſo, cum gratia efficaci ad bonum virtutis impellenti conſentimus, nulla vis, coactio nulla, vel neceſſitas violat libertatem, imo quo pluribus gratiis actualibus, ſecundum naturã rationalem, nos ad perfectionem noſtram finem & beatitudinem, quam omnes appetunt, monentibus aſſentimur, quò plures actus virtutis, ſuauiter & delectabiliter, gratiâ ad ſingulos actus data, operamur, malos ſen- (C) *ſim habitus exuentes, & nos catenis prius voluntariis, filio veritate intellectum liberante, Spiritu ſancto bonitate ſua concupiſcentiam malam minuente, Patris omnipotentiâ infirmitatem naturæ roborante, liberiores in dies euadimus. Et qui prius inuiſcati glutino concupiſcentiæ duabus alis, pedibuſque laqueo præpeditis, ignorantia, & concupiſcentia, a diabolo decepti,* à propria concupiſcentia abſtracti & illecti, *verum & ſolidum bonum, nec agnoſcebamus, nec amabamus,* ſed mundum totum in maligno poſitum, & quæ in mundo ſunt, charitatem Patris non habentes, adulteri diligebamus, *& volentes, & liberi, etiam cum voluptate eligebamus: ſubitò conuerſi retrorſum cum Iordane, toto impetu reducibus* (D) *aquis in caput, & originem ac principium noſtrum, & bonorum omnium fontem Deum optimum maximum,* in odorem vnguentorum eius tracti *nullâ neceſſitate vel coactione, ſed voluntate, libertate pleniſſima, quin etiam voluptate currimus. Quis enim intellectus inuitus primæ ac ſummæ veritati ſe ſubiicit? Quæ voluntas ſummo bono coacta ſeruit? Quis auarus theſauro, ambitioſus Imperio, voluptuoſus obiecto pulcherrimo, & ſenſuum omnium deliciis ſibi propoſitis inuitus, neceſſitatus, coactus, & non lubens & volens afficitur? Quæ auis tamen vel laqueo expedita pro ſua libertatis modulo libero aëre non gaudet, non exultat? Sic ninthori gratia & libertatis ſua gratulabatur pſaltes* (E) *Regius: qui cùm prius ſub catenarum pondere captiuum ſe ingemeret:* Funes peccatorum circumplexi ſunt me. Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.

Qui inſtanter orabat, rugiens à gemitu cordis ſui. *Pſ.24.17.* Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt, de neceſſitatibus meis erue me. *Tandem liberatori gratulatus.* Dirupiſti, inquit, vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt, de laqueo venantium. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus, *& quo adiutore?* Adiutorium, inquit, noſtrum in nomine Domini.

Dicat ipſe Auguſtinus liberam captiuitatem ſuã, (A) *& captiuam libertatem, l.8.conf.c.5.* Suſpirabam, (S. Aug.) inquit, ligatus, non ferro alieno, ſed meâ ferrea voluntate. Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & conſtrinxerat me. Quippe ex voluntate peruerſa, facta eſt libido: & dum ſeruitur libidini, facta eſt conſuetudo: & dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas. Quibus quaſi anſulis quibuſdam ſibimet innexis, vnde catenam appellaui, tenebat me obſtrictum dura ſeruitus. Voluntas autem noua, *(ex initium gratiæ, ſufficientis quidem ad volendum, ſed non ſatis efficacis, ad perficiendum)* quæ mihi eſſe cœperat, vt te gratis colerem, fruique te vellem, Deus, ſola certa iucunditas (*& quidni ea fruenda* (B) *violentum & coactum, aut neceſſitati violentæ ſubiectum?*) Nondum erat idonea ad ſuperandam priorem vetuſtate roboratam. Ita duæ voluntates meæ, vna vetus, alia noua, illa carnalis, illa ſpiritalis, confligebant inter ſe, atque diſcordando diſſipabant animam meam. Sic intelligebam ipſo experimento meo, id quod legeram quomodo concupiſceret caro aduerſus ſpiritum & ſpiritus aduerſus carnem, &c. Fruſtra condelectabar legi tuæ ſecundùm interiorem hominem, cùm lex alia in membris meis repugnaret legi mentis meæ, & captiuum me duceret in legem peccati, quæ in membris meis erat. Lex enim peccati eſt violentia conſuetudinis, quâ trahitur, & tenetur (C) etiam inuitus animus, eo merito, quo in eam volens illabitur. Miſerum ergo me; quis liberabit me de corpore mortis huius, niſi gratia tua per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum?

Sed quomodo ſolutus ſit hâc catenâ, dicam, cum exponeret ipſo verſiculum Pſ.30. Quia reſpexiſti hu- (S. Aug.) militatem meam, ſaluam feciſti de neceſſitatibus animam meam. Quæ ſunt, inquit, neceſſitates vincendarum vetuſtiſſimarum, & annoſarum malarum conſuetudinum? Vincere conſuetudinem, dura pugna, noſti. Vides quàm malè facias, quàm deteſtabiliter, quàm infœliciter; & facis tamen. Feciſti heri, facturus es hodie. Si ſic tibi diſplicet cùm diſputo, quomodo diſplicet tibi, (D) cùm cogitas? & tamen facturus es hoc. Vnde raperis? Quis te captiuum trahit? An illa lex in membris tuis repugnans legi mentis tuæ? Clama ergo, infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum: & impletur in te quod modo diximus; ego autem in Domino ſperaui, exultabo & iocundabor in tua miſericordia, quia reſpexiſti humilitatem meam, ſaluam feciſti de neceſſitatibus animam meam. Vnde enim facta eſt ſalua de neceſſitatibus anima tua, niſi quia reſpecta eſt humilitas tua: Niſi prius humiliareris, nõ te exaudiret, qui te à neceſſitatibus liberaret. Humiliatus eſt qui dixit, infœlix ego homo, (E) &c. Non ſunt humiliati, qui ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. *Id eſt gratiæ iuſtificanti, & ad iuſtitiam ampliorem, ad ſingulos actus virtutis excitanti, vt qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc, & quantò per gratiam ſubiicientem ſibi liberum arbitrium, fit Deo ſubiectior, tantò à neceſſitatibus priſtinis cupiditatum & conſuetudinum malarum fit liberior. Vnde Auguſtinus ibidem.* (Aug.) Cupiditates, inquit, noſtræ quando validæ ſunt, & quando eis ſeruimus, neceſſitates vocantur. Liberante autem Deo animam noſtram de neceſſitatibus noſtris, quid erit quod in nobis teneat inimicus, vt concludamur, in manibus eius? Statuiſti in loco ſpatioſo pedes meos. Certè anguſta via eſt: laboranti anguſta eſt,

amanti lata eſt. Eadem quæ anguſta eſt, lata fit. In ſpatioſo dicit poſuiſti pedes meos, ne anguſtiati pedes mei irent in ſe, & incurrendo in ſe, deijcerent me. Ergo quod ait, poſuiſti in ſpatioſo pedes meos: plane feciſti mihi facilem iuſtitiam, quæ mihi erat aliquando difficilis, hoc eſt poſuiſti in ſpatioſo pedes meos.

Aug. *Sed iucundum eſt ipſum audire confitentem libro nono, confeſſ. capite primo.* Domine, ego ſeruus tuus, ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Laudet te cor meum, & lingua mea, & omnia oſſa mea dicant, Domine quis ſimilis tui? Dicam, & reſpondę mihi, & dic animæ meæ, ſalus tua ego ſum. Quis ego, & qualis ego? Quid non mali ego? An facta mea, aut ſi non facta, dicta mea, aut ſi non dicta, voluntas mea fuit? Tu autem Domine bonus, & miſericors, & dextera tua reſpiciens profunditatem mortis meæ, & à fundo cordis mei exhauriens abyſſum corruptionis. Et hoc erat totum, nolle quod volebas. & velle quod nolebas. Sed vbi erat tam annoſo tempore, & de quo imo altoque ſecreto euocatum eſt in momento liberum arbitrium meum, (*viden etiam in abyſſo corruptionis libere noluiſſe quod volebat Deus, & voluiſſe quod nolebat ſed vide, quam liberè etiam & ſuauiter ſit conuerſus*) quo ſubderem ceruicem leui iugo tuo, & humeros leui ſarcinæ tuæ, Chriſte Ieſu, adiutor meus, & redemptor meus? Quàm ſuaue mihi ſubitò factum eſt carere ſuauitatibus nugarum, & quas amittere metus fuerat, iam dimittere gaudium erat. Eijciebas enim eas à me vera tu, & ſumma ſuauitas: Eijciebas, & intrabas pro eis omni voluptate dulcior, ſed non carni & ſanguini: omni luce clarior, ſed omni ſecreto interior: omni honore ſublimior, ſed non ſublimibus in ſe. Iam liber erat animus à curis mordacibus ambiendi, & acquirendi, & volutandi, atque ſcalpendi ſcabiem libidinum: & garriebam tibi claritati meæ (*quaſi auis laqueo liberata ad ortum ſolis*) & diuitijs meis, & ſaluti meæ, Domino Deo meo. *Quid ibi non ſuaue, non volupe, non liberum in bonis? Quid ibi neceſſum, quid coactum, quid violentum in gratia? Sicut prius dum in voluptatibus ſuis lubens & volens gaudebat & ſe ſponte volutabat, voluntarias ſibi catenas intexens, & liberè ſuam* venundatus ſub peccatu, *libertatem oppignerans.*

Quantum abſit à neceſſitate Caluiniſtica mens Auguſtini, vnà vel alterà ſententià conuincam. Caluinus enim l. 2. inſtit. c. 3. num 10. Deus, inquit, voluntatem mouet, non qualiter multis ſæculis traditum eſt, & creditum, vt noſtræ poſtea ſit electionis, motioni aut obtemperare, aut refragari; ſed illam efficaciter efficiendo. *Auguſtinus enim præcurrens Concil. Trid. electionem ſemper liberam relinquit voluntati.* vt poſſit diſſentire ſi velit: *Licet ex*

Aug. *hypotheſi quod efficaciter moneat, actu nunquam voluntas diſſentiat. Sic enim contra Caluinum antidotum præparauit, l. 3. de Ciu. c. 10.* Manifeſtum eſt, inquit, voluntates noſtras, quibus rectè vel perperam viuitur, ſub tali neceſſitate non eſſe. Multa vtique facimus, quæ ſi nollemus, non vtique faceremus, &c. Sunt igitur noſtræ voluntates & ipſæ faciunt quicquid volendo facimus, quod non fieret ſi nollemus. *Et libro de gratia & libero arbitrio c. 20.* Gratia eſt quâ voluntas humana non tollitur, ſed ex mala mutatur in bonam, & cùm bona fuerit, adiuuatur. *Proinde nec niſi volentem à Satana ſuperari, ſicut niſi volens à Dei gratia efficaci mouetur. ſcribens in Pſ. 91. teſtatur.* Satanas fecit, di-

Err. Imput. Ten. & Aug.

A cit, ipſe mihi perſuaſit: quaſi Satanas habeat potentem cogendi. Aſtutiam ſuadendi habet. Sed ſi Satanas loqueretur, & taceret Deus, haberes vnde te excuſares. Modò aures tuæ poſitæ ſunt, inter monentem Deum, & ſuggerentem ſerpentem; quare hac flectuntur, hinc auertuntur? Non ceſſat Satanas ſuadere malum: ſed nec Deus ceſſat admonere bonum. Satanas autem non cogit inuitum. In tua poteſtate eſt conſentire, aut non conſentire. *Et l. 5. operis imperfecti cont. Iul.* Multa ſunt quæ agunt homines mala à quibus liberum eſt abſtinere. S. Aug. *Tandem vt lectori non ſim onerosus, l. 3. de lib. Arbitrio c. 1.* In eo diſſimilis (*motus ſc. lapidis, motui voluntatis,*) quod in poteſtate non habet

B lapis cohibere motum quo fertur inferius: Animus verò cùm non vult, non ita mouetur. Vt ſuperioribus deſertis, inferiora diligat. Et ideo lapidi naturalis eſt motus; animo verò iſte voluntarius. Hinc eſt quòd lapidem ſi quis dicat peccare, quod pondere ſuo tendit in infima, non dicam ipſo lapide ſtolidior, ſed profectò demens iudicatur. Animum verò peccati arguimus, cùm eum conuincimus, ſuperioribus deſertis, ad fruendum inferiora præponere. Propterea quid opus eſt quærere, vnde iſte motus exiſtat, quo voluntas auertitur ab incommutabili bono, ad commutabile bonum; cum eum non niſi animi & voluntarium, & ob hoc colpabilem eſſe fateamur,

C omniſque de hac re diſciplina vtilis ad id valeat, vt eo motu improbato, atque cohibito, voluntatem noſtram ad fruendum ſempiterno bono, à lapſu temporalium conuertamus.

Cui conuictus reſpondet Euodius: Video, inquit, & quodammodo tango ac teneo vera eſſe quæ dicis. Non enim quicquam tam firmè atque intimè ſentio, quàm me habere voluntatem, eaque me moueri ad aliquid fruendum: Quid autem meum dicam prorſus non inuenio, ſi voluntas, quâ volo, & nolo, non eſt mea. Quapropter cui tribuendum eſt, ſi quid per illam malè faciam, niſi mihi? Cùm enim bonus Deus me fecerit, nec benè aliquid faciam, niſi per voluntatem, ad hoc potius

D (*benè agendum ſcil.*) datam eſſe à bono Deo, ſatis apparet. Motus autem quo huc atque illuc voluntas conuertitur, niſi eſſet voluntarius, atque in noſtra potius poteſtate, neque laudandus cùm ad ſuperiora, neque culpandus homo eſſet, cùm ad inferiora detorquet quaſi quendam cardinem voluntatis. Neque omnino monendus eſſet, vt iſtis neglectis, ęterna vellet adipiſci: atque vt malè nollet viuere, vellet autem benè. Hoc autem monendum non eſſe hominem quiſquis exiſtimat, de hominum numero exterminandus eſt.

Licet autem eximiè vterque interlocutor, Auguſtinus & Euodius, ratiocinentur in his libris initio conſcriptis contra Manichæorum errorem naturam ma-

E *li introducentem; plenam & integram à Deo ab initio homini datam libertatem; quâ poſſet pariter benè velle & malè; longè tamen aliter de libertate hominis, poſt eius lapſum pertractauit. Licet enim lapſo, in vtrumque flexibilitas, indifferentia, & libertas relicta ſit, vt poſſit vtrumque eligere & diligere: tamen ex corruptione peccati, ignorantia, & concupiſcentia, in falſum & malum, intellectum & voluntatem peruertente, vt potenti & forti gratiâ indigeat, quâ & intellectus ab ignorantia, & voluntas à concupiſcentia liberata, eligat & diligat verum bonum, & ſibi gratia per ſe efficax, iuxta Tertullianum & Auguſtinum potentior vtique natura, vi ſua ſubijciat liberam arbitrij poteſtatem, non coactione, vel neceſſitate, ſed magna ſuauitate & voluptate faciens, vt tantò liberius velit*

quod ſecundùm naturam eius rationalem eſt, cognoſcere ſc. verum, & amare ſummum bonum. Ita enim S. Aug. *l.1. retract. c.9. præfatum locum expoſiturus, præmonuerat*: De gratia, inquit, Dei, quâ ſuos electos ſic prædeſtinauit, vt eorum, qui iam in eis libero vtuntur arbitrio, ipſe etiam præparet voluntates, nihil in his libris diſputatum. *Libro autem de gratia Chriſti, c. 12.* Hæc, inquit, gratia qua virtus in infirmitate perficitur, prædeſtinatos, & ſecundùm propoſitum vocatos, ad ſummam perfectionem, glorificationemque perducit. Quâ gratiâ agitur, non ſolum vt facienda nouerimus verùm etiam vt cognita faciamus: nec ſolum vt diligenda credamus, verùm etiam vt credita diligamus. *Vnde & orat Eccleſia.* Deus à quo bona cũcta procedunt, largire ſupplicibus tuis, vt cogitemus te inſpirante quæ recta ſunt, & te gubernante eadem faciamus. *Sic gratia captiuum & infirmum liberat arbitrium, & vincula intellectus, & voluntatis, cæcitatis, & concupiſcentiæ ſoluit.*

Sed quid expreſſius ad ſeruitutem, & captiuitatem primaua libertatis, quam quod habet Apoſtolus, Roman, 7. 23. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati quæ eſt in membris meis. *Vbi D. Thom. lect. 4.* Lex eſt fomes peccati: quia ſicut lex inducit ad bonum faciendum, ita fomes inducit ad peccandum, &c. Ipſum peccatum, quod in peccante dominium accepit, ei legem impoſuit, quæ eſt fomes, ſicut Dominus ſeruo victo legem imponit. Alia cauſa fomitis eſt Deus, qui hanc pœnam homini peccanti indidit, vt rationi, eius inferiores vires non obedirent. Et ſecundùm hoc, ipſa inobedientia inferiorum virium quæ dicitur fomes, lex dicitur, in quantum eſt per legem diuinæ iuſtitiæ introducta, &c. Hæc autem lex duos effectus in homine habet. Primò namque reſiſtit rationi, & quantum ad hoc dicit, repugnantem legi mentis meæ, id eſt legi Moyſi, vel legi naturali, quæ naturaliter menti indita eſt. Secundus effectus eſt, quòd hominem in ſeruitutem redigit: & quantum ad hoc ſubdit, & captiuantem me, vel captiuum me ducentem ſecundùm aliam literam, in lege peccati. Lex autem peccati captiuat hominem dupliciter; vno modo, hominem peccatorem, per conſenſum, & operationem; alio modo, hominem ſub gratia conſtitutum quantum ad concupiſcentiæ motum. Infœlix ego homo. Quod quidem eſt per peccatum, quod in homine habitat, ſiue quantum ad carnem tantum, ſicut in iuſto: ſiue etiam quantum ad menté, ſicut in peccatore. Prou. 14. Miſeros facit populos peccatum. Et Pſalmus: Miſer factus ſum & curuatus ſum (*qui rectus factus eram*) vſque in finem. Quis me liberabit, &c. Videtur conqueſtio eſſe deſiderantis, ſecundùm illud Pſalmi: Educ de carcere animam meã. Deinde cùm dicit, gratia Dei, &c. reſpondet quæſtioni: non enim homo proprijs viribus poteſt liberari à corporis corruptione, nec etiam animæ, quamuis conſentiat rationi contra peccatum, ſed ſolùm per gratiam Chriſti; ſecundùm illud. Io. octauo. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis.

Concludamus hanc partem eximia authoritate Innocentij I. quam profert Auguſtin. lib. 6. operis perfecti ſect. 11. S Auguſt. Hic etiam, inquit, perſiſtenti tibi, atque aſſeueranti, libertatem benè agendi vel malè, ſuo malo vſu perire non poſſe, reſpondeat, & B. Papa Innocentius, Romanæ Antiſtes Eccleſiæ, qui reſcribens in cauſa noſtra Epiſcupalibus Conci- A lijs Africanis: Liberum, inquit, arbitrium olim ille perpeſſus, dum ſuis inconſultius vtitur bonis, cadens, in præuaricationis profunda demerſus, nihil quemadmodum exinde ſorgere poſſet, inueoit: Suaque in æternum libertate deceptus, huius ruina latuiſſet oppreſſus, niſi eum poſt, pro ſua gratia, Chriſti releuaſſet aduentus. Videſne quid faciat per miniſtrum ſuum CATHOLICA FIDES? Vide poſſibilitatem ſtandi, & cadendi, ſic habuiſſe hominem, vt ſi cecidiſſet, non eadem poſſibilitate, qua ceciderat, ſurgeret; culpam ſcilicet ſequente ſupplicio. Propter quod, Chriſti gratia, cui miſerabiliter eſtis ingrati, quæ iacentem releuaret, aduenit. B In alia quoque Epiſtola, quam de vobis ipſis ſcripſit ad Numidas: Ergo, inquit, Dei gratiam conantur auferre, quam neceſſe eſt, etiam reſtituta nobis ſtatus priſtini libertate quæramus. (*Vt baptizatis non ſufficiat, per Chriſtum erutos eſſe de ſeruitute diaboli, & macula peccati originalis ablutos, niſi continuò gratia actualis influxu, operetur in nobis Deus, & cogitare, & velle, & operari, pro bona ſua voluntate.*) Audis reſtitui libertatem, & non perijſſe contendis; atque humana voluntate contentos, diuinam non petis gratiam, quam libertas noſtra, etiam in ſtatum priſtinum reſtituta, ſibi eſſe intelligit neceſſariam. Quæro autem à te, vtrum iam in priſtinum ſtatum ita fuerit reſtituta libertas eius, qui dicit, non quod volo ago, &c. Et velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Et quibus dici- C tur Galat. 5. 17. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, vt non quæcunque vultis, illa faciatis. Puto quod non vſque adeo deſipis, vt in his dicas eſſe ſtatus priſtini libertatem. Et tamen ſi nulla eis eſſet, id quod ſanctum, & iuſtum, & bonum eſt, nec velle potuiſſent. Sunt enim quos peccare ita delectat, vt nolint, oderintque iuſtitiam, quam nec velle aliquis poteſt, niſi paretur voluntas à Domino (*Prou. 8. iuxta 70.*) vt ad perficiendam iuſtitiam præcedat deſiderium voluntatis, & paulatim effectus poteſtatis accedat, alijs citius, alijs tardius vnicuiq; ſicut Dñs dedit, qui ſolus poteſt hominis ſalutem reparare, atque augere iam perditam, & donare etiam hoc, VT IAM PERIRE NON POSSIT, &c. D Redimuntur ergo (*de ſeruitute, captiuitate, neceſſitate, vt ſupra;*) quicunque redimuntur ab eo qui venit quærere quod perierat: & qui anteqũ veniret, per fidem ipſam, (*quæ ex Paulo non eſt omnium*) redemit, quâ credebatur eſſe venturus. Redimuntur autem in libertatem beatitudinis (*quâ plenè liberat electos Deus à peccato, à concupiſcentia, à morte, corruptione, tentatione, & omni miſeria*) ſempiternam, vbi iam peccato ſeruire non poſſint. Nam ſi tu dicis, boni, malique voluntarij poſſibilitas, ſola libertas eſt. non habet libertatem Deus, in quo peccandi poſſibilitas non eſt. Hominis verò liberum arbitrium congenitum, & omnino inamiſſibile ſi quærimus. illud eſt, quo beati omnes eſſe volunt, etiam hi, qui ea nolunt quæ ad beatitudinem ducunt.

E *Quod & inculcat ibidem ſect. 12.* Immutabilis, S. Aug. inquit, cum qua homo creatus eſt & creatur, illa libertas eſt voluntatis, quâ Beati omnes eſſe volumus, & nolle non poſſumus. Sed hæc, vt beatus ſit quiſque, non ſufficit, nec vt viuat rectè, per quod beatus ſit: quia non ita eſt homini congenita libertas mutabilis voluntatis, qua velit, poſſitque benè agere: ſicut congenita eſt, qua velit beatus eſſe, quod omnes volunt, & qui rectè agere nolunt.

S. Aug. *Et ibidem :* Beatus, inquit, Ambroſius, in vmbra vitæ dicit Adam eſſe factum, de qua poſſet cadere, non neceſſitate, ſed voluntate. In qua vtique ſi maneret, acciperet eam vitam, cuius illa vmbra erat, quam ſancti accepturi ſunt, ex qua omnino cadere non poterunt. *Hanc & nos habere vnſquam negauit Auguſtinus, qui vbique nos voluntate libera peccare teſtatus eſt, licet non ita plena, qua peccauit Adam, nullà concupiſcentiâ abſtractus & illectus, cui nos omnes ex iuſta peccati pœna ſubiecti, non integra, ſicut Adam ſed valdè infirmata libertate longè proniùs faciliùſque peccamus. Vnde & cum Paulo clamamus.* Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Non quod volo bonum hoc ago, &c. *A quo loco periculum metuens*
S. Aug. *Auguſtinus ſerm. 43. de verbis Domini:* Periculosè, inquit, auditur, ſi non intelligitur. Multi concupiſcentijs carnalibus & damnabilibus victi committunt quæque facinora atque flagitia, & immunditijs peſſimis volutantur, quod turpe eſt etiam dicere; & dicunt iſti iſta verba Apoſtoli. Vide quid dicit Apoſtolus, vt non ea quò vultis faciatis. Roman. 7. Nolo facere, cogor, compellor, vincor, facio quæ nolo, ſicut ait Apoſtolus, quia caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem, vt non illa quæ vultis faciatis. Videtis quàm periculosè auditur, ſi non intelligatur. Videtis quemadmodum pertineat ad officium Paſtoris opertos fontes aperire, & aquam puram innoxiam ſitientibus ouibus miniſtrare.

Noli ergo vinci quando pugnas, &c. Si ſpiritus concupiſcit aduerſus carnem luctam video, victum non video. Pugna eſt, concupiſcit caro aduerſus ſpiritum; delectat adulterium, fateor quia delectat: ſed ſpiritus concupiſcit aduerſus carnem, delectat & caſtitas. Ergo vincat ſpiritus carnem, aut certè non vincatur à carne, &c. Sed delectat & adulterium, contradicatur, reſiſtatur, repugnetur. Non enim non habes vnde pugnes? Deus tuus in te eſt, ſpiritus bonus datus eſt tibi: & tamen permittitur ipſa caro concupiſcere aduerſus ſpiritum, (*imò ex D. Thoma ſupra ex lege iuſtitiæ diuinæ, & iugo impoſito neceſſario portatur, licet non niſi liberè conſentiatur.*) Suggeſtionibus prauis & delectationibus genuinis. Fiat quod ait Apoſtolus Roman. 6. Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore. (*Vides imperium quo regina libertas cùm adiutorio gratiæ imperantis & liberè ſibi ſubijcientis hominis voluntatem, regno peccati repugnat & vincit.*)

Non dixit, non ſit, iam enim eſt ibi: quod ideò peccatum vocatur, quia merito peccati contigit. Non enim in Paradiſo caro concupiſcebat aduerſus ſpiritum, aut erat ibi iſta pugna, vbi pax erat ſola: ſed factâ tranſgreſſione, poſtquam homo noluit ſeruire Deo, & donatus eſt ſibi, nec ſic donatus ſibi, vt poſſit ſaltem poſſidere ſe: ſed ab eo poſſeſſus, à quo deceptus; cœpit caro concupiſcere aduerſus ſpiritum, &c. Spiritus Dei eſt qui pugnat in te aduerſus te, aduerſus illud quod eſt in te contra te, &c. Dedit tibi Deus poteſtatem per Spiritum ſanctum vt membra tua teneas. Surgit libido, tene tu membra, &c. tene pedes, ne eant ad illicita, tene manus ab omni ſcelere, tene oculos ne malè attendant, tene aures ne verba libidinis libenter audiant, tene totum corpus, tene latera, tene ſumma, tene ima. Quid facit libido? Surgere nouit, vinci non nouit? *Vides vt per omnia Auguſtinus & libertatis, & gratiæ perpetuus aſſertor eſt, nec gratia vel peccato neceſſitatem Calui-*
A *niſticam imponit humano arbitrio, quodtam liberè bene agere poteſt, & mereri, quàm male operando ſeipſum in æternum damnare.*

An hæreticorum fundamentum facta ſit Auguſtini doctrina, ſicut & Tertulliani.

TErtullianus hæreticum ſe & ſchiſmaticum ore proprio & calamo confeſſus eſt. Diuiſionem enim ſuam ab Eccleſia Romana, ſeceſſum à fide Catholica & ad partes Montani receſſum ſcripſit, libro aduerſus Praxeam, cap. 1. Vbi & Summum Pontificem arguit, quòd litteras pacis Montano & Propheteſſis eius datas
B *reuocauerit, vrgente Praxea.* Idem, inquit, tunc Epiſcopum Romanum agnoſcentem iam Prophetias Montani, Priſcæ, Maximillæ, & ex ea agnitione pacem Eccleſijs Aſiæ & Phrygiæ inferentem, falſa de ipſis Prophetis, & Eccleſijs eorum adſeuerando, & præceſſorum eius authoritates defendendo, coëgit & litteras pacis reuocare iam emiſſas, & à propoſito recipiendorum chariſmatum conceſſare. *Auguſtinus ex aduerſo, vt ſupra vidimus. Summis Pontificibus fuit ſemper acceptus*; quem ne leuis quidem ſuſpicionis læuæ rumor aſperſit.

Cum quibus pacem inuiolato fœdere Catholica doctrina conſeruauit. Tertullianus autem præcitato libro, & capite, ſuam à Catholicis, quos Pſychitos vocat,
C *factus videlicet ipſe ſpiritalis, infamis Apoſtaſia defectionem*, exultans in rebus peſſimis, & ponens os ſuum in cælum *glorians confitetur:* Et nos quidem, inquit, poſtea agnitio Paracleti, atque defenſio, disiunxit à Pſychicis. *Et libro de Monogamia c. 15.* Quæ igitur hîc duritia noſtra, ſi non facientibus voluntatem Dei renuntiamus? Quæ hæreſis, ſi ſecundas nuptias, iuxta adulterium iudicamus? Quid eſt enim adulterium, quam matrimonium illicitum? *Et de pudicitia c. 1.* Erit igitur & hic aduerſus Pſychicos titulus, aduerſus meæ quoque ſententiæ retro penes illos ſocietatem, quò magis hoc mihi in notam leuitatis obiectent. Nunquam ſocietatis repudium, delicti præiudicium eſt. Quaſi non facilius ſit errare cum pluribus,
D quando veritas cum paucis ametur. At enim me non magis dedecorabit vtilis leuitas, quàm ornarit nocens. Non ſuffundor errore, quo carui; quia caruiſſe delector, quia meliorem me, & pudiciorem recognoſco. Nemo proficiens erubeſcit. Habet & in Chriſto ſcientia ætates ſuas, per quas deuolutus eſt & Apoſtolus. Cùm paruulus, inquit, eſſem, tanquam paruulus loquebar, tanquam paruulus ſapiebam. At vbi vir ſum factus, ea quæ paruuli fuerant, euacuaui.

Auguſtinus, non retrorſum conuerſus, ex quo Manichæos deſeruit, nec cum Tertulliano faſcinatus, aut cum Galatis non obediuit veritati, nec de luce fidei, in
E *tenebras erroris turpiter retrocedens*, *ſed* vt iuſti ſemita quaſi lux procedens, creuit vſque ad perfectum diem. *Senior factus, ſimul doctior & ſapientior, in cauſa quammaximè gratiæ, libertatis, & prædeſtinationis, euaſit. Profectum in his ſuum dilucide, ſicut ſuum Tertullianus defectum impudenter, agnouit. Libro de bono perſeuerantiæ c. 12. vbi de Pelagianis.* Ipſi, inquit, potius Dei gratiam fato in paruulis tribuunt, qui dicunt fatum eſſe, vbi meritum non eſt: nulla quippe merita etiam ſecundùm ipſos Pelagianos poſſunt in paruulis inueniri, cur alij eorum mittantur in regnum, alij alienentur à regno. Sicut autem nunc vt oſtenderem gratiam

ra præſciuit. Qui legunt hæc, ſi intelligunt, agant Deo gratias: qui autem non intelligunt, orent, vt eorum ille ſit Doctor interior, à cuius facie eſt ſcientia & intellectus. QVI VERO ERRARE ME EXISTIMANT, ETIAM ATQVE ETIAM DILIGENTER QVÆ SVNT DICTA CONSIDERENT, NE FORTASSIS IPSI ERRENT.

Stupendum plane poſt hæc, quomodo poſſint errores ſub hoc maximo argumento Doctori gratiæ ab Eccleſia prædicato, & toties commendato, imputari, vel quæ ſecuritate ſanctiſſima & defæcatiſſima doctrina eius impugnari. Sed parum eſt: cum eum, eiuſque famam conſiqui legamus publicari, vt hæreticorum veluti Patriarcha, quod de Philoſophis ait Tertullianus, ſæculorum ſtritem aduerſario texente, declaretur; cuius ſcriptis gaudeant, cuius dogmatibus hæreſes ſuas farciant hæreſum conditores. Fuerit hoc ſane impune licitum in Platonem Septimio, qui libro de Anima c. 18. de Platonis ideis agens. Vult, inquit, Plato eſſe quaſdam ſubſtantias inuiſibiles, incorporales, ſupermundiales, diuinas & æternas, quas appellat ideas, id eſt formas, exempla & cauſas naturalium iſtorum manifeſtorum, & ſubiacentium corporalibus ſenſibus: & illas quidem eſſe veritates, hæc autem imagines earum. Relucent ne iam hęretica ſemina Gnoſticorũ & Valentinianorum? Hinc enim arripiunt differentiam corporalium ſenſuum, & intellectualium virium, quam etiam parabolæ decem virginum adtemperant. vt quinque ſtultæ, ſenſus corporales figurauerint, ſtultos videlicet, quia deceptui faciles: ſapientes autem, intellectualium virium notam expreſſerint; ſapientium ſcilicet, quia contingentium veritatem illam arcanam, & ſupernam, & apud pleroma conſtitutam, hæreticarum idearum Sacramenta.

Auguſtinum pariter inter ſtultas deputat, & volut ſal infatuatum foras mittit, vtique deinceps conculcandum. Quid dico? Condiendis hæreticorum ſomnijs Auguſtinus ſal cenſetur aptiſſimum. Adeò vt cum Tertulliano proſequar non illepide, ſi non flere magis in argumento tam lugubri, quàm ridere liceret. Libro de Anima c. 23. Doleo bonâ fide Platonem omnium hæreticorum condimentarium factum. *Verum hæreticorum genium Scripturas & Patres corrumpentium probè callebat Tertullianus. Libro de Reſurr. c. 47.* Ipſius etiam Solis radio ſcripta, iſta lucifugæ Scripturarum, *in tenebras vertunt. Et cont. Hermog. c. 19.* Occaſiones ſibi ſumunt quorundam verborum, vt hæreticis ferè mos eſt, ſimplicia quæque torquere. *Et ibid. c. 27.* Hæ ſunt argutiæ & ſubtilitates hæreticorum, ſimplicitatem communium verborum torquentes in quæſtionem. *Et contra Praxeam c. 20.* Si quid de Scripturis ad ſententiam ſuam (*facit ſcil.*) excerpent, cætera nolentes intueri, &c. *Tum profert tres breuis locos quibus abutuntur Praxeani ad probandam confuſionem perſonarum.* His, inquit, tribus capitulis, totum inſtrumentum vtriuſque teſtamenti volunt cedere, cùm oporteat ſecundùm plura, intelligi pauciora. Sed proprium hoc eſt omnium hæreticorum. Nam quia pauca ſunt, quæ in ſylua inueniri poſſunt, pauca aduerſus plura defendunt. *Ita prorſus factum eſt, & etiamnum fit tam ab hæreticis, quàm alijs aduerſarijs Auguſtini. Paucula quædam, eaque perperam intellecta, vel ab ipſomet retractata, vel clarius expoſita teſtimonia, aduerſus libros integros ne volumina dicam locorum armare non erubeſcunt, quibus ſanam per omnia, Orthodoxam ac Catholicam doctrinam Sanctiſſimi Doctoris impugnent.*

A *Ego verò, duos tantùm, aut tres authores, ad rerum, ſi non correctionem, ſaltem confuſionem profero. Hieronymum in primis, Ep. 25. ad Auguſtinum ſupra memorata ex induſtria retexens, quod ad cauſam hæreticorum faciat.* Contra flantes ventos ardore fidei perſtitiſti, maluiſtique quantum in te fuit, ſolus liberari de Sodomis, quàm cum pereuntibus commorari. Scit quid dicam prudentia tua. Macte virtute, in orbe celebraris; Catholici TE CONDITOREM ANTIQVÆ RVRSVM FIDEI (*ab Apoſtolis tradita, maxime circa gratiam veram ac gratis datam*) VENERANTVR ATQVE SVSPICIVNT. Et quod ſignum maioris gloriæ eſt, OMNES HÆRETICI DETESTANTVR; & me pari perſequuntur
B odio; vt quos gladijs nequeunt, VOTO INTERFICIANT. Incolume & mei memorem te Chriſti Domini clementia tueatur, Domine venerande, & beatiſſime Papa. *Quantum à condimentario hæreticorum abfuerit Auguſtini doctrina, & infatuato ſale, expreſſit magnus ille & eloquens Eccleſiæ Nolanæ Paulinus Antiſtes. Epiſt. 31. apud Aug.* O verè ſal terræ, quo præcordia noſtra, ne poſſint ſæculi vaneſcere errore, condiuntur. O lucerna dignè ſupra candelabrum Eccleſiæ poſita, quæ latè Catholicis vrbibus, de ſeptiformi ligno paſtum oleo
C lætitiæ lumen effundens, DENSAS LICET HÆRETICORVM CALIGINES DISCVTIS, ET LVCEM VERITATIS, A CONFVSIONE TENEBRARVM SPLENDORE CLARIFICI SERMONIS EXVALLAS. Vides frater vnanime, admirabilis in Chriſto Domino, & ſuſpiciende, quàm familiariter agnouerim te, quanto admirer ſtupore, quàm magno amore complectar, qui quotidie colloquio litterarum tuarum fruor, & oris tui ſpiritu veſcor. Os enim tuum, fiſtulam aquæ viuæ, & venam fontis æterni merito dixerim, quia fons vitæ aquæ ſalientis in vitam æternam Chriſtus effectus eſt. Cuius deſiderio ſitiuit in te anima mea, & vbertate tui fluminis inebriari terra mea concupiuit. Ideoque cùm hoc Pentateucho tuo (*quinque libris aduerſus Manichæos ſcriptis, quos ipſi dono miſerat*) contra Manichæos me ſatis armaueris,
D ſi qua in alios quoque HOSTES CATHOLICÆ FIDEI MVNIMINA COMPARASTI, quia hoſtis noſter, cui mille nocendi artes, tam varijs expugnandus eſt telis, quàm oppugnat inſidijs, quæſo PROMERE MIHI DE ARMAMENTARIO TVO, ET CONFERRE NON ABNVAS ARMA IVSTITIÆ. *Quid Caſſiodorum referam in Prologo Pſalmorum, ſic Auguſtinum ab omni erroris labe purgantem?* Eſt, inquit, litterarum omnium egregius Magiſter: & quod in vbertate rarum eſt, cautiſſimus diſputator. Decurrit quippe tanquam fons puriſſimus nulla fæce pollutus, ſed in INTEGRITATE FIDEI PERSEVERANS, NESCIT HÆRETICIS LOCVM DARE, vnde ſeſe poſſint aliqua colluctatione de-
E fendere TOTVS CATHOLICVS, TOTVS ORTHODOXVS INVENITVR, ET IN ECCLESIA DOMINI ſuauiſſimo nitore reſplendens, ſuperni luminis claritate radiat.

Extat & in calce operum D. Irenæi conflictus Arnobij Catholici, & Serapionis, de Deo Trino & vno, duabus in Chriſto ſubſtantijs in vnitate perſonæ; gratiæ & liberi arbitrij concordia. *Operâ Reuerendi Patris Franciſci Feuardentij Ordinis Minorum in facultate Pariſienſi Doctoris Theologi, ex antiquiſſimo manuſcripto Monaſterij Diui Iacobi Leodij in lucem editus anno 1595. Quem quidem Arnobium, non illum fuiſſe conuincit qui ſub Diocletiano ſeptem libros aduerſus gentes edidit; tum ob magnam ſtili diuerſitatem, tum propter Arianorum, Photinia-*

norum, Neſtorianorum reprehenſionem : Auguſtini autem, Ambroſij, Cyrilli, Alexandrini, Damaſi & Leonis laudem. Putat itaque & conijcit velle hunc eſſe Arnobium, qui breues Commentarios ſcripſit in Pſalmos : tum ex acie animi, breuitate ſtili neglecti, tum ex ſenſibus & verbis, eiſdemque hæreſibus refutatis, denique ex concurſu ætatis cum Leone Pontifice. Accedit, inquit, Alcuini Caroli Magni præceptoris huiuſmodi teſtimonium Epiſtol. ad Flauium Marium. Arnobius, inquit, in conflictu quem habuit cum Serapione, robum poſuit maſculini generis, &c. Quę hic, inquit Feuardentius, ad verbum reperiuntur. *Alium locum profert eiuſdem Alcuini l. 6. contra Felicem Vrgelitanum.* Arnobius vir acris ingenij, in conflictu quem cum Serapione habuit. *Vnde colligit ante Alcuini tempora falſiſſimè tributum hunc conflictum S. Auguſtino, citabatur enim hoc titulo :* Contra Arianos Auguſtinus in altercatione Arnobij & Serapionis. *Concludit autem Feuardentius, in hoc libello:* Omnia pia, Orthodoxa, & aduerſus nouos Arianos, Neſtorianos, Pelagianos commodiſſima ſub finem itaq; huius conflictus, *vbi de Aug. eiuſque doctrina eſt ſermo:* Serapiō dixit: teſtor Deum quia ſollicitudini meæ vniuerſa ambiguitate eliminas, ſi de his eius mihi diſſiorta proferas, & de omnibus quæ tranſacta ſunt euidentia eius adferas documenta. Fateor enim, me eius aſſertiones ita probatas habere, vt ſeipſum ore ſuo hæreticum detegat, qui Auguſtinum putauerit in aliquo reprehendendum eloquio. Arnobius dixit : meo ſenſu locutus es. Nam ea quæ eius nunc profero, ac ſi SACRATISSIMA APOSTOLORVM SCRIPTA, SIC CREDO, ET TENEO ET DEFENDO. (*Nec mirum cùm ſupra Hieronymus Epiſt. 30. apud Auguſt. ſcripſerit : certè quidquid dici poteſt, & ſublimi ingenio de Scripturarum ſanctarum haurire fontibus à te poſitum, atque diſſertum eſt.*) Ait enim, inquirens in diuinis Scripturis, quid ſit gratia, vtrum liberum arbitrium eſſet gratia, ſiue gratiam eſſe peccatorum, (*id eſt, iuſtificantem & remiſſiuam peccatorum,*) ſiue gratiam eſſe legis præcepta, & nihil eorum cognoui, quæ per adminiſtrationem Spiritus ſancti pertineant ad concupiſcentias tentationeſque vincendas, quam ditiſſimè effundet ſuper nos qui aſcendit in cælum, & captiuans captiuitatem dedit dona hominibus. Hinc & oramus, vt peccatorum tentationes ſuperare poſſimus, & Spiritus Dei, vnde pignus accepimus, adiuuet infirmitatem noſtram. Qui autem orat & dicit, ne nos induci patiaris in tentationes, non vtique id orat vt homo ſit, quod eſt naturâ: neque id orat, vt habeat liberum arbitrium, quod iam accepit cùm crearetur ipſa natura: neque orat peccatorum remiſſionem, quia hoc ſuperius dicitur, dimitte nobis debita; neque orat vt accipiat mandatum, ſed orat planè vt faciat mandatum : orat vt non peccet, hoc eſt, ne quid faciat mali : quod pro Corinthijs orat Apoſtolus dicens: oramus autem ad Deum, ne quid faciatis mali. Vnde ſatis apparet, quia ad non peccandum, id eſt ad non malefaciendum, quamuis eſſe non dubitetur liberum arbitrium voluntatis, tamen eius poteſtas non ſufficiat, niſi adiuuetur infirmitas. Ipſa igitur oratio, eſt clariſſima gratiæ teſtificatio. Hæc ille confiteatur qui denegat, & eum gaudemus ſiue rectum, ſiue correctum. Diſtinguenda ergo eſt lex & gratia, lex non iuberet, niſi eſſet voluntas, nec gratia iuuaret, niſi eſſet infirmitas. Iubetur vt habeam intellectum, vbi dicitur, nolite fieri ſicut equus &

A mulus, &c. Et tamen oramus vt habeamus intellectum, vbi dicitur; da mihi intellectum vt diſcam mandata tua. Iubetur vt habeamus ſapientiam, vbi dicitur : ſtulti aliquando ſapite : & tamen oramus, vt habeamus ſapientiam, vbi dicitur : ſi quis veſtrûm indiget ſapientiâ, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Iubemur habere continentiam, vbi dicitur: contine teipſum; & tamen oratur, vt habeamus continentiam, vbi dicitur: Cùm ſcirem quia nemo poteſt continens eſſe niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientiæ, ſcire cuius eſſet hoc donum, & acceſſi ad Dominum,
B & deprecatus ſum eum. Poſtremò, ne nimium longum ſit cuncta percurrere, iubemur vt non faciamus mala, vbi dicitur : Declina à malo, & fac bonum : & tamen oratur vt non faciamus malum, vbi dicit Apoſtolus : oramus autem ad Dominum, ne quid mali faciatis. Iubemur vt non faciamus malum, & faciamus bonum, vbi dicitur : Declina à malo, & fac bonum : & tamen oratur vt faciamus bonum, vbi dicitur : Non ceſſamus pro vobis orantes, vt ambuletis dignè Deo, in omnibus beneplacentes Deo, & in omni opere bono. Si ergo agnoſcimus voluntatem, cui hæc præcipiuntur : ſic debemus agnoſcere gratiam, quomodo ſine Dei gratia, quæ implere cupimus, nullum ſortiuntur effectum. Serapion dixit : quomodo magna hæc aſſertio ſancti viri tan-
C ta eſt æquitate ſubnixa, vt contra hæc mentis homo venire non poſſit? Noſſe cupio, ſi etiam de his quæ anteriori tempore egimus, tali ab eo fuerint ſenſu vel ſermone definita.

Ad hæc, quis Serapionem, aut Arnobium, tam præclarum Auguſtino teſtimonium reddentes, MENTIS HOMO, *audeat, aut velit arguere? Aliquis fortè Arnobium dicet videri tanquam hæreticam cenſuiſſe Auguſtini de prædeſtinatione ſententiam, dum ſcriberet in Pſalm. 108. & 117. Sed benè profectò res habet, quod aduerſarius non aſſerat, cenſuiſſe, ſed* videri cenſuiſſe. *Nec enim eadem lingua* maledixiſſet, & benedixiſſet Auguſtino, idemque fons dulcem & amaram aquam manaſſet. *Verba ipſa Arnobij quæ*
D *aduerſarius ex induſtria ſubticuit, in medium proferamus, & nihil prorſus eo ipſo Auguſtino aduerſari videamus. Ita enim ſcribit in ſuo commentariolo explicans breuiter verſum Pſalm. 108.* Dilexit maledictionem, & veniet ei, &c. Dilexit, inquit, maledictionem Adæ, quæ per Chriſtum aufertur, & veniet ei : noluit benedictionem quæ per Chriſtum affertur, & vtique elongabitur ab eo. Nota ex arbitrio eueniſſe vt nollet : PROPTER HÆRESIM, quæ dicit Deum alios prædeſtinaſſe ad benedictionem, alios ad maledictionem. Hic enim ex dilectione ſua maledictionem habere probatur, & nolle ſuum benedictionis præmium non habere. Vnde & adiecit, quod ipſe ſe induerit maledictionem ſicut veſtimentum. Sicut enim per fidem dicitur nobis, Chriſtum induiſtis : ita per infidelitatem induit ſe homo maledictum, id eſt
E diabolum, qui intrat, ſicut aqua ſanctis, ad liberandum, ita iſtis ad necandum. Et ſicut oleum ſanctis, ad exhilarandum; ita impijs ad tribulandum : fitque eis ipſa maledictio ſicut veſtimentum quo induti ſunt, & ſicut zona qua præcinguntur.

Certè non aduertit aduerſarius totum Auguſtinianum eſſe Arnobium, qui hic potius eius ſententiam confirmat, quam condemnat. Et dum plenius differo tractare de errore ſiue hæreſi impoſita Auguſtino circa prædeſtinationem ad malum, de quo proprio

verbo

S.Aug.

Aug.

verbo ſuſius acturi ſumus: nunc in rem Arnobij pauca prælibo quæ lectori erudito ſufficient. Notat ex arbitrio euenisse vt nollet *reprobus ſcilicet benedictionem, hoc eſt gratiam, quæ per Chriſtum afferebatur. Egregiè, & ad mentem penitus Auguſtini, & Catholicæ veritatis. Siue enim de infantibus, ſine baptiſmi gratia in peccato originali morientibus ſermo eſt: quanquam dici non poſſit, eos proprio quo per ætatem vti non poſſunt, arbitrio noluiſſe benedictionem gratiæ per Chriſtum allatæ, & voluiſſe maledictionem peccati originalis quæ eſt maledictio Adæ, in quo omnes peccauerunt: tamen vt rami in radice, riui in fonte, membra in capite, libero arbitrio peccante, & benedictionem ab omnibus elongante, & maledictionem omnibus ſuis poſteris liberè eligente, & diligente, liberè peccauerant. Si de adultis loquamur, ipſi certè proprio libertate peccant, & peccato originali peccata actualia libere ſuperaddunt, & maledictionem ſponte induunt ſicut veſtimentum, ponuntque voluntate ſua obicem peccati liberi, à quo poſſent continere ſi vellent, nulli enim niſi ſua propria libidine & libertate volentes peccant. Per maledictionem itaque, maledictum peccatum intelligit, quod eſt cauſa maledictionis æternæ pœnæ, in qua cùm ſit ordo optimus & laudatione digniſſimus diuina iuſtitia, quæ neminem à benedictione gratiæ & gloriæ excluſit ab æterno; ſicut neminem æternæ pœnæ addixit & deſtinauit niſi præſcito & cogitato finali eius peccato, ſiue originali, ſiue actuali proprio: Arnobius Auguſtini ſententiam de vtraque prædeſtinatione, ſiue ad gloriam ex gratia gratuita & ſine præſcientia meriti electis conferendam: ſiue ad pœnam pro peccatis præſcitis, iuſtiſſimè reprobis inferendam; quibus in extremo iudicio dicet.* Diſcedite à me maledicti in ignem æternum: qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius: *Statim cauſam iuſtæ maledictionis pœnæ, maledictioni culpa debita, ſubijciet.* Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare, &c.

Quod vtique voluntate & libertate facere noluerunt, ſicut & contraria peccata vſura, rapina, &c. Libertate commiſerunt. Errat ergo aduerſarius Auguſtini, dum ſibi videre videtur Arnobium hæreſim damnare Auguſtini. Sed damnat hæreſim dicentium Deum authorem peccati; qui alios prædeſtinarit ad bonum virtutis, quod non ipſi libere eligant & diligant; quos proinde ſine vllo merito bonorum operum, quaſi ſine libero arbitrio, quaſi mero prædeſtinationis ſuæ fato, in bonum impulſi egiſſent, quidquid boni feciſſent. Sicut alij ex aduerſo à Deo prædeſtinati ad malum, ſiue maledictionem peccati, vi ſuæ prædeſtinationis, neceſſitate compulſi, & per hoc æterni ſupplicij, non voluntarij peccati merito, ſed prædeſtinationis æterna fato, ad malum, ſiue maledictionem ineuitabilem peccati, neceſſitate vrgente deſtinati. Quod impium, blaſphemum & hæreticum eſt: ſicut & tantam hæreſim imponere Auguſtino, criminis nomen condignum non inuenio; nec ego ſine crimine, de Arnobio viro Laudatiſſimo, Doctiſſimo, in Auguſtinum affectiſſimo, audeam ſuſpicari.

Alter Arnobij locus ab aduerſario citatus ex eius Commentario in Pſal. 117 Omnino & per omnia Catholicam ſapit Auguſtini doctrinam, quam ad eam confirmandam lubens hoc loco ſubſcribam. Sic enim exponit verſum Pſalmi, Bonum eſt confidere in Aug. Domino, quam confidere in homine. *Vbi dixerat Auguſtinus:* Nemo, inquit, bonus niſi ſolus Deus; & cùm videatur adiuuare homo vel Angelus; cùm hoc vera dilectione faciunt, ille per eos facit, qui eos pro modo eorum bonos fecit, &c. Fortitudo mea & laus mea Dominus, &c. Qui ergo, inquit, cadunt, cùm impelluntur, niſi qui

A ſua ſibi fortitudo, & ſua ſibi volunt eſſe laudatio, &c. Quapropter cuius fortitudo & laudatio eſt Dominus, tam non cadit, quàm non cadit Dominus; & ideo factus eſt eis in ſalutem: non quia ipſe aliquid factus eſt quod ante non erat: ſed quia ipſi cùm in eum crederent, facti ſunt quod non erant: & iam ipſe non ſibi, ſed illis, quod auerſis à ſe non erat, ſalus cœpit eſſe conuerſis.

Arnobius autem ſic ſuſius: Nota, inquit, tibi confidentiam quam teneas Chriſtiane. Noli confidere in te; noli dicere ſic te liberum habere arbitrium, vt tu tibi in teipſo confidas. Habes quidem liberum arbitrium, ſed noli de eo præſumere; de Deo præſume, quia vinci non poteſt:
B nam liberum arbitrium vinci poteſt. Bonum eſt confidere in Domino, quam confidere in homine, aut in principibus. Si enim confidas in Domino, tunc poteris dicere: omnes gentes circumdederunt me, & in nomine Domini vltus ſum eos. Hoc libertas arbitrij dicere non poteſt: aut ſi dixerit, docebo eam apertè mentiri, aut certè ab initio ſæculi det mihi, qui ſine Dei auxilio euaſerit, ſiue viſibiles, ſiue inuiſibiles inimicos. Attende etiam in auxilio poſitus quid accidat. Impulſus ſum, inquit, verſatus ſum, vt caderem, & Dominus ſuſcepit me. Et ſubiungat ſi poteſt, (*quia ſine gratia Dei non poteſt, ſine qua nihil poteſt*) fortitudo mea & laus mea, libertas arbitrij, & ipſa facta eſt mihi in ſalutem. Hoc ſi non poteſt dicere, imo quia non poteſt iuſtè dicere, dicat ſe à
C Domino ſuſcipi, & fortitudinem omnem auxilijs diuinis adſcribat. Eius enim dextera fecit virtutem, ſi quam in nobis habemus. Eius dextera exaltat nos ex inferno inferiore. Ipſe facit vt viuamus, & non moriamur, vt narremus opera eius. Ipſe caſtigans caſtigat nos in miſericordia, & morti non tradet nos. Nunc fortè audiat me prædeſtinationem docens, & arbitrium hominum infringens, (*alludit ad præmiſſam hæreſim de prædeſtinatione neceſſitatem imponente humanæ voluntati.*) putet me libertatem arbitrij ita excludere, vt peccantes exiſtimem Dei abiectione peccare, (*quaſi ex prædeſtinatione in malum peccati, non poſſit illud cauere, ſed neceſſario peccare cogatur.*) Quod
D peccamus noſtri arbitrij docebitur, quòd contemnimus gratiam. Vide quanta libertas eſt arbitrij tui: negatur à ſeruo Dominus: vt dicat homo Deo: nolo tibi credere: & faciat ſibi templum, vbi idolum colat, aut Synagogam, vbi ſuum abneget Saluatorem. Quod ergo malum facimus, per libertatem incurrimus: quia non dignatur Dominus iuſtus coacta ſeruitia. Si verò aliquid boni fecerimus, imputabimus largitori, qui bona omnia ad ſe confugientibus præſtat, ſecundùm illud quod ipſe dignatus eſt repromittere: omnis qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur. Pulſemus ergo, & cum Propheta in iſto Pſalmo cantemus; aperite mihi portas iuſtitiæ, & ingreſſus in eas confitebor Domino. Hæc nos clamamus adminiculis auxilijſque diuinis: (*quia neſcimus quid petamus, niſi Spiritus adiuuans infirmitatem noſtram poſtulet pro nobis, id eſt poſtulare faciat gemitibus inenarrabilibus.*) Vnde nobis vox reſponſionis eorum videtur audiri: Hæc porta quam pulſatis, non eſt hominis libertate conceſſa, ſed eſt in Domini auxilio conſtituta, & ſoli iuſti introibunt per eam. Confiteamur ergo Domino, quoniam ipſe exaudit nos, & ipſe nobis efficitur in ſalutem.

Nec magis vrget, quod ait aduerſarius; Bedam ex

Arnobio teſtimonia, & ex ipſo eius adduceret pſalterio; A *cùm & Alcuinus coætaneus Beda eidem ſuum ſuffragium conferat, & Hieronymus ſuperſtitet Auguſtino. Quod ſi Laurentio & Ruſtico idem opus inſcripſit, non his profectò qui cum Auguſtino Concilio Carthaginenſi interfuerunt, ſed alijs ipſorum cognominibus. Cæterùm Bellarminus libro de Script. Eccl. hunc conflictum probat his verbis* Arnobius, inquit, non ille qui ſcripſit contra Gentes, & ſub Diocletiano floruit, ſed alius iunior, qui paulò poſt S. Leonem Papam vixiſſe videtur, ſcripſit librum titulo conflictus Catholici cum Serapione, de Deo Trino & vno: Item de duabus in Chriſto ſubſtantijs in vnitate perſonæ: Itē de gratię & liberi arbitrij concordia, qui libri editi ſunt. B Neque eſt improbabile huius Arnobij iunioris eſſe Cōmentarios in Pſalmos, qui ſub Arnobij nomine circumferuntur: de quibus vide quæ diximus ſupra in Arnobio, ſæculo tertio. *Hi porro Commentarij, poſt dictum conflictum editi ſunt, & inſerti tomo quinto, parte tertia magnæ Bibliothecæ Patrum editionis Coloniæ Agrippinæ, anno 1618. in quo Authores ſæculi quinti repoſiti ſunt, & ſcripta Præfati Arnobij libros S. Proſperi conſequuntur; quod & indicium eſt ſecundùm compilatores Colonienſis Vniuerſitatis Theologos, hunc Arnobium Proſpero contemporaneum, vel ſaltem eodem ſæculo floruiſſe.*

Sed his non obſtantibus aduerſus Auguſtinum inſtatur ex Vincentij Lyrinenſis teſtimonio, quantacumque ſit Auguſtini Catholicitas, hæreticos de more ſapiarum, obſcuris eius locis immerſos ſub eius velut vmbraculo latuiſſe. C Cū ſub alieno nomine hæreſim concinnare machinantur, captant plerumq; veteris cuiuſpiā viri ſcripta paulò inuolutiùs edita, quæ pro ipſa ſui obſcuritate, dogmati ſuo quaſi congruant. *Nouerat hoc imprimis hæreticorum ingenium Tertul. cùm ſcriberet de Pudic. capite 16.* Eſt hoc ſolemne peruerſis, & idiotis, & hæreticis, alicuius capituli ancipitis occaſione, aduerſus exercitum ſententiarum inſtrumenti totius armari. *Ita planè & ad Auguſtinum appoſitè, cuius volumen integrum, ne dicam tomum, ex quibuſdam panculis ſententijs cernimus impugnari. & vt cum eodem Tertulliano de Epiſtola prima ad Theſſalonicenſes ſcribente, de clariſſimis* D *Auguſtini de prædeſtinatione, gratia, & libero arbitrio ſcriptis loquar, de Reſurr. capite 47.* Ipſius Solis radio putem ſcriptum, ita claret. *Quodcumque ſcripſit*, qualiter tandem accipiant lucifugæ iſti Scripturarum *hæretici, compertum eſt.*

Atenim & Ioannes Vuiclefus, & alter Ioannes Hus, teſte Valdenſi, vnico ſe poſſe, impotenter Auguſtino triumphare iactabant; adeo vt Vuiclefi diſcipuli, magiſtrum ſuum, Ioannem à ſancto Auguſtino, *dictitarent. Caluinus porro libro 3. de libero arbitrio:* Gloriatus ſum, inquit, de Auguſtino, illum proſſus noſtrum eſſe. *Sed eſto: abutantur Auguſtino, ipſius ſcripturis ſacris corruptores & mutilatores hæretici. Num ideo ſacra Scriptura, & Euangelij veritas deſerenda eſt, aut conculcanda Auguſtini doctrina, vt* E *ad fabulas, & hominum commenta conuertamur? Bellè quidem cum Auguſtino agitur, vt & in hac calumnia nota, eodem cum Paulo Doctore gratiæ inſcribatur elogio. Quid de Paulo Petrus ſcripſerit attendamus. 2. Pet 3.14.* Satagite, inquit, immaculati, inuiolati, ei inueniri in pace: & Domini noſtri longanimitatem, ſalutem arbitremini: ſicut & chariſſimus frater noſter Paulus, ſecundùm datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis, ſicut & in omnibus Epiſtolis, loquens in eis de his, in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum perditionem. *Et Beda quidem hoc refert ad omnes Epiſtolas Pauli, quas ad Eccleſias ſcripſit.* Quia, inquit, & ſi Paulus ad quaſdam ſpecialiter ſcripſit Eccleſias, omnibus tamen generaliter, quæ per orbem ſunt, quæque vnam Catholicam faciunt, ſcripſiſſe probatur Eccleſijs. *Oecumenius putat Petrum intelligere Epiſtolam Pauli ad Romanos, id eſt tam Gentiles quam Iudæos conuerſos ad Chriſtum habitantes Romæ. Cap. enim 2. & 12. ad Roman. Paulus recolit longanimitatem Dei, & ad ſanctitatem hortatur. In eaque Epiſtola ſunt quædam de prædeſtinatione difficilia intellectu. Alij volunt eſſe Epiſtolam ad Hebræos, quæ ſola ſpecialiter ipſis inſcribitur, & cap. 10. eadem habentur, de quibus hic Petrus.*

Sed quænam ſunt maximè, quæ indociles ſeu diſcere nolentes, & infirmi deprauant in Paulo? Omnes penè interpretes putant reſpicere ad doctrinam Pauli, qua docuit non ex lege, neque ex operibus hominem iuſtificari, ſed gratis per fidem Ieſu Chriſti. Inde enim, iuxta Epiphanium & Theodoretum, Simoniani colligebant opera bona non eſſe ad ſalutem neceſſaria. Vnde & Iacobus capite ſecundo, fidem ſine operibus mortuam docet, & ad bona opera inſtanter hortatur. Item quod de electione & reprobatione ſcripſit Paulus, ad fomentum cupiditatum ſuarum, & negligentium bonorum operum detorquebant. Vnde & Auguſtinus de fide & operibus capite 14. Iam, inquit, illud videamus, quod Aug. excutiendum eſt à cordibus religioſis, ne mala ſecuritate ſalutem ſuam perdant, ſi ad eam obtinendam ſufficere ſolam fidem putauerint; benè autem viuere, & bonis operibus viam Dei tenere neglexerint. Nam etiam temporibus Apoſtolorum, non intellectis quibuſdam ſubobſcuris ſententijs Apoſtoli Pauli, *(ſub finem capitis Præfatum locum Pauli retexit.)* Hoc cum quidam arbitrati ſunt dicere: faciamus mala, vt veniant bona: quia dixerat, Romanor. 5. Lex ſubintrauit vt abundaret delictum, vbi autem abundauit delictum ſuperabundauit gratia. Quod ideo verum eſt, quia legem accipientes homines, qui de ſuis viribus ſuperbiſſimè præſumebant, nec diuinum adiutorium vincendarum malarum concupiſcentiarum, rectā fide impetrantes, pluribus grauioribuſque delictis, etiam lege præuaricata onerati ſunt. Ac ſic magno reatu compellente, confugerunt ad fidem, qua miſericordiam indulgentiæ mererentur, & auxilium à Domino qui fecit cælum & terram, &c. Cum ergo dicit Apoſtolus arbitrari ſe iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis. Roman. quinto, non hoc agit, vt percepta ac profeſſa fide, opera iuſtitiæ contemnantur: ſed vt ſciat ſe vnuſquiſque per fidem poſſe iuſtificari, etiamſi legis opera non præceſſerint. Sequuntur enim iuſtificatum, non præcedunt iuſtificandum, &c. Quoniam ergo hæc opinio tunc fuerat exorta, aliæ Apoſtolicæ Epiſtolæ Petri, Ioannis, Iacobi, Iudæ, contra eam maximè dirigunt intentionē, vt vehementer aſtruant, fidem ſine operibus nihil prodeſſe: ſicut etiam ipſe Paulus, non qualemlibet fidem qua in Deum creditur, ſed eam ſalubrem, planèque Euangelicam definiuit, cuius opera ex dilectione procedunt. Gal. 5. & fides, inquit, quæ per dilectionem operatur.

Et lib. de gratia & libero arbitrio, capite 7. Ne dicerent ſe ſuis operibus donum tale (*fidem*) meruiſſe, continuò ſubiecit: non ex operibus, ne fortè quis extollatur. Nō quia negauit, aut euacuauit opera bona, cùm dicat Deum vnicuique reddere ſecundùm opera eius: ſed quia opera ſunt ex

ſide, non ex operibus fides : ac per hoc, ab illo ſunt nobis opera iuſtitiæ, à quo eſt ipſa fides, de qua dictum eſt, Iuſtus ex fide viuit. Humines autem non intelligentes quod ait ipſe Apoſtolus, arbitrantur iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis Rom. 3. putauerunt eum dicere, ſufficere homini fidem, etiamſi malè viuat, & bona opera non habeat : qnod abſit vt ſentiret vas electionis : qui cùm dixiſſet quodam loco, Gal. 5. In Chriſto enim Ieſu, neque circumciſio aliquid valet, neque præputium : mox addidit, ſed fides quæ per dilectionem operatur. Ipſa eſt fides quæ fideles Dei ſeparat ab immundis dæmonibus: nam & ipſi, ſicut dicit Apoſtolus Iacobus, cap. 2. Credunt & contremiſcunt, ſed non benè operantur. Non ergo habent iſtam fidem ex qua iuſtus viuit, id eſt quæ per dilectionem operatur, vt reddat ei Deus vitam æternam, ſecundùm opera eius. Sed quia & ipſa bona opera nobis ex Deo ſunt, à quo nobis & fides eſt, & dilectio: Propterea idem ipſe Doctor Gentium etiam ipſam vitam æternam, gratiam nuncupauit. *Diſcuſſuri infra, num gratia neceſſitatem imponat, & tollat meritum bonorum operum, cum Petro claudemus hoc caput 2. Pet. 3. 17. Vbi de indoctis deprauatoribus Pauli;* Vos igitur, fratres, præſcientes cuſtodite, ne inſipientium errore traducti, excidatis à propria firmitate. (*Fide Chriſtianorum propria.*) Creſcite verò in gratia, & in cognitione Domini noſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti. Ipſi gloria & nunc, & in diem æternitatis. Amen.

An infantibus Eucharistiam cenſuerit Auguſtinus cum Tertulliano neceſſariam, ad vitam æternam.

Tertullianus quidem libro de Baptiſmo capite 16. id inſinuare videtur, vbi ait de Chriſto loquens : Venerat per aquam & ſanguinem, ſicut Ioannes ſcripſit, 1. Io. 5. 8. Vt aqua tingueretur, ſanguine glorificaretur; proinde nos faceret aquâ vocatos, ſanguine electos. Hos duos baptiſmos de vulnere perfoſſi lateris emiſit, quatenus qui in ſanguinem eius crederent, aqua lauarentur : qui aqua lauiſſent, etiam ſanguinem potarent. *Sed vt hanc quæſtionem moroſius, & plenius euoluamus: Quantum ad communionem paruulorum, primò certum eſt, non niſi baptizatis, & Spiritum ſanctum conſecutis, paruulis, & adultis ſolitam dari communionem. Sic enim agi conſuetum tempore Cypriani ipſe teſtatur, libro ſecundo Epiſtol. 3. ad Cecilium: Ex Eſaia 48.* Si ſitierint, inquit, per deſerta, adducet illos, aquam de Petra producet illis; findetur Petra, & fluet aqua, & bibet plebs mea. Quod in Euangelio adimpletur, quando Chriſtus, qui eſt Petra, finditur ictu lanceæ in paſſione, (*appoſitè ad textum Tertulliani :*) qui & admonens, quid per Prophetam ſit ante prædictum, clamat & dicit: Io. 7. ſi quis ſitit, veniat & bibat, &c. Atque vt magis poſſet eſſe manifeſtum, quia non de calice, ſed de baptiſmo illic loquitur Dominus, addidit Scriptura dicens, hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant qui in eum credebant. Per baptiſma enim Spiritus ſanctus accipitur, & ſic à baptizatis, & Spiritum ſanctum conſecutis, ad bibendum calicem Domini peruenitur. *Idem etiam docet ſanctus Iuſtinus Martyr in Apol. ad Antoninum infantes baptizari, & ſacra communione paſci*

Err. Impnt. Tert. & Aug.

A *ſolitos teſtatur Dionyſius libr. de Eccleſ. Hierarch. cap. 7.*

Quòd, inquit, infantes quoque, qui per ætatem nequeunt intelligere, diuinæ regenerationis, ſanctiſſimorumque diuinæ cõmunionis myſteriorum participes fiant, videtur, vt inquis, (*Timotheo ſcribit,*) hominibus prophanis non immeritò riſu dignum, quòd Pontifices eos erudiant qui nequeunt audire, ſanctaſque traditiones non intelligentibus fruſtra tradant : Neque minus ridiculum eſt, quòd alij (*ſponſores & patrini*) pro ijs abrenuntiationes, ſacraſque profeſſiones pronuntiant. Verùm non oportet tam ſanctam prudentiam errantibus (*ignorantibus*) indignari, ſed religiosè ad eorum inſtitutionem, cum charita-
B te rationem reddere, & obiectiones eorum ſoluere; atque illud inſuper ſecundùm ſacram ſanctionem addere, quomodo diuina omnia nequaquam noſtrâ intelligentiâ commenſuranda ſint, ſed plurima quæ nos latent, cauſas habere Deo dignas, quas nos quidem ignoremus, verùm ab ordinibus nobis præſtantioribus perſpicuè cognoſcuntur. Plurima item latent ſupremas illas ſublimiſſimaſque ſubſtantias, quæ ſoli ſapientiſſimæ, ſapientificæque diuinitati nota ſunt. Veruntamen hac de re id quoque dicimus, quòd Deiformes præceptores noſtri ab antiqua traditione acceptum nobis tranſcripſeruut, (*diutiſſimè enim vixit, & à ſancto Paulo inſtitutus eſt.*) Aiunt
C enim, quod & verum eſt, infantes, ſi in lege ſacra inſtituantur, ad ſanctum animi ſtatum peruenturos eſſe omni errore liberos, & ſine vllo impuræ vitæ periculo. Hoc enim, cùm in mentem veniſſet diuinis noſtris inſtitutoribus, placuit admitti pueros hoc ſancto modo, vt oblati paruuli parentes naturales, filium vni ex fidelibus tradant, qui præclarè in diuinis rebus puerum erudiat, ſub cuius deinceps cura ſit, tanquam ſub Patre diuino, ſanctæque ſalutis ſuſceptore. Hunc itaque Antiſtes, ſanctè promittentem ſe puerum ad ſanctam vitam informaturum, iubet profiteri abrenuntiationes, ſacraſque profeſſiones : Non enim, vt illi ſubſannatores aiunt, alium pro alio diuinis rebus imbuit : neque enim ſponſor dicit;
D ego pro puero abrenuntiationes facio, ſacraſue profeſſiones : ſed hoc modo puerum aſſerit renuntiare ac profiteri, ac ſi dicat : profiteor me huic puero, cùm per ætatem intelligere ſacra poterit, diuinis meis inſtitutionibus perſuaſurum, vt aduerſarijs nuntium omnino remittat, & diuina promiſſa profiteatur, & exſoluat. Nihil ergo, vt opinor, abſurdum eſt, ſi ad diuinum inſtitutum puer adducitur, cùm ducem ac ſponſorem habeat; qui eum & diuinarum rerum ſcientiâ imbuat, & ab aduerſarijs tutum cuſtodiat.

Tum regreditur ad Sacramentorum adminiſtrationem à Pontifice etiam infantibus largiendam. Porro, inquit, Pontifex puerum conſortem facit ſa-
E crorum myſteriorum, vt in eis educetur, neque agat vitam aliam, quàm eam quæ diuina ſemper ſpectet, & huiuſmodi ſancta communione proficiat, atque in bis ſacrum habitum poſſideat, & à ſuſceptore Deiformi ſtudiosè promoneatur.

Confirmat vſum communionis paruulorum, eumque ſub vini ſpecie, faciliori vtique paruulis vbera ſugentibus, nec dentes adhuc ad edendum panem Dominicum habentibus, idem Cyprianus in præclara illa & magna orat. de lapſis. Vbi circa finem, horrendis exemplis, ab indigna communione deterret. Præſente,

inquit, ac teſte meipſo, accipite quid euenerit. *(Vrgente perſecutione, & ad Idololatriam compellente,)* parentes fortè fugientes, dum trepidi minus ſibi conſulunt, ſub nutricis alimento paruulam filiam reliquerunt; relictam nutrix detulit ad Magiſtratus. Illi, ei apud Idolum quo populus confluebat, quòd carnem necdum poſſet edere per ætatem, panem mero mixtum, quod tamen & ipſum de immolatione pereuntium ſupererat, tradiderunt. Recepit filiam poſtmodum mater. Sed facinus puella commiſſum, tam loqui & indicare non potuit, quàm nec intelligere prius potuit, nec arcere. Ignoratione igitur obreptum eſt, vt ſacrificantibus nobis, eam ſecum mater inferret.

Sed enim puella mixta cum ſanctis, *(non pollutis ab Idolothytis)* precis noſtræ & orationis impatiens, nunc ploratu concuti, nunc mentis æſtu cœpit fluctuabunda iactari, & velut tortore cogente, quibus poterat indicijs, conſcientiam facti in ſimplicibus adhuc annis rudis anima fatebatur. Vbi verò ſolemnibus adimpletis, calicem Diaconus offerre præſentibus cœpit, & accipientibus cæteris locus eius aduenit; faciem ſuam paruula inſtinctu diuinæ maieſtatis auertere, os labijs obturantibus premere, calicem recuſare. Præſtitit tamen Diaconus, & reluctanti licet, de Sacramento calicis infudit. Tunc ſequitur ſingultus, & vomitus. In corpore, atque ore violato, Euchariſtia manere non potuit. Sanctificatus in Domini ſanguine potus, de pollutis viſceribus erupit; tanta eſt poteſtas Domini, tanta maieſtas. Secreta tenebrarum, ſub eius luce detecta ſunt, Sacerdotem Dei nec occulta crimina fefellerunt. Hoc circa infantem, quæ ad eloquendum alienum circa ſe crimen necdum habuit ætatem.

S. Aug. *Auguſtinus Epiſtol.° 23. ad Bonifacium, eandem ex Cypriano refert hiſtoriam, eumque excuſat, quòd in eadem oratione, ſiue Epiſtola dixiſſet:* Amiſerunt paruuli quod in primo ſtatim natiuitatis exordio fuerant conſecuti, &c. Amiſerunt, inquit, in eorum mente, ac voluntate, qui in illos tantum facinus commiſerunt. Nam ſi in ſeipſis amiſiſſent, remanſiſſent vtique diuinâ ſententiâ, ſine vlla defenſione damnandi. Quod ſi ſanctus Cyprianus arbitraretur, non eorum defenſionem continuò ſubijceret, dicens: Nonne illi, cùm iudicij dies venerit, dicent: Nos nihil fecimus, nec DERELICTO CIBO ET POCVLO DOMINI, ad prophana contagia ſponte properauimus: perdidit nos aliena perfidia, parentes ſenſimus parricidas. Illi nobis Eccleſiam matrem, illi Patrem Deum negauerunt, vt dum parui, & improuidi, & tanti facinoris ignari, per alios ad conſortium criminis iungimur, aliena fraude caperemur. Hanc defenſionem non ſubnecteret, niſi iuſtiſſimam crederet, & in Dei iudicio profuturam. Si enim verè dicitur: nos nihil fecimus: anima quæ non peccauerit *(peccato actuali de quo eſt ſermo)* ipſa cur morietur? &c. Illud verò quod in eadem commemoratur Epiſtola, quandam paruulam turbatis in fugam parentibus nutrici derelictam, atque ab eadem nutrice dæmonum ſacrilegijs impactam, illatam ſibi Euchariſtiam, miris motibus reſpuiſſe: ideo mihi videtur diuinitus factum, ne maiores putarent, nihil ſe in paruulos in illa iniquitate peccare, ſed potius intelligerent per illum ſignificantem quodammodo geſtum corporis eorum qui loqui non poterant, ſe mirabiliter admoneri, quid ipſi facere deberent, qui poſt tantum illud nefas, Sacramentis ſalutaribus irruebant, vnde ſe vtique pœnitendo abſtinere deberent. Nec cùm tale aliquid diuina prouidentia per infantulos agit, ipſos id agere ſcientiâ vel ratione credendum eſt. Neque enim quia cuiuſdam Prophetæ dementiam Deus voluit, etiam aſina loquente coërcere, ideo admiranda eſt aſinorum ſapientia. Porro ſicut per animal irrationale ſonuit aliquid homini ſimillimum, quod miraculo diuino, non cordi aſinino tribuendum ſit: ita potuit omnipotens per infantis animam, non vbi ratio nulla erat, ſed vbi adhuc ſopita erat, geſtu corporis eius oſtendere, quid illi, qui & in ſe, & in paruulos ſuos peccauerant, curare deberent.

Iam quid poſt alios Patres de communione infantum ſenſerit videamus. Libro primo ad Bonifacium contra duas Epiſtolas Pelagianorum, capite 22. Nouimus, inquit, quomodo non ſecundùm Paulum Apoſtolum, ſed ſecundum Pelagium hæreticum iſta dicatis: paruulis videlicet baptiſmum neceſſarium, non propter remiſſionem peccatorum, ſed tantummodo propter regnum cælorum. Datis enim eis extra regnum Dei locum ſalutis, & vitæ æternæ, etiamſi non fuerint baptizati: Nec attenditis quod ſcriptum eſt: qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui autem non crediderit, condemnabitur. Propter quod in Eccleſia Saluatoris, per alios paruuli credunt, ſicut ex alijs, ea quæ illis in baptiſmo remittuntur, peccata traxerunt. Nec illud cogitatis eos vitam habere non poſſe, qui fuerint expertes corporis & ſanguinis Chriſti, dicente ipſo: niſi manducaueritis carnem meam, &c. Non habebitis vitam in vobis. Aut ſi Euangelicis vocibus cogimini confiteri, nec vitam, ſalutemque poſſe habere paruulos de corpore exeuntes, niſi fuerint baptizati, quærite cur compellantur non baptizati ſecundæ mortis ſubire ſupplicium, *(alibi pluriès ex Matth. 25. legit combuſtionem & actionem ignis)* iudicante illo qui neminem damnat immeritum, & inuenietis, quod non vultis originale peccatum. Aug.

Et libro quarto, ad eundem Bonifacium capite quarto, circa finem ex Roman. quinto, vbi de reconciliatione omnibus neceſſaria per Chriſti ſanguinem. Quid, inquit, tergiuerſantur Pelagiani? Si omnibus neceſſaria eſt reconciliatio per Chriſtum, per omnes tranſijt peccatum, quo inimici fuimus, vt opus reconciliari haberemus. Hæc reconciliatio eſt in lauacro regenerationis, & Chriſti carne & ſanguine, ſine quo nec paruuli poſſunt habere vitam in ſemetipſis. Sicut enim fuit vnus ad mortem propter peccatum, ſic eſt vnus ad vitam propter iuſtitiam. Quia ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Aug.

Et libro primo, contra Iul. capite quarto. ſe poſt Innocentium primum Pontificem id ſenſiſſe teſtatur. Sancto, inquit, Innocentio vide quid reſpondeas, qui nihil aliud de hac re ſapit, quàm quod iſti, in quorum te conuentum, ſi tamen prodeſt aliquid, introduxi, *(præmiſerat Irenæum, Cyprianum, Reticium, Olympium, Hilarium, Ambroſium, vt & infra Gregorium Nazianzenum, Baſilium, Ioannem Conſtantinopolitanum, Hieronymum,)* cum his etiam ipſe conſidet, etſi poſterior tempore, prior loco. De miſeris paruulis ab originali malo quod trahitur ex Adam, per Chriſti gratiam liberandis, vnam cum eis tenet Chriſtianam veramque ſen-

tentiam, qui omne præteritum vitium primi ſcilicet hominis qui libero arbitrio eſt in profunda demerſus, Chriſtum dixit ſui lauacro purgaſſe baptiſmatis. Qui denique PARVVLOS DEFINIVIT NISI MANDVCAVERINT CARNEM FILII HOMINIS, VITAM PRORSVS HABERE NON POSSE. Huic reſponde, imò ipſi Domino cuius ille Antiſtes vſus eſt teſtimonio: & dic vnde imago Dei tam capitali ſupplicio puniatur, vt vita priuetur, ſi peccatum à naſcentibus originale non trahitur. *Subyciam infra ipſiſſima S. Innocentij Papæ verba.*

Inculcat idem Auguſtinus libro primo. contra Iulianum, capite ſexto, vbi refert S. Ioannem Conſtantinopolitanum in homil. de baptizatis. Non, inquit, tantùm ſunt liberi, ſed & ſancti; non tantùm ſancti, ſed & iuſti: non ſolum iuſti, ſed & filij, non ſolum filij, ſed & hæredes; non ſolum hæredes, ſed & fratres Chriſti: nec tantùm fratres Chriſti, ſed & cohæredes: non ſolum cohæredes, ſed & membra: non tantùm membra, ſed & templum: non tantùm templum, ſed & organa Spiritus. Vides quot ſunt baptiſmatis largitates; & nonnulli deputant cæleſtem gratiam, in peccatorum tantùm remiſſione conſiſtere. Nos autem honores computauimus decem. Hac de cauſa etiam infantes baptizamus, cùm non ſint coinquinati peccato, (*actuali ſc. & proprio*) vt eis detur vel addatur (*detur abſolutè per baptiſmum, addatur per Euchariſtiam.*) Sanctitas, iuſtitia, adoptio, hæreditas, fraternitas Chriſti, vt eius membra ſint, &c. Abſit vt Conſtantinopolitanus Ioannes de baptiſmate paruulorum, eorumque à paterni chyrographi liberatione per Chriſtum, tot ac tantis Coepiſcopis ſuis, maximéque Romano Innocentio, Carthaginenſi, Cypriano, Cappadoci, Baſilio, Gregorio, Nazianzeno, Gallo Hilario, Mediolanenſi reſiſtat Ambroſio. Alia ſunt in quibus inter ſe aliquando etiam doctiſſimi atque optimi regulæ Catholicæ defenſores, ſalua fidei compage non conſonant, & alius alio de vna re melius aliquid dicit, & verius. Hoc autem vnde nunc agimus, ad ipſa fidei pertinet fundamenta, &c. Omnino & paruulorum Saluator eſt Chriſtus. Omnino niſi ab illo redimantur, peribunt, quoniam ſine carne eius & ſanguine vitam habere non poſſunt. Hoc ſenſit, hoc credidit, hoc didicit, hoc docuit & Ioannes. Sed tu eius verba in veſtrum dogma conuertis: peccata dixit paruulos non habere, ſed propria: Vnde illos Innocentes meritò nuncupamus, ſecundùm id quod ait Apoſtolus Roman. 9. Nondum natos nihil egiſſe boni ſiue mali: non ſecundùm id quod ait: Roman. 5. per vnius inobedientiam, peccatores conſtituti ſunt multi. *Et libro tertio, contra Iulianum capite primo.* An dicente Chriſto, ſi non manducaueritis meam carnem & biberitis meum ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: dicturus fueram, paruulum habiturum vitam, qui ſine iſto Sacramento finiſſet hanc vitam? *Et libro 1. de pecc. meritis, cap. 20. expreſſius vbi de paruulo.*

Si, inquit, percepto baptiſmate de hac vita emigrauerit, ſoluto reatu, cui originaliter erat obnoxius, perficietur in illo lumine veritatis, quod incommutabiliter manens, in æternum iuſtificatos præſentia Creatoris illuminat. Peccata enim ſola ſeparant inter homines & Deum, quæ ſoluuntur Chriſti gratiâ, per quem mediatorem reconciliamur, cùm iuſtificat impium. Terrentur autem iſta ſententia Domini dicentis: Niſi

Err. Impuſt. Tert. & Aug.

quis natus fuerit denuò, non videbit regnum Dei. Quod cùm exponeret, ait, niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum cælorum: Et propterea conantur paruulis non baptizatis, innocentiæ merito ſalutem ac vitam æternam tribuere, ſed quia baptizati non ſunt, eos à regno cælorum facere alienos, noua quadam & mirabili præſumptione, quaſi ſalus ac æterna vita poſſit eſſe præter Chriſti hæreditatem, præter regnum cælorum. Habent enim videlicet quò confugiant, atque vbi deliteſcant, quia non ait Dominus, ſi quis non renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non habebit vitam: ſed ait, non intrabit in regnum Dei. Nam ſi illud dixiſſet, nulla hinc dubitatio poſſet oboriri. Auferatur ergo iam dubitatio, Dominum audiamus, non ſuſpiciones coniecturaſque mortalium. Dominum audiamus inquam, non quidem hoc de Sacramento lauacri dicentem, ſed de Sacramento ſanctæ menſæ ſuæ, quò nemo ritè niſi baptizatus accedit: Niſi manducaueritis carnem meam, &c. Non habebitis vitam in vobis. Quid vltra quærimus? Quid ad hoc reſpondere poterunt, niſi pertinacia pugnaces neruos aduerſus conſtantiam perſpicuæ veritatis intendāt? An verò quiſquam etiam hoc dicere audebit, quòd ad paruulos hæc ſententia non pertineat, poſſintque ſine participatione corporis huius & ſanguinis in ſe habere vitam, quia non ait, qui non manducauerit: ſicut de baptiſmo, qui non renatus fuerit, ſed ait: ſi non manducaueritis: velut eos alloquens qui audire & intelligere poterant, quod vtique non valent paruuli? Sed qui hoc dicit, non attendit, quia niſi omnes iſta ſententia teneat, vt ſine corpore & ſanguine filij hominis vitam habere non poſſint, fruſtra etiam ætas maior id curat, &c. Ad hoc etiā pro paruulorum vita caro data eſt, quę dicta eſt pro ſæculi vita, & ſi non manducauerint carnem filij hominis, nec ipſi habebunt vitam, &c. Qui credit in filium habet vitam æternam: qui autem incredulus eſt filio, non habebit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. In quo igitur horum genere ponemus infantes: in eorum qui credunt in filium, an in eorum qui ſunt increduli filio? In neutro, ait aliquis, quia cùm adhuc credere non poſſunt, nec increduli deputandi ſunt. Non hoc iudicat Eccleſiaſtica regula, quæ baptizatos infantes fidelium numero adiungit. Porro ſi iſti qui baptizantur, propter virtutem celebrationemque tanti Sacramenti, quamuis ſuo corde atque ore non agant, quod ad credendum confitendumque pertineat, tamen in numero credentium computantur: profectò illi quibus Sacramentum defuerit, in eis habendi ſunt, qui non credunt filio: atque ideo, ſi huius inanes gratiæ de corpore exierint, ſequetur eos quod dictum eſt, non habebunt vitam, ſed ira Dei manet ſuper eos. Et vnde hoc, quando eos clarum eſt peccata propria non habere, ſi nec originali peccato teneantur obnoxij? Benè autem non ait, ira Dei veniet ſuper eum: ſed, manet ſuper eum.

In Epiſtol. etiam ad Vitalem in octauo articulo inter duodecim, de quibus concludit ibidem: Nempe manifeſtum eſt ex illis duodecim ſententijs, quas pertinere ad Catholicam fidem negare non ſineris, non ſolum omnibus, verùm etiam ſingulis ad confiça, vt confiteamur gratiā Dei præueniri hominum voluntates, & per hanc potius eas præparari, quàm propter eorum meritum dari. *Sicut & præmiſeras:* Peruenimus, inquit, in ea quæ ad

fidem veram, & Catholicam pertinere firmiſſimè ſcimus, in quibus ita nobis ambulandum eſt, adiuuante illo atque miſerante eui dicimus: Deduc me Domine in via tua, & ambulabo in veritate tua, vt ab eis nollo modo deuiemos. Quoniam ergo propitio Chriſto Chriſtiani Catholici ſomus, &c. Scimus etiam paruulos, ſecundùm ea quæ per corpus geſſerunt, recepturos vel bonom, vel malom: geſſerunt autem non per ſeipſos, ſed per eos, quibus pro illis reſpondentibus, & renunciare Diabolo dicuntur, & credere in Deum; vnde & in oumero fidelium computantur, pertinentes ad ſententiam Domini dicentis: qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Propter quod, & illis qui hoc Sacramentum non accipiunt, contingit quod ſequitur: qui autem non crediderit condemnabitur. Vnde & ipſi, ſicut dixi, ſi in illa parua ætate moriootur, vtiqoe ſecundùm ea quæ per corpus geſſeruot, id eſt tempore quo in corpore fuerunt, quando per corda & ora geſtantium credideront, vel non crediderunt: quando baptizati, vel non baptizati ſunt: quando carnem Chriſti manducauerunt, vel non manducauerunt: quando & ſanguinem biberunt, vel non biberont, ſecondùm hæc ergo quæ per corpus geſſerunt, non ſecundùm eã quæ ſi diu hic viuereot, geſturi fuerant, iudicantur.

Hi, & alij, ſi qui ſunt, (velut 1. ad Bonifac. capite 21. & libro ſecundo, cap. 4. 3. contra Iulianum. capite 1. & l. 3. c. 12.) ſimilibus locis abutuntur, quicumque doctrinam Auguſtini imperitis odioſam & contemptibilem facere conantur, quaſi Euchariſtiam abſolutè neceſſariam infantibus ad ſalutem cenſuerit Auguſtinus. Hinc & aduerſarius Sanctiſſimo Doctori inſultat: Cùm, *inquit, vernacula ſua lingua,* medium non relinquat Auguſtinus locum, nec præter Paradiſum & infernum baptizatis, vel non baptizatis ſeruet: certum ſit autem baptizatos & renatos infantes conſequi regnum Dei, ſi ante vſum rationis ex hac vita decedant: & ex eodem Auguſtino conſtet eoſdem infantes abſque participatione corporis & ſanguinis Chriſti vitam non poſſe aſſequi ſempiternam: quo tandem loco ſoſpenſæ huiuſmodi infantum animæ remanebunt?

Sunt & alij qui grauiorem adhuc Auguſtini fronti notam aſpergant, vtpote qui fuerit à Concilio Tridentino, hac cauſa, cenſurâ perſtrictus. Vtriſque reſponſione pacifica ſatisfacio. Primò ſuppono, vt liquide, conſtat ex ſupradictis, veterem fuiſſe vſum Eccleſiæ, infantibus baptizatis ſacram Euchariſtiam præbere, quem vſum rationabilibus de cauſis, maximè ob frequentem ex vomitu, alijſque periculis irreuerentiam, eadem Eccleſia ſuſtulit. Secundò numquam Auguſtinum, alioſque Patres hunc vſum neceſſarium, nec neceſſitate præcepti, nec medij cenſuiſſe infantibus impoſitum. Tertiò vt patet intelligenti, præmiſſos contra Pelagianos locos, Auguſtinum hoc eos argumento conuincere voluiſſe. Cùm enim ipſi fateri cogerentur neceſſarium eſſe baptiſmum infantibus, quod ſine eo regnum cœlorum conſequi non poſſent, ſine quo tamen vitam æternam habere poſſent: Auguſtinus altero Ioannis teſtimonio vtitur, vt probet eos ſine participatione corporis Chriſti, quod non niſi baptizatis dabatur, à vita etiam æterna excluſos: Quo quidem loco non eos obſtringit ad realem Sacramenti ſuſceptionem, ſed ad eius effectum, ſiue myſterium participandum.

Cùm enim effectus Sacramenti Euchariſtiæ ſit vnio cum Chriſto & incorporatio cum eo & eius corpore
A *myſtico quod eſt Eccleſia, cuius ipſe caput eſt Chriſtus, de Euchariſtia dicens:* Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in eo: *Profectò quicumque incorporatur Chriſto & eius corpori, ipſe manducat & bibit, & percipit huius Sacroſancti myſterij effectum. Proinde quicumque infans in Adam moriuus, ex aqua & Spiritu ſancto renaſcitur, quicumque baptizatur, & recipit fidei ſacramentum, hic credit in filium Dei, hic vnitur Chriſto, hic corpori eius, quod eſt Eccleſia, ſub eius capite Chriſto communicat, & per conſequens, ſi in hoc ſtatu migret è vita, ſimul cum regno cælorum habet vitam æternam.*

Quòd hic ſit verus ſenſus Auguſtini. abſque præiudicio B *realitatis corporis Chriſti in Euchariſtia, quam toties in hoc opere ex eiuſdem ſententijs comprobauimus, attende lector & pondera quæ ſubijcio. Auguſtinus itaque tractat. 26. in Io. 6. ſic explicat myſterium participationis corporis Chriſti:* Caro mea, inquit, eſt pro mundi vita. Norunt fideles corpus Chriſti, ſi corpus Chriſti non negligunt eſſe. Fiant corpus Chriſti, ſi volunt viuere de ſpiritu Chriſti, &c. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. Hanc ergo non habet, qui iſtum panem non manducat, nec iſtum ſanguinem bibit: Nam temporalem vitam ſine illo habere homines poſſunt, æternam vero omnino non poſſoot, &c. Hunc itaque cibum & potum, ſocietatem vult intelligi corporis, & membrorum ſuorum, quod eſt S. Eccleſia, C in prædeſtinatis, & vocatis, & iuſtificatis, & glorificatis ſanctis & fidelibus eius. Quorum primum iam factum eſt, id eſt prædeſtinatio: ſecundum & tertium factum eſt, & fit, & fiet, id eſt vocatio, & iuſtificatio: quartum verò nunc in ſpe eſt, in re autem futurum eſt, id eſt glorificatio. Huius rei Sacrameotum, id eſt vnitatis corporis & ſanguinis Chriſti, alicubi quotidie, alicubi certis interuallis dierum, in Domioica menſa præparatur, & de menſa Dominica ſumitur, quibuſdam ad vitam, quibuſdam ad exitiom. Res vero ipſa, cuius & Sacrameotum eſt (*id eſt ſignum & repræſentatio*) omni homini ad vitam, nulli ad exitium, quicumque eius particeps fuerit. S Aug.

Scilicet vnio ipſa & compago charitatis membrorum Eccleſiæ, cuius ipſa Euchariſtia eſt ſacramentum D *& Symbolum. Vbi vides Auguſtinum diſtinguere duo Chriſti corpora duaſque participationes, realem vnam, alteram myſticam, cuius realis eſt Symbolum. Vnde ſubijcit:* Propterea, inquit, ſicut ante nos hoc intellexeruot homines Dei, Dominus noſter Ieſus Chriſtus corpus & ſanguinem ſuum in eis rebus commendauit, quæ ad vnum aliquid rediguntur ex multis. Namque aliud (*panis*) in vnum ex multis granis conficitor, & conſtat: aliud (*vt vinum*) ex multis acinis confluit, &c. Hoc eſt ergo manducare illam eſcam, & illum bibere potum, in Chriſto manere, & illum manentem in ſe habere. Aug.

Quod & de charitate dictum eſt: Deus charitas E eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. *Et charitas perfectionis vinculum vnit membra, & corpus capiti, & vnum facit. Vnde Paulus, inquit, ibid ſupra Auguſtinus:* Exponens nobis Apoſtolus hunc panem; vnus panis, inquit, vnũ corpus multi ſumus, (*qui de eodem pane participamus.*) O Sacramentum pietatis, ô ſignum vnitatis, ô vinculum charitatis! Qui vult viuere, habet vbi viuat, habet vnde viuat: accedat, credat, incorporetur, vt viuificetur. S.Aug.

Cùm itaque infantes per baptiſmum corpori Chriſti

myſtico incorporentur, viuificantur, & habent vitam, & abſque reali participatione Euchariſtiæ, effectum habent Euchariſtiæ ſi lem, vnionem, cum Chriſto, & eius corpore myſtico vnionem, & regni, ſalutis, & vitæ æternæ participationem.

Hoc & apertiſſime ſenſit Innocentius primus in Epiſtol. Patribus Concilij Mileuitani inſcripta quæ eſt apud Auguſt. 93. Ex qua Diuus Auguſtinus ſuam vel potius Eccleſiæ Romanæ ſententiam, vel primo deprompſit, vel tantâ authoritate ſuam confirmauit. S. Aug Dei, inquit, gratiam conantur auferre, quam neceſſe eſt etiam reſtitutâ nobis ſtatus priſtini libertate quæramus: quippe nec aliàs Diaboli machinas, niſi eadem poſſumus iuuante, vitare. Illud verò quod eos veſtra fraternitas aſſerit prædicare, paruulos æternæ vitæ præmijs, etiam ſine baptiſmatis gratia, poſſe donari, perfatuum eſt: Niſi enim manducauerint carnem filij hominis, & biberint ſanguinem eius, non habebunt vitam in ſemetipſis.

Quæ enim eſſet iſta conſequentia, niſi Summus Pontifex intelligeret eumdem eſſe Euchariſtiæ & baptiſmatis effectum, nempe incorporationem cum Chriſto, & vitam æternam ex vnione cum ipſo, quam adipiſcuntur paruuli regenerati in Chriſto? Non quod vt ad marginem huius loci, quæ plerique decepti ſunt ſatis imprudenter adnotauit Eraſmus: Etiam Romana Eccleſia crediderit Euchariſtiam paruulis neceſſariam: *Sed quod paruuli in peccato originali concepti non poſſint vitam æternam conſequi ſine pane vitæ, qui de cœlo deſcendit; & qui dixit, panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita: quam vna cum ſanguine etiam pro paruulis poſuit in cruce: cuius fiunt in baptiſmo participes, vt facti membra eius viuant de Spiritu eius. Quos quia cum toto genere humano Adam inuoluit in culpa, Chriſtus excludere noluit à venia. Quod & Innocentius ſtatim declarat in ſequentibus.* Qui autem hanc (*vitam*) eis ſine regeneratione defendunt, videntur mihi ipſum baptiſmum velle caſſare, cùm prædicant hos habere, quod in eos creditur non niſi baptiſmate conferendum, &c. Verum vt ſuperfluorum hominum praua doctrina celeri poſſit veritatis ratione diſcindi, proclamat hoc Dominus in Euangello dicens: Sinite infantes venire ad me, & nolite eos prohibere, talium eſt enim regnum cælorum.

Supereſt, vt obſtruamus ora loquentium iniqua, & apertiſſimam ſancti Fulgentij, & ſancti Auguſtini ſuper iſta manducatione, ſententiam proferamus. Ille enim in præclara illa Epiſtola ad Ferrandum Diaconum de baptiſmo Æthyopis moribundi, capite 11. & vltimo: Nullus, inquit, debet moueri fidelium, in illis qui etſi legitimè ſana mente baptizantur, præueniente velocius morte, carnem Domini manducare, & ſanguinem bibere non ſinuntur; propter illam videlicet ſententiam Saluatoris, qua dixit: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, &c.

Quod quiſquis non ſolùm ſecundùm veritatis myſteria, ſed ſecundùm myſterij veritatem conſiderare poterit, in ipſo lauacro ſanctæ regenerationis hoc fieri prouidebit. Quid enim agitur Sacramento ſancti baptiſmatis, niſi vt credentes membra Domini noſtri Ieſu Chriſti fiant, & ad compagem corporis eius Eccleſiaſtica vnitate pertineant? Ipſis enim dicit beatus Apoſtolus, vos eſtis corpus Chriſti, membra de membro. Quos oſtendit, non ſolum ipſius ſacrificij participes, ſed ipſum ſanctum ſacrificium eſſe, dum
A eos iubet viuam hoſtiam ſeipſos Deo humiliter exhibere, &c.

Vnde cum quodam loco dixiſſet, calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini eſt? Vt nos eſſe ipſum verum panem, verumque corpus oſtenderet, continuò ſubiunxit; quoniam vnus panis, vnum corpus multi ſumus, omnes qui de vno pane participamus. 1. Cor. 10. 16. & 17. Vnde alio loco dixit, Epheſ. 4. 4. Vnum corpus & vnus ſpiritus, ſicuti vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ, &c. Nam & carnem Domini nos eſſe confirmans, ait Epheſ. 5. 29. Nemo enim vn-
B quam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam, quoniam mẽbra ſumus corporis eius, & de oſſibus eius. Quo circa, quoniam vnus panis, & vnum corpus multi ſumus, tunc incipit vnuſquiſque particeps eſſe illius vnius panis, quando cœperit membrum eſſe illius vnius corporis; quod in ſingulis membris, quando in baptiſmo capiti Chriſto ſubiungitur, tunc iam Deo viua hoſtia veraciter immolatur. Illo enim natiuitatis munere ſic fit ſacrificium, ſicut fit & templum. Quod beatus Apoſtolus docens ait: Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Qui ergo membrum corporis Chriſti fit, quomodo
C non accipit quod ipſe fit? Quando vtique illius fit verum corporis membrum, cuius corporis eſt in ſacrificio Sacramentum? Hoc ergo fit ille regeneratione ſancti baptiſmatis, quod eſt de ſacrificio ſumpturus altaris.

Sumpturus autem eſt de Altaris ſacrificio corpus Chriſti, ergo fit in baptiſmo de corpore Chriſti quod eſt Eccleſia, membrum Chriſti. Tum concludit, quod etiam ſanctos Patres indubitanter crediſſe, ac docuiſſe cognoſcimus. B. quoque Auguſtinus de hac re ſermonem fecit admodum luculentum, & aptum ædificationi atque inſtructioni fidelium. Quem ſermonem totum Epiſtolæ malui ſubiungere, quia nec eſt prolixus, & in ipſa bre-
D uitate, magnæ inſtructionis ac ſuauitatis eſt plenus.

Subijcit itaque ſermonem inſcriptum Sermo S. Auguſtini Epiſc. ante Altare, ad infantes de Sacramento.

Hoc quod videtis in Altari Dei, etiam tranſacta nocte vidiſtis: ſed quid eſſet, quid ſibi vellet, quam magnæ rei Sacramentum contineret, nondum audiſtis. Quod ergo vidiſtis, panis eſt, & calix; quod etiam oculi veſtri renuntiant. Quod autem fides veſtra poſtulat inſtruenda, panis eſt corpus Chriſti, calix ſanguis Chriſti. *Nec tamen hic Lutheranorum impanationi fauet. Dixit enim, quod videtur, non verò quod eſt. Neque enim ſubſtantia eſt,* S. Aug.
E *ſed ſolu ſunt accidentia panis & vini quæ nomen retinent prioris ſubſtantiæ. Neque enim panis pro mundi vita datus eſt, ſed panis in carnem Chriſti conuerſus, qui prioris ſubſtantiæ retinet nomen, propter eadem accidentia. Pergit Auguſtinus:* S. Auguſt. Breuiter quidem hoc dictum eſt, quod fidei fortè ſufficiat: ſed fides inſtructionem deſiderat. Dicit enim Propheta Eſa. 7. Niſi credideritis, non intelligetis. Poteſtis ergo modò dicere mihi: præcepiſti, vt credamus, expone vt intelligamus. Poteſt enim in animo cuiuſpiam cogitatio talis oboriri. Dominus noſter Ieſus Chriſtus nouimus vnde acceperit carnem, de Virgine Maria: infans lactatus eſt, nutritus eſt, creuit, ad iuuenilem ætatem perdu-

ctus eſt, à Iudæis perſecutionem paſſus eſt, ligno A ſuſpenſus eſt, in ligno interfectus eſt, de ligno depoſitus eſt, ſepultus eſt, tertia die reſurrexit, quo die voluit in cælum aſcendit: illuc leuauit corpus ſuum, vnde eſt venturus, vt iudicet viuos & mortuos. Ibi eſt modò ſedens ad dexteram Patris. Quomodo eſt panis corpus eius, & calix, vel quod habet calix, quomodo eſt ſanguis eius? Iſta, fratres, ideo dicuntur Sacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur ſpeciem habet corporalem, (*en ſpecies ſacramentales & accidentia ſenſibilia:*) quod intelligitur, fructum habet ſpiritalem.

Aduerte ſequentia vt præmonui ſupra abſque præiudicio dicta realis præſentiæ corporis Christi; ſed illud myſterium quid ſubinnuat, & cuius rei ſit Sacramentum & ſignum, iuxta præmiſſa planiſſimè docet. B

S. Auguſt. Corpus ergo Chriſti ſi vis intelligere, Apoſtolum audi dicentem fidelibus; vos eſtis corpus Chriſti, & membra. Si ergo vos eſtis corpus Chriſti, & membra, myſterium veſtrum in menſa Domini poſitum eſt: myſterium Domini accipietis. Ad id quod eſtis, Amen reſpondetis, & reſpondendo ſubſcribitis. Audis ergo corpus Chriſti, & reſpondes, Amen. Eſto membrum corporis Chriſti, & verum ſit Amen. Quare ergo in pane? Nihil hîc de noſtro afferamus: ipſum Apoſtolum item audiamus. Cùm ergo de iſto Sacramento loqueretur, ait: Vnus panis, vnum corpus multi ſumus. Intelligite & gaudete. Vni- C tas, pietas, veritas, charitas! Vnus panis, vnum corpus multi ſumus. Recolite enim quia panis non fit de vno grano, ſed de multis. Quando exorcizabamini, quaſi molebamini: quando baptizati eſtis, quaſi conſperſi eſtis: quando Spiritus ſancti ignem accepiſtis, (*in Confirmatione*) quaſi cocti eſtis. Eſtote quod videtis, (*intellectu fidei videtis corpus Chriſti ſub ſpecie panis*,) & accipite quod eſtis. (*Accipite corpus Chriſti, iam facti membra corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia.*) Hoc Apoſtolus de pane dixit, iam de Calice quid intelligeremus, etiam hoc dictum ſatis oſtendit. Sicut enim, vt ſit ſpecies viſibilis panis, multa grana in vnum conſperguntur; tanquam illud fiat, quod D de fidelibus ait Scriptura ſancta: erat illis anima & cor vnum in Deum. Sic & de vino fratres, recolite vnde ſit vnum. Grana multa pendent ad botrum, ſed liquor granorum in vnitate confunditur. Ita Dominus Ieſus Chriſtus nos ſignificauit, nos ad ſe pertinere voluit: Myſterium pacis & vnitatis noſtræ, in ſua menſa conſecrauit. Qui accipit myſterium vnitatis, & non ſeruat vinculum pacis, non myſterium accipit pro ſe, ſed teſtimonium contra ſe.

Adeo vt Chriſtus hoc maximè fine inſtituerit Euchariſtiæ ſacramentum, vt de vno pane & calice participantes, vnum inter ſe & ſecum faceret, ſicut in Sermone cœnæ poſcebat à Patre, Io. 17. Vt ſicut tu & ego vnum ſumus, ſic & illi vnum ſint, &c. *Et præceptum quo dixit:* Niſi manducaueritis, &c. *iuxta Paulum:* Finis præcepti ſit charitas: *Et hoc præceptum ſecundùm finem & intentionem legiſlatoris in infantibus baptizatis, & ante ſumptionem Euchariſtiæ morte præuentis impleatur; cum vi baptiſmi, tanquam membra vnitati corporis Chriſti, hoc eſt Eccleſiæ per fidem, ſpem & charitatem incorporentur. ſine* E *qua vnitate & charitate tantùm abeſt vt adultis proſit realis ſumptio corporis & ſanguinis Chriſti, quin potius quiſquis indignè manducat & bibit, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini ſacramentum eſſe vnitatis & charitatis. Proinde rectè concludit ſupra Fulgentius in relato Auguſtini ſermone.*

Arbitror, ſancte frater, diſputationem noſtram præclarè Doctoris Auguſtini ſermone firmatam, nec cuiquam eſſe aliquatenus ambigendum, tunc vnumquemque fidelium corporis ſanguiniſque Dominici participem fieri, quando in baptiſmate membrum corporis Chriſti efficitur: Nec alienari ab illo panis calicíſue conſortio, etiamſi antequàm panem illum comedat, & Calicem bibat, de hoc ſæculo in vnitate corporis Chriſti conſtitutus abſcedat. Sacramenti quippe illius participatione ac beneficio non priuatur, quando ipſe, hoc quod illud Sacramentum ſignificat, inuenitur.

De eadem per ſacramentum Baptiſmi cum Chriſto & eius Eccleſia incorporatione, libro tertio, de peccatorum meritis, &c. capite 11. Illud quod ait Apoſtolus Roman. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſijt, in quo omnes peccauerunt, ſic accipiamus, ne tot tantiſque apertiſſimis diuinarum Scripturarum teſtimonijs, quibus docemur, præter Chriſti ſocietatem, quæ in illo, & cum illo fit, cùm Sacramentis eius imbuimur, & eius membris incorporamur, vitam, ſalutemque æternam adipiſci neminem poſſe, nimis inſipienter, atque infœliciter repugnare iudicemur. Aug.

Et libro primo de peccat. merit. capite 24. Quis audeat dicere non eſſe Chriſtum infantum Saluatorem, nec redemptorem? Vnde autem ſaluos facit, ſi nulla in eis eſt ægritudo peccati? Vnde redimit, ſi non ſunt per originem primi hominis venundati ſub peccato? Nulla igitur ex arbitrio noſtro, præter baptiſmum Chriſti ſalus æterna promittatur infantibus, quam non promittit Scriptura diuina omnibus ingenijs humanis præferenda. Optimè Punici Chriſtiani, baptiſmum ipſum nihil aliud quàm ſalutem, & Sacramentum corporis Chriſti, nihil aliud quam vitam vocant. Vnde niſi ex antiqua, vt exiſtimo, & Apoſtolica traditione, qua Eccleſiæ Chriſti inſitum tenent, præter baptiſmum & participationem menſæ, non ſolùm non ad regnum Dei, ſed nec ad ſalutem & vitam æternam poſſe quenquam hominum peruenire. Hoc enim & ſcriptura teſtatur, &c. Nam quid aliud tenent qui baptiſmum nomine ſalutis appellant, niſi quod dictum eſt ad Tit. 3 Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis: & quod Petrus ait 1. 3. ſic & vos ſimili forma baptiſma ſaluos facit. Quid aliud etiam qui Sacramentum menſæ Dominicæ vitam vocant, niſi quod dictum, Io. 6. Ego ſum panis vitæ, &c. Et panis quem ego dabo, &c. Etſi non manducaueritis, &c. Si ergo vt tot & tanta diuina teſtimonia concinunt, nec ſalus, nec vita æterna ſine baptiſmo & corpore & ſanguine Domini cuiquam ſperanda eſt, fruſtra ſine his promittitur paruulis. Porro ſi à ſalute ac vita æterna, hominem niſi peccata non ſeparant, per hæc Sacramẽta non niſi peccati reatus in paruulis ſoluitur, de quo reatu ſcriptum eſt, Iob. 25. Neminem eſſe mundũ, nec ſi fuerit vnius diei vita eius. Vnde eſt & illud in Pſalmis: Ego enim in iniquitatibus cõceptus ſum, & in peccatis mater mea me in vtero aluit. Aut enim ex perſona generali ipſius hominis dicitur, aut ſi propriè de ſe Dauid hoc dicit, non vtique de fornicatione, ſed de legitimo con-

A connubio natus fuit. Non itaque dubitemus etiam pro infantibus baptizatis ſanguinem fuſum, qui priuſquam funderetur, ſic in Sacramento datus, & commendatus eſt, vt diceretur, hic eſt ſanguis meus qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

Quomodo autem intelligat iſtam manducationem & potum de incorporatione qua fit in Eccleſia per baptiſmum apertè declarat, nec tantum ſemel aduerte, lib. enim 3. de peccat. merit. c. 4. Quid apertius, inquit, tot tantiſq; teſtimonijs diuinorum eloquiorum, quibus dilucidiſſimè apparet, nec præter Chriſti ſocietatem ad vitam ſalutemque æternam poſſe quenquam hominum peruenire, nec diuino iudicio poſſe aliquem iniuſtè damnari: hoc eſt ab illa vita ac ſalute ſeparari. Vnde fit conſequens, vt quoniam nihil aliud agitur, cum paruuli baptizantur, niſi vt incorporentur Eccleſiæ, id eſt Chriſti corpori, membriſque ſocientur, manifeſtum ſit eos ad damnationem, niſi hoc eis collatum fuerit, peruenire: Non autem damnari poſſent, ſi peccatum vtique non haberent. *Et rurſum ibid. c. 11.* Nunc illud quod ait Apoſtolus Rom. 5. per vnum hominem peccatum, &c. Sic accipiamus, ne tot tantiſque apertiſſimis diuinarum ſcripturarum teſtimonijs, quibus docemur præter Chriſti ſocietatem quæ in illo, & cum illo fit, cùm Sacramentis eius imbuimur, & eius membris incorporamur, vitam ſalutemque æternam adipiſci neminem poſſe, nimis inſipienter atque infœliciter repugnare iudicemur.

Quod non pigebit rurſum inculcare ex alijs locis ex Auguſtino decerptis. In ſupplem. parte 1. ſer. 9 in Pſal. 22. Dominus regit me, in verba in loco paſcuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me. Agnoſce, inquit, homo quid fueris, vbi fueris, ſub quo fueris. Ouis errans eras, in inuio & inaquoſo, ſpinis & tribulis paſcebaris: Sub mercenario poſita, veniente lupo ſecura non eras, &c. De paſcuis clamat Paſtor ad oues: operamini cibum qui non perit. Ideo autem non perit, quia Verbum Domini manet in æternum. Verbum Domini cibus tuus eſt: & non ſolum cibus, ſed & potus. Audi eum per Prophetam dicentem veteri populo: Eccl. 24. qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me adhuc ſitient. Item per ſemetipſum, caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Non ſunt autem longè paſcua hæc ab aqua refectionis. (*In baptiſmo enim reficimur, & in Eucharistia reficimur, & in vtroque anima ad Deum conuertitur.*) Vnus his locus eſt Eccleſia Dei Catholica, vbi mandata vitæ, ſunt paſcua tua; (*quæ mandata? Niſi quibus præcipit vt incorporati, & facti membra Eccleſiæ participes ſimus vitæ eius per carnem & ſanguinem eius*) & fons aquæ ſalientis in vitam æternam.

Quod ſi quæras quando hoc fiat, quando carnis & ſanguinis participet, quando edat paſcua vitæ, ſtatim ſubijcit hoc fieri in baptiſmo: Cuius reficieris floentis, cùm baptizaberis reparandus in Chriſtu, &c. Cùm ergo per aquam refectionis Chriſti cœperis eſſe idoneus, vt ſapore paſcuarum dulcium ſatieris, tunc cognoſces & clamabis gaudens, & dices, animam meam conuertit. Diabolus per peccatum animam tuam euertit, & à Deo auertit: quam Deus Pater per Chriſtum, non meritis tuis ad ſe, ſed propter nomen ſuum conuertit. Iam ergo illuminatus, iam conuerſus, iam credens, (*pondera ſequentia,*) iam diuinis paſcuis, per aquam refectionis ſatiatus dices, animam meam conuertit.

Vides eo ipſo quo quis aquâ baptiſmi reficitur, ipſum paſcuis corporis & ſanguinis Chriſti participare. Et ibidem ſermone 83. in die ſancto Paſchæ eadem penè habet quæ ſupra retulit Fulgentius ex ſermon. ad infantes, hoc eſt Neophitos inter cætera. Panis, inquit, ille quem videtis in Altari, ſanctificatus per Verbum Dei, corpus eſt Chriſti. Calix ille, imo quod habet calix, ſanctificatum per Verbum Dei, ſanguis Chriſti eſt. Per iſta voluit Dominus commendare corpus & ſanguinem ſuum, quem pro vobis fudit in remiſſionem peccatorum. Si benè accipitis, Apoſtolus dicit, vnus panis, vnum corpus multi ſumus. Sic expoſuit Sacramentum menſæ Dominicæ. Vnus panis, vnum corpus multi ſumus. Commendat vobis in iſto pane quodammodo vnitatem amare, &c. Deinde poſt ſanctificationem ſacrificij, dicitur, qua nosipſos voluit eſſe ſacrificium ſuum, quod demonſtratum eſt primo illo, ſacrificium Dei, & noſtri: id eſt ſignum rei quod ſumus: (*ſcilicet vnum cum Deo, & inter nos.*) Ecce vbi eſt peracta ſanctificatio, dicimus orationem Dominicam quam accepiſtis & reddidiſtis. Poſt ipſam dicitur, pax vobiſcum, & oſculantur ſe Chriſtiani in oſculo ſancto, quod eſt ſignum pacis, ſi quod oſtendunt labia, fiat in conſcientia: id eſt, quomodo labia tua ad labia fratris tui accedunt, ſic cor tuum à corde eius non recedat. Magna ergo Sacramenta, & valde magna. *Quod autem hic dicit de adultis, ſupra probauimus de infantibus baptizatis eos participare Sacramento vnitatis. Et in eodem ſupplemento p. 2 l. 3. operis perfecti cont. Iulian. ſect. 38.*

Quoniam, inquit, profiteris te eſſe Chriſtianum, quamuis oſtendas Antichriſtum id efficere moliens, vt Chriſtus gratis mortuus ſit; quæro à te, vtrum ſi homo faciat opera illa iuſtitiæ, quæ Propheta Ezechiel, capite 18. toties repetendo commemorat, etiam non regeneratus, vita viuat? Si dicis eum vita viuere, contradicit Chriſtus Antichriſto, & dicit, niſi manducaueritis carnem meam, & biberitis ſanguinem meum, non habebitis vitam in vobis. Quem cibum & potum ad regeneratos pertinere, velis, nolis, cogeris confiteri. *Exertè hic probat regenerationem effectum tribuere Eucharistiæ. Quod tunc temporis, ſic notum ſupponit hunc Ioannis locum intelligi ſolitum, vt inuitum dicat Iulianum compelli confiteri. Quod vtique ſatis abruptè dixiſſet vir tantus, tamque circumſpectus. Vnde & Epiſtola 106. ad Paulinum probat hoc certum* APOSTOLICÆ SEDIS AVTHORITATE, *hoc eſt ſententia præcitata S. Innocentij Papæ.*

Pelagius, inquit, in Eccleſiaſtico iudicio, vt aliquo modo Catholicus pronuntiaretur, anathematizare compulſus eſt, infantes etiamſi non baptizentur, habere vitam æternam. Hac enim negata, quid niſi mors æterna remanebit. Ac per hoc contra ſententiam Domini diſputabit, dicentis: Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt. Hic eſt panis qui de cælo deſcendit, vt ſi quis ex ipſo manducauerit, nõ moriatur: non enim de iſta morte loquebatur, quam neceſſe eſt patiantur, etiam qui de ipſo pane manducant. Et paulò poſt: Amen, Amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis, &c. Non habebitis vitam in vobis: vtique illam, quæ poſt hanc mortem futura eſt. Et contra Apoſtolicæ

Sedis authoritatem, vbi de hac ipſa re cùm ageretur, (*Epiſtol. 95. Innocentij I. ad Patres Concilij Milenitani*) hoc teſtimonium adhibitum eſt Euangelicum, ne paruuli non baptizati vitam poſſe habere credantur. Et contra ipſius Pelagij verba apud Epiſcopos, à quibus audiebatur, expreſſa, vbi anathematizauit eos qui dicerent, infantes non baptizatos habere vitam æternam, &c. Si autem cedont Sedi Apoſtolicæ, vel potius ipſi magiſtro & Domino Apoſtolorum, qui dicit non habituros vitam in ſemetipſis; niſi manducaverint carnem filij hominis, & biberint ſanguinem, quod niſi baptizati vtique non poſſunt, nempe aliquando fatebuntur, paruulos non baptizatos vitam habere non poſſe, ac per hoc quamlibet tolerabilius omnibus, qui etiam propria peccata committunt, tamen æterna morte mulctari. Quæ cùm ita ſint, audeant diſputare, & quibus poſſunt perſuadere contendant, Deum iuſtum apud quem non eſt iniquitas, paruulos à peccatis proprijs innocentes, ſi nec illo ex Adam obligati & obſtricti ſunt, morte perpetua damnaturum. Quod ſi abſurdiſſimum eſt, & à iuſtitia Dei penitus alienum, & tamen nullus qui ſe meminit Catholicæ fidei Chriſtianum, negat, aut dubitat paruulos, non acceptâ gratiâ regenerationis in Chriſto, ſine cibo carnis eius & ſanguinis potu, (*intellige vt ſupra implicite ſpiritualiter, & ſecundum effectum incorporationis accepta in lauacro,*) non habere in ſe vitam, ac per hoc pœnæ ſempiternæ obnoxios: profectò reſtat, vt quia ipſi non egerunt aliquid boni aut mali, ideo mortis eorum iuſta ſit pœna, quia in illo moriuntur, in quo omnes peccauerunt. Vnde in iſto ſolo iuſtificantur, à quo peccatum nec originale trahi potuit, nec proprium perpetrari.

S. Aug.

Tandem quod Euchariſtiæ neceſſitas non fuerit paruulis quantum ad ſacramentum ſed quoad effectum; ſiue, non quantum ad realem manducationem, ſed quantum ad ſpiritalem; docuit Diuus Thomas, lect. ſeptima, in capite ſexto Ioannis in hæc verba: Amen, Amen dico vobis, niſi manducaueritis, &c. Vbi primò ponit virtutem ſumptionis huius cibi. Secundò manifeſtat eam ibi: qui manducat meam carnem, &c. Circa primum tria facit. Primo ponit carnis manducandæ neceſſitatem: Secundo eius vtilitatem; tertio ſubdit eius veritatem, ibi: Caro mea verè eſt cibus. Dixit ergo Ieſus, Amen, Amen dico vobis, &c. Quaſi diceret, vos reputatis impoſſibile & incongruum, quòd carnem meam manducetis: ſed non ſolùm non eſt impoſſibile, ſed etiam eſt valde neceſſarium: in tantum quòd niſi manducaueritis, &c. Id eſt non poteritis habere in vobis vitam ſpiritalem. Nam ſicut cibus corporalis, ita eſt neceſſarius ad vitam corporalem, quod ſine eo eſſe non poſſit: ita cibus ſpiritualis neceſſarius eſt, &c. Notandum autem quod hæc ſententia poteſt referri vel ad ſpiritualem manducationem vel ad ſacramentalem. Sed ſi referatur ad ſpiritalem, nullam dubitationem habet ſententia. Ille vero ſpiritualiter carnem Chriſti manducat, & ſanguinem bibit, qui particeps fit Eccleſiaſticæ vnitaris quæ fit per charitatem. 1. Cor. 10. Omnes vnum corpus eſtis in Chriſto. Qui ergo non ſic manducat, eſt extra Eccleſiam, & per conſequens extra charitatem. Ideo non habet vitam in ſemetipſo. 1. Io. 3.

Qui non diligit manet in morte. Si verò referatur ad ſacramentalem, dubium habet. Nam ſupra Io. 3. dicitur; Niſi quis renatus fuerit, &c. ita, Niſi manducaueritis, &c. Cùm ergo baptiſmus ſit Sacramentum neceſſitatis, videtur etiam quod Euchariſtia. Sed hoc quidem Græci concedunt: Vnde & pueris baptizatis dant Euchariſtiam, & in hoc habent pro eis ritum Dionyſij: qui dicit, quod perceptio cuiuſlibet Sacramenti debet conſummari in communione Euchariſtiæ, quæ eſt conſummatio omnium Sacramentorum. Sed hoc verum eſt in adultis, non autem in pueris: cùm in ſumente Euchariſtiam exigatur actualis reuerentia & deuotio, quam illi qui non habent vſum liberi arbitrij, ſicut ſunt pueri, & amentes, habere non poſſunt: & ideo nullo modo eis eſt danda, &c. Sed ille habet vitam æternam qui manducat & bibit, non ſolùm ſacramentaliter, ſed etiam ſpiritualiter. Ille verò ſacramentaliter manducat & bibit. qui ſumit ipſum Sacramentum: ſpiritaliter verò qui contingit ad rem Sacramenti, quæ eſt duplex. Vna contenta & ſignificata, quæ eſt Chriſtus integer, qui continetur ſub ſpeciebus panis & vini. Alia res eſt ſignificata & non contenta, & eſt corpus Chriſti myſticum, quod eſt in prædeſtinatis, vocatis, & iuſtificatis. (*Malim tamen & quoſcumque etiam reprobos baptizatos, & donec à Chriſti corpore præſcindantur anathemate, vel impœnitentia finali, ad Chriſti corpus & Eccleſiam pertinere quandiu fideles ſunt.*)

Sic ergo ſpiritaliter manducat carnem, & bibit ſanguinem, per comparationem ad Chriſtum contentum, & ſignificatum, qui coniungitur ei per fidem & charitatem, ita quod transformatur in Chriſtum, & efficitur eius membrum. Non enim cibus iſte conuertitur in eum qui ſumit, ſed manducantem conuertit ad ſe, ſecundùm Auguſtinum, cui dixit: Cibus ſum grandium: creſce & manducabis me: Nec tu me mutabis in te, ſed tu mutaberis in me. Ideo eſt cibus diuinum hominem facere volens, & diuinitate inebrians. Item per comparationem ad corpus myſticum ſignatum tantùm, ſi fiat particeps vnitatis Eccleſiaſticæ. Aug.

Et hoc ſenſu neceſſaria eſt ſpiritaliter ſumpta Euchariſtia. Quia per fidem & charitatem quam accipiunt in baptiſmo, corpori myſtico Chriſti vniuntur infantes. Vnde Auguſtinus, libro primo de peccatorum merit. capite 20. Etiam, inquit, pro paruulorum vita caro data eſt, quæ data eſt pro ſæculi vita: & ſi non manducauerint carnem filij hominis, nec ipſi habebunt vitam. Io. 3. Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus eſt filio, non habebit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. In quo igitur horum genere ponemus infantes? In eorum qui credunt in filium, an in eorum qui ſunt increduli filio? In neutro, ait aliquis: quia cùm adhuc credere non poſſint, nec increduli deputandi. Non hoc iudicat Eccleſiaſtica regula, quæ baptizatos infantes fidelium numero adiungit, &c. Profectò illi quibus Sacramentum defuerit, in eis habendi ſunt qui non credunt filio: atque adeo ſi huius inanes gratiæ de corpore exierint, ſequetur eos quod dictum eſt, non habebunt vitam, ſed ira Dei manet ſuper eos. S. Aug

Cùm itaque baptizati, per fidem infuſam credentes fiant, incorporentur Eccleſiæ, vitam habeant, ſpiritualiter proinde carnem Chriſti manducant. Eodem prorſus ſenſu Concilium Florentinum in Decreto de ſeptem ſacramentis Baptiſmi effectum eſſe dicit, in-

corporationem cum Eccleſia, in qua efficimur membra Chriſti, ſine qua gratia non poſſumus intrare in regnum cælorum. Proximum omnium, inquit, Sacramentorum locum tenet baptiſmus, quòd vitæ ſpiritualis ianua eſt: per ipſum enim membra Chriſti, ac de corpore efficimur Eccleſiæ. Et cùm per primum hominem mors introierit in vniuerſos, niſi ex aqua & Spiritu ſancto renaſcimur, non poſſumus, vt inquit Veritas, in regnum cælorum introire.

Atque vt nullus in poſterum tam alienum à mente Auguſtini & Patrum veterum, & ipſi ſancto Innocentio Papa, totique Eccleſia Romana impenat errorem, eumque à Sacra Synodo Tridentina damnatum, quo cenſuerint realem & ſacramentalem communionem paruulis neceſſariam propria verba Canonis & B *capitis attentè legat. Sic enim ſeſſione 21. can. quarto.* Si quis dixerit paruulis, antequam ad annos diſcretionis peruenerint, neceſſariam eſſe Euchariſtiæ communionem anathema ſit. *Et ibidem capite quarto, omnino iuxta mentem Auguſtini:* Eadem ſancta Synodus docet paruulos vſu rationis carentes, nulla obligari neceſſitate ad ſacramentalem Euchariſtiæ Communionem: ſiquidem per baptiſmi lauacrum regenerati, & Chriſto incorporati, adeptam iam filiorum Dei gratiam, in illa ætate amittere non poſſunt. Neque ideo tamen damnanda eſt antiquitas, ſi eum morem in quibuſdam locis aliquando ſeruauit. Vt enim ſanctiſſimi illi Patres ſui facti probabilem C cauſam pro illius temporis ratione habuerunt: ita certè eos NVLLA SALVTIS NECESSITATE, id feciſſe, SINE CONTROVERSIA CREDENDVM eſt. *Deſinant ergo negotium facere & controuerſiam in hac cauſa mouere Auguſtino.*

An infantes non baptizatos, pœna damni, & ſenſus torqueri, perperam, & crudeliter ſenſerit Auguſtinus, cum Tertulliano, eos filios iræ, & gehennæ, excludens Regno, & addicens inferno.

T*Ertullianus, omnem omnino animam originali peccato in Adam generis principe inquinatam* D *agnoſcit, libro de anima capite 40.* Omnis, inquit, anima, euſque in Adam cenſetur, donec in Chriſto recenſeatur: tandiu immunda, quandiu recenſeatur. *Hoc eſt in Chriſto per baptiſmum regeneretur. Rurſum ibidem capite 16. iuxta Platonem partientem animam in rationalem appetitum, & irrationalem.* Eſt, inquit, & illud ad fidem pertinens, quòd Plato bifariam partitur animam, per rationale, & irrationale. Cui definitioni, & nos quidem adplaudimus; ſed non vt naturæ deputetur vtrumque. Naturale enim, rationale credendum eſt, quod animæ à primordio ſit ingenitum, à rationali videlicet authore. Quid enim non ra- E tionale quod Deus iuſſu quoque ediderit, nedum id quod propriè adflatu ſuo emiſerit? Irrationale autem poſterius intelligendum eſt, vt quod acciderit ex ſerpentis inſtinctu, ipſum illud transgreſſionis admiſſum, atque exinde inoleuerit & coadoleuerit in anima, ad inſtar iam naturalitatis, quia ſtatim in naturæ primordio accidit.

Vbi per irrationale, *non appetitum inferiorem ſenſitiuum intelligit, qui in ſtatu innocentiæ plenè ſubditus erat rationi; ſed concupiſcentiam irrationalem, & rebellem rationi. ex quo homo rebellis fuit Deo per* A *transgreſſionem præcepti. Vnde ſubijcit:* Igitur à diabolo irrationale, à quo & delictum, extraneum à Deo, à quo eſt irrationale alienum. Proinde diuerſitas horum, ex diſtantia auctorum. *Et 5. contra Marcionem capite 17. eodem cum Auguſtino principio, totam in peccato Adami naturæ corruptionem, ex Apoſtoli loco Epheſ. 2. 3. probauit.* Fuimus, inquit, naturâ filij iracundiæ, ſicut & cæteri. Apparet, inquit, communi naturæ omnium hominum, & delicta, & concupiſcentias carnis, & incredulitatem, & iracundiam reputare: diabolo tamen captante naturam, quam & ipſe iam infecit, delicti ſemine illato. *Ex ſuggeſtu quippe ſerpentis, iuxta ſapientem,* à muliere initium peccati: B *Quæ mortale virus per aures exceptum, in eor viri transfudit; qui blandienti conſentiens peccato & mendacio, delictum, & concupiſcentiam carnis, ex incredulitate ſua admittens, ſeipſum primùm ira Dei dignum; & in ſe corrupto omnia ſua membra, & poſteros ira Dei filios, & proinde gehenna ignis vtique ſecundùm Auguſtinum filios genuit.*

Quod ſi iuxta Cornelium à Lapide, ſcribentem in Roman. quinto. In quo omnes peccauerunt. Quod, inquit, Adam fecit, omnes eius poſteri feciſſe cenſentur *(bellè hercle & ad Tertullianum appoſitè, ſupra dicentem, omnem animam euſque in Adam cenſeri, donec in Chriſto recenſeatur, hoc eſt conſepeliatur Chriſto per baptiſmum in mortem, complantatus ſimilitudini mortis eius.)* Adam enim quaſi Pater C & princeps, omnes ſuos poſteros REPRÆSENTABAT, ſicut Rex repræſentat regnum, & Magiſtratus repræſentat ciuitatem. Ita Origenes, Chryſoſtomus, Theophylactus, Oecumenius, & paſſim Patres Græci & Latini. *Certè ſicut Adam non ſolùm peccauit auerſus à Deo, ſed & conuerſus ad creaturam, vxoris ſcilicet complacentiam, & eſum ligni vetiti: Idem planè omnes eius poſteri in eo contenti, quaſi radice, parente, & principio ſuo, repræſentatiuè feciſſe cenſendi ſunt. Et proinde non tantùm cum eo à Deo actualiter auerſo, ipſi omnes habitualiter auerſi ſunt, ſed etiam in illo actualiter ad creaturam conuerſo, habitualiter quoque ad eandem conuerſi ſunt. cùm impoſſibile ſit, ab Oriente, verbi gratia, auerti, quin eodem momento fiat ad Occidentem conuerſio.* D *Quo poſito, cùm ſecundum omnes auerſioni à Deo reſpondeat pœna damni, omnium pœnarum maxima, dicente Chryſoſtomo:* Decem millia quis ponat gehennas, nihil tale dicet, quale eſt à gloria æterna excidere, & à Chriſto audire, neſcio vos: *Certè non video quid cauſa ſit, aduerſus Auguſtinum inſurgendi, ſi præter pœnam damni, minimam omnium pœnam ſenſus infantes non baptizatos ex hac vita migrantes incurrere ſcripſerit, vtpote qui nullius actualis peccati rei, ſed tamen in primo parente iræ filij, & proinde gehennæ filij, abſque reconciliationis ſacramento deceſſerint; maximè cùm teſte Cornelio à Lapide, omnes Adæ poſteri idipſum quod Adam fecit actualiter, tot teſtibus Patribus Græcis ac Latinis, habitualiter* E *feciſſe cenſeantur.*

Et quidem Tertullianus libr. de Anima capite 58. licet erroneè, in eo quod, vt ſuo loco videbimus, ſolas martyrum animas cælo collocet vſque ad tempus iudicij, cæteras verò iuſtorum, & peccatorum reponat in inferis. Omnes, inquit, animæ penes inferos, inquis? Velis, ac nolis, & ſupplicia iam illic, & refrigeria, &c. Cur enim non putes, animam & puniri, & foueri in inferis interim ſub expectatione vtriuſque iudicij, in quadam vſurpatione, & candida eius? *Ex quo & infantum animas originali peccato inquinatas & reas torqueri ſupponit. Nec mirum ſi grauitatem criminis auerſus exagitans, hoc cri-*

men, & tantum neſas, non tam corporis, quàm animæ paruuli damnatione exaggeret, de exhortatione caſt. capite 12. Quid facies, inquit, ſi nolis, (*vxorem ductam poſt mortem alterius, alios filios procreare;*) ſi nonam vxorem de tua conſcientia impleueris? Diſſoluas medicaminibus conceptum? puto nobis non magis licere naſcentem nocere, quàm natum.

*Et libro de Anima cap.*37. Ex eo igitur fœtus in vtero homo, à quo forma completa eſt. Nam & Moyſis lex. Exo.21.22. Tunc aborſus reum talionibus iudicat, cùm iam hominis eſt cauſa, cùm iam illi vitæ & mortis ſtatus (*præſertim æternæ*) deputatur; cùm & fato (*ſecundum Gentiles loquitur, vel fati nomine caſum accipit, vel multò meliùs ſecundùm fidem dixiſſet, cùm tam exitum prædeſtinationis & reprobationis ſuæ ſortitur, vt nomen eius in libro vitæ, vel ſcriptum ab æterno, vel expunctum habeatur in executione ſuſcipiendi necne baptiſmi;*) etſi adhuc in matre viuendo, cùm matre plurimum communicat ſortem. *Et Apol. capite* 9. Nobis homicidio ſemel interdicto, etiam conceptum in vtero, dum adhuc ſanguis in hominem deliberatur, diſſoluere non licet. Homicidij feſtinatio eſt, prohibere naſci. Nec refert natam quis eripiat animam, an naſcentem diſturbet. Homo eſt, & qui futurus. Etiam fructus omnis iam in ſemine eſt.

Et quid putas toties inculcare huius criminis abominabilis grauitatem? Æterna certè potius, quàm temporalis vitæ iacturam, & infantes naſcituri vel nati damnationem æternam prænidebat, quam certiſſimam abſque baptiſmo infantum ſuorum parricidis, animam ſimul & corpus ſuorum pignorum perdentibus in gehennam prohibebat. Nec ignorabat quod prædixerat de baptiſmo capite 12. Præſcribitur, inquit, nemini ſine baptiſmo competere ſalutem, ex illa maximè pronuntiatione Domini, qui ait Io. 3. 5. Niſi natus ex aqua quis erit, &c. Præiudicatum eſt de cæterorum periculo, qui careant aqua Chriſti, &c. *Et cap.*13. Hic, inquit, ſceleſtiſſimi prouocant quæſtiones. Adeò dicunt, baptiſmus non eſt neceſſarius, quibus fides ſatis eſt: nam & Abraham nullius aquæ, niſi fidei Sacramento, Deo placuit. Sed in omnibus poſteriora concludunt, & ſequentia antecedentibus præualent. Fuerit ſalus retro per fidem nudam, ante Domini paſſionem & reſurrectionem: at vbi fides aucta eſt, credendi in natiuitatem, paſſionem, reſurrectionemque eius, addita eſt ampliatio Sacramento, obſignatio baptiſmi, veſtimentum quodammodo fidei, quæ retro erat nuda; nec poteſt iam (*non ſufficit, ſaluare non poteſt, maximè infantes, extra baptiſmum, fidei incapaces,*) ſine ſua lege. Lex enim tinguendi impoſita eſt, & forma præſcripta. Ite, inquit, docete nationes, tinguentes eas in nomen Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Huic legi collata definitio illa: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum cælorum. Obſtrinxit fidem ad baptiſmi neceſſitatem. *Quod ſi infantes abſque baptiſmo decedentes excluſi ſunt regno, vbi ira filios & gehennæ repones, ait Pelagio Auguſtinus, niſi in inferno?*

Grauiter & ſerio penſare debent, quicumque, & quomodocumque procurant aborſum, & fœtum iam animatum extinguunt. Nec ſibi de campis elyſiis, vel neſcio qua imaginaria beatitudine naturali, abſque vlla pœna damni, & ſenſus, infantibus abſque baptiſmo, ſiue in vtero, ſiue ab vtero morientibus gratulantur. Libet ſuſius de hac cauſa tractare, & primò nanum ab aliquibus pluſculum miſericordia diuina blan-

A *dientibus, iniurioſius Auguſtino inſultantibus effuſum abſtergere. Auguſtinum immitem infantum carnificem etiam aliqui vocitare non erubeſcunt, quòd abſque baptiſmo migrantes, ſeu matrum incuria, ſeu aborſum procurantium furia, ſeu quauis infirmitate, Dei prouidentiâ ordinante, ſine qua nec paſſerculus in terram cadit, excedentes, non cœleſti tantum regno excluſerit, ſed & alicui pœna ſenſus addixerit. Crudelis prorſus, & omnium poſterûm ſuorum parricida ſceleſtus Adã: ſed & in hac cauſa iuſtitiæ, & æquitatis diuinæ propugnator, ac defenſor, ſicut & gratiæ, & miſericordiæ eius prædicator indefeſſus Auguſtinus, expreſſis Scripturæ locis, & authoritate diuina fundatus; non fabellis, & vanis argumentationibus, humano ſenſui alludentibus, innititur.*

B Narrauerunt mihi fabulationes (*aliq delectatiunes,*) ſed non vt lex tua. Et lex tua veritas, in lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis. *Rom.* 5.12. Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt, *id eſt in vno homine Adamo, vel vt legit Syriaca,* in ipſo quod omnes peccauerunt: *Ideo mortui ſunt, quia in vno peccauerunt, & rurſum verſu* 16. Iudicium quidem ex vno, in condemnationem: Syr. extitit iudicium ab vno, ad condemnationem. *Si in vno omnes peccauerunt, ergo etiam infantes, quo argumento vtitur Auguſtinus aduerſus Iulianum, libro ſecundo de nupt. & concupiſcent. capite* 28.

C Quid eſt, inquit, quod dicit, non peccat iſte qui naſcitur, non peccat ille qui genuit, non peccat iſte qui condidit, per quas rimas inter tot præſidia innocentiæ peccatum fingis ingreſſum? (*inquit Iulian. cui reſpondet Aug.*) Quid quærit, inquit, latentẽ rimam, cùm habeat apertiſſimam ianuam Per vnum hominem, ait Apoſtolus, per vnum delictum, ait Apoſtolus, per inobedientiã vnius hominis, ait Apoſtolus. Quid quærit amplius? Quid quærit apertius? Quid quærit inculcatius? Si peccatum, inquit, ex voluntate eſt, mala voluntas, quæ peccatum facit: ſi ex natura, mala natura, citò reſpondeo, ex voluntate peccatum eſt. Quærit fortè, vtrum & originale peccatum? Reſpondeo, prorſus & originale peccatum: quia & hoc ex voluntate primi hominis ſeminatum eſt, vt & in illo eſſet, & in omnes tranſiret, &c. Nec ideo tamen (*ſiue in homine, ſiue in Angelo prius homine peccante*) potuit ex bono oriri voluntas mala, quia bonum factum eſt à Deo bono, ſed quia de nihilo factum eſt, non de Deo. (*Defectibilitas quippe venit à mutabilitate creaturæ, quæ de nihilo facta eſt, & ex ſe tendit in nihilum & defectum, niſi à Deo immutabili & ſemper bono ſuſtentetur.*) Diaboli opus, id eſt peccatum, per ipſum diabolum exortum, quis factura vel opus eſt Dei, per aliud opus Dei, id eſt hominem pertranſijt, opus operis diaboli per opus Dei. Et ideo Deus eſt ſolus immutabilis, & potentiſſimæ bonitatis, qui & antequam eſſet vllum malum, bona opera fecit omnia, & de malis quæ in bonis ab eo factis orta ſunt, benè operatur per omnia. *Adeout etiam benè, quia iuſtè & laudabiliter, & non crudeliter infantes originalis peccati reos excludat regno, & ob meritum originalis peccati, iuſtè inferni, leuiſſimo tamen addicat ſupplicio.* Aug.

D

E

Et quid ait inſuper Apoſtolus? Eramus naturâ (*ſupple corrupta in Adam*) filij iræ, ſicut & cæteri. Epheſ. 2. 3. *In quem locum Auguſtinus in Io.* 54. Omnes, qui naſcuntur mortales, habent ſecum iram Dei: quam iram Dei? quam excepit primus

A Adam. *Et tract. 44. in Io. 9.* Genus humanum eſt Aug. iſte cæcus. Hæc enim cæcitas contigit in primo homine per peccatum, de quo omnes originem duximus, non ſolum mortis, ſed etiam iniquitatis, &c. Si filij iræ, filij vindictæ, filij pœnæ, filij gehennæ, quomodo naturâ, niſi quia peccante primo homine, vitium pro natura inoleuit: *Quos Auguſtini locos retulit etiam Beda, eumdem ſenſum ſequens, in expoſit. 2. cap. ad Epheſ. Hanc de fide ſententiam, hoc eſt damnationem omnium etiam paruulorum ſine baptiſmo morientium, vt indubiam ſupponit baptiſmi neceſſitas; ſine quo nullus à chirographo, & debito mortis æternæ liberatur; eamque ſemper* Aug. *tenuit Sancta Sedes Apoſtolica.* Non eſt enim falB ſa, etiam in paruulorum baptiſmate, remiſſio peccatorum: Nec verbo tenus dicitur, ſed veraciter agitur. Nam vt iam verbis vtar, quæ in ipſa Epiſtola beatiſſimi Antiſtitis (*Summi Pontificis*) Zozymi leguntur: fidelis Dominus in verbis ſuis; eiuſque baptiſmus, re, ac verbis id eſt opere, & confeſſione, (*confitentur enim parentes & patrini pro paruulo, nec mundum eſſe à peccato infantem, cuius eſt vita vnius diei ſuper terram,*) Et remiſſione vera peccatorum, in omni ſexu, ÆTATE, conditione generis humani, eandem plenitudinem tenet. Nullus enim niſi qui peccati ſeruus eſt, liber efficitur: nec redemptus dici poteſt, niſi qui verè per peccatum fuerit ante captiuus: ſicut C ſcriptum eſt; ſi vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Per ipſum enim renaſcimur ſpiritaliter, per ipſum crucifigimur mundo; ipſius morte, mortis ab Adam omnibus nobis introductæ, atque tranſmiſſæ vniuerſæ animæ; illud propagatione contractum chirographum rumpitur, in quo nullus omnino natorum, antequam per baptiſmum liberetur, non tenetur obnoxius. In his verbis Apoſtolicæ Sedis, tam antiqua, atque fundata, certa, & clara eſt Catholica fides, vt nefas ſit de illa habitare Chriſtiano.

At Auguſtinus Ep. 157. ad Optatum his poſitis, vt indubijs; chirographo obſtrictos fuiſſe damnationi, & iræ Dei, & vindictæ filios; miror aliquos fideles D *etiam pœnam damni in pueris iuſtam agnoſcentes, quæ incomparabiliter omnem pœnam ſenſus excedit, eamdem pœnam ſenſus, licet in paruulis ſolius originalis peccati reis mitiſſimam, tanquam diuinæ miſericordiæ, vel iuſtitiæ repugnantem auerſari. Et quidem vt eam dixi, cum pœna damni reſpondeat auerſioni à Deo; ſicut infantes habitualem auerſionem à Deo, in Adam contraxerunt, in eodem pariter, ad creaturam habitualiter conuerſi ſunt: Nec poteſt omnino concipi quæcumque ab Oriente auerſio, ſine conuerſione ad Occidentem: ita, nec auerſio à Deo, ſine conuerſione ad creaturam: vnde ſi iuſta cenſetur pœna damni inflicta infantibus, pro peccato originali, id eſt auerſione à Deo habituali; iuſta quoque pœna ſenſus habenda eſt, irro*E *gata pro conuerſione ad creaturam habituali, quod enim actu contraxit Adam, nos ex corrupta eius radice & fonte manantes & progeniti, habitu contraximus.*

Aug. Non Ariſtoteles (*ait Auguſt. 5. cont. Iul. cap. 9.*) Cuius cathegorias inſipienter ſapis, ſed Apoſtolus dicit. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per omnes homines tranſijt. Nec ſanè tibi dialectica illa mentitur, ſed tu non intelligis. *Quid ſi iuxta mentem S. Iob, vulnera Deus etiam ſine cauſa multiplicet? In quem locum Magnus ille Gregorius Eccleſiæ Doctor & Pontifex Maximus, per omnia Catholicorum Auguſtini dogmatum ſectator perpetuus, infantes ſine baptiſmo morientes, etiam pœnæ ſenſus iuſtè addictos propter peccatum originale aſſeruit? Lib. 8. mor. cap. 12. in caput 9. Iob:* Perpendit, inquit, adhuc in præſentis vitæ itinere conſtitutus, humanis actibus exactor operum quàm diſtrictus appareat: qui quoſdam tunc reatu culpæ originalis adſtrictos, etiam ſine operibus damnat. Vnde rectè vir ſanctus, ex humani generis voce protinus adiunxit: & multiplicabit vulnera mea, etiam ſine cauſa. Nonnulli etenim prius à præſenti luce ſubtrahuntur, quàm ad proferenda bona malaue merita actiuæ vitæ perueniant. Quos quia à culpa originis Sacramenta ſalutis non liberant, & hic ex proprio nihil egenunt, & illuc AD TORMENTA perueniunt. Quibus vnum vulnus eſt corruptibiliter naſci; aliud carnaliter emori. Sed quia poſt mortem quoque æterna mors ſequitur, occulto eis, iuſtoque iudicio, etiam ſine cauſa vulnera multiplicantur. PERPETVA QVIPPE PERCIPIVNT, qui nihil ex propria voluntate peccauerunt. Hinc namque ſcriptum eſt, non eſt mundus in conſpectu eius, nec vnus diei infans ſuper terram. Hinc per ſemetipſam veritas dicit: niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Hinc Paulus ait: eramus naturâ filij iræ. Qui itaque nullum proprium adiungens ex ſolo originis reatu perimitur; quid iſte in illo extremo examine, quantum ad humanis ſenſus æſtimationem, niſi ſine cauſa vulneratur? Sed tamen ſub diuina diſtrictione iuſtum eſt, vt propago mortalis, velut infructuoſa arbor, & in ramis ſeruet amaritudinem, quàm traxit ex radice.

Et quid ad Aquilonem cadens arbor ſterilis & mala, & in radice corrupta, ad Aquilonem inquam, ex diaboli parte, vbi & olla ſuccenſa, ibi non in æternum ſit, & ardeat, licet incendio mitiori, quàm patientur cremandi, qui originali, actualia peccata addiderunt? Ait ergo, (*inquit Greg. ibid.*) In turbine conteret me; & multiplicabit vulnera mea etiam ſine cauſa: Ac ſi apertè, humani generis damna conſiderans, dicat: diſtrictus Iudex, qua eos animaduerſione trucidat, quos culpa propriæ actionis damnat, ſi & illos IN ÆTERNVM PERCVTIT, quos reatus arbitrij non addicit? *Pergant ſanè, & cum Auguſtino, infantium carnificem appellitare Gregorium. Et hanc D. Auguſtini & S. Gregorij magni ſententiam fuſiſſimè proſequitur noſter Gregorius Ariminenſis, prior quondam generalis noſtri Ordinis, & Sacræ Theologiæ Doctor & Profeſſor Pariſienſis, in 2. ſent. diſt. 61. q. 3. Omnibus plenè reſpondens obiectionibus aduerſariæ ſententiæ. Ad id quidem quod opponitur extra. de bapt. & eius effectu.* Pœna originalis peccati, eſt carentia viſionis Dei: actualis verò peccati pœna, gehennæ perpetuæ cruciatus. *Vnde videtur quòd gehenna pœna ſenſibilis non ſit pœna peccati originalis. Ad hæc ex gloſſa ibidem dicitur:* Paruuli qui ſine baptiſmo decedunt, in tenebris manent.

Sed cùm conſtet, quòd peccati actualis pœna, non ſit tantum gehennæ cruciatus, ſed etiam carentia diuinæ viſionis: ſic nec ex eo quod dicitur originalis peccati pœna, carentia diuinæ viſionis, non conuincitur quod non ſit etiam gehennæ cruciatus, licet omnium leniſſimus. Gregorij autem magni ſententiam confirmat his verbis. Tormentum, inquit, propriè cruciatus & pœna ſenſibilis dicitur, &c. Occulto eis, iuſtoque iudicio etiam ſine cauſa vulnera multiplicantur: perpetua quippe tormenta percipiunt, qui nihil ex propria voluntate peccauerunt. Vn-

de poſſet etiam ſatis fortis ratio formari ad propoſitum, vt videtur: quoniam ſi nullam aliam pœnam quàm damni præciſè infantes tales poſt mortem paterentur; ſequitur quòd eis multo meliùs poſt mortem eſſet, & etiam poſt finalem eorum damnationem, quàm fuerit in vita iſta, in qua multas ſẽſibiles pœnas, & cruciatus patiuntur, & cum his, carent diuina viſione: poſt eorum autem damnationem, nullam pœnam ſentirent, ſed tantùm diuina viſione carerent. Sed conſequens videtur falſum: nam omnium damnatorum peior poſt iudicium finale futura videtur eſſe conditio, & hoc etiam videtur probare in ſpeciali quantum ad propoſitum textus allegatus, iuxta expoſitionem Gregorij, cùm dicitur: multiplicabit vulnera mea. Non enim multiplicarentur, ſed potius minuerentur, ſi nullam pœnam, præter illam carentiam diuinæ viſionis haberent, &c. Vulneratio, autem vt patet, pro pœna ſenſibili capitur. Et quamuis ſecundùm humanam æſtimationem non deberetur ei, qui nullum propriæ actionis peeeatum habuit: ſecundùm tamen occultam Dei iuſtitiam, debetur ei qui originalem culpam contraxit.

Addam ego & Gregorio noſtro, cùm vna ſit, & non multiplex pœna damni, neceſſario de pœnis, tormentis; & vulneribus ſenſus, igne, frigore, tenebris, vermibus, fœtore, dæmonum viſione, tormenta illa multiplicia Gregorium magnum intellexiſſe. Licet iuxta Auguſtinum ſint hæ pœna leuiſſima infantium, reſpectu adulterorum, de quibus torquendis in loco tormentorum cum meretrice Babylonis, hac voce iudicis ad tortores dicitur: Tantum date illis tormentum, quantum ſe in delicijs glorificauerunt. *Ariminenſis porro, licet neutram ex profeſſo amplectatur ſententiam, ne quem offenderet; concludit tamen his verbis:* Tremendum, inquit, mihi videtur negare authoritates Sanctorum. *Non vnicam pœnam damni, ſed ſecundùm Gregorium & Auguſtinum tormenta ſenſus, & multiplices pœnas infantulos non baptizatos pati, teſtis eſt Iſidorus Hiſpal. lib. 1 ſent. cap. 24.* Pro ſolo, inquit, reatu originali luunt in inferno nuper nati infantuli pœnas, ſi renouati per lauacrum non fuerint. Proinde Adæ cauſâ nuper natos infans, ſi non regeneratur, damnatur, quia originis noxietate perimitur.

Auguſtinum inſecutus, ante Gregorium, D. Leo & ipſe Pontifex Summus, in Epiſtola Decretali 86. ad Nicetum Aquileienſem Epiſcopum, vbi hæreſim Pelagianam, & Celeſtianum inter cætera damnat, quòd infantes abſque baptiſmo mortuos, nulli peccato obnoxios, æterna pœna damnare cenſerent iniuſtum. Ideo, inquit, etiam dicunt paruulos, ſi ſine baptiſmo hinc de ſæculo exierint, NON POSSE DAMNARI, neque reos in peccato Adæ teneri, ſed ad Regnum Dei, vel ad vitam æternam, *(nota Pelagij & Celeſtij reliquias, non de regno Dei, quod coacti ſunt Patriarchæ illorum profitere, ſed à vita æterna arcere iniuſtum cenſuiſſe:)* ſine vlla cunctatione venire: Cùm Apoſtolus dicat; per vnum hominem peccatum, &c. Propter quod & ipſi paruuli baptizantur, &c. Ideo enim quiſque renaſcitur, vt ſoluatur in eo, quidquid peccati eſt, cum quo naſcitur, &c. Parentum quoque peccatis paruulos obligari, non ſolum primorum hominum, ſed etiam ſuorum, de quibus nati ſunt, non improbabiliter dicitur. Illa quippe ſententia, Exo. 20. Reddam peccata Patrum in filios, tenet eos vtique, antequam per regenerationem, ad teſtamentum nouum incipiant pertinere, &c. Ae per hoc, non eſt inſtituta regeneratio, niſi quia vitioſa eſt generatio. Vſque adeo, vt etiam de legitimo matrimonio procreatus, dicat: in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis mater mea in vtero me aluit. Neque hic dixit, in iniquitate, vel in peccato, cùm hoc rectè dici poſſet, ſed iniquitates & peccata dicere maluit: quia & in illo vno quod in omnes homines pertranſiuit, &c. & alia parentum, quæ licet non poſſunt mutare naturam, reatu tamen obligant filios, niſi gratuita gratia, & miſericordia diuina ſubueniat. *Quod hic aduertendum venit, primum eſt, quòd hæreticam notet ſummus Pontifex S. Leo ſententiam eorum, qui negant damnandos infantes non baptizatos, pro peccato originali. Secundò damnationis vocem, ab Auguſtino Pelagianorum deſtructore depromptam; qui cum de pœna animarum in Purgatorio per ſuffragia minuenda ageret, dixit ideo offerri Deo,* vt tolerabilior fiat ipſa damnatio. *Quæ vox vtramque pœnam, & ſenſus maximè capit; cum pœna damni ſit indiuiſibilis. Tertiò & propter plura peccata in vno Adæ peccato collecta, & ab eodem ſupra notata, & propter propriorum parentum ſcelera, etiam ſine cauſa propria, tam damni, quàm ſenſus à Deo iuſte multiplicari dictorum infantium vulnera.*

Sanctus quoque Remigius Epiſcopus Rhemenſis, ad cuius feſti celebrationem hortatoria Epiſtola D. Leonis ad Francos, ex Authographo Archiuij Rhemenſis Eccleſiæ deſumpta, extat apud Baronium & in to. 3. Conciliorum nouiſſimè edito: ſcribens in c. 5. Rom. pariter Pelagianos eiuſdem hæreſis damnat: Conſiderandum autem, quia cùm dicit, iudicium venire ex vno homine in condemnationem, loquitur contra Pelagianos, qui negant originale peccatum trahi ab infantibus, quando naſcuntur: dicentes quia non per originem illud peccatum trahitur, ſed per imitationem, quod omnino falſiſſimum eſt. Si enim ita eſſet, vt illi delirant, nequaquam Dominus ita expreſsè in Euangelio diceret, ſi quis non renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cælorum. In veteri quoque teſtamento nequaquam diceret, maſculus, cuius caro circumciſa non fuerit, peribit de populo, quia pactum meum irritum fecit: non per ſe, ſed in Patre ſuo Adam in Paradiſo. *Et paulò ſupra:* Iudicium, inquit, ſiue DAMNATIO ex vno homine Adam, vel vno peccato originali, venit in condemnationem hominum. *Vides, vt eadem damnationis voce, & iudicio, contra pueros, ante D. Leonem vtatur.*

Nec præteribo noſtrum Fulgentium, eiuſdem hæreſis reſuſcitatæ profligatorem, l. 1. de veritate prædeſt. c. 14. Cauſa, inquit, maiorum atque minorum, qui ſine baptiſmate curſum vitæ præſentis in infidelitate conſummant, quantum attinet ad communionem originalis peccati, vna eſt: ex hac vtrique ibunt in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, &c. quia in eis chirographum, quo ſibi eos deceptoris nequitia ſubdidit, Saluatoris gratia non deleuit, &c.

Subijcit tamen grauius puniendos, præter originale, actualibus inquinatos. Vt, inquit, non ſolum pro originali peccato æternis ignibus ardeant, quibus arſuri ſunt ſine baptiſmo morientes etiam paruuli, qui nihil boni aut mali egerunt: ſed etiam pro ſua voluntate mala, tantò deterius torqueantur, quanto amplius propriæ iniquitatis adijciunt. *Et libro de incarnatione & gratia Chriſti, capite 30.* Sine baptiſmate mortuos infantes æternis cruciatibus damnat, cùm in eis nullam culpam malæ voluntatis inueniat, &c. Nulla interueniente vel bonitate vel malitia voluntatis, a-

lios vident (*baptizantes*) potiri regno ; alios interminabili deputatos incendio , &c. DEVS CRVDELIS NON eſt in infantibus damnandis, quibus baptiſmatis beneficium non tribuit; ſicut iniuſtus non eſt in maioribus, cùm bonam non donat voluntatem. Et ſicut illos voluntas ſua mala, ſic iſtos iure puniri facit origo damnata. Deus autem in hominibus nec maculam vitiatæ originis, nec malitiam condidit propriæ voluntatis.

Et libro de fide ad Petrum Diaconum capite 27. inter quadraginta capitula tanquam de certa fide tenenda, poſuit damnationem paruulorum. Aug. Firmiſſimè, inquit, tene & nullatenus dubites, non ſolum B homines iam ratione vtentes, verùm etiam paruulos, ſiue in vteris matrum qui viuere incipiunt, & ibi moriuntur; ſiue iam de matribus nati ſine Sacramento Baptiſmi ſancti, quod datur in nomine Patris, &c. De hoc ſæculo tranſeunt, ignis æterni ſempiterno ſupplicio puniendos : quia etſi peccatum propriæ actionis nullum habuerunt, originalis tamen peccati damnationem, carnali conceptione & natiuitate traxerunt. *Præcedenti capite dixerat:* Firmiſſimè tene, omnem hominem qui per concubitum viri & mulieris concipitur, cum peccato originali naſci, impietati ſubditum, mortique ſubiectum, & ob hoc naturâ iræ filium naſci, de qua dicit Apoſtolus, eramus enim & nos natura filij iræ ſicut & cæteri. *Quod expreſſè habetur de conſecr. diſtinct. 4. cap. firmiſſimè D. item Thomas lect. 1. in caput ſecundũ, Eph. iiſdem cum Auguſtino terminis explicat iræ filios:* Peccatum, inquit, originis inſinuat dicens, eramus naturâ filij iræ. Quod quidem peccatum ex primo parente, non ſolùm in Gentiles, ſed etiam in Iudæos transfunditur. Rom. 5. Per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit, &c. In quo omnes peccauerunt. Et ſic homines per baptiſmum mundantur à peccato originali, ſolùm quantum ad perſonas proprias : Vnde generant filios baptizandos : ita circumciſio mundabat ab originali perſonas ſolùm ; ſed generabant adhuc circumcidendos. Et hoc eſt quod dicit: eramus naturâ, &c. Id eſt per originem naturæ. Non quidem naturæ, vt natura eſt; quia ſic bona eſt, & à Deo; ſed naturæ, vt vitiata eſt. Filij iræ, id eſt VINDICTÆ, POENÆ, ET GEHENNÆ : Et hoc ſicut cæteri, id eſt Gentiles. *Fateor tamen D. Thomam ſolam pœnã damni infantibus tribuiſſe. Sed gehenna quid in Scriptura, niſi tormentum ignis, tenebrarum, fletus, & ſtridoris dentium ſonat? iuxta illud :* Reus erit gehennæ ignis. *Et hanc pœnam etiam ſenſus in infantibus non baptizatis tanquam certam, & de fide tenendam cenſuit D. Fulgentius. Cum enim ſupra citato c. 27. de fide ad Petrum, dixiſſet,* eos ignis æterni ſupplicio puniendos: *ſic concludit c. 44.* Hæc, inquit, quadraginta capitula, ad regulam veræ fidei firmiſſimè pertinentia, fideliter crede, fortiter tene, veraciter, patienterque defende. Et ſi quem contraria his dogmatizare cognoueris, tanquam peſtem fuge, & tanquam E hæreticum abijce. Ita enim iſta quæ poſuimus fidei Catholicæ congruunt, vt ſi quis non ſolùm omnibus, ſed etiam ſingulis, (*inter quæ hoc inſigne eſt,*) voluerit contraire, in eo quòd ſingulis horum contumaciter repugnat, & his contraria docere non dubitat, hæreticus, & Chriſtianæ fidei inimicus, atque ex hoc omnibus Catholicis anathematizandus appareat.

Nolim ego contrariam Auguſtino ſententiam, vt hæreticam damnare, propter D. Thomam, Bonauentu- A *ra, aliorumque reuerentiam, quam vtinam æquè debitam Auguſtino exhiberent aduerſarij. Duo tamen hic monebo: primò Fulgentium tam ex certa & Catholica fide peccati originalis in infantibus, certam quoque iuxta Auguſtinum in Paulo & recta ratione fundatam, totamque eius doctrinam de gratia Catholicam ab Eccleſia declaratam, contrariam in dictis articulis vt hæreticam damnaſſe. Secundo, ſalua D. Bonauentura pace, Auguſtinum non ex odio Pelagianorum, ſed ex amore veritatis ſibi comperta, infantes non baptizatos leuiſſimam pœnæ ſenſus reatum incurrere, cenſuiſſe. Ego vero, nullum mihi iure ſuccenſere debere credo, ſi in omnibus Sanctiſſimi Patris mei Au-* B *guſtini doctrinam meram & defæcatam, & hactenus indamnatam ab Eccleſia, non aliunde quàm ex viuis eius fontibus hauſtam bibam, cæteriſque propinem. Quid ſanctum Primaſium referam, ex Trithemio, Archiepiſcopum Vticenſem, D. Aug. diſcipulum, qui ſub Theodoſio 2. floruit anno 440 quique iuxta Bellarminum de Script. Eccl. ſub Vigilio Papa Conſtantinopoli fuit, cùm quinta Synodus generalis celebraretur, hic per omnia veſtigia Auguſtini lambens, inter cætera, in locum præcitatum Pauli ad Rom. 5.* In hoc loco, inquit, contra abruptum Pelagianæ impietatis errorem, mortem ſtudet oſtendere, non à Deo factam, ſed per culpam tranſgreſſionis illatam, &c. Mors tam animæ quàm corporis pertranſijt ex originali peccato, & in Abraham, & in Iſaac, & in Iacob ; ſed Dei ſunt viuificati gratiâ, de C quibus dicitur, non eſt Deus mortuorum, &c. per omnes ramos vitium ſuum radix corrupta tranſmiſit, &c. Fortè dicet aliquis : Caro quæ ex tranſgreſſore venit, iuſtè trahit originale peccatum ; vt ſi non baptizatus infans moriatur, IN ÆTERNVM DAMNETVR! Audiat, agnoſcat, quia magis anima primùm in Adam pro appetitu diuinitatis, quàm caro peccauit. Iſto vero loco, omnino cauenda eſt opinio quæ dicit ; ſicut caro ex carne Adæ, ita anima noſtra ex anima Adæ, occulta Dei operatione creatur, &c. Quæ niſi hîc fuerit liberata per gratiam, perpetuâ pœnâ in æternum damnabitur. Nam iudicium ſubauditur mortis, ex vno in condemnationem. *Et in caput 2.* D *ad Epheſ.* Eramus naturâ. Ita nos paternæ originis mala conſuetudo poſſedit, *(pulchrè in conſuetudine, habitualem auerſionem intellexit.)* Vt omnes ad damnationem naſceremur. Filij iræ, ſicut & cæteri, filij iræ, ſicut ſupra diffidentiæ, filij Adæ, filij vindictæ. Hæc audiant, & erubeſcant, qui tantum vitiatæ naturæ tribuunt, vt Apoſtolo contradicant, & à fide exorbitent. *Adde* neſcientes Scripturas, *& infantes tam grauis culpa reos, & iræ filios, & iniuſtè à Deo damnari, & ab Auguſtino velut crudeli tortore flammis inferni vltricibus condemnari conquerantur.*

Audiant & Bedam fidelem Auguſtini ſectatorem, in caput 2. Eph. Tenebatur iuſta damnatione genus humanum, & omnes erant iræ filij, de qua ira ſcriptum eſt, Pſalmo 89. & in ira tua defecimus: de qua ira dicit etiam Iob 14. homo natus ex muliere, breuis vitæ, & plenus iræ ; de qua dicit & E Dominus Ieſus, qui non credit in filio, non habet vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. Non ait, venit, ſed manet; cum hac quippe omnis homo naſcitur ; propter quod dicit Apoſtolus, fuimus enim & nos naturâ filij iræ, &c. Tranſlato vocabulo, vindicta eius QVÆ NON NISI IVSTA EST, iræ nomen accepit. *Et in cap. 5. Rom. vbi de iudicio ex vno in condemnationem :* Quia, inquit, ſufficeret ad condemnationem, etiamſi non eſſet in hominibus, niſi originale peccatum. *Et rurſum,*

poteſt rectè dici, paruulos ſine baptiſmo de corpore exeuntes, in damnationem omnium mitiſſimam futuros. Multum autem fallit, & fallitur, qui eos in damnationem prædicat non futuros, dicente Apoſtolo, Iudicium ex vno delicto, in condemnationem.

Huic iunge Anſelmum, de concept. Virginis, & peccato originali cap. 27. contra illos qui putant infantes non debere damnari. Impoſſibile, inquit, eſt aliquem hominem cum aliquo peccato (*ſupple mortali*) ſaluari: quare ſi quod dixi, originale peccatum eſt, neceſſe eſt omnem hominem in eo natum, in illo non dimiſſo damnari. *Et vbi & quo loco, niſi gehenna, & pœna reponi? idem Anſelmus ib. cap. 22.* In hoc, inquit, ſimilis eſt, & perſonalis, & originalis peccati damnatio; quòd nullus admittitur ad regnum Dei, ad quod factus eſt homo, niſi per mortem Chriſti; ſine quo non redditur, quod pro Adæ peccato debetur: quamuis non omnes pariter in inferno torqueantur. (*quod pœnam ſenſus tangit, nam pœna damni, quæ eſt eſſentialis, ſine excluſio à regno, gradus non habet, & magis & minus non admittit, ſicut pœna ſenſus, de qua ſcriptum eſt, ſecundum menſuram delicti, & plagarum modus.*) Nam poſt diem iudicij, nullus erit Angelus, aut homo, niſi aut in regno Dei, aut in inferno. *Quod ex Auguſtin. deſumpſit, vt infra videbimus.*

Satis ſuperque authoritates irrefragabiles Scripturarum, & Patrum, in eiuſdem veritatis confirmationem protulimus; duo nunc Oecumenica Concilia in eiuſdem veritatis immobilem authoritatem proferamus. Sic ergo in Decreto de peccato originali definit, de ſtatu animarum decedentium ex hac vita: Eugenius 4 in Concilio Oecumenico Florentino, anno Do. 1439. pridie nonas Iulij, Pontificatus ſui anno 9. decretum edidit, quod Latine Cardinalis S. Sabinæ Iulianus, Græcè verò Beſſario Archiepiſcopus Nicænus pronuntiauit. Diffinimus animas illorum qui in actuali mortali peccato, VEL SOLO ORIGINALI DECEDUNT, MOX IN INFERNUM DESCENDERE, POENIS TAMEN DISPARIBUS PUNIENDAS. *Atqui pœna damni par eſt; ergo hoc de pœna ſenſus à Concilio definitum eſſe videtur, & cùm par ſit vtriſque pœna damni; diſpar eſt pœna ſenſus, minor vtique infantibus. Concilium item Trid. ſeſſ. 5 in decreto de peccato originali. Canone 2.* Si quis ſoli Adæ præuaricationem ſuam, non alijs etiam, & eius propagini aſſerit nocuiſſe, acceptam à Deo ſanctitatem, & iuſtitiam quam perdidit, non nobis, ſed ſibi ſoli perdidiſſe; inquinatoque illo per inobedientiæ peccatum, mortem, & pœnas corporis tantùm, in omne genus humanum, & ſecundùm communem legem transfudiſſe; non autem & peccatum, cui pro pœna debetur vtraque mors, corporis videlicet, & animæ; Anathema ſit: cùm contradicat Apoſtolo dicenti, per vnum hominem peccatum intrauit, &c. In quo omnes peccauerunt. *Mortis autem primæ animæ, iuxta Aug. reſpondet ſecunda mors tam animæ, quàm corporis in pœna damni & ſenſus. Auguſtinus nuſquam ab Apoſtolo recedens, ſic in hac cauſa definit præſentem quæſtionem.*

S. Auguſt. *Libro 13. de Ciuit. cap. 3.* In primo homine, per fœminam in progeniem tranſiturum vniuerſum genus humanum fuit, quando illa coniugum copula diuinam ſententiam ſuæ damnationis excepit. Et quod homo factus eſt, non cùm crearetur, ſed cùm peccaret, & puniretur, hoc genuit, quantum quidem attinet ad peccati, & mortis originem. *Quod ſi vrgeas, cuius mortis originem trahat miſera, & damnata proles ab Adamo, ita reſpondet eodem libro c. 12.* S. Aug. Cùm requiritur, quam mortem Deus primis hominibus fuerit comminatus, ſi ab eo mandatum tranſgrederentur acceptum, nec obedientiam cuſtodirent: vtrum animæ, an corporis, an totius hominis, an illam quæ ſecunda dicitur; (*æterna ſcilicet*) reſpondendum eſt, omnes. Prima enim conſtat ex duabus: ſecunda ex omnibus tota, &c. Vt ſit prima totius hominis mors, cùm anima ſine Deo, & ſine corpore, ad tempus pœnas luit: ſecunda verò, vbi anima ſine Deo cum corpore pœnas æternas luit. *Vnde ſequitur, omnes infantes ſine regenerationis Sacramento mortuos,* B *vtriuſque mortis ſententiam ſubire, & proinde nunc prima mortis ſupplicio plecti; donec ſecunda poſt iudicium extremum torqueantur. De qua idem Aug. l. 6. de Ciu. c. 12.* S. Aug. Si anima in pœnis viuit æternis, quibus & ipſi ſpiritus cruciabuntur immundi, mors illa potius æterna dicenda eſt, quàm vita. Nulla quippe maior, & peior eſt mors, quàm vbi non moritur mors. Sed quòd animæ natura, per id quod immortalis creata eſt, ſine qualicumque vita eſſe non poteſt; ſumma mors eius eſt, alienatio à vita Dei, in æternitate ſupplicij. *In eo quod paruuli a vita Dei, à fonte & lumine vitæ, & gloria alienati* C *ſunt, pœna damni puniuntur: in quantum cum diabolo ignis æterni ſupplicio puniuntur, pœnam ſenſus vtique patiuntur. Et quoniam nulla inter Orthodoxos de pœna damni difficultas eſt, pœnam ſenſus vbique aſſerit Auguſt. Eſt alius locus Auguſtini pœnam ſenſus nomine ſecundæ mortis ſupplicium de more intelligens l. 1. ad Bonifacium c. 22.* Aug. Si Euangelicis vocibus cogimini confiteri, nec vitam ſalutemque poſſe habere paruulos de corpore exeuntes niſi fuerint baptizati, (*promiſerat vitam habere non poſſe, qui fuerint expertes corporis & ſanguinis Chriſti, dicente ipſo Niſi manducaueritis, &c.*) Quærite cur compellantur non baptizati ſecundæ mortis ſubire ſupplicium, iudicante illo qui neminem damnat iniuſtè, & inuenietis quod non vultis originale peccatum.

D *Nec prætereit pœnam damni, lib. 6. cont. Iulià. c. 4.* Aug. Quid eum offenderunt, quos pariter innocentes, (*vt volebat Iulianus*) mundos, à ſe ad imaginem ſuam creatos. Innumerabiles ab iſto munere alienat, nec eorum voluntatem huius ineffabilis præuenit beneficij largitate, ſeparans tot imagines ſuas à regno ſuo? Si hoc eis non erit malum, non ergo amabunt regnum Dei, tot innocentes imagines Dei. Si autem amabunt, & tantum amabunt, quantum innocentes amare debent regnum eius, à quo ad ipſius imaginem creantur, nihil ne mali de hac ipſa ſeparatione patientur? *Nullam pœnam ſentiens?*) poſtremò, vbilibet ſint, quomodolibet ſint ſub Deo iudice, qui nec fato premi- E tur, nec perſonarum acceptione corrumpitur, in illius regni fœlicitate non erunt; vbi erunt qui pariter nihil boni maliue meruerunt? (*loquitur ex ſenſu Iuliani.*) Sed ſi nihil meruiſſent mali, nunquam priuarentur in communi cauſa communione tanti boni. In eis ergo, vt ſæpè diximus, iræ vaſis, notas fecit ſecundum Apoſtolum, Deus diuitias gloriæ ſuæ, in vaſa miſericordiæ; ne glorientur tanquam de meritis vitæ ſuæ, (*poſt baptiſmum morientes*) cùm cognoſcunt hoc ſibi iuſtiſſimè reddi potuiſſe, quod vident reddi paribus conſortibus mortis ſuæ.

Id iam pronuntiauerat, l. 4. cont. Iulia. c. 8. Certum & immobile teneamus, non eſſe iniquitatem apud Deum, quanquam ſine malis meritis damnet; & eſſe bonitatem apud Deum, qua multos ſine Aug.

bonis,

bonis meritis liberet: demonſtrans in eis quos damnat, quid omnibus debeatur: vt hinc diſcant quos liberat, quæ ſibi pœna debita relaxetur, & quæ indebita gratia condonetur, &c. Ecce puſilli qui fari nequeunt, vos potius aſſertores fati eſſe conuincunt. Nos autem, cùm vitiatæ originis mala merita eſſe dicamus, gratia dicimus intrare paruulos in regnum Dei, quoniam bonus eſt Deus, & alium meritò non intrare, quoniam iuſtus eſt Deus: & in neutro eſſe fatum, quoniam quod vult facit Deus, &c. Ideo non vtrumque in honorem, ne hoc meruiſſe ſe exiſtimet tanquam inculpata natura: Ideo non vtrumque in contumeliam, vt iudicio ſuperexultet miſericordia: ac per hoc nec damnatus ex debito, de ſupplicio iuſtè queritur, nec liberatus gratis, de merito ſuperbè gloriatur: ſed potius humiliter gratias agit, quando in illo à quo debitum exigitur; quid in eadem cauſa ſibi donetur agnoſcit. *Vides iram iuſtam, ob peccati originalis debitum, in infantis non baptizati ſupplicio, quid querimur nos ab eo liberati, dono prorſus indebito?*

S. Aug. *Nunc præciſe quid de pœna ſenſus dixerit videamus. Epiſtol 28. ad Hieronymum, vbi de origine animarum:* Certus ſum, inquit, animam nulla Dei culpa, nulla Dei neceſſitate, vel ſua; ſed propria voluntate in peccatum eſſe collapſam, nec liberari poſſe de corpore mortis huius, vel ſuæ voluntatis virtute, tanquam ſibi ad hoc ſufficiente, vel ipſius corporis morte; ſed gratiâ Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum: Nec omnino eſſe animam vllam in genere humano, cui non ſit neceſſarius ad liberationem mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus. Quæcunque autem ſine gratia mediatoris, & Sacramento eius, in QVALIBET ÆTATE CORPORIS exierit, *(ac proinde in infantia)* & in pœnam futuram, & vltimo iudicio recepturam corpus ad pœnam. Si autem poſt generationem humanam, quæ facta eſt ex Adam, regeneretur in Chriſto, ad eius pertinens ſocietatem; & requiem, poſt mortem corporis, habituram, & corpus ad gloriam recepturam. Hæc ſunt quæ de anima firmiſſimè teneo. *Et ex his ego, pœnam ſenſus apertiſſimè colligo; cùm pœna corporis, vel animæ in corpore incluſæ pœnalis, non ſit pœna damni, ſed ſenſus. In quo turpiter errauit, Eraſmus & ſuam in Theologicis inſcitiam aperuit, in margine notans,* recepturam corpus, ad pœnam damni.

S. Aug. *Idem Auguſtinus in Enchir. ad Laur. capite 92.* Quicumque ab illa perditionis maſſa quæ facta eſt per hominem primum, non liberantur per vnum mediatorem Dei & hominum, reſurgent quidem etiam ipſi, vnuſquiſque cum carne ſua, ſed vt cum diabolo, & Angelis eius puniantur, &c. Non eſt vera vita niſi vbi fœliciter viuitur, nec vera incorruptio, niſi vbi ſalus, nullo dolore corrumpitur. Vbi autem infœlix mori non ſinitur, vt ita dicam, mors ipſa non moritur: & vbi dolor perpetuus non interimit, ſed affligit, ipſa corruptio non finitur. Hæc in ſanctis Scripturis *(Apocal. 2. & 20.)* Secunda mors dicitur. Nec prima tamen mors, qua ſuum corpus anima relinquere cogitur, nec ſecunda, qua pœnale corpus animam relinquere non permittitur, homini accidiſſet, ſi nemo peccaſſet. MITISSIMA SANE OMNIVM POENA ERIT eorum, qui præter peccatum quod originale traxerunt, nullum inſuper addiderunt: & in cæteris qui addiderunt, tanto quiſque tolerabiliorem ibi habebit damnationē, quanto hic minorem habuit iniquitatem, remanentibus itaque Angelis, & hominibus reprobis in æterna pœna, tunc ſancti ſcient plenius quid bonis eis contulerit gratia. Tunc rebus ipſis euidentibus apparebit, quod in Pſalmo ſcriptum eſt, miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Quia niſi per indebitam miſericordiam nemo liberatur, & niſi per debitum iudicium nemo damnatur.

Cui adde quod ſupra Beda hauſit ex Aug. lib. 1. de pecc. meritis c. 15. Poteſt rectè dici paruulos ſine baptiſmo de corpore exeuntes, in dānatione omnium mitiſſima futuros. *Expreſſiſſimè autem ſerm. 14. de verb. Apoſt.* Venturus eſt, inquit, Dominus, & iudicaturus de viuis & mortuis, ſicut Euangelium loquitur, duas partes facturus eſt, dexteram & ſiniſtram. Siniſtris dicturus eſt, ite in ignem æternum, &c. Dextris dicturus, venite benedicti Patris mei, percipite regnum, &c. Hanc regnum nominat, hanc cum diabolo damnationem. Nullus relictus eſt medius locus, vbi ponere queas infantes. De viuis & mortuis iudicabitur, alij erunt ad dexteram, alij ad ſiniſtram, non noui aliud. Qui inducis medium recede de medio, &c. ſi ergo dextera erit & ſiniſtra, &c. qui ibi non eſt, in ſiniſtra eſt. Quid erit in ſiniſtra? Ite in ignem æternum, &c. qui non in dextera, proculdubio in ſiniſtra. Ergo qui non in regno, proculdubio in ignem æternum. Certè habere non poteſt vitam æternam, qui non baptizatur, non erit in dextera, id eſt in regno non erit. *(Niſi enim quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt intrare in regnum Dei. Io. 3.)* Vitam æternam computas ignem ſempiternum? &c. Extrema autem ſententia, vt doceret quid ſit regnum, & quid ſit ignis æternus: Tunc, inquit, abibunt iſti in combuſtionem æternam, iuſti autem in vitam æternam. Ecce expoſuit tibi quid ſit regnum, & quid ſit ignis æternus: vt quando confiteris paruulum non futurum in regno, fatearis futurum in ignem æternum, regnum enim cælorum eſt vita æterna.

Dices, hoc loco Matt. 25. agi tantùm de adultis, qui opera miſericordiæ neglexerunt. Sed licet opera miſericordiæ neglecta condemnet in extremo iudicio, & expreſſa tantum fiat omiſſionis mentio; quis audeat dicere non iudicanda tot ſcelera, & crimina commiſſionis? An Gentilium Idololatria, Iudæorum perfidia, Chriſtianorum ſacrilegia non iudicabuntur? Et vbi illud Chriſti, qui non credit iam iudicatus eſt? *vbi illud Pauli Rom. 2. 12.* Quicumque ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt: & quicūque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur, &c. Inter ſe inuicem cogitationibus accuſantibus, aut etiam defendentibus, in die cum iudicabit Deus occulta hominum ſecundum Euangelium meum per Ieſum Chriſtum. *Et rurſum. 1. Cor. 6. 3.* Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus? *Neque verò ſolos adultos, ſed & paruulos iudicaturus eſt Dominus. Apoc. 20. 12.* Vidi mortuos, magnos, & PVSILLOS, ſtantes in conſpectu throni, & libri aperti ſunt, & alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ: & iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris, ſecundum opera ipſorum. Et dedit mare mortuos qui in eo erant; & mors, & infernus dederunt mortuos ſuos, qui in ipſis erant: Et iudicatum eſt de ſingulis ſecundum opera ipſorum. Et infernos, & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis. Hæc eſt mors ſecunda. Et qui non inuentus eſt in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis. *Sed paruuli non ſunt ſcripti ſanguine agni in libro vitæ, ergo mittendi ſunt in ſtagnum ignis.*

Nec dicas hic ſcriptum, mortuos iudicandos ſecun-

dum operatiſſorum. Et Paulum dixiſſe : Nos omnes A manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt recipiat vnuſquiſque prout geſſerit in corpore ſuo, ſiue bonum, ſiue malum. *Nam paruuli baptizati, in regno ponendi, nil geſſerunt proprium, ſed Chriſti non Adæ meritum acceperunt. Ergo & non baptizati infantes mortui, ſine actu proprio, ſed tantùm pro contracto ex Adam veteris debito, iuſtè iudicabuntur, & excluſi regno, igni cum diabolo adiudicabuntur. Auguſt. libro 6. contra Iulianum capite 4.*

S. Aug. Quod Apoſtolum dixiſſe commemoras, omnes nos manifeſtari oportet, &c. 2. Cor. 5.10. Quomodo in paruulis accipis : Vtrum & ipſi ante tribunal Chriſti manifeſtabuntur, an non? B Si non manifeſtabuntur, quid te adiuuat iſta ſententia, quando ad eos non pertinet, quorum nunc agitur cauſa? Si autem manifeſtabuntur, quomodo reportat eorum quiſque quod geſſit, qui nihil geſſit : niſi quia pertinet ad eos, quod per corda, & ora geſtantium, (*patrinorum*) ſiue credunt, ſiue non credunt? propria corporis ſui enim dixit, quod ad vnumquenique in ſeipſo iam viuentem pertinet. (*Adde & per proprium corpus, vel recipere, vel non recipere baptiſma.*) Nam quomodo reportat bonum, vt intret in regnum Dei, ſi hoc reportat quiſque quod geſſit, niſi quia pertinet ad paruulum, etiam quod per alterum geſſit, id eſt credidit? (*cùm per ſuſceptorem, reſpondit credo.*) C Sicut itaque quod credidit, pertinet ad eum, vt reportet bonum, hoc eſt, percipiat Dei regnum : ſic ad eum pertinet etiam, ſi non credidit, vt reportet condemnationis iudicium; quia Euangelica eſt ipſa ſententia, qui non crediderit, condemnabitur. Et Apoſtolus dicendo, omnes nos, &c. vt recipiat, &c. ſiue bonum, ſiue malum; nihil voluit intelligi medium, (*nullus medius locus, extra regnum, & infernum.*) Vide ergo quàm importunè nolis paruulum de alieno peccato reportare malum, & velis eum de alieno rectè facto reportare bonum, non qualecumque, ſed Dei regnum. Alienum quippe opus eſt, cùm credit per alterum, ſicut alienum opus fuit, cùm peccauit in altero.

Et Epiſt. 28. præcitata, cùm ex Ioannis 5. dixiſſet : D Audiui, & credidi, propter quod locutus ſum, quia veniet hora, quando omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem eius, & procedent qui benè fecerunt, in reſurrectionem vitæ. Ipſa eſt de qua dicitur. 1. Cor. 15. & per vnum hominem reſurrectio mortuorum. Ipſa eſt, quâ in Chriſto omnes viuificabuntur. Qui autem malè egerunt, in reſurrectionem iudicij, *id eſt condemnationis. Cùm, inquam, dixiſſet de his qui benè vel malè fecerint, ſic interrogat :* Quid hic ergo de illis infantibus intelligendum eſt; qui priuſquam poſſent agere vel benè, vel malè, ſine baptiſmo corpore exuti ſunt? Nihil hic de talibus dictum eſt. Sed ſi caro eorum ideo non reſurget, quia nec boni aliquid egerunt, nec mali, nec illorum reſurre- E ctura eſt, qui percepta baptiſmi gratia, in illa ætate defuncti ſunt, in qua nihil benè, vel malè agere potuerunt. Si autẽ illi inter ſanctos reſurgent, id eſt inter eos qui benè egerunt; inter quos & illi reſurrecturi ſunt, niſi inter eos qui malè egerũt, ne aliquas humanas animas credamus corpora ſua non recepturas, ſiue in reſurrectionem vitæ, ſiue in reſurrectionem iudicij? *Quo, ſententia communi, æterno igni, cum corporibus torquendo cum diabolo damnabuntur.*

Vnum miror, plurimos, de pœna damni nil dubitare, de pœna ſenſus ſic conqueri, vt crudelitati imputent A *Auguſt. ſententiam. Et cum longè vt initio dixi, maxima ſit pœna damni, & ſine vlla cõparatione pœnalior quã qualibet vexatio ſenſus, quid de ea conqueruntur? His libet obijcere quod olim Pelagianis Aug. ſer. 14. de verb. Apoſt. Si enim innocens eſt puer,* quare patrimonium regni cælorum abripitis Innocenti, &c. quæ eſt iſta iuſtitia? &c. quid offendit paruulus non baptizatus, nullam habens culpam, nec ſuã, nec de parente tractam? (*vt ſentiebant Pelagiani, qui tamen ob expreſſam Chriſti ſententiam, niſi quis renatus, &c. non audebant paruulos donare Dei regno, ſed eximebant ab ignis ſupplicio.*) Quid offendit, dic Aug. B mihi, vt no intret in regnum cælorũ, vt ſeparetur à ſorte Sanctorum, vt ſit exul à ſocietate Angelorum? Videris enim tibi miſericors, quia non auferſei vitam, (*dicebant enim excludi regno, ſed non à vita æterna*) damnas tamen, quem ſeparas à regno cælorum. Dãmnas : non eum percutis, ſed in exilium mittis. Nam & qui exulant, viuunt; ſi ſani ſunt, in doloribus corporis non ſunt, nec torquẽtur, non carceris tenebris affliguntur, hæc illis ſola pœna eſt, non eſſe in patria. Si amatur patria, magna pœna : ſi autem non amatur patria, peior eſt cordis pœna, (*cæcitas & inſenſibilitas.*) Parnum malum eſt in hominis corde, qui ſocietatem non quærit Sanctorum, qui non deſiderat regnum cælorum? ſi non deſiderat, pœna eſt de peruerſitate : C ſi autem deſiderat, pœna eſt de fraudata charitate. *Cur maiorem fatentur pœnam, minoremq; reijciunt, vt crudelem? An forte quia appetitu ſenſitiuo, per ſenſus corporis anima paruuli, deſerto Deo Creatore, conuerſa non eſt ad creaturam, ideo non iuſtum eſt eã nunc ſeparatam, & in iudicio reunitam corpori, pœnis ſenſus affligi, quia nihil actu proprio, & ſenſu deliquit? & iuſtum videtur, maxima damni pœna puniri, qua actu proprio, cùm necdum eſſet exiſtens, non potuit per ſeipsã auerti a Deo. Sed Adamo vtroque modo peccante, in radice corruptos ramos excidi, & in ignem mitti, Dei viſione priuari, & pœna ſenſus affligi, iuſtiſſimum cum Auguſtino, Gregorio, Beda, cæteriſque citatis Patribus exiſtimo.*

Dicunt rurſum Patroni puerorum : eſto, locus non ſuperſit medius; excluſi regno, deputentur igni æterno, ſed non ſupplicio. Ergone in loco tormentorum, quem dixit D *purpuratus diues, erunt abſque tormento? An locus ille infimæ terræ carcer tenebroſus, animæ rationali conueniret, niſi pœnales tenebras, culpa originalis exigeret? forte ira & vindicta filij, vt tres pueri amici Dei, in media fornace inferni, pro ignis ſupplicio, Angeli viſione, & roris conſolabuntur refrigerio? Idipſum olim tota Eccleſia Lugdunenſis, Anno Chriſti 850 obijciebat Ioanni Erigenæ, cognomento Scoto, vt habetur in libro contra ipſum, to. 9. Bibliotheca Patrum in fine.* Illi, inquit, qui ſolo originalis peccati reatu obſtringuntur, & ſic abſque remedio ſalutari de corpore exeunt, ſecundùm propria corporis mala damnantur : quia in corpore vtique, & cum corpore illud originale debitum contraxerunt, vnde in æ- E ternum damnari mererentur. Omnes itaq; manifeſtari oportet, ſicut Apoſtolus dicit, ante tribunal Chriſti, vt referat & reportet vnuſquiſq; propria ſui corporis, id eſt quæ in corpore geſſit, ſiue contraxit, &c. *Et rurſum :* Apoſtolus dicit, effecti ſunt, non voluntate, ſed natura filij iræ. Verè enim naturâ efficiuntur filij iræ omnes, qui ex illa vitiata radice naſcuntur, non qualis ipſa natura à Deo condita eſt, ſed qualis per eam peccãdo effecta eſt. *Et iterum :* Quid iam reſtat, niſi vt ſicut de illis Scriptura dicit, quia Angelus Domini deſcendit cum Azaria, & ſocijs eius in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace, & fecit mediũ

fornacis qua [illegible] flan [illegible] & [illegible] git [illegible] neq; contriſta [illegible] leſtiæ intulit: ita & de iſtis [illegible] affirmare contendat, &c. Si nulli [illegible] igne [illegible] null [illegible] etiam gloriam æter [illegible] remuneratione iuſtorum [illegible] quod ex Auguſt. de temp. it ſer. 14. de verb. Apoſt. vbi pro ſupplicio, quod Mat. hæi 25. adiun [illegible] æter [illegible] vertit [illegible] ex [illegible] cnem.

Si quærimus quid [illegible] in [illegible] æ [illegible] ter eſſe ſupplicium ſempiternum, &c. De quo ſupplicio [illegible] æterno apertè B. I [illegible] in Apocal. teſt [illegible] [illegible] miſſi ſunt in ſt [illegible] ignis & ſulphuris, & cruciabuntur die ac nocte in ſæcula ſæculorum. Et alio loco, fumus tormentorum eorum aſcendet in ſæcula ſæculorum. *Quod & [illegible] ab Auguſt. lib. [illegible] de Ciu. cap. 6 [illegible] ideant*

Aug. *ergo num [illegible] qui ab Aug. [illegible] ſentie [illegible] vel ver [illegible] aberrarint [illegible] ante [illegible] que baptiſmo [illegible] antes, vel meram [illegible] improprie [illegible] [illegible] vniuerſam [illegible] nullam humana natura in ſtatu innoce [illegible] bu [illegible] aptitudinem, nullum ius ad eam. Attendant [illegible] hi qui ſolam pœnam damni in eis admittunt, ſe ab antiquo Eccleſia & Patrum ſenſu remotiſſimos. Sed [illegible] amplius aberrantes, qui Paradiſum quemdam, naturalis beatitudinis delic [illegible], [illegible] præparant, [illegible] quibus eſt natura corrupta, terram nouam nuſquam renouatis in Chriſto phantaſtice affingentes.*

Sed peccatoris horreant, & expaueſcant, qui abortus procurant, & fœtus animatos extinguũt, bis homicidæ, & gemino parricidio cruenti, [illegible] vtriuſque vitæ, temporalis, & æternæ, contra propria ſæpè pignora immaniter crudeles; animas & corpora ſuorum ſine miſericordia perdentes in gehennam, & æterna animas & corpora, beatitudine fruſtrantur

---

An B. Virginem Mariam, peccato originali & actuali obnoxiam, cum Tertulliano cenſuerit Auguſtinus.

TErtullianus, *Deum ſolum, & filium eius Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ab omni labe peccati, tam originalis, quam actualis immunem expreſſe teſtatus eſt, ſed & omnem hominem, [illegible] ege communi vtrique obnoxium, poſt Apoſtolum, [illegible] ſcripturam, ſicut & Auguſtinus ipſe & omnes Orthodoxi, confitentur; nec tamen eſt quod hinc vterque vocetur in crimen, quaſi ſanctiſſima Deiparæ priuilegio infenſus. Tertull. quidem libro de Anima c. 41* Solus, [illegible] quit, Deus ſine peccato, & ſolus homo ſine peccato Chriſtus, quia & Deus Chriſtus. *Eccl [illegible] de præſcriptionibus c. 3. de peccato actuali [illegible] ribens expreſſius:* Et hoc, inquit, mirum, [illegible] aliqui retro, p [illegible] excid [illegible] ris, liuore poſt [illegible] euertitur. Da [illegible] cundùm cor Domini, poſtea [illegible] eſt. Salomon omni gratia & ſ [illegible] us à Domino, ad idololatriam à mulieribus in [illegible] tur. Soli enim Dei filio [illegible] ſine delicto permanere.

Omnem quoque animam humanam [illegible] ex Adamo [illegible] nale pec [illegible] cum ſemine propa [illegible] apertè declarauit libro de anima c. 40. Omnis inquit [illegible] in Ad [illegible] cenſetur, donec in Chriſto recenſeatur.

E [illegible]. Im [illegible] Te [illegible] & Aug.

[illegible] quam [illegible] immund [illegible] nullam ex carnis ſocietate. *Et nos [illegible] docredimus, in ipſo initi [illegible] ma, & ſuo corpori [illegible] cert [illegible] maculam originalem. Sed ex quo deſ [illegible] non ex [illegible] ſed ex Deo immediate produci, [illegible] anima ſimul [illegible] propagationem [illegible]. Paulum etiam authorem adducit [illegible] Ep [illegible] Eph. 2. 3. [illegible] x natura [illegible] à Deo cond [illegible] peccatum, ex ſuggeſtu diab [illegible], ſponte [illegible] libe [illegible] omnes naturæ [illegible] conteſtatur.* [illegible] 17. Propter quod [illegible] fuimus, inquit, [illegible] ut Iudæos Creator [illegible] Dominum [illegible] [illegible] [illegible] P [illegible] [illegible] D [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible]

Superuacuum [illegible] Auguſtini teſtimonia de peccato origi [illegible] ab Adam in omnes eius poſteros tra [illegible] contra Pelagium [illegible] titulo [illegible] & [illegible] Iulianum libris, & vbique, [illegible] Apoſt [illegible] de hoc argumento de [illegible] rit. Dicenda nobis B. Deipara [illegible] aduer [illegible] imam Virginem, deuct [illegible] D [illegible] Aug. [illegible] mat, vt eam omnibus ex [illegible] effi [illegible] adeoque & eum ſupponat à Sacr [illegible] Tridentina Synodo damnatum Verba ipſius [illegible] ma fideliſſime ex Gallica lingua in Latinam transfer [illegible] nomini & meritiſſima ſtili ſeueritati Chriſtianâ & Religioſâ modeſtia parcens. Sanctus hic P [illegible], inquit, ſcribens contra Iulianum, [illegible] quod quicumque in peccato [illegible] eſt, qua peccati [illegible] eſt, [illegible] peccatum aliquod actuale [illegible]. [illegible] excepto Ieſu Chriſto nato ex Virgine nullum eſſe hominem, qui cùm ſe ad ma [illegible] rationis annos peruenerit, ali [illegible] peccatum actu [illegible] non commiſerit. Vnde [illegible] ſecun [illegible] Auguſtinum, quod [illegible] B. Virg [illegible] fuerit in peccato originali, [illegible] peccatum actuale [illegible] miſerit. quod à ſancto Concilio T [illegible] condemnatum eſt. P [illegible] ſi A [illegible] diſcipulum conſu [illegible] præfert [illegible] m Auguſtinum, ſancto Concilio Tridentino [illegible] amus, [illegible] hoc Concilium [illegible] [illegible] Eccl [illegible] quod [illegible] Deiſpe [illegible], B. Virgo [illegible] in [illegible] mortal aut venial [illegible], [illegible] um pro ſua ratione pr [illegible] h [illegible] Concilium Oe [illegible] & gen [illegible] [illegible] Au [illegible] dixit: [illegible]

[illegible] cauſam [illegible] pio, [illegible] Patris nulli me Pat [illegible] Patri [illegible] nec [illegible] tamen gloria eius [illegible] orem, [illegible] ſanctiſſima Deipara, omnium fidelium matri immaculatiſſima conceptioni, quam [illegible] & quoad [illegible] coram populo prædicam, velim [illegible] Summum miror, quodcum tot tantique Patres & [illegible] Doctor præ

MMM [illegible] ij

[illegible] ceteris An[illegible] chœus, quem aduerſus Euangelij verita-tem, aduerſarius Augu[illegible] dat [illegible] pr. ma-g[illegible], ex[illegible], expreſſe, contra immaculatum Vir-ginis conceptum ſcripſerint, vnum aggrediatur Au-guſtinum. Certè nec ſanctus Iob, nec Paulus vllum ho-minem à peccati originalis reatu excepit. Nemo, in-quit ille, mundus à ſorde, nec infans, cuius eſt vitæ vnius [illegible] ſuper terram, *& Apoſtolus Rom. 5. 12.* Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo om-nes peccauerunt.

A

Quod eo ita permotus eſt D. Thomas, vt cum prius teneret, B. Virginem immaculatè conceptam, matu-rius [illegible] gitans, priorem ſententiam in ſua Summa retractauerit. Prius quidem ſcribens in primum ſen-tentiarum d. ſt. 44. q. 3. ad 3. in edit. Lugdunenſi Ia-cobi M[illegible] 1527. recognita ad vnguem per Magi-ſtrum [illegible] Campeſtrem ordinis prædicato-rum, quanquam [illegible] in Antuerpienſi edit. 1612. non it. P[illegible] eſt, [illegible] quid creatum inueniri, quo ni-hil purius [illegible] eſſe in rebus creatis, ſi nulla contagione [illegible] inquinatum ſit, & talis fuit puritas [illegible], quæ [illegible], & [illegible] ſub Deo in quantum erat [illegible] ad peccandum. *Et rurſum exponens ſalutationem Angelicam;* Ipſa, inquit, puriſſima fuit, quantum [illegible] dom[illegible] ma-[illegible] quia neque o[illegible], neque mortale, ne-que veniale peccatum incurrit. *Auguſtinus certe omnem hominem, generatione naturali, & via com-muni conceptum, peccatum originale ex Adamo habe-re vbique ſtatuit; nec B. Virginem, cuius ceteros gratiæ, virtutum, gloriæ, præ cunctis Doctoribus & Scriptoribus eſt mirabilis prædicator, ab eo genere ge-nerationis excepit Ita enim l. 10. de gen. ad lit. cap. 18.*

B

C

S. Auguſt. Corpus, inquit Chriſti, quamuis ex carne fœmi-næ aſſumptum eſt, quæ de illa carnis peccati propagine concepta fuerat: tamen quia non ſic in ea conceptum eſt, quomodo fuerat illa concepta, nec erat caro peccati, ſed ſimilitudo car-nis peccati.

Et paulò ſupra: Quid, inquit, incoinquinatius illo vtero Virginis, cuius caro etiamſi de pecca-ti propagatione venit, non tamen de peccati pro-pagine concepit: vt ne ipſum quidem corpus Chriſti [illegible] lex ſeuerit in vtero Mariæ, quæ in membris poſita corporis mortis, repugnat legi mentis: quam ſancti Patres coniugati frenan-tes, non quidem niſi quouſque licebat, in conc[illegible]-bitum relaxarunt, nec tamen tantummodo quouſque licebat, eius impetum pertulerunt. *Et ibid cap. 20. vbi de Leui decimato à Melchiſedech in*

D

S. Aug. *lumbis Abrahæ.* Secundum, inquit, rationem illam ſeminalē ibi fuit Leui, qua ratione per [illegible] tu[illegible] venturus erat in matrem. S[illegible] und[illegible] [illegible] non [illegible] ibi Chriſti caro, quamuis [illegible] ſ[illegible] Mariæ caro, &c. C[illegible] ſit in [illegible] corpu[illegible], & [illegible] lis [illegible] ex Ab[illegible] etiam ex Adam, v[illegible] corpus Mariæ, [illegible] & i[illegible] modo [illegible] C[illegible] ſt[illegible] ute[illegible] ca[illegible] Virgin[illegible] ſumpſit. R[illegible] verò conceptu[illegible]

S. Auguſt. non à ſemin[illegible] [illegible] ve[illegible]. *Et in Pſal. 34. concione* [illegible] cat[illegible] Do[illegible], (*ideſt mors, &* [illegible] *à peccato*) [illegible] fa[illegible] quia [illegible] carnem [illegible] [illegible] de [illegible] mor[illegible] [illegible] [illegible] Adam [illegible] Adæ, Ad[illegible]

[illegible] propter peccatum, & caro Domini ex Maria mortua eſt propter delenda peccata. *Item lib. 6. operis perf. [illegible] cont. Iulianum ſectione 22.* Maria qui-dem [illegible] ipſius de qua carnem ſumpſit, de car-nali concupiſcentia [illegible] eſt: non autem Chri-ſtum ſic ipſa concepit, quem non de viri ſemi-ne, [illegible] de Spiritu ſancto concepit. *Idem [illegible] nem & Ieremiam in peccato conceptos ait, quia de Pa-trum ſemine ſunt geniti. In ſupplemento parte ſecun-da, ſer. de S. Ioanne, vbi cum verba Iob & Pauli retu-liſſet.* Iam, inquit, [illegible] Ioannem, ſi [illegible] ueris [illegible] ſi [illegible] propaginis humanæ, ſi ſeparaueris [illegible] maſculi & fœminæ, [illegible] rabis. Non illi qui [illegible] per Virginem venit [illegible]. Vt quid me cogi[illegible] merita Ioannis? In vtero Domi-num ſalutauit, ſed puto quod cum [illegible] à quo [illegible] liberauit. Non [illegible] per-nicioſiſſimam [illegible].

Aug.

Et libro quarto oper. perfecti ſect. [illegible]. Quid, in-quit, Ieremiam, [illegible] Ioannem, [illegible] frenis [illegible] Chriſtum [illegible] [illegible] dicentes [illegible]? Sic illum cæ-teris coæquas [illegible] habuiſſe genui-nam negare [illegible] quin [illegible] eſt de Spiritu ſancto & Virgine Maria [illegible] om-nino [illegible] qui [illegible] conceptionis quæ commixtione fit ſexuum. Quia & Ieremias, & Ioannes, quamuis ſanctificati in vteris matrum, traxerunt tamen originale peccatum. Nam quo-[illegible] interirent eorum animæ de populo ſuo, niſi die octauo circumciderentur, niſi ad Chriſti [illegible] peruenirent, quem die octauo, id eſt poſt ſeptimum Sabbati reſurrectionem pro-pter iuſtificationem noſtram, carnis [illegible] caſio figurabat. (*Aduerte id non referri ad Iere-miam & Ioannem præciſè, quia ſanctificati erant in vtero, ſed de Iſraelitarum infantibus in genere. Nam id intelligatur de neceſſitate præcepti, ſed non medij. Vel quòd alias non cenſerentur inter Abrahæ circumciſos filios, niſi circumciſi.*) Erant ergo illi & naturâ filij iræ ab vteris matrum, & gratiâ filij miſericordiæ ab vteris matrum: quia nec illa [illegible] adhuc [illegible] quæ vinculum ſolueret ſucceſſionis obno-xiæ, quod ſuo tempore ſolui oportebat; & inerat tamen quæ præconem Chriſti à maternis viſce-ribus deſignabat, &c. Nec vtique vt Manichæus deſipit vel inſanit, alienæ naturæ (*malæ*) com-mixtio, ſed noſtræ deprauatio, inuexit hoc vitiū.

Expreſſius de Virgine loquutus videtur ipſo libro quarto, operis perfecti contra Iulian. ſect. 121. vbi obij-cienti ibi de Ioniniano cui ſimilem, imò peiorem facie-bat Auguſtinum, ſicut [illegible] eius aduerſarius hodiernus non erubeſcit eum facere hæreticum, erroneum, à Concilio Tridentino condemnatum. Ille, inquit, Vir-[illegible] Mariæ partus conditione diſſoluit, [illegible] Mariā diabolo naſcendi conditione tranſ-[illegible]. Ille meliora bonis æquat, id eſt integrita-tem [illegible] commixtionem coniugij morbi[illegible] vocas, & caſtitatem fœdiſſime [illegible] tione [illegible], &c. *Cui reſpondet Aug.* Quam bel-lus tibi [illegible]. Tu [illegible] Iouini[illegible] peiorem [illegible] oſtendere. V[illegible] con[illegible] Ambroſi[illegible] me à te [illegible] ſcipere gaud[illegible] tritor[illegible] quippe cauſ[illegible] me Iouini[illegible] [illegible] M[illegible] [illegible] Illud [illegible] quod [illegible] cum Pelagi[illegible]

Aug.

Aug.

[illegible] [illegible]temur. Cum [illegible] [illegible] [illegible] Mani[illegible], [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] ſtud [illegible] [illegible] [illegible] veridico, [illegible] [illegible] dicit nos Deus gaudere & exultare, quando [illegible] [illegible] ma[illegible] [illegible]icta, non [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] quia [illegible] veritate [illegible]. [illegible] ergo [illegible] ne[illegible]ceſſitatem, quia [illegible] A[illegible], & tamen dicimus par[illegible] [illegible] malo [illegible], quod [illegible] Ambroſi[illegible] & [illegible] [illegible] nulla eſt neceſſitas, qui[illegible] & illud Deo [illegible]bile eſt quod [illegible] [illegible] quanto magis quod [illegible] voluntas? Non dico nec per [illegible]ratiam homine [illegible], quod [illegible] dicat Ambroſius, ſed [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] niſi p[illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] ta dimittat [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] inferatur. Non [illegible] [illegible]bimus Mariam [illegible] [illegible] lo, co[illegible] [illegible] nale [illegible], *quaſi nuptiæ à diabolo inuentæ ſint ex quibus concepta ſit Maria: vel quod ex natura ſine principio mali, caro eius [illegible] orta, & proinde ipſa naſcendi [illegible] ad diabolum per[illegible]. [illegible]* ideo, quia ipſa [illegible] [illegible] gratia [illegible]naſcendi.

Per conditionem, intell[illegible] debitum quod ex Adam & in Adam omnis eius poſteritas contraxit, quiſquis via communi concipitur, ſicut & ipſa Virgo concepta eſt. Quod quidem debitum [illegible] gratia Chriſti, per quam peccato mortui renaſcimur. [illegible] alibi dicit Deb[illegible] quod Adam, qui [illegible] ex Adam. *Sed eſto, [illegible] Auguſtinus Mariam [illegible] debitum contraxiſſe [illegible] [illegible] communi [illegible] Ioachim & Anna fœtus [illegible] [illegible]gineus [illegible] formatus. Sed cum maſſa [illegible] fœtus in fœmin[illegible] [illegible]ginta diebus formetur & diſponatur, antequam anima infundatur, nec peccatum originale contrahatur, niſi eo inſtanti quo anima corpori diſpoſito infunditur, non negauit Auguſtinus à Deo purgari potuiſſe, quidquid concu[illegible] [illegible] carnalis ex vtroque parente, ſicut & in cæteris fuerat in ſemen & materia illam corporis ex Adami propagatione transfuſum:* Vt [illegible] [illegible] [illegible] ſuum al[illegible] *[illegible] gratia [illegible] præuerteret, [illegible] [illegible] corpori anima [illegible]ſſima creata vniretur [illegible] ipſo inſtanti diuina [illegible] ſimplex [illegible].* [illegible] [illegible] *vt [illegible], licet He[illegible] [illegible]* [illegible] 4. [illegible]. To[illegible] [illegible], & [illegible] eſt [illegible] *Et [illegible] Pſalmi.* [illegible] tur p[illegible] [illegible] [illegible], & [illegible] [illegible] Et redem[illegible] [illegible] hæ[illegible] tuæ, n[illegible] Si[illegible] quo [illegible] ce[illegible] *An[illegible] [illegible], de [illegible] flos Chriſtus, ſpecial[illegible] [illegible] aſſeruari gratia redempta? Atons [illegible] Dei [illegible] habitauit [illegible] [illegible] [illegible] m[illegible], [illegible]ſcendi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ſancta? Hæc eſt ipſa Conceptio electa [illegible] [illegible] ſuper ipſam ſerenia, & Bapt[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] & [illegible] originalem A[illegible] & Euæ. [illegible] etiam An[illegible]lorum, quorum erat [illegible] [illegible]tatem, qua [illegible] à Sac[illegible]* d[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] imm[illegible]s.

Quomodo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], qua P[illegible] 4. repente [illegible] [illegible] Aaron R[illegible] à d[illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] varieta[illegible]: *Vbi alij legunt* C[illegible]. *Inſtar columnæ [illegible] ſtetit, [illegible] cum [illegible] omnibus cadentibus [illegible], [illegible] columna [illegible] ſtetit. [illegible] cum [illegible] varietatibus, tanquam Iride [illegible] coronata. Quomodo [illegible] filia, quæ dicit Cant. 8.* [illegible] murus: & vbera me[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] *ex quo concepta ſum* [illegible] [illegible] [illegible] reperi[illegible]. *Vel vt habet ſanctes Pagn.* Tu[illegible] [illegible] oculis eius ſicut [illegible] pe[illegible] [illegible]m. *Tunc, hoc eſt ab exordio.* [illegible] [illegible] Par[illegible] [illegible] m[illegible]rum punicorum. H[illegible] br. p[illegible]

A ta[illegible] tuæ Paradi[illegible] malorum punicorum, *Cant. 4. 13. Id eſt quo plantata es in vtero matris, ſicut malogranata coronata es, non ſ[illegible] [illegible] peccati, ſed Regina. Signum certe magnum in vtero Annæ velut cælo; Lunæ maculas ſub pedibus habes, ſtellarum natiuo lumine coronaris, Sole indueris,* & ipſi luci comparata purior inueniris. *An non electa* vt Sol: *vt gratiæ lumen in te, conceptus inſtanti primo fulgeat, & ſicut Sol iuſtitiæ Chriſtus impeccabilis eſt per naturam, tu nulli peccato ſubiaceas per priuilegij gratiam.* O primogenita [illegible] ante omnem creaturam: *Quàm vere dicis*: Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta er[illegible]. *Quid eſt a? Niſi quia*, licet gigantes gemant [illegible] [illegible] *[illegible] maximi [illegible], cum Philiſtæi gigante*
B *[illegible] Paſtore, ſub aquis, id eſt miſeriis & abyſſis peccati originalis, gemant & lugeant communem hominum ſortem illud lugubre canentes*: Ecce enim in iniqui[illegible] [illegible] conceptu[illegible] ſum, & in peccatis conc[illegible] me m[illegible] mea. *Regalis ex progenie Maria tympaniſtria exultat, & cantat*: Nondum erant [illegible], & [illegible] iam concept[illegible] [illegible]am. *Ab æterno in mente Dei cum filio electa* vt Sol. ab æterno ordi[illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] princeps, *vt alij legunt, [illegible] maſſa po[illegible] [illegible] ſeruitutis peccati prærepta, à De[illegible], [illegible] chirographo communis debiti priuilegio [illegible] exempta.*

Quid plura? Hæc [illegible] nos tantilli ratiocinari potuimus, & tantus Doctor Auguſtinus potuit ignorare?
C *An [illegible] Voluſianus Epiſt. 2. apud Auguſtinum*: Cùm a[illegible] An[illegible], inquit, Auguſtinum venit[illegible], [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] contigerit ignorari. *Sed de [illegible] communi, de lege ordinis [illegible]ſcribebat Auguſtinus, quà cum morte peccatum in omnes homines pertranſijt, & [illegible] ad [illegible] Chriſtum ex [illegible].* Omnes de[illegible] [illegible] [illegible] ad vnum. *Sed eſto, demus Auguſtinum cum tot Doctoribus & ſanctis viris ſcrip[illegible], & credidiſſe Deiparam fuiſſe in peccato originali conceptam [illegible] [illegible] adhuc ſuper ea, ſancta definieret Eccleſia, quid eius ſententiam præcurrit aduerſarius? Recolere certe debuerat, ſi [illegible] legerat illud Ambroſij:* Iniuri[illegible] iudici[illegible] [illegible], [illegible] [illegible] cognitionem eius à ſeruo præ[illegible] iudicium. *Quid enim condemnat, quem*
D *ſa[illegible] [illegible] [illegible] voluit indicare? Ita enim ſeſſ. [illegible] de re[illegible] de peccato originali.* Declarat non eſſe tuæ in[illegible], [illegible] [illegible] comprehendere in hoc decreto, [illegible] d[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] agitur, beatam & immaculatam Virginem Mariam Dei genitricem; ſed obſeruandas eſſe conſtitutiones felicis recordationis Xiſti P[illegible] 4. [illegible] pœnis in eis Conſtitutionibus contentis, quas innouat. *In his autem vtrimque prohibetur alterutram damnare ſententiam. Li[illegible] in concionibus, & theſibus publicis, contra immaculatam beatiſſimæ Virginis Conceptionem tractare [illegible] nefas.*

E *At enim Auguſtinus ex eo quod nullum præter Chriſtum, non in carne peccati, ſed in ſimilitudine tantum carnis peccati ſolum ſine peccato conceptum aſſeruit, aperte con[illegible] [illegible] omnes qui peccatum originale contraxerunt, in aliquod peccatum actuale ſaltem v[illegible] [illegible], quod à Concilio Trid. damnatum eſt. Omnia [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] quanta calumnia [illegible]ſſimo Doctori imponatur, qui nec Virginem ab actuali [illegible] [illegible], proindeque à Sacroſancta Synodo idcirc[illegible] damnatus [illegible] [illegible]abili ſcandalo [illegible] publicis, ſub Regio priuilegio, nulla Doctorum ap[illegible] [illegible] [illegible]. Nec ſunt certe qui huic [illegible] & ſuum Symbolum conf[illegible] [illegible] debuerit. P[illegible] [illegible] aduerſarius in hanc [illegible] teſtimonium ex ipſo Auguſtino contra ipſum li[illegible] quinto contra Iulianum [illegible] 9 [illegible]. Sed ego pauli[illegible] ſuperius verba eius repeto, ad quæſ[illegible] [illegible] contextum*

plenıorem. Quid eſt, inquit, quod [illegible] magnis argumentationibus peruenit [illegible] ruptum, vt Chriſti caro, quia de Maria [illegible] eſt, cuius Virginis caro (*pondera non loqui de anima Virginis, carnem informante, ſiue de Virgine concepta, ſed de ſola carne,*) ſicut cæterorum omnium ex Adam fuerat propagata, nihil di[illegible] cati, & ſine vlla diſtinctione Apoſt[illegible] credatur, cum fuiſſe miſſum in ſimilitudine [illegible] nis peccati, aut nullam carnem eſſe p[illegible] ſit, quia inde venit, [illegible] etiam eſſe Chriſti [illegible] tendit hæreticus: imò potius [illegible] ſtat, [illegible] nulla [illegible] caro peccati, ne hoc ſit & Chriſti? Q[illegible] carnis peccati ſimilitudo, ſi illa [illegible] ti? Sed hanc Apoſtoli [illegible] ſen[illegible] m[illegible] tellexiſſe dixiſti, [illegible] Doctore noſſemus, quod aliqua res poſſit [illegible] milis ei rei quæ non eſt. Q[illegible] dicere, & ſine dubio caro Chriſti, [illegible] peccati, (*quia non ex copula carnali,*) ſed [illegible] carnis peccati (*quia ex Maria vero [illegible] quem non cognouit, & non ſe putata eſt à dicentibus, nonne hic eſt filius fabri?*) Quid reſtat [illegible] mus, niſi [illegible] excepta, omn[illegible] carnem eſſe peccati? Et hinc apparet [illegible] cupiſcentiam, per quam Chriſt[illegible] luit, fecuſſe in genere humano propa[illegible] quia Mariæ corpus, q[illegible] inde [illegible] eam non traiecit in corpus, quod [illegible] cepit. (*Eodem Auguſtino dicente alias, quod eum non concupiſcentia carnis, ſed obedientia genuit* [illegible]) Cæterùm corpus Chriſti inde dictum eſt in ſimilitudine carnis peccati, qui[illegible] hominum caro peccati eſt, quiſquis negat & carnem Chriſti ita carni comparat naſcentium hominum cæterorum, vt aſſeras vtramque eſſe puritatis æqualis, deteſtandus hæreticus inuenitur.

Vnum itaque velim vt hic mihi reſpondeatur Num B. Virgo Maria de Spiritu ſancto & Anna Virgine concepta ſit, ſicut Christum, [illegible] *haſtenus hoc inſomnio & phantaſmate* [illegible] *Quis Virginem e caſtiſsimo licet Ioachim & Annæ coniugio carnem traxiſſe negauit? Sed aliam ſuluit Auguſtinus in Chriſto ſimilitudinem carnis peccati, nempe mortalitatem.*

S. Aug. [illegible] Occultâ, inquit, tabe [illegible] nalis concupiſcentiæ ſuæ, tabificauit in [illegible] omnes de ſua ſtirpe venturos. Non itaque carnem [illegible] tabificauit, in cuius conceptu tabes iſta non fuit. Caro itaque Chriſti, mortalitatem de mortalitate materni corporis traxit, quia mortale corpus eius inuenit; contagium verò peccati originalis non traxit, quia concumbentis concupiſcentiam non inuenit. [illegible] autem nec mortalitatem [illegible] in ſub[illegible] carnis de matre ſimpliciter, non ſolùm caro eius caro peccati, ſed [illegible] ſimilitudo carnis peccati eſſe potuiſſet. S[illegible] cnæq[illegible] as Apo[illegible] error, qui [illegible] fuiſſe negauit in Chri[illegible] vndecumq[illegible] tendant. Aliud eſt [illegible] fuit, [illegible] eſt, [illegible] aliud eſt concupiſcentia [illegible] aduerſus Spiritum, ſine qu[illegible] pec[illegible] mu[illegible] hom[illegible] qualem nobi[illegible] ex[illegible] humani[illegible] tur[illegible] Chri[illegible] *ſeminata, inarata Virgine,* [illegible] upiſ[illegible] us ex fœmina. A[illegible] ta m[illegible] ex illa [illegible] mortalitat[illegible] infirmita[illegible], qui[illegible] li non [illegible] peccat[illegible] no[illegible] pri[illegible] mi, vt e[illegible] iſta, quod tunc [illegible].

[illegible] pa[illegible]. Vt [illegible] h[illegible] ribus [illegible] concup[illegible] [illegible] fit.

Illat aduerſarius ubi [illegible] *Auguſtinum* V[illegible] Chriſti [illegible] noſtræ natur[illegible] [illegible] diſſimilis [illegible] homo [illegible] *E*[illegible] *Au*[illegible] *Virgo. Se*[illegible] *Auguſtinum* [illegible] *de*[illegible] *tem*[illegible] *ne,* [illegible] *gene*[illegible] *omnium del*[illegible] *de propagatione carnis peccati quam* [illegible] *omne ex Adam tradu*[illegible] *complexu* [illegible]

B *conceptu* [illegible] *carnali, quam licet in B. Virgine, minuenda, etiam in* [illegible] *parentibus, annoſit licet,* [illegible] *ita cumlibet moderatam æſtimet omnis pius ac deuotus* [illegible] *Non tang*[illegible] *Auguſtinus* [illegible] *gratia Mariana, de* [illegible] *carne pecc*[illegible] *tractabat, quam in Virginis corpuſculo* [illegible] *dies e formand*[illegible] *diuinis operationibus* [illegible] *purificationibus ſanctiſſima eius an*[illegible] *meritate* [illegible] *omnipotent*[illegible] *Spiritu* [illegible] *pietas,* [illegible] *fides exoptat.* [illegible] *Catholicorum* [illegible] *ab aliquibus* [illegible] *Oecumenici oraculi expe*[illegible] *atiſſime pro*[illegible] *ſum eſt,* [illegible] *tiſſime* [illegible] *ab aliquo inter*[illegible]

C *Patrum verba Iob, aut Apoſtoli de* [illegible] *exponens qu*[illegible] *ex primo par*[illegible] *rint, ullam unquam eſſe ex hac le*[illegible] *omnium beata Virginem excipie*[illegible] *Verba* [illegible] *de* [illegible] *Iere erant* [illegible] *Apoſtoli* [illegible] *a exponit:* [illegible] pe[illegible] [illegible] &c. [illegible] es peccauerunt. C[illegible], inquit, M[illegible] num C[illegible] Apoſtoli [illegible] de peccato [illegible] tr[illegible] ſun[illegible] itur. Re[illegible] E[illegible] Concilium M[illegible] um fuiſ[illegible] d[illegible] teneri: [illegible] proba[illegible] [illegible] Concilium [illegible] In[illegible] [illegible] ex [illegible] Epiſtola ad [illegible]

D decr[illegible] verbi [illegible] quod fuit Oec[illegible] 5. C[illegible] 4. (*Sed magna d*[illegible] *diximus Concilium Trid. hoc de*[illegible] *voluiſſe comprehendere B. Virginem, de qua* [illegible] *dixi: Milenitanum cui ſubſcripſit Auguſtinus, quem aduerſarius* [illegible] *eligit quem pre*[illegible] *inquem* [illegible] *Cornelius l. 1. de peccat. meritis* [illegible]) R[illegible] inquit [illegible] Auguſtinus [illegible] & [illegible] n[illegible] d pe[illegible]

E *Quidquid* [illegible] *ibidem* [illegible] *dicens probandi:* [illegible] *B. Virginem* [illegible] *tum* [illegible] *Apoſtolus* [illegible] *A*[illegible] *delictum* [illegible] *autem quod de* [illegible] *atum.* [illegible] A[illegible] [illegible] ben[illegible] [illegible] pec[illegible] [illegible] Ar[illegible] & M[illegible] T[illegible] [illegible] Can. 2. [illegible] 4. [illegible] hoc [illegible] & d[illegible] h[illegible] paruulo pec

catum originale contrahere, &c. Ad argumentum Cajetani reſpondeo, priuilegium & exceptionem vnius beatæ Virginis, vel paucorum aliorum, de quibus alibi dicendum eſt, non infirmare legem generalem. Nulla enim lex tam generalis, quæ non patiatur exceptionem. *Pergit exponere verba Apoſtoli,* in quo omnes peccauerunt. Id eſt vno homine. Ita ſanctus Auguſtinus libro primo de peccatorum meritis cap. 10. Quia, inquit, omnes homines fuerunt ille vnus homo ſcilicet Adam: quod intellige, non formaliter, ſed originaliter, radicaliter, ſeminaliter, & repræſentatiuè: quia ſcilicet omnes homines in primo illo homine quaſi radice, parente, & principio ſuo contenti, cenſi, & comprehenſi fuerunt: quodque Adam fecit, omnes eius poſteri feciſſe cenſentur. Adam enim quaſi Pater & princeps, omnes ſuos poſteros repræſentabat, ſicut rex repræſentat regnum, & magiſtratus repræſentat ciuitatem. Ita Origenes, Chryſoſtomus, Theophylactus, Oecumenius, & paſſim Patres Græci & Latini. *Hactenus Cornelius cui diſſimilis noſter aduerſarius, ignorantia vel malitia præuentus necne, Auguſtinum ſuggillare præſumpſit, cùm nil in hac cauſa plus cæteris omnibus Patribus antiquis errauerit.*

Vrget tamen, à Concilio Tridentino meritò damnatum Auguſtinum, quod non tantum peccati originalis, ſed propter illud, etiam actualis ream, nulla exceptione facta, quod pluries inculcat, vt eum deuotulis imperitis vt plurimum, exoſum reddat, inſimulauerit Sanctiſſimam Virginem, quod nullus ferat, etſi totius æquanimitatis & patientiæ ſcriptor. Et hoc nobis reſtat excutiendum. Auguſtinus itaque lib. 5. operis imperfecti contra Iulianum cap. 9. circa finem. Illud, inquit, ſanè magnum verumque dixiſti, cùm poſuiſſes teſtimonium Apoſtoli Petri dicentis, primæ 2. qui peccatum non fecit, notandum eſſe quod iudicauerit Apoſtolus, ſufficere ad oſtendendum, in Chriſto nullum fuiſſe peccatum, quia dixit nullum eum feciſſe peccatum: vt doceret, inquis, quia quis non fecit, habere non potuit. Omnino veriſſimum eſt. Profectò enim peccatum etiam maior feciſſet, ſi paruulus habuiſſet. Nam propterea nullus eſt hominum præter ipſum, qui peccatum non fecerit grandioris ætatis acceſſu; quia nullus eſt hominum præter ipſum, qui peccatum non habuerit infantilis ætatis exortu. — S. Aug.

Hic exultat, hic tripudiat, hic triumphans inſultat Auguſtino aduerſarius, & indignum eum prædicat, quidquid eum tota commendauerit in cauſa maximè gratiæ Eccleſia, cui vtpote priuato Doctori, in rebus gratiæ pluries erranti, & non Catholico Doctori, fides habeatur. Videtur, legitur à mulierculis vernaculo idiomate, & ſuper eo tacetur, non exiguo certè totius Eccleſiæ ſcandalo & hæreticorum omnium applaudentium, an explodentium ſuſurranti cachinno diſſimulatur. Ego verò propoſitæ memor modeſtiæ à meritiſſima verborum cenſura parco. Dominus iudicet inter ipſum & Auguſt. Imo verò parcat neſcienti quid ſcribat, & ſenſum illi aperiat vt ſcripturas & Auguſtinum intelligat. Aduertat primò Auguſtinum non ſua ſed Iuliani verba retexere. Secundò de peccatis actualibus, ſicut ſupra de originali, via & lege communi, non verò ex priuilegio, & prærogatiua tractare. Tertio, adeò falſum eſſe quod Auguſtinus, de peccatis actualibus agens, Deiparam ab eis non exceperit, quin etiam ex profeſſo, bis in vna periodo, expreſſiſſimam de ea mentionem faciens, fecerit exceptionem: Adeo vt nonnulli

A *ex eius teſtimonio tam luculento ſcripſerint Auguſtinum, non ab actuali tantummodo, ſed etiam originali B. Virginem certiſſimè exemptam credidiſſe. Sic enim ipſe libr. de natura & gratia cap. 35. contra Pelagium ſcribens ſibi fingentem iuſtos ſine peccato ſaltem actuali vixiſſe:* Acute, inquit, videtur interrogare quomodo iſtos ſanctos de hac vita abijſſe credendum ſit, cum peccato, an ſine peccato? Vt ſi reſponſum fuerit, cum peccato, putetur eos ſecuta damnatio, quod nefas eſt credere. Si autem ſine peccato dictum fuerit, eos exiſſe de hac vita, probet hominem ſaltem propinquante morte ſine peccato fuiſſe in hac vita. Vbi parum attendit cùm — S. Auguſt.

B ſit acutiſſimus, non fruſtra etiam iuſtos in oratione dicere, dimitte nobis debita noſtra, &c. Dominumque Chriſtum, cùm eandem orationem docendo explicuiſſet, veraciſſimè ſubdidiſſe: ſi enim dimiſeritis peccata hominibus, dimittet vobis Pater veſter peccata veſtra. Per hoc enim quotidianum ſpiritale quodammodo incenſum, quod ante Deum in altari cordis, quod ſurſum habere admonemur, infertur, etiamſi non hic viuatur ſine peccato, licet mori ſine peccato, dum ſubinde veniâ deletur, quod ſubinde ignorantiâ vel infirmitate committitur.

Vbi certum eſt, non de originali peccato, ſed de actualibus eſſe ſermonem. Sic autem proſequitur cap. 36. Deinde, inquit, commemorat (*Pelagius ſc.*) eos qui non modò non peccaſſe, verum etiam iuſtè vixiſſe referuntur, Abel, Enoch, Melchiſedech, Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſeph, Ieſum Naue, Phineem, Samuel, Nathan, Heliam, Heliſæum, Michæam, Daniel, Ananiam, Azariam, Miſael, Ezechiel, Mardochæum, Simeon, Ioſeph cui deſponſata erat Virgo Maria, Ioannem. Adiungit etiam fœminas, Debboram, Annam Samuelis matrem, Iudith, Heſter, alteram Annam filiam Phanuel, Elizabeth, ipſam etiam Domini ac Saluatoris noſtri matrem, quam dicit ſine peccato confiteri neceſſe eſſe pietati. EXCEPTA ITAQVE SANCTA VIRGINE MARIA, (*oculos hic aperias, & videas ab Auguſt. exceptam,*) de qua propter honorem Domini, nullam prorſus, cùm de peccatis agitur, habere volo quæſtionem. Inde enim ſcimus, quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum OMNI EX PARTE peccatum, quæ concipere, ac parere meruit eum, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum: (*omni autem ex parte non viciſſet, ſi originali victa & ſubjecta fuiſſet:*) HAC ERGO EXCEPTA (*audiat monentem ſe cum illo Angelo Laodiceæ candente ſimilem filio hominis, Apoc. 3. 18. Collyrio inunge oculos tuos vt videas:*) Si omnes illos ſanctos, & ſanctas cùm hic viuerent, congregare poſſemus, & interrogare, vtrum eſſent ſine peccato, quid fuiſſe reſponſuros putamus? Vtrum hoc quod iſte dicit, an quod Ioannes Apoſtolus? Rogo vos: Quantalibet fuerint in hoc corpore excellentiâ ſanctitatis, ſi hoc interrogari potuiſſent, vna voce clamaſſent. 1. Io. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. An illud humilius reſponderent fortaſsè, quàm verius? Sed huic iam placet, & rectè placet, laudem humilitatis, in parte non ponere falſitatis. Itaque hoc ſi verum dicerent, haberent peccatum quod humiliter confiterentur, quia veritas in eis eſſet. Si autem hoc mentirentur, nihilominus haberent peccatum, quia veritas in eis non eſſet. — S. Aug.

D, E

En tibi conuictum verè falſitatis aduerſarium.

Agnoſcat ad hæc eadem iniuria ſcriptum à ſe quod dixit, Auguſtinum contra communem ſenſum Eccleſiæ ſentientē à Synodo Tridentina damnatum: *cū ipſummet Conc. ſeſſ. 6. Can. 23 iuxta germanam S. Auguſt. doctrinam, Mariam à peccatis venialibus ſpeciali priuilegio decernat immunem.* Si quis hominem ſemel iuſtificatum, dixerit amplius peccare non poſſe, neque gratiam amittere, atque ideo eum qui labitur & peccat, nunquam verè fuiſſe iuſtificatum: aut contra, poſſe in tota vita peccata omnia, etiam venialia vitare, niſi ex ſpeciali Dei priuilegio, quemadmodum de B. Virgine tenet Eccleſia, anathema ſit.

Ego verò ex loco ab aduerſario citato ex l. 5. operis imperfecti cap. 9. contra ipſum ex puriſſimis Auguſt. verbis, cum Scholaſticis communiter ſic argumentum retorqueo, & probo V. Virginem non ab actuali modo, ſed & ab ipſo originali prorſus exceptam. Profectò, inquit, peccatum feciſſet, ſi peccatum originis habuiſſet, ſed Maria non fecit actuale: ergo non habuit originale. *Vt quod dixit de filio, idipſum concludam de matre. Rurſum ſic ex eodem arguo, l. 3. de l. arb. c. 5.* Quidquid, inquit, tibi verâ ratione melius occurrerit, ſcias feciſſe Deum, tanquam bonorum omnium conditorem. Non eſt autem vera ratio, ſed inuidiæ infirmitas, cùm aliquid melius faciendum fuiſſe cogitaueris, &c. Credat ergo feciſſe, quod vera ratione ab eo faciendum fuiſſe cognouit. *At enim verà & meliori ratione probatur medicinam præſeruatiuam optabiliorem eſſe purgatiuâ, præuentionem lapſus, erectione; præreptionem à captiuitate, ereptione: exemptionem à parentis debito, ſolutione: melius eſt Reginam aliquo priuilegio gaudere, quàm ſeruum: Dei matrem Angelis omnibus & primis parentibus in gratia creatis antepoui, ab anima potius, quàm carnis, in conceptu, partu, morte, corruptione ſeruari, melior tandem eſt ſtatus innocentiæ integra & ſtantis, quàm lapſa & reparata.* Cùm igitur vera tibi ratione melius occurrerit; ſcias feciſſe Deum tanquam bonorum omnium conditorem. *Sciat denique Auguſtinum Tertulliano conſentire, dicenti libro de pœnitentia, cap. 2.* Res Dei ratio. Quia Deus omnium conditor, nihil non ratione prouidit, diſpoſuit, ordinauit: nihil non ratione tractari, intelligique voluit.

S. Aug.

S. Auguſt.

Sciat tandem aduerſarius, Auguſtinum Deiparæ Virginis eximium præ cunctis Patribus encomiaſtem; cuius è fontibus, Damaſcenus, Ildefonſus, Anſelmus, Bernardus, alijque priuilegiorum eius ac chariſmatum præcipui laudatores, conceptus omnes acceptos hauſtoſque referunt. Hic enim vbique per cuncta ſua volumina, non contentus circumquaque latiſſime flores & gemmas coronis ei tanquam omnium ſanctorum Angelorumque Reginæ texendis, plenis manibus ſpargere, in ſuo maximè de ſancta Virginitate libro, Feſtis ac ſolemnitatibus eius præcipuis, quatuor de Symbolo libris inſcriptis, 24. ſermonibus de natiuitate Saluatoris, alijſque, quos longum eſſet commemorare, totus in Virginis laudes raptus effunditur, vbique lectoris miros, ſuaues, caſtos in Virginem amores ſtuporeſque conciliat: eamque fœminis omnibus, virginibus, coniugatis, viduis proponit in refugium, & ſpeculum ab eo didicit Eccleſia ſingulariter orare pro deuoto fœmineo ſexu. Qui licet Chriſti lateri aſſiduâ contemplatione defixus, paſceretur ex vulnere; vnde & Epiſcopali annulo geſtabat hominis oculos ſuo figentem in latere: virgineo tamen ſuſpenſus lactari geſtiebat ab vbere, quo tandem ſe verteret neſcius. Vno omnia Virginis encomia verbo Auguſt. abſoluo, ſer. 2. de Aſſumpt. O Virgo Dei genitrix glorioſa, ô ſu-

A blimis puerpera, cuius viſceribus author cæli terræque committitur! O fœlicia oſcula lactentis labijs impreſſa, cùm inter crebra indicia reptantis infantiæ, vtpote verus ex te filius, tibi matri alluderet, cùm verus ex Patre Dominus imperaret! Nam authorem tuum ipſa concipiens edidiſti in tempore puberem, quem habebas ante tempora conditorem. O fœlix puerperium, lætabile Angelis, optabile ſanctis, neceſſarium perditis, congruum profligatis! Qui poſt multas aſſumptæ carnis iniurias, & ad vltimum verberatus flagris, potatus felle, affixus patibulo, vt te veram matrem oſtenderet, verum ſe hominem patiendo monſtrauit. Sed quid dicam pauper in-

B genio, cùm de te quicquid dixero, minor laus eſt, quàm dignitas tua mereatur? Si cælum te vocem, altior es. Si matrem gentium dicam, præcedis. Si formam Dei te appellem, digna exiſtis. *Et hæc perpetuum obtrectatoribus Auguſt. ſilentium, & nobis ſuper hoc veritatis & doctrinæ ſanctiſſimi Patris ſuſcepto patrocinij finem imponant negotio.*

C *An neceſſitatem inducat, & proinde meritum bonorum operum tollat Auguſtini & Tertulliani dogma, de efficaci per ſeipſam gratia.*

Tertullianum ſupra vidimus liberum hominis arbitrium, ante Auguſtini tempora, vi gratiæ, potentiori vtique naturâ ſubijcientem: *nulla tamen neceſſitate, vel coactione, ſed præpotenti ſuauitate ad bonum impellente; vtpote natura ſuâ, infirmatâ licet per peccatum Adami, tranſfuſamque in omnes poſteros concupiſcentiam, non tamen omnino deſtructâ & penitus euersâ, in vtrumque, ad meritum vel demeritum, ſponte conuertibile; ſic enim præfatus eſt Afer lib. de Anima c. 21.* Cùm, inquit, & ipſa naturalis, atque mutabilis, quoquò vertitur, naturâ conuertitur. *Præluxerat in hoc Auguſtino, vt ſiue in bono, ſiue in malo merito; ſeu Deo per gratiam in ſtatu*

D *naturæ ſufficientē, ſicut in infirmata, efficacem, ſiue diabolo in malum & peccatum per ſuam ſuggeſtionem impellente, nulla neceſſitate, vel coactione, liberum hominis arbitrium ſolueretur. Sic enim l. 2. cont. Marc. c. 6.* Tota, inquit, libertas arbitrij in vtramque partem conceſſa eſt illi, vt ſui Dominus conſtanter occurreret, & bono ſponte ſeruando, & malo ſponte vitando: quoniam & aliàs poſitum hominem ſub iudicio Dei, oportebat iuſtum illud (*id quod rectum & bonum eſt,*) efficere de arbitrij ſui meritis, liberi ſcilicet. Cæterùm nec boni, nec mali merces iure penſaretur ei, qui aut bonus, aut malus neceſſitate fuiſſet inuentus, non voluntate.

E *Ex bono igitur, vel malo vſu libertatis, etiam in ſtatu infirmæ naturæ in quo nunc ſumus, bono quidem cum adiutorio efficacis gratiæ, malo autem ex pura mala voluntate, iuſtum Dei iudicium vnicuique pro meritis condigna retribuet. Hinc Tertullianus lib. de pœnit. cap 2.* Bonum, inquit, factum, Deum habet debitorem, (*ex compromiſſo. Nam ex Aug. debitorem ſe fecit, non accipiendo, ſed promittendo:*) ſicut & malum: (*ex ſua iuſtitia, qui ex Tertulliano, de ſuo bonus, de noſtro iuſtus,*) quia iudex omnis remunerator eſt cauſæ. *Et l. de Animæ teſtimonio c. 3.* Affirmamus te manere poſt vitæ diſpunctionem, (*vitæ finem*) & expectare diem iudicij, proque meritis, aut cruciatui deſtinari, aut refrigerio, vtro-

que

que ſe [illegible] terno. Quibus [illegible] tibi ſu[illegible] [illegible], eiuſdem [illegible] hon[illegible] materiam, & memoriam reuer[illegible], quod & nihil mali ac boni ſentire poſſis ſine [illegible] [illegible]nalis facultate, *hunc errorem ſuo loco [illegible]*) & nulla ratio ſit iudicij, ſine ipſius exhibitione qui meruit iudicij paſſionem. *Quia niſi in eadem carne, in qua anima libera, bonum aut malum opus egit, iudicio ſiſteretur, non iuſte mercedem aut pœnam acciperet. Vnde Paulus*: Nos omnes manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt recipiat vnuſquiſque prout geſſit in corpore ſuo, ſiue bonum, ſiue malum. *Idem Tertullianus Apol.* 18. Obſeruantibus quæ præmia deſtinarit, vt qui pro luſtro æuo iſti iudicaturus ſit, [illegible] in vitæ æternæ retributionem: Proph[illegible] nos in [illegible]em æque perpetem & iugem: ſuſcitatis omnibus [illegible] [illegible] defunctis, & reformatis, & recenſitis, ad vtriuſque meriti diſpunctionem. *Et ibi. cap.* 48. C[illegible] fini[illegible] & limes medius, qui interhiat, [illegible] [illegible], vt etiam mundi ipſius ſpecies transfe[illegible] [illegible] temporalis, quæ illi diſpoſitioni æterni [illegible] vice oppanſa eſt: tunc reſtituetur omne humanum genus, ad expungendum *per[illegible] & recipiendum*) quod in iſto æuo boni [illegible] [illegible], & exi[illegible] pe[illegible]ndum immenſam æterni[illegible] [illegible].

Itemque quid in hac [illegible] Auguſtinus, & liberum [illegible] ab omni ne[illegible] [illegible] coactione immune, & ad vtrumlibet [illegible], ſiue ad meritum ſiue ad demeritum, h.e. [illegible] Verbo gratia plene dixerimus, & [illegible] in Al. habes [illegible] errorum Tertulliani Verbo libertas fuſiſſime dicturi ſimus. Nunc & de eodem argumento dicamus, & quomodo homo ex ſeipſo male, & non niſi ex Dei gratia bene operari, & mereri poſſit, proindeque libere, videamus. Supplementi parte 1. lib. de Geſtis Pelagij 3 *cuius ipſe meminit Aug. l. 2. retract.* 47. Adiecit, inquit, Epiſcopalis Synodus, & ait: Legatur aliud capitulum. *Synodi Palæſtinæ quatuordecim Epiſcoporum* & lectum eſt, in eodem [illegible] Pelagium, omnes voluntate [illegible] [illegible] reſpondo, & [illegible] [illegible] propter [illegible] cui Deus adiu[illegible], homo vero pec[illegible] [illegible], qu[illegible]. Q[illegible] Epi[illegible] [illegible] ab E[illegible] [illegible]. Quis enim [illegible] liber[illegible] [illegible] [illegible], [illegible] em à [illegible] Dei [illegible] [illegible]. *Deinde proſequitur contra Pelagij [illegible] Catholicam doctrinam ſimul [illegible]*: Q[illegible], inquit, [illegible] agere aliquid [illegible], & tamen tantum præſtat vol[illegible] [illegible] Saluatoris, vt non dubi[illegible] Apoſtolus [illegible] [illegible] Deus agit [illegible] Dei. Nec aliquid [illegible] liberæ voluntas [illegible] agere poteſt, quam [illegible] & agenda commendet, [illegible] agere non poteſt: & hoc [illegible], [illegible] vt faceret, adiutam non d[illegible], cui dicitur in Pſalmo, Deus meus, miſericordia eius præ[illegible], &c. *Item ex Sap.* [illegible]) Nunc, inquit, [illegible] apparet, quemadmodum iſte [illegible] gratia miſ[illegible] agili[illegible] humana[illegible], non eſt [illegible] ſe reg[illegible] [illegible] optabit, [illegible] dicit Apoſtolus, nos [illegible] ſenſum Domini h[illegible] & inuoc[illegible] & [illegible] in eum ſpirit[illegible] [illegible] ſpiritu[illegible] [illegible] [illegible] voluntat[illegible], & [illegible], qui ſi [illegible] D[illegible] [illegible] quod p[illegible] Pſal. 108 [illegible] capitulorum libro, vt quaſi probaret omnes vo[illegible] propria [illegible] Imput. Tert. & Aug.

A regi dilexit maledictionem, & veniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo: quis neſciat hoc vitium eſſe [illegible] naturæ, ſicut Deus eam condidit, [illegible] humanæ quæ receſſit à Deo. Verumtamen [illegible] dilexiſſet maledictionem, & voluiſſet benedictionem; & in hoc ipſo voluntatem [illegible] diuina gratia [illegible] adiutam, ingratus, [illegible] impius, ſibi regendus dimitteretur, vt [illegible] Deo præcipitatus, non ſe a ſeipſo regi potuiſſe, pœnis [illegible] [illegible]. Sic etiam illo teſtimonio, quod in eo[illegible] [illegible] titulo ſubdidit: (*& aduerte lector, hodi[illegible] ne ſarium Auguſtini eadem cum antiquis teſtimonia retexere [illegible] eandem prorſus argumentorum incudem inuadere, eodemque retro [illegible]*

B *[illegible]* Eccl. 15. 17. Appoſuit tibi aquam & ignem, ad quod vis porrige manum tuam. Ante hominem [illegible] bonum & malum, vita & mors, quod placuit ei, dabitur illi. Manifeſtum eſt, quod ſi ad ignem manum mittit, & malum, & mors ei placet, id voluntas hominis operatur. [illegible] bonum, & [illegible], non ſolum [illegible] agit, ſed diuinitus adiuuatur. Sufficit enim ſibi oculus ad non videndum, hoc eſt ad tenebras, ad videndum vero, lumine ſuo non ſibi ſufficit, niſi illi extrinſecus adiutorium clari luminis præbeatur.

C *Sicut autem ſupra Tertullianus ex [illegible] ſui arbitrij, bonorum & malorum operum meritum vtrimque in iudicio pendendum ſcripſit. Epiſt.* 46. *ad Valentinum, in qua & liberum arbitrium & gratiam, & meritum bonorum operum aſſerit.* Venerunt, inquit, ad nos duo iuuenes, Creſceonius & Felix de veſtra congregatione eſſe dicentes, qui nobis retulerunt Monaſterium veſtrum nonnulla diſſenſione turbatum, eo quod quidam in vobis ſic gratiam prædicent, vt negent hominis eſſe liberum arbitrium. Et quod eſt grauius, dicant quod in die iudicij non ſit redditurus Deus vnicuique ſecundum opera eius. Etiam hoc tamen indicauerunt, quod plures veſtrûm non ita ſentiant, ſed liberum arbitrium adiuuari fateantur per Dei gratiam, vt recta ſapiamus atque faciamus: vt cum venerit Dominus reddere vnicuique ſecundum opera eius, inueniat opera noſtra bona, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Hoc qui ſentiunt, [illegible] ſentiunt, &c. Primò enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſicut ſcriptum eſt in Euangelio Ioannis Apoſtoli, non venit vt iudicaret mundum, ſed vt ſaluaretur mundus per ipſum. Poſtea vero ſicut ſcripſit Apoſtolus Paulus, iudicabit Deus mundum quando venturus eſt, [illegible] tota Eccleſia in Symbolo confitetur; iudicare viuos & mortuos. Si igitur non eſt gratia, quomodo ſaluat mundum? Et ſi non eſt liberum arbitrium, quomodo iudicat mundum? Proinde librum vel Epiſtolam meam, quam ſecum ad vos ſupradicti attulerunt, ſecundum HANC FIDEM intelligite, vt neque negetis Dei gratiam, neque liberum arbitrium, ſic defendatis, vt à Dei gratia ſeparetis: tanquam ſine illa vel cogitare aliquid, vel agere ſecundum Deum vlla ratione poſſimus, quod omnino non poſſumus. Propter hoc enim Dominus cum de fructu iuſtitiæ loqueretur, (*hoc eſt de [illegible] operibus*) [illegible] diſcipulis ſuis, ſine me nihil poteſtis facere. Vnde ſupra dictam Epiſtolam ad Sixtum Romanæ Eccleſiæ Presbyterum, [illegible] noueritis eſſe conſcriptam, qui [illegible] gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari, vt qui gloriatur, non in

S Aug.

NNNnn

S. Auguſt. Domino, ſed in ſeipſo glorietur, quod prohibet Apoſtolus, &c. Propter quod ego in hac Epiſtola quæ ad vos peruenit, probaui per teſtimonium ſanctarum Scripturarum quæ ibi poteſti inſpicere, & bona opera noſtra, & pias orationes, & rectam fidem nullo modo in nobis eſſe potuiſſe, niſi hæc acciperimus ab illo, de quo dicit Iacobus Apoſtolus cap. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum. Nec quiſquam dicat meritis operum ſuorum, vel meritis orationum ſuarum, vel meritis fidei ſuæ ſibi traditam Dei gratiam, & putetur verum eſſe, quod illi hæretici dicunt, gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari, (*loquitur de prima gratia quæ eſt principium meriti, quâ acceptâ poteſt & oratione & bonis operibus iuſtificatus eius augmentum, & gloriam promereri, quod vbique commendat.*) quod omnino falſiſſimum eſt. Non quia nullum eſt meritum, vel bonum piorum, vel malum impiorum. alioquin quomodo iudicabit Deus mundum? Sed miſericordia & gratia Dei conuertit hominem, de qua Pſalmus dicit; Deus meus miſericordia eius præueniet me Pſal. 58. Vt iuſtificetur impius, hoc eſt, ex impio fiat iuſtus, & incipiat habere meritum bonum quod Deus coronabit, quando iudicabitur mundus.

Nuſquam ergo neceſſitatem impoſuit ex efficacia gratiæ, hominis libertati, nunquam bonorum operum meritum negauit Auguſtinus, qui bona opera, æterna vita meritoria vſquequaque commendauit, & centies in die iudicij, non nuda fides, ſed bonis miſericordia operibus, ſigillatim à Iudice collaudatis æterna vitæ & regni retributionem certiſſimam inculcauit, & integrum de fide & operibus librum ſcripſit. Sed Deo gloriam ex ipſis bonis operibus reddi, nec inde liberum hominis arbitrium inflari ſategit. Vnicum proferam locum libro de gratia & libero arbitrio cap. 8. Naſcitur, inquit, non parua quæſtio, quæ Domino donante

S. Aug. ſoluenda eſt. Si enim vita æterna bonis operibus redditur, ſicut apertiſſimè dicit Scriptura; quoniam Deus reddet vnicuique ſecundùm opera eius: quomodo gratia eſt vita æterna, cum gratia non operibus reddatur, ſed gratis detur, ipſo Apoſtolo dicente. Roman. 4. 4. Ei qui operatur, merces non imputatur ſecundùm gratiam, ſed ſecundùm debitum. Et iterum Roman. 11. 5. Reliquiæ, inquit, per electionem gratiæ, ſaluæ factæ ſunt. Et mox addidit: Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non eſt gratia. Quomodo eſt ergo gratia vita æterna, quæ ex operibus ſumitur? An forte vitam æternam, non dixit Apoſtolus gratiam? Imò verò ſic dixit, vt omnino negari non poſſit: nec intellectorem acutum, ſed tantummodo intentum deſiderat auditorem. Cùm enim dixiſſet Roman. 6. 23. Stipendium peccati mors: continuo ſubdidit: gratia autem Dei vita æterna in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Iſta ergo quæſtio nullo modo mihi ſolui poſſe videtur, niſi intelligamus, & ipſa opera bona noſtra, quibus æterna redditur vita, ad Dei gratiam pertinere: propter illud quod dicit Dominus Ieſu Io. 15. ſine me nihil poteſtis facere: & ipſe Apoſtolus Epheſ. 2. 8. Cùm dixiſſet: gratia ſalui facti eſtis per fidem, & hoc non ex vobis, ſed Dei donum eſt, non ex operibus, ne fortè quis extollatur: vidit vtique putari poſſe homines hoc ita dictum, quaſi neceſſaria non ſint opera bona credentibus, ſed eis fides ſola ſufficiat: & rurſus poſſe homines de bonis operibus extolli, velut ad ea facienda ſibi ſufficiant: mox itaque addidit: Ipſius enim ſumus figmentum, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Quid eſt hoc, quod cum Dei gratiam commendans dixiſſet, non ex operibus, ne fortè quis extollatur, cur hoc dixerit rationem reddens, ipſius enim ſumus, inquit, figmentum, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis? Quomodo ergo non ex operibus, ne fortè quis extollatur? Sed audi & intellige, non ex operibus dictum, tanquam tuis, ex teipſo tibi exiſtentibus; ſed tanquam his in quibus te Deus finxit, id eſt formauit & creauit, &c. Non illa creatione, qua homines facti ſumus, ſed ea de qua dicebat, qui vtique iam homo erat: Cor mundum crea in me Deus: & de qua dicit Apoſtolus. 2. Cor. 5. 17. Si qua ergo in Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt: Ecce facta ſunt noua. Omnia autem ex Deo. Fingimur, id eſt formamur, & creamur in operibus bonis, quæ non præparauimus nos, ſed præparauit Deus, vt in illis ambulemus. (*Non vt nos otioſi, & nil agentes velut inſtrumenta mortua, quod damnat Concil. Trid. hæreamus, ſed vt libero gratiæ cooperante arbitrio, in illis ambulemus, ſicut ibi aduertit Doctor Angelicus.*) Itaque charisſimi, vita bona noſtra, nihil aliud eſt, quam Dei gratia. ſine dubio & vita æterna quæ bonæ vitæ redditur, Dei gratia eſt, quia gratis data eſt illi cui datur. Sed illa cui datur, tantummodo gratia eſt. hæc autem quæ illi datur, quoniam præmium eius eſt, gratia eſt, pro gratia, (*Io. 1. 16 de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia*) tanquam merces pro iuſtitia: vt ſit tamen hoc quoniam verum eſt, quia reddet vnicuique Deus ſecundum opera eius.

Non negat ergo perſpicaciſſimus Doctor humanum arbitrium, nullum imponit ei per efficaciam gratiæ neceſſitatis vel coactionis in bonis operibus iugum; imò aſſerit, iam ex gratia iuſtificante præſuppoſita, ex bono libero opere, gratia cooperante, & Deo adiutore meritum, & iuſto iudice & remuneratore præmium. Merces quippe, ex Dei pacto, debita merito, non fraudatur, niſi meritum ipſum, libertatis violatione, impoſitâ gratiæ efficacis neceſſitate caſſetur: quæ vtique cum nulla ſit, nullamque inferat humanæ libertati iniuriam, quinimò eam magis expediat, ſuiſque ſoluat ignorantiæ, infirmitatiſque impedibus, boni operis meritum, eiuſque mercedem non exinanit, aut minuit, ſed ſtatuit, & amplificat. Ad meritum, ni fallor, ſtatus viatoris, plena libertatis vſus, hoc eſt ad vtrumlibet indifferentia, qua poſſit acceptare vel reijcere gratiam, & gratia diuina habitualis, quaſi principium meriti, & actualis, ad ſingulos actus meritorios excitans exigitur. Quid ſi a depoſcunt obtrectatores Auguſtini. Et quid horum vſpiam abnuit? quinimò; cum Deus ſuperbis reſiſtat, humilibus autem det gratiam, & ſpiritus ſuus requieſcat ſuper humilem, & trementem ſermones eius, *& vt aiet ille Auguſtinus, tiſſ.... liberi arbitrij, id* magis præcipitem, quàm excolunt: *Haud dubiè quicumque hanc Auguſtini regulam ſequuntur,* et in ſuis infirmitatibus cum Paulo glorientur, vt cum tremore ſalutem operentur, quoniam Deus eſt qui operatur in illis velle, & operari pax ſuper illos, & ſuper Iſraël Dei; quoniam Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. *Et in quo Bernardus veram, & ſinceram ponit humilitatis eſſentiam?* Virtus eſt inquit, qua homo vera ſui cognitione ſibi ipſi vileſcit.

Enimuerò quid vilius quid infirmius eo, qui nihil

ex ſe boni ſufficit cogitare, quantò minus loqui, & facere? Sed quid eo fortius, quid potentius, cuius virtus in infirmitate perficitur, qui potens eſt, dum infirmatur; qui omnia poteſt in eo qui ſe confortat? *Has omnia Paulo, hac Auguſtino, hac cuicumque* non alta ſapienti, ſed humilibus conſentienti *& timenti vera ſuggerit humilitas. Non quod falſo, & prapoſtero ſenſu, ſe nihil agere putet, & quaſi inſtrumentum inanime, ſolida, Chriſtiana, humiliſque libertas; ſed quòd ſine Deo, eiuſque adiutorio efficaci nil prorſus boni cogitare, loqui, agere, medullitus agnoſcat. Vnde Paulus:* Abundantius, inquit, omnibus laboraui: non ego, ſed gratia Dei mecum. *Non ego prior, aut gratia ſola: ſed gratia prior, me excitans, me ad opus mouens, deinde mecum operans. Hanc inuocabat Salomon, dicens:* Mitte illam de cælis ſanctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit, & mecum laboret, vt ſciam quid acceptum ſit apud te: ſcit enim illa omnia, & intelligit, & deducet me in operibus meis ſobriè, *(ſunt enim qui alta ſapiunt de ſe, & pluſquam oportet, & vltra ſobrietatem,)* & cuſtodiet me in ſua potentia. Et erunt accepta opera mea, &c. Quis enim hominum poterit ſcire conſilium Dei? Aut quis poterit cogitare quid velit Deus? Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ. Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem; & difficile æſtimamus quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt, inuenimus cum labore. Quæ autem in cælis ſunt, quis inueſtigabit? Senſum autem tuum quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam & miſeris Spiritum ſanctum tuum de altiſſimis, ET SIC CORRECTÆ ſint ſemitæ eorum qui ſunt in terris. Vnde pſaltes, apud Dominum greſſus hominis dirigentur, & viam eius volet. Dirige me in ſemitam mandatorum tuorum, quia ipſam volui. *Vult vterque, ſed prior Deus, vt non ſit pediſſequa vt ait Auguſtinus gratia, ſed prodroma:* Quoniam, inquit, Salomon antecedebat me iſta ſapientia, omnium artifex. *Vnde ſubijcit.* & quæ tibi placent didicerint homines? Nam per ſapientiam ſanati ſunt, quicumque placuerunt tibi Domine à principio. *Et qui Deo placent, niſi qui grati ſunt Deo? & quomodo ſine gratia grati? Procul ingrati à merito, procul à cælo, procul à mercede, procul à gloria retributione.* Quis prior dedit ei, & retribuetur ei? *An non* gratiam, & gloriam dabit Dominus; qui coronat te in miſericordia & miſerationibus?

Nihil ergo, inquis, boni agimus? Quid ais? & agis, & ageris, & tunc bene agis, ſi à bono agaris. *Audi pſaltem:* Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, quia ſpiritus meus malus deduxit me in terram peruerſam. *Errantem Paſtor bonus baiulus ſuis humeris reduxit ouem, multum enim errando laborauerat.* Ambulet certè ducem Paſtorem ſequens vocem eius audiat, audiet autem ſi à Patre audiat, & diſcat. Sed timeat ne ingratitudinis merito, excæcet oculos eius & aures aggrauet; vt videns non videat, & audiens non intelligat.

Neque verò Deì nos adiutores, & cooperatores inficior. Nec abnuo certè, ſed firmiter ac conſtanter cum
Aug. *S. P. Auguſtino, bonorum operum meritum ac mercedem aſſero: nec ignoro quod palam millies Scriptura teſtatur:* Non eſt iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri boni. Repoſitam ſcio Paulo cæteriſque fidelibus, & bonis operarijs coronam iuſtitiæ, his qui diligunt aduentum eius; ſtatutum diem in quo nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt recipiat vnuſquiſque prout geſſerit in corpore. *Dicturum vinea Dominum Patrem procuratori filio:* Voca operarios, & redde illis mercedem. *Ipſumque ſtatutis à dextris omnibus:* Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, &c. *Cauſamque publicaturum meriti, quod tamen bono Dei propoſito, & prædeſtinationi Dei gratuita ante praniſa merita tribuit dicens:* Quod vobis paratum eſt à conſtitutione mundi, quod præparauit Deus diligentibus ſe. *Vnde & prædeſtinatio definitur ab Auguſtino,* Præparatio beneficiorum Dei, quibus certiſſimè liberantur, quicumque liberantur: *fatendum tamen eſt, & hoc inter beneficia reputandum, quod per bona opera miſericordia à Deo inſpirata, & ex eius gratiæ præmotione facta, merces in executione danda ſit gloria; vnde ait iuſtus index:* Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare, &c. *Sed in his omnibus plurimum gratia diuina, puſillum verò libero debemus arbitrio, vt cum Pſalmiſta indefeſſa voce grati cantemus:* Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam: *Et cum Apoſtolo:* Quis prior dedit ei, & retribuetur illi? quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: ipſi gloria in ſæcula.

Deo nos præmouenti efficaciter, cooperari, & aliquid noſtrum in bonum opus influere. S. Leo Magnus, ſer. 5. de Quadrageſima præclarè teſtatur: Quamuis, inquit, ædificium noſtrum ſine ope ſui non ſubſiſtat artificis, nec fabrica noſtra poſſit eſſe incolumis, niſi ei protectio profuerit conditoris: tamen quia rationabiles lapides ſumus, & viua materies, ſic nos authoris noſtri extruxit manus, vt cum opifice ſuo, etiam is qui reparatur, operetur. Gratiæ Dei igitur obedientia ſe humana non ſubtrahat, nec ab illo bono, ſine quo non poteſt bona eſſe deficiat; aut ſi quid ſibi impoſſibile, aut arduum in mandatorum effectibus experitur, non in ſe remaneat, ſed ad adiuuantem ſe recurrat. Qui ideo præceptū dat vt excitet deſiderium, & præſtet auxilium, &c. Cùm aluntur eſurientes, veſtiuntur nudi, fouentur infirmi, nonne auxilium Domini manus explet miniſtri, & benignitas ſerui, munus eſt Domini? Qui cùm ad effectus miſericordiæ ſuæ, adiutore non egeat, ita ſuam omnipotentiam temperauit, vt laboribus hominum, per homines ſubueniret. Et meritò Deo gratiæ referuntur, de pietatis officijs, cuius opera videntur in famulis. Propter quod ipſe Dominus diſcipulis ſuis ait; ſic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt. *Quæ ad verbum tranſcripta ſunt ex S. Auguſtino, ſerm. 63. de temp. Gregorius item magnus, hom. 22. in Ezech. vbi de Gazophilacio cantorum:* Mens, inquit, illius ſit Gazophilacium cantorum, vt per diuitias miſericordiæ quas accipit, lætus pergat ad iudicium, quod iam non pertimeſcit. *Et l. 33. mor. cap. 20. vbi cùm retuliſſet Paulum dicentem, non ſumus ſufficientes, &c. Inducit Deum ſanctum Iob rogantem;* Quis ante dedit mihi, & reddam ei? Bonum, inquit, quod agimus, & Dei eſt, & noſtrum: Dei per præuenientem gratiam, noſtrum, per obſequentem liberam voluntatem. Si enim Dei non eſt, vnde ei gratias in æternum agimus? Rurſum, ſi noſtrum non eſt, vnde nobis retribui præmia ſperamus?

Quæ rurſum ex Gregorio mutuatus eſt S. Iſidorus Hiſpal. qui opera bona & Dei, & hominis eſſe docuit, l. 2. de differentijs ſpiritalibus, cap. 27. Dei, inquit, eſt bonum quod agimus, propter gratiam præuenientem, & ſubſequentem; noſtrum verò eſt, pro-

pter obſequentem *(imperio videlicet gratia, iuxta Tertullianum, potentiori vi natura,)* liberi arbitrij voluntatem. Nam ſi Dei non eſt, cur illi reddimus gratias? Etſi noſtrum non eſt, cur retributionem bonorum operum expectamus? Proinde ergo, in eo quòd gratia præuenimur, Dei eſt: in eo verò quòd ad benè operandum præuenientem ſequimur, noſtrum. Nemo enim meritis antecedit, vt tenere eum poſſit quaſi debitorem. *Et l. 2. Sent c. 5. de gratia:* Sciendum eſt quod & noſtra ſit iuſtitia in his quæ rectè agimus, & Dei gratia, eo quod eam mereamur. Hæc enim & dantis Dei, & accipientis eſt hominis: ſicut & panem noſtrum dicimus, quem tamen à Deo accipere poſtulamus.

Dixit autem nos tam mereri, quod certum eſt de bonis operibus in gratia, & iuſtitia factis, qua augmentum gratia merentur. Sed vt fiant bona, prius datur peccatori indebita gratia habitualis, deinde iuſto, vt benè operetur, neceſſaria eſt gratia actualis. Quàm parum autem, eidem merito ex arbitrij noſtri viribus conferamus, docuit S. Greg. l. 18. mor. c. 22. vbi de pretio ſapientia. Neſcit homo pretium eius. Huius, inquit, ſapientiæ pretium neſcire, eſt digni operis meritum, quo illam percipiat, non inuenire. Non eſſe huius ſapientiæ pretium cognouerat, qui dicebat; quis prior dedit ei & retribuetur ei? Gratiâ ſalui facti eſtis, & non ex vobis, &c. Gratiâ Dei ſum id quod ſum, &c. Ad indignam mentem veniens Deus, dignam ſibi exhibet veniendo, & facit in ea meritum quod remuneret, qui hoc ſolum inuenerat, quod puniret. *Et l. 29. mor. c. 11.* Per quam viam lux ſpargitur? Dum, inquit, dura corda emollio, dum rigida inflecto, dum aſpera mitigo, dum frigida accendo, dum debilia roboro, dum vaga ſtabilio, dum nutantia confirmo, intuere ſi vales, *(ait Spiritus ſanctus, quem ſic inducit Gregorius)* incorporaliter veniens, quibus ea meatibus illuſtro. *Et l. 2. in 1. Reg. 2. in verba:* Ædificabo ei domum fidelem, *cùm ageret de multis in domo Patris manſionibus:* Et, inquit, domus ædificari nunc dicitur, quia ex piæ vitæ actionibus præparatur. Veruntamen ad eam promerendam, indignum eſt opus hominis, ſi non hoc agat gratia miſericordis Dei. Hinc Paulus ait, Deus eſt qui operatur in vobis, &c. non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei, quia verò vocantem ſe gratiam ex arbitrij voluntate ſequuturus erat, adiungitur: & ambulabit coram Chriſto meo, cunctis diebus.

Non aliter Venerabilis Beda, & ipſe fidelis Auguſtini diſcipulus, ſcribens in c. 2 ad Epheſios ſubſcribit, ſiue potius tranſcribit dicta ab Auguſtino, libro ad Bonifacium, & de gratia, & libero arb. in Ench. ad Laurentium, in Pſal. 144. ſer. 15. de verb. Apoſtoli, de prædeſtinatione ſanctorum, de gen. ad lit. & in Pſ. 18. ſufficiet poſtremus locus. Annuntiat firmamentum. Quid? inquit, opera manuum eius: gratia Dei illa, qua ſalui facti ſumus, qua creati in bonis operibus ſumus. Ipſius enim ſumus figmentum, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis. Non ſolùm quippe homines, ſed etiam iuſtos, ſi tamen ſumus, ipſe fecit nos & non ipſi nos. *Et D. Anſelmus lib. de medit. redempt. hum. cap. 7.* Totum, inquit, quod ſum, tuum eſt conditione, fac totum tuum dilectione. Ecce Domine coram te eſt cor meum: conatur, ſed per ſe non poteſt, fac tu, quod ipſum non poteſt, &c. Qui me facis petere, fac & accipere. Das quærere, da inuenire. Doces pulſare, aperi pulſanti: Cui das, ſi negas petenti?

A *Auguſtinum etiam per omnia ſequitur in hoc argumento Bernardus, in magno illo & eximio tractatu de gratia, & libero arbitrio, ex quo ſequentia decerpſi. Vbi inter catera, creaturas rationales, a lapidibus & brutis ſecernens:* Nec, inquit, pecudes, cùm per eas bonum quodcumque fit, aut malum, boni quippiam merentur, aut mali: Non habent quippe vnde bono, malóue conſentiant. Multò autem minus lapides, cùm nec ſentiant. Cæterum diabolus, vel homo malus, cùm vigeant, & vigilent ratione, iam quidem merentur, ſed non niſi pœnam, pro eo quòd à bono diſſentiant. Paulus autem qui volens Euangelizat, & cæteri, quoniam quidem ex conſenſu voluntatis obediunt, repoſitam ſibi eſſe confidunt coronam iuſtitiæ,
B &c. Vtitur Deus in ſalutem ſuorum, irrationabili, & item inſenſibili creatura, tanquam iumento, & inſtrumento, quæ iam expleto opere, nuſquam erunt. Vtitur creatura rationali, ſed maleuola, quaſi diſciplinæ virga, &c. Vtitur & Angelis, & hominibus bonæ voluntatis, tanquam commilitonibus, & coadiutoribus ſuis, quos peractâ victoriâ ampliſſimè munerabit. Hinc coadiutores Dei, & cooperatores Spiritus ſancti, promeritores regni nos eſſe præſumimus, quòd per conſenſum, voluntarium vtique, voluntati diuinæ coniungimur. Quid igitur? HOC ERGO TOTVM LIBERI ARBITRII OPVS, HOC SOLVM EIVS MERITVM, QVOD CONSENTIT? Et prorſus. Non
C equidem, quòd vel ipſe conſenſus, in quo omne meritum conſiſtit, ab ipſo ſit: cùm nec cogitare, quod minus eſt quàm conſentire, aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſufficientes ſimus. Verba ſunt, non mea, ſed Apoſtoli: qui omne quod boni eſſe poteſt, id eſt, cogitare, velle, & perficere pro bona voluntate, attribuit Deo, non ſuo arbitrio. Si ergo Deus tria hæc, hoc eſt cogitare, &c. operatur in nobis; primum profectò ſine nobis, ſecundum nobiſcum, tertium per nos facit. Siquidem immittendo bonam cogitationem, nos præuenit: Immutando etiam malam voluntatem, ſibi per conſenſum iungit: miniſtrando & conſenſui facultatem, foris per apertum opus noſtrum, internus opifex innoteſcit.

D *Vnde ſupra diximus ex Euangelio:* Sic luceat lux veſtra, non abſcondita ſub modio, vt fit à prudentibus apud ſemetipſos; vt videant opera veſtra bona, *(lux veſtra, opera veſtra, ob conſenſum veſtrum, bona propter gratia Dei adiutorium, ſine quo nihil poteſtis facere; Ac per conſequens* (videant opera veſtra bona, & glorificent *(non vos adiutores & cooperatores, ſed)* Patrem veſtrum opificem qui in cælis eſt. *Concludit idcirco Bernardus, & ſanè conſulit.* Cauendum ergo, ne cùm hæc inuiſibiliter, intra nos, ac nobiſcum actitari ſentimus, aut noſtræ voluntati attribuamus, quæ infirma eſt; aut Dei neceſſitati, quæ nulla eſt; ſed ſoli gratiæ, qua plenus eſt. Ipſa liberum excitat arbitrium, cùm ſe-
E minat cogitatum: ſanat, cùm immutat affectum, roborat, vt perducat ad actum; ſeruat, ne ſentiat defectum.

Quid Doctorem Angelicum, Thomam Aquinatem referam, & alium pium aquè, ac doctum, Thomam à Kempis, idipſum exertiſſimè profitentes? prior quidem, lectione 3. in Epheſ. 2. Non, inquit, ſufficit ad credendum, liberum arbitrium; eo quòd ea quæ ſunt fidei, ſunt ſupra rationem. Nec datur ex operibus præcedentibus; ipſe enim fecit nos. Creare enim, eſt ex nihilo facere. Pſal. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur. Eſa. 36. Omnia opera noſtra operatus es in nobis. Vnde Paulus Epheſ. 2.

10. Ipſiusenim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quę præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Quæ præparauit, id eſt, diſpoſuit ſe daturum nobis. Et ne quis excluderet liberum arbitrium, ſubdit, vt in illis ambulemus, Dei enim adiutores ſumus, perficiendo. *Nec tamen ſine Deo, cùm dicat Apoſtolus*, qui cœpit in vobis opus bonum, ipſe perficiet. *Hinc gratia Dei, ab eodem dicta eſt vita æterna. Rom. 6. In quem locum lect. 4.*

Stipendia, inquit, merces militum, quia retribuitur. Ideo ſtipendia peccati mors. Gratia autem Dei vita ęterna, quia opus mercede dignum, habet meritum à gratia, gratiam & gloriam dabit Dominus. In quantum enim opera ſunt à libero arbitrio, non merentur ex condigno, ſed ex gratia ſaliente in vitam æternam. *Thomas à Kempis vir ille ſanctiſſimus, cuius opera ex medulla Scriptura, & defæcatiſſima Theologia contexta, in omnem penè linguam tranſlata ſunt; vbique naturam corruptam agnoſcit, liberum arbitrium infirmum profitetur, Dei gratiam vbique commendat. Pauca ex multis accipe, libro tertio de imitatione Chriſt. capite 42.* Tantò, inquit, homo altius ad Deum aſcendit, quantò profundius in ſe deſcendit, & plus ſibi-ipſi vileſcit. Qui autem ſibi aliquid boni attribuit, gratiam Dei in ſe venire impedit: quia gratia Spiritus ſancti, cor humile ſemper quærit. *Et libro ſecundo capite 5.* Non poſſumus nobis ipſis nimis credere, quia ſæpe gratia (*efficax ſc. & plena*) nobis deeſt, & ſenſus, modicum lumen eſt in nobis, & hoc citò per negligentiam amittimus. *Maximè autem l. 3. c. 55. cui titulus* de corruptione naturæ, & efficacia gratiæ diuinæ, *inter alia:* Concede mihi hanc gratiam, quam oſtendiſti tam magnam, & neceſſariam ad ſalutem, vt vincam peſſimam naturam meam, trahentem ad peccata, & in perditionem, &c. Nec poſſum reſiſtere paſſionibus eius, niſi aſſiſtat tua ſanctiſſima gratia, cordi meo ardenter infuſa. Opus eſt gratia tua, & magna gratia, vt vincatur natura, ad malum ſemper prona ab adoleſcentia ſua, &c. Nam modica vis quę remanſit, eſt tanquam ſcintilla quædam latens in cinere. Hæc eſt ipſa ratio naturalis, circumfuſa magna caligine, adhuc iudicium habens boni, & mali, veri falſique diſtantiam, licet impotens ſit adimplere omne quod approbat, nec pleno iam lumine veritatis, nec ſanitate affectionum ſuarum potiatur, &c. Hinc eſt quod velle bonum mihi adiacet, perficere autem non inuenio. Hinc ſæpè multa bona propono, ſed quia gratia deeſt (*efficax & plena,*) ad adiuuandum infirmitatem meam, ex leui reſiſtentia reſilio, & deficio, &c. Dona naturæ bonis, & malis ſunt communia, electorum autem proprium donum eſt gratia, ſiue dilectio. qua inſigniti, digni habentur vita æterna, &c. Quid ſum ſine ea, niſi aridum lignum, & ſtips inutilis ad eijciendum?

Tum concludit breui oratione Eccleſia Catholica, gratiam efficacem per ſe agnoſcentis: Tua ergo me Domine gratia ſemper & præueniat, & ſequatur, & bonis operibus ingiter præſtet eſſe intentum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *D. Bonauentura B. Thomæ coætaneus, & condiſcipulus inſignis, doctrina, & humilitatis præcipua magiſter, Auguſtini ſententiam aduerſariæ, tanquam ſecuriorem, & ſaluti conuenientiorem antepon it, 2. ſent. diſtinct. 26. quæſt. 2.* Hoc, inquit, piarum mentium eſt, vt nihil ſibi tribuant, ſed totum gratiæ Dei: Vnde quantumcumque aliquis det gratiæ Dei, à pietate non recedit, etiamſi multa tribuendo gratiæ Dei, aliquid ſubtrahat poteſtati naturæ, vel libero arbitrio: cùm verò aliquid gratiæ ſubtrahitur, & naturæ tribuitur, quod eſt gratiæ, ibi poteſt periculum interuenire. Et propterea cùm iſta poſitio quæ ponit gratiam creatam, & increatam, (*id eſt Spiritum ſanctum*) plus gratiæ Dei tribuat, quàm alia; & maiorem ponat in natura noſtra indigentiam, hinc eſt quòd pietati, & humilitati magis eſt conſona; & propterea magis eſt ſecura: Eſto enim quòd eſſet falſa, quia tamen à pietate, & humilitate non declinat, tenere ipſam non eſt niſi bonum & tutum. Præferenda igitur eſt hęc opinio priori, pro eo quòd eſt ſecurior, & magis recedit ab errore Pelagij.

Claudet agmen, qui cæteris ducatum præbuit Auguſtinus Epiſtola 105. ad Sixtum vbi pſalmi verba exponit: Qui coronat te in miſericordia & miſerationibus. Nunquid, inquit, non corona bonis operibus redditur? Sed quia ipſa bona opera ille in nobis operatur, ad Philipp. 2. Ideo dicit Pſalmus, qui coronat te, quia eius miſeratione bona operamur, quibus corona redditur, &c. Et ſtipendia peccati mors, gratia autem Dei vita æterna. Vide quanta breuitate, quàm vigilanter verba poſuerit; quibus diligenter conſideratis, quæſtionis huius aliquantulum diluceſcat obſcuritas. Cùm enim dixiſſet, ſtipendium peccati mors: quis non congruentiſſimè, & conſequenter addere iudicaret; ſtipendium autem iuſtitiæ, vita æterna? & verum eſt, quia ſicut merito peccati, tanquam ſtipendium redditur mors, ita merito iuſtitiæ, tanquam ſtipendium, vita æterna, &c. Sed beatus Apoſtolus aduerſus elationem, quæ vſque adeo magis tentat irrepere, vt & ſibi propter ipſam dicat datum Angelum Satanæ, à quo colaphizaretur, ne verticem pręſumptionis erigeret; aduerſus hanc ergo elationis peſtem, vigilantiſſimè militans, ſtipendium, inquit, peccati mors. Rectè ſtipendium, quia debetur, quia dignè retribuitur, quia meritò redditur. Deinde, ne iuſtitia de humano ſe extolleret bono merito, ſicut humanum meritum malum non dubitat eſſe peccatum, non à contrario retulit dicens: ſtipendium iuſtitiæ, vita æterna, ſed gratia, inquit, Dei vita ęterna. Et hæc ne præter mediatorem aliqua alia via quęreretur, adiecit, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, tanquam diceret; Audito quod ſtipendium peccati ſit mors, quid te diſponis extollere, ô humana non iuſtitia, ſed nomine iuſtitiæ, planè ſuperbia, quid te diſponis extollere, & contrariam morti vitam ęternam, tanquam debitum ſtipendium flagitare, cui debetur vita ęterna, vera iuſtitia eſt: ſi autem vera iuſtitia eſt, ex te non eſt, deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum. Vt haberes eam, ſi tamen habes, eam profectò accepiſti. Quid enim habes, quod non accepiſti? Quapropter, ô homo ſi accepturus es vitam ęternam, iuſtitiæ quidem ſtipendium eſt, ſed tibi gratia eſt, cui gratia eſt, & ipſa iuſtitia. Tibi enim tanquam debita redderetur ſi ex te tibi eſſet iuſtitia, cui debetur. Nunc ergo de plenitudine eius accepimus, non ſolùm gratiam, qua nunc iuſtè in laboribus, vſque in finem viuimus, ſed etiam gratiam, pro hac gratia, vt in requie poſtea ſine fine viuamus.

S. Aug.

Vide in eandem rem paulò ſupra in ipſamet Epiſtola. Et libro de gratia, & libero arbitrio, capite 15. 16. 20. & 21. homil. 14. ex quinquaginta. in Pſal. 102. S. Auguſt.

in verſum, qui coronat te, &c. Et alibi paſſim, vbi fu- A *ſiſſimè probat argumentis ex tota Scriptura ſane intellecta deductis, nulla ſine gratia per ſe efficaci eſſe liberi arbitrij merita, Deique gratiæ omnem noſtram iuſtitiam imputandam, ac per conſequens gloriam, & vitæ æternæ mercedem: cæterùm id certum ex Sanctiſſimi Patris Auguſtini doctrina teneamus libro tertio operis imperfecti contra Iulianum capite 18.* Bonus eſt Deus, iuſtus eſt Deus. Poteſt aliquos ſine bonis meritis liberare (*ſicut infantes, & plurimos adultos ſtatim poſt baptiſmum mortuos,*) quia bonus eſt: non poteſt quenquam ſine meritis, (*malis*) damnare, quia iuſtus eſt.

B

An Patres Auguſtino priores, in cauſa gratiæ potius ſequendi ſint: Tertulliani exemplo, qui præceſſores eſt inſequutus.

Tertulliani lectoribus conſtat, ipſum, Patrum antecesſorum ſuorum veſtigia ſequutum in multis, & eorum authoritati plurimum tribuiſſe. Irenæum enim imitatus eſt ad verbum, ſtilum exerens aduerſus Valentinianos, cuius etiam pleraque verba tranſſcripſit. Et in Apologetico ſuo Iuſtini Martyris Apologias contra gentes ſequitur, quem etiam Philoſophum appellat, & Miltiadem Eccleſiarum Sophiſtam, & Proculum quem adhuc Catholicum vocat Chriſtianæ C *eloquentiæ dignitatem. Hos omnes vna periodo complexus eſt libro contra Valentinianos, capite quinto.* Nec, inquit, vndique dicemur ipſi nobis finxiſſe materias, quas tot iam viri ſanctitate & præſtantia inſignes, nec ſolum noſtri anteceſſores, ſed ipſorum Hæreſiarcharum contemporales, inſtructiſſimis voluminibus & prodiderunt, & retuderunt: vt Iuſtinus Philoſophus & Martyr, vt Miltiades Eccleſiarum Sophiſta, vt Irenæus omnium doctrinarum curioſiſſimus explorator, vt Proculus noſter virginis ſenectæ, & Chriſtianæ eloquentiæ dignitas: quos in omni opere fidei, quemadmodum in iſto, optauerim aſſequi. *Nec* D *degener Afer ab Afro, Aurelius à Septimio, Auguſtinus noſter à Tertulliano, quem ſupra vidimus in ipſis gratiæ & liberi arbitrij argumentis, plurimos pro ſe Eccleſiæ Patres in ſua, quid dico? Eccleſiæ Catholicæ doctrina confirmationem adducentem. Legat aduerſarius ſcriptos ab eo contra Iulianum libros, aliosque contra Pelagianos, in quibus frequentiſſime citat Iren. Cyprianum, Baſilium, Reticium, Ioannem Epiſcopum Conſtantinopolitanum, Gregorium Nazianzenum, Hilarium, Ambroſium, Hieronymum, &c. Quorum authoritate fultus, non tantùm, vt vult aduerſarius, probat omnes Adæ filios ex Patre trahere originale peccatum, ſed eo licet lauacro ſalutari deleto, omnes contra relictam concupiſcentiam luctari, nec ſine diuina gratia vincere poſſe,* E declinare à malo & facere bonum, *per omnia conuincit. Vno aut altero Auguſt. loco contentus cæteros breuitatis cauſa ſubticebo. Libro primo operis imperfecti contra Iulianum capite 4.*

S. Auguſt. I, nunc, & mihi obijce originale peccatum, diſſimula ab iſtis, finge te neſcire quid dicant, & ſanctæ Eccleſiæ tot tantoſque Doctores, qui vitâ optime geſtâ debellatiſque ſuorum temporum erroribus, glorioſiſſimè de hoc ſęculo antequam vos ebulliretis, exierunt; velut eis non viſis, in me impetum faciens, & velut neſciens, quòd illi ſub meo nomine lacerentur, tanquam ſecurus inſulta, &c. Cernis quàm tibi pernicioſum ſit tam horribile crimen obijcere talibus (*naturam mali cum Manichæis inducere*) & quàm mihi glo- A rioſum ſit quodlibet crimen audire cum talibus, &c.

Et cap. 6. vbi Ioannis Conſtantinopolitani cauſam tuetur eiuſque probat cum cæteris Patribus conſenſum, eo quod dixiſſet infantes peccata non habere, ſed propria; cum & eum alijs locis expreſsè id docentem inducat. Abſit, inquit, vt Conſtantinopolitanus Ioannes de baptiſmate paruulorum, eorumque à paterni chirographi liberatione per Chriſtum, tot ac tantis Coepiſcopis ſuis, maximéque Romano Innocentio, Carthaginenſi Cypriano, Cappadoci Baſilio, Gregorio Nazianzeno, Gallo Hilario, Mediolanenſi reſiſtat Ambroſio. Alia ſunt in quibus inter ſe aliquando etiam doctiſſimi atque B optimi regulę Catholicæ defenſores, ſaluâ fidei compage non conſonant, & alius alio de vna re melius aliquid dicit & verius. Hoc autem vnde nunc agimus ad ipſa fidei pertinet fundamenta, &c. *Supra autem vidimus in quæſtione de doctrina Auguſtini, non tantum eius ſenſum de peccato originali & perditionis maſſa communi, ſed & cætera ei neceſſario connexa, prædeſtinationem ſcil. gratuitam, & media ad finem vltimum conſequendum neceſſaria beneficia gratis omnino à Deo dari, Denique in nobis efficaci gratiâ operari, velle & operari; incipere bonum opus, & perficere vſque in aduentum Domini, ſcriptura, Patrum, Conciliorum, Pontificum authoritate, ſatis ſuperque conuici, vt mirum ſit aliquod in poſte-* C *rum attento lectori ſuper huiuſcemodi, dubium poſſe ſuboriri.*

Aug. *Quod autem Auguſtinus eodem libro 1. contra Iul. cap. 7. partes ſancti Ioannis Conſtantinopolitani ſuſtinens, hoc ego aptiſſime in aduerſarium Auguſtini retorqueo, ſolitum pauculos locos Auguſtini contra libros & tomos integros opponere, quibus in locis, vel nondum ortis Pelagianis gratia necdum examinatis argumentis, locis inſuper ab eodem rem accuratius ex profeſſo tractante retractatis perperam abutitur. Cui ipſius Auguſt. verbis reſpondeo.* Quid te, inquit, adiuuit, quod Ioannis Conſtantinopolitani, (*audiat Auguſtini*) tanquam tibi ſuffragetur, teſtimonium poſuiſti? An vt vnum verbum quaſi ab eo præter- D miſſum, velut acuta calliditate captares, & tot verborum eius quibus obrueris, tam ingentem tibi aggerem commoueres? In tantum improuidus & incautus, vt nec in ipſa homilia, vbi vix vnum, de quo malè intellecto decepti deciperetis, teſtimonium reperire potuiſtis. Aduerteres S. Ioannem Conſtantinopolitanum ſatis euidenter expreſſiſſe, omnes homines exceptis debitis proprijs, paterni eſſe chirographi debitores. *Verba eius Græcè relata ſic tranſtulit cap. 6.* S. Aug. Venit ſemel Chriſtus, inuenit noſtrum chirographum paternum quod ſcripſit Adam. Ille initium induxit debiti, nos fœnus auximus poſterioribus peccatis. Numquid contentus fuit dicere, paternum chi- E rographum, niſi adderet noſtrum? Vt ſciremus, antequam fœnus peccatis noſtris poſterioribus augeremus, iam illius chirographi paterni ad nos debitum pertinere.

Sed deleto Chriſti ſanguine in baptiſmo chirographo, concupiſcentia tamen repugnans legi mentis, extincta non eſt, cui, ad ſingulos actus virtutis debellanda, neceſſaria eſt gratia medicinalis Redemptoris. Vnde l. 2. cont. Iul. cap. 5. adducto Ambroſio, Cypriano, Gregorio, Naz. Agnoſce, inquit, fili Iuliane conſonas Catholicas voces, & ab eis deſine diſſonare cum dicit beatus Gregorius, intra noſmetipſos proprijs vitijs ac paſſionibus impugnamur, & diu noctuque ignitis ſtimulis corporis humilitatis huius, & corporis mortis vrgemur, baptizatus loquitur,

de baptizato loquitur, cùm dicit lege peccati quæ eſt in membris noſtris, legi ſpiritus repugnante, baptizatus loquitur, de baptizato loquitur: Chriſtianorum eſt iſta pugna fidelium, non infidelium Iudæorum. Crede, ſi non pugnas, agnoſce ſi pugnas, & in iſta pugna rebellem quoque ſuperbiam Pelagiani erroris expugna. Iamne diſcernis, iamne perſpicis, iamne reſpicis, & in baptiſmate fieri omnium remiſſionem peccatorum & cum baptizatis quaſi ciuile bellum interiorum remanere vitiorum? *Et quis dabit victoriam in ſingulis conflictibus niſi in ſingulis actibus det gratiam Deus & victoriam per Ieſum Chriſtum? Et cui dabit, niſi petenti in nomine Ieſu, vt non inducatur in tentationem? Et cur petet ſi ſemper habet, & tenetur ei dare Deus ſemper & vbique gratiam ſufficientem, quam ſemper poſſit ſuo libero arbitrio reddere efficacem? Et quomodo petet niſi habeat in ſe Spiritum ſanctum Abba clamantem, ſpiritum precum & gratiarum dantem, cum neſciamus orare ſicut oportet, nec ſimus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis, & prius de orando debeamus cogitare, quam actu incipiamus orare? An non hoc de fide certum eſt? Non hoc tota Scriptura clamat, Patres, Concilia Auguſtino reſpondent? An ſuo ſenſu priuato, vel Eccleſiæ communi ſcripſit hæc, & toties ſui ſimilis inculcauit? Tacco quod non ſuſtinent aduerſarij, Ambroſio, Leoni, Greg. homini morali, Hieronymo laborioſo homini, Auguſtinum aquilam cunctis Eccleſiæ Doctoribus ſuperſertis* patrem aquilæ deſuper ipſorum quatuor, *ferre impatiens; non eius modo ſed & omnium Patrum veterum authoritati detrahit, dum nec ipſius, nec aliorum dogmatibus Catholicis plus fidei tribuendum aſſerit, quam cum aliquis hodiernus Doctor, quid dico quicumque hæreticus, ſanum aliquid cum Eccleſia ſapiens ſcribit. Quod abſit vt aliquis lector fidelis credat, audiat, vel legat patienter.* Neque enim ſpecioſa laus eſt in ore peccatoris: *& hoc poſito, ſubruitur & penitus euaneſcit omnis traditionis authoritas. Nec tam efficaciter Eccleſiaſtes in ſuggeſtu, Doctor in cathedra, ſcriptor Catholicus in libro, Trinitatis vel gratiæ veritatem ſuadebit ex Athanaſio, Hilario, Auguſt. quam ex Caluino, vel Luthero ſententiam proferens.*

Sed mihi nunc priuata res eſt cum Auguſtini doctrina de gratia & libero arb. Patribus eius præceſſoribus, non modo congrua, ſed & maximè, antiquam accurationi ſemper ab Eccleſia probata. In quo mihi Tertullianus duo mihi ſuggerit in commendationem eius aptiſſima. Primum ex libr. de baptiſmo c.13. decerpo, In omnibus, inquit, poſteriora concludunt, & ſequentia antecedentibus præualent. *Fuerit ſalus de neceſſitate baptiſmi, ante cuius inſtitutionem ſola fides vt ais ſufficiebat ad ſalutem.* Fuerit, inquit, ſalus retro per fidem nudam ante Domini paſſionem & reſurrectionem: at vbi fides aucta eſt credendi in natiuitatem, paſſionem, reſurrectionem que eius, addita eſt Sacramento obſignatio baptiſmi, veſtimentum quodammodo fidei quæ retro erat nuda, nec poteſt iam ſine ſua lege. *Dicam pariter, fuerit retro, nuda fides gratiæ penes Patres anteceſſores Auguſtino, priuſquam orta Pelagiana hæreſis ab Auguſtino diſcuſſa foret, & liberi arbitrij infirmitas, & gratiæ efficacis neceſſitas, eo duce cognita, & a Concilijs & Pontificibus Romanis canonice ſancita. At vbi fides aucta eſt credendi, addita eſt ampliatio: nec tam a dogmatibus Auguſt ſacris Canonibus inſertis, & ab Apoſtolica ſede receptis & confirmatis recedere fas eſt. Adeo vt ſi nunc ſuperſtes ageret Auguſtinus humilis ille quondam ſuorum ſcriptorum retractator, quæ de gratia ſcripſit, in libris maximè ad Proſperum & Hilarium ſcriptis, retractare non poſſet, quoniam non ſuam iam, ſed Eccleſiæ factam propriam non liceret ei retractare doctrinam. Nec pigebit tertio inculcare illud ſancti Pontificis Hormiſdæ in Epiſtola ſua ad Poſſeſſorem Epiſcopum Africanum.* De arbitrio libero & gratia Dei quid Romana, hoc eſt Catholica ſequatur & ſeruet Eccleſia, licet in varijs libris beati Auguſtini, & maximè ad Hilarium & Proſperum poſſit cognoſci, tamen in ſcrinijs Eccleſiaſticis expreſſa capitula continentur; quæ ſi tibi deſunt, & neceſſaria creditis deſtinabimus: quanquam qui diligenter Apoſtoli dicta conſiderat, quid ſequi debeat, euidenter cognoſcat.

Apoſtolum porro in omnibus & per omnia ſecutus eſt Auguſtinus: ex quibus ſcriptis, & expreſſis verbis concepti ſunt Canones ſecundi Concilij Arauſicani approbati à Boniſac. 2. vt patet ex eius Epiſtola ad Cæſarium Arelatenſium Epiſcopum cuius ſupplicatione confirmat in hac Synodo deſinita. Hæc Epiſtola à Rener. P. Sirmundo ſocietatis Ieſu deprompta eſt ex duobus manuſcriptis codicibus Foſſatenſi & Laudunenſi: & præponebatur Conc. Arauſicano, cum hac Epigraphe, in hoc codice continetur Synodus Arauſicana, quam per authoritatem. S. Papa Bonifacius confirmauit. Et ideo quicumque aliter de gratia & libero arbitrio crediderit, quàm vel iſta authoritas continet, vel in iſta Synodo conſtitutum eſt, contrarium ſe Sedi Apoſtolicæ & vniuerſæ per totum mundum Eccleſiæ eſſe cognoſcat: *Et hæc ſunt ſcrinia Eccleſiaſtica & capitula quorum meminit S. Hormiſdas.*

Cardinalis Bellarminus l. 2. de gratia & lib. arbitrio cap. 11. Hos einos maximè libros aſſerit à Gelaſio Pontifice approbato: Sanctus Gelaſius, inquit, in Concilio Septuaginta Epiſcoporum non ſolum PROBAVIT OMNIA SCRIPTA S. AVGVSTINI, AT S. PROSPERI: ſed etiam contra damnauit libellos Ioannis Caſſiani, & Fauſti Regienſis, cùm tamen non ignoraret potiſſimam contentionem inter Proſperum & Caſſianum, ac deinde inter Fulgentium & Fauſtum, de ſcriptis ſancti Auguſt. DE PRÆDESTINATIONE SANCTORVM, AT BONO PERSEVERANTIÆ fuiſſe. Itaque SEDES APOSTOLICA NON TANTVM SEMEL, SED ETIAM SECVNDO ET TERTIO, ADVERSVS PELAGIANORVM RELIQVIAS PRO DEFENSORIBVS GRATIÆ ET PRÆDESTINATIONIS SENTENTIAM TVLIT, VT IAM HÆC SENTENTIA NON CVIVSVIS OPINIO, SED FIDES ECCLESIÆ CATHOLICÆ DICI DEBEAT.

Nec ſupprimenda eſt S. Remigij Archiepiſc. Lugdunenſis totiuſque eius Eccleſiæ, S. Auguſtini libris ſuffraganea authoritas de tenenda veritate Scripturæ, c. 9. De beati Auguſtini libris & ſcriptis, in quibus ex neceſſitate nouæ, id eſt Pelagianæ hæreſis deſtruendæ, ET FIDEI CATHOLICÆ DEFENDENDÆ inſtantiſſima intentione, de natura & gratia, de gratia & libero arbitrio, de correptione & gratia, de prædeſtinatione Sanctorum & bono perſeuerantiæ, ac baptiſmo paruulorum iuxta profunditatem ſcripturæ ſanctæ, ET EVANGELICÆ ATQVE APOSTOLICÆ DOCTRINÆ REGVLAM MVLTIPLICITER DISPVTAVIT, adhuc ipſo viuente, ſicut Proſper & Hilarius ad eundem ſcribunt; & multo magis poſt obitum eius, propter obſcuritatem rerum, (*nota non dicere ſcriptionis obſcuritatem, ſed rerum, ſiue argumentorum fidei obſcuritatem, nam lucidiſſimè de obſcuris tractat, niſi tarditas ingenij lectoris, aut odium & auerſio contrariæ ſententiæ præpediat,*) & tarditatem minus intelligentium, multiplex querela, maximè intra Gal-

lias exortæ : ſed continuò per diuinæ miſericordiæ prouidentiam, ET CONCILIIS AC STATVTIS BEATISSIMORVM PATRVM, ET DECRETIS ATQVE AVTHORITATE APOSTOLICÆ SEDIS PONTIFICVM SOLERTISSIME SEDATA ATQVE SANATA : ITAVT STVLTIS, ET INDISCIPLINATIS QVÆSTIONIBVS SILENTIVM IMPONERETVR, ET SANCTISSIMI AC SINCERISSIMI DOCTORIS AVTHORITAS IN OMNIBVS ECCLESIIS, ATQVE IN IPSA SEDE APOSTOLICA CONFIRMARETVR.

Nec immeritò quidem cæteris Patribus hæc Auguſtini doctrina ab Eccleſia Catholica præfertur, qui B *teſte ſancto Iſidoro Hiſpalenſi lib. 6. Etim. cap. 6.* De noſtris, inquit, apud Græcos Origenes, in Scripturarum labore, tam Græcos, quàm Latinos, operum ſuorum numero ſuperauit. Denique Hieronymus ſex millia librorum eius, legiſſe fatetur. Horum tamen omnium ſtudia AVGVSTINVS INGENIO ET SCIENTIA SVA VICIT. *Alij per tranſennam, leniter & argumenta perſtrinxerunt, hic ex profeſſo tot annis, tanta cura & ſolertia diſcuſſit, & ad expreſſiſſimæ ſcripturæ, Euangelij, & Pauli quam maximè Doctoris gratiæ regulas adeo ſtudioſè conſcripſit, vt nulla aliorum iniuria cunctis ſit meritis anteponi.*

Alterum peto à Tertulliano, in huius poſitionis mea & vt verius dicam ipſius Eccleſiæ ſententiæ confirmationis principium. Omne, inquit, genus ad originem ſuam cenſeatur, neceſſe eſt. *Libro de præſcript. c. 20. Genus itaque doctrinæ de gratia, libero arbitrio, prædeſtinatione Sanctorum, cæteriſque connexis, ab origine ſua neceſſum eſt recenſere, ab ætate nempe exortæ hæreſis Pelagianæ, quam vtique, ſicut & alias omnes ſecundum Apoſtolum eſſe oportuit :* Ad hoc enim ſunt, vt fides habendo tentationem habe- C ret etiam probationem, *ait idem Tertullianus lib. de præſcr. c. 1. Et vt veritas oppugnata lucidior & fortior diſcuſſis erroris tenebris ſuo de contrario emicarat. Auguſtinum quamuis humillimum non ſua tantum, ſed vt verius dicam totius Eccleſiæ ſententiæ teſtimonium perhibentem accipite libro de prædeſtinatione ſanctorum cap. 14.* Certè, inquit, ſi de diuinarum ſcripturarum tractatoribus, QVI FVERVNT ANTE NOS proferrem defenſionem huius ſenten- D tiæ, quam nunc SOLITO DILIGENTIVS ATQVE COPIOSIVS, contra nouum Pelagianorum defendere vegemur errorem. Hoc eſt gratiam Dei non ſecundùm merita noſtra dari, & gratis dari cui datur : quia neque volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei : iuſto autem iudicio non dari cui non datur, quia non eſt iniquitas apud Deum: ſi huius ergo ſententiæ defenſionem ex diuinorum eloquiorum nos præcedentibus Catholicis tractatoribus promerem, profectò hi fratres pro quibus nunc agimus, acquieſcerent. hoc enim ſignificaſtis litteris veſtris. Quid igitur opus eſt, vt eorum ſcrutemur opuſcula, qui priuſquam iſta hæreſis oriretur, non habuerunt neceſſitatem E in hac difficili ad ſoluendum quæſtione verſari: quod proculdubio facerent, ſi reſpondere talibus cogerentur ? Vnde factum eſt, vt de gratia Dei quid ſentirent, BREVITER QVIBVSDAM SCRIPTORVM SVORVM LOCIS, ET TRANSEVNTER ATTINGERENT : immorarentur verò in eis quæ aduerſus alios inimicos Eccleſiæ diſputabant, & in exhortationibus ad qualcumque virtutes quibus Deo viuo & vero pro adipiſcenda vita æterna & vera fœlicitate ſeruitur : frequentationibus autem orationum ſimpliciter apparebat Dei gratia quid valeret. Non enim poſcerentur à Deo

Auguſt. (margin)

A quæ præcepit fieri, niſi ab illo donaretur, vt fierent. *Quod ſæpius in ijſdem argumentis repetit. Fruſtra enim peto à Deo gratiam efficacem ſi tenetur ille mihi ſemper dare ſufficientem quam ſolo libero meo arbitrio poſſim reddere efficacem.*

Et eodem lib. cap. 3. errorem ſuum iuſtus vtique accuſator ſui fatetur, cum initia fidei ſibi alias & liberi arbitrij ſui viribus per ignorantiam tribuiſſet. Non ſic, inquit, pius atque humilis Doctor ſapiebat, (Aug.) Cyprianum beatiſſimum loquor, qui dixit, in nullo gloriandum, quando noſtrum nihil ſit. Quod vt oſtenderet adhibuit Apoſtolum teſtem B dicentem. 1. Cor. 4. Quid autem habes quod non accepiſti ? & ſi accepiſti quid gloriaris quaſi non acceperis? Quo præcipuè teſtimonio etiam ipſe conuictus ſum, cùm ſimiliter ERRAREM, putans fidem qua in Deum credimus, non eſſe donum Dei, ſed à nobis eſſe in nobis, & per illam nos impetrare dona Dei, quibus temperanter, & iuſtè & piè viuamus in hoc ſæculo. Neque enim fidem putabam Dei gratiâ præueniri, vt per illam nobis daretur quod poſceremus vtiliter, niſi quia credere non poſſemus ſi non præcederet præconium veritatis. Vt autem prædicato nobis Euangelio conſentiremus, noſtrum eſſe proprium, & nobis ex nobis eſſe arbitrabar. QVEM MEVM ERROREM nonnulla opuſcula mea ſatis indicant ante C Epiſcopatum meum ſcripta, &c. Nondum diligentius quæſiueram nec adhuc inueneram qualis ſit electio gratiæ, &c. Parum de ipſa vocatione diſſerui, quæ fit ſecundum propoſitum Dei; non enim omnium qui vocantur talis eſt, ſed tantum electorum.

Et cap. 4. ſe Deo reuelante, poſt laborem aſſiduum, & in Scripturis profectum ingenue teſtatur. (Aug.) Hinc, inquit, quæ dixi ... hoc Apoſtoli præcipuè teſtimonio etiam ... cum de hac re ALITER SAPEREM, QVAM MIHI DEVS IN HAC QVÆSTIONE SOLVENDA SCRIBENS AD EPISCOPVM SIMPLICIANVM, SIBIREM REVELAVIT. &c. Sed ne hoc quidem potest dici, quamuis non habeam perfectionem, habere tamen eius initium, qui in Christo me primitùs credidi : quia & hic reſpondetur, Quid autem habes quod non accepiſti? & *. E de omni cogitatione,* D *volitione, conſenſu, verbo, opere bono omnino iuxta Apoſtolum, quærendum eſt, & cum omni humilitate dicendum :* Quid habes quod non accepiſti?

Cum igitur, & omnes Patres Auguſtini præceſſores, Orthodoxæ eius doctrinæ conſentiant, ſunt imò conſitentes in orationis neceſſitate nos aſſidue in vincendis tentationibus, & bonis operibus exercendis perpetuo Dei præuenientis, cooperantis, ſubſequentis egere auxilio, & coætanea Auguſtino Concilia Mileuitana, & Carthaginenſia, & ei Poſthuma Arauſicane, & Valentina, omneſque Pontifices, Patres, celeberrimoſque Doctores, Proſperum, Fulgentium, Primaſium, Gregorium Magnum, Iſidorum Hiſpalenſem, Venerabilem Bedam, Bernardum, Thomam, Hugonem Richardumque Victorinos, Ægidium Romanum, Gregorium Ariminenſem, Harech etiam noſtros Doctores Pariſienſes, alioſque innumeros maximi nominis Authores, a duodecim ſæculis, S. Auguſt. dogmatibus vnanimes ſubſcripſiſſe.

Quid quod & Molina q. 13. a. 4. & 5. diſp. 1. membro ultimo fatetur ante ortum hæreſis Pelagianæ Patres hanc cauſam non plene diſcuſſiſſe. An, inquit, initium ſalutis adultorum, ad credendum, ſperandum, pœnitendum, ac diligendum, vt diſponi autem oportet, eſſet ab adultis ipſis per propium arbitrium,

trium, ita vt gratiam Dei prçuenirent; an verò à A Deo per gratiam prçuenientem & excitantem, vt rei veritas habet; antequam occaſione hęreſis Pelagianę res eſſet dilig·ntius diſcuſſa, uun erat quicquam inter eos omnino certum & conſtitutum; qua de cauſa mirandum non eſt, ſi Chryſoſtomus, aut alij ex iјs, qui ante illa tempora ſcripſerunt, contrarium aſſeruerint, & de eadem re in initio Pelagianæ hęreſis, Galli aduerſus Auguſtinum contenderint.

Ne ergo deinceps quaſi priuata, ſed communis Eccleſia, Pontificum Romanorum, Conciliorum, Patrum ac Doctorum Orthodoxa & Catholica doctrina habeatur, eique debitus honor, reuerentia, aſſenſus ab omnibus vt par eſt tribuatur; & ſancti Proſperi contra Collatorem ſententia teneatur: Gratiam, inquit, Dei B qua Chriſtiani ſumus, quidam dicere audent, à ſanctæ memorię Auguſtino Epiſcopo, non rectè eſſe defenſam. Viginti amplius annis contra inimicos gratiæ Dei Catholica acies huius viri ductu pugnat, & vincit.

Peccata præterita, oblita, nec in anima, nec in corpore eſſe peccatoris, eorumque reatum eſſe ſeruatum in legibus æternis, quo ſenſu cum Tertulliano ſcripſerit Auguſtinus.

T*Ertullianus vtrumque reatum, tam culpa quàm pœna ſatis apertis verbis expreſſit libro de baptiſmo capite quarto.* Quoniam, inquit, vice ſordium delictis, inquinamur, aquis abluamur. Sed delicta ſicut non in carne comparent, quia nemo ſuper cutem portat maculam idololatrię, aut ſtupri, aut fraudis: ita eiuſmodi in ſpiritu ſordent, qui eſt author delicti. Spiritus enim dominatur, caro famulatur: tamen vtrumque inter ſe communicant reatum, ſpiritus ob imperium, caro ob miniſterium. *Vbi per reatum tam culpam commiſſam animi voluntate, quàm externo corporis actu & opere; & obligationem vtriuſque partis, animæ & carnis ad pœnam, legibus æternis ſecundùm menſuram delicti prætaxatam intelligit.*

Et libro de pœnitentia cap. 3. peccatum Dei offenſam vocat, communemque animæ & carnis eſſe reatum affirmat: Caro, inquit, & ſpiritus, Dei rçs: alia manu eius expreſſa, alia adflatu eius conſummata. Cùm ergo ex pari ad Dominum pertineant, quodcumque eorum deliquerit, çx pari Dominum offendit. An tu diſcernas actus carnis & ſpiritus? Quorum & in vita, & in morte, & in reſurrectiune tantum communionis atque conſortij eſt, vt pariter tunc aut in vitam, aut in iudicium ſuſcitentur: quia ſcilicet pariter aut deliquerint, aut innoceuter egerint, &c. Communis reatus amborum eſt, communis & iudex, Deus ſcilicet: communis igitur & pœnitentiæ medela. Exinde ſpiritalia, & corporalia nominantur, quòd delictum omne aut agitur, aut cogitatur: vt corporale ſit, quod in facto eſt. quia factum, vt corpus, & videri, & contingi habet: ſpiritale verò quod in animo eſt, quia ſpiritus neque videtur, neque tenetur. Per quod oſtenditur, non facti ſolum, verum & voluntatis delicta vitanda, & pœnitentiâ purganda eſſe. Neque enim ſi mediocritas humana facti ſolùm iudicat, quia voluntatis latebris par non eſt: idcirco crimina eius etiam ſub Deo negligamus. Deus in omnia ſufficit. Nihil à conſpectu eius remotum, vnde omnino delinquitur. Quia non ignorat nec omittit, quò minus in iudicium decernat. Diſſimulator & præuaricator ſuæ perſpicaciæ non eſt, &c. Quaquà te conſtitueris, crimine aſtringeris; quia aut malum volueris, aut bonum non impleueris. *Et capite 4. de reatu ad pœnam ex iudicio Dei vel ſpontanea pœnitentia ſubeundam, ſic exertè paucis:* Omnibus ergo delictis, ſeu carne, ſeu ſpiritu, ſeu facto, ſeu voluntate commiſſis, qui pœnam per iudicium deſtinauit, idem & veniam per pœnitentiam ſpopondit, dicens ad populum, Ezech. 18. 21. & 30. pœnitere, & ſaluum faciam te. *Sic paucis Afer abſoluit vtrumque peccati reatum, & culpæ nigredinem, maculam, deformitatem, captiuitatemque deſcribens. & reatum pœnæ à iuſto Dei iudicio exigenda expedijt, niſi pœnitentiâ contracta debita diſſoluantur.*

Auguſtinus Tertulliano per omnia ſanum aliquid ſapienti conformis, licet & Orthodoxus, circa hoc argumentum peccati reatus, quaſi reus priuati dogmatis iniuſtè arguitur, vt textum eius plenum attente legenti conſtabit. Sic itaque libro 6. operis imperfecti cont. Iulianum capite 19. in magnis tomis, cap. autem 8. in paruis editionis Pariſienſis Anni 1644. quibus frequentius vtor. S. Aug. Dixi ſanè quomodo manent peccata reatu, quæ præterierunt actu: ſic è contrario fieri poteſt, vt concupiſcentia maneat actu, & prætereat reatu. Quod error quidem tuus falſum eſſe dicit, ſed veritas verum eſſe conuincit. Nam tu id non valendo refellere, primò dialecticas tenebras imperitis conaris offundere; dicens te co-
C gitare non poſſe, in qua dialexi inuenerim contrariorum omnium reciprocationem. *(Ita prorſus agit cum Auguſtino hodiernus aduerſarius minus enim intelligens quàm par eſſet, cenſoris ac iudicis perſonam aſſumenti.)* Quam ſententiam tuam ſi exponere voluero, & ad eorum perducere intelligentiam, qui nunquam iſta didicerunt, opus erit pleno fortaſſe volumine. Sed nunc ſatis eſt, quod ipſe dixiſti, in nulla dialexi poſſe inueniri contrariorum omnium reciprocationem. Hinc enim oſtendiſti aliquorum eſſe poſſe, non omnium. In his ergo aliquibus, & hoc reperi, &c. Sed vtrum in his etiam hoc ſit quod à me poſitum eſt, reſtat oſtendere. Id eſt vtrum ſicut verum eſt, reatu manere
D peccata, quæ præterierunt actu: ita ſit verum, quod concupiſcentia maneat actu, & prætereat reatu. Quod tu fieri non poſſe volens oſtendere, hoc dixiſti, quod ego non dixi. Ego enim de concupiſcentia dixi, quæ eſt in membris repugnans legi mentis, quamuis reatus eius in omnium peccatorum remiſſione tranſierit: ſicut è contrario, ſacrificium Idolis factum, ſi deinceps non fiat, præterijt actu, ſed manet reatu: *(hic non diſtinguit inter reatum culpæ & pœnæ, ſed vtrumque ſupponit, niſi reatus culpæ per contritionem, & pœnæ per pœnitentiam & ſatisfactionem debitam abſoluatur:)* niſi per indulgentiam remittatur. Quiddā enim tale eſt, ſacrificare Idolis, vt opus ipſum cùm fit, prætereat, eodemq; præterito, reatus eius maneat veniâ
E reſoluendus. Tale eſt carnis concupiſcentia, vt maneat in homine ſecum per continentiam confligente, quamuis eius reatu *(hic apertè peccatum originale, tam quoad culpa, quàm quoad pœna reatum intelligit,)* qui fuerat generatione contractus, iam ſit regeneratione tranſactus. Actu enim manet, non quidem abſtrahendo & illiciendo mentem, *(ſcilicet vſque ad conſenſum, neque enim ignorabat illud Apoſtoli quod ſæpius retexuit alibi: vnuſquiſque tentatur à propria concupiſcentia abſtractus & illectus: nam ſubijcit iuxta eundem Apoſtolum;)* eiuſque conſenſu, concipiendo & pariendo peccata, ſed mala

quibus mens reſiſtat, deſideria commouendo. Ipſe quippe motus, actus eſt eius, quamuis mente non conſentiente deſit effectus. Ineſt enim homini malum, & præter iſtum actum, id eſt præter hunc motum, vnde ſurgit hic motus, quem motum dicimus deſiderium. Non enim ſemper eſt deſiderium contra quod pugnemus; ſed ſi tunc non eſt quando non occurrit quod concupiſcatur ſiue animo cogitantis, ſiue ſenſibus corporis; fieri poteſt vt inſit qualitas mala, ſed nulla ſit tentatione commota: (*ſicut limus in fundo fontis, & ſicut de puella mox ſuſcitanda Christus dixit, non eſt mortua puella, ſed dormit: ſic concupiſcentia donec excitetur obiecto, ſopita videtur,*) ſicut ineſt timiditas

S. Auguſt. homini timido, & quando non timet. Cùm verò occurrit quod concupiſcatur, nec deſideria mala; nobis etiam nolentibus, commouentur, ſanitas plena eſt. Hoc ergo vitium non poteſt niſi reatu tenere hominem, (*reatum pœnæ intelligit, quo concupiſcentia manens contra rationem inſurgit quandiu viuimus, donec omnino in reſurrectione tollatur, & caro plenè cum concupiſcentijs ſuis ſublatis, animæ imperio fuerit ſubiugata & ſummiſſa,*) quamuis eiuſdem mali bono vſu, de caſtis coniugibus procreatum. Qui reatus (*iam tranſit ad reatum culpæ originalis, quo in baptiſmo ſublato, manet tamen malum & reatus pœnalis concupiſcentiæ*) quamuis eo

C manente malo, ſoluitur in remiſſione omnium peccatorum per Dei gratiam, (*quæ duplex eſt, & vita præſentis, in remiſſione peccati, & futura in abolitione infirmitatis pœnalis concupiſcentiæ, de qua ſubijcit:*) qua liberamur (*pro liberabimur, præſens pro futuro ſumens & vſurpans,*) ab omni malo; cùm Dominus non ſolùm propitius ſit omnibus iniquitatibus noſtris, verùm etiam ſanat omnes languores noſtros. *Dehinc probat iſtā perfectionē ſanitatis conſummatæ à languoribus omnibus concupiſcentiæ futuram in reſurrectione, figuratā à Christo in ſuo corpore quod eſt Eccleſia, dum in proprio tertia die reſurrexit.* Nam recole, inquit, quid reſponderit liberator

S Aug. ipſe atque Saluator his qui ei dixerant, vt exiret de Ieroſolymis: Ecce, inquit, eijcio dæmonia, & ſanitates perficio hodie & cras, & tertia die conſummor. Lege Euangelium, & vide poſt quantū

D tempus paſſus fuerit, & reſurrexerit. Ergo mentitus eſt? abſit. Sed ſignificauit aliquid quod iſta inter nos quæſtione verſatur. Expulſio quippe eſt dæmonum, remiſſio peccatorum: perfectio ſanitatum, quæ fit proficiendo poſt baptiſmum. Tertia conſummatio eſt, quam ſuæ quoque carnis immortalitate monſtrauit, incorruptibilium beatitudo gaudiorum. Et vtique expulſio dæmoniorum, eſt remiſſio peccatorum: tanquam reſoluta cauſa; per quam hominis animam poſſidebat: perfectio ſanitatum, dum de die in diem proficit Eccleſia, & corruptionis, cuius reatus ablatus eſt, paſſio quotidianâ renouatione minuitur: tertia

E conſummatur, dum reſurrectionem in ſeipſo initiandam mōſtrauit Eccleſiæ, qua ad incorruptionis conſummationem, ſummamque perueniat ſanitatem. Se verò conſummari dixit, & initium & finis ipſe: ipſe caput, & plenitudo corporis, in membris ſuis ipſe perficitur. Tu autem in exemplum rei de qua loquebaris, ſacrilegum ſacrificiū poſuiſti, atque dixiſti; quicquid ad hoc genus pertinet, de iſto vno poſſe monſtrari: quoniam ſi ſemel aliquis Idolis ſacrificauerit, poteſt donec conſequatur veniam, premi iniquitate commiſſi, & manet reatus actione finita. Nullo autē pacto, inquis, fieri poteſt, vt maneat actio, & abſcedat reatus, id eſt, vt dæmonibus iniquis ſacrificare nō deſinat, & tamen liber à propbanitate videatur.

Hoc de ſacrificio Idolis oblato veriſſimè dicis: actus eſt enim qui opere ipſo peragitur, & nō erit: & ſi iterū fit, alterum fit, (*ſaltem numero*) impietas verò ipſa qua hæc fiunt, tandiu manet donec idolis renuntietur, & credatur in Deum. Idolis itaq; ſacrificatum, factum eſt tranſiens, non vitium manens. Impietas verò qua ſacrificatum eſt, quia & illo peracto manet, videtur eſſe concupiſcentiæ ſimilis, qua commiſſum eſt adulterium. Sed errore ſublato, quo illa impietas etiam pietas putabatur, nunquid Idolis aliquem ſacrificare delectat, & in illū huiuſmodi deſiderium commouetur?

B Nullo modo igitur ſimile eſt, quod pro ſimili ponendum putaſti. Nullo modo, inquam, ſimile eſt ſacrificium tranſiens manenti cōcupiſcentiæ, quę hominem iam non committentem quod ſolet ei conſentiendo committere, iam plena fide & cognitione retinentem non eſſe talia facienda, ſtimulus tamen illicitorum deſideriorū quibus reſiſtit caſtitas, inquietare nun ceſſat: neq; ſi tentatia ſinitur vt non ſit, ſed continentiâ refrænatur, vt quo tendit, peruenire non poſſit. Quapropter ſicut Idolis immolatio, quæ iam nec in actione eſt, quia præterijt, nec in voluntate, quia error quo fiebat abſūptus eſt; manet tamen reatus eius (*culpæ præterita macula obligans ad pœnam*) donec in la-

C uacro regenerationis, peccatorū omnium remiſſione ſoluatur: ſic è contrario, quāuis reatus (*culpæ originalis, & obligationis ad pœnam, vel etiam actualis in adulto infidelis*) malæ concupiſcentiæ eodem baptiſmate ſit ſolutus; manet tamen ipſa, donec ab eo qui poſt eiecta dæmonia perficit ſanitates, medicinâ perficiente ſanetur.

Proſequitur vrgens Iulianum ex conceſſo reatu manente, facti tranſacti Idololatriæ: Sed quæſo te, inquit, cùm & ipſe concedas peccati facti atque tranſacti reatum manere, niſi ſacro fonte diluatur; dic mihi reatus iſte quis ſit, & vbi maneat iam homine correcto, rectèque viuente, non tamen peccatorum remiſſione liberato? Subiectum eſt reatus iſte, id eſt ſubſtantia, ſicut ſpiritus, ſicut corpus? An in ſubiecto, ſicut febris, aut vulnus in corpore? Siue auaritia, vel error in animo? in ſubiecto eſſe dicturus es. Neq; enim reatum affirma- Aug.

D bis eſſe ſubſtantiam. In quo igitur tibi videtur eſſe ſubiecto? Cur quæram vt reſpondeas, & non potius verba tua ponam? Actu, inquis, prætereunte, manet eius reatus in illius conſcientia qui reliquit, donec dimittatur. Ergo in ſubiecto eſt, hoc eſt, in animo eius qui deliquiſſe ſe meminit, & ſcrupulo angitur conſcientiæ, donec fiat delicti remiſſione ſecurus. Quòd ſi obliuiſcatur ſe deliquiſſe, nec eius conſcientia ſtimuletur, vbi reatus ille quem tranſeunte peccato manere concedis, donec remittatur? Non eſt certè in corpore, quia non eſt eorum accidentium quæ accidunt corpori. Non eſt in animo, quia eius memoriam dele-

E uit obliuio: & tamen eſt. Vbi eſt igitur, cùm iam benè viuat homo, nihil tale committens? Nec dici poſſit, eorum peccatorum, eius reatum manere qui meminit, eius verò qui oblitus eſt non manere. Manet quippe omnino donec remittatur. Vbi ergo manet niſi in occultis legibus Dei, quæ conſcriptæ ſunt quodammodo in mentibus Angelorum, vt nulla ſit iniquitas impunita, niſi quam ſanguis mediatoris expiauerit, cuius ſigno crucis conſecratur vnda baptiſmatis, vt ea diluatur reatus tanquam in chirographo ſcriptus in notitia ſpiritalium poteſtatum, per quas pœna exigitur peccatorum?

Huic chirographo naſcuntur obnoxij, omnes in carne, de carne carnaliter nati eius ab hoc debito

ſanguine liberãdi, qui in carne quidem, & de car- A ne, non tamen carnaliter, ſed ſpiritaliter natus eſt. Natus eſt enim de Spiritu ſancto, ex Virgine Maria. De ſpiritu ſcilicet ſancto, ne eſſet in illo caro peccati: ex Virgine autem Maria, vt eſſet in illo ſimilitudo carnis peccati. (*Dum ſimilis cateris ex Maria nupta, Ioſeph filius putabatur. paſſibilis & mortalis, vt cateri.*) Ideo illi chirographo non venit obnoxius, & ab illo ſoluit obnoxios. Neque enim nulla eſt iniquitas (*imò verò iura omnia peruertuntur, & rectus ordo ſubuertitur,* (cùm in vno homine, vel ſuperiora inferioribus turpiter ſeruiunt, vel inferiora ſuperioribus contumaciter reluctantur, etiamſi vincere non ſinantur. B Hanc iniquitatem ſi homo ab homine altero forinſecus auerſante pateretur, quia in illo non eſſet, ſine illo vtique puniretur. Quia vero in illo eſt, aut cum illo punietur, aut illo ab eius reatu liberato, ſic in certamine aduerſus ſpiritum perſeuerat, vt hominem iam non reum, ad nulla poſt mortem tormenta tranſmittat, non alienet à regno Dei, nulla damnatione faciat detineri: Neque vt ea penitus careamus, velut aliena natura ſeiungatur à nobis, ſed quia noſtræ naturæ languor eſt, ſanetur in nobis.

Quid hic non ſanum, non ſapidum, non ſublime, non cœleſte? Et tamen quaſi ad ridiculam, infantinam, exploſibilem ratiocinationem, toto cachinno debacchatur aduerſarius, qui certè ſi locum intelligeret plus admirationis quàm irriſionis, & ſumeret ſibi & ſuo lectori tribueret. Cùm enim truncatum locum Auguſtini poſuiſſet: C Ergo, inquit, ſecundùm Auguſtinum, reatus peccati commiſſi & præteriti, donec remittatur, non manet, neque in corpore, neque in anima eius qui eo pollutus eſt, ſed in Angelorum, ad punitionem peccatorum deputatorum, notitia & intellectu. Et hic eſt eius particularis & priuatus ſenſus, quantum ad hoc argumentum. *Ex induſtria, quod præcipuum eſt, in ſua concluſione præteriÿt, nempe quod abſolutè, & principaliter dixit Auguſtinus, & id quod tantùm* quodammodo *ſcripſit, principale fecit, vt mala fides eius eluceat. Ita enim Auguſtinus:* Vbi ergo manet, niſi in occultis D legibus Dei, quæ conſcriptæ ſunt quodammodo in mentibus Angelorum. *Pergit aduerſarius:* quòd ſi petamus quid circa hanc cauſam in Eccleſia credere debeamus, nos mittet aliquis ad præſcriptum textum huius ſancti Patris, nullamque aliam proferet aſſerti ſui rationem, præter iſtam. Sanctus Auguſtinus dixit; ergo id credendum eſt. Atqui hæc Auguſtini propoſitio quam nunc examinauimus, gratiam Ieſu Chriſti reſpicit. *Quod examen, rogo, quæ diſcuſſio in his adhibita, ne verbo quidem examen attigit, & ſolidiſſimam, quam non capit, Eminentiſſimi omnium Doctoris ſententiam carpit, & à doctiſſimis quibuſque receptam explodit, & quaſi particularem excludit, & vt plebicula ignorantis oculis illudat, ad cauſam gratiæ detorquet hunc locum, & ſenſu priuato locutum Auguſtinum* E *fingit, vt à fide doctoris gratiæ incautos lectores abducat.*

Aug. *Sed donec rem accuratius expendam, alium Auguſt. locum quem non legit aduerſarius, ſimilem profero. Libro primo de nuptÿs & concupiſcentia capite* 26. In eis, inquit, qui regenerantur in Chriſtu, cùm remiſſionem accipiunt prorſus omnium peccatorum, vtique neceſſe eſt, vt reatus etiam huius licet adhuc manentis concupiſcentiæ remittatur, vt in peccatum ſicut dixi, non imputetur. Nam ſicut eorum peccatorum quæ manere non poſſunt, quoniam cùm fiunt, prætereunt, reatus A tamen manet, & niſi remittatur, in æternum manebit: ſic illius concupiſcentiæ quando remittitur, (*peccatum originale intelligit, quod concupiſcentia carnali contrahitur, quod baptiſmo prorſus remittitur quantum ad vtrumque reatum, licet maneat fomes & concupiſcentia illiciens ad actualia peccata,*) reatus aufertur. Hoc eſt enim non habere peccatum, reum non eſſe peccati.

Tum ſubÿcit exemplum peccati actualis. S. Aug. Nam ſi quiſquam, verbi gratia, fecerit adulterium, etiam ſi numquam deinceps faciat, reus eſt adulterij, donec reatus ipſius indulgentiâ remittatur. Habet ergo peccatum, quamuis illud quod admiſit iam non ſit, B quia cum tempore quo factum eſt præterijt. Nam ſi à peccandu deſiſtere, hoc eſſet non habere peccatum, ſufficeret vt hoc nos moneret ſcriptura Eccl. 21. Fili, peccaſti, non adÿcias iterum: Non autem ſufficit, ſed addidit; & de priſtinis deprecare vt tibi remittantur. Manent ergo, niſi remittantur. Sed quomodo manent, ſi præterita ſunt, niſi quia præterierunt actu, manent reatu: (*Quid clarius? Quid abſolutius ad vincendum, conuincendum, vincendumque aduerſarium?*) Sic itaque fieri è contrario poteſt, vt etiam illud maneat actu, (*peccatum enim ab Apoſtolo ipſa concupiſcentia dicitur, vbi de eius motibus dicit, non ego operor illud, ſed quod manet in me peccatum:*) prætereat reatu. Agit enim aliquid concupiſcentia carnis, & quando non exhibetur ei, vel cordis aſſenſus vbi regnet, vel membra, vel C arma quibus impleatur; agit autem quid, niſi ipſa deſideria mala & turpia?

Satis ſuperque ſuam mentem Auguſtinus aperuit; ſed ne quid ſuperſit dubÿ, rem totam planius & plenius propter tardiores exponam. Certè manere non poſſunt actus quibus peccata committuntur, quia actu ipſi prætereunt. Atq; vt ordine procedam: videamus quomodo Auguſtinus peccatum definit, libro 22. contra Fauſtum capite 27. Aug. Peccatum eſt, factum, vel dictum, vel concupitum aliquid contra æternam legem. Lex verò æterna, eſt ratio diuina, vel voluntas Dei, ordinem naturalem conſeruari iu- D bens, perturbari vetans. Quiſnam igitur ſit in homine naturalis ordo, quærendum eſt: conſtat enim homo ex anima & corpore. Sed hoc & pecus. Nulli autem dubium eſt animam corpori naturali ordine præponendam. Verùm animæ hominis ineſt ratio quæ pecori non ineſt. Proinde ſicut anima corpori, ita ipſius animæ ratio, cæteris eius partibus quas habent & beſtiæ, naturæ lege præponitur. In qua iſta ratione, quæ partim contemplatiua eſt, partim actiua, proculdubiò contemplatio præcellit. In hac enim & imago Dei eſt, qua per fidem, ad ſpeciem reformamur. Actio itaque rationalis contemplationi rationali debet obedire; ſiue per fidem imperanti, ſicut eſt quandiu peregrinamur à Domino: ſiue per ſpeciem, quod erit quando ſimiles ei erimus, quo- E niam videbimus eum ſicuti eſt; effecti etiam in ſpiritali corpore, ex gratia eius, æquales Angelis eius, receptâ ſtolâ primâ immortalitatis & incorruptionis, qua induetur hoc mortale & corruptibile noſtrum, vt abſorbeatur mors in victoriam, (*ipſa concupiſcentia ſublata quæ nunc illicit ad peccandum*) iuſtitiâ perfectâ per gratiam. Quia & ſancti ac ſublimes Angeli habent contemplationem, & actionem ſuam: id enim ſibi agendum imperant, quod ille quem contemplantur iubet, cuius æterno imperio liberaliter, quia ſuauiter, ſeruiunt. Nos verò, quorum corpus mortuum eſt propter peccatum, (*& continuò exhalat fœtor*

tiam & Dei gratiam ablato, manſit reatus multiplicis pœnæ & miſeriæ, & mortis, & pœnalis vſque ad mortem concupiſcentiæ. In qua concupiſcentia filios generans, totam poſteritatem originali peccatò, & concupiſcentia infecit: quo peccato, ex concupiſcentia deriuato, licet ea quoad actum in generatione tranſeunte, & reatu culpæ, & pœnæ æternæ per lauacrum regenerationis ablato, manet in omnibus Adæ filiis ex lege communis reatus concupiſcentiæ, abſtrahens & illiciens ad peccatum actuale vſque ad mortem. Quod quidem ſic in Adæ filiis, ſicut in primis parentibus, contra legem æternam committitur, vt habet Auguſtinus libro primo de ſer. Dom. in monte cap. 23. Sanè, inquit, conſi-

Aug. derandum eſt, quod non dixit omnis qui concupierit mulierem, ſed qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, id eſt hoc fine, & hoc animo attenderit, vt eam concupiſcat: quod iam non eſt titillari delectatione carnis, ſed plenè conſentire libidini, itaut non refrenetur illicitus appetitus, ſed ſi facultas data fuerit, ſatietur. Nam tria ſunt quibus impletur peccatum, ſuggeſtione, delectatione, & conſenſione. Suggeſtio ſiue per memoriam fit, ſiue per corporis ſenſus, cùm aliquid videmus, aut audimus, vel olfacimus, vel guſtamus, vel tangimus. Quo ſi frui delectauerit, delectatio illicita refrenanda eſt. Velut cùm ieiunamus, & viſis cibis palati appetitus aſſurgit, non fit niſi delectatione, ſed huic tamen non conſentimus, ſi eam dominantis rationis iure cohibemus: ſi autem conſenſio facta fuerit, plenum peccatum erit: notum autem Deo in corde noſtro, *(in legibus æternis vt infra dicemus,)* etiamſi facto non innoteſcat hominibus. Ita ergo ſunt iſti gradus, quaſi à ſerpente ſuggeſtio fiat, id eſt lubrico, & volubili, hoc eſt temporali corporum motu: quia & ſi qua talia phantaſmata intus verſantur in anima, de corpore forinſecus tracta ſunt: & ſi quis occultus præter iſtos quinque ſenſus motuſque corporis animum tangit, eſt etiam ipſe temporalis & lubricus: Et ideo quanto illabitur occultius vt cogitationem contingat, tanto conuenientius ſerpenti comparatur. Tria ergo hæc, vt dicere cœperam, ſimilia ſunt illi geſtæ rei quæ in Geneſi ſcripta eſt, vt quaſi à ſerpente fiat ſuggeſtio, & quædam ſuaſio, in appetitu autem carnali, tanquam in Eua delectatio: in ratione verò tanquam in viro conſenſio: quibus peractis, tanquam de Paradiſo, hoc eſt de beatiſſima luce iuſtitiæ, *(& tranquillitate & pace animæ; vnde & ex Paulo tribulatio & anguſtia in animam operantis malum)* in mortem homo expellitur, iuſtiſſimè omnino. Non enim cogit, qui ſuadet. Et omnes naturæ in ordine ſuo, gradibus ſuis pulchræ ſunt; ſed de ſuperioribus in quibus rationalis animus ordinatus eſt, ad inferiora non eſt declinandum. *(Quod fit peccando contra legem æternam.)* Nec quiſquam hoc facere cogitur; & ideo ſi fecerit, ſine iuſta defenſione punitur. Verumtamen delectatio ante conſenſionem, vel nulla eſt, *(ſcilicet culpa,)* vel tam tenuis vt prope nulla ſit: *(vt ex D. Thoma motus iræ, inuidiæ, &c. Etiam in Iuſtis peccata venialia ſunt)* cui conſentire magnum peccatum eſt, cùm illicita eſt. Cùm autem quiſque conſenſerit, committit peccatum in corde ſuo. Si autem etiam in factum proceſſerit, videtur ſatiari, & extingui cupiditas. Sed poſtea cùm ſuggeſtio repetitur, maior accenditur delectatio: quæ tamen adhuc multo minor eſt quàm illa quæ aſſiduis factis in conſuetudinem vertitur. Hanc enim vincere difficillimum eſt: & tamen etiam ipſam conſuetudinem, ſi ſe quiſque non deſerat, & Chriſtianam militiam non reformidat, illo duce atque adiutore ſuperabit: ac ſi priſtinam poteſtatem atque ordinem; & vir Chriſto, & mulier viro ſubijcitur. *Id eſt animus legi Dei, & caro legi mentis: vt per hoc relicto peccato virtus ametur, & ſecundum legem æternam* abnegata impietate, & ſæcularibus deſiderijs, ſobriè quoad ſeipſum, iuſtè quoad proximum, pièque viuatur quoad Deum.

Cæterùm cùm ſuggeſtionis, delectationis, conſenſus, & ipſius per corporis actus peccati tranſierit, & ita præterierit, vt nihil eius ſuperſit, nihilque præterea reale peccati maneat in animo peccatoris, cùm vt diximus ſit pura priuatio, manet tamen animus ipſe auerſus à Deo, mente cæcus, voluntate corruptus, ipſo peccati pondere compſalte curuatus in terrena, & ad alia peccata pronus, & ad relapſum experta delectatione procliuis. Hæc omnia varijs in locis teſtatur Auguſtinus. Sed quando nihil aliud quàm quod præfato in Iulianum loco ab aduerſario inſultanter obiecto ſcripſiſſet, ſufficienter in verbo reatus *quod dicendum fuit expreſſit. Sine enim de peccato originali ſit ſermo, de quo cum Pelagianis agebatur, certum eſt primum parentem eius authorem peccato ſuo actuali reatum contraxiſſe, tam culpæ quàm pœnæ. Certum eſt rurſum iuxta Auguſtinum, reatu culpæ per pœnitentiam & Dei gratiam ablato, manſiſſe in eo reatum pœnæ, & pœnalis concupiſcentiæ. Certum eſt tertiò omnes Adæ poſteres ex concupiſcentia genitos, reatum & culpæ & pœnæ æternæ contrahere. Certum eſt quartò vtrumque reatum in infantibus baptizatis, ante vſum rationis decedentibus penitus aboleri. Certum eſt quintò in adultis baptizatis reatu culpæ ſoluto, reatum pœnæ concupiſcentiæ vſque ad mortem manere. Certum eſt ſextò quemcumque adultum peccantem mortaliter, amiſſa iuſtificationis gratiâ, dictum vtrumque reatum incurrere, culpæ & pœnæ æternæ, & præter hæc ignem fomitis & concupiſcentiæ feruorem adaugere. Qui ſi excitante gratia efficaci conuertatur, habituali gratia iuſtificatur, & reatu culpæ abſoluitur, & pro modo contritionis, & ſatisfactionis, maximè in Sacramento pœnitentiæ, vel ex parte, vel ex toto etiam à reatu pœnæ fit liber: obſtrictus tamen vſque ad mortem pœnali reatu concupiſcentiæ.*

Iam verò ſi quæritur de eo qui vel prorſus oblitus eſt peccati, vel de eo nullam contritionem pœnitentiamque concepit, præclare de eo ſcripſit Auguſtinus. Non eſt certè in corpore, quia non eſt eorum accidentium, quæ accidunt corpori, non eſt in animo, quia eius memoriam deleuit obliuio, &c Vbi ergo manet, niſi in occultis legibus Dei, quæ conſcriptæ ſunt quodammodo in mentibus Angelorum, vt nulla ſit iniquitas impunita, niſi quam ſanguis mediatoris expiauerit. S. Aug *Cùm ergo, inquit, nec in corpore ſit, nec in animo oblito, nec in conſcientia impœnitente, videtur Auguſt. reatum culpæ in tali peccatore non agnoſcere. Imo verò agnoſcit. ſed Iulianum vt liquet ex proprijs eius verbis exagitat, quem vult conuincere, & cogere confiteri peccatum originale quod negabat, ex eoque relictum in baptizatis reatum concupiſcentiæ: ſicut & in adultero vel idololatra ceſſante actu adulterij, vel idololatriæ, fatebatur reatum manere, donec dilueretur ſacro baptiſmate. Et expreſſit ſupra lib. 1. de nuptiis & concupiſcentia c. 26.* Hoc eſt non habere peccatum, reum non eſſe peccati. Nam ſi quiſquam verbi gratia fecerit adulterium, etiamſi nunquam deinceps faciat, reus eſt adulterij, donec reatus ipſius indulgentia remittatur. Habet ergo peccatum, quamuis illud quod admiſit, iam non ſit, quia cum tempore quo fa-

ctum eſt, præterijt. *Quid vltra negotium ſit Auguſtino, tam clarè dicenti illum habere peccatum, illum eſſe reum, illum contraxiſſe reatum, hoc eſt maculam culpæ donec abluatur, & debitum pœnæ donec pœnitentiâ peccatoris, & Dei indulgentiâ dimittatur. Tertium addam expreſſiſſimum Auguſtini locum, quo reatum culpa ſiue maculam ex actu præterito concu-*
S. Auguſt. *piſcentiæ relictam, in anima concepti infantis docuit libro primo de peccatorum merit. cap.* 24. Si, inquit, à ſalute ac vita æterna hominem niſi peccata non ſeparant, per hæc Sacramenta non niſi peccati reatus in paruulis ſoluitur, de quo reatu ſcriptum eſt, neminem eſſe mundum, nec ſi vnius diei fuerit vita eius.

Vbi quæro quid immunditia illa ſignificet, niſi maculam, quam infans contrahit ex primo parente per concupiſcentiam carnalem conceptus. De qua rurſum macula originali, omnium actualium per concupiſcentiam relictam, reatumque pœnalem etiam in baptizatis repugnantem legi mentis, cum odoleuerint, ſeminarium & fomitem, ibidem Auguſtinus ſubijcit: Vn-
S. Aug. de & illud eſt in Pſalmis. Ego enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis mater mea me in vtero aluit. Aut enim ex perſona generali ipſius hominis dicitur, aut ſi propriè de ſe Dauid hoc dicit, non vtique de fornicatione, ſed de legitimo connubio natus fuit. *Proinde non ad parentum propriorum, propiorumque peccatum reſpicie, ſed ad originale, omnium actualium originem, quod ex Adamo, per concupiſcentiam carnalem conceptus in vtero fuit. Tandem vt ſupra diximus, peccati originalis maculam & reatum in fine eiuſdem capitis, alterius priuationis ſpecie, tenebrarum ſcil. expreſſit ex lo-*
S. Auguſt. *co Ioannis* 12. Ego, inquit, lux in ſæculum veni vt omnis qui crediderit in me, non maneat in tenebris. Hoc dicto, quid oſtendit, niſi in tenebris eſſe omnem qui non credit in eum, & credendo efficere ne maneat in tenebris? Has tenebras, quid niſi peccata intelligimus? *Sicut enim tenebræ ſunt priuatio lucis, vt nox diei, ſic peccatum originale eſt priuatio lucis originalis iuſtitiæ, fidei & gratiæ in anima infantis. Vnde & tract. 44. in Io. 9.* Genus, inquit, genus humanum eſt ille cæcus: hæc enim cæcitas contigit in primo homine per peccatum, de quo omnes originem duximus, non ſolum mortis, ſed etiam iniquitatis. Si enim cæcitas eſt infidelitas, & illuminatio fides, quem fidelem quando venit, Chriſtus inuenit? *Hinc & ſupra l.*
S. Aug. 1. *de pecc. mer.* Sed quodlibet, inquit, aliud intelligantur hæ tenebræ, profectò qui non credit in Chriſtum, manebit in eis, & vtique pœnales ſunt, non quaſi nocturnæ ad quietem animantium neceſſariæ. Proinde paruuli, ſi per Sacramentum quod ad hoc diuinitus inſtitutum eſt, in credentium numerum non tranſeant, profectò in his tenebris remanebunt.

Et hic confirmat pœnas ſenſus in tenebris pœnalibus, quas cum igne paruulos pati ſuperius fuſiſſimè probauimus. Sed quid voluit Auguſtinus dicens oblita peccata, vel pœnitentiâ non deleta, manere in legibus æternis, paucis exponam, & duobus modis intelligi dicam. Primò quidem cùm lex ſit iuſta & recta regula agendorum, & lex æterna ſit ratio & voluntas diuina, naturalem ordinem ſeruari iubens & perturbari vetans, videt Deus in iuſtitia ſua, ſanctitate ſua, ſapientia ſua, & recto ordine rerum omnium, quaſi in oppoſito & contrario, inordinationem, peruerſitatem, iniuſtitiam, inſipientiam peccatoris. Pulchrè Auguſtinus in Pſal. 34. Concione ſecunda. Quæ ignorabam interrogabant me. Quod, inquit, alienum eſt ab

A opere, alienum eſt à conſcientia; quod alienum eſt à conſcientia, alienum videtur à ſcientia. Ita dicitur Deus neſcire, quomodo ars non nouit vitia, & tamen per artem cognita dijudicantur, &c. Numquid non nouerat, quos damnabat? Aut poteſt iuſtè damnari niſi qui malus cognoſcitur? Et tamen bonus cognitor non eſt mentitus dicendo, non noui vos; non coaptamini corpori meo, non hæretis regulis meis, vitijs hæſiſtis, ego autem ars ipſa ſum quæ non habet vitium, & in qua quiſque non diſcit, niſi non facere vitium.

Chriſtus itaque petra eſt in qua ſerpens veſtigium non reliquit, ſicut nec in ſanctiſſima ſua matre. Pecca-
B *tum autem originale & actuale vtà ſicut colubri, quas videt Deus vt maculas in anima peccatoris, vt obiectum odij ſui. Videt in legibus æternis prohibentibus, videt in Chriſto filio innocente cum Auguſtinus ſupra.* Aug.
Domine quid ignorabas? Quid tu potuiſti interrogari quod neſciebas? Reſpondit, iniquitates ignorabam, de iniquitatibus interrogabar, &c. Peccatum ignorabat, non quaſi non iudicando, ſed non committendo. *Adhæc, quantumcumque peccati actus, & ex eo ſumpta delectatio prætereat, & à memoria, vel conſcientia peccatoris impœnitentis præterfluat; manet nihilominus anima peccatrix & rea, & vtique tam culpa quàm pœna reatus obnoxia, & offenſi Dei oculis irati, & legibus eius æternis op-*
C *poſita. Præterijt certè actus peccati, ſed manet violatum licet à peccatore inuiolabile mandatum offenſi iudicis Dei, qui præceptum poſuit,* & non præteribit.

Audi quid comminatur iratus peccatori. Exiſtimaſti, inique, quòd ero tibi ſimilis? Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam. Intelligite hæc qui obliuiſcimini Deum, nequando rapiat, & non ſit qui eripiat. *Vt ergo concludam & abſoluam paucis, rectiſſimè dixit Auguſtinus, in animo peccatoris obliti, nec pœnitentis, peccati præteriti reatum manere donec remittatur, lauacro ſcil. baptiſmi, vel pœnitentiæ ex magna Dei miſericordia. Rectiſſime dixit nihil, actu præterito, reale ſcil. & poſitiuum manere in anima peccatoris, neque in anima, neque in corpore, manere tamen in legibus & rationibus æternis: tum quod Deus per ſuam perfectionem & ſanctitatem; ſemper ſeipſum intuens videt attributa ſua contraria deformitati peccati, ſicut regula rectiſſima ſemper arguens*
D *diſtortas lineas, & ſuæ rectitudini repugnantes. Tum quod in eiſdem rectis regulis & legibus æternis, decretis iuſtitiæ diuinæ, ſeruat debitam & prætaxatam ab æterno ſingulis peccatoribus pœnam, quorum reatus tam quoad maculam, quàm ad pœnæ obligationem, manet in anima peccatoris. In quo manet ordo & relatio rationis ad dictam pœnam, cui eſt merito à Deo deputatus. Nec priuata eſt hæc Auguſtini ſententia, nec erronea, ſed vera. Videndus Medina in prima* 2. *q.* 86. *a.* 2. *ad primum. Scotus in* 4. *diſt.* 14. *q.* 1. *Gabriel in* 4. *diſt.* 14. *q.* 1. *docet, quod homo poſt actum tranſactum denominatur peccator ab ordinatione diuina, qua ad pœnam propter peccatum, debitam ordinatur ad pœnam. Ex quo infert peccatum dici deleri, ex eo quod qui prius erat ordinatus ad pœnam, poſt-*
E *modum ordinatur ad vitam. Vnde & dicit maculam offenſam, & reatum idem eſſe. Almaynus, Holcot & quidam alij iuxta Medinam ſupra, ſcribunt hominem appellari peccatorem ab actu peccati præterito, propter quem manet obligatus ad pœnam. Notandum tamen eſt iuxta Gamachium eadem q.* 86. *in D. Tho. c.* 1. *num.* 3. *in fine, Pium V. & Greg.* 13. *damnaſſe aſſertionem.* 53. *Michaëlis Baij quæ ſic habebat*: Tran-

ſeunte actione peccati, nihil manere præter reatum & obligationem ad pœnam; & in Sacramentis baptiſmi & pœnitentiæ remoueri tantùm hunc reatum.

Sed longè eſt ab iſta ſententia mens Auguſtini, vtrumque reatum & culpa & pœnaagnoſcens; præter quem in Sacramentis remotum, (in quo maximè damnatus eſt Baius) gratiam, fidem, iuſtitiam, ſanctitatem, & cætera dona ſupernaturalia iuſtificatis realiter infundi vbique conſtanter aſſeruit. Claudamus hoc argumentum eiuſdem Sanctiſſimi Doctoris eximio loco, quo ſic inducit Dauid peccatorem orantem in Pſal. 50. Auerte faciem tuam à peccatis meis, &

S. Aug. omnes iniquitates meas dele. (*Sed tu lector aduerte maculam in anima quam deleri poſcit,*) Auerte, B inquit, faciem tuam, non à me, ſed à peccatis meis. Alibi quippe orans dicit; ne auertas faciem tuam à me. Qui non vult à ſe auerti faciem Dei, vult auerti faciem Dei à peccatis ſuis. Peccatum enim vnde ſe Deus non auertit, aduertit. Si aduertit, animaduertit. Auerte faciem tuam à peccatis meis, &c. Satagit de illo grandi peccato, (*adulterij & homicidij*) plus præſumpſit, omnes deleri vult, deleri omnes iniquitates ſuas. Præſumit de medici manu, de magna illa miſericordia quam in principio Pſalmi inuocauit: Omnes iniquitates meas dele. Auertit faciem ſuam Deus, & ſic delet: aduertendo ſcribit. Audiſti auertendo delentem, audi aduertendo quid facientem. Pſalmo 33. Vultus autem Domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. (*Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur: recedentes à te in terra ſcribentur: ait idem pſaltes.*) Hic autem quid rogat? Auerte faciem tuam à peccatis meis. Benè rogat. Ipſe enim non auertit faciem à peccatis ſuis, dicens. Quoniam peccatum meum ego cognoſco. Meritò rogas, & benè rogas, vt Deus auertat faciem à peccato tuo, ſi tu inde non auertis faciem. Si verò tu peccatum tuum in dorſo ponis, Deus ibi faciem ponit; tu peccatum tuum ante faciem tuam conuerte, ſi vis vt inde Deus faciem ſuam auertat. *Maculam tuam, deformitatem agnoſce, erubeſce, confitere, pœnitere, & Deus ignoſcet. Paulò ſupra præmiſerat:* Non Domino, non erit impunitum

Aug. peccatum meum. Noui iuſtitiam eius, cuius quæro miſericordiam; non impunitum erit, ſed ideo nolo vt tu me punias, quia ego peccatum meum punio: ideo peto vt ignoſcas, quia ego agnoſco, & delictum meum coram me eſt ſemper. *Video maculam, eius imploro deletionem & ablutionem.*

Supereſt vt vno verbo expediam quod de Angelis dixit Auguſtinus: Vbi ergo manet niſi in occultis

Aug. legibus Dei, quæ conſcriptæ ſunt quodammodo in mentibus Angelorum, &c. In notitia ſpiritalium poteſtatum, per quas pœna exigitur peccatorum? *Quo loco nil omnino ambiguum video. Quid enim clarius & euidentius dicere potuit? Suppoſito quod peccator præteriti delicti immemor & prorſus oblitus, nec facti pœnitens eſſe poſſit cuius omnino non recordatur, nullo conſcientiæ verme mordente, vel benè iam viuente homine, & à præteritis quidem ceſſante peccatis, ſed eorum pœnitentiam non agente: cum eorum reatus maneat donec remittantur:* Vbi manent niſi in occultis legibus Dei, (*modis quos ſupra diximus,*) conſcriptis quodammodo in mentibus

Aug. Angelorum? *Siue quod etiam occulta cordium, Deo reuelante cognoſcant: ſiue, quod ſuæ militiæ miniſtris, & ſententia diuinæ executoribus notum faciat, & grauitatem culpæ delinquentium, & pro menſura deli-* A *cti plagarum modum: ſiue iuxta pſaltem, quod & frequentius eſt: fiant* immiſſiones per Angelos malos: *Vt & Paulus inceſtum Corinthium* Tradidit Satanæ in interitum carnis: *Siue nonnunquam prout iudici placuerit etiam per bonos & beatos id miniſterium exerceat Angelos; ſicut, referente ipſo Hieronymo, coram tremendo eius tribunali, ſeueriſſimis ipſum corripuere flagellis, quod ciceronianus eſſet, & huius oratoris potius, quàm Scripturæ ſacræ lector aſſiduus. Ita & 2. Machabæorum cap.* 3. 25. *Heliodorus expilator ærarij templi ab Angelis magnis eſt affectus plagis.*

Apparuit quidam equus terribilem habens B ſeſſorem optimis operimentis adornatus: iſque cum impetu Heliodoro priores calces eliſit, qui autem ei ſedebat, videbatur arma habere aurea. Alij etiam apparuerunt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, ſpecioſique amictu: qui circumſteterunt eum & ex vtraque parte flagellabant, ſine intermiſſione multis plagis verberantes, &c. *Quid referam* Angelum primogenita Ægypti ab homine vſque ad pecus, *percutientem? Quid alium* 185. *millia hominum de exercitu Sennacherib Deo mandante cadentem? Superſedeo plura de re notiſſima dicere, vnum aduerſarium Auguſtini correctione fraterna velim admonitum, vt ab huiuſmodi ſcriptorum Auguſtini cenſuris de cætero abſtinens pœniteat; vel non paruum reatum contraxiſſe ſe nouerit,* in legibus æternis, conſcriptis quodammo- C do in mentibus Angelorum, in notitia ſpiritalium poteſtatum, per quas pœna non leuis exigetur talium peccatorum.

An S. Petrus præſumens ſe moriturum pro Chriſto non peccarit mortaliter, & ideo dicendus ſit caput Pelagianorum; quidue circa hæc cum Tertulliano docuerit Auguſtinus.

T*Ertullianum eximium priuilegiorum Petri Apoſtolorum principis prædicatorem lego, ſed nuſpiam criminatorem agnoſco. 4. contra Marc. cap.* 13. Affectauit, inquit, chariſſimo diſcipulorum de fi- D guris ſuis peculiariter nomen communicare, &c. Mutat & Petro nomen de Simone, &c. Si ob vigorem fidei, multæ materiæ, ſolidæque nomen de ſuo accommodarent. An quia & Petra, & lapis Chriſtus? Siquidem & legimus eum in lapidem offendiculi, & in Petram ſcandali. *Sapientiam eius diuinam prædicat 4. cont. Marc. c.* 20. Interroganti Domino, quiſnam illis videretur, cùm pro omnibus reſponderet, tu es Chriſtus: non poteſt non eum ſenſiſſe Chriſtum, niſi quem nouerat in Scripturis, quem iam recenſebat in factis. *Et libr. de præſcr. c.* 22. Latuit aliquid Petrum, ædificandæ Eccleſiæ Petram dictum, claues regni cælorum conſequutum, & ſoluendi & alligandi in cælis & in terris poteſtatem? *Et libro de pudic. c.* 21. In ipſo, inquit, Eccleſia extructa eſt, id eſt per ipſum; ipſe clauem induit, &c. Ipſe primus in Chriſti E baptiſmo reſerauit aditum cæleſtis regni, quo ſoluuntur alligata retro delicta, & alligantur quæ non fuerint ſoluta, ſecundùm veram ſalutem; & Ananiam vinxit vinculo mortis, & debilem pedibus abſoluit vitio valetudinis.

Quid plura? Et diuino ſuſpenſus Chriſti transfigurati ſpectaculo, & tonante de nube Patris oraculo ſtupefactus, adeò Magiſtri ſui amore raptus, & ſuimet oblitus eſt, vt de eo ſcripſerit Tertull. l. 4. cont. Marc. c. 22. Petrus, inquit, merito contubernium Chri-

A *in verſum, qui coronat te, &c. Et alibi paſſim, vbi fu- ſiſſimè probat argumentis ex tota Scriptura ſane intellecta deductis, nulla ſine gratia per ſe efficaci eſſe liberi arbitrij merita, Deique gratiæ omnem noſtram iuſtitiam imputandam, ac per conſequens gloriam, & vitæ æternæ mercedem: cæterùm id certum ex Sanctiſſimi Patris Auguſtini doctrina teneamus libro tertio operis imperfecti contra Iulianum capite 18.* Bonus eſt Deus, iuſtus eſt Deus. Poteſt aliquos ſine bonis meritis liberare (*ſicut infantes, & plurimos adultos ſtatim poſt baptiſmum mortuos,*) quia bonus eſt: non poteſt quenquam ſine meritis, (*malis*) damnare, quia iuſtus eſt.

B

An Patres Auguſtino priores, in cauſa gratiæ potius ſequendi ſint: Tertulliani exemplo, qui præceſſores eſt inſequutus.

TErtulliani lectoribus conſtat, ipſum, Patrum anteceſſorum ſuorum veſtigia ſequutum in multis, & eorum authoritati plurimum tribuiſſe. Irenæum etenim imitatus eſt ad verbum, ſtilum exerens aduerſus Valentinianos, cuius etiam pleraque verba tranſſcripſit. Et in Apologetico ſuo Iuſtini Martyris Apologias contra gentes ſequitur, quem etiam Philoſophum appellat, & Miltiadem Eccleſiarum Sophiſtam, & C *Proculum quem adhuc Catholicum vocat Chriſtianæ eloquentiæ dignitatem. Hos omnes vna periodo complexus eſt libro contra Valentinianos, capite quinto.* Nec, inquit, vndique dicemur ipſi nobis finxiſſe materias, quas tot iam viri ſanctitate & præſtantia inſignes, nec ſolum noſtri anteceſſores, ſed ipſorum Hæreſiarcharum contemporales, inſtructiſſimis voluminibus & prodiderunt, & retuderunt: vt Iuſtinus Philoſophus & Martyr, vt Miltiades Eccleſiarum Sophiſta, vt Irenæus omnium doctrinarum curioſiſſimus explorator, vt Proculus noſter virginis ſenectæ, & Chriſtianæ eloquentiæ dignitas: quos in omni opere fidei, quemadmodum in iſto, optauerim aſſequi. *Nec* D *degener Afer ab Afro, Aurelius à Septimio, Auguſtinus noſter à Tertulliano, quem ſupra vidimus in ipſis gratiæ & liberi arbitrij argumentis, plurimos pro ſe Eccleſiæ Patres in ſua, quid dico? Eccleſiæ Catholicæ doctrinæ confirmationem adducentem. Legat aduerſarius ſcriptos ab eo contra Iulianum libros, alioſque contra Pelagianos, in quibus frequentiſſime citat Iren. Cyprianum, Baſilium, Reticium, Ioannem Epiſcopum Conſtantinopolitanum, Gregorium Nazianzenum, Hilarium, Ambroſium, Hieronymum, &c. Quorum authoritate fultus, non tantùm, vt vult aduerſarius, probat omnes Adæ filios ex Patre trahere originale peccatum, ſed eo licet lauacro ſalutari delete, omnes contra relictam concupiſcentiam luctari, nec ſine diui-* E *na gratia vincere poſſe,* declinare à malo & facere bonum, *per omnia conuincit. Vno aut altero Auguſt. loco contentus cæteros breuitatis cauſa ſubticebo. Libro primo operis imperfecti contra Iulianum capite 4.*

S. Auguſt. I, nunc, & mihi obijce originale peccatum, diſſimula ab iſtis, finge te neſcire quid dicant, & ſanctæ Eccleſiæ tot tantoſque Doctores, qui vitâ optime geſtâ debellatiſque ſuorum temporum erroribus, glorioſiſſimè de hoc ſæculo antequam vos ebulliretis, exierunt; velut eis non viſis, in me impetum faciens, & velut neſciens, quòd illi ſub meo nomine lacerentur, tanquam ſecurus inſulta, &c. Cernis quàm tibi pernicioſum ſit tam horribile crimen obijcere talibus (*naturam mali cum Manichæis inducere*) & quàm mihi glo- A rioſum ſit quodlibet crimen audire cum talibus, &c.

Et cap. 6. vbi Ioannis Conſtantinopolitani cauſam tuetur eiuſque probat cum cæteris Patribus conſenſum, eo quod dixiſſet infantes peccata non habere, ſed propria; cum & eum alijs locis expreſsè id docentem inducat. Abſit, inquit, vt Conſtantinopolitanus Ioannes de baptiſmate paruulorum, eorumque à paterni chirographi liberatione per Chriſtum, tot ac tantis Coepiſcopis ſuis, maximéque Romano Innocentio, Carthaginenſi Cypriano, Cappadoci Baſilio, Gregorio Nazianzeno, Gallo Hilario, Mediolanenſi reſiſtat Ambroſio. Alia ſunt in quibus inter ſe aliquando etiam doctiſſimi atque B optimi regulę Catholicæ defenſores, ſaluâ fidei compage non conſonant, & alius alio de vna re melius aliquid dicit & verius. Hoc autem vnde nunc agimus ad ipſa fidei pertinet fundamenta, &c. *Supra autem vidimus in quæſtione de doctrina Auguſtini, non tantum eius ſenſum de peccato originali & perditionis maſſa communi, ſed & cætera ei neceſſario connexa, prædeſtinationem ſcil. gratuitam, & media ad finem vltimum conſequendum neceſſaria beneficia gratis omnino à Deo dari, Deumque in nobis efficaci gratiâ operari, velle & operari; incipere bonum opus, & perficere vſque in aduentum Domini, ſcriptura, Patrum, Conciliorum, Pontificum authoritate, ſatis ſuperque conuicit, vt mirum ſit aliquod in poſte-* C *rum attento lectori ſuper huiuſcemodi, dubium poſſe ſuboriri.* (Aug.)

Quod autem Auguſtinus eodem libro 1. contra Iul. cap. 7. partes ſancti Ioannis Conſtantinopolitani ſuſtinent, hoc ego aptiſſime in aduerſarium Auguſtini retorqueo, ſolitum pauculos locos Auguſtini contra libros & tomos integros opponere, quibus in locis, vel nondum ortis Pelagianis gratiæ necdum examinatis argumentis, locis inſuper ab eodem rem accuratius ex profeſſo tractante retractatis perperam abutitur. Cui ipſius Auguſt. verbis reſpondeo. Quid te, inquit, adiuuit, (Aug.) quod Ioannis Conſtantinopolitani, (*audiat Auguſtini*) tanquam tibi ſuffragetur, teſtimonium poſuiſti? An vt vnum verbum quaſi ab eo præter- D miſſum, velut acuta calliditate captares, & tot verborum eius quibus obrueris, tam ingentem tibi aggerem commoueres? In tantum improuidus & incautus, vt nec in ipſa homilia, vbi vix vnum, de quo malè intellecto decepti deciperetis, teſtimonium reperire potuiſtis. Aduerteres S. Ioannem Conſtantinopolitanum ſatis euidenter expreſſiſſe, omnes homines exceptis debitis proprijs, paterni eſſe chirographi debitores. *Verba eius Græcè relata ſic tranſtulit cap. 6.* Venit ſemel (S. Aug.) Chriſtus, inuenit noſtrum chirographum paternum quod ſcripſit Adam. Ille initium induxit debiti, nos fœnus auximus poſterioribus peccatis. E Numquid contentus fuit dicere, paternum chirographum, niſi adderet noſtrum? Vt ſciremus, antequam fœnus peccatis noſtris poſterioribus augeremus, iam illius chirographi paterni ad nos debitum pertinere.

Sed deleto Christi ſanguine in baptiſmo chirographo, concupiſcentia tamen repugnans legi mentis, extincta non eſt, cui, ad ſingulos actus virtutis debellanda, neceſſaria eſt gratia medicinalis Redemptoris. Vnde l. 2. cont. Iul. cap. 5. adducto Ambroſio, Cypriano, Gregorio, Naz. Agnoſce, inquit, fili Iuliane conſonas Catholicas voces, & ab eis deſine diſſonare cum dicit beatus Gregorius, intra noſmetipſos proprijs vitijs ac paſſionibus impugnamur, & diu noctuque ignitis ſtimulis corporis humilitatis huius, & corporis mortis vrgemur, baptizatus loquitur,

de baptiſmo loquitur, cùm dicit lege peccati quæ eſt in membris noſtris, legi ſpiritus repugnante, baptizatus loquitur, de baptizato loquitur: Chriſtianorum eſt iſta pugna fidelium, non infidelium Iudæorum. Crede, ſi non pugnas, agnoſce ſi pugnas, & in iſta pugna rebellem quoque ſuperbiam Pelagiani erroris expugna. Iamne diſcernis, iamne perſpicis, iamne reſpicis, & in baptiſmate fieri omnium remiſſionem peccatorum & cum baptizatis quaſi ciuile bellum interiorum remanere vitiorum? *Et quis dabit victoriam in ſingulis conflictibus niſi in ſingulis actibus det gratiam Deus & victoriam per Ieſum Chriſtum? Et cui dabit, niſi petenti in nomine Ieſu, vt non inducatur in tentationem? Et cur petet ſi ſemper habet, & tenetur ei dare Deus ſemper & vbique gratiam ſufficientem, quam ſemper poſſit ſuo libero arbitrio reddere efficacem? Et quomodo petet niſi habeat in ſe Spiritum ſanctum Abba clamantem, ſpiritum precum & gratiarum dantem, cum neſciamus orare ſicut oportet, nec ſimus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis, & prius de orando debeamus cogitare, quam actu incipiamus orare? An non hoc de fide certum eſt? Non hoc tota Scriptura clamat, Patres, Concilia Auguſtino reſpondens? An ſuo ſenſu priuato, vel Eccleſiæ communi ſcripſit hæc, & toties ſui ſimilis inculcauit? Taceo quod non ſuſtinens aduerſarius, Ambroſio, Leoni, Greg. homini morali, Hieronymo laborioſo bono, Auguſtinum aquilam cunctis Eccleſiæ Doctoribus ſuperferri.* Faciem aquilæ deſuper ipſorum quatuor, *ferre impatiens, non eius modo ſed & omnium Patrum veterum authoritati detrahit, dum nec ipſius, nec aliorum dogmatibus Catholicis plus fidei tribuendum aſſerit, quàm cum aliquis hodiernus Doctor, quid dico quicumque hæreticus, ſanum aliquid cum Eccleſia ſapiens ſcribit. Quod abſit vt aliquis lector fidelis credat, audiat, vel legat patienter. Neque* enim ſpecioſa laus eſt in ore peccatoris. *& hoc poſito, ſubruitur & penitus euaneſcit omnis traditionis authoritas. Nec tam efficacius Eccleſiaſtes in ſuggeſtu, Doctor in cathedra, ſcriptor Catholicus in libro, Trinitatis [illegible] veritatem ſuadebit ex Athanaſio, Hilario, Auguſt. quam ex Caluino, vel Luthero ſententiam proferens.*

Sed mihi nunc prima res eſt cum Auguſtini doctrina de gratia & libero arb. Patribus eius præceſſoribus, non modo congrua, ſed & me[illegible]me. ta quam accuratiori, ſemper ab Eccleſia prælata. In quo nunc ergo Tertullianus duo mihi ſuggerit in commendationem eius apertiſſima. Primum ex libro de baptiſmo c.13. decerpo, In omnibus, inquit, poſteriora concludunt, & ſequentia antecedentibus præualent. *Ibi agebat de neceſſitate baptiſmi, ante cuius inſtitutionem ſola fides vt ait ſufficiebat ad ſalutem.* Fuerit, inquit, ſalus retro per fidem nudam ante Domini paſſionem & reſurrectionem: at vbi fides aucta eſt credendi in natiuitatem, paſſionem, reſurrectionemque eius, addita eſt Sacramento obſignatio baptiſmi, veſtimentum quodammodo fidei, quæ retro erat nuda, nec poteſt iam ſine ſua lege. *Dicam pariter, fuerit retro, nuda fides gratiæ penes Patres anteceſſores Auguſtini, priuſquam orta Pelagiana hæreſis ab Auguſtino diſcuſſa foret, & liberi arbitrij infirmitas, & gratiæ efficacis neceſſitas, eo duce cognita, & a Concilijs & Pontificibus Romanis canonicè ſancita. At vbi fides aucta eſt credendi, addita eſt ampliatio: nec iam a dogmatibus Auguſt. ſacris Canonibus inſertis, & ab Apoſtolica ſede receptis & confirmatis recedere fas eſt. Adeo vt ſi nunc ſuperſtes ageret Auguſtinus humilis ille quondam ſuorum ſcriptorum retractator, quæ de gratia ſcripſit, in libris maximè ad Proſperum & Hilarium ſcriptis, retractare non poſſet, quoniam non ſuam iam, ſed Eccleſiæ factam propriam non [illegible] retractare doctrinam. Nec pigebit tertio inculcare illud ſancti Pont. eſt Hormiſdæ in Epiſtola ſua ad Poſſeſſorem Epiſcopum Africanum.* De arbitrio libero & gratia Dei quid Romana, hoc eſt Catholica ſequatur & ſeruet Eccleſia, licet in varijs libris beati Auguſtini, & maximè ad Hilarium & Proſperum poſſit cognoſci, tamen in ſcrinijs Eccleſiaſticis expreſſa capitula continentur; quæ ſi tibi deſunt, & neceſſaria credis, deſtinabimus: quanquam qui diligenter Apoſtoli dicta conſiderat, quid ſequi debeat, euidenter cognoſcat.

Apoſtolum porro in omnibus & per omnia ſecutus eſt Auguſtinus: ex quibus ſcriptis, & expreſſis verbis concepti ſunt Canones ſecundi Concilij Arauſicani approbati a Boniſac. 2. vt patet ex eius Epiſtola ad Cæſarium Arelatenſium Epiſcopum cuius ſupplicatione confirmat in hac Synodo definita. Hæc Epiſtola à Reuer. P. Sirmundo ſocietatis Ieſu deprompta eſt ex duobus manuſcriptis codicibus Foſſatenſi & Laudunenſi & præponebatur Conc. Arauſicano, cum hac Epigraphe, in hoc codice continetur Synodus Arauſicana, quam per authoritatem. S. Papa Bonifacius confirmauit. Et ideo quicumque aliter de gratia & libero arbitrio crediderit, quàm vel iſta authoritas continet, vel in iſta Synodo conſtitutum eſt, contrarium ſe Sedi Apoſtolicæ & vniuerſæ per totum mundum Eccleſiæ eſſe cognoſcat: *Et hæc ſunt ſcrinia Eccleſiaſtica & capitula quorum meminit S. Hormiſdas.*

Cardinalis Bellarminus l. 2. de gratia & lib. arbitrio cap. 11. Hos duos maximè libros aſſerit à Gelaſio Pontifice approbatos: Sanctus Gelaſius inquit, in Concilio ſeptuaginta Epiſcoporum non ſolum PROBAVIT OMNIA SCRIPTA S. AVGVSTINI, ET S. PROSPERI: ſed etiam contra damnauit libellos Ioannis Caſſiani, & Fauſti Regienſis, cùm tamen non ignoraret potiſſimam contentionem inter Proſperum & Caſſianum, ac deinde inter Fulgentium & Fauſtum, de ſcriptis ſancti Auguſt. DE PRÆDESTINATIONE SANCTORVM, ET BONO PERSEVERANTIÆ fuiſſe. Itaque SEDES APOSTOLICA NON TANTVM SEMEL, SED ETIAM SECVNDO ET TERTIO, ADVERSVS PELAGIANORVM RELIQVIAS PRO DEFENSORIBVS GRATIÆ ET PRÆDESTINATIONIS SENTENTIAM TVLIT, VT IAM HÆC SENTENTIA NON QVORVMVIS OPINIO, SED FIDES ECCLESIÆ CATHOLICÆ DICI DEBEAT.

Nec ſupprimenda eſt S. Remigij Archiepiſc. Lugdunenſis, totiuſque eius Eccleſiæ, S. Auguſtini libris ſuffraganea authoritas de tenenda veritate Scripturæ, c. 9. De beati Auguſtini libris & ſcriptis, in quibus ex neceſſitate nouæ, id eſt Pelagianæ hæreſis deſtruendæ, ET FIDEI CATHOLICÆ DEFENDENDÆ inſtantiſſima intentione, de natura & gratia, de gratia & libero arbitrio, de correptione & gratia, de prædeſtinatione Sanctorum & bono perſeuerantiæ, ac baptiſmo paruulorum iuxta profunditatem ſcripturæ ſanctæ, ET EVANGELICÆ ATQVE APOSTOLICÆ DOCTRINÆ REGVLAM MVLTIPLICITER DISPVTAVIT; adhuc ipſo viuente, ſicut Proſper & Hilarius ad eundem ſcribunt; & multo magis poſt obitum eius, propter obſcuritatem rerum, (*nota non dicere ſcriptionis obſcuritatem, ſed rerum, ſiue argumentorum fidei obſcuritatem. nam lucidiſſime de obſcuris tractat, niſi tarditas ingenij lectoris, aut odium & auerſio contraria ſententiæ præpediat,*) & tarditatem minus intelligentium, multiplex querela, maximè intra Gal-

llas exorta... ſed continuò per diuinæ miſericordiæ prouidentiam, ET CONCILIIS AC STATVTI... BEATISSIMORVM PATRVM, ET OF... CR... TIS ATQVE AVTHORITATE APOSTOLICÆ SEDIS P... NTIFICVM SOLERTISSIME SE... OAT... ATQVE ...ANATA... ITAVT STV... TIS, ET IN... ISCIPLINATIS QVÆSTIONIBVS SILENTI... M IMP... ERETVR, ET SANCTISSIMI AC SINCERI... IMI DOCTORIS AVTHORITAS IN OMNIBV... ECCLESIIS, ATQVE IN IPSA SEDE AP... T... LICA C... NFIRMARETVR.

Nec immeritò quidem cæteris Patribus hæc Auguſtini doctrina ... ab Eccleſia Catholica præfertur, qui teſte ſancto Iſidoro Hiſpalenſi lib. 6. Etim. cap. 6. De noſtris, inquit, apud Græcos Origenes, in Scripturarum labore, tam Græcos, quàm Latinos, operum ſuorum numero ſuperauit. Denique Hieronymus ſex millia librorum eius, legiſſe fatetur. Horum tamen omnium ſtudia AVGVSTINVS INGENIO ET SCIENTIA SVA VICIT. *Alij per tranſennam, leuiter & argumenta perſtrinxerunt, hic ex profeſſo tot annis, tanta cura & ſolertia diſcuſſit, & ad expreſſiſſima ſ...ptura, Euangelij, & Pauli quam maximè Doctoris gratiæ regulas adeo ſtudioſè conſcripſit, vt nulla aliorum iniuria cunctis ſit meritò antepont.*

Alterum peto à Tertulliano, in huius poſitionis mea & vt verius dicam ipſius Eccleſiæ ſententiæ confirmationis principium. Omne, inquit, genus ad originem ſuam cenſeatur, neceſſe eſt. *Libro de præſcript. c. 20. Genus itaque doctrinæ de gratia, libero arbitrio, prædeſtinatione Sanctorum, cæteriſque connexis, ab origine ſua neceſſum eſt recenſere, ab ætate nempe exorta hæreſis Pelagiana, quam vtique, ſicut & alias omnes ſecundum Apoſtolum eſſe oportuit:* Ad hoc enim ſunt, vt fides habendo tentationem, haberet etiam probationem, *ait idem Tertullianus lib. de præſcr. c. 1. Et vt veritas oppugnata lucidior & fortior diſcuſſis erroris tenebris ſuo de contrario emicares. Auguſtinum quamuis humillimum non ſua tantum, ſed vt verius dicam totius Eccleſiæ ſententiæ teſtimonium perhibentem accipite libro de prædeſtinatione ſanctorum cap. 14.* Certè, inquit, ſi de diuinarum ſcripturarum tractatoribus, QVI FVERVNT ANTE NOS proferrem defenſionem huius ſententiæ, quam nunc SOLITO DILIGENTIVS ATQVE COPIOSIVS, contra nouum Pelagianorum defendere vrgemur errorem. Hoc eſt gratiam Dei non ſecundùm merita noſtra dari, & gratis dari, ...i datur: quia neque volentis, neque currenti..., ſed miſerentis eſt Dei: iuſto autem iudicio non dari cui non datur, quia non eſt iniquitas apud Deum: ſi huius ergo ſententiæ defenſionem ex diuinorum eloquiorum nos præcedentibu... Catholicis tractatoribus promerem, profectò hi f...r...s pro quibus nunc agimus, acquieſcerent. hoc... nim ſignificaſtis litteris veſtris. Quid igitur op... eſt, vt eorum ſcrutemur opuſcula, qui priuſq... m iſta hæreſis orir etur; non habuerunt neceſſitatem in hac difficili ad ſoluendum q...æſtione verſari; quod proculdubio facerent, ſi re...ponde... ta...ibus cogerentur? Vnde factum ...ſt, vt ... ...ratia D...i quid ſentirent, BREVITER QVIBVSDAM SCRIPTORVM SVORVM LOCIS ET TRANSEVNTER ATTINGERENT. immorarentur verò in eis quæ aduerſus alios inimicos Eccleſiæ diſputabant, & in exhortationibus ... qua... ...mque virtutes quibus Deo viuo & vero pro adipiſcenda vi... æterna & vera fœlicitate f...ruitur: frequen... ...tio...ibus autem orationum ſimpliciter apparebat Dei gratia quid valeret. Non enim poſcerent ... à Deo quæ præcepit fieri, niſi ab illo ... ...rent. *Quod ſæpius in iiſdem argume... ... ...ſtra enim peto à Deo gratiam efficacem ... ... mihi ſemper dare ſufficientem quam ſolo libero meo arbitrio poſſim reddere efficacem*

Et eodem lib. cap. 3. errorem ſuum iuſtius vtique accuſator ſui fatetur, cum initia fidei ſibi aliàs & liberi arbitrij ſui viribus per ignorantiam tribuiſſet. Non ſic, inquit, pius atque humilis Doctor ſapiebat, Cyprianum beatiſſimum loquor, qui dixit, in nullo gloriandum, quando noſtrum nihil ſit. Quod vt oſtenderet adhibuit Apoſtolum teſtem ...entem. 1. Cor. 4. Qui... ...utem habes q...od non acc...piſti. & ſi accepiſti quid gloriaris q...ſi non acceperis? Quo præcipuè t...ſtimonio etiam ...uictus ſum, cum ſimiliter ERRAREM, putans fidem qua in Deum credimus, non eſſe donum Dei, ſed à nobis eſſe in nobis, & per illam nos impetrare dona Dei, quibus temperanter & iuſtè & ...ie viuamus in h...c ſæcul... Neque enim fi... m pu...bam Dei gratiâ præueni..., vt per ill... nobis d...tur qu... poſceremus vtiliter, ni... ...ia credere non poſſemus ſi non præcederet præ... ...um ven...s. Vt autem prædicato n...bis E... ...io con...entiremus, noſtrum ...ſſe propri...m, & nobis ex nobis eſſe arbitrabar. QVEM M... VM ERROREM nonnulla opuſcul... mea ... ...nte Epiſcopatum meum ſcripta, &c. N... ...um diligentius quæſiueram nec ...dhuc inuene... m qualis ſit el...ctio gratiæ, &c. P...rum d... ... voc...tione diſſerui, quæ fit ſecundum pr... ...m D... ...n enim om...ium qui vocan...r ... ...ſt, ... electorum.

Et cap. 4. ſe Deo reuelante, poſt laborem aſſiduum, & in Scripturis profectum ...genuè ...atur. ..., ...quit, quare dixi ... ...rius, ... Ap... ... præcipuè t...ſtimonio ... me...ſum ... ...m, cùm de hac re ALITER SAPEREM ...AM MIHI DEVS IN HAC QVÆSTIO... E SOLVE..., C... AD EPISCOPVM SIMPL... IAN... M S...RIBEREM REVELAVIT, &c. Sed ne hoc quid... pot...ſt d...i, quamuis non habeam per...ct... m fi..., h...be... tamen ei...s in...ium, ... in C... ...itus credidi: quia & hic reſ... ...r, ...ut ...ha... b... q...d ...on ...ep... &c. *Et de omni ...itatione, volitione, conſenſu, verbo, opere bono ...i... omnino iuxta Apoſtolum quærendum eſt: & cum omni humilitate dicendum:* Q...d ... ...n... accepiſti?

Cùm igitur, & omnes Patres Auguſt... ...race...ore:, Orthodoxa eius doctrina conſentiant, ſu... ...em... ...mè conſiſtentes in orationis neceſſitate nos a...idue in vincendis tentationibus & bonis operibus exercendis perpetuo Dei præuenientis, cooperantis, ſub...equentis opera an... ...lio, & coætanea Auguſtino Concilia Mileuitana, & Carthaginenſia, & ei Poſthuma Arauſicana, & Valentina, omneſque Pontifices, Patres celeberrimique Doctores, Proſperum, Fulgentium, Primaſium, Gregorium Magnum, Iſidorum Hiſpalenſem, Venerabilem Bedam, Bernardum, Thomam, Hugonem Richardumque Victorinos, Ægidium Romanum, Gregorium Ariminenſem, Hæc etiam noſtros Doctores Pariſienſes, aliosque innumeros maximi nominis Authores, à duodecim ſæculis, S. Auguſt. dogmatibus vnanimes ſubſcripſ...e.

Quid quod & Molina q. 13. a. 4. & 5. diſp. 1. membro vltimo fatetur ante ortum hæreſis Pelagianæ Patres hanc cauſam non plenè diſcuſſiſſe. A..., inquit, initium ...lutis adultorum, ad credendum, ...erandum, pœnitendum, ac d...igendum, vt ... ...lutem oportet, eſſet ab adultis ip...is per proprium arbitrium,

A

B

C

D

E

Auguſt.

Aug.

Aug.

trium, ita vt gratiam Dei pręuenirent; an verò à Deo per gratiam pręuenientem & excitantem, vt rei veritas habet; antequam occaſione hęreſis Pelagianę res eſſet diligentius diſcuſſa, non erat quicquam inter eos omnino certum & conſtitutum; qua de cauſa mirandum non eſt, ſi Chryſoſtomus, aut alij ex iis, qui ante illa tempora ſcripſerunt, contrarium aſſeruerint, & de eadem re in initio Pelagianæ hęreſis, Galli aduerſus Auguſtinum contenderint.

Ne ergo deinceps quaſi priuata, ſed communis Eccleſiæ, Pontificum Romanorum, Conciliorum, Patrum ac Doctorum Orthodoxa & Catholica doctrina habeatur, eique debitus honor, reuerentia, aſſenſus ab omnibus vt par eſt tribuatur; & ſancti Proſperi contra Collatorem ſententia teneatur: Gratiam, inquit, Dei B qua Chriſtiani ſumus, quidam dicere audent, à ſanctæ memorię Auguſtino Epiſcopo, non rectè eſſe defenſam. Viginti amplius annis contra inimicos gratiæ Dei Catholica acies huius viri ductu pugnat, & vincit.

Peccata præterita, oblita, nec in anima, nec in corpore eſſe peccatoris, eorumque reatum eſſe ſeruatum in legibus æternis, quo ſenſu cum Tertulliano ſcripſerit Auguſtinus.

T*Ertullianus vtrumque reatum, tam culpæ quàm pœnæ ſatis apertis verbis expreſſit libro de baptiſmo capite quarto.* Quoniam, inquit, vice ſordium C delictis, inquinamur, aquis abluamur. Sed delicta ſicut non in carne comparent, quia nemo ſuper cutem portat maculam idololatrię, aut ſtupri, aut fraudis: ita eiuſmodi in ſpiritu ſordent, qui eſt author delicti. Spiritus enim dominatur, caro famulatur: tamen vtrumque inter ſe communicant reatum, ſpiritus ob imperium, caro ob miniſterium. *Vbi per reatum tam culpam commiſſam animi voluntate, quam externo corporis actu & operi; & obligationem vtriuſque partis, animæ & carnis ad pœnam, legibus æternis ſecundùm menſuram delicti prætaxatam intelligit.*

Et libro de pœnitentia cap. 3. peccatum Dei offenſam vocat, communemque animæ & carnis eſſe rea- D *tum affirmat:* Caro, inquit, & ſpiritus, Dei res: alia manu eius expreſſa, alia adflatu eius conſummata. Cùm ergo ex pari ad Dominum pertineant, quodcumque eorum deliquerit, ex pari Dominum offendit. An tu diſcernas actus carnis & ſpiritus? Quorum & in vita, & in morte, & in reſurrectione tantum communionis atque conſortij eſt, vt pariter tunc aut in vitam, aut in iudicium ſuſcitentur: quia ſcilicet pariter aut deliquerint, aut innocenter egerint, &c. Communis reatus amborum eſt, communis & iudex, Deus ſcilicet: communis igitur & pœnitentiæ medela. Exinde ſpiritalia, & corporalia nominantur, quòd delictum omne aut agitur, aut co- E gitatur: vt corporale ſit, quod in facto eſt. quia factum, vt corpus, & videri, & contingi habet: ſpiritale verò quod in animo eſt, quia ſpiritus neque videtur, neque tenetur. Per quod oſtenditur, non facti ſolum, verum & voluntatis delicta vitanda, & pœnitentiâ purganda eſſe. Neque enim ſi mediocritas humana facti ſolùm iudicat, quia voluntatis latebris par non eſt: idcirco crimina eius etiam ſub Deo negligamus. Deus in omnia ſufficit. Nihil à conſpectu eius remotum, vnde omnino delinquitur. Quia non ignorat nec A omittit, quò minus in iudicium decernat. Diſſimulator & præuaricator ſuæ perſpicaciæ non eſt, &c. Quaquà te conſtitueris, crimine aſtringeris; quia aut malum volueris, aut bonum non impleueris. *Et capite 4. de reatu ad pœnam ex iudicio Dei vel ſpontanea pœnitentia ſubeundam, ſic exertè paucis:* Omnibus ergo delictis, ſeu carne, ſeu ſpiritu, ſeu facto, ſeu voluntate commiſſis, qui pœnam per iudicium deſtinauit, idem & veniam per pœnitentiam ſpopondit, dicens ad populum, Exech. 18. 21. & 30. pœnitere, & ſaluum faciam te. *Sic paucis Aſer abſoluit vtrumque peccati reatum, & culpæ nigredinem, maculam, deformitatem, rapacitatemque deſcribens, & reatum pœnæ à iuſto Dei iudicio exigendæ expedijt, niſi pœnitentiâ contracta debita diſſoluantur.*

Auguſtinus Tertulliano per omnia ſanum aliquid ſapienti conformis, licet & Orthodoxus, circa hoc argumentum peccatis reatus, quaſi reus priuati dogmatis iniuſtè arguitur, vt textum eius plenum attente legenti conſtabit. Sic itaque libro 6. operis imperfecti cont. Iulianum capite 19. in magnis tomis, cap. autem 8. in paruis editionis Pariſienſis Anni 1644. quibus frequentius vtor. Dixi ſanè quomodo manent pecca- S. Aug. ta reatu, quæ præterierunt actu: ſic è contrario fieri poteſt, vt concupiſcentia maneat actu, & prætereat reatu. Quod error quidem tuus falſum eſſe dicit, ſed veritas verum eſſe conuincit. Nam tu id non valendo refellere, primò dialecticas tenebras imperitis conaris offundere; dicens te co- C gitare non poſſe, in qua dialexi inuenerim contrariorum omnium reciprocationem. *(Ita prorſus agit cum Auguſtino hodiernus aduerſarius minus eum intelligens quam par eſſet, cenſoris ac iudicis perſonam aſſumenti.)* Quam ſententiam tuam ſi exponere voluero, & ad eorum perducere intelligentiam, qui nunquam iſta didicerunt, opus erit pleno fortaſſe volumine. Sed nunc ſatis eſt, quod ipſe dixiſti, in nulla dialexi poſſe inueniri contrariorum omnium reciprocationem. Hinc enim oſtendiſti aliquorum eſſe poſſe, non omnium. In his ergo aliquibus, & hoc reperi, &c. Sed vtrum in his etiam hoc ſit quod à me poſitum eſt, reſtat oſtendere. Id eſt verum ſicut verum eſt, reatu manere D peccata, quæ præterierunt actu: ita ſit verum, quod concupiſcentia maneat actu, & prætereat reatu. Quod tu fieri non poſſe volens oſtendere, hoc dixiſti, quod ego non dixi. Ego enim de concupiſcentia dixi, quæ eſt in membris repugnans legi mentis, quamuis reatus eius in omnium peccatorum remiſſione tranſierit: ſicut è contrario, ſacrificium Idolis factum, ſi deinceps non fiat, præterijt actu, ſed manet reatu: *(hic non diſtinguit inter reatum culpæ & pœnæ, ſed vtrumque ſupponit, niſi reatus culpæ per contritionem, & pœnæ per pœnitentiam & ſatisfactionem debitam abſoluatur:)* niſi per indulgentiam remittatur. Quiddã enim tale eſt, ſacrificare Idolis, vt opus ipſum cùm ſit, prætereat, eodemq; præterito, reatus eius maneat veniâ E reſoluendus. Tale eſt carnis concupiſcentia, vt maneat in homine ſecum per continentiam confligente, quamuis eius reatu *(hic apertè peccatum originale, tam quoad culpæ, quàm quoad pœnæ reatum intelligit,)* qui fuerat generatione contractus, iam ſit regeneratione tranſactus. Actu enim manet, non quidem abſtrahendo & illiciendo mentem, *(ſcilicet vſque ad conſenſum, neque enim ignorabat illud Apoſtoli quod ſapius retexuit alibi: vnuſquiſque tentatur à propria concupiſcentia abſtractus & illectus: nam ſubijcit iuxta eundem Apoſtolum;)* eiuſque conſenſu, concipiendo & pariendo peccata, ſed mala

quibus mens reſiſtat, deſideria cummouendo. Ipſe quippe motus, actus eſt eius, quamuis mente non conſentiente deſit effectus. Ineſt enim homini malum, & præter iſtum actum, id eſt præter hunc motum, vnde ſurgit hic motus, quem motum dicimus deſiderium. Non enim ſemper eſt deſiderium contra quod pugnemus; ſed ſi tunc non eſt quando non occurrit quod concupiſcatur ſiue animo cogitantis, ſiue ſenſibus corporis; fieri poteſt vt inſit qualitas mala, ſed nulla ſit tentatione commota: (*ſicut limus in fundo fontis, & ſicut de puella mox ſuſcitanda Chriſtus dixit, non eſt mortua puella, ſed dormit: ſic concupiſcentia donec excitetur obiecto, ſopita videtur.*) ſicut ineſt timiditas

S. Auguſt. homini timido, & quando non timet. Cùm verò occurrit quod concupiſcatur, nec deſideria mala; nobis etiam nolentibus, commouentur, ſanitas plena eſt. Hoc ergo vitium non poteſt niſi reatu tenere hominem, (*reatum pœnæ intellige, quo concupiſcentia manens contra rationem inſurgit quandiu viuimus, donec omnino in reſurrectione tollatur, & caro plenè cum concupiſcentijs ſuis ſublatis, animæ imperio fuerit ſubiugata & ſummiſſa,*) quamuis eiuſdem mali bono vſu, de caſtis coniugibus procreatum. Qui reatus (*iam tranſit ad reatum culpæ originalis, quo in baptiſmo ſublato, manet tamen malum & reatus pœnalis concupiſcentiæ*) quamuis eo

C manente malo, ſoluitur in remiſſione omnium peccatorum per Dei gratiam, (*quæ duplex eſt, & vita præſentis, in remiſſione peccati, & futura in abolitione infirmitatis pœnalis concupiſcentiæ, de qua ſubijcit:*) qua liberamur (*pro liberabimur, præſens pro futuro ſumens & vſurpans,*) ab omni malo; cùm Dominus non ſolùm propitius fit omnibus iniquitatibus noſtris, verùm etiam ſanat omnes languores noſtros. *Dehinc probat iſtā perfectionē ſanitatis conſummata à languoribus omnibus concupiſcentiæ. futuram in reſurrectione. figurata à Chriſto in ſuo corpore quod eſt Eccleſia, dum in proprio tertia die reſurrexit.* Nam recole, inquit, quid reſponderit liberator

S Aug. ipſe atque Saluator his qui ei dixerant, vt exiret de Ieroſolymis: Ecce, inquit, eijcio dæmonia, & ſanitates perficio hodie & cras, & tertia die conſummor. Lege Euangelium, & vide poſt quantū

D tempus paſſus fuerit, & reſurrexerit. Ergo mentitus eſt? abſit. Sed ſignificauit aliquid quod iſta inter nos quæſtione verſatur. Expulſio quippe eſt dæmonum, remiſſio peccatorum: perfectio ſanitatum, quæ fit proficiendo poſt baptiſmum. Tertia conſummatio eſt, quam ſuæ quoque carnis immortalitate monſtrauit, incorruptibilium beatitudo gaudiorum. Et vtique expulſio dæmoniorum, eſt remiſſio peccatorum: tanquam reſoluta cauſa; per quam hominis animam poſſidebat: perfectio ſanitatum, dum de die in diem proficit Eccleſia, & corruptionis, cuius reatus ablatus eſt, paſſio quotidianâ renouatione minuitur: tertia

E conſummatur, dum reſurrectionem in ſeipſo initiandam mõſtrauit Eccleſiæ, qua ad incorruptionis conſummationem, ſummamque perueniat ſanitatem. Se verò conſummari dixit, & initium & finis ipſe: ipſe caput, & plenitudo corporis, in membris ſuis ipſe perficitur. Tu autem in exemplum rei de qua loquebaris, ſacrilegum ſacrificiū poſuiſti, atque dixiſti; quicquid ad hoc genus pertinet, de iſto vno poſſe monſtrari: quoniam ſi ſemel aliquis Idolis ſacrificauerit, poteſt donec conſequatur veniam, premi iniquitate commiſſi, & manet reatus actione finita. Nullo autē pacto, inquis, fieri poteſt, vt maneat actio, & abſcedat reatus, id eſt, vt dæmonibus iniquis ſacrificare nō deſinat, & tamen liber à prophanitate videatur. Hoc de ſacrificio Idolis oblato veriſſimè dicis: actus eſt enim qui opere ipſo peragitur, & nō erit: & ſi iterū fit, alterum fit, (*ſaltem numero*) impietas verò ipſa qua hæc fiunt, tandiu manet donec Idolis renuntietur, & credatur in Deum. Idolis itaq; ſacrificatum, factum eſt tranſiens, non vitium manens. Impietas verò qua ſacrificatum eſt, quia & illo peracto manet, videtur eſſe concupiſcentiæ ſimilis, qua commiſſum eſt adulterium. Sed errore ſublato, quo illa impietas etiam pietas putabatur, nunquid Idolis aliquem ſacrificare delectat,

B & in illo huiuſmodi deſiderium commouetur? Nullo modo igitur ſimile eſt, quod pro ſimili ponendum putaſti. Nullo modo, inquam, ſimile eſt ſacrificium tranſiens manenti cōcupiſcentiæ, quę hominem iam non committentem quod ſolet ei conſentiendo committere, iam plena fide & cognitione retinentem non eſſe talia facienda, ſtimulus tamen illicitorum deſiderioꝶ quibus reſiſtit caſtitas, inquietare non ceſſat: neq; ſcientia finitur vt non ſit, ſed continentiâ reſtrænatur, vt quo tendit, peruenire non poſſit. Quapropter ſicut Idolis immolatio, quæ iam nec in actione eſt, quia præterijt, nec in voluntate, quia error quo hebat abſūptus eſt; manet tamen reatus eius (*culpa præterita macula obligans ad pœnam*) donec in la-

C uacro regenerationis, peccatorū omnium remiſſione ſoluatur: ſic è contrario, quāuis reatus (*culpa originalis, & obligationis ad pœnam, vel etiam actualis in adulto infideli*) malæ concupiſcentiæ eodem baptiſmate ſit ſolutus; manet tamen ipſa, donec ab eo qui poſt eiecta dæmonia perficit ſanitates, medicinâ perficiente ſanetur.

Proſequitur vrgens Iulianum ex conceſſo reatu manente, facti tranſacti Idololatriæ: Sed quæſo te, inquit, cùm & ipſe concedas peccati facti atque tranſacti reatum manere, niſi ſacro fonte diluatur; dic mihi reatus iſte quis ſit, & vbi maneat iam homine correcto, recteque viuente, non tamen peccatorum remiſſione liberato? Subiectum eſt reatus iſte, id eſt ſubſtantia, ſicut ſpiritus, ſicut corpus? An in ſubiecto, ſicut febris, aut vulnus in corpore? Siue auaritia, vel error in animo? in ſub-

D iecto eſſe dicturus es. Neq; enim reatum affirmabis eſſe ſubſtantiam. In quo igitur tibi videtur eſſe ſubiecto? Cur quæram vt reſpondeas, & non potius verba tua ponam? Actu, inquis, prætereunte, manet eius reatus in illius conſcientia qui reliquit, donec dimittatur. Ergo in ſubiecto eſt, hoc eſt, in animo eius qui deliquiſſe ſe meminit, & ſcrupulo angitur conſcientiæ, donec fiat delicti remiſſione ſecurus. Quòd ſi obliuiſcatur ſe deliquiſſe, nec eius conſcientia ſtimuletur, vbi reatus ille quem tranſeunte peccato manere concedis, donec remittatur? Non eſt certè in corpore, quia non eſt eorum accidentium quæ accidunt corpori. Non eſt in animo, quia eius memoriam dele-

E uit obliuio: & tamen eſt. Vbi eſt igitur, cùm iam benè viuat homo, nihil tale committens? Nec dici poſſit, eorum peccatorum, eius reatum manere qui meminit, eius verò qui oblitus eſt non manere. Manet quippe omnino donec remittatur. Vbi ergo manet niſi in occultis legibus Dei, quæ conſcriptæ ſunt quodammodo in mentibus Angelorum, vt nulla ſit iniquitas impunita, niſi quam ſanguis mediatoris expiauerit, cuius ſigno crucis conſecratur vnda baptiſmatis, vt ea diluatur reatus tanquam in chirographo ſcriptus in notitia ſpiritalium poteſtatum, per quas pœna exigitur peccatorum?

Huic chirographo naſcuntur obnoxij, omnes in carne, de carne carnaliter nati eius ab hoc debito

ſanguine liberādi, qui in carne quidem, & de car- A ne, non tamen carnaliter, ſed ſpiritaliter natus eſt. Natus eſt enim de Spiritu ſancto, ex Virgine Maria. De ſpiritu ſcilicet ſancto, ne eſſet in illo caro peccati: ea Virgine autem Maria, vt eſſet in illo ſimilitudo carnis peccati. (*Dum ſimilis ceteris ex Maria nupta, Ioſeph filius putabatur, paſſibilis & mortalis, vt ceteri.*) Ideo illi chirographo non venit obnoxius, & ab illo ſoluit obnoxios. Neque enim nulla eſt iniquitas(*imò vere iura omnia peruertuntur, & rectus ordo ſubuertitur,* (cùm in vno homine, vel ſuperiora inferioribus turpiter ſeruiunt, vel inferiora ſuperioribus contumaciter reluctantur, etiamſi vincere non ſinantur. B Hanc iniquitatem ſi homo ab homine altero forinſecus auerſante pateretur, quia in illo non eſſet, ſine illo vtique puniretur. Quia vero in illo eſt, aut cum illo punietur, aut illo ab eius reatu liberato, ſic in certamine aduerſus ſpiritum perſeuerat, vt hominem iam non reum, ad nulla poſt mortem tormenta tranſmittat, non alienet à regno Dei, nulla damnatione faciat detineri: Neque vt ea penitus careamus, velut aliena natura ſeiungatur à nobis, ſed quia noſtræ naturæ languor eſt, ſanetur in nobis.

Quid hic non ſanum, non ſapidum, non ſublime, non cœleſte? Et tamen quaſi ad ridiculam, infantinam, exploſibilem ratiocinationem, toto cachinno debacchatur aduerſarius, qui certè ſi locum intelligeret plus admirationis quàm irriſionis, & ſumeret ſibi & ſuo lectori tribueret. Cùm enim truncatum locum Auguſtini poſuiſſet: Ergo, inquit, ſecundùm Auguſtinum, rea- C Aug. tus peccati commiſſi & præteriti, donec remittatur, non manet, neque in corpore, neque in anima eius qui eo pollutus eſt, ſed in Angelorum, ad punitionem peccatorum deputatorum, notitia & intellectu. Et hic eſt eius particularis & priuatus ſenſus, quantum ad hoc argumentum. *Ex induſtria, quod præcipuum eſt, in ſua concluſione præteriit, nempe quod abſolutè, & principaliter dixit* Aug. *Auguſtinus, & id quod tantùm* quodammodo *ſcripſit, principale fecit, vt mala fides eius eluceat. Ita enim Auguſtinus:* Vbi ergo manet, niſi in occultis D legibus Dei, quæ conſcriptæ ſunt quodammodo in mentibus Angelorum. *Pergit aduerſarius:* quòd ſi petamus quid circa hanc cauſam in Eccleſia credere debeamus, nos mittet aliquis ad præſcriptum teatum huius ſancti Patris, nullamque aliam proferet aſſerti ſui rationem, præter iſtam. Sanctus Auguſtinus diait; ergo id credendum eſt. Atqui hæc Auguſtini propoſitio quam nunc examinauimus, gratiam Ieſu Chriſti reſpicit. *Quod examen, rogo, quæ diſcuſſio in his adhibita, ne verbo quidem examen attigit, & ſolidiſſimam, quam non capit, Eminentiſſimi omnium Doctoris ſententiam carpit, & à doctiſſimis quibuſque receptam explodit, & quaſi particularem excludit, & vt plebicula ignorantis oculis illudat, ad cauſam gratiæ detorquet hunc locum, & ſenſu priuato locutum Auguſtinum* E *fingit, vt à fide doctoris gratiæ incautos lectores abducat.*

Sed donec rem accuratius expendam, alium Aug. Aug. *locum quem non legit aduerſarius, ſimilem profero. Libro primo de nuptijs & concupiſcentia capite* 26. In eis, inquit, qui regenerantur in Chriſto, cùm remiſſionem accipiunt prorſus omnium peccatorum, vtique neceſſe eſt, vt reatus etiam huius licet adhuc manentis concupiſcentiæ remittatur, vt in peccatum ſicut diai, non imputetur. Nam ſicut eorum peccatorum quæ manere non poſſunt, quoniam cùm fiunt, prætereunt, reatus

tameu manet, & niſi remittatur, in æternum A manebit: ſic illius concupiſcentiæ quando remittitur, (*peccatum originale intelligit, quod concupiſcentia carnali contrahitur, quod baptiſmo prorſus remittitur quantum ad vtrumque reatum, licet maneat fomes & concupiſcentia illiciens ad act…alia peccata,* reatus aufertur. Hoc eſt enim non habere peccatum, reum non eſſe peccati.

Tum ſubijcit exemplum peccati actualis. Nam ſi S. Aug. quiſquam, verbi gratia, fecerit adulterium, etiam ſi numquam deinceps faciat, reus eſt adulterij, donec reatus ipſius indulgentiâ remittatur. Habet ergo peccatum, quamuis illud quod admiſit iam non ſit, quia cum tempore quo factum eſt B præterijt. Nam ſi à peccando deſiſtere, hoc eſſet non habere peccatum, ſufficeret vt hoc nos moneret ſcriptura Eccl. 21. Fili, peccaſti, non adijcias iterum: Non autem ſufficit, ſed addidit; & de priſtinis deprecare vt tibi remittantur. Manent ergo, niſi remittantur. Sed quomodo manent, ſi præterita ſunt, niſi quia præterierunt actu, manent reatu: (*Quid clarius? Quid abſolutius ad vincendum, conuincendum, vincendumque aduerſarium?*) Sic itaque fieri è contrario poteſt, vt etiam illud maneat actu, (*peccatum enim ab Apoſtolo ipſa concupiſcentia dicitur, vbi de eius motibus dicit, non ego operor illud, ſed quod manet in me peccatum:*) prætereat reatu. Agit enim aliquid concupiſcentia carnis, & quando non exhibetur ei, vel cordis aſſenſus vbi regnet, vel membra, vel C arma quibus impleatur; agit autem quid, niſi ipſa deſideria mala & turpia?

Satis ſuperque ſuam mentem Auguſtinus aperuit; ſed ne quid ſuperſit dubij, rem totam planius & plenius propter tardiores exponam. Certè manere non poſſunt actus quibus peccata committuntur, quia actus ipſi prætereunt. Atq; vt ordine procedam: videamus quo- Aug. *modo Auguſtinus peccatum definit, libro 22. contra Fauſtum capite* 27. Peccatum eſt, factum, vel dictum, vel concupitum aliquid contra æternam legem. Lca verò æterna, eſt ratio diuina, vel voluntas Dei, ordinem naturalem conſeruari iubens, perturbari vetans. Quiſnam igitur ſit in ho- D mine naturalis ordo, quærendum eſt: conſtat enim homo ex anima & corpore. Sed hoc & pecus. Nulli autem dubium eſt animam corpori naturali ordine præponendam. Verùm animæ hominis ineſt ratio quæ pecori non ineſt. Proinde ſicut anima corpori, ita ipſius animæ ratio, cæteris eius partibus quas habent & beſtiæ, naturæ lege præponitur. In qua iſta ratione, quæ partim contemplatiua eſt, partim actiua, proculdubiò contemplatio præcellit. In hac enim & imago Dei eſt, quæ per fidem, ad ſpeciem reformamur. Actio itaque rationalis contemplationi rationali debet obedire; ſiue per fidem imperanti, ſicut eſt quandiu peregrinamur à Domino: ſiue per ſpeciem, quod erit quando ſimiles ei erimus, quo- E niam videbimus eum ſicuti eſt; effecti etiam in ſpiritali corpore, ex gratia eius, æquales Angelis eius, receptâ ſtolâ primâ immortalitatis & incorruptionis, qua induetur hoc mortale & corruptibile noſtrum, vt abſorbeatur mors in victoriam, (*ipſa concupiſcentia ſublata quæ nunc illicit ad peccandum*) iuſtitiâ perfectâ per gratiam. Quia & ſancti ac ſublimes Angeli habent contemplationem, & actionem ſuam: id enim ſibi agendum imperant, quod ille quem contemplantur iubet, cuius æterno imperio liberaliter, quia ſuauiter, ſeruiunt. Nos verò, quorum corpus mortuum eſt propter peccatum, (*& continuò exhalat fœtor*

tiam & Dei gratiam ablato, manſit reatus multiplicis pœnæ & miſeriæ, & mortis, & pœnalis vſque ad mortem concupiſcentiæ. In qua concupiſcentia filios generans, totam poſteritatem originali peccatò, & concupiſcentia infecit: quo peccato, ex concupiſcentia deriuato, licet ea quoad actum in generatione tranſeunte, & reatu culpæ, & pœna æterna per lauacrum regenerationes ablato, manet in omnibus Adæ filijs ex lege communi reatus concupiſcentiæ, abſtrahens & illiciens ad peccatum actuale vſque ad mortem. Quod quidem ſic in Adæ filijs, ſicut in primis parentibus, contra legem æternam committitur, vt habet Auguſtinus libro primo de ſer. Dom. in monte cap.23. Sanè, inquit, conſiAug. derandum eſt, quod non dixit omnis qui concupierit mulierem, ſed qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, id eſt hoc fine, & hoc animo attenderit, vt eam concupiſcat: quod iam non eſt titillari delectatione carnis, ſed plenè conſentire libidini, itaut non refrænetur illicitus appetitus, ſed ſi facultas data fuerit, ſatietur. Nam tria ſunt quibus impletur peccatum, ſuggeſtione, delectatione, & conſenſione. Suggeſtio ſiue per memoriam fit, ſiue per corporis ſenſus, cùm aliquid videmus, aut audimus, vel olfacimus, vel guſtamus, vel tangimus. Quo ſi frui delectauerit, delectatio illicita refrænanda eſt. Velut cùm ieiunamus, & viſis cibis palati appetitus aſſurgit, non fit niſi delectatione, ſed huic tamen non conſentimus, ſi eam dominantis rationis iure cohibemus: ſi autem conſenſio facta fuerit, plenum peccatum erit: notum autem Deo in corde noſtro, (*in legibus æternis vt infra dicemus,*) etiamſi facto non innoteſcat hominibus. Ita ergo ſunt iſti gradus, quaſi à ſerpente ſuggeſtio fiat, id eſt lubrico, & volubili, hoc eſt temporali corporum motu: quia & ſi qua talia phantaſmata intus verſantur in anima, de corpore forinſecus tracta ſunt: & ſi quis occultus præter iſtos quinque ſenſus motuſque corporis animum tangit, eſt etiam ipſe temporalis & lubricus: Et ideo quanto illabitur occultius vt cogitationem contingat, tanto conuenientius ſerpenti comparatur. Tria ergo hæc, vt dicere cœperam, ſimilia ſunt illi geſtæ rei quæ in Geneſi ſcripta eſt, vt quaſi à ſerpente fiat ſuggeſtio, & quædam ſuaſio, in appetitu autem carnali, tanquam in Eua delectatio: in ratione verò tanquam in viro conſenſio: quibus peractis, tanquam de Paradiſo, hoc eſt de beatiſſima luce iuſtitiæ, (*& tranquillitate & pace animæ; vnde & ex Paulo tribulatio & anguſtia in animam operantes malum*) in mortem homo expellitur, iuſtiſſimè omnino. Non enim cogit, qui ſuadet. Et omnes naturæ in ordine ſuo, gradibus ſuis pulchræ ſunt; ſed de ſuperioribus in quibus rationalis animus ordinatus eſt, ad inferiora non eſt declinandum. (*Quod fit peccando contra legem æternam.*) Nec quiſquam hoc facere cogitur; & ideo ſi fecerit, iuſta defenſione punitur. Verumtamen delectatio ante conſenſionem, vel nulla eſt, (*ſcilicet culpa,*) vel tam tenuis vt prope nulla ſit: (*vt ex D. Thoma motus iræ, inuidiæ, &c. Etiam in Iuſtis peccata venialia ſunt*) cui conſentire magnum peccatum eſt, cùm illicita eſt. Cùm autem quiſque conſenſerit, committit peccatum in corde ſuo. Si autem etiam in factum proceſſerit, videtur ſatiari, & extingui cupiditas. Sed poſtea cùm ſuggeſtio repetitur, maior accenditur delectatio: quæ tamen adhuc multo minor eſt quàm illa quæ aſſiduis factis in conſuetudinem vertitur. Hanc enim vincere difficillimum eſt: & tamen etiam ipſam conſuetudinem, ſi ſe quiſque non deſerat, & Chriſtianam militiam non reformidat, illo duce atque adiutore ſuperabit: ac ſi priſtinam poteſtatem atque ordinem & vir Chriſto, & mulier viro ſubijcitur. *Id eſt animus lege Dei, & caro legi mentis: vt per hoc relicto peccato virtus ametur, & ſecundùm legem æternam* abnegata impietate, & ſæcularibus deſiderijs, ſobriè quoad ſeipſum, iuſtè quoad proximum, pieque viuatur quoad Deum.

Cæterùm cum ſuggeſtionis, delectationis, conſenſus, & ipſius per corpus actus peccati tranſierit, & ita præterierit, vt nihil eius ſuperſit, nihilque præterea reale peccati maneat in animo peccatoris, cùm vt diximus ſit pura priuatio, manet tamen animus ipſe auerſus à Deo, mente cæcus, voluntate corruptus, ipſo peccati pondere cum pſalte curuatus in terrena, & ad alia peccata pronus, & ad relapſum experta delectatione procliuis. Hæc omnia varijs in locis teſtatur Auguſtinus. Sed quando nihil aliud quàm quod præfato in Iulianum loco ab aduerſario inſultanter obiecto ſcripſiſſet, ſufficienter in verbo reatus *quidquid dicendum fuit expreſſit. Siue enim de peccato originali ſit ſermo, de quo cum Pelagianis agebatur, certum eſt primum parentem eius authorem peccato ſuo actuali reatum contraxiſſe, tam culpæ quàm pœnæ. Certum eſt rurſum iuxta Auguſtinum, reatu culpæ per pœnitentiam & Dei gratiam ablato, manſiſſe in eo reatum pœnæ, & pœnalis concupiſcentiæ. Certum eſt tertiò omnes Adæ poſteros ex concupiſcentia genitos, reatum & culpæ & pœnæ æternæ contrahere. Certum eſt quartò vtrumque reatum in infantibus baptizatis, ante vſum rationis decedentibus penitus aboleri. Certum eſt quintò in adultis baptizatis reatu culpæ ſoluto, reatum pœnæ concupiſcentiæ vſque ad mortem manere. Certum eſt ſextò quemcumque adultum peccantem mortaliter, amiſſa iuſtificationis gratiâ, dictum vtramque reatum incurrere, culpæ & pœnæ æternæ, & præter hæc ignem fomitis & concupiſcentiæ feruorem adaugere. Qui ſi excitante gratia efficaci conuertatur, habituali gratia iuſtificatur, & reatu culpæ abſoluitur, & pro modo contritionis, & ſatisfactionis, maximè in Sacramento pœnitentiæ, vel ex parte, vel ex toto etiam à reatu pœnæ fit liber: obſtrictus tamen vſque ad mortem pœnali reatu concupiſcentiæ.*

Iam vero ſi quæritur de eo qui vel prorſus oblitus eſt S. Aug. *peccati, vel de eo nullam contritionem pœnitentiamque concepit, præclare de eo ſcripſit Auguſtinus.* Non eſt certè in corpore, quia non eſt eorum accidentium, quæ accidunt corpori, non eſt in animo, quia eius memoriam deleuit obliuio, &c. Vbi ergo manet, niſi in occultis legibus Dei, quæ conſcriptæ ſunt quodammodo in mentibus Angelorum, vt nulla ſit iniquitas impunita, niſi quam ſanguis mediatoris expiauerit. *Cùm ergo, inquit, nec in corpore ſit, nec in animo oblito, nec in conſcientia impœnitente, videtur Auguſt. reatum culpæ in tali peccatore non agnoſcere. Imo verò agnoſcit. ſed Iulianum vt liquet ex proprijs eius verbis exagitat, quem vult conuincere, & cogere confiteri peccatum originale quod negabat, ex eoque relictum in baptizatis reatum concupiſcentiæ: ſicut & in adultero vel idololatra ceſſante actu adulterij, vel idololatriæ, fatebatur reatum manere, donec dilueretur ſacro baptiſmate. Et expreſſe ſupra lib.1. de nuptiis & concupiſcentia c.26.* Hoc eſt non habere peccatum, reum non eſſe peccati. Nam ſi quiſquam verbi gratia fecerit adulterium, etiamſi nunquam deinceps faciat, reus eſt adulterij, donec reatus ipſius indulgentia remittatur. Habet ergo peccatum, quamuis illud quod admiſit, iam non ſit, quia cum tempore quo fa-

ſeunte actione peccati, nihil manere præter reatum & obligationem ad pœnam; & in Sacramentis baptiſmi & pœnitentiæ remoueri tantùm hunc reatum.

Sed longè eſt ab iſta ſententia mens Auguſtini, vtrumque reatum & culpæ & pœnæ agnoſcens; præter quem in Sacramentis remotum, (in quo maximè damnatus eſt Baius) gratiam, fidem, iuſtitiam, ſanctitatem, & cætera dona ſupernaturalia iuſtificantis realiter infundi vbique conſtanter aſſeruit. Claudamus hoc argumentum eiuſdem Sanctiſſimi Doctoris eximio loco, quo ſic inducit Dauid peccatorem orantem in Pſal. 50. Auerte faciem tuam à peccatis meis, &

S. Aug. omnes iniquitates meas dele. (*Sed tu lector aduerte maculam in animo quam deleri poſcit,*) Auerte, inquit, faciem tuam, non à me, ſed à peccatis meis. Alibi quippe orans dicit; ne auertas faciem tuam à me. Qui non vult à ſe auerti faciem Dei, vult auerti faciem Dei à peccatis ſuis. Peccatum enim vnde ſe Deus non auertit, aduertit. Si aduertit, animaduertit. Auerte faciem tuam à peccatis meis, &c. Satagit de illo grandi peccato, (*adulterij & homicidij*) plus præſumpſit, omnes deleri vult, deleri omnes iniquitates ſuas. Præſumit de medici manu, de magna illa miſericordia quam in principio Pſalmi inuocaoit: Omnes iniquitates meas dele. Auertit faciem ſuam Deus, & ſic delet: aduertendo ſcribit. Audiſti auertendo delentem, audi aduertendo quid facientem. Pſalmo 33. Vultus autem Domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. (*Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur: recedentes à te in terra ſcribentur: vt idem pſaltes.*) Hic autem quid rogat? Auerte faciem tuam à peccatis meis. Benè rogat. Ipſe enim non auertit faciem à peccatis ſuis, dicens. Quoniam peccatum meum ego cognoſco. Meritò rogas, & benè rogas, vt Deus auertat faciem à peccato tuo, ſi tu inde non auertis faciem. Si verò tu peccatum tuum in dorſo ponis, Deus ibi faciem ponit; tu peccatum tuum ante faciem tuam conuerte, ſi vis vt inde Deus faciem ſuam auertat. *Maculam tuam, deformitatem agnoſce, erubeſce, confitere, pœnitere, & Deus ignoſcet. Paulò ſupra præmiſerat:* Non Domine, non erit impunitum

Aug. peccatum meum. Noui iuſtitiam eius, cuius quæro miſericordiam; non impunitum erit, ſed ideo nolo vt tu me punias, quia ego peccatum meum punio: ideo peto vt ignoſcas, quia ego agnoſco, & delictum meum coram me eſt ſemper. *Video maculam, eius imploro deletionem & ablutionem.*

Supereſt vt vno verbo expediam quod de Angelis di-

Aug. *xit Auguſtinus:* Vbi ergo manet niſi in occultis legibus Dei, quæ conſcriptæ ſunt quodammodo in mentibus Angelorum, &c. In notitia ſpiritalium poteſtatum, per quas pœna exigitur peccatorum? *Quo loco nil omnino ambiguum video. Quid enim clarius & euidentius dicere potuit? Suppoſito quod peccator præteriti delicti immemor & prorſus oblitus, nec facti pœnitens eſſe poſſit cuius omnino non recordatur, nullo conſcientiæ verme mordente, vel benè iam viuente homine, & à prateritis quidem ceſſante peccatis, ſed eorum pœnitentiam non agente: cum eorum reatus maneant donec remittantur:* Vbi manent niſi in occultis legibus Dei, (*modis quos ſupra diximus,*) conſcriptis quodammodo in mentibus

Aug. Angelorum? *Siue quod etiam occulta cordium, Deo reuelante cognoſcant: ſiue, quod ſua militia miniſtris, & ſententia diuina executoribus notum faciat, & grauitatem culpæ delinquentium,* & pro menſura deli-

A cti plagarum modum: *ſiue iuxta pſaltem, quod & frequentius eſt: fiant* immiſſiones per Angelos malos: *Vt & Paulus inceſtum Corinthium* Tradidit Satanæ in interitum carnis: *Siue nonnunquam prout iudici placuerit eiuum per bonos & beatos ad miniſterium exerceat Angelos; ſicut, referente ipſo Hieronymo, coram tremendo eius tribunali, ſeueriſſimis ipſum corripuere flagellis, quod ciceronianus eſſet, & huius oratoris potius, quàm Scripturæ ſacræ lector aſſiduus. Ita & 2. Machabæorum cap. 3. 25. Heliodorus expilator ærarij templi ab Angelis magnis eſt affectus plagis.*

Apparuit quidam equus terribilem habens

B ſeſſorem optimis operimentis adornatus: iſque cum impetu Heliodoro priores calces eliſit, qui autem ei ſedebat, videbatur arma habere aurea. Alij etiam apparuerunt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, ſpecioſique amictu: qui circumſteterunt eum & ex vtraque parte flagellabant, ſine intermiſſione multis plagis verberantes, &c. *Quid referam* Angelum primogenita Ægypti ab homine vſque ad pecus, *percutientem? Quid alium 185. millia hominum de exercitu Sennacherib Deo mandante cædentem? Superſedeo plura de re notiſſima dicere, vnum aduerſarium Auguſtini correctione fraterna velim admonitum, vt ab huiuſmodi ſcriptorum Auguſtini cenſuris de cætero abſtinens pœniteat; vel non paruum reatum contraxiſſe ſe nouerit,* in legibus æternis, conſcriptis quodammo-

C do in mentibus Angelorum, in notitia ſpiritalium poteſtatum, per quas pœna non leuis exigetur talium peccatorum.

An S. Petrus præſumens ſe moriturum pro Chriſto non peccarit mortaliter, & ideo dicendus ſit caput Pelagianorum; quidue circa hæc cum Tertulliano docuerit Auguſtinus.

T*Ertullianum eximium priuilegiorum Petri Apoſtolorum principis prædicatorem lego, ſed nuſpiam criminatorem agnoſco. 4. contra Marc. cap. 13.* Affectauit, inquit, chariſſimo diſcipulorum de fi-

D guris ſuis peculiariter nomen communicare, &c. Mutat & Petro nomen de Simone, &c. Si ob vigorem fidei, multæ materiæ, ſolidæque nomen de ſuo accommodarent. An quia & Petra, & lapis Chriſtus? Siquidem & legimus eum in lapidem offendiculi, & in Petram ſcandali. *Sapientiam eius diuinam prædicat 4. cont. Marc. c. 21.* Interroganti Domino, quiſnam illis videretur, cùm pro omnibus reſponderet, tu es Chriſtus: non poteſt non eum ſenſiſſe Chriſtum, niſi quem nouerat in Scripturis, quem iam recenſebat in factis. *Et libr. de præſcr. c. 22.* Latuit aliquid Petrum, ædificandæ Eccleſiæ Petram dictum, claues regni cælorum conſequutum, & ſoluendi & alligandi in cælis & in terris poteſtatem? *Et libro de pudic. c. 21.* In ipſo, inquit, Eccleſia extructa eſt, id eſt per ipſum; ipſe clauem induit, &c. Ipſe primus in Chriſti

E baptiſmo reſerauit aditum cæleſtis regni, quo ſoluuntur alligata retro delicta, & alligantur quæ non fuerint ſoluta, ſecundùm veram ſalutem; & Ananiam vinxit vinculo mortis, & debilem pedibus abſoluit vitio valetudinis.

Quid plura? Et diuino ſuſpenſus Chriſti transfigurati ſpectaculo, & tonante de nube Patris oraculo ſtupefactus, adeò Magiſtri ſui amore raptus, & ſuimet oblitus eſt, vt de eo ſcripſerit Tertull. l. 4. cont. Marc. c. 22. Petrus, inquit, meritò contubernium Chri-

ſti ſui agnoſcens indiuiduitate eius ſuggerit conſilium: bonum eſt nos hic eſſe. Bonum planè vbi Moyſes & Helias: *(lex & Propheta ſimul teſtimonium Chriſto perhibentes)* & faciamus hic tria tabernacula, &c. Sed neſciens quid diceret. Quomodo neſciens? Vtrumne ſimplici errore, an ratione, quam defendimus in cauſa nouæ prophetiæ, gratiæ ecſtaſim, id eſt amentiam conuenire? In ſpiritu enim homo conſtitutus, præſertim cùm gloriam Dei conſpicit, vel cùm per ipſum Deus loquitur, neceſſe eſt excidat ſenſu, obumbratus ſcilicet virtute diuina.

Atque vt indiuiduus Christi latero, à chariſſima eius præſentia abſentari impatiens, licet, & Petrus petra ſcandali ipſi Chriſto petra, lapis offenſionis fuerit, B *ipſum à paſſionis iniuria, & baptiſmo ſanguinis tam concupito deuertens: adeò vt ei Chriſtus increpatione grauiſſima dixerit:* Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi. *Iſto Chriſto dicenti Io. 13. 36. quod prius dixerat cæteris verſu 33.* Sicut dixi Iudæis, quo ego vado, vos non poteſtis venire, & vobis dico. *Petrus ſingulariter dixerit Domino.* Quare non poſſum ſequi modo? Animam meam pro te ponam. *Et reſponderit Ieſus:* Animam tuam pro me pones? Amen, Amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges. *Quod poſt cœnam dictũ & cæteri Euangeliſtæ, in monte Oliueti, hymno dicto reſpondiſſe* C *teſtantur. Nam Matth. 26. 33.* Reſpondens Petrus ait illi: & ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor. *Quod & habetur Marci 14. 29. Lucæ autem 22. 23. ſimpliciter ait:* Tecum paratus ſum, & in carcerem, & in mortem ire. *Quid hic ſingulariter Petro præſumptio imponitur? cum Matth. 26. 35. immediate ſubijciatur arrogantia Petri:* Similiter, *(Syr. itidem etiam omnes)* & omnes diſcipuli dixerunt. *Et Marc. 14. 31.* At ille amplius loquebatur: etſi oportuerit me ſimul commori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant. *Tranſl. Syr.* Itidem autem vt ipſe & omnes dicebant. *Iſto tandem & ſe temerè cum cæteris pro Domino moriturum eſſe ſpoponderit, & cum cæteris pariter incautè, paſſionis tempus præproperum illi Domino indicanti præpoſterè reſponderit, &* D *feruidius cunctis, maioribus dein præ omnibus fidem ſuam ſuo oppigneratam Domino ſentiens, commoriturum ſe ei fuerit conteſtatus, abſit vt Auguſtin. mortali crimine & præſumptione lethali, Petrum obſtrictum & non potius amore præferuido, & zelo quantumlibet indiſcreto, veniabili tamen, peccaſſe conſcripſerit.*

Caluino certè, Magdeburgenſibus hæreticis, eorumq; Patriarchis, quibus ex odio Petri, & Sedis Apoſtolicæ in eo conſtitutæ, nil illicitum debacchari, ad quatuordecim vſque mortifera piacula gradatim Petrum ad extremum Trinæ Domini abnegationis ſcelus diſponentia, Apoſtolorum principi ſummâ impietate imponere ſit permiſſum: ſed Chriſtianos, & Romanæ Sedis filios Senatus Apoſtolici capitis inſultare, & iuxta Sãctiſ- E *ſimi Doctoris Aug. dogmata, S. Petrum huius præſumptionis cauſâ:* Pelagianorum omnium caput ac principem ſcribere, ſi ſanctos & iuſtus in ea, & cum ea iactantia, & ſponſione permanſerit, pronuntiare, *quis oculus fidelis ſine lacrymis legat, quæ auris Catholica audire non exhorreat?*

Tertullianus quidem, Petrum non prorſus excuſat, præſumptione elocutum clamat: *Sed non præſumptione mortali, licet & venialis temeritas, eodem authore, mortalem ſæpè diſponat ad noxam. Ita enim de cultu fœminarum lib. 2. cap. 2. Curioſam habitus corporis venuſtatem, ad grauia luxuria & adulterij ſcelera viam pandere, & præſumptionem in his leuibus bonæ conſcientiæ, ſcandalum & ruinæ occaſionem plu-*

A *rimis eſſe declarauit.* Debemus, inquit, ita ſanctè totâ fidei ſubſtantiâ incedere, vt confeſſæ & ſecuræ ſimus de conſcientia noſtra; optantes perſeuerare id in nobis, non tamen præſumere. Nam qui præſumit, minus veretur, minus præcauet, plus periclitatur. Timor, fundamentum ſalutis eſt: præſumptio, impedimentum timoris. Vtilius ergo, ſi ſperemus nos poſſe delinquere: ſperando enim timebimus, timendo cauebimus, cauendo ſalui erimus. Contra, ſi præſumamus, neque timendo, neque cauendo, difficilè ſalui erimus. Qui ſecurus agit, non eſt ſollicitus, non poſſidet tutam & firmam ſecuritatem. At qui ſollicitus eſt, is verè poterit eſſe ſecurus.

B *Demus ergo, fateamur Petrum non ſatis ſibi ab humana fragilitate timuiſſe, timoris defectu, & aliquo præſumptionis, ſed longe maioris chariſſimi ſui Magiſtri dilectionis affectu peccaſſe; iuſtitiamne ideo prorſus omnem ſanctitatemque exuiſſe, & nomen ſancti ſic exuiſſe dicendus eſt, & ſcriptis poſteritati relinquendum, vt noſtra fides commiſſum, vnà geminam in Apoſtolorum & Doctorum principem Petrum & Auguſtinum combinatâ & conduplicatâ calumniâ?* Si doctrina Auguſtini vera eſt, ſi temeritatis & præſumptionis reus habendus eſt Petrus; qualem agnouit Auguſtinus, & cum ea iuſtus & ſanctus

C habendus eſt, Pelagianorum princeps, Archipelagianus reputandus eſt Petrus, & inſigniores quique in præſumptionis crimine Pelagiani, inſigniores proinde ſancti cenſendi ſunt, & honorandi.

Petrus Apoſtolorum humillimus, vix in ſuam Chriſtum præ profunda humilitate, nauiculam admittens, exi, dicens, à me Domine, quia homo peccator ſum, *in abyſſum abiectionis vſque deſcendens, in cælum vſque Apoſtaſiæ Satanæ elationis cælum aſcenderit? Petrus vix lauari ſibi à Domino pedes, niſi ſub Anathematis paſſus, ſuum caput, ad principatum vſque Pelagianæ præſumptionis extulerit? Qui non amore ſui, & ſuperbiâ, qua Pelagianorum ſecta ſurgebat, ſed ardentiſſimo Chriſti amore, vt poſtea præſentia impatiens Dominica in mare præcipitem daturus*

D *erat, ſic ſe commoriturum Domino & omnium tormentorum gurgitem ſe amoris impetu miſſurum eſſe promittebat, mortali ſcelere ſuam polluerit animam? Et cum ſepties in die abſque præiudicio iuſtitiæ cadat iuſtus, ſanctitatis nomen amiſerit, & ſancti dignitatem? Odioſiſſimum Pelagianorum capitis elogium incurrat? Auguſtini doctrina veritas certa in dubium, ſancta & Catholica vocetur in crimen? Et ſi vera & Catholica cenſenda eſt, inter eximios, eximij præſumptuoſi ſanctos Pelagiani recenſeantur? Huccine mores, ac modeſtia Chriſtiana cùm ſæculorum finibus deuenerunt?*

At enim & Auguſt. ipſe pluries præſumptionem arguit Petri. Nec diſſimulo, nec locos ab aduerſario, in

E *cumulum exaggeratos retexo. Sed nil de mortali, quod vnum quæritur, apud ipſum, crimine inuenio. De quo præcecinerat pſaltes:* Quæretur peccatum illius, & non inuenietur. *Amore quippe longè amplius, quam timore peccauit. Et quis credat, quis Theologus ſentiat, poſſe eum amicitia & charitate Chriſti, peccatum mortale conſiſtere? Patres hoc loco prætereo, ad nudum & ſincerum Euangelij tribunal prouoco, & Chriſti ipſius audio, pro Petro pronuntiantis, ſicut & pro cæteris; tam ante, quam poſt, pro eo mori ſpondentis; mundos omnes atteſtantis oraculum. Ioannis quippe 13. 10. præmiſerat Chriſtus:* Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus: & vos mundi eſtis, ſed non omnes; ſciebat enim quiſnam eſſet qui traderet eum. propterea dixit:

non

non eſtis mundi omnes. *Viden vt nullum præter Iudam traditorem, tum dixerit immundum. Enimuerò hoc teſtimonium Petri temeritatem præceſſit. Nam eodem capite verſu 37. Chriſto reſpondit:* Quare non poſſum ſequi modo? Animam meam pro te ponam.

Quod & cæteri, vt vidimus, pariter reſponderunt. Num ergo deſiderium quo flagrabat, etſi præpoſterum, reum ipſum peccati mortalis coram iudice Domino, & cordium ſcrutatore ſiſtebat? Sed bene eſt quod & poſt tantam, vt volunt, præſumptionem, perſeuerauit in Petro & cæteris iuſtitia & ſanctitas, quæ non poteſt niſi lethali crimine violari. Rurſum enim Chriſtus Io. 15. 3. eadem inculcauit: Iam, inquit, vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis. *Et iterum cap. 17. 19.* Pro eis ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate, &c. Vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus, &c. Vt dilectio qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis. *Et c. 16. 27.* Ipſe Pater amat vos, quia vos me amaſtis. *Deinque Io. 15. 5.* Ego ſum vitis vos palmites, qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum, &c. Manete in dilectione mea. *Atqui vera mundities, ſanctificatio, amicitia Dei, dilectio Dei, vnitas cum Chriſto Deo ſicut palmitis cum vite, conſiſtere non poteſt, cum diuiſione, auerſione, immunditia peccati mortalis, inimicitia Dei: Vnde manifeſtè conſequitur præſumptionem Petri, aliorumque ſimiliter cum eo loquentium, non fuiſſe mortalem: Et valde notandum eſt quod & ipſe prior aduertit Auguſtin. eodem verbo vſum fuiſſe Chriſtum, poſt Petri aliorumque quantumuis temerariam pro Domino, & cum Domino moriendi promiſſa, quibus Petro dicenti* non tantum manus, ſed & pedes & caput: *Reſponderat:* Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. Et vos mundi eſtis. *Sic enim ipſa verba retexuit:* Iam vos mundi eſtis, propter ſermonem quem locutus ſum vobis, *id eſt etiamnum; adhuc iam baptiſmalem ſanctitatem retinetis. Ita enim Aug. tract. 80. in Io. 15.* Ecce, inquit, & ipſe mundator eſt palmitum: quod eſt agricolæ, non vitis officium, &c. Excedit hoc humanam humilitatem, excedit Angelicam ſublimitatem, nec omnino pertinet niſi ad agricolam Trinitatem. Iam vos mundi eſtis. Mundi ſcilicet, atque mundandi. Neque enim niſi mundi eſſent, fructum ferre potuiſſent: & tamen omnem qui fert fructum, purgat agricola, vt fructum plus afferat. Fert fructum, quia mundus eſt: atque vt plus afferat, purgatur adhuc. Quis eſt enim in hac vita ſic mundus, vt non ſit magis magiſque mundandus? Vbi ſi dixerimus quia peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt: ſi autem confeſſi fuerimus peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, qui dimittet nobis peccata, & mũdabit nos ab omni iniquitate. 1. Io. 1. Mundet itaque mundos, hoc eſt fructuoſos; vt tanto ſint fructuoſiores, quanto fuerint mundiores. IAM VOS MVNDI ESTIS, propter verbum quod locutus ſum vobis. Quare non ait, mundi eſtis propter baptiſmum quo loti eſtis, ſed ait, propter verbum quod locutus ſum vobis: niſi quia & in aqua verbum mundat? Detrahe verbum, & quid eſt aqua, niſi aqua? Accedit verbum ad elementum & fit Sacramentum, etiam ipſum tanquam viſibile verbum (*Sicut alias diximus ex eodem Auguſtino ſupra de Euchariſtia figura, quod ipſa caro Chriſti, detracto Verbo non proderat quidquam, ſed omnino profuit ex quo Verbum & plenitudo diuinitatis corporaliter in ea apparuit.*) Nam & hoc vtique

Aug.

A dixerat, quando pedes diſcipulis lauit: qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus.

(*Nil enim in baptizatis Apoſtolis culpæ originalis, vel actualis mundandum ſupererat: toti mundi erant, ſed pedes, hoc eſt affectus carnales ex concupiſcentia relicta, quotidie puluerem & ſordes contrahentes, magis ac magis lauandi erant: quibus iſtam in verba præſumptionis vlcuſculum eruperant.*) Vnde iſta tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, niſi faciente verbo: non quia dicitur, ſed quia creditur? &c. Vnde in Actibus Apoſtolorum legimus, capite 15. fide mundans corda eorum. Et in Epiſtola ſua. 1. 2. Beatus Petrus: Sic & B vos, inquit, baptiſma ſaluos facit, non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio, hoc eſt verbum fidei quod prædicamus; quo ſine dubio, vt mundare poſſit, conſecratur & baptiſmus. Chriſtus quippe nobiſcum vitis, cum Patre agricola, dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea. Lege Apoſtolum, & vide quid adiungat, Epheſ. 5. 26. Vt eam ſanctificaret, inquit, mundans eam lauacro aquæ in Verbo. Mundatio igitur nequaquam fluxo & labili tribueretur elemento, niſi adderetur, in Verbo. Hoc verbum fidei, tantum valet in Eccleſia Dei, vt per ipſam credentem, offerentem, benedicentem, tingentem, etiam tantillum mundet infan- C tem, quamuis nondum valentem corde credere ad iuſtitiam, & ore confiteri ad ſalutem. Totum hoc fit per verbum, de quo Dominus ait: IAM VOS MVNDI ESTIS, propter verbum quod locutus ſum vobis.

Certè ſi iam tum, cùm Chriſtus ipſa veritas, verè hæc diceret Apoſtolis, mundus erat cum cæteris Petrus, & ea mundities quam eis dederat baptiſmus, quomodo verè dici poteſt, & Chriſto contradici, cùm dicitur, & ſcribitur Petrus peccato mortali præſumptionis immundus? Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus qui iuſtificat, quis eſt qui condemnet? *Accuſantur nihilominus & iudicantur & Apoſtolorum humillimus capitalis Paluginna ſuperbia, & Docto-* D *rum Maximus ridicula prorſus & explodenda ab omnibus aſſertia.*

At enim Petrus ex ea præſumptione prolapſus eſt: Abyſſo, abyſſum inuocante, *in profundum baratrum negationis & perfidiæ, quod cum Auguſtini doctrina ſtare non poteſt, multo minus cùm diuina iuſtitia, & Concilij Trid. ſententia quæ ſic habet ſeſſione 6. c. 11.* Deus ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſerit, niſi ab eis prius deſeratur. *Quo loco ad marginem Concilij citatur Aug. libro de natura & gratia c. 26.* Ipſe autem Deus, cùm per mediatorem Dei & hominum hominem Ieſum Chriſtum, ſpiritaliter ſanat ægrum, vel viuificat mortuum, id eſt iuſtificat impium, & cùm ad perfectam ſa- E nitatem, hoc eſt perfectam vitam iuſtitiamque perduxerit, non deſerit ſi non deſeratur, vt piè ſemper iuſteque viuatur. Sicut enim oculus corporis pleniſſimè ſanus, niſi candore lucis adiutus, non poteſt cernere: ſic homo etiam perfectiſſimè iuſtificatus, niſi æterna luce iuſtitiæ diuinitus adiuuetur, rectè non poteſt viuere. Sanat ergo Deus, non ſolùm vt deleat quod peccauimus, ſed vt præſtet etiam ne peccemus. *Vides continuo egere iuſtos gratiæ actualis influxu, ſine quo benè agere, & in bono perſeuerare non poteſt, tum ne in tentationem inducatur, tum vt ad bona opera facienda moueatur. Certè Petrus licet antequam mortali negatione peccaret, Chriſtum non deſeruerat actuali*

S. Aug.

noxa, ſuam munditiem non amiſerat, ſed tamen mo- A *nitum Chriſti primo deſeruerat, de ſuo futuro lapſu præmonentis, ſecundo obliuiſcens tradidit ſicut & Ioannes & Iacobus obdormient, illud de orationis & vigilantiæ neceſſitate præceptum Matth. 26. 41.* Venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro: ſic non potuiſtis vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.

Vbi non quaſi mortiferi criminis reos ſeuerè increpat, ſed ſomnolentos ex infirmitate excuſans peccatum veniale, excitat. Quod & Marc. 14. 37. repetitur Lucæ autem 22. 31. cum dixiſſet Dominus Petro: Simon ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum: B Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. *Ille autem verba Chriſti non intelligens, aut ſe peruertendum, nec defecturum à fide, aut fidelitate Domino debita non putans, tum propter efficaciam orationis Chriſti, tum propter fiduciam quam in corde ſuo naturaliter generoſo, & præ cæteris Apoſtolis erga Chriſtum amore feruido, præſumendo plus æquo de ſe, & ſe alijs cõdeſcipulis in hoc ſenſu carnali præferendo, ac proinde veram humilitatem, infirmitatis propriæ cognitionem, iuſtumque timorem prædictæ negationis deſerendo, multimodè certe licet venialiter peccando prior Chriſtũ deſeruerat. Vnde & iuſto Dei iudicio deſertus eſt. Tum vt deinceps humilior, cautior, vigilãtior, in oratione feruentior, & ex proprio lapſu maior ſanctior* C *ſurgeret: Tum vt Pontifex conſtitutus recipiendis lapſis pœnitentibus ſibi ſimilibus indulgentior eſſet atq; clementior.* Diligentibus enim Deum, omnia (*etiam ex Auguſtino peccata*) cooperantur in bonum, his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti.

Et quidem ſi ſemel iuſtificatus ſemper gratiam actualem efficacem, Deus iuſtitiæ ex iuſtitia teneretur, & non eam pro libito gratis largiretur, iam non gratia eſſet, ſed debitum. Dehinc quicumque baptizatus, aut aliàs iuſtificatus eſſet, contra Concilium Tridentinum eſſet de dono perſeuerantiæ ſecurus, & amplius peccare non poſſet. Ex hypotheſi quod ſemper gratiam efficacem acciperet. Vnde ergo peccat? Propria ſua voluntate, negligentia, concupiſcentia, fragilitate, defectibilitate naturali, in mortalia aut venialia corruunt. Et licet venialiter tantùm Deum deſerant, à Deo iuſto & ſecreto iudicio deſerti, quantum ad gratiam, vt dixi, efficacem, & perſeuerantiam, quam nulli D *ex iuſtitia debet, etiam iuſti poſt ſuam deſertionem deſerti, propria voluntate in peccata quæ nullo cogente committunt, à propria concupiſcentia abſtracti & illecti prolabuntur. Numquid enim Lucifer, Adam, Dauid, Salomon, Petrus, omnes baptizati, & iuſtificati, antequam peccarent mortaliter, iuſti erant? An quando peccarunt, efficace gratia adiuti erant? Vnde ergo niſi propria voluntate, & creaturæ defectibilitate peccarunt? Numquid iniquitas eſt apud Deum?*

S. Aug. *Auguſtinum accipite ſic verſiculum Pſalmi 26. exponentem.* Ne auertas faciem tuam à me, ne declines in ira à ſeruo tuo. Magnificè, nihil dici diuinius poteſt. Sentiunt hoc qui verè amãt, &c. Vnde timet iratum? Ne auferat quod amauit. Quid amauit? Vultum tuum Domine. Ideo hanc E putat iram Domini, ſi auertat ab illo vultum ſuum, &c. Quid ſi te faciet in delicijs iſtis, & voluptate gaudiorum terrenorum immortalem? Reſpondet amator talis, nolo. Quicquid mihi præter illum eſt, dulce non eſt. Quicquid mihi vult dare Dominus meus, auferat totum, & ſe mihi det, &c. Auertat faciem ſuam à peccatis tuis, ſed non A auertat faciem ſuam à te. (*Quam vtique ſi non aliquando auerteret, vel offenſus prius, vel occulto & iuſto iudicio, non oraret vtique ne auerteret. Etſi non aliquando non derelinqueret, non peteret:*) Adiutor meus eſto ne derelinquas me, neque deſpicias me Deus ſalutaris meus. Aug. Ecce enim, inquit, in via ſum; petiui à te vnam, habitare in domo tua per omnes dies vitæ meæ, contemplari delectationem tuam, protegi à templo tuo. Hanc petiui vnam: ſed vt ad illam perueniam, in via ſum. Fortè dices mihi, vt irem, ambula, liberum arbitrium tibi dedi, voluntatis tuæ es, proſequere viam, quære pacem, & ſequere eam. Noli à via declinare, noli ibi remanere, noli retro reſpicere. B Perſeuera in ambulando, quoniam qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Iam tu accepto libero arbitrio, quaſi præſumis vnde ambules. Noli de te præſumere, ſi te DERELIQVERIT, (*prius deſerentem præſumptione tua, ſicut Petrus aliqua temeritate, ſomnolentiæ orandi, negligentia ſua, modica ſpernens, vel parum aduertens, ancillari, & ſeruili timore, & mortis timore, & Dominum captiuum confitendi timore, & mortis tremore in crimen negationis recidit, & Paſtor ouium futurus, qui aberrantes oues reducturus erat, prior à Chriſto vera via errauit ſicut ouis quæ perijt.*) In via deficies, cades, aberrabis, remanebis. Dic ergo illi: voluntatem quidem liberam dediſti mihi, ſed ſine te, nihil eſt mihi conatus meus. Adiutor meus C eſto, ne derelinquas me, &c. Tu enim adiuuas qui condidiſti, tu non deſeris quem creaſti.

Et libro de gratia & libero arbitrio c. 6. Planè cum S. Aug. data fuerit gratia, incipiunt eſſe etiam merita noſtra bona, per illam tamen: nam ſi illam ſubtraxerit, (*pondera verbum ſubtraxerit, dereliquerit, deſeruerit, eo videlicet ipſum prius deſerente aliqua infidelitate, ingratitudine, occulta ſuperbia tua,*) cadit homo, non erectus, ſed præcipitatus libero arbitrio. Quapropter, quando cœperit homo habere merita bona, non debet ſibi tribuere illa, ſed Deo, cui dicitur in Pſalmo; Adiutor meus eſto, ne derelinquas me. Oſtendit quia ſi derelictus fuerit, nihil boni valet ipſe per ſe. Vnde & ille ait, (*quod & Petrus dixit de ſe plus æquo confidens, ſi oportuerit me mori tecum non te negabo, impoſſibile putans cognito ſui cordis affectu, vt Chriſtum dilectum negaret, & quod ei prædicebat, minando potius, vel mo-* D *nendo, quam prophetando, dictum eſt arbitratus.*) Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Putauerat enim ſuum fuiſſe bonum, quod ſic ei abundabat, vt non moueretur. Sed vt oſtenderetur illi cuius eſſet illud bonum, de quo tanquam ſuo cœperat gloriari paululum gratia Dei deſerente admonitus dicit: Domine in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem: Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. Ideo neceſſarium eſt homini vt gratia Dei non ſolùm iuſtificetur impius; id eſt, ex impio fiat iuſtus, cùm redduntur ei bona pro malis: ſed etiam cùm fuerit iam iuſtificatus ex fide, ambulet cum illo gratia, & incumbat ſuper ipſam ne cadat. Propter hoc ſcriptum eſt in Cantico Can- E ticorum de ipſa Eccleſia, Cant. 8. Quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata, incumbens ſuper fratruelem ſuum? Dealbata eſt enim quæ per ſeipſam alba eſſe non poſſet. Et à quo dealbata eſt, niſi ab illo qui per Prophetam dicit: Si fuerint peccata veſtra, vt phœnicium, ſicut niuem dealbabo. Quando ergo dealbata eſt, nihil boni merebatur: Iam verò alba facta, bene ambulat, ſed ſi ſuper

eum à quo dealbata eſt, perſeueranter incumbat: A propter quòd & ipſe Ieſus ſuper quem incumbit dealbata, dixit diſcipulis Io. 15. Sine me nihil poteſtis facere. *Petrus autem & lotus, & totus mundus, & dealbatus, auertente Chriſto faciem propter eius præſumptionem, qua non cogitans ſe non poſſe ſine illo quicquam facere, putauit ex præferuido animi ſui Chriſtum diligentis impetu poſſe & non negare, poſſe & mortem ferre: & vt diſceret, humilior & cautior eſſe, non ad aciem gladij militis, non ad tribunal Pilati iudicis, ſed ad vocem ancillulæ oſtio ſeruientis, factus eſt conturbatus; & à peccatis venialibus, iuſto Dei iudicio deſertus, & ſua infirmitati relictus in negationis crimen miſerabiliter corruit.*

B *Nos vero ex Sanctorum lapſu de noſtris viribus non præſumere, & Deum ne nos meritò deſerat inſtanter oremus. Verendum enim quod S. Gregorius Papa lib. 29. Moralium cap. 2. in fine notauit*: Cùm, inquit, diuini operis myſterium ſic miſericordia peragat, vt tamen & ira comitetur, quatenus occultus arbiter alios reſpiciens redimat, alios DESERENS, perdat, &c. *Aſſidui petamus*: Auerte faciem tuam à peccatis meis, ab occultis meis munda me, ne auertas faciem tuam à me, ne declines in ira à ſeruo tuo. Adiutor meus eſto. *Hunc internum timorem expendit idem Greg. l. 7. mor. cap. 7. circa finem in hæc verba Io. 6.* Hæc mihi ſit conſolatio vt affligens me dolore, non parcat. Electi, inquit, quique cum perpetraſſe ſe illicita nouerunt, ſed perſcrutantes inueniunt, quia nulla pro illis aduerſa perpeſſi ſunt, immenſæ formidinis C terrore tabeſcunt, pauore æſtuant, ſiniſtris agitati ſuſpicionibus laborant: NE IN ÆTERNVM SE GRATIA DESERAT, quos in præſenti vita mali ſui retributio nulla caſtigat: timent ne vltio quæ ſuſpenditur, grauior in fine ſeruetur: feriri paterna correptione deſiderant, & dolorem vulneris, medicamina ſalutis putant, &c. Quia ideo hic quibuſdam parcit, vt eos in perpetuum feriat, ideo me hic feriat, vt non parcendo, in perpetuum parcat.

Et libro 5. Moral. cap. 7. Iuſti, inquit, viri deflent & pauent, & magnis ſe lamentis cruciant, QVIA D DESERI FORMIDANT, & quamuis de correptione ſua gaudeant, eorum tamen trepidam mentem correptio ipſa perturbat: ne malum quod tolerant, non pia percuſſio diſciplinæ ſit ſed animaduerſio iuſta vindictæ. Quod benè Pſalmiſta conſiderans ait, Pſalmo 89. Quis nouit poteſtatem iræ tuæ? Poteſtas quippe diuinæ iræ, noſtra non poteſt mente comprehendi: quia eius diſpenſatio obſcuris ſuper nos diſpoſitionibus, ſæpè vnde æſtimatur DESERERE, inde nos recipit: & vnde nos recipere creditur, inde DERELINQVIT, vt plerumque hoc fiat gratia, quod ira dicitur: & hoc aliquando ira ſit, quod gratia putatur. Nonnullos enim flagella corrigunt; nonnullos ad impatientiæ veſaniam perducunt: & alios proſpera quia demulcent, ab inſania mitigant: alios E quia eleuant, funditus ab omni ſpe conuerſionis eradicant. Cunctos autem vitia ad ima pertrahunt. Sed tamen quidam eò ab his facilius redeunt, quò ſe in eis corruiſſe altius, erubeſcunt. (*Vt noſter Petrus Chriſto intrinſecus reſpiciente conuerſus.*) Et ſemper virtutes ad ſuperna ſubleuant: ſed nonnunquam quidam dum timorem de virtutibus concipiunt, per ipſum tramitem aſcenſionis cadunt. *Sic & Petrus aliqua ſua elatione in aliquo humilitatis oblitus & modeſtia, derelictus à Deo ad tempus eſt deiectus.*

Aug. *Vnum miror, aduerſarium Auguſtini contendere,* A *Petrum non ob veniale peccatum, ſed ob mortale præcedens, fuiſſe à Deo deſertum. Sed rogo ſi in peccatum mortale negationis, Deo deſerente non cecidiſſet, niſi prius mortali peccato præſumptionis & arrogantiæ peccaſſet, quo priore peccato mortali, & præſumptionem antecedente, meritò deſertus, in illam incidit? Similiter interrogo cùm baptizatus, ad annos vſus perfectæ rationis peruenit, antequam primum peccatum mortale committat, cuius prioris peccati meritò, à Deo deſertus tentationi ſuccumbit? Quod & de quouis iuſtificato, & verè iuſto, in primum peccatum mortale relabente quæro. certè non datur prius primo, nec progreſſus in infinitum. Vnde licet certiſſimum ſit ex Concilio Trid. ipſiſſima Auguſtini verba referente,* B iuſtum à Deo non deſeri, niſi prius à iuſto deſeratur: *Nec iuſtitiam ſuam deſerere, hoc eſt gratiam habitualem amittere, niſi peccando lethaliter: neceſſariò conſequitur, vt peccatis alienis venialis merito, & incomprehenſibili nobis Dei iudicio, nunquam iniuſto deſeratur.*

Rurſum velim hic mihi liquidò reſponderi, ſinceriſſimè vera ac ſolida reſponſione ceſſante, & abſque vlla tergiuerſatione crediturus: licet vltro fatear, quod de fide certum eſt, nullam, quantumuis atrocem & grauem tentationem, ab omnibus ſimul Satanæ Angelis, infirmiſſimo licet homini inuentatam, eum inuitum ac nolentem poſſe ad peccandum cogere: Etſi indubiè teneam, nullum ſine libera voluntate committi peccatum: Vtrum quiſpiam cum ſola gratia ſufficientis auxilio, actu & efficaciter huiuſmodi tentationi reſiſtat? C *Vrgeo num fruſtra præceperit Dominus in oratione Dominica poſtulari*: Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo. *Num ſuperuacuè Chriſtus Petro, Iacobo, & Ioanni contra infernalis cribratoris tritici votum, vigilantiam & orationem indixerit, ne intrarent in tentationem? Fruſtra certè vigilando daretur, & orando præceptum, ſi debito omnibus & præſcati ſemper gratia ſufficientis adiutorio, & congenita libertate poſſet ſuis homo viribus vincere tentatorem. Fatendum eſt igitur ne præceptis Dominicis vt inutilibus & vanis temerè illudamus, nos efficacem à Deo gratiam, vigilando, & orando, cum xi ſtagitare debere, ſine qua omnino* D *neceſſaria, Satanam vincere, declinare à malo, & benè ſupernaturaliter operari non poſſumus. Vnde & S. Celeſtinus in Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ cap. 6. Sententiam S. Innocentij Papæ retexens*: Neminem, inquit, etiam baptiſmatis gratia renouatum, (*qualis erat Petrus, de quo agimus,*) idoneum eſſe ad euincendas carnis concupiſcentias, niſi per quotidianum adiutorium Dei, perſeuerantiam bonæ conuerſationis acceperit, quod eiuſdem Antiſtitis (*S. Innocentij Papæ*) in ijſdem paginis (*Epiſt. ad Concil. Carthag.*) Doctrina confirmat dicens: Nam quamuis hominem redemerit à præteritis ille peccatis, tamen ſciens illum iterum poſſe peccare, ad reparationem ſibi quemadmodum poſſet illum, & poſt iſta corrigere, multa ſeruauit, E atque quotidiana præſtat ille remedia, quibus niſi freti, confiſique innitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Neceſſe eſt enim vt quo auxiliante vicimus, eo iterum non adiuuante vincamur.

Nullū autē præſentius auxiliū orationis dono dediſſe Deum teſtatur ibidem cap. 11. Præter beatiſſimæ & Apoſtolicæ Sedis inuiolabiles ſanctiones, quibus nos piiſſimi Patres peſtiferæ nouitatis elatione deiecta, & bonæ voluntatis exordia, & incrementa probabilium ſtudiorum, & in eis vſque ad finem perſeuerantiam, ad Chriſti gratiam referre docuerunt: Obſecrationum quoque Sacerdotalium

Sacramenta reſpiciamus, (*orationes Eccleſiæ*) quæ Apoſtolis tradita in toto mundo, atque in omni Catholica Eccleſia vniformiter celebrantur, VT LEGEM CREDENDI, LEX STATVAT SVPPLICANDI, &c. Hæc autem non perfunctoriè, neque inaniter à Domino peti, rerum ipſarum monſtrat effectus.

Quod autem in omni bono opere cogitando, volendo, agendo; maloque ex tentationibus irruentibus declinando, ad orationem confugere debeamus, ibidem probat ex Epiſtola S. Zozymi Papæ ad omnes orbis Epiſcopos. Quod ita, inquit, Deus in cordibus hominum atque in ipſo libero operetur arbitrio, vt ſancta cogitatio, pium conſilium, omniſque motus bonæ voluntatis ex Deo ſit, quia per illum aliquid boni poſſumus, ſine quo nihil poſſumus. Ad hanc enim nos profeſſionem idem Doctor inſtituit (*ſanctus Zozymus*) qui cùm ad totius orbis Epiſcopos de diuinæ gratiæ opitulatione loqueretur, quod ergo, ait, tempus interuenit, quo eius non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus cauſiſque, cogitationibus, motibus adiutor & protector orandus eſt. Superbum eſt enim, vt quicquam ſibi humana natura præſumat, clamante Apoſtolo, non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed contra principes & poteſtates aëris huius, contra ſpiritalia nequitiæ in cæleſtibus. *Et Chriſtus non tantum præmonuerat vt diximus, Petrum Luc.* 22. 31. Simon ecce Satanas expetiuit vt vos cribraret ſicut triticum, &c.

Sed & verſu 40. Orate ne intretis in tentationē: *& poſt percuſſum Malchum & ſanatum, ad principes Sacerdotum verſu* 53. Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum: *Ecce orare neglexit Petrus. Et hanc orandi & vigilandi incuriam, non minus quàm venialem Petri præſumptionem, lapſus eius, & Dei ad tempus ſecundùm efficacis gratiæ auxilium deſertionis cauſam, non haſitanter aſſero. Tandem peto, num Deus iuſtificatis omnibus ex iuſtitia teneatur, ſemper & ad ſingulos virtutis actus, & ad ſingulas peccati tentationes gratiam dare efficacem, ſine qua in confeſſo eſt apud omnes Thomiſtas, quòd quacumque tandem ſufficiente gratia, humanum iuuante arbitriū, nullus ſequetur effectus. Etenim ſi Deus ex iuſtitia tenetur, iam non erit gratia, ſi debita, & ipſum perſeuerantiæ donum, non erit gratuitum miſericordiæ donum, ſed iuſtitiæ debitum, & cùm non ſit potior ratio vnius virtutis actus, aut tentationis incurſus, quàm alterius, quiſquis ſemel fuerit iuſtificatus, nunquam erit à gratia efficaci deſertus, & ſic de baptiſmi ſui veritate certus, de ſua, contra Concilium Tridentinum, erit prædeſtinatione ſecurus.*

Sancta quippe Synodus cùm cap. 11. *dixiſſet de iuſtis, qualem Petrum, ante negationem fuiſſe conuincor:* Licet, inquit, in hac mortali vita quantumuis ſancti & iuſti, in leuia ſaltem & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur peccata, quandoque cadant, non propterea deſinunt eſſe iuſti: nam iuſtorum illa vox eſt & humilis & verax: Dimitte nobis debita noſtra: *Vbi ad marginem Conc. Milen. cap.* 7. 8. 9. *ex verbis Auguſt. profertur: ſtatim ſubijcit:* Quo fit, vt iuſti ipſi eò magis ſe obligatos ad ambulandum in via iuſtitiæ ſentire debeant, quòd liberati iam à peccato, ſerui autem facti Deo, ſobriè, iuſtè, & piè viuentes, proficere poſſint per Chriſtum Ieſum, per quem acceſſum habuerunt in gratiam iſtam. Deus namque ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſerit, niſi ab eis prius deſeratur. *Quod indubiè intelligit de homine venialiter deferente, aliàs nulla eſſet vt vidimus de mortaliter pec-*

A *cante, & iuſtitiam ſuam deſerente difficultas. Cæterùm de perſeuerantia neminem poſſe certum eſſe diſinit Canone* 16. Si quis magnum illud vſque in finem perſeuerantiæ donum, ſe certò habiturum, abſoluta & infallibili certitudine dixerit, niſi hoc ex ſpeciali reuelatione didicerit, anathema ſit. *Et can.* 22. Si quis dixerit iuſtificatum, vel ſine ſpeciali auxilio Dei in accepta iuſtitia perſeuerare poſſe, vel cum eo non poſſe, anathema ſit. *Et can.* 23. Si quis hominem ſemel iuſtificatum dixerit amplius peccare non poſſe, neque gratiam amittere, anathema ſit. *Præmiſerat ſancta Synodus, de perſeuerantiæ munere cap.* 13. Similiter de perſeuerantiæ munere, de quo ſcriptum eſt, qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit: quod qui-
B dem aliunde haberi non poteſt, niſi ab eo qui potens eſt eum qui ſtat, ſtatuere, vt perſeueranter ſtet; & eum qui cadit, reſtituere: Nemo ſibi certi aliquid abſoluta certitudine polliceatur: tametſi in Dei auxilio firmiſſimam ſpem collocare & reponere omnes debeant. Deus enim, niſi ipſi illius gratiæ defuerint, ſicut cœpit opus bonum, ita perficiet, operans velle, & perficere. Veruntamen qui ſe exiſtimant ſtare, videant ne cadant, & cum timore ac tremore ſalutem ſuam operentur, in laboribus, in vigilijs, in eleemoſynis, in orationibus, & oblationibus, in ieiunijs & caſtitate. *Petrus itaq; quia gratia Dei defuit, hoc eſt Chriſti monitis, vigilijs, orationibus, neceſſarium non petens ad vincendas tentationes gratiæ efficacis auxilium, non*
C *ſtetit in gratia, ſed cecidit. Cæterùm cauendum eſt ne contra Concilij Trid. ſententiam ſentiamus.* Nemo, inquit, perſeuerandi munus ſibi abſoluta certitudine polliceatur: *ſed abſoluta certitudine ſibi polliceri poteſt, qui bene credit Deum obligatum eſſe ſemper gratiam ſufficientem porrigere, & ſe ſemper eam ſolo ſuo libero arbitrio reddere efficacem. Hoc enim poſito, & in bonis operibus perſeuerare, & prima, ſecunda, tertia, omni denique in finem vſque tentationi efficaciter reſiſtere poſſe abſoluta certitudine ſibi polliceri poteſt: proindeq; cùm nullo timore ac tremore, ſed tota ſecuritate & animi alacritate ſuam ſolo ſuo arbitrio gratiæ ſufficientis mera ac nuda ex parte Dei auxilio adiuto efficaciter aduerſus expreſſa Apoſtoli verba operari: Contra veritatem Euangelij, non tantum aliquid*
D *ſine Deo facere, ſed pluſquam Deus faciat, homunculus ipſe præſtare: cùm certiſſimum ſit ſufficienti gratiæ, efficacem infinita diſtantia præpollere.*

Sed ad lapſum Petri venialem, antequam à Deo quantum ad auxilium efficax, præcedente ſua culpa deſertus, in crimen negationis incideret, & ad Dei ſuper hoc iudicium occultum, tremendum nobis, & ipſi Petro inde etiam promouendo altius ex diuina diſpoſitione iucundum, cum Auguſtino diſcutiendum, in huius quæſtionis clauſula veniamus. Auguſtinus itaque præclarè vtrumque in Petro peccatum, & veniale præſumptionis, & negationis mortale diſcernit, & per præſumptionem venialem iuſti deſerente Deo, ad nega-
E *tionem peruenisſe mortalem, tract.* 66. *in Io.* 13. Cùm Dominus Ieſus ſanctam dilectionem, qua ſe inuicem diligerent, diſcipulis commendaret, dicit ei Simon Petrus: Domine quo vadis? Sic vtique hoc Magiſtro diſcipulus, & Domino ſeruus, tanquam ſequi paratus, (*hic nil reprehenſibile cenſet, ſed paratum animum hactenus laudat* ;) propterea quippe Dominus qui eius animum vidit, quare hoc interrogauerit ſic ei reſpondit; quò ego vado, non potes me ſequi modò: tanquam diceret, propter quod interrogas, non potes modò: non ait, non potes; ſed non potes modò: dilationem intulit, non ſpem tulit: & eandem ſpem quam Aug.

non tulit, ſed potius dedit, ſequenti voce firmauit, addendo atque dicendo, ſequeris autem poſtea, quid feſtinas Petre? Nondum te ſuo ſpiritu ſolidauit Petra, noli extolli præſumendo, non poteſ modò, noli deijci deſperando, ſequeris poſtea.

Sed adhuc ille quid dicit? (*En incipit tumorem Petri & præſumptionem vanam ſuggillare*). Quare te non poſſum ſequi modo? Animam meam pro te ponam. Quid in animo eius eſſet cupiditatis videbat, (*bona erga Magiſtrum voluntatis quæ vsque excuſabilis erat, cupiebat enim Dominum comitari vſque ad mortem:*) quid virium, non videbat. Voluntatem ſuam iactabat infirmus, (*non dixit mortuum peccato mortali, ſed infirmum veniali:*) ſed inſpiciebat valetudinem Medicus. Iſte promittebat, ille prænoſcebat: qui neſciebat, audiebat: qui præſciebat, docebat quantum ſibi aſſumpſerat; Petrus intuendo quid vellet, ignorando quid poſſet. Quantum ſibi aſſumpſerat, (*aduerte peccatum Petri in hoc fuiſſe ignorantiæ & fragilitatis, valde excuſabile nondum dato Spiritu ſancto, & maximè veniale ex affectu carnali licet quem in corde ſentiebat pro tam amabili Magiſtro, à quo cæteris omnibus fuerat præpoſitus:*) Cùm veniſſet Dominus animam ſuam pro amicis ſuis ponere, ac per hoc & pro ipſo; ille hoc Domino offerre conſideret, & nondum pro ſe poſitâ animâ Chriſti, animam ſuam polliceretur ſe poſiturum eſſe pro Chriſto.

Reſpondit ergo Ieſus, animam tuam pro me pones? Itane facies pro me, quod ego nondum feci pro te? Animam tuam pro me pones? Præire potes, qui ſequi non potes? Quid tantum præſumis? Quid de te ſentis? Quid eſſe te credis? Audi quid ſis, Amen, Amen dico tibi, non cantabit gallus donec ter me neges. Ecce quomodo tibi citò apparebis, qui magna loqueris, & te paruulum neſcis. Qui mihi promittis mortem tuam, ter negabis vitam tuam. Qui te iam putas mori poſſe pro me, prius viue pro te, (*hactenus venialia, & excuſabilia notauit, quæ ſenſim iuſtè Deo deſerente, vt ſuam infirmitatem agnoſceret, & Pontifex factus lapſis compati & indulgere diſceret, in mortale crimen negationis & inexcuſabile incidit.*) Nam timendo mortem carnis tuæ, mortem dabis animæ tuæ. Quanta enim vita eſt confiteri Chriſtum, TANTA MORS EST NEGARE CHRISTVM. An Apoſtolus Petrus, ſicut eum quidam fauore peruerſo excuſare nituntur, Chriſtum non negauit, quia interrogatus ab ancilla, hominem ſe neſcire reſpondit, ſicut alij Euangeliſtæ conteſtantur expreſſius? Quaſi verò qui hominem Chriſtum negat, non Chriſtum neget. Et hoc in eo negat quod factus eſt propter nos, ne periret quod fecerat nos. Ergo qui ita confitetur Chriſtum Deum, vt hominem neget, non pro illo mortuus eſt Chriſtus: quia ſecundùm hominem mortuus eſt Chriſtus. Qui negat hominem Chriſtum, non reconciliabitur per mediatorem Deo: Vnus enim Deus, & vnus mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus. Qui negat hominem Chriſtum, non iuſtificabitur: quia ſicut per inobedientiam vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi, ita & per obedientiam vnius hominis iuſti conſtituentur multi Roman. 5. Qui negat hominem Chriſtum, non reſurget in reſurrectionem vitæ: quia per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur, 1. Cor. 15. Per quid autem caput eſt Eccleſiæ, niſi per hominem? Quod Verbum caro factum eſt, id eſt Dei Patris vnigenitus Deus homo

A factus eſt. Quomodo eſt igitur in corpore Chriſti, qui negat hominem Chriſtum? (*caput hominegenum*) qui enim caput negat, quomodo eſt membrum? Sed quia multis immoror, cùm ipſe Dominus abſtulerit omnes argumentationis ambages? Non enim ait, non cantabit gallus, donec hominem neges: aut ſicut loqui familiariore cum hominibus dignatione conſueuit: non cantabit gallus, donec filium hominis ter neges, ſed ait; donec me ter neges. Quid eſt me, niſi quòd erat? Et quid niſi Chriſtus erat? Quidquid ergo eius negauit, ipſum negauit, Chriſtum negauit, Dominum Deum ſuum negauit. Quia & ille condiſcipulus eius Thomas, quando exclamauit,

B Dominus meus, & Deus meus: Non Verbum, ſed carnem tetigit, non incorpoream Dei naturam, ſed hominis corpus curioſis manibus contrectauit. Hominem itaque tetigit, ſed Deum cognouit. Si ergo quod iſte tetigit, hoc Petrus negauit; quod iſte exclamauit, hoc ille offendit. Non cantabit gallus, donec ter me neges. Dicas licet, neſcio hominem: dicas licet, homo, neſcio quid dicis: Dicas licet, non ſum ex diſcipulis eius; me negabis. Si, quod dubitare nefas eſt, Chriſtus dixit, verumque prædixit, proculdubiò Petrus Chriſtum negauit. Non accuſemus Chriſtum, cùm defendimus Petrum: peccatum agnoſcat infirmitas, nam mendacium non habet veritas.

C Agnouit planè peccatum ſuum infirmitas Petri, (*quia ex infirmitate præſumpſit, & ideo cecidit, & Deo propter infirmitatem præſumptionis deſerente vt eam agnoſceret cecidit*) prorſus agnouit, ET QVANTVM MALI CHRISTVM NEGANDO COMMISERIT, plorando monſtrauit. Ipſe ſuos redarguit defenſores, (*non excuſatores infirmitatis venialis, ſed defenſores negationis mortalis,*) & vt de eos conuincat, producit lacrymas teſtes. Neque nos cùm iſta dicimus, primum Apoſtolorum accuſare delectat; ſed hunc intuendo, admoneri nos oportet, ne homo quiſquam de humanis viribus fidat. Nam quid aliud pertinuit ad Doctorem ſaluatoremque noſtrum, niſi vt nobis nequaquam de ſe

D quenquam præſumere debere, in ipſo primo Apoſtolorum demonſtraret exemplo? *Tandem concludit, tum demum Petrum peccaſſe mortaliter, & non prius, cùm in ſui negationem Domini miſerabiliter eſt prolapſus.* In anima itaque Petri, contigit, quod offerebat in corpore. (*Quid autem offerebat Chriſto, niſi mori in corpore pro eo? In anima itaque mortuus eſt, quando negauit*) non tamen pro Domino quod temerè præſumebat; præceſſit, ſed aliter quàm putabat. Namque ante mortem & reſurrectionem Domini, ET MORTVVS EST NEGANDO, ET REVIXIT PLORANDO, (*cauſam autem mortis ſubijcit, ſicut morbi diſponunt ad mortem:*)

E SED MORTVVS EST, QVIA SVPERBE PRÆSVMPSIT, REVIXIT AVTEM, QVIA BENIGNE ILLE RESPEXIT. *Aduerte non dixiſſe mortuum præſumendo, promittendo, alijs ſe præferendo, contra Chriſti reſponſionem inſtando, ignorando quid poſſet, dormiendo, non orando; ſed dixit,* MORTVVS EST NEGANDO; *quia ſcil. præſumpſit ſe poſſe mori, temerè promittendo. Longè certè aberat à Pelagianorum errore, post quadringentos annos orituro Apoſtolus: qui licet temeritate, & præſumptione peccauerit, ignorantiâ magis ſua infirmitatis, quàm arbitrij ſui, in contemptum gratiæ Saluatoris defenſione errauit. Vnde patet quanta iniuria tam aduerſus Apoſtolorum principem, quàm omnium Eccleſiæ Doctorum lumen ſit ſcriptum:* QVOD SI DOCTRINA AVGVSTINI VERA EST, PETRVS OMNIVM PELAGIANORVM CAPVT EST.

An ſanctum Petrum mortaliter peccaſſe amputando auriculam Malchi, cum Tertulliano docuerit Auguſtinus.

TErtullianum præcedenti quæſtione vidimus indefeſſum meritorum Petri Apoſtolorum principis encomiaſtem. Ad præſentem quod attinet, læſam in aliquo Chriſti quæcumque pro nobis opprobria ſufferre volentis patientiam aduertit, bonum pro malo in omnibus rependere nos ſuo exemplo docentem. Sed nil mortalis criminis, ex amputatione auriculæ ſerui Pontificis, à Domino meditata, ingerit Petro. Ita enim lib. de patientia cap. 3. Cùm, inquit, traditur, cùm adducitur, vt pecus ad victimam: ſic enim non magis aperuit os, quàm agnus ſub tondentis poteſtate. Ille cui legiones Angelorum ſi voluiſſet, vno dicto de cælis [illegible] ſent, ne vnius quidem diſcentis (*diſcipuli Petri*) gladium vltorem probauit.) *Sed nec tanquam homicidam, mutilatorem, vel irregularem graui aliqua obiurgatione increpauit, ſed blandiſſime tantum vt gladium innaginaret mitiſſimus admonuit.*) Patientia Domini in Malcho vulnerata eſt, (*non mortaliter offenſa, ſed tantum venialiter, vulnerata.*) Itaque & gladij opera maledixit in poſterum. (*Niſi in poſterum ſiquidem prius Luc. 22. 36. dixerat: Nunc qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram: & qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladium. Syr. comparet ſibi gladium. Dico enim vobis quoniam adhuc hoc quod ſcriptum eſt, oportet impleri in me: & cum iniquis deputatus eſt. Etenim ea quæ ſunt de me, finem habent. Syr. Omnia quæ de me ſcripta fuerant, finem habent. At illi dixerunt, Domine ecce duo gladij hic: at ille dixit eis, ſatis eſt. Syr. ſufficiunt.*) Et ſanitatis reſtitutione ei quem non ipſe vexauerat, ſatisfecit per patientiam miſericordiæ matrem. *Quod dixit deinceps opera gladij à Chriſto maledicta, deprompſit ex Matthæi 26. 51. Vbi poſt oſculum traditoris præeunti turba multa cum gladijs*, acceſſerunt, & manus iniecerunt in Ieſum, & tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his qui erant cum Ieſu, extendens manum, exemit gladium ſuum, & percutiens ſeruum principis Sacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Ieſus: conuerte gladium tuum in locum ſuum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. *Marci autem* 14. 46. *Nihil de hac reprehenſione Chriſti dicit, vt nec Lucas, qui ſolum notat cap* 22. 49. Videntes autem hi qui circa ipſum erant, quod futurum erat, dixerunt ei, Domine, ſi percutimus in gladio? Syr. percutiemus eos gladijs? & percuſſit vnus ex illis ſeruum principis Sacerdotum, & amputauit auriculam eius dextram. Reſpondens autem Ieſus ait: ſinite vſque huc. Syr. ſatis eſt huc vſque. Et cùm tetigiſſet auriculam eius ſanauit eum.

Ioannes denique cap. 18. 3. Iudas ergo cùm accepiſſet cohortem, & à Pontificibus & Phariſæis miniſtros, venit illuc cùm laternis & facibus & armis, &c. Vt ergo dixit eis, ego ſum: abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram, &c. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percuſſit Pontificis ſeruum: & abſcidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen ſeruo Malchus. Dixit ergo Ieſus Petro, mitte gladium tuum in vaginã. Calicem quem dedit mihi Pater, non bibam illum? *Quid hic durum, quid aſperum? Quid peccatum mortale ſonant? quod vtique dura fuerat correctione puniendum? Quis ſeruus videns traditorem domeſticum, cohortis armatæ ducem irruentis in Dominum, & tantum Dominum, tam dilectum, in vita Domini, & propria euidentiſſimo periculo, gladium non eximat? vim vt non repellat? Maxime cùm & iuſſiſſet Dominus, ad tunicam vſque propriam vnumquemque vendere, ad gladium ſibi ſuæque legitimæ tutelæ inculpatæ comparandum: adhæc, viſa irruente armata militum & miniſtrorum manu, illis dicentibus*; Domine ecce duo gladij hic, *Chriſtoque annuente, ſatis eſſe, & ſufficere: voce ſua inſuper omnes in terram proſternente; tandem interrogantibus ipſis*: Domine ſi percutimus in gladio? *Ipſoque, vt daret locum miraculo reſtituendæ Malchi auriculæ, ſuâ taciturnitate conſentiente, quid mirum, quid criminoſum ſi Petrus feruidior cæteris, tot præcedentibus circumſtantijs, Malchi auriculam amputauit?*

Caluinus certè hæreſiarcha feratur; eiuſque in Petrum, & eius cauſâ Romanum Pontificem ſedemque Apoſtolicam, eius gladio, & fuſo ſanguine, crudelem inſimulet. Sed quis ferat, quis patienter ſuſtineat, Doctores Catholicos, vnicum Petrum in hac cauſa homicidij voluntarij reum aut mutilationis arguentes & damnantes, qui cæteros omnes, ex primo impetu plenum rationis vſum præuertente à reatu peccati lethalis excuſant, quando in ſui capitis aut Domini ſui inculpatam tutelam iniuſtos inſidiatores & inuaſores, fuſtis, aut gladij percuſſione, etiam ſine authoritate publica, vim vi repellentes inſurgunt?

Eſto, non auriculam, ſed caput miniſtri principis Sacerdotum amputauerit Petrus, ſummi Sacerdotis & Regis Regum caput quæſitum, comprehenſum ad mortem, ſeruus ab iniuſtiſſima violentia protegebat. Eſto, in poſterum Dominus ſub gladij pœna gladium exerere, & operentere prohibuerit. Eſto, deinceps, vt ait Septimius, opera gladij maledixerit. Et vt habet libro de Idol. cap. 19. Omnem poſtea militem Dominus in Petro exarmando diſcinxerit. *Et lib. de corona militis cap* 11. Licebit in gladio conuerſari, Domino pronuntiante, gladio periturum, qui gladio fuerit vſus? *Et libro de fuga cap.* 8. Refugit & ipſe vim interdum, ſed eadem ratione qua Apoſtolis fugere præceperat, donec ſcilicet, doctrinam ſuam impleret; quâ conſummatâ, non dico ſtetit, ſed nec auxilium à Patre Angelorum exercituum deſiderauit, increpito etiam Petri gladio. *Sed rogo; num priuſquam Petrus gladio percuteret, opus gladij inhibuerat Chriſtus, qui & ex ſumma vendita tunica gladios emere iuſſerat, & rogantibus an gladijs percuterent, ſuo ſilentio viſus omnibus fuerat annuere, omniũ Dominus Rex gloriæ, iudex viuorũ & mortuorum, ius ſummum vitæ & necis habens potuerat prohibere?*

Ridet ſanè inſulſos huius loci litteræ interpretes Hilarius Canone 32. *in Matth.* Conuerte gladium tuum in locum ſuum, omnes enim qui gladio vtuntur, gladio peribunt. Ergo, inquit, hic ipſe iam iudicatus eſt, (*Petrus*) quia gladio vtens, gladio interibit. (*Petrus enim non gladio, ſed cruce, non homicidæ ſupplicium gladio, ſed paſſionis glorioſæ martyrium patibulo conſummauit.*) Sed non omnibus gladio vtentibus mors ſolet eſſe per gladium. Nam plures, aut febris, aut alius accedens caſus abſumit; qui gladio, aut iudicij officio, aut reſiſtendi latronibus neceſſitate ſunt vſi. (*Et qui niſi latrones & iniuſti aliberis vitæ inuaſores erant,*) *quorum vnus Petrus percuſſit, omnes ſi potuiſſet famulus generoſus meritò & laudabiliter conſumpturus, quos & Dominus ſua etiam voce proſtrauerat. Nec dubito non fuiſſe Petrum vnius auriculæ abſciſſione contentum quem à ſummo vertice ad pedes vſque*

machæra ſua medium findere, & totam cohortem falce demetere, ſi eam præ manibus habuiſſet, & flagello totam conterere præ amore & zelo Domini ſtrenuus miles habuiſſet in votis. Hilarius ibidem pro Petro ruſſato miniſtri ſanguine calculum mittentem candidum accipite. Turba, inquit, omnis aduerſus Dominum gladijs armata proceſſerat. Recondi gladium præcepit, quia eos non humano, ſed oris ſui gladio eſſet perempturus. *(Ait enim Ioannes Apoc. 1. deſcribens venientem Chriſtum iudicem: gladius vtraque parte acutus exibat de ore eius.)* Cæterùm, ſi ſecundùm ſententiam eius omnis gladio perimeretur, qui gladio vtitur: rectè ad necem eorum gladius exerebatur, qui eodem vtebantur ad facinus. *Quod ſi rectè, ex tanti Doctoris ſententia, gladio vſus eſt Petrus: non rectè certè a nouellis doctoribus, ſupremam ſedem quæ à nemine iudicatur, iudicantibus, Senatus Apoſtolici principe iudicato & damnato, ſed temerè iudicatus eſt Petrus.*

Et quidem tete iure Canonico, communi omnium ore clamante, in amputatione auriculæ Malchi & defenſione Magiſtri adeo excuſatus eſt Petrus, vt niſi pro ſuo poſſe, & quantum in ſe fuit, innocentem Dominum ſuum ab iniuſta detentione & violentia irruentium armatorum turba defendiſſet, deſerti Domini & debiti ſui reus habendus eſſet. Ita enim ſecunda parte decreti cauſa 23. q. 3. c. 4. Vbi citatur Auguſtinus libro 2. contra litt. Petiliani, cap. 88. Vbi cùm

Aug. *Petilianus Auguſtino obiecíſſet:* Ecce vobis pleniſſimum documentum, quòd Chriſtiano non liceat in pernicie aliena verſari. Diſciplinæ autem eius initium Petro eſt conſtitutum, ſicut ſcriptum eſt: percuſſit Petrus auriculam ſerui principis Iudæorum, & abſcidit eam, dixitque illi Ieſus, Petre, reconde gladium tuum in thecam: qui enim gladio vtitur, gladio morietur. *Cui reſpondit Auguſtinus:* Cur ergo non tali voce compeſcitis arma Circumcellionum? An præter Euangelium vos loqui arbitramini, ſi dixeritis, qui fuſte vſus fuerit, fuſte morietur, &c. Inſani, gladius Petri, quamuis adhuc carnali motu animi tamen pro Chriſti corpore in corpus perſecutoris exertus eſt: veſtra verò arma aduerſus Chriſtum diuiſa ſunt: corpus verò cui ille caput eſt, id eſt Eccleſia eius per omnes gentes eſt: ipſe hoc dixit, & aſcendit in cælum. Quò cum furor Iudæorum ſequi non potuit, & membra eius in corpore quod aſcendens commendauit, furor veſter oppugnat. Pro iſtis membris aduerſus vos ſæuiunt, & vobis reſiſtunt, quicumque in Catholica, paruæ adhuc fidei eo animo ſunt, quo tunc Petrus fuit, cùm ferrum pro Chriſti nomine ſtrinxit. *(Necdum probat aduerſarius Auguſtinum ſcripſiſſe Petrum peccati mortalis reum, quem potius laudat, quàm accuſat.)* Sed multum intereſt inter veſtram perſecutionem, & iſtorum. *(Qui Circumcellionum furias armis etiam iuſtis compeſcebant, & legibus Imperatorum Chriſtianorum coërcebant.)* Vos ſimiles eſtis ſeruo Sacerdotis Iudæorum, quia ſeruientes principibus veſtris, aduerſus Eccleſiam Catholicam, id eſt aduerſus Chriſti corpus armamini: iſti autem tales ſunt, qualis tunc Petrus fuit: qui pro Chriſti corpore, id eſt pro Eccleſia etiam corporaliter pugnauit. Sed ſi ipſis dicitur quod quieſcant, ſicut Petro tunc dictum eſt; *(qui non vltra proceſſit.)* quanto magis vobis dicendum eſt, vt hæretico errore depoſito, *(alij legunt furore,)* ad ea membra pertineatis, pro quibus illi ſic dimicant. Sed læſi à talibus, etiam nos odiſtis: Et tanquam aures dexteras perdideritis, Chriſtum ſedentem ad Patris dexteram, non auditis. Sed quibus loquar? Aut quando eis loquar? Quibus nec horam inuenio, vinum etiam mane ructantibus, ſiue iam ebrijs, ſiue adhuc. *Id eſt vſque mane. Vt Martialis de Acerra.*

Heſterno fœtere mero qui credit Acerram
Fallitur, in lucem ſemper Acerra bibit.

Sed ſeria iam malo. Eadem ſecunda parte decreti, cauſa & quæſtione præmiſſa, ſed capite ſeptimo, citatur hæc Ambroſij ſententia, in Petri certè fauorem non violenter adducenda. Qui ſocij non repellit iniuriam, ſimilis eſt ei qui facit. Prouerbiorum 24. Eripe eum qui ducitur ad mortem. *Et quo violenta turba crudelioribus Circumcellionum furioſorum fuſtibus & armis accincta Dominum pertrahebat, & raptabat? An non ad mortem, mortem autem crucis? Quid hic ageret fidelis comes & ſeruus? Iniuriam non repelleret à Domino? Similem ſe iniuriam inferentibus exhiberet? Caſſiodorus inſecutus Ambroſium ſic in verſum pſalmi:* Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Cùm poſſis, inquit, obuiare peruerſis, ſi deſinas aduerſari, conſenſus erroris eſt. *Ibidem item cap. 8. citatus Anaſtaſius & Damaſus Pontifices; & hic quidem Epiſtola 3. ad Stephanum cap. 8.* Malorum, inquit, impietati fauet, qui eis obuiare ceſſat. *Tandem rurſum Auguſtinus ibidem cap. 11. in teſtem adducitur ſcribens in Pſalm.* S. Auguſt. 81. Non ſunt immunes à ſcelere, qui non liberant eos quos poſſunt à facto liberare. *Tantum igitur abeſt vt Petrus debuerit ex iuſta Domini ſui defenſione culpari, quin potius ſi à defenſione abſtinuiſſet, excors & iners ab omnibus debuerat æſtimari.*

Origenes certè, ſecundùm legem, & poteſtatem datam Iudæis, Petrum egiſſe declarat; licet, nondum eâ abrogatâ, per nouam legem publicatam, Euangelij perfectionem in hoc facto non impleuerit. Sic enim tract. 35. in Matth. 26. Vnus, inquit, eorum qui erant cum Ieſu, nondum manifeſtè concipiens apud ſe Euangelicam patientiam illam traditam ſibi à Chriſto, nec pacem ſuam dedit diſcipulis ſuis per legem de inimicis, extendens manum accepit gladium & percuſſit ſeruum principis Sacerdotũ. *Chryſoſtomus item homilia 85. in Matth.* Quiſnam, inquit, eſt vnus iſte qui auriculam ſerui amputauit? Petrum certè fuiſſe Ioannes teſtatur, cuius ardentiſſimo animo iure iſta res attribuitur, &c. Sed vndenam ibi gladij ſunt inuenti? Quamobrem Chriſtus illud permiſit? Vt facilius crederent quod traderetur, propterea dixit eis, emat gladium, &c. Sed vndenam ibi gladij ſunt inuenti? A cœna & menſa tunc iam exiuerant, vbi propter agnum gladios eſſe oportuit. Illi verò quoniam audiſſent venturos aduerſus eum aliquos eſſe, quaſi Magiſtrum defenſuri, ſecum gladios acceperunt. Quæ res diſcipulorum animus ſolummodo erat. Propterea Petrus gladio vſus, comminatione & quidem vehementi reprehenditur. Vltus enim ſeruum magno ardore animi eſt; quod tamen non ad ſui, ſed ad Magiſtri fecit defenſionem. Chriſtus verò nullum detrimentum fieri permiſit. Confeſtim enim illum curauit, & hac magnitudine miraculi, & lenitatem, & potentiam ſuam oſtendit. Tu verò diſcipuli quoque & amorem pium & humilitatem conſidera: alterum enim ex diligenti feruore, alterum ex obedientia fecerat. Nam cùm audiſſet, mitte gladium tuum in vaginam, ſtatim obtemperauit, & nuſquam poſtea iſtud fecit. Alius autem Euangeliſta dicit interrogaſſe diſcipulos, ſi gladio

percutiendum erat, non ſolum prohibuiſſe, verum etiam percuſſum ſanaſſe. Sed Petrum acriter, & quidem minando increpat, vt eum & cæteros ſimul, huiuſcemodi defenſione deterreat. *Et enarratione breui in caput 26. Matth. in calce tomi 2.* Ioannes, inquit, ait fuiſſe Petrum: eius namque feruore dignum fuit facinus, &c. Diſcipulos autem, cùm quoſdam aduerſus eos venturos audiſſent, ob idipſum veriſimile eſt nonnullos ex eis ſecum in auxilium gladios accepiſſe, tanquam pro Magiſtro pugnaturos, tantus animus illorum, &c. Ad hęc & magnum diſcipuli amorem, & manſuetudinem patefecit: Nam alterum quidem ex amoris pietate, alterum verò, gladij videlicet in vaginam conuerſionem, ex obedientia fecit. Cuius autem rei gratia dixit: Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt? Quo ſcilicet diſcipulorum animos inſidiantium ſupplicio conſolaretur. *Theophylactus item citatus in gloſſa:* Zelo, inquit, diſcipuli armati ſunt. *Et Beda hoc loco:* Duo, inquit, gladij ſufficiunt ad teſtimonium ſponte paſſi Saluatoris: vnus qui & Apoſtolis audaciam pro Domino certandi, & euerſa ictu eius auricula, Domino etiã morituro pietatem, virtutemque doceret ineſſe medicandi: Alter qui nequaquam vaginâ exemptus oſtenderet, eos nec totum quod potuere, pro eius defenſione facere permiſſos, &c. *Et rurſum:* Gladium, inquit, iubet ſumere, vel non habitum emere, vt ſciant legentes, non facultatem reſiſtendi deeſſe diſcipulis, ſed Magiſtro amorem potius ineſſe patiendi.

Ambroſius lib. 10. in Lucam 22. O Domine, inquit, cur emere me iubes gladium, qui ferire me prohibes? Cur habere præcipis quem vetas promi? Niſi fortè vt ſit parata defenſio, non vltio neceſſaria; & videar potuiſſe vindicari, ſed noluiſſe. Lex tamen referire non vetat, & ideo fortaſſe Petro duos gladios offerenti, ſat eſt, dicis: quaſi licuerit vſque ad Euangelium: vt ſit in lege æquitatis eruditio, in Euangelio bonitatis perfectio. Multis hoc iniquum videtur, ſed non iniquus Dominus, qui cùm poſſet vlciſci, maluit immolari. Eſt & gladius ſpiritalis, vt vendas patrimonium, emas verbum, quo nuda mentis penetralia veſtiuntur, &c. Mouet adhuc quòd duos gladios diſcipuli protulerunt: Num fortè vnum noui, alterum veteris intelligamus teſtamenti, quibus aduerſos diaboli armamur inſidias? Denique dicit Dominus, ſatis eſt: quaſi nihil deſit ei quem vtriuſque teſtamenti doctrina munierit, &c. Eſt etiam gladius paſſionis, vt exuas corpus, (*hoc eſt vendas tunicam pelliceam*) & immolatæ carnis exuuijs, ematur tibi ſacri corona martyrij: quod eſt ex benedictionibus Dominicis colligere, qui ſummam omnium coronarum, ſi quis perſecutionem patiatur pro iuſtitia, prædicauit. *Et ibid. poſt multa zelum Petri approbat.* Volenti, inquit, inijcit manus turba, nectuntur vincula. O amentes & perfidi! non ſic comprehenditur Sapientia, non ſic tenetur iuſtitia. Nec diſcipulorum ſtudia defuerunt. Vnde Petrus eruditus in lege, promptus affectu, qui ſciret Phinees reputatum ad iuſtitiam quòd ſacrilegos peremiſſet, percuſſit principis ſeruum. *Deinde exponens myſterium Petri, ſimul approbat factum. Sed de myſterio inferius.*

Vidimus hactenus Patres omnes feruorem hic Petri certatim collaudantes; vnus Auguſtinus ab aduerſario eligitur, qui nedum venialis, ſed & mortalis criminis reum Petrum in abſciſſione auriculæ Malchi ſcripſiſſe refertur, vt ſolitus à communi Patrũ ſenſu recedere conuincatur. Sed Deo gratias, quòd & in hoc, ſicut in cæteris omnibus ſanctiſſimo Doctori impoſuiſſe reuincatur; vbique enim, & quacumque occaſione data de hoc argumento ſcripſit, maximè loco confuſè ab aduerſario citato contra Fauſtum, nec libro, nec capite notato, cùm 32. numero libros ſcripſerit aduerſus Fauſtum Manichæum; vel Petrum excuſauerit, vel ad ſummum peccatum veniale in eo arguerit, vel cum Ambroſio Apoſtolorum principis laudauerit zelum. Libro quidem 3. de conſenſu Euang. cap. 5. Quod Lucas dixit interrogantibus diſcipulis, ſi percuterent in gladio, Dominum reſpondiſſe, ſinite vſque huc; quaſi poſt illam percuſſionem ita dictum fuerit, vt placuerit ei vſque huc factum, ſed amplius fieri noluerit: cùm in verbis quæ Matthæus poſuit, intelligatur potius totum factum quo vſus eſt gladio Petrus, Domino diſplicuiſſe. Illud enim verius eſt, quòd cùm eum interrogaſſent dicentes, Domine ſi percutimus in gladio, tunc reſpondit, ſinite vſque huc; id eſt, non vos moueat quod futurum eſt: permittendi ſunt huc vſque progredi: hoc eſt, vt me apprehendant, & impleantur quæ de me ſcripta ſunt. *Dehinc excuſat Petrum ex feruore dilectionis:* Sed inter moras verborum interrogantium Dominum, & illius reſpondentis, Petrus defenſionis auiditate, & maiori pro Domino commotione percuſſit, &c. Videri autem poſſet contrarium, ſi Dominus ex illa reſponſione, ſinite vſque huc, prohibuiſſe lethale vulnus, vſum tamen ſpontaneum approbaſſe demonſtretur. *Sicut ſupra alij Patres intellexerunt.* Quomodo autem, inquit, ſit intelligendum, ſinite vſque huc, iam expoſui: etſi aliter melius poteſt, ita ſit: dum tamen Euangeliſtarum veritas conſtet. S. Aug.

Vbi vides, præter excuſationem Petri, in qua longe eſt à ſententia peccati mortalis, eum ab expoſitione aliorum Patrum non diſſentire. Doctor Angelicus Lect. 2. in Io. 18. Ponit, inquit, zelum diſcipuli in ſerui percuſſione, &c. Simon Petrus cæteris diſcipulis ardentior habens gladium eduxit eum, & percuſſit Pontificis ſeruum qui erat inter miniſtros, & abſcidit auriculam eius dexteram. Non ex ſua principali intentione, cùm eum intenderet occidere. Sed ictus quem dirigebat ad caput, relapſus eſt ad aurem. Ideo enim ictum dirigebat ad caput, vt facilius moneat quod faciebat ex zelo Domini ſui, 3. Reg. 19. Zelo zelatus ſum, &c. Quæritur quòd cùm Dominus dixiſſet eis, quòd non reſiſterent malo Matth. 5. Quid eſt quod Petrus percuſſit ſeruum principis? Ad quod dicendum, quod Dominus prohibuit, quod non reſiſterent alicui ad defendendum ſeipſos, non autem ad defendendum Dominum. Vel dicendum, quod nondum confirmati erant virtute ſuperuenientе ex alto Luc. vlt. Ideo non erant adhuc perfecti, vt omnino malo non reſiſterent. *Vbi D. Thomas non modo percuſſionem, ſed & occidendi intentionem propter zelum defenſionis Domini excuſat à graui peccato, & etiam ſimplici perfectionis defectui imputat, qua carebat nondum accepto Spiritu ſancto.*

Sed ad Auguſtinum redeo. Serm. 124. de temp. venialem ſatis in hac cauſa Petri indicat noxam, vbi ait: Erat, inquit, reuera hic Petrus paulo durior & ſeuerus, ſicut auſteritatem reuocata OB CHRISTI INIVRIAM, ſerui principis Sacerdotum declarat auricula. *Et tract. 112. in Io. 18. licet factum* Aug.

Petri

Petri improbatum dicat à Chriſto, cum tamen ex defenſione Domini ſui benignus excuſat. Aug. Factum, inquit, Petri Dominus improbauit, & progredi vltra prohibuit dicens: mitte gladium, &c. Calicem quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum? In ſuo quippe facto ille diſcipulus MAGISTRVM DEFENDERE VOLVIT, non quid ſignificatum eſt cogitauit. Et ille igitur ad patientiam commonendus fuerat, & hoc ad intelligentiam conſcribendum.

Quantum ad locum ex libro 22. contra Fauſtum cap. 9. Vbi primò Moyſem à Fauſti calumnia vindicat. Aug. Ex ore, inquit, omnino Dei Moyſem ſeruum eius & amamus, & admiramur, & quantum poſſumus, imitamur, cùm ſimus longè illius meritis inferiores, etiam nullo Ægyptio, vel occiſo, vel exſpoliato, nullo bello geſto, quorum ille aliud futuræ indolis ſenſoris, aliud impoſito imperio Dei fecit. *Capite autem 70. zelum eius, vt Pauli & Petri tantum abeſt vt reprobet, quin & futuri aliquid magni præſagium exiſtimat.* Vt interim omittam, quod cum percuſſit Ægyptium, quanquam illi Deus non præciperet, in perſona tamen prophetica, ad hoc diuinitus fieri permiſſum eſt, vt futurum aliquid præſignaret. Vnde nunc non ago, ſed omnino tanquam nihil ſignificauerint facta illa diſcutio: conſultáque illâ æternâ lege, perſonam non debuiſſe hominem ab illo, qui nullam ordinatam poteſtatem gerebat, quamuis iniurioſum & improbum, occidi. Verumtamen animæ virtutis capaces ac fertiles, præmittunt ſæpè vitia, quibus hoc ipſum indicent, cui virtuti ſint potiſſimum accommodatæ, ſi fuerint præceptis excultæ. Sicut enim & agricolæ quam terram viderint, quamuis inutiles, tamen ingentes herbas progignere, frumentis aptam pronunciant; & vbi fœlicem aſpexerint, licet eradicandam ſciant, validis vitibus habilem intelligunt: & quem montem oleaſtris ſyluéſcere aſpexerint, oleis eſſe vtilem cultura accedente non dubitant: ſic ille animi motus, quo Moyſes peregrinum fratrem à ciue improbo iniuriam perpetientem, non obſeruato ordine poteſtatis, multum eſſe non pertulit: non virtutum fructibus inutilis erat, ſed adhuc incultus, vitioſa quidem, ſed magnæ fertilitatis ſigna fundebat. Ipſe denique per Angelum ſuum diuinis Moyſen vocibus euocauit in Sina, per quem liberaretur ex Ægypto populus Iſrael: cumque miraculo viſionis in rubo flāmante, & non ardente, verbis Dominicis ad frugem obedientiæ præparauit. Qui etiā Saulum Eccleſiam perſequentē, de cælo vocauit, proſtrauit, erexit, impleuit: tanquam percuſſit, amputauit, inſeruit, fœcondauit. Illa namque Pauli ſæuitia, cum ſecundum æmulationem Paternarum traditionum perſequebatur Eccleſiam, putans officium Deo ſe facere, tanquam ſylueſtre erat vitium, ſed magnę fertilitatis indicium. Hinc E erat etiam ILLVD PETRI, CVM EVAGINATO GLADIO VOLENS DEFENDERE DOMINVM, AVREM PERSECVTORIS ABSCIDIT, quod factum Dominus ſatis minaciter cohibuit dicens, recondc gladium: qui enim gladio vſus fuerit, gladio cadet. Ille autem vtitur gladio, qui nulla ſuperiori ac legitima poteſtate, vel iubente, vel concedente, in ſanguinem alicuius armatur. Nam vtique Dominus iuſſerat vt ferrum diſcipuli eius ferrent, ſed non iuſſerat vt ferirent. Quid ergo incongruum, ſi Petrus poſt hoc peccatum, (*non dixit mortale ſed maximè veniale, & magnæ virtutis & zeli præſcium.*) factus eſt Paſtor Eccleſiæ, ſicut

Err. Imput. Tert. & Aug.

Moyſes poſt percuſſum Ægyptium factus eſt rector illius Synagogæ. Vterque enim NON DETESTABILI IMMANITATE, (*non mortali crimine*, ſed emendabili (*veniali*) animoſitate, iuſtitiæ regulam exceſſit: vterque odio improbitatis alienæ, ſed ille fraterno, iſte DOMINICO, licet adhuc carnali, tamen AMORE PECCAVIT, reſecandum hoc vitium, vel eradicandum, ſed tamen TAM MAGNVM COR, tanquam terra frugibus, ita ferendis virtutibus excolendum.

Quantum ad myſterium præciſa auricula quod B *ſupra attigerat Auguſtinus tract. 112. in Io. 18.* Solus, inquit, hic Euangeliſta etiam nomen huius ſerui expreſſit, ſicut Lucas ſolus, quòd eius auriculam Dominus tetigerit, & ſanauit eam. Malchus autem interpretatur regnaturus. Quid ergo auris pro Domino amputata, & à Domino ſanata ſignificat, niſi auditum amputata vetuſtate renouatum, vt ſit in nouitate ſpiritus, & non in vetuſtate litteræ? Roman 7. Quod cui præſtitum fuerit à Chriſto, quis dubitet regnaturum eſſe cum Chriſto? Quòd autem ſeruus dictus eſt, & hoc ad illam pertinet vetuſtatem, quæ in ſeruitutem generat, quod eſt Agar. Galat. 4. Sed cùm acceſſit ſanitas, figurata eſt libertas. *Hieronymus alio ſenſu ſcribens in Marc. 14. Per gladium intelligens* C *verbum.* Prædicatio, inquit, Petri auditum à Iudæis abſcidit regni Dei. *Hilarius Canone 32. in Matth. 26.* Ab Apoſtolo, inquit, ſeruo principis Sacerdotum auricula deſecatur: populo videlicet Sacerdotio ſeruienti, per Chriſti diſcipulum inobediens auditus exciditur, & ad capacitatem veritatis, hoc quod erat inauditus amputatur. *Origenes tract. 35. in Matth. 26.* Sicut dicit Ioannes ei dextram auriculam amputauit, apud quem & nomen ſerui dicitur, quia Malchus vocabatur. Et forſitan quod agebat Petrus myſterium erat, quoniam Iudaici populi dextra auditio fuerat amputanda, propter malitiam eorum demonſtratam in Ieſum. Nam & ſi videntur audire legem modò, cùm ſiniſtro auditu audiunt vmbram traditionis de lege, non veritatem: cùm ſint ſerui ſermonis profitentis ſeruitium Dei, non autem ſeruientis D in veritate. Huius ſermonis myſterium erat aduerſus Chriſtum, aduerſarius Chriſti princeps Sacerdotum Caiphas. Videtur autem mihi, quoniam qui ex gentibus crediderunt, omnes vnus populus conſtituti in Chriſto, per hoc ipſum quod crediderunt in Chriſtum, facti ſunt cauſa vt præcideretur Iudæorum auditio dextra, ſecundùm quod fuerat prophetatum de eis: grauia aures populi huius, & oculos eorum deprime, vt ne videntes videant, & audientes intelligant, & conuertantur, & ſanem eos.

Elegantius Ambroſius libro 10. in Luc. 22. Dominus, inquit, vulnera cruenta deterſit, myſteria diuina ſubiecit; vt ſeruus principis mundi, non E naturæ conditione, ſed culpæ, ſæcularium famulus poteſtatum, auris ſuæ vulnus exciperet, quia non audiſſet verba ſapientiæ. Omnis denique qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Peccatis, inquit, Eſa. 50. veſtris venditi eſtis. Venditio propter peccata noſtra, propter bonitatem autem Dei, redemptio peccatorum. Aut ſi Petrus volens, (*hoc eſt cum hac intentione præciſe*) percuſſit aurem, docuit quòd aurem habere in ſpecie non deberent, quam in myſterio non habebant. Sed bonus Dominus & ipſi refundit auditum, ſecundùm prophetica dicta demonſtrans, & ipſos, ſi conuertantur, poſſe ſanari, qui in paſſione Domini vulnerati ſunt, eo quod omne peccatum fidei

myſterio abluatur. Tollit ergo Petrus aurem. Quare Petrus? Quia ipſe eſt qui accepit claues regni cælorum. Ille enim condemnat qui & abſoluit, quoniam idem & ligandi & ſoluendi adeptus eſt poteſtatem. Tollit autem male audientis, tollit autem gladio ſpiritali aurem interiorem malè intelligentis. Caueamus ne cui tollatur auricula. Legitur paſſio Domini, ſi ad diuinitatem eius referimus infirmitatem corporeæ paſſionis, exciditur auricula, & exciditur à Petro, qui non paſſus eſt Chriſtum Prophetam æſtimari, ſed Dei filium docuit fideli confeſſione ſignari. *Tollat vtinam Dominus, tollat & Petrus gladio ſpiritali aurem interiorem male intelligentium Auguſtin. Qui licet zelum Petri ex amore Domini excuſant, in aliquo improbauerit ex lenitatis defectu, laudauit tamen ex amoris affectu nec vnquam damnauit peccati mortalis, ſicut imponitur ei ab aduerſario, reatu.*

An prædeſtinatos ad malum multos ſcripſerit cum Tertulliano Auguſtinus.

TErtullianus *libro tertio, contra Marcionem c. 24. Agit de magno prædeſtinationis arcano, paucis quidem verbis ſed luculentis:* Quum verò Iacob ſomnat ſcalas obſirmatas in terra ad cælum, & Angelos alios aſcendentes, & alios deſcendentes, innixum deſuper Dominum, temerè ſi fortè interpretabimur, ſcalis his iter ad cælum demonſtrari, quò alij perueniant, vnde alij decidant, Domini conſtitutum eſſe iudicio. *Quaſi diceret, nulla apud Deum iniquitate, quos ab æterno voluit æquus arbiter, incomprehenſibili quantumuis nobis, æquo tamen iudicio, nullis præcedentibus hominum meritis alios prædeſtinatos fuiſſe vt cum Angelis ſanctis, per ſequentia gratiam merita & opera bona ad æternam aſcenderent gloriam; alij cum Angelis malis ac reprobis, propter merita mala, ſiue peccati originalis ſine baptiſmo decedentes infantes, quam adulti propter actualia mortalia peccata, æternam deuoluerentur in pœnam. Quod autem Dei iudicio ad malũ culpæ, vel ſimpliciter ad malum quempiam Angelorũ vel hominum Deus iudicio ſuo conſtituerit deſtinare, nec Tertullianus, nec Auguſt. nec quiſquam niſi impius, blaſphemus, hæreticus dixit. Ita enim Caluinus in expoſitione Eccleſiaſtica ad Rom. 9.* Cæterùm, inquit, indurandi verbum cùm Deo in ſcripturis tribuitur, non ſolùm permiſſionem ſi volunt diluti quidam moderatures, ſed diuinæ quoq; iræ actionem ſignificat. Nam res omnes externæ quæ ad excæcationem reproborum faciunt, illius iræ ſunt inſtrumenta. Satan autem ipſe, qui intus efficaciter agit, ita eſt eius miniſter, vt non niſi eius imperio agat. Corruit ergo friuolum iſtud effugium quod de præſcientia Scholaſtici habent, quoniam præuideri ruinam impiorum à Domino Paulus tradidit, ſed eius conſilio & voluntate ordinari, quemadmodum & Salomon docet, nõ modò præcognitum fuiſſe impiorum interitum, ſed impios ipſos fuiſſe deſtinatò creatos, vt pereant Prou. 16. 4. *Sed impium eſt, & contra Scripturæ mentem, ideo creatum eſſe impium dicere, licet verum ſit ſeruari impium vſque ad diem iudicij, vt in eo Deus ſicut in Pharaone oſtendat virtutem ſuam, id eſt iuſtitiã quam ſibi vaſa praparata in interitum propter demerita ſua, theſaurizant in die reuelationis & iuſti iudicij Dei. Unde rurſum blaſphemat Caluinus ibid. [illegible]:* Vaſa iræ, id eſt in hoc facta, & formata, vt documenta ſint vindictæ, & furoris Dei. *Neque enim Deus*

A *vaſa iræ fecit, ſed horum vaſorum figulus Adam [illegible] quantum ad originale peccatum, & ſinguli quod ad peccata actualia pertinet, homines à Deo benefacti. [illegible] plerique in aqua baptiſmi refecti ſeipſos, ita vaſa [illegible] runt, quæ ſic facta præſciuit Deus & deſtinauit ob merita mala in diem iudicij. Unde ſanctes Pagn [illegible] to loco Prou ſic legit* Omnia [illegible] tatus eſt D[illegible] propter [illegible] ipſum, & [illegible] impium, quem d[illegible] ad diem malum. *Syriaca.* R[illegible]eruatur, inq[illegible] diem mali. *Chaldaica*, omnia opera Domini [illegible] hi qui obediunt: impiu[illegible] ad d[illegible] *Sept. denique in edit. Venetiana 16[illegible]9* I[illegible] in die mala peribunt. *Unde Beda in Rom. 1. Au[illegible] referens ſcribentem ad Bonif.* Ill[illegible], inquit, dici p[illegible] Aug.

B teſt, cur omnino [illegible] Deus [illegible] peccatores, vt [illegible] ſine [illegible] bitatione præſcient. Quia[illegible] fecerit, naturas [illegible] dubio bonæ ſunt, qui[illegible] tamen ex [illegible] tatis ſutura eſſent vi[illegible] & [illegible] talia quibus [illegible] pœna [illegible] Deus [illegible]. Quare. Niſi quia [illegible] Cu[illegible] voluerit, o homo tu quis [illegible] D[illegible] &c. Cæt[illegible] miſericordia rum) non pertinent[illegible] & corpus Dei bon[illegible] & quicquid habet ipſa natura præter [illegible] flixit ſuperbienti voluntatis [illegible]

C hoc à Deo præſcien[illegible] deret liberum [illegible] quid valeret: & in eorum [illegible] vaſa miſericordiæ quæ non ſuorum [illegible] ritis, ſed gratuita Dei gratiâ ſui [illegible] tione diſcreta, quid ſibi collatum e[illegible] rent.

Iam ordine videamus nullibi vnquam Au[illegible] ſcripſiſſe aliquos ad malum ſimpliciter fuiſſe prædeſtinatos. ſed vbiq. cum de reprobis egit, ad malum pœnæ ſiue interitus, ſiue mortis æterna, ſiue igni & ſupplicij ſempiterni; in quibus omnibus ſemper ſuppoſuit iuſtum Dei iudicium, meritam originali peccato in infantibus ſine baptiſmo decedentibus, & in adultis, peccatis actualibus,

D *bus, & finali maximè impœnitentia à Deo præſcita debitam pœnam. Sic itaque in Ench. ad Laur. c. p 100. vbi de voluntate Dei iuſtè omnia facientis.* Benè, inquit, vtens & malis tanquam ſummè bonus, ad eorum damnationem quos iuſtè prędeſtinauit ad pœnam, & ad eorum ſalutem quos benignè prædeſtinauit ad gloriam. Aug.

Et libro 2 de peccatorum mer. cap [illegible]. Vt innoteſcat quod latebat, & ſuaue fiat quod non delectabat, gratiæ Dei eſt quæ hominum adjuuat voluntates: qua vt non adjuuentur, in ipſis [illegible] cauſa eſt, non in Deo ſiue damnandi præd[illegible] ti ſunt propter iniquitatem ſuperbiæ, ſiue [illegible] ipſam ſuperbiam iudicandi, & erudi[illegible], ſi filij

E ſint miſericordiæ. *Et libro [illegible] timo, in Exateucum quæſtione 59. circa f.* Qu[illegible] contra [illegible]os Ammon dux quærebatur Iepte, qui[illegible]us v[illegible] liberarentur, cum eo duce aduerſus illos bellare cupiebant, quoniam interpretatur Ammon filius populi mei, ſiue populi mœroris, pro[illegible] ſignificantur inimici, qui ex ipſa gente per[illegible] rantes in infidelitate prędicti ſunt, [illegible] pœnis gehennæ prædeſtinati, vbi [illegible] fletu & ſtridor dentium, tanquam populo mœroris. Quanquam populus mœroris, etiam diabolus & Angeli eius, non inconuenienter [illegible]iguntur ſiue quia æternam miſeriam eis quos decipiunt, acquirunt, ſiue quia & ipſi ęternę miſeriæ deputati ſunt. Aug.

Epiſt. 49. quæſtione 3. Sicut veritas hortatur homines fieri ſocios Sanctorum Angelorum, ita ſeducit impietas ad ſocietatem dæmoniorom, cui præparatur igois æternus, ſicut regnum æternum ſocietati Sanctorum. *Et Epiſtola 61. ad Dulcitium Tribunum.* Sed qooniam Deus occulta ſatis diſpoſitione, ſed tamen iuſtâ, nonnullos eorum (*Donatiſtarum*) pœnis prædeſtinauit extremis, Aug. proculdubiò melius incomparabili numeroſitate plurimis ab illa peſtifera diuiſione, & diſperſione redintegratis atque collectis, quidam ſuis ignibus pereunt, quàm pariter vniuerſi ſempiternis ignibus gehennarum, merito ſacrilegæ diſſenſionis ardebunt. *Et Epiſtola 251. ad Ceretium Epiſcopum in f. in Supplement. parte prima.* Quid vlterius loqnar de perditis vaniloquis, & mentis ſeductoribus primum ſuæ, (*de Priſcillianiſtis agebat,*) deinde cæterorum quos ſibi ad interitum prædeſtinatos æternum conſociare potuerunt. *Tractat. 43. in Io.* Morti, inquit, ſempiternæ prædeſtinati. *Tract. 14. in Io.* Populus preparatus ad iram Dei, damnandos cum diabolo. *Tractat. 48. in Io.* Ad ſempiternum interitum prædeſtinatos, &c. Niſi Aug. ad interitum prædeſtinatos. *Tract. 95. in Io.* Mundus iudicio ignis æterni irreuocabiliter deſtinatus. *Tract. 107.* Traditor Chriſti perditioni prędeſtinatus. *Trac. 110. in Io.* Neque quò ſint prædeſtinati (*reprobi*) ignorat, &c. Eſt mundus damnationi prędeſtinatus. *Trac. 111.* Ille damnationi prędeſtinatus meritò non cognouit. *Libro 15. de Ciu. capite primo.*

Appellamus ciuitates duas, hoc eſt duas ſocietates hominum: quarum eſt vna quæ prædeſtinata Aug. eſt in æternom regnare cum Deo, altera æternum ſupplicium ſubire cum diabolo. *Et 21. de Ciuit. cap. 24.* Si de aliquibus ita Eccleſia certa eſſet, vt qui ſunt illi etiam noſſet, qui licet adhuc in hac vita ſint conſtituti, tamen prædeſtinati ſunt in æternum ignem ire cum diabolo, tam pro eis non oraret quàm nec pro ipſo. *Et lib. 22. capite 24. circa f.* Quid dabit eis quos prædeſtinauit ad vitam, qui hæc dedit etiam eis, quos prædeſtinauit ad mortem. *Et in ſupplement. parte ſecunda, libro 5. operis perfecti contra Iulian ſect. 64.* Quid illud eſt quod in his ſiniſtræ partis hœdis in Dei præſcientia quæ falli non poteſt, igni perpetuo deſtinatis, multi ſunt, qui lauacro regenerationis abluti, poſtea vel apoſtaſiâ pereunt, vel tam facinoroſè flagitioſeque viuunt, vt eidem ſiniſtræ ſine dubio deputentur, nec rapiuntur ſicut quidam, ne malitia mutet intellectum eorum. Neque vt hoc eis Deus tam magnum beneficium non conſerat, fatali neceſſitate prohibetur, neque vt alijs conferat, perſonarum acceptione mutatur. *Videndus item libro quarto de anima & eius origine capite 11.* Aug. *Tandem ter idipſum inculcat libro de dono perſeuerantia capite 22.* Si qui nondum vocati ſunt quos gratia ſua prædeſtinauit eligendos, accipient eandem gratiam, qua electi velint eſſe, & ſint. Si qui autem obediunt, ſed in regnum eius & gloriam prædeſtinati non ſunt, temporales ſunt, nec vſque in finem in eadem obedientia permanebunt.

Neque verò ſolus Auguſtinus prædeſtinationis nomen etiam reprobis applicauit. Iſidorus enim libro ſecundo ſententiarum capite ſexto. Gemina, inquit, prædeſtinatio eſt, ſiue electorum ad requiem, ſiue reproborum ad mortem. *Adrianus item Papa Epiſtol 97. ad Epiſcopos Hiſpaniæ, ex ſermone ſancti Fulgentij & teſtimonio Apoſtoli Iudæ, idipſum confirmat.*

A Propter quod, inquit, beatus Apoſtolus Iudas quoſdam prædeſtinatos dicit in iudicium, his verbis verſu tertio. Subintroierunt enim quidam homines impij, qui olim præſcripti & prædeſtinati erant in hoc iudicium Dei noſtri. Vigilanter autem in doctrina Spiritus ſanctus prædeſtinatos impios non dicit ad peccatum, ſed ad iudicium. Id eſt non ad impietatem, ſed ad punitionem. Non enim prædeſtinati ſunt ad hoc, quod vitio ſuo impietates amittunt, ſed ad illud quod iudicio ęquitatis diuinæ recipiunt. *Fulgentius autem noſter libro de duplici prædeſtinatione Dei, vna bonorum ad gloriam, altera malorum ad pœnam, per* B *omnia tuetur Auguſtinum, & capite tertio, ſic Monimo reſpondet, qui ſcripſerat ſibi legiſſe quod Auguſtinus ſcripſerat libro de perfectione iuſtitiæ in quo cum protuliſſet locum Pſalmi 13.* Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Sine aliqua, inquit, nebula, ſine aliqua dubitatione expreſſit interpres ipſe veriſſimus genus tale hominum, illud prædeſtinatum vtique in interitum. *Cui reſpondet Fulgentius*, Ipſe, inquit, docens aiebam, ad pœnam debitam, non ad malum faciendum, poſſe dici aliam prædeſtinationem.

Et capite quinto. Nihil, inquit, aliud accipiendum exiſtimo in illo ſancti Auguſtini ſermone quo ad interitum quoſdam prædeſtinatos firmat, niſi ad interitum ſupplicij, non delicti. Neque ad C malum quod iniuſtè admittunt, ſed ad cruciatum, quem iuſtiſſimè patientur. Nec ad peccatum, quo primæ reſurrectionis (*baptiſmi*) beneficium, aut non accipiunt, aut amittunt: ſed ad tormentum quod illis propria iniquitas malè parit, & æquitas diuina bene retribuit, &c. *Et capite ſexto.* Quod ergo ante gehennam mali pereunt, non eſt diuini operis, ſed humani. Quod autem in gehenna perituri ſunt, hoc facit Dei æquitas, cui nulla placet peccantis iniquitas, &c. Sicut ergo peccatum in eo non eſt, ita peccatum ex eo non eſt. Quod autem ex eo non eſt, opus eius vtique non eſt. Quod autem nunquam eſt in opere D eius, nunquam fuit in prędeſtinatione eius. *Et capite ſeptimo.* Non ergo prædeſtinati ſunt mali ad hoc, quod malè operantur à concupiſcentia ſua abſtracti & illecti; ſed ad hoc quod iuſtè patiuntur inuiti. Prædeſtinationis enim nomine, non aliqua voluntatis humanæ coactiua neceſſitas exprimitur, ſed miſericors & iuſta futuri operis diuini ſempiterna diſpoſitio prædicatur. Deo autem miſericordiam, & iudicium cantat Eccleſia, cuius hoc opus eſt in homine, vt occulto voluntatis ſuæ, non tamen iniuſto conſilio, aut gratuitam miſericordiam prærogет miſero, aut debitam iuſtitiam rependat iniuſto. Imò aut miſericorditer debitori donet, quod ſi vellet iuſtè poſſet exi- E gere: aut iuſtè cum vſuris quod ſuum eſt exigat, & iniquo debitori quod debetur iniquitatibus reddat. Ac ſic, aut iſtum prorſus indignum miſericordia præueniat, aut illum ira dignum inueniat.

Et cap. 13. Quia Deus nulla neceſſitate compellitur vt aliquid nolens promittat: nullius vtique aduerſitatis impeditur obſtaculo, quo id quod promiſit, aut minus quàm vult, aut tardius faciat. Proinde potuit ſicut voluit prædeſtinare, quoſdam ad gloriam, quoſdam ad pœnam; ſed quos prædeſtinauit ad gloriam, prædeſtinauit ad iuſtitiam: quos autem prædeſtinauit ad pœnam, non prædeſtinauit ad culpam. Poſſet enim peccatum aliquod ex prædeſtinatione Dei eſſe, ſi poſſet

aliquis hominum iuſtè peccare. Nullus aotem hominum iuſtè peccat, quamuis eoni iuſtè Deus peccare permittat. Iuſtè enim deſeritur à Deo, qui deſerit Deum. Et quia homo deſerens Deum peccat; deſerens peccatorem Deus iuſtitiam ſeruat. Quid aotem magis iuſtum, quàm vt ille qui deſiderio peccandi iam peccat, pro eo quod deſiderans peccare ipſe ſibi noxius efficitur, ſemetipſum peccato ſuo lædere permittat? In ſanctis igitur coronat Deus iuſtitiam, quam eis gratis ipſe tribuit, gratis ſeruauit, gratiſque perfecit; iniquos autem condemnabit pro impietate vel iniuſtitia, quam in eis ipſe noo fecit. In illis enim opera ſua glorificat, in iſtis autem opera non ſua condemnat. Hoc itaque prędeſtinauit Deus quod erat ipſe facturus, aut quod fuerat largiturus. Illud vero nullatenus prædeſtinauit, quod ſiue per gratiam, ſiue per iuſtitiam, facturus ipſe non fuit.

Et capite 19. Proinde quia initium malæ voluntatis ſoperbia eſt, quæ ex Deo non eſt, perſpicuè claret non ex Deo eſſe hominibus ioteritum malæ operationis, ſed à iuſto iudice retribui malis interitum vltionis. Mala quippe voluntas non pertinet ad optimum Creatorem: iuſta verò iniuſti Angeli hominiſque damnatio pertinet ad æquiſſimum cognitorem. Ad voluntatem igitur malam Deus hominem non prædeſtinauit, quia homini eam daturus ipſe non fuit. Quomodo enim Deus hominem quem ad imaginem ſuam fecit, prædeſtinaret ad malam voluntatem quam ipſe non fecit? Itaque peccare in hoc homo cœpit, io quo à Deo diſceſſit. Scriptum eſt enim Eccleſiaſt. 10. Quia initium ſuperbiæ apoſtatare à Deo.

Et capite 21. Si cùm à Deo fieret homo, ſic erat in præſenti opere Dei bonus, vt in prædeſtinatione eius eſſet malus: proculdubio Dei opere malos futorus erat, à quo ad peccandum prædeſtinatus fiebat. Vbi ſtatim illa, eooſequetur abſurditas, vt dicatur quia Deus, de quo Propheta dicit, qui fecit quæ futura ſunt, in ſe habuit, quod abſit, iniquitatis originem, ſi hominem à ſe factum ipſe prædeſtinauit peccatorem. Predeſtinatio enim eius, præparatio eſt operum eius. Et ſicut competit Deo bono, vt caoſa ſit totius operis boni: ſic incongruum eſt, vt in ipſo putetur cauſa cuiuſlibet operis mali. *Ex capite 22. longe aliam ponit cauſam prædeſtinationis electorum ad gloriam, & reproborum ad pœnam.* Hæc eſt in ſanctis cauſa prædeſtinationis diuinę, præparatio ſcilicet iuſtificationis & adoptionis indebitæ, quam quia non merebatur voluntas hominis mala, non eſt eios cauſa, niſi ſola Dei voluntas bona. Io his aotem qui putantur prædeſtinati; non ad luenda ſopplicia, *(qua etiam voluntas Dei bona eſt, quia iuſta.)* ſed ad perpetranda peccata, cùm cauſa ipſius prędeſtinationis quæritur, non inuenio *(ex parte Dei, qui non volens iniquitatem Deus eſt)* quid reſpondere poſſit, quiſqois hanc aſſerere meditatur. Numquid enim ſicot rectè dicimus ad hoc prædeſtinatos ſanctos, vt Deo in eis miſericorditer operante, ex malis fierent boni, & ex impijs iuſti? Quod cùm dicimus, ad Dei gloriam dicimos: numquid ſic rectè dicere poterimus, ad hoc prædeſtinatos iniquos, vt Deo in eis etſi non miſericorditer, ſaltem iuſtè operante, ex bonis fierent mali, aut ex iuſtis fierent, impij? Abſit hoc à nobis, atqoe ab omoibus Chriſtianis, vt cauſam cuiuſlibet peccati, quiſquam deputare diuinæ audeat æquitati: cùm nec malitiæ, nec impietatis cuiuſquam cauſa eſſe poſſit, niſi in eo qui malus atque impius fuerit. Vt ergo ex malis fiant homines boni, & ex impijs iuſti, laudanda eſt Dei miſericordia: vt autem ex bonis fiant homines mali, aut ex iuſtis iniqui, ſi diuinæ prædeſtinationis aſſeritur cauſa, erit, quod abſit, vituperanda iuſtitia. Quinimo oee iuſtitia iuſtè dicetur, ſi puniendom reum non inueniſſe, ſed feciſſe dicatur. Maior verò erit iniuſtitia ſi lapſo Deus retribuit pœnam, quem ſtantem prædeſtinaſſe dicitur ad ruinam.

Tandem prædeſtinationem reproborum quo ad pœnam, licet voluntatem Dei iuſte punire volentem rectiſſime aſſerat, peccatum tamen cuius ſolius cauſa prædeſtinantur ad pœnam, exertè cum Auguſtino docet non prædeſtinatum eſſe à Deo, ſed tantummodo præſcitum. Ibidem capite 24. Oſtenſurus itaque Deus qoid reddeodum præſciuerit, & quid donandum: prædeſtinauit illos ad ſupplicium, quos à ſe præſciuit voluntatis malæ vitio diſceſſuros: & prędeſtinauit ad regnum, quos ad ſe præſciuit miſericordiæ præuenientis auxilio redituros, & io ſe miſericordiæ ſubſequentis auxilio eſſe manſoros. In iſtis miſericordiam cuſtodiens, in illis iuſtitiaio tenens: iſtis quod promiſit piè tribuens; illis nihilominus qood prædixit iuſtè retribuens. Sic autem Deus non omnia promiſit quæ prædixit, quamuis prædixerit omnia quę promiſit: ſicut non omnia prædeſtinauit quæ præſciuit, quamuis omnia prædeſtinata præſciuerit. Præſciuit enim voluntates hominum bonas & malas: prędeſtinauit autem non malas, ſed ſolas bonas. Et licet in eius prędeſtinatione non fuerit, vt malitiam voluntati humanæ dediſſet; fuit, tamen in eius prędeſtinatiooe, quid humanæ voluntatis malitiæ reddidiſſet. Propter hoc, quia ſicut Pſalmiſta teſtatur, miſericors eſt Dominus & iuſtus; prędeſtinauit iuſtos ad gloriam, iniquos ad pœnam. Iuſtificandis ergo atque glorificandis prædeſtinatum miſericordiæ ſuæ opus prędixit pariter & promiſit: Iniqois autem prędeſtinatum iuſtitię ſuę opus prædixit tantummodo, non promiſit. *Quin vt ſubijcit capite ſequenti*: Iuſtificatio & glorificatio quę oon eſt homini ex homine, ſed ex Deo, quia multum ſanctis fuerat profutura, ideo prędicta eſt, & promiſſa: punitio verò quę in ęternum fuit impijs obfutura (*ex ipſis ſponte peccantibus*) prædicta eſt tantummodo, oon promiſſa. *Deus enim læta & proſpera non infœlicia & triſtia promittit, ſed prædicit, præſcit, & comminatur.*

Vnum eſt, quo aduerſarius ſanam S. P. Auguſtini doctrinam impetit, & Caluinianæ hæreſi cauſam tribuiſſe ſuggillat, quòd videlicet. Deus qui prædeſtinauit ad pœnam, hominum voluntates impellere videatur ad culpam, ſicut quos prædeſtinauit ad gloriam, impellit & monet ad gratiam, & virtutum ad beatitudinem dirigentium operationem. Ita enim Caluinus: Modum, inquit, exprimit ſcriptura, cùm vno in loco recitat Deum populo iratum cor Dauidis incitaſſe, vt populum numeraret, in altero Satanam facit eius inſtigationis authorem. Vnde intelligimus Satanam iræ Dei flabellum eſſe, vt corda hominum quocumque voluerit, Deus impellat, &c. Nec verò ideo tantùm iræ Dei miniſter Satan quod animos ad malas cupiditates ſollicitet, ſed quia efficaciter trahat, &c. Hinc certè iam colligere promptum eſt, quàm inane & fluxum ſit illud diuinæ iuſtitiæ patrocinium, quia mala

ſunt non eius voluntate, ſed permiſſu dumtaxat fieri. Equidem quatenus mala ſunt, quæ malo animo perpetrant homines, Deo minimè placere fateor. Sed quòd otioſum ea permittere fingunt, quæ ſcriptura non tantú eo volente, ſed authore fieri pronuntiat, nimis friuolum eſt effugiũ. Dedit hoc interdum Auguſtinus receptę loquẽdi conſuetudini. Sed cum preſſius inſiſtit, & magis exactè rẽ examinat, nullo modo patitur in locum actionis permiſſionem ſubſtitui. *Sed Caluinum & ſequaces eius Deum facientes authorem peccati, ſuo Tridentina Synodus anathemate percuſſit ſeſſione ſexta, Canone 6.* Si quis dixerit non eſſe in poteſtate hominis vias ſuas malas facere, ſed mala opera B ita vt bona Deum operari, non permiſſiuè ſolùm, ſed etiam propriè, & per ſe: adeo vt ſit proprium eius opus, non minus proditio Iudę, quàm vocatio Pauli, anathema ſit.

S. Aug. *A quo tantùm abeſt Auguſtinus, vt hoc loco Concilij citetur in margine libro primo ad Bonifacium contra duas Epiſtol. Pelagianorum capite tertio.* Non itaque, inquit, ſicut dicunt nos quidam dicere, & iſte (*Iulianus*) audet inſuper ſcribere, omnes in peccatum veluti inuiti carnis ſuæ neceſſitate coguntur: ſed ſi iam in ea ætate ſunt, vt propriæ mentis vtantur arbitrio, & in peccato ſua voluntate retinentur, & à peccato in peccatum ſua voluntate præcipitantur. Neque enim agit in eis C etiam qui ſuadet & decipit, niſi vt peccatum voluntate committant, vel ignorantiâ veritatis, vel delectatione iniquitatis, vel vtroque malo & cæcitatis, & infirmitatis. Sed hæc voluntas quę libera eſt in malis, quia delectatur malis, ideo libera in bonis non eſt, quia liberata non [illegible]. Nec poteſt homo boni aliquid velle, niſi adiuuetur ab eo qui malum non poteſt velle; hoc eſt gratia Dei per Ieſum Chriſtum.

Citat etiam Proſperum ſentent. 14. ad cap. Gallorum. & Reſponſ. ad 10. obiect. Vincent. Auguſtinus autem libro de dono perſeuerant. capite ſexto. Nihil, S. Aug. inquit, fit, niſi quod aut ipſe Deus facit, aut fieri permittit. *Licet ergo Deus hominem peccare nolit, iuſtè* D *tamen eum liberè peccare permittit, & pro peccato præſcito prædeſtinatum ad pœnam iuſtus vindex punit. Hinc Auguſtinus in Pſal. 110.* Magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius. Per quas, inquit, nullum confitentem deſierit miſericordia, nullius eſt iniquitas impunita, quando flagellat etiam omnem filium quem recipit. Sed ſi iuſtus vix ſaluabitur, peccator & impius vbi parebunt? Eligat ſibi homo quodlibet. Non ſic conſtituta ſunt opera Domini, vt creatura in arbitrio libero conſtituta, creatoris ſuperet voluntatem, etiamſi contra eius faciat voluntatem. Non vult Deus vt pecces, nam prohibet: tamen ſi peccaueris, non putes hominem feciſſe quod voluit, & Deo accidiſſe quod noluit. E Sicut enim vult vt homo non peccet, ita vult peccanti parcere, vt reuertatur, vt viuat: ita vult poſtremo in peccato perſeuerantem punire, vt iuſtitiæ potentiam contumax non euadat. Ita quicquid elegeris, omnipotenti non deerit vnde ſuam de te compleat voluntatem. Magna enim opera Domini exquiſita in omnes voluntates eius.

Sed quomodo abſque ſua bonitatis & iuſtitiæ detrimento fieri poteſt, vt ſecundum Auguſtinum Deus agat in cordibus hominum etiam voluntates eorum? Ita enim libro de correptione & gratia capite 14. quod retexuit libro de prædeſtinat. ſanct. capite 20. Non Aug. eſt, inquit, dubitandum, voluntati Dei (*ſcilicet* A *abſoluta & æterno decreto*) qui in cælo & in terra, omnia quęcumque voluit fecit, & qui etiam illa quæ futura ſunt fecit, humanas voluntates non poſſe reſiſtere, quo minus faciat ipſe quod vult, quandoquidem de ipſis hominum voluntatibus quod vult facit. Niſi fortè vt ex multis aliqua commemorem, quando Deus voluit Saüli regnum dare, ſic erat in poteſtate Iſraëlitarum ſubdere ſe memorato viro, ſiue non ſubdere, quod vtique in eorum erat poſitum voluntate, vt etiam Deo valerent reſiſtere. Qui tamen hoc non fecit, niſi per ipſorum hominum voluntates, ſine dubio habens humanorum cordium quo placeret inclinandorum omnipotentiſſimam poteſtatem, &c. 1. Reg. 10. Abierunt potentes quorum tetigit Deus corda cum Saüle, &. 1. Paral. 12. Spiritus Domini induit Abiſaï principem inter triginta & dixit, tui ſumus Dauid.

Ita & libro de prædeſtinat. ſanctorum capite 16. Eſt, inquit, in malorum poteſtate peccare; vt autem peccando hoc vel illud illâ malitiâ faciant, non eſt in eorum poteſtate, ſed Dei diuidentis tenebras, & ordinantis eas, vt hinc etiam quod faciunt contra voluntatem Dei, non impleatur niſi voluntas Dei, &c. *Deinde ſubijcit ex Actis Apoſtolorum:* Conuenerunt in veritate in ciuitate iſta aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum quem vnxiſti, Herodes & Pilatus & populus Iſraël, facere C quanta manus tua, & conſilium prædeſtinauit fieri, &c. *Et ibidem capite 20.* Hoc donum cæleſtis gratiæ in illam purpurariam deſcenderat, cui ſicut ſcriptura dicit in Actibus Apoſtolorum cap. 16. Deus aperuerat ſenſum eius, & intendebat in ea quæ à Paulo dicebantur: ſic enim vocabatur vt crederet. Agit quippe Deus quod vult in cordibus hominum, vel adiuuando, vel iudicando, vt etiam per eos impleatur quod manus eius & conſilium prædeſtinauit fieri. Fruſtra itaque etiam illud quod Regnorum & Paralipomenon ſcriptura teſte probauimus, cùm Deus vult fieri quod non niſi volentibus hominibus oportet fieri, inclinari eorum corda vt hoc velint, eo ſcilicet in- D clinante qui in nobis mirabili modo, & ineffabili operatur & velle, ad cauſam de qua diſſerimus non pertinere dixerunt, &c. Ac per hoc exiſtimant ad regna terrena facienda, (*& vt alibi dixit, ad bella gerenda*) Deum inclinare: ad regnum verò cæleſte obtinendum Deum non inclinare quorum voluerit voluntates? Sed puto propter regnum cælorum, non propter regnum terrenum eſſe dictum: inclina cor meum in teſtimonia tua.

Sed maior difficultas eſt circa reproborum corda quomodo Deus in eis operetur. Nam libro de gratia & lib. arbitr. capite 20. S. Aug. Satis me diſputaſſe arbitror aduerſus eos qui gratiam Dei vehementer oppu- E gnant, qua humana voluntas non tollitur, ſed ex mala mutatur in bonam, & cùm bona fuerit adiuuatur; & ſic diſputaſſe, vt non magis ego quam diuina ipſa ſcriptura vobiſcum locuta ſit euidentiſſimis teſtimonijs veritatis: quæ ſcriptura diuina ſi diligenter inſpiciatur, oſtendit non ſolùm bonas hominum voluntates quas ipſe facit ex malis, & à ſe factas bonas in actus bonos, & in æternam dirigit vitam: verum etiam illas quę conſeruant ſæculi creaturam, ita eſſe in Dei poteſtate, vt eas quò voluerit, quando voluerit faciat inclinari, vel ad beneficia quibuſdam præſtanda vel ad pœnas quibuſdam ingerendas, ſicut ipſe iudicat occultiſſimo quidem iudicio, ſed ſine dubita-

tione iuſtiſſimo. *Subdit exemplum indurationis Pharaonis, Semei, maledicentis Dauid.* Non, inquit, iubendo dixit, vbi obedientia laudaretur, ſed quòd eius voluntatem proprio vitio ſuo malam, in hoc peccatum iudicio ſuo iuſto & occulto inclinauit, &c. Vt cor eius malum miſerit, vel dimiſerit vt videat, inquit, Dominus humilitatem meã, & retribuat mihi bona pro maledicto eius in die iſto. Ecce quomodo probatur Deum vti etiam cordibus malorum, ad laudem atque adiumentum bonorum. Sic vſus eſt Iuda tradente Chriſtum: ſic vſus eſt Iudæis crucifigentibus Chriſtum. Et quanta inde bona præſtitit populis credituris, qui & ipſo diabolo vtitur peſſimo, ſed optimè ad exercendam & probandam fidem & pietatem bonorum, non ſibi qui omnia ſcit antequam fiant, ſed nobis quibus erat neceſſarium, vt eo modo ageretur nobiſcum.

Multa profert exempla capite ſequenti de Roboam à S. Aug. *quo auerſa eſt plebs ad Ieroboam 2. Regum* 12. Quoniam erat conuerſio à Domino, vt ſtatueret verbum ſuum quod locutus eſt in manu Ahiæ Silonitæ de Ieroboam. Sic 2. Paral. 12. ſuſcitauit Dominus ſpiritum ſuper Ioram, ſpiritum Philiſtijm & Arabum, &c. Sic 4. Regum 14. Non audiuit Amaſias (*ſcilicet vt non pugnaret cum Ioa Rege Iſraël*) quoniam à Deo erat vt traderetur in manus eius. Sic Heſter 15. Conuertit Deus & tranſtulit indignationem eius in lenitatem. *Aſſueri ſcilicet de quo immediate ſcripſerat*: Et intuitus eſt eam tanquam taurus impetu indignationis ſuæ, & timuit Regina, &c. *Item Prou.* 21. Sicut impetus aquæ, ſic cor Regis in manu Dei, quocunque voluerit, declinabit illud, & in Pſalmo 104. legitur dictum de Ægyptijs quid eis fecerit Deus: & conuertit cor eorum, vt odirent populum eius & dolum facerent in ſeruos eius. Roman. 1. Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam, &c. Tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ, &c. ſicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobam mentem, vt faciant quę non conueniunt. 2. Theſſal. 2. Pro eo quod dilectionem veritatis non receperunt vt ſalui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt falſitati. *Præmiſerat & Ezech.* 14. Propheta ſi errauerit & locutus fuerit, ego Dominus ſeduxi Prophetam illum, & extendam manum meam ſuper eum, & exterminabo eum
S. Auguſt. de medio populi mei Iſraël. *Quibus omnibus ſententijs præſcripſerat initio capitis* 21. Quis non iſta iudicia diuina contremiſcat, quibus agit Deus in cordibus etiam malorum hominum quicquid vult, reddens eis tamen ſecundum merita eorum? *Non quòd vt ſæpiſſime dixit ſeducat, induret, agat in malum, ſed quòd iuſtè ob præcedentia peccata permittat eos vel à diabolo, vel à propria voluntate, cæcitate, concupiſcentia ſeduci. Et cum permittit id ſibri ſubtrahendo gratiam, non impertiendo malitiam, nec niſi volens, & iuſte volens id permittat, & indurare dicitur, & ſeducere, & tradere, cùm ſinit hæc fieri.*

Vnde cum Eccleſia ſic ores, Deus cuius prouidentia in ſui diſpoſitione non fallitur, & quem nullum latet ſecretum: *Videns & ſciens ab æterno diſpoſitionem liberam voluntatis humanæ, ad hoc vel illud peccatum determinatam proprio arbitrio, decreuit tali diſpoſitione vti, ad ſuam & electorum gloriam, ad è præciſe, vt quanquam liberè ſine vlla neceſſitate & coactione res ab agentibus liberis fiant, videantur ſcripturæ loquendi modo, Deo ipſo præcipiente quaſi miniſtros iuſtitia ſua obedientiſſimos euenire. Cum porro nihil niſi eo volente & ordinante fiat, & Deus quantumlibet malas dæmonum & hominum voluntates & intentiones benè ordinet, & in optimum finem ſiue miſericordia, ſiue iuſtitia ſua manifeſtationem, & ordinare, ſit agere, hoc ſenſu eodem capite 21. præcitato dixit:*
Agit omnipotens in cordibus hominum etiam motum voluntatis eorum, (*in quantum enim actus eſt Phyſicus, bonus eſt, nec ſine Deo commouente effici poteſt: In quantum defectiuus eſt, & deuiatio a recta regula, ab ipſa rectitudine, iuſtitia, ratione, eſſe non poteſt.*) Vt per eos agat, quod per eos agere, ipſe voluerit, qui omnino iniuſtè aliquid velle non nouit. Aug.

Et concludit ibidem: His & talibus teſtimonijs diuinorum eloquiorum quæ omnia commemorare nimis longum eſt, ſatis quantum exiſtimo manifeſtatur operari Deum in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates quocumque voluerit, ſiue ad bona (*efficiendo*) pro ſua miſericordia, ſiue ad mala (*deſerendo & dimittendo ſuis deſiderijs*) pro meritis eorum, iudicio vtique ſuo, aliquando aperto, aliquando occulto, ſemper autem iuſto. Fixum enim debet eſſe & immobile in corde veſtro, quia non eſt iniquitas apud Deum. Ac per hoc, quando legitis in literis veritatis, à Deo ſeduci homines, aut obtundi, vel obdurari corda eorum, nolite dubitare præceſſiſſe mala merita eorum, vt iuſtè iſta paterentur: (*Deo non agente quidem, ſed deſerente*) ne incurratis in illud prouerbium Prou. 19. Inſipientia viri violat vias eius, Deum autem (*quaſi authorem peccati*) cauſatur in corde ſuo. Gratia verò (*qua corda mouentur in bonum,*) non ſecundum merita hominum datur, alioquin gratia iam non eſt gratia: quia ideo gratia dicitur, quia gratis datur. Si autem potens eſt, ſiue per Angelos vel bonos vel malos, ſiue quocumque alio modo operari etiam in cordibus malorum pro meritis eorum, (*per malos quidem tentare permittendo, per bonos adiuuare ceſſando*) quorum malitiam non ipſe fecit, ſed aut originaliter tracta eſt ab ipſo Adam, aut creuit per propriam voluntatem; quid mirum eſt, ſi per Spiritum ſanctum operatur in cordibus electorum ſuorum bona, qui operatus eſt vt ipſa corda eſſent ex malis bona? Aug.

Diuus Thomas in ſecundum ſent. diſtinct. 27. q. 2. art. 2. ad 3. pulchre diſtinguit opera in quibus Deus agit: Deus, inquit, dicitur Author & cauſa bonarum operationum, non ſolùm quantum ad eſſentiam actus, ſed etiam quantum ad perfectionem, ſecundùm quam bona dicuntur, vtrumque enim agenti influit, & vt agat, & vt benè agat: ſed in malis actionibus, quamuis ſit cauſa earum, quantum ad eſſentiam, non tamen eſt cauſa quantum ad defectum: & ideo abſolutè dicendus eſt cauſa bonorum operum, non autem peccatorum. *Et in cap. nono ad Roman.* In hoc ipſum excitaui te: quia videlicet tanquam iudex iuſtus vtitur miniſterio diaboli ad puniendum excæcationis pœna ipſos reprobos iuxta illud Pſ. 77. Immiſſiones per Angelos malos. *Ita Aug. 10. de Ciuitate Dei capite 19. Chryſoſtom. homel. 67. in Ioan. & homel. 8 ſupra ſecundam Epiſtolam ad Corinth. Origenes homil. ſecunda in libr. Iudic. Gregor. libro 22. Moral capite 21. & 13. in verba Iob 34. inducet noctem & conterentur, & homil. 11. in Ezechiel. & Damaſc. libro quarto, fides Orthodoxa cap. 20. Tertio dicitur peccatores indurare, & excæcare poſitiue; quia videlicet eorum voluntates ad*

malum inclinat occaſionaliter, proponendo aliqua ipſis peccatoribus interius & exterius. quæ ſecundùm ſe ſunt inductiua ad bonum, peccatores tamen ſua malitia in malum proprium ea conuertunt, iuxta quem modum ipſe Dominus loquens ad filios Iſrael ait. Roman. 12. Deuter 32. ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem inſipientem, in iram vos mittam. Quod occaſionaliter accipiendum eſt. Nam ex miſericordia gentibus collata, quæ ſecundum ſe erat inductiua ad bonum, occaſionem Iudæi ceperunt inuidiæ, Vt ait Aluares libro tertio, de auxilijs diſputat. 14 circa f. Vbi & refert D. Thomam parte 2. quæſtione 109. a. 9. in corp. vbi ait Nulla res creata poteſt in quemcumque actum prodire, niſi virtute motionis diuinæ.

Idem docet Thomas lect. 3. in Roman. nono, iuxta Ariſtotelem. Cùm, inquit, homo habeat potentiam ad oppoſita, puta ad ſedendum, vel non ſedendum, oportet quod reducatur in actum per aliquid aliud. Reducitur autem in actum alterius horum per conſilium, ex quo vnum oppoſitorum præeligit alteri. Sed cum iterum homo habeat potentiam conſiliandi, vel non conſiliandi, oportebit eſſe aliquid per quod reducatur in actum conſilij. Et cùm in hoc non ſit procedere in infinitum, oportet eſſe aliquod principium extrinſecum ſuperius homine, quod ipſum moueat ad conſiliandum. Et hoc non eſt aliud quam Deus, &c.

De Pharaone autem: In hoc ipſum ſeruaui te: id eſt dignus eras mori propter mala quæ feceras: C ſed tamen non ſtatim tibi mortem indixi, ſed ſeruaui te in vita, eo fine quo ſequitur, vt ſcilicet oſtendam in te fortitudinem meam. Et in hoc etiam ſenſu poteſt legi, excitaui te: id eſt cum apud me pro meritis tuis mortuus eſſes, conceſſi tibi vitam quaſi te excitarem, &c. Alio modo poteſt intelligi, excitaui te in peccatum, vt deterior fias. Quod quidem non eſt intelligendum hoc modo quod Deus in homine cauſet malitiam; ſed eſt intelligendum permiſſiuè: quia ſcilicet ex iuſto ſuo iudicio permittit aliquos ruere in peccatum, propter præcedentes iniquitates, ſicut ſupra primo dictum eſt, tradidit [illegible]s Deus in reprobum ſenſum. Sed aliquid amplius videtur D mihi in hoc eſſe intelligendum, quia videlicet inſtinctu quodam interiori mouentur homines à Deo ad bonum & ad malum (*quod probat ex Auguſtino ſupra*) vnde & Deus dicitur ſæpius ſuſcitare aliquos ad bonum ſecundùm illud Dan. 13. ſuſcitauit Deus ſpiritum pueri iunioris, dicitur etiam ſuſcitare aliquos ad malum faciendum ſecundum Eſa. 13. Suſcitabo Medos qui ſagittis paruulos interficiant. Aliter tamen ad bona, aliter ad mala. Nam ad bona inclinat hominum voluntates directè & per ſe tanquam actor bonorum: ad malum autem dicitur inclinare vel ſuſcitare homines occaſionaliter in quantum ſcilicet Deus homini aliquid proponit vt ſupra vidimus Iob. 14. Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, E & ille abutitur eo in ſuperbia. Et ſimiliter Deus, quantum eſt de ſe inſtigat hominem ad bonum. Puta Regem ad defendendum iura regni ſui, vel ad puniendum rebelles: ſed hoc inſtinctu bono abutitur malus homo ſecundùm malitiam cordis ſui. Et hoc patet Eſa. 10. Vbi dicitur de Aſſur: ad gentem fallacem mittam eum, contra populum furoris mei: mandabo illi vt auferat ſpolia, & poſt: ipſe autem non ſic arbitrabitur: & cor eius non ita æſtimabit, ſed ad conterendum erit cor eius. Et hoc modo circa Pharaonem accidit, qui cùm à Deo excitaretur ad regni ſui tutelam, abuſus eſt hac excitatione in crudelitatem. Secundò oportet conſiderare quo fine Deus iſta partim faciat, & partim permittat. Eſt enim conſiderandum, quod Deus operatur in creaturis, ad ſuam manifeſtationem, &c. Vnde & huiuſmodi excitatio in hoc ipſum ordinatur, vt oſtendam in te virtutem meam; quantum ad præſentes quidem Exo. 14. Viderunt filij Iſraël manum magnam quam exercuerat Dominus contra Ægyptios. Et quantum ad abſentes: vt annuntietur nomen meum in vniuerſa terra, &c. Poſui te, id eſt ordinaui malitiam tuam ad gloriam meam. Deus enim malitiam ordinat, ſed non cauſat, B &c. Vnde non dicitur indurare quaſi immittendo malitiam, ſed non apponendo gratiam.

Quod ab Auguſtino deprompſit: qui libro de gratia & libero arbitrio capite 23. Quando, inquit, auditis dicentem Dominum Ezech. 14. Ego Dominus ſeduxi Prophetam illum: & quod ait Apoſtolus Roman. 9. Cuius vult miſeretur, & quem vult obdurat. in eo quem ſeduci permittit vel obdurari, mala eius merita credite: in eo verò cuius miſeretur, gratiam Dei non reddentis mala pro malis, fideliter & indubitanter agnoſcite. Nec ideo auferatis à Pharaone liberum arbitrium, quia multis locis dicit Deus, ego induraui Pharaonem, vel indurabo cor Pharaonis. Non enim propterea ipſe Pharao non indurauit cor ſuum. Nam & hoc de illo legitur quando ablata eſt ab Ægyptijs cynomia; dicente ſcriptura: & ingrauauit Pharao cor ſuum, & in iſto tempore, & noluit dimittere populum. Ac per hoc & Deus indurauit per iuſtum iudicium & ipſe Pharao per liberum arbitrium. (*Deus interius non emolliendo, iuſtè deſerendo, ob peccata, exterius ſolum prodigijs terrendo, ſed interius indebita gratia efficaci non flectendo, & in ſua duritie derelinquendo: Pharaoautem liberè in ſua duritie & tyrannide perſeuerando.*) Certi ergo eſtote, quia non erit inanis labor veſter, ſi in bono propoſito proficientes (*ſcribit hunc librum Valentino & eius Monachis Adrumetinis, inter quos erat contentio de gratia quã putabant negari liberum arbitrium, eamque putabant ſecũdùm merita dari*) perſeuerauentis vſque in finem. Deus enim qui modò illis quos iuuerat non reddit ſecundùm opera eorum, tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius. Reddet omnino Deus & mala pro malis, quia iuſtus eſt: & bona pro malis quoniam bonus eſt: & bona pro bonis, quoniam bonus & iuſtus eſt: tantummodo mala pro bonis non reddet, quoniam iniuſtus non eſt. Reddet ergo mala pro malis, pœnam pro iniuſtitia, & reddet bona pro malis, gratiam pro iniuſtitia: & bona pro bonis, gratiam pro gratia. *Id eſt gloriam & vitam æternam quæ licet iuſtitiæ ſit corona, cuius ſe* debitorem fecit, non accipiendo, ſed E promittendo; *tamen & iuxta pſaltem*, coronans te in miſericordia & miſerationibus, gratiam & gloriam dabit Dominus: *Et iuxta Paulum*: Gratia Dei vita æterna: *Tum quod principium meriti, eſt gratia: tum quod opera bona quibus merces & corona eſt repoſita, Deus per gratiam incipit & perficit vſque in diem Domini. Tum denique quia ſine perſeuerantia, prædeſtinatorum vera gratia, non poteſt haberi gloriæ corona. Atque vt clareat quantum hic liber de gratia & libero arbitrio ſummam doctrinam contineat, ſic vltimum caput illius orditur.* Repetite, inquit,

S. Auguſt.

aſſiduè librum iſtum, & ſi intelligitis, Deo gratias agite : vbi autem non intelligitis, orate vt intelligatis, dabit enim vobis Dominus intellectum.

Lubet fibulam profundæ huius quæſtionis, & clauſulam ponere eximij noſtri Fulgentij verbis libro primo ad Monimum capite 14. Quæramus, verum ſicut creduntur prædeſtinata diuinitus opera bona, pro quibus glorificabuntur iuſti, ſic credenda ſint prędeſtinata diuinitus opera mala, pro quibus in æternum punientur iniuſti, &c. In vtriſque tria quædam conſideranda exiſtimo: initium voluntatis, progreſſum operis, finem retributionis. Vt in his, quęcumque iuſta & bona videmus, iuſto & bono Deo demus: illa autem Deo indigna nouerimus, in quibus nec bonitatem nec iuſtitiam inuenimus. Et conſideratâ operum qualitate, illa credamus à Deo prædeſtinata, quæ miſericordiæ vel ęquitati diuinæ condigna reperiuntur & congrua. *Et cap.* 23. Numquam igitur Deus ad hoc hominem potuit prædeſtinare quod ipſe diſpoſuerat & pręcepto prohibere, & miſericordiâ diluere, & iuſtitia punire. Iniquos itaque quos præſciuit Deus hanc vitam in peccato terminaturos, prędeſtinauit ſupplicio interminabili puniendos: in quo ſicut culpanda non eſt præſcientia humanæ iniquitatis; Ita prædeſtinatio iuſtiſſimæ laudanda eſt vltionis. vt agnoſcatur non ab eo prædeſtinatum hominem ad qualecumque peccatum, quem prædeſtinauit peccati merito puniendum. *Et cap.* 26. Deus itaque licet author non ſit malarum cogitationum, ordinator tamen eſt malarum voluntatum. Et de malo opere cuiuſlibet mali, non deſinit ipſe bonum operari. Nec in ipſis iniuſtæ voluntatis operibus, deſerit operum ſuorum iuſtum ordinem, quia & hoc in ipſo ordine habet, quod malam iuſtè deſerit voluntatem. Quam tamen ſic in ſuis malis operibus à ſe diſcedentem deſerit, vt ibi permittenti Dei operatio bona non deſit: dum & in peccantis voluntate iniuſta, implet ipſe iuſtitiam. & de malo, quo peccantem iudicat, quibus ipſe vult beneficium prærogat, &c. Et quia malæ voluntatis perſeuerans iniquitas, inulta remanere non debuit, tales ad interitum prædeſtinauit, quia talibus iuſtæ punitionis ſupplicium præparauit.

Et cap. 27. Peccata itaque omnium cuncta quidem Deus in peccatoribus præſciuit futura. Et quia ipſe non prædeſtinat facienda, iuſtè prædeſtinauit iudicio punienda, &c. Iuſtè autem eſt ad punitionem diuina æquitate prædeſtinatus, qui peccator eſt diuina cognitione præſcitus. Vtpote qui iniquitatem ad quam à Deo non eſt prædeſtinatus, propria eſſet voluntate facturus. Vt in quo præſcientia Dei videbat futurum opus iniuſtum, huic per prædeſtinationis ſententiam pararet ſupplicium iuſtum. *Poſtrema denique capitula* 27. 29. *&* 30. *expendit in iuſtificationem. S. P. Auguſt. tum ex ipſius verbis libro ſecundo, de baptiſmo paruulorum cap.* 17. *&* 19, *tum ex libro de prædeſtinatione ſanctorum cap* 10. *&* 17. *Tum ex reſponſione Proſperi ad decimam quartam obiectionem Gallorum. Inter cætera capite* 28. Ex hoc libro, inquit, dictorum ſancti Auguſtini, quæ in tua Epiſtola poſuiſti, facillime cognoſcitis, QVID CATHOLICVS HABEAT INTELLECTVS, DE HIS QVOS AD INTERITVM PRÆDESTINATOS AVDIMVS. *Et capite* 29. *ex libro de prædeſtinat. capite* 10. Prædeſtinatio eſt, quæ ſine præſcientia non poteſt eſ-

A ſe : Poteſt autem eſſe ſine prædeſtinatione præſcientia. Prædeſtinatione quippe Deus ea præſciuit quæ fuerat ipſe facturus : vnde dictum eſt, fecit quæ futura ſunt. Præſcire autem potens eſt etiam quæ ipſe non facit, ſicut quæcumque peccata. Quia & ſi ſunt quædam, quæ ita peccata ſunt, vt pœnæ ſint etiam peccatorum; vnde dictum eſt, Roman. 1. Tradidit illos Deus in reprobam mentem, vt faciant quæ non conueniunt: non ibi peccatum Dei eſt, ſed iudicium. *Cap. tandem trigeſimo* : Non ignoras etiam præterito tempore illi luculentiſſimo ſancti Auguſt. operi quod ſcripſit de prædeſtinatione ſanctorum, a quibuſdam Gallis obiectum, quòd beatus Auguſtinus in aſſer-
B tione prædeſtinationis diuinæ peccatores non ad ſolum prædeſtinatos diceret iudicium, ſed etiam ad peccatum: cuius dicta, quia ipſe celeri præuentus eſt obitu, Proſper vir eruditus & ſanctus recta defendit fide, & copioſo ſermone.

Ac ne quid deſit huic defenſioni, duo Concilia ſententiam Aug. confirmantia proferam. Arauſicanum ſecundũ 2. *can.* 25. *circa f.* Aliquos ad malum diuina poteſtate prædeſtinatos eſſe, non ſolum non credimus, ſed etiam ſi ſunt qui tantum malum credere velint, cum omni deteſtatione illis anathema dicimus. *De vtraque prædeſtinatione tam ad gloriam quam ad pœnam, omnino ſecundum Auguſtinum ſic definit Concilium Valentinum, ſub Leone* 4. *Anno Chriſt.* 855. *capite ſecundo.* Deum præſci-
C re, & præſciſſe æternaliter, & bona quæ boni erant facturi, & mala quæ mali ſunt geſturi, quia vocem ſcripturæ dicentis habemus Dan. 13. Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor, qui noſti omnia antequam fiant : fideliter tenemus, & placet tenere, bonos præſciſſe omnino per gratiam ſuam bonos futuros, & per eandem gratiam æterna præmia accepturos : malos autem præſciſſe per propriam malitiam malos futuros, & per ſuam iuſtitiam æterna vltione damnandos, vt ſecundum Pſalmiſtam, quia poteſtas Dei eſt, & Domini miſericordia, reddat vnicuique ſecundum opera ſua, &c. Nec prorſus vllo modo præſcientiam Dei impoſuiſſe neceſſitatem, vt aliud eſſe non poſſit, ſed quod ille futurus erat ex propria voluntate, ille ſicuti Deus qui nouit omnia antequam fiant, præſcit ex ſua omnipotentia, & incommutabili maieſtate. Nec ex præiudicio eius
D aliquem, ſed ex merito propriæ iniquitatis credimus condemnari. Nec ipſos malos ideo perire, quia boni eſſe non potuerunt, ſed quia boni eſſe noluerunt, ſuoque vitio in maſſa damnationis, vel merito originali, vel etiam actuali permanſerunt.

Capite autem 3. *ita de prædeſtinatione* Sed & de prædeſtinatione Dei placuit, & fideliter placet iuxta authoritatem Apoſtolicam, quæ dicit Rom. nono. An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud vas in honorem, aliud vero in contumeliam : Vbi & ſtatim ſubiungit, quòd ſi volens Deus oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ, apta ſiue præparata ad interitum,
F vt oſtenderet diuitias gratiæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Fidenter fatemur prædeſtinationem electorum ad vitam & prædeſtinationem impiorum ad mortem : in electione tamen ſaluandorum, miſericordiam Dei præcedere meritum bonum, in damnatione autem periturorum, meritum malum præcedere iuſtum Dei iudicium. Prædeſtinatione autem,

Deum

Deum ea tantum ſtatuiſſe, quæ ipſe vel gratuitâ miſericordiâ, vel inſto iudicio facturus erat; ſecundùm ſcripturam dicentem, qui fecit quę futura ſunt. In malis verò ipſorum malitiam præſciſſe, quia ex ipſis eſt, non prædeſtinaſſe, quia ex illo non eſt: pœnam ſanè, malum meritum eorum ſequentem, vti Deum, quia omnia proſpicit præſciuiſſe, & prædeſtinaſſe, quia iuſtus eſt: apud quem eſt, vt ſanctus Auguſtinus ait, de omnibus omnino rebus tam fixa ſententia, quàm certa præſcientia. Ad hoc ſiquidem facit Sapientis dictum Prouerb. 19. Parata ſunt deriſoribus iudicia, & mallei percutientes ſtultorum corporibus, &c. Verùm aliquos ad malum prędeſtinatos eſſe diuina poteſtate, videlicet vt quaſi aliud eſſe non poſſint, non ſolum non credimus, ſed etiamſi ſunt qui tantum mali credere velint, cum omni deteſtatione, ſicut Arauſicana Synodus, illis anathema dicimus. *Notandum porro ſic præfari Valentinam Synodum capite primo.* Indubitanter doctoribus pie & recte tractantibus verbum veritatis, ipſiſque S. Scripturæ luculentiſſimis expoſitoribus, id eſt Cypriano, Hilario, Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, cæteriſque in Catholica pietate quieſcentibus reuerenter auditum, & obtemperanter intellectum ſubmittimus. *Diſcant ſecula poſtrema, quantum reuerentia & obedientia Patribus exhibuere priora.*

An retractationes Auguſtini ſatis probent, ipſum perperam multa ſcripſiſſe, nec omnia errata retractaſſe, & veritatis terminos exceſſiſſe contra hæreticos diſputantem, ſicut & Tertullianus agens contra Catholicos, exceſſit in multis.

Tertullianum in plurimis veritatis terminos exceſſiſſe, tranſgreſſum limites doctrinæ Catholicæ, alphabeto ſequenti probabimus, in quo errorum & hæreſeon eius ſeriem ſubtexemus. Atque vtinam faſtu ac tumore philoſophico depoſito, quem in Philoſophis ethnicis arguebat, Socratem Philoſophum gloriæ animal *ſugillans, & vt eiſdem ſophiſtis exprobrat eodem libro de anima capite tertio,* de nidoribus Philoſophiæ candidum & purum aërem veritatis infuſcans enubilaſſet, *tot ac tanta perperam aduerſus Eccleſiam ſcripta, retractaſſet, qui toties diuerſis ſenſibus* retractandi, & retractatus, *verbum & vocem, iuxta Iureconſultos, iuris ipſe peritiſſimus vſurpauit.*

Duo nobis hic accuratè diſcutienda veniunt, quæ examinata maturius, impactum excutiene ab ſanctiſſimo Doctore opprobrij nubilum, quo aduerſarius famam eius infuſcare fruſtra conatur. Primum circa duos retractationum libros, quorum causâ vel inſcitia in multis, vel leuitatis & nimia in ſcribendo libidinis ac pruriginis arguitur immodica. Secundò præpoſtero zelo hæreſis euertendæ, velut eluctandæ Charybdis gratia, in Scyllam incautum impegiſſe, & dum contra Manichæos ſcriberet, in præiudicium gratiæ, nimium arbitrio libero tribuiſſe: ex aduerſo, cum Pelagianam hæreſim euertere moliretur, in euerſionem arbitrij liberi totum diuinæ gratiæ, limites excedendo veritatis conceſſiſſe.

Vtrumque næuum ſanctiſſimo Patri petulanter aſperſum ſagaciter emaculemus & modeſtè. Ad retractationes quod attinet, dico primò, hos duos libros ſtupendæ non ſolum humilitatis, ſed & miræ doctrinæ ab omnibus ſanis conſilij viris ad hodiernum habitos, non

A *abſque aliqua blaſphemiæ nota, leuitatis elogio poſſe taxari. Secundo ipſiſſimis Auguſtini verbis Prologi plenam eius humilitatem ſapientibus, æmulorum eius repercuti ac frangi audaciam.* Neque enim, inquit, quiſquam NISI IMPRVDENS, ideo quia mea errata reprehendo, me reprehendere audebit. Sed ſi dicit, non ea debuiſſe à me dici, quę poſtea mihi etiam diſplicerent, verum dicit, & mecum facit. Eorum quippe reprehenſor eſt, quorum & ego. Neque enim ea reprehendere deberem, ſi dicere debuiſſem. Sed qui primas non potuit habere ſapientię, ſecundas habeat partes modeſtiæ: vt qui non valuit omnia impœnitentia dicere, ſaltem pœniteat quæ cognouerit dicenda non B fuiſſe. S. Auguſt.

Dico tertio, non poſſe à quoquam abſque ſuperbia & temeritatis inſolentiſſimo crimine, ſic humili & modeſto Doctorum principi ex ipſa eius modeſtia & humilitate inſultationis occaſionem arripere: neque ſine graui etiam hæreticorum ſcandalo, honoris ſanctis debiti, & doctrinæ Catholicæ præiudicio, fideles à ſana ſancti Auguſt. ſeu legenda, ſeu audienda & ſequenda doctrina, ſub quæſito colore retractationum eius, verbis vel ſcriptis huiuſmodi ſcandaloſis abduci. Dico quartò retractationis & retractandi vocabulum parum ab aduerſario intelligi, quod apud Patres, & Tertullianum quammaxime frequentius, pro iterata eiuſdem argumenti tractatione, vel vt ſæpius compoſitis C *pro ſimplicibus vtitur, pro nudo & ſimplici alicuius rei tractatu, vel denique pro tergiuerſatione, quam pro correctione & reprehenſione ſiue erratis cuiuſlibet emendatione vſurparit. Sic libro de patientia capite quarto.* Quam, inquit, Dominus omnium bonorum & demonſtrator, & acceptor Deus in ſemetipſo circumtulit, quis de bono eius latere retractet? *Et libro de pœnitent. cap. 12.* Si de exomologeſi retractas, gehennam in corde conſidera, quam tibi exomologeſis extinguet: & pœnę prius magnitudinem imaginare, vt de remedij adeptione non dubites.

Variè Iuriſperiti verbum hoc ſumunt, Retractare ſiquidem ſecundum ipſos eſt quod omiſeris, repete- D re, mutare, reuocare, recognoſcere, *lege prima §. 1 ff. ne de ſtat. defun. lege 2. de colluſ. deteg. l. 1. C. de ſenten. aduerſ. fiſc. Sumitur etiam pro reuocare. Ita Vlp. §. fin. l. non ſolum. ff. de proc. Interdum ſignificat iterum tractare: ſicut in l. 31. in fin. ff. de iureiur. l. 29. ff. de iure fiſc. l. 4. C. de Epiſc. aud. Sic Cicero frequenter. Vt libro quarto de nat. Deorum.* Qui autem omnia quæ ad cultum Deorum pertinent, retractarent, & tanquam relegerent, hi dicti ſunt religioſi. *Et libro etiam 10 ad Attic.* Augemus crimen, dolorem retractando. *Ita & Tertullianus noſter in Apol.* Cauſas, inquit, quæ hoc exegerint, retractemus. *Aliquando tamen retractatio opponitur ratihabitioni, vt l. finali, C. de bonis quæ liber. &c. Hinc* E *Græcis ἀναψηλάφησις dicta, Nouella 82.* Cùm cauſæ apud ſucceſſorem Pręfec. Prætor. retractabantur ex reſcripto principis, l. 1. C. de ſent. Præf. Præt. *Auguſtinus retractationes edidit, tum vt retexeret, & relegeret, ac recognoſceret, & ſua verè opera eſſe comprobaret, ſingulorum librorum initia ponens, & quo tempore, qua cauſa ſcripſerit indicans, vel vt verba aliqua, aut ſententias mutaret, aut clarius explicaret, aut iterum tractaret, ſiue probans, ſiue reprobans. Et in plurimis quidem ab eo reprobatis quæ benignè poterant per Epichiam interpretari, rigidior ſuorum ſcriptorum cenſor, qui aliàs cæteris induliſſet, ſibi non pepercit. Cæterum nihil hic aduerſario proficit retractationum Auguſtini cenſura. Cùm enim per eam intendat eius de gratia authoritati detrahere, in hu-*

ſicut ſupra vidimus nil emendabile in hoc argumento A *retractauit, quinimò expreſſiſſimè differentiam vtriuſque ſtatus integræ & læſæ libertatis aſſignauit, & in ipſo Prologo ſub finem.* Quicumque, inquit, iſta le- 5 Auguſt. ctori ſunt, non me inuenient errantem, ſed in melius proficientem. Inueniet enim fortaſſe quomodo ſcribendo profecerim, quiſquis opuſcula mea ordine quo ſcripta ſunt legerit. *Vnde & fruſtratur aduerſarij intentio. Si quid enim retractauit in cauſa gratiæ, illud vnicum eſt, quod priuſquam ex* DIVINA REVELATIONE *didiciſſet, initium gratiæ & fidei libero tribuebat arbitrio, cùm ſcribat lib. de prædeſt. ſanctorum cap. 3.* Quem, inquit, meum errorem nonnulla opuſcula mea ſatis indicant ante B Epiſcopatum meum ſcripta, in quibus eſt illud quod commemoraſtis in litteris veſtris, vbi eſt expoſitio quarumdam propoſitionum ex Epiſtola quæ eſt ad Romanos. Denique cum mea cuncta opuſcula retractarem, eamque retractationem ſtilo proſequerer, &c. Ad hoc perduxi ratiocinationem, vt dicerem: non ergo elegit Deus opera cuiuſquam in præſcientia quæ ipſe daturus eſt, ſed fidem elegit in præſcientia, vt quem ſibi crediturum eſſe præſciuit, ipſum elegerit, cui Spiritum ſanctum daret, vt bona operando etiam æternam vitam conſequeretur. Nondum diligentius quæſiueram, nec adhuc inueneram qualis ſit electio gratiæ. *Quid quod & ibid. c. 4. ſupra cæteris in hac cauſa profeciſſe Deo reuelante teſtatur?*

Qui ergo non vides fruſtra retractationum libros obijci, & multò adhuc vanius dici, multa adhuc in libris Auguſt. retractatione digna ſupereſſe, quæ ſi ipſe ſuperſtes eſſet, retractaret. Cùm enim ipſe dicat fide vtique dignus, cum cuncta opuſcula mea retractarem. *Indubiò ſi quid in his amplius corrigendum offendiſſet, eadem humilitate qua cætera retractaſſet. Sed cum vt alibi diximus ex Cardinale Bellarm. l. 2. de grat. & lib. arb. c. 11.* S. Gelaſius in Concilio Septuaginta Epiſcoporum non ſolum PROBAVERIT OMNIA SCRIPTA S. AVGVSTINI ET S. PROSPERI, ſed etiam contra damnarit libellos Ioannis Caſſiani, & Fauſti Regienſis, &c. & Sedes Apo- D ſtolica non tantum ſemel, ſed etiam ſecundò & tertiò aduerſus Pelagianorum reliquias pro defenſoribus gratiæ & prædeſtinationis ſententiam tulerit, vt iam HÆC SENTENTIA, NON QVORVMVIS DOCTORVM OPINIO, SED FIDES ECCLESIÆ CATHOLICÆ DICI DEBEAT, *quomodo ſana mente, ſanoque conſilio dici poteſt, Auguſt. Catholiciſſima dogmata, ab Eccleſia vniuerſali approbata, & ſua iam facta, ab Auguſtino ſuperſtite retractanda fore,* qui nec Euangelio ſe crediturum eſſe dicebat, niſi eum Eccleſiæ Romanæ moueret authoritas. *Auguſtino certè propter eximiam doctrinæ profunditatem vel ob ingenij perſpicaciſſimi ſubtilitatem, rationum* E *eius pondus & momentum, teſtimoniorum Scripturæ nubem nolite credere, ſed ſi Catholici eſtis, credite vel propter Apoſtolicæ ac Romanæ Sedis authoritatem.*

Atq; vt de libris ſex poſtremis operis perfecti contra Iulianum nemo retractet. Proſper in Chron. ad Annum 430. Auguſtinus, inquit, Epiſcopus per omnia excellentiſſimus moritur quinto Cal. Sept. libris Iuliani inter impetum obſidentium Vuandalorum in ipſo dierum ſuorum fine reſpondens, & glorioſè in defenſione gratiæ Chriſtianæ perſeuerans. *Cui & ſubſcribit Gennadius etſi Semipelagianus. Idem Proſper excerpſit ex l. 1. ſect. 3. ſentent. 276. ex ſect. 83. ſent. 295. ex ſect. 70 ſent. 294. Beda ex ſect. 99. in c. 8. ad Rom.* in verba: nam vellem adnacet mihi. *Et ex ſect. 141. in c. 9. Rom. in verba:* Eſaias autem. *Item Lupus Ferrarienſis ex ſect. 128. quæ habet in collect. quæſtione 1. de prædeſtinat.*

Ex libro ſecundo ſect. 49. Beda in Rom. 6. Sed non ſicut delictum. *Et ib. ex ſect. 36. Proſper autem ex ſect. 165. habet ſent. 299.*

Ex l. 3. ſect. 24. idem Proſper tranſcripſit ſent. 300. ex ſect. 21. ſent. 301. ex ſectione 207. ſentent. 302.

Ex l. 4. ſect. 67. ſent. 304. ex ſect. 114. ſent. 305. ex ſect. 132. ſent. 306.

Ex libro 5. Lupus Ferrarienſis ex ſect. 64. collect. quæſt. 1. de prædeſt. quod & repetit in Ep. ad Carolum Regem.

Ex l. 6. idem Lupus Ferrar. ex ſect. 11. collect. q. 3. B *de ſanguine Chriſti, & ex ſect. 15. collec. q. 2. de lib. arb. & ibid. ex ſect. 26. & 29.*

Seruatus item Lupus ex eodem l. 6. ſect. 11. q. 1. de lib. arb. num. 24.

Et hæc authentica teſtimonia referre non piguit ad faciendam fidem incredulis his ſex poſterioribus Auguſt. lib. contra Iulianum ſcriptis, ex quibus nonnulla in hoc noſtro pro S. Auguſt. P. N. ac Magiſtri doctrina Catholica Apologetico decerpſi.

Nunc reſpondendum eſt perperam aquè ſcribentibus S. Auguſtinum limites veritatis ac terminos Africano more, tranſgreſſum. In quo quidem primum recolo quod ipſe alias de Idithum, celebri apud pſaltem in inſcriptione Pſalm. 38. in ſermone habito Carthagini ad menſam S. Cypriani: Pſalmi, inquit, huius Aug. quem modo cantauimus, & tractandum ſuſcepi- C mus, titulus eſt, in finem pro Idithum canticum ipſi Dauid, &c. Audiamus quid interpretetur hoc nomen, & in ipſa interpretatione nominis, quæramus intelligentiam VERITATIS.

Hanc quærebat in omnibus Auguſtinus, pro hac contra errorum & hæreſeon mendacia pugnabat inuictus, quam profectò, pro alterutra parte diſputans tranſiliendo, hoc eſt excedendo, vel deficiendo non inuaſiſſet, vtrobique metiendo, ſi plus minuſue, infra vel ſupra veritatem de gratia vel libero arbitrio, aliter quàm res eſt, ſenſiſſet, aut docuiſſet. Quid de ea ſcribens. Incomparabiliter, inquit, pulchrior eſt ve- Aug. D ritas Chriſtianorum, quam Helena Græcorum. *Sed quid ſignificat Idithum pro quo præmiſſus ſcriptus eſt Pſalmus.* Idithum, inquit, interpretatur tranſiliens eos. Quis eſt ergo iſte tranſiliens? Vel quos tranſiliuit, quia tranſiliens non nudè poſitum eſt, ſed tranſiliens eos. Tranſiliendo enim cantauit, cantando tranſilijt, &c. Vtrum & nos ſimus tranſilientes, viderit Deus cui cantauimus. Sed ſi quis tranſiliens cantauit, gaudeat ſe eſſe quod cantauit. Si quis autem terræ adhuc inhærens cantauit, optet eſſe quod cantauit. Quoſdam enim inhærentes humo, curuatos in terram, ea quæ ima ſunt cogitantes, in rebus tranſeunti- E bus ſpem ponentes, tranſiliuit iſte qui vocatur tranſiliens eos, &c. Quomodo ibi aſcendens quidam cantat (*canticum graduum*) ſic & hic tranſiliens. Eſt autem hæc aſcenſio, & iſta tranſilitio, non pedibus, non ſcalis, non pennis: Et tamen ſi interiorem hominem attendas, & pedibus, & ſcalis, & pennis. Nam ſi non pedibus, quomodo dicit homo interior Pſalm. 25. Non veniat mihi pes ſuperbiæ? Si non ſcalis, quid ſunt quas vidit Iacob, Gen. 28. Vbi erant aſcendentes Angeli, & deſcendentes? Si non pennis, quis eſt qui dicit Pſalmo 54. quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, &c. intus & pedes & ſcalæ, & pennæ affectus ſunt & bonæ voluntates: his ambulemus, his aſcendamus, his volemus, &c.

Foſſas etiam tranſilit. Quę ſunt enim ſuccenſa igni, & effoſſa, quæ ab increpatione Domini pe-

tibunt Pſalmo 79. Niſi peccata? Succenſa igni ſunt, quæ facit malè ardens timiditas, & effoſſa ſunt quæ facit malè iacens cupiditas. Hinc enim peccata omnia, aut cupiendo, aut timendo. Tranſiliat ergo iſta omnia quibus teneri poſſet in terra: erigat ſcalas ſuas, exerat pennas ſuas. Videat vtrum quiſquam agnoſcat hic ſe; imò verò IN DOMINI GRATIA, multi ſe agnoſcunt, qui fortè iam vilem habentes mundum, & omnia quę delectãt in mundo, eligunt rectè viuere, dum hic viuunt in gaudijs quibuſdam ſpiritualibus. Et hæc vnde erunt adhuc ambulantibus ſuper terram, niſi ex diuinis eloquijs, ex verbo Dei, ex parabola aliqua ſcripturarum ſcrutata, & inueſtigata, ex dulcedine inuentionis, quam præceſſit labor inquiſitiuus? &c. Anima illa ima tranſiliens, & in his delectata dicat, QVIA VERVM DICIT, ET SECVRA DICIT: Narrauerunt mihi iniuſti delectationes, ſed non ſicut lex tua Domine. *De qua idem pſaltes*: ET LEX TVA VERITAS. *De qua & Paulus:* Lex per Moyſen data eſt, GRATIA ET VERITAS PER IESVM. *Et Paulus enim vas electionis, & gratiæ Doctor electus, cæteros, vt Idithum tranſiliens Apoſtolos: Et Aug. Doctorum Idithum,* VERITATIS AMANTISSIMVS, *iuxta ſuperius citatum Fulgentium libro ſecundo, de veritate prædeſtinat. cap.* 18. Memoratus Dei Pontifex SENSVM CHRISTI HABENS, (*non vtique mendacij, ſed veritatis ſenſum, quia Chriſtus veritas eſt.*) TAM GRATIÆ DEI, QVAM HVMANI ARBITRII, ET OFFICIA DISCREVIT ET MERITA SEMPER DIVINIS HVMANA SVBIICIENS, ET VERACITER DOCENS, DIVINITVS HOMINI ET GRATVITO IVSTIFICATIONIS DONVM, ET BONÆ VOLVNTATIS EXORDIVM, ET PLENVM TRIBVI GLORIFICATIONIS EFFECTVM.

Sed quoniam cæteros tranſilit, & vnus præ cunctis Doctoribus & Patribus ab Eccleſia electus eſt, cuius ſcala à terra ad cœlum, à libero hominis arbitrio, ad gratiam vſque cœleſtem, ab ima profundi maſſa corruptionis, ad æternam vſque prædeſtinationem, reprobationemque pertingunt; quia vt gygas exultat, & præcurrit, & tranſilijt in hac via difficili: Quia denique aſſumit pennas vt aquilæ, *præteruolat cunctis, & firmius in iam inacceſſo aliis lumine veritatis irretortum figit aſpectum; quia tandem non Athanaſium, Gregorium Nazianzenum, Chryſoſtomum, non Cyprianum, Ambroſium, Hieronymum, ſed vnum Auguſtinum, quem in hoc tramite tranſilientem ſequeretur, elegit.*

Huius Aquilæ volatum, intuitumque ſublimem, lippientes & limidi oculi non ſuſtinent, & gyganti tranſilienti, quaſi limitos veritatis in via plana claudicantes inſultant. Nec aduertunt titulo Pſalmi pro Idithum inſcripti, immediatè ſubijcere pſaltem: Dixi cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. *Vbi Auguſtinus, ille inquam in Idithum delineatus: ille tranſiliens ſuccenſa igni quæ facit malè ardens cupiditas amoris proprij humanum extollens & præcipitans arbitrium: & ſuffoſſa quæ facit malè iacens timiditas, fingens ſibi etiam impoſſibilia cum Dei gratia Dei mandata: Idithum, inquam, ille ſeruiens Domino in timore caſto, & exultans ei cum tremore filiali; hinc ſe nihil ſine ipſo facere poſſe, inde omnia in eo ſe confortante poſſe, cantans tranſilit, & tranſilient cantat ſubinde accinens Paulo & inculcans, vt timidos malè iacentes erigat ex foſſa, & malè erectos & ignis impetu erumpentes & extollentes ſe deprimat:* Cum timore & tremore ſalutem veſtram operamini: Deus eſt enim qui operatur in vobis, & velle &

A operari pro bona voluntate. *Operamini, quia poteſtis, aſcendite, tranſilite, volate, quia ſcalas, pedes, pennas intellectus & voluntatis & libertatis habetis. Operamini, quia poteſtis; ſed cum tremore, quia ſine ipſo, nec cogitare aliquid boni, nec loqui, nec agere poteſtis. Ipſe eſt enim qui operatur in vobis & velle, & operari, non pro veſtra, ſed pro ſua bona voluntate.*

Subijcit tamen Auguſtinus verſiculum primum exponens: Credas, quòd legendo, diſſerendo, prędicando, monendo, obiurgando, hortando, cùm verſaretur in opere, cú exerceretur in difficulta- S. Auguſt.
tibus humanis, homo agẽs inter homines, quáuis iã tranſiliens eos, qui non delectãtur theſauro, epulis, luxuriâ, venatione, ludo, ioco, theathricis nugis,
B ruinoſis honoribus, (*ſed in lege Dei, vt præmiſerat*) quia difficile eſt vt quiſquam lingua non labatur: & qui linguâ non peccauit, vt ſcriptum eſt, hic perfectus eſt vir: aliqua fortè pœnitenda dixerat, & lapſa erant ab ore quę vellet reuocare nec poſſet. Videns ergo quàm eſſet difficile; vt neceſſitatem loquendi haberet homo, & in loquendo non aliquid diceret quod ſe dixiſſe nollet, & tædio affectus ex his peccatis, quæ ſiuit euitare talia. Patitur hanc difficultatem tranſiliens, NON ME IVDICET, QVI NONDVM EST TRANSILIENS. TRANSILIAT ET EXPERIATVR
C QVOD LOQVOR, TVNC ENIM ERIT ET TESTIS ET FILIVS VERITATIS, &c. Cuſtodi ergo vias tuas o Idithum, & noli delinquere in lingua tua. perpende quod dicturus es, examina, CONSVLE INTERIOREM VERITATEM, & ſic profer ad exteriorem auditorem. *Auguſtinus certè cum pſalte*, dicans opera ſua Regi Regum; cuius lingua calamus ſcribæ velociter ſcribentis, *libros edidit retractationum, errata correxit. Sed quid in cauſa libertatis, & gratiæ emendandum reliquit? Eſto in aliquibus aliàs errauerit, vide quid ſubijcit:* Aliquando, inquit, perturbato ſtudio dicendi, deficit diligentia agnoſcendi, & in his dicit aliquid S. Aug.
quod fortè non eſt dicendum. Stat peccator propriâ notâ peccator, ſuperbus quiſquam & inuidus: audit loquentem tranſilientem, (*leg. libros*
D *retractationum ſcribentem,*) captat verba, proponit laqueos, difficile eſt vt non inueniat aliquid non ita dictum vt dici debuiſſet, nec audiendo ignoſcit, ſed calumniatur inuidendo, &c. (*& quaſi iam viueret; viuit verò ſuperſtes in libris & voluminibus de gratia ſcriptis*,) quandiu capior calumnioſis, aut captor? &c. Quid mihi opus eſt captanda loqui, & dare auditum calumniantibus? Dixi ergo, cuſtodiam vias meas, &c. Hoc quare? Propter pios, propter ſtudioſos, propter fideles & ſanctos? Abſit. Illi ſic audiunt, (*ſic legunt,*) vt quod probant, laudent: quod autem improbant, inter illa fortè quæ laudant, veniam dant potius, quàm calumniam parent. Propter quod ergo vis cuſto-
E dire vias tuas, vt non delinquas in via tua, & ponis ori tuo, (*calamo tuo*) cuſtodiam? Audi. Cùm conſiſtit aduerſus me peccator. Non ſiſtit ad me, ſed conſiſtit aduerſus me: Quid dicturus poſtremo? Vnde ſatisfaciam carnali, de ſpiritalibus? Loquor foris videnti & audienti, intus ſurdo & cæco. Animalis enim homo non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei: Niſi autem animalis inueniretur, quomodo calumniaretur? Beatus qui narrat verbum auri audienti, non auri peccaturis aſtantis aduerſum ſe Eccli. 25. &c. Quid enim dicas turgidis, turbidis, calumnioſis, litigioſis, verboſis? &c. Quid autem vel tale dicam peccatori aſtanti aduerſus me, idoneum ſe putanti, aut ſine

ſingenti ad ea quæ non capit: vt cùm ei dixero, & ille non cœperit, non ſe putet non cepiſſe, ſed me defeciſſe. *Quid aptius ad tactatas hodie contra ſanctiſſimum Doctorem de gratia, libero arbitrio, prædeſtinatione, cæteriſque connexis veraciter & Catholicè ſcribentem calumnias retundendas?*

Rurſum appoſite in hanc rem perſonam induit eiuſdem Idithum TRANSILIENTIS EOS. *Scribens in Pſalmum 61. Cuius idem titulus eſt,* in finem pro Idithum, *Pſalmus ipſi Dauid.* Delectatio, inquit, diuinorum eloquiorum, & dulcedo intelligendi verbi adiuuante ipſo qui dat ſuauitatem, vt terra noſtra det fructum ſuum, & nos ad loquendum, & vos ad audiendum exhortatur, &c. Tranſilit iſte qui cantat quoſdam quos deſuper deſpicit, &c. Non ita reſpiciens vt cadat, ſed vt moueat eos qui tranſiliuit pigros, vt ſequantur, & laudet locum, quo tranſiliendo peruenit. Ita enim iſte tranſiliens ſuper aliquid eſt, vt ſub aliquo ſit: vnde prius nobis inſinuare voluit, ſub quo tutus ſit, vt illud quod tranſiliuit, non ſit ſuperbiæ, ſed profectus. In quodam ergo loco munito poſitus ait, *(ſic incipit Pſalmus,)* nonne Deo ſubijcietur anima mea? Audierat enim, qui ſe exaltat humiliabitur, &c. Et trepidus ne tranſiliendo ſuperbiret, nec elatus ex his quæ infra eſſent, ſed humilis ex eo quod ſupra eſſet, tanquam minantibus ei ruinam inuidis, *(adeo vt & quid ſentire debuiſſet Auguſtinus cenſura ſubijciendus tractaretur)* qui eum tranſiliſſe doluerant, reſpondit, nonne Deo ſubijcietur anima mea? Quid eſt quod mihi veluti tranſilienti quæritis laqueos? Inſultatione deijcere me vultis, aut ſeductione decipere? *(Fallentes voſmetipſos, & incautos à doctrina abducentes tanquam ab Eccleſia damnata, quaſi limites veritatis tranſiliens exceſſerim, plus gratiæ tribuens, minus libertati, plus ſeueritati iuſtitiæ, quam miſericordiæ lenitati?)* Nunquid ita memini ſupra quod ſum, *(ratione concupiſcentia dominante, libero donatus arbitrio,)* vt oblitus ſim ſub quo ſim? *(Cum Paulo venundatus ſub peccato ſentiens legem in membris, repugnantem legi mentis, peccator ſub Dei conſtitutus occulto iudicio, & gratia eius efficacis ad ſingulos actus bonos aſſiduo indigens auxilio?)* Nonne Deo ſubiecta erit anima mea? Quantumcumque accedam, quantumcumque aſcendam, quantumcumque tranſiliam, ſub Deo ero, non contra Deum. *(Liberum arbitrium, diuina gratia ſubijciam, non præponam.)* Securus ergo tranſcendo cætera, quando ille me ſub ſe tenet, qui eſt ſuper omnia. Nonne Deo ſubiecta erit anima mea? Ab ipſo enim ſalutare meum. Etenim ipſe eſt Deus meus & ſalutaris meus. Scio quis ſupra me ſit, ſcio quis prætendat miſericordiam ſuam ſcientibus ſe, ſcio ſub cuius alarum tegmine ſperem, non mouebor amplius, &c. Sed quare non mouebor amplius? Quia ipſe eſt Deus ſalutaris meus, ſuſceptor meus.

S. Aug.

Vt cœpit Pſalmum, ita clauſit. Noli contemnere dicentem tibi quædam duo tibi neceſſaria, eum qui tranſiliendo vniuerſam creaturam, peruenit ad Verbum vnigenitum Dei, vbi ſciret quia ſemel locutus eſt Deus. Dicat ergo iam quædam duo: multum enim ad nos pertinent hæc duo, quoniam poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia, &c. Poteſtatem eius timete, miſericordiam eius amate: nec ſic de miſericordia eius præſumatis, vt poteſtatem contemnatis; nec ſic poteſtatem timeatis, vt de miſericordia deſperetis. Apud illum poteſtas, apud illum miſericordia: hunc humiliat poteſtate, illum exaltat miſericordia. *Humiliat de libertate præſumentem, exaltat in gratia & miſericordia ſperantem. Sic qui intellectum & ſapientiam dat & præſtat paruulis, qui gratiam dat humilibus, dedit poſt Paulum Auguſtino tantam gratiam vt de gratia ſcriberet, & ſuper omnes Doctores tranſiliens, Doctor gratiæ veraciter ab Eccleſia diceretur: adeo vt teſte Ribadeneira Societatis Ieſu Sanctorum encomiaſte digniſſimo, quanquam Auguſtinus in alijs, omnes Patres doctoreſque tranſiliat, in gratia Dei ſcribenda veraciter ſemetipſum ſublimitate tranſcendat. Dic ergo Pater Sanctiſſime,* in excessu tuo, omnis homo mendax, *cum Paulo de gratia ſcribens, teſtante tota Eccleſia inuentus es verax.*

Atque vt paucis abſoluam ſuſceptum in tuendis S. P. Noſtri Auguſtini retractationibus, & doctrina veritatis finibus circumſcripta negotium, irretractabilem vſque ad mortem ſententiam, plusquam viginti annis ipſum propugnaſſe teſtatus eſt S. Proſper in libro contra Collatorem ſcripto. Gratiam, inquit, Dei, qua Chriſtiani ſumus, quidam dicere audent, à ſanctæ memoriæ Auguſtino Epiſcopo, non rectè eſſe defenſam. Viginti amplius annis contra inimicos gratiæ Dei Catholicæ acies huius viri ductu pugnat; & vincit. *Irretractabilem dixi ſententiam, quam nec ſi viueret, ipſemet poſſet retractare, cum de fide ſit, eamque Eccleſia Catholica, ore aliorum Patrum, & maximè Pontificum, & Conciliorum ſuam, & Catholicam fecerit. Ad ſecundam obiectionem modeſtè pariter & dilucidè reſpondeo. S. P. Auguſtinum vere, & ſincerè, & abſque hyperbole, tam contra Manichæos, principium mali æternum ſtatuer: libertatem bonam, & rectam hominis à Deo creatam, & datam, & ab eodem homine ex nihilo creato ... de non immutabili, ſed defectibili corruptam quam contra Pelagianos peccatum originale negantes, ex eo animæ, & corporis facultates deprauatas non niſi ſ... centes, ſola Dei gratia & miſericordia reparari, ad bonum quantumlibet minimum ſupernaturale, abſque eadem Dei gratia, ineptum prorſus & inhabile Scripturæ teſtimoniorum mole conuincere. Tantùm autem abeſt, vt veritatis amantiſſimus Doctor, ad conuincendos, reducendoſque hæreticos ad lineam Catholicæ veritatis, limites ipſe veritatis exceſſerit, aut ſupra modum gratiam extollendo, aut libertatem nimium deprimendo, & per conſequens in vtroque mentiendo: quin potius, vbique & per omnia, & in omnibus ſcriptis ſuis,* verus Iſraëlita, in quo dolus non erat, *contra mendacium, æquiuocationem, fictionem, ſimulationem quantumuis exiguam, infenſiſſimus omnis amphibologiæ hoſtis, & propugnator veritatis, nulla vnquam cauſa, vel fine, etiam pro hæreticorum conuerſione, caſtitatis, aut vitæ defenſione, quin etiam pro æterna ſalute mentiri licitum eſſe, acerrimè, & pugnaciſſimè pro veritate decertauit. Teſtes hic appello, cum omnibus eius voluminibus, oculos, quotquot illa perlegere, Doctorum virorum oculos. Atque vt cætera prætercam, proferre ſufficiat duos, quos prælatoris attentiſſimè legi, & aliàs collegi libros eius de mendacio, & contra mendacium ad Conſentium ſcriptos. In quorum poſtremo, vbi c. 1. adgratulatur quidem zelo Conſentij, ſed fictione vel mendacio ornandos conuertendoſque hæreticos, quanta poteſt authoritate deterret.*

Omnibus, inquit, quæ mihi Leonas Dei famulus abs te attulit, & mox vt ea ſumpſi, & poſtea cùm hæc dictare iam vellem, euolutis atque perlectis, & quanta potui conſideratione perpenſis, valde tuo ſum delectatus eloquio, & ſanctarum memoria Scripturarum, ingenijque ſolertia, & dolore quo negligentes Catholicos mordes, & zelo quo aduerſus etiam latentes hæreticos frendes. Aug.

Sed non mihi perſuadetur, eos de latebris ſuis, noſtris eſſe mendacijs eruendos, &c. Ad hoc ergo, vt eorum mendaciũ dele tur, ſine caueatur, Dei autẽ veritas augeatur. (*Id eſt in plures conuerſos effundatur*) Quomodo igitur mendacio mẽdacia rectè potero ſectequi. An & latrocinio latrocinia, & ſacrilegio ſacrilegia, & adulterio ſunt adulteria perſequenda? Si autem veritas Dei in meo mẽdacio abundauit. Rom. 3. Numquid num & nos dicturi ſumus, faciamus mala, vt veniant bona? Quod vides quemadmodum deteſtetur Apoſtolus.

Quid eſt enim aliud mentiamur, vt hæreticos mendaces ad veritatem adducamus, niſi faciamus mala, vt veniãt bona? An aliquando bonũ eſt mendacium, vel aliquando mendacium eſt non malũ? Cur ergo ſcriptum eſt, odiſti Domine omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium? Non enim aliquos excepit, aut indefinitè dixit, perdes loquentes mendacium, vt quoſdam, non omnes intelligi ſineret; ſed vniuerſalem ſententiam protulit dicens, perdes omnes qui loquuntur mendacium. An quia non dictum eſt, perdes omnes qui loquuntur mendacium, vel qui loquuntur quodcumque mendacium; ideo putandum eſt locum alicui relaxatum eſſe mendacio, vt ſcilicet ſit aliquod mendacium, quod qui loquuntur, non eos Deus perdat, ſed eos omnes perdat qui loquuntur iniuſtum mendacium, non quodcumque mendacium· quia inuenitur & iuſtum, quod vtique laudis debet eſſe, non criminis. *Et ib. c. 3.* Colligitur, inquit, pernicioſius, aut

Aug. vt mitius loquar, periculoſius mentiri Catholicos, vt hæreticos capiant, quàm mentiuntur hæretici, vt Catholicos lateant. Quoniam quiſquis credit Catholicis mentiendo tentantibus, aut efficitur, aut confirmatur hæreticus. Quiſquis autem credit hæreticis, mentiendo (*fingendo ſe eſſe Catholicos, & ore fidem profitendo, quam corde non tenent*) ſeſe occultantibus, non deſinit eſſe Catholicus. *Et c. 4.* Videſne quo tendat hoc malum, ſcil. non ſolùm nos illis, ipſique nobis, ſed omnis frater, omni fratri non immeritò videatur eſſe ſuſpectus? Atque ita, dum per mendacium tenditur, vt doceatur fides, id agi potius, vt nulli habenda ſit fides. Si enim & contra Deum loquimur, cùm mentimur, quid tantum mali poterit in vllo mendacio reperiri, quod tanquã ſceleſtiſſimum omnimodo deuitare debeamus? *Præmiſerat iam libro de mendacio c. 10. in cauſa maximè*

Aug. *doctrina Catholica, nuſquam eſſe mentiendum.* Inſanus eſſet, ſi alienæ libidinis euitandæ cauſa, ne id in eo fieret quod nulla ſua libidine pateretur, Chriſti Euangelium falſis Chriſti laudibus infalſaret, magis euitans alienã corruptionem in corpore ſuo, quàm in doctrina ſanctificationis animarum atque corporum, corruptionem ſuã. (*Os enim quod mentitur occidit animam ſuam, nec Deus qui veritas eſt, indiget aut delectatur mendacio noſtro, vt ad eius gloriam, & nimis extollendam eius gratiam, minuamus libertatem noſtram.*) Quàm ob rem à doctrina Religionis atq; ab eis omnino enuntiationibus, quæ propter doctrinam religionis enuntiãtur, cum illa docetur, & diſcitur, omnia penitus mendacia remouenda ſunt. Nec vlla omnino cauſa inueniri poſſe credatur, cur in rebus talibus mentiendum ſit, quando nec ideo in ea doctrina mentiendum eſt, vt ad eam ipſam quiſq; facilius perducatur. Fracta enim, vel leuiter diminuta authoritate veritatis, omnia dubia remanebunt; quę niſi vera credantur, teneri certa non poſſunt. *Quã*

temere igitur, quàm vanè redarguitur Auguſtinus, qui in omnibus ſinceriſſima veritatis aſſertor, ad Pelagianos vel Manichæos euertendos aut conuertendos, ſiue in gratia extollenda, ſiue in libero arbitrio prædicando, vel deprimendo, aliquando fuiſſe mentitus.

An virtutes morales Gentilium non eſſe veras: ſed peccata, cum Tertulliano docuerit Auguſtinus.

TErtullianus *nullam prorſus veram in Gentilibus virtutem moralem apertiſſimè docuit. Lib. 2. de cultu fœminarum c. 1.* Pleræque (*Chriſtiana*) candẽ ſuperficiem circumferentes quam fœminæ nationum, à quibus abeſt conſcientia VERÆ PVDICITIÆ: quia NIHIL VERVM IN IIS QVI DEVM NESCIVNT PRÆSIDEM ET MAGISTRVM VERITATIS. Nam etſi qua in Gentilibus pudicitia credi poteſt, vſque adeo imperfectam & inconditam conſtat, vt licet in animo aliquatenus tenax ſiri agat, in habitus tamen licentias ſe diſſoluat, pro peruerſitate Gentilium, appetendo cuius rei deuitat effectum, &c. Quid mirum? Peruerſa ſunt omnia quæ Dei non ſunt. (*Quæ autem à Deo ſunt, ordinata ſunt, præſertim ad finem.*) Viderint igitur quæ non totum bonum obtinendo, facilè & quod obtinent, malo commiſcent. *Et lib. de pudic. c. 1. Inutilem eſſe Gentilium pudicitiam aperte ſcribit:* Viderit, inquit, ſæculi pudicitia cum ſæculo ipſo, cum ſuo ingenio, ſi naſcebatur, cum ſuo ſtudio, ſi erudiebatur, cũ ſuo ſeruitio, ſi cogebatur; niſi quòd infœlicior etiamſi ſtetiſſet, vt infructuoſa, quæ non apud Deum egiſſet. Malim nullum bonum, quàm vanum. Quid prodeſt eſſe quod eſſe non prodeſt? *Parum eſt niſi & Gentilium caſtitatem vtpote idololatria faciam æterno igni addiceret l. 1. ad vxorem c. 6.* Durum planè & arduum ſatis continentia ſanctæ fœminæ poſt viri exceſſum Dei causâ, cùm Gentiles Satanæ ſuo, & virginitatis, & viduitatis ſacerdotio perferant. Romæ quidem quæ ignis illius inextinguibilis imaginem tractant, auſpicia pœnæ ſuæ cum ipſo dracone curantes, de virginitate cenſentur. Achææ Iunoni apud Ægium oppidum virgo ſortitur, & quæ Delphis inſaniunt (*Pythoniſſæ*) nubere neſciunt. Cæterum viduas Africanæ Cereri aſſiſtere ſcimus, duriſſima quidem obliuione à matrimonio allectas, &c. Hæc diabolus ſuis præcipit, & auditur. Prouocat nimirum Dei ſeruos continentiâ ſuorum quaſi ex æquo. Continent etiam gehennę Sacerdotes. Nam inuenit quomodo homines etiam in bonis ſectationibus perderet: & nihil apud eum refert, alios luxuria, alios continentiâ occidere. *Et lib. de exhort. caſt. c. 13.* Cùm Dei Sacramenta Satanas adfectat, prouocatio eſt noſtra, imò ſuffuſio, ſi pigri ſumus ad continentiam Deo exhibendam, quam diabolo quidam præſtant, nunc virginitate, nunc viduitate perpetua, &c. Inuenit ſcilicet diabolus, poſt luxuriam, etiam caſtitatem perditricem; quò magis reus ſit Chriſtianus, qui caſtitatem recuſauit conſeruatricem.

Et lib. ad Martyr. c. 4. exemplis Lucretiæ, Mutij, Heracliti, Empedoclis, Peregrini, Reguli, Didonis, Cleopatra, &c. Fortitudinem gentium diſſipat, & ſine vana gloria vanam quoque eorum conſtantiã explodit præ martyrum Chriſtianorum conſtãtia. Longum eſt, inquit, ſi enumerem ſingulos qui ſe gladio cõfecerint ANIMO SVO DVCTI. (*Spiritu inflato amore gloriæ.*) De fœminis ad manum eſt Lucretia, quæ vim ſtupri paſſa, cultrum ſibi adegit in conſpectu propinquorum, vt gloriam caſtitati ſuæ pareret,

Mutius dexteram ſuam in ara cremauit, vt hoc factum eius famæ haberet, &c. Igitur ſi tantum terrenæ gloriæ licet de corporis & animi vigore, vt gladium, ignem, crucem, beſtias, tormenta cõtemnant ſub præmio laudis humanæ, poſſum dicere, modicæ ſunt iſtæ paſſiones ad conſecutionẽ gloriæ cæleſtis, & diuinæ mercedis (*Rom.* 8.18.) Si tanti vitrum, quanti margaritum? Quis ergo non libentiſſimè tantum pro verò habeat erogare, quantum alij pro falſo? *Et ibid. cap.* 5. Omitto nunc gloriæ cauſam. Eadem omnia ſæuitiæ, & cruciatus certamina, iam apud homines (*Gentiles*) affectatio quoque, & morbus quidam animi conculcauit, &c. Hæc, benedicti, non ſine cauſa Dominus in ſæculum admiſit; ſed ad nos & nunc exhortandos, & in illo die confundendos, ſi reformidauerimus pati pro veritate in ſalutem, quæ alij affectauerunt pro vanitate, in perditionem. *Et rurſum c.* 6. *ſic orditur:* Sed hæc exempla conſtantiæ omittamus de affectatione venientis. *Ex quibus omnibus liquet, non tantùm vana eſſe & non veras, in finem gloriæ Gentilium virtutes, ſed & ſine Dei veri cognitione prorſus inutiles, quin etiam præter debitam amori proprio & affectationi laudis humanæ pœnam reſpondentem, mortales quoque, ſiue peccata mortalia æternâ pœnâ cruciandâ opera virtutum Gentilium, quæ directè in honorem Satanæ conſecrata fuerunt.*

Antequam hic mentem Auguſt. circa virtutes morales Gentilium aperiam, duo diligenter aduertenda ſunt, in quibus aduerſarij eius oculus hallucinatus eſt. Primò enim contra eius ſententiam, opponit definitionem Concilij Trid. ſecundò Bullas Pij 5. *& Greg.* 13 *Et nos quidem, ſi verè per hæc, & quæcumque Eccleſia ſancita, vel minimum ſanctiſſimi Patris & Doctoris integerrimi doctrinæ detractum foret, ſic cum diuino adiutorio S. Romanæ Eccleſiæ quibuſcumque decretis nos inuiolabiliter, ſub damnationis æternæ pœnis obſtrictos volumus & profitemur, vt cum pſalte quotidie canamus:* Reddam vota mea de die in diem, *vt omnis, (quod abſit) affectu Patris depoſito, ſanctiſſimæ Matris Eccleſiæ decretis, lubens volenſque ſubſcribam, ſi quid, quod hactenus non fecit, in eius doctrina cenſura dignum iudicarit. Sed nil tale vereor à friuolis obtrectatoris machinis.* Nec, inquit, ſequenda illa opinio eſt, quam Trid. Concilium nuper meritò damnauit, omnia peccatorum aut ETIAM INFIDELIVM OPERA ESSE PECCATA, quamuis maximum Authorem D. Auguſt. & Proſperum habuiſſe videatur: Et ex Catholicis aliquãdo Theologis ſuos habuerit defenſores; ideoque dixerunt, non poſſe arborem bonam, quatenus bona eſt, malos; nec arborem malã, quatenus mala eſt, bonos fructus facere: quod & ego aliquando approbaui, & docui. *Et quis ſanus retractet, bonam arborem, vt ſic malos, & malam, vt ſic, bonos fructus ferre non poſſe, Chriſto maximè atteſtante? Sed aſſero primò falſum eſſe Auguſt & Proſperum omnia opera peccatorum, aut etiam infidelium omnia peccata mortalia cenſuiſſe, aut omni ex parte damnaſſe; cùm virtutum eorum moralium opera ratione materiæ ſiue officij, bona eſſe vbique ſcripſerint, & finem tantum vanæ gloriæ in eis reprehenderint, & debiti finis defectum iuſtiſſimè arguerint, quem in Deum verum non dirigentes, licet naturali lumine cognitum,* non ſicut Deum glorificauerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. *Secundò pariter imponit Auguſt. qui licet opera cuiuſcumque, & quantumcumq; ſecundùm hominem extrinſecus bona, & ex vera fide facta, ſine Dei charitate & gratia facta, nullius ex condigno meriti coram Deo iuxta Paulum, omniſque Doctores cenſeat; ea tamen nullibi ſcripſit eſſe peccata, niſi ex malo fine, vt puta vana gloria, aut alterius intentionis prauæ procedant. Qui quantumuis gehennæ timorem, ſeruilem aſſerat; & iure condemnet eum, qui omnem prorſus ex corde ſuo charitatem excludens, & ex puro amore proprio pœnam reformidãs, abſtinet à peccato; itaut ſi nullus eſſet infernus, nullo modo vellet Dei intuitu, bonum facere & à malo declinare: vbique tamen docuit & ſcripſit,* initiũ ſapientiæ eſſe timorem, *quo primò ſit gradus, & introitus ad charitatem. Tertiò æquè falſum eſt Conc. Trident. damnaſſe dictatem* OMNIA INFIDELIVM OPERA ESSE PECCATA. *Ego enim illud volui, & reuolui, & ne verbum quidem de infidelium operibus inueni. Sed tantum hoc habet ſeſſ.* 6. *can.* 7. Si quis dixerit opera omnia quæ ante iuſtificationem fiunt, quacumque ratione facta ſint, verè eſſe peccata, vel odium Dei mereri, aut quanto vehementius quis nititur ſe diſponere ad gratiam, (*non dicit ad fidem*) tanto eum grauius peccare, anathema ſit. *Quid hic de Gentilibus? certè de fideli, in ſtatu peccati mortalis agitur, cuius licet opera bona, orationes, eleemoſynæ, corporis afflictationes, & e Timor gehennæ, iudicij metus, &c. meritoria non ſint æternæ vitæ, peccata tamen dicere nefas eſt, cùm ex principio fidei ſuncto & recto procedant, & fructus boni ſint, in quantum à bona fidei radice producuntur, & ad iuſtificationem, Deique gratiã ſuſcipiendam diſponant, & ab ipſo Deo per gratiam actualem fidelium cordibus piæ circa huiuſmodi opera bona cogitationes, & voluntates efficaces immittantur.*

Neque dicimus, vt nec Aug. aliique Patres ſenſerunt vſpiam, opera interna, vel externa infidelium, quibus eos ad iuſtificationem Dei gratia, liberum eorum præueniens arbitrium, diſpoſuit, eſſe peccata. cùm nec timere Deum, nec iudicium expaueſcere, vel ex metu gehennæ æternæ, mores corruptos in meliores formare & alia huiuſmodi, abſque aliquo initio fidei, & Dei gratia operari potuerint, quæ maximè, cum odium Dei promereri non poſſint, aut in grauiora peccata inducere, liquidò conſtat de talibus etiã infidelium operibus Concilium non egiſſe. Nec ignoro idem Concil. eadem ſeſſ. c. 6. *de modo præparationis ad iuſtificationem ſic locutum etiam de infidelibus:* Diſponuntur autẽ ad ipſam iuſtitiam, dum excitati diuina gratia & adiuti, fidem ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deum, credentes vera eſſe, quæ diuinitus reuelata & promiſſa ſunt, &c. Et dum peccatores ſe eſſe intelligentes, à diuinæ iuſtitię timore, quo vtiliter concutiuntur, ad conſiderandam Dei miſericordiam ſe conuertendo, in ſpem eriguntur, fidentes, Deum ſibi propter Chriſtum propitium fore, illumque tanquam omnis iuſtitiæ fontem diligere incipiunt; ac propterea mouentur aduerſus peccata per odium aliquod & deteſtationem, hoc eſt per eam pœnitentiam quam ante baptiſmum agi oportet: Denique dum proponunt ſuſcipere baptiſmum, inchoare nouam vitam, & ſeruare diuina mandata. *Hactenus Synod. Trid. Sed nihil prorſus in rem noſtram. Et quis vſque deſipuiſſe ſenſerit Auguſt. alioſque grauiſſimos Patres, vt in Deum incipientes credere, & ſperare, & ex illis initiis fidei, ſancto, licet adhuc imperfecto odio peccata deteſtantes, pœnitentiã agentes, baptiſma ſuſcipere proponentes, & nouam vitam inchoare, ac diuina mandata ſeruare, peccaſſe? Quis inquam, ſanæ mentis dixerit eos huiuſmodi bona opera peccata eſſe, & odium Dei promereri? Caluinus certè, eiuſq; ſequaces, quos Anathemate percuſſit hæc S. Synodus, hoc dixerit. Sed nos hic cum Tertulliano, Auguſt. & cæteris grauiſſimis authoribus, agimus de operibus Gentilium in mediis infidelitatis*

tenebris agentium: de coinquinatis in quibus nihil eſt mundum, ſed omnia amore proprio, concupiſcentiâ, vana gloriæ appetitu, contaminata, quæ licet ex genere ſuo, ſiue materia & officio ſplendeant, & apud homines de exterioribus tantum iudicantes aliquam gloriam mereantur, apud Deum tanquam peccata reputantur. Cùm enim bonum ſit ex integra cauſa, malum autem ex quocumque defectu: maximus autem in moralibus defectus ſit intentionis, quæ bonam aut malam formaliter facit agentis actionem; Gentilis porro careat vera fide dirigente actionem, & plenus ſit amore proprio, & concupiſcentiâ laudis, quidquid facit materialiter bonum, id totum refert ad vanam gloriam, & vt hominibus, vel ſibi ipſi placeat. De quo longè verius quàm Phariſæis ſaltem fidelibus & credentibus in Deū dici poteſt: Omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus. *Quòd ſi nos ipſi, & Chriſtiani, & iuſti, & tot Sacramentorum & gratiarum auxiliis adiuti, vix puram in operibus, & ab omni amore proprio, reſpectu humano, & vanitate defæcatam operamur actionem; quid poterit Gentilis in natura corrupta adhuc in peccato originali, tot ſuperadditis actualibus tota concupiſcentia prægrauatus?*

Ad Bullas Pij 5. & Greg. 13. contr. Baium quod attinet, abſit vt eius aut cuiuſuis alterius ab Eccleſia dānati Patronus aut actor accedā, qui nec Patrem in huiuſmodi cauſis tueri me velle profiteor, ſed quoſcumque ab Eccleſia dānatos, dānandoſq; ex animo ſincero prædamnare. Sed dico primò, contra ſenſum communē, & in Summos Pontifices debitam pietatem eſſe, ipſos in Baij dānatione, perſtringere voluiſſe ſententiam Aug. verbis expreſſiſſimis, in multis Scripturæ locis contentam, & à grauiſſimis quibuſq; Eccleſiæ Doctoribus poſt Auguſtinum ſæpius, vt infra dicemus inculcatā. Secundò noſtrum Gaſparum Caſalium Epiſcopum Luſitanum, in egregio opere, Patribus Conc. Trid. cui noſter Hieronymus Seripandus, Cardin. Præſes aſtitit, Epiſt. nuncupatoria dedicato, & Tridenti præſentato Calendis Decemb. 1562. Aug. ſententiam fuſiſſimè defendiſſe. Vt credibile non ſit eam in propoſitione Baij fuiſſe comprehenſam. Tertiò conceptis & claris Summorum Pontificum verbis fuiſſe declaratum: Aliquas ex Baij propoſitionibus, in vero authorū ſenſu poſſe defendi. *Si qua autem inter eas excipi poteſt, quæ legitimè & in vero Patrū ſenſu defendi & ſuſtineri poteſt, illa certè quā maximè, quæ S. Patres infidelium opera, licet officij ſiue materia & ſubiecti intuitu bona, finis tamen & intentionis debitæ defectu mala reprobant, tam quod ea in Dei gloriam non referrent, quàm quod propter concupiſcentiæ corruptionē omnia opera ad vanam gloriam, amoris proprij ſatisfactionem faciebant, maximè cùm vt habet Conc. Arauſicanum ſecundum, can. 22.* Nemo habeat de ſuo, niſi mendacium & peccatum. *Quod præcipuè de Gentilibus dici poteſt, ſine fide, ſine gratia ſupernaturali, ſine charitate Theologica, in peccato adhuc originali, & actualium corruptione viuentibus. Et Can. 17.* Fortitudinem Gentium mundana cupiditas, fortitudinem Chriſtianorum Dei charitas facit. *Et Bonif. 2. in Ep. ad Cæſarium Arelatenſem confirmans acta dicta Synodi ſic concludit*: Nimis, inquit, eos qui contra ſentiunt admiramur, vſque eò vetuſti erroris adhuc reliquijs prægrauari, vt ad Chriſtum non credant Dei beneficio, ſed naturæ veniri: & ipſius naturæ bonum, quod Adę peccato noſcitur deprauatum, authorem noſtræ fidei dicant magis eſſe quā Chriſtum, nec intelligant ſe Dominicæ reclamare ſententiæ dicenti: nemo venit ad me, niſi datum fuerit illi à Patre meo. Sed & B. Paulo ſimul obſiſtere clamanti ad Hebræos; curramus ad pro-

A poſitum nobis certamen, aſpicientes in authorem fidei, & conſummatorem Ieſum Chriſtum. Quæ cùm ita ſint, inuenire non poſſumus, quid ad credendum in Chriſto, ſine Dei gratia, humanæ deputent voluntati. Cùm Chriſtus author conſummatorque ſit fidei. Quapropter affectu congruo ſalutantes ſupra ſcriptam confeſſionem veſtram, conſentaneam CATHOLICIS PATRVM REGVLIS APPROBAMVS. Illos autem qui præcedente fide, cætera ſicut indicas volunt gratiæ deputare, ſua profeſſione conſtringimus, vt multo magis dono gratiæ etiam fidem cogantur adſcribere, PRÆTERQVAM NIHIL EST BONI, QVOD SECVNDVM DEVM QVILIBET VALEAT operari, ſicut

B B. Apoſtolus dicit: OMNE QVOD EX FIDE NON EST, PECCATVM EST. Quod cùm ita ſit, aùt nullum bonum gratiæ deputabunt, ſi ei fidem ſubtrahere moliuntur: aut ſi quod bonum eſſe dicunt de gratia, ipſa neceſſariò fides erit gratiæ deputanda. SI ENIM NIHIL BONI EST SINE FIDE, fides autem ipſa venire negetur ex gratia; nullum, quod abſit, bonum erit gratiæ deputandum.

Duo hic notatu digniſſima conſidero, primò ſūmum Pontificem, eodem cum Auguſt. vti Pauli loco, quo probet nihil boni eſſe ſine fide in operibus Gentilium. Secundò doctè addidiſſe, SECVNDVM DEVM, *quaſi diceret;* licet homo iudicans in facie, *nudum aſpiciens officium, ſiue actum externum operis infidelis, eleemoſyna, ſepultura, temperantiæ &c. Bonum vtique ex genere*

C *ſuo probet & laudet, tamen* SECVNDVM DEVM, *qui intuetur cor, & intentionem operantis ex vana fine gloria, nihil boni verè moralis in eo iudicat, quia ſuo formali caret, quod dat ei eſſe virtutis. Quia tamen in hoc opere malo formaliter, reſtat aliquid boni, ex reliquiis imaginis Dei, & rectæ rationis, & inclinationis in ſimilem ſui, & vt rectè Tertull. lib. de Anima c. 41.* Quod à Deo eſt, non tam extinguitur, quàm obūbratur: poteſt enim obumbrari, quia nō eſt Deus; extingui non poteſt, quia à Deo eſt: ſic & in peſſimis aliquid boni, & in optimis, nonnihil peſſimi: *Idcirco Deus & in Chriſtianorum optimis operibus peccata venialia permixta, vel in hoc, vel in futuro ſæculo punit. Et in peſſimis etiam ethnicis, aliquid boni permixtum, ſine aliqua temporali mercede, tēporaliter geſtum abire non ſinit: & rurſum in iiſdem operibus ex officio, & aliqua compaſſione naturali, & animi moderatione factis, peccata etiam venialia amoris proprij,*

D *& laudis humanæ appetitu fœdata, ſi in infidelitate moriūtur, lenioribus licet, attamen æternis inferni pœnis, quia mortalibus coniuncta ſunt, condemnat & afficit. Nil quippe iuſtus iudex, nec vſq; ad nouiſſimum quadrātem boni malíue ſine condigna pœna, vel præmio dimittit. De mercede quidem Augl. 5. de Ciu. c. 12.* Videamus, inquit, quos Romanorum mores, & quā ob cauſā Deus verus ad augendum imperium adiuuare dignatus eſt, in cuius poteſtate ſont etiam regna terrena, &c. S. Auguſt.

Et c. 15. Quibus, inquit, non erat Deus daturus vitam æternam cum ſanctis Angelis ſuis, in ciuitate ſua cæleſti, ad cuius ſocietatem pietas vera perducit, &c. Sine qua hanc eis terrenam gloriam excellentiſſimi imperij concederet, non redderetur

E merces bonis artibus eorum, id eſt virtutibus, quibus ad tantam gloriam peruenire nitebantur: de talibus enim qui propter hoc boni aliquid facere videntur, vt glorificentur ab hominibus; etiam Dominus ait: Amen dico vobis, perceperunt mercedem ſuam. *Sed præmiſerat c. 13.* Sanius, inquit, videt qui & amorem laudis vitium eſſe cognoſcit, &c. Huic ergo vitio non ſolùm non re-

ſiſtebant, verum etiam id excitandum, & accendendum eſſe cenſebant, putantes id eſſe vtile Reipublicæ. *Nil item impunitum in apparentibus eorum virtutibus dormit, amore propriò & vanitate corruptis, l.4. cont. Iul. c.3. in medio.* Dicuntur, inquit, ſine lege, naturaliter quæ legis ſunt facere, (S. Aug.) quia ex Gentibus venerunt ad Euangelium, non ex circunciſione, cui lex data eſt. Et propterea naturaliter, quia vt crederent, ipſa in eis eſt per Dei gratiam correcta natura. Nec per eos potes probare quod vis, etiam infideles veras poſſe habere virtutes: ſunt quippe iſti fideles. Aut ſi fidem non habent Christi, profectò nec iuſti ſunt, nec Deo placent, cum ſine fide placere impoſſibile ſit. Sed ad hoc eos in die iudicij cogitationes ſuæ defendent, vt tolerabilius puniantur, quia naturaliter quæ legis ſunt, vtcumque fecerunt, ſcriptum habentes in cordibus opus legis hactenus, vt alijs non facerent, quod perpeti nollent: hoc tamen peccantes, quod homines ſine fide non ad eum finem iſta opera retulerunt, ad quem referre debuerunt. Minus enim Fabricius quàm Catilina punietur, non quia iſte bonus, ſed quia ille magis malus, & minus impius quàm Catilina Fabricius, non veras virtutes habendo, ſed à veris virtutibus non plurimum deuiando. An fortè & iſtis qui exhibuerunt terrenæ patriæ Babylonicam dilectionem, & virtute ciuili, non verâ, ſed veriſimili, dæmonibus, vel humanæ gloriæ ſeruierunt, Fabricijs videlicet, Regulis, & Fabijs, & Scipionibus, & Camillis, cæteriſque talibus, ſicut infantibus qui ſine baptiſmate moriuntur, promiſuri eſtis aliquem locum inter damnationem regnumque cœlorum: vbi non ſint in miſeria, ſed in beatitudine ſempiterna, qui Deo non placuerunt, cui ſine fide placere impoſſibile eſt, quam nec in operibus, nec in cordibus habuerunt? Non opinor perditionem veſtram vſque ad iſtam poſſe impudentiam proſilire. Erunt ergo, inquis, in damnatione ſempiterna, in quibus erat vera iuſtitia? O vocem impudentia maiore præcipitem! Non erat, inquam, in eis vera iuſtitia, quia non actibus, ſed finibus penſantur officia.

Non inficior tamen ethnicos, vt alibi probat Auguſt. aliquid veri ex Deo vero ſenſiſſe, & aliquid boni ex aliqua eius gratia fecisse, plerumque tamen vitia minora maiori ſuperbia ſuperaſſe. Quidquid autem in quocumque homine Chriſtiano, vel ethnico rectum & bonum eſt, non homini, ſed Deo omnis boni authori tribuendum aſſerit Aug. Ep. 130. ad Circenſes conuerſos à factione Donatiſtarum, ad Eccleſiæ Catholica ſocietatem. Si id, inquit, quod in veſtra ciuitate nos grauiter contriſtabat, abſumptum eſt: ſi duritia cordis humani reſiſtens manifeſtiſſimæ & quodammodo publicæ veritati, eiuſdem veritatis vi euicta eſt; ſi ſapit dulcedo pacis, vnitatiſque charitas, & non iam reuerberat oculos ſaucios, ſed ſanos illuſtrat ac vegetat; non ſunt hæc opera noſtra, ſed Dei. Non hæc humanis operibus omnino tribuerem, nec cùm apud vos eſſemus, tanta conuerſio multitudinis, nobis loquentibus & hortantibus proueniret. Hoc agit ille & efficit qui per miniſtros ſuos rerum ſignis extrinſecus admonet, rebus autem ipſis per ſeipſum intrinſecus docet. Nec ideo pigrius moueri nos oportet ad viſendos vos, quoniam quicquid in vobis laudabile eſt factum, non à nobis, ſed ab illo factum eſt, qui facit mirabilia ſolus. Multò enim alacrius debemus accurrere ad ſpectanda opera diuina, quàm noſtra: quia & nos ſi quid boni ſumus, opus illius, non hominum ſumus. Vnde Apoſtolus dixit 1. Cor. 3. Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Xenocrates Polemonem, vt ſcribitis, & nos ex illius litteris recordamur, de fruge temperantiæ diſputando, non ſolum ebrioſum, verum etiam tunc ebrium, ad mores alios repente conuertit. Quanquam ergo ille, ſicut prudenter & veraciter intellexiſtis, non Deo fuerit acquiſitus, ſed tantùm à dominatu luxuriæ liberatus, tamen ne idipſum quidem quod melius in eo factum eſt, humano operi tribuerim, ſed diuino. Ipſius namque corporis, quod eſt infimum noſtrum, ſi qua bona ſint, ſicut forma, & vires, & ſalus, & ſi quid eiuſmodi eſt, non ſunt niſi ex Deo creatore ac perfectore naturæ: quanto magis animi bona donare nullus alius poteſt? Quid enim ſuperbius, vel ingratius cogitare poteſt humana vecordia, ſi putauerit, cùm carne pulchrum faciat Deus hominem, animo caſtum ab homine fieri? Hoc in libro Chriſtianæ ſapientiæ ſic ſcriptum eſt Sap. 8. Cùm ſcirem, inquit, quia nemo eſſe poteſt continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientiæ, ſcire cuius eſſet hoc donum. Polemo ergo ſi ex luxurioſo continens factus, ita ſciret, cuius eſſet hoc donum, & eum abiectis ſuperſtitionibus Gentium piè coleret, non ſolùm continens, ſed etiam veraciter ſapiens, & ſalubriter religioſus exiſteret, quod ei non tantùm ad præſentis vitæ honeſtatem, verùm & ad futuræ immortalitatem valeret. *Tandem & ſine bona voluntate, hoc eſt amore Dei, virtutes veras, & vera opera bona Gentilium negat Aug. l. 4. contra Iul. c. 3. circa f.* (Aug.) *Et Beda in Cant. contra Iulian. l. 1. c. 6.* Quod dicit, inquit, multos Philoſophorum patientiam, caſtitatem, modeſtiam, aliaſque de naturæ bono habere virtutes, conſtat, quia quicumque Philoſophorum Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam neſcieruot, hi NVLLAM VERAM VIRTVTEM, NEC VLLAM VERAM SAPIENTIAM HABERE POTVERVNT. In quantum verò vel guſtum aliquem ſapientiæ cuiuſlibet, vel VIRTVTIS IMAGINEM habebant, totum hoc deſuper acceperunt, non ſolùm munere primæ conditionis, (*tanquam ab authore naturæ, ſed cuiuſuis etiam virtutis moralis donatore*) verùm etiam quotidiana eius gratia (*id eſt commune adiutorio*) qui creaturam ſuam nec ſe deſerentem deſerens, dona ſua prout ipſe iudicauerit, hominibus & magna magnis, (*id eſt ſupernaturalia fidelibus, & electis,*) & parua largitur paruulis. *Id eſt naturalia & moralia Gentilibus, & reprobis.*

Nulla eſſe vera, nulliuſque valoris infidelium opera probat Gregor. l. 3. Epiſt. indictione 12. Ep. 33. Sicut, inquit, rami ſine virtute radicis areſiunt; ita opera quantumlibet bona videantur, nulla ſunt, ſi à ſoliditate fidei diſiunguntur. *Et licet Cornelij Centurionis nondum baptizati, nec in Chriſtum credentis, orationes & eleemoſynæ ab Angelo prædicentur: hic tamen Gentilis, non erat infidelis, ſed credebat in Deũ. Quomodo enim orationes eius & eleemoſynæ coram Deo aſcendere potuiſſent, ſi infidelitatis pondere prægrauata fuiſſent? quomodo ſine fide placuiſſet Deo? ſed iam in Deum credens, & bene orans, & operans, meruit per Petrum amplius inſtrui, & in Chriſtum credens, baptizari. Accipite eumdem Gregor. hom. 9. in Ezech. l. 1.* Verum, inquit, ſine altero nil prodeſſe valet; quia nec fides ſine operibus, nec opera adiuuant ſine fide, niſi fortaſſe pro fide percipienda fiant: ſicut Cornelius ante pro bonis operibus meruit audiri, quàm fidelis exiſteret. (*Id. perfectè,*

& ex-

& explicite in Chriſtum credens, iam enim credebat in Deum quem inuocabat.) Qua ex re colligitur, quia bona opera pro fide percipienda faciebat. Nam cui ab Angelo dicitur : orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei : & mox pro eadem aſcenſione præcipitur, vt ad Simonem mittat, qui ei veniens prædicare debeat, conſtat quia hoc petijt, vnde meruit exaudiri.

Et rurſum explanans quid ſit veſtibulum portæ templi, libro 2. hom. 19. Poteſt, inquit, per veſtibulum fides intelligi, ipſa quippe eſt ante gradus, & portam; quia prius ad fidem venimus, vt poſtmodum per ſpiritualium donorum gradus, cæleſtis vitæ aditum intremus. Non enim virtutibus venitur ad fidem, ſed per fidem pertingitur ad virtutes. Cornelius enim Centurio, cuius eleemoſynæ ante baptiſmum Angelo teſtante laudatæ ſunt, non operibus venit ad fidem, ſed fide venit ad opera. Nam & ei per Angelum dicitur : Orationes tuæ & eleemoſynæ aſcenderunt in conſpectum Dei. Si enim Deum verè & ante baptiſmum non crediderat, quid orabat? (*Quomodo enim inuocabunt, in quem non crediderunt?*) Vel quomodo hunc omnipotens Deus exaudierat, ſi non ab ipſo ſe in bonis perfici petebat. Sciebat igitur Creatorem omnium Deum, ſed quod eius omnipotens Filius incarnatus eſſet, ignorabat. Neque enim poterat bona agere, niſi ante crediđiſſet : ſcriptum namque eſt Hebr. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Fidem ergo habuit, cuius operationes & eleemoſynæ placere potuerunt. Bona autem actione promeruit, vt Deum perfectè cognoſceret, & incarnationis eius myſterium crederet, quatenus ad Sacramentum baptiſmatis perueniret. Per fidem ergo venit ad opera, ſed per opera eſt ſolidatus in fide. Veſtibulum itaque ante gradus eſt: quia qui prius credidit, ipſe pòſt virtutum gradibus ad portæ aditum aſcendit. *Porta autem eſt Chriſtus*, ad quem nemo venit, niſi Pater traxerit eum; & non omnium eſt fides, ſed vnicuique partitus eſt menſuram fidei, *ait Apoſtolus.*

Innumeros poſſem hic Auguſtini locos referre: vnico, ſed prolixo & florentiſſimo, totam hanc quæſtionem expediam, libro 4. contra Iulianum cap. 3. Noueris, inquit, non officijs, ſed finibus, à vitiis diſcernendas eſſe virtutes? Officium eſt autem, quod faciendum eſt; finis verò propter quod faciendum eſt. Cùm itaque facit homo aliquid vbi peccare non videtur, ſi non propter hoc facit propter quod facere debet, peccare conuincitur. Quæ tu non attendens, fines ab officijs ſeparaſti, & virtutes veras, officia ſine finibus appellandas eſſe dixiſti : Ex quo te tanta abſurditas ſequitur, vt veram cogaris appellare iuſtitiam, etiam cuius dominam repereris auaritiam. Siquidem manus abſtinere ab alieno, ſi officium cogites, poteſt videri eſſe iuſtitiæ. Sed cùm quæritur, quare fiat, & reſpondetur, ne plus pecuniæ litibus pereat: quomodo iam hoc factum veræ poterit eſſe iuſtitiæ, cùm ſeruiat auaritiæ? Quales virtutes Epicurus induxit voluptatis ancillas, &c. Abſit autem vt virtutes veræ cuiquam ſeruiant, niſi illi, vel propter illum, cui dicimus, Deus virtutum conuerte nos, Pſalm. 79. 20. Proinde virtutes, quæ carnalibus delectationibus, vel quibuſque commodis & emolumentis temporalibus ſeruiunt, veræ prorſus eſſe non poſſunt : quæ autem nulli rei ſeruire volunt, nec ipſę verę ſunt, &c. Quidquid autem boni ſit ab homine, & non propter hoc ſit, propter quod fieri debere vera ſapientia præcipit, & ſi officio videatur bonum, ipſo non recto fine, peccatum, &c.

Tum reſpondet Iuliano dicenti virtutes quibus aliquid admixtum eſt vitij, ſteriles quidem, & infructuoſas eſſe, ſed non malas. Fieri, inquit, non poteſt, vt ſteriliter boni ſimus : ſed bonum non ſumus, quidquid ſteriliter ſumus. Matth. 7. 17. Arbor enim bona, bonos fructus facit. Abſit autem vt Deus bonus à quo ſecuris paratur arboribus non facientibus fructum bonum, excidat, & in ignem mittat arbores bonas. Nullo modo igitur homines ſunt ſteriliter boni : ſed qui boni non ſunt, poſſunt eſſe alij minus, alij magis mali, &c. *Dehinc cùm illud Apoſtoli :* Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, *eludi videret, & refundi in cibos vetitos, ſic aliud refert. Hebr. 11. 6.* Sine fide impoſſibile eſt Deo placere. Et tamen, inquit, cùm ſine fide impoſſibile ſit placere Deo, tibi virtutes ſine fide ſic placent, vt eas veras prędices, eiſque bonos eſſe homines : & rurſus quaſi te pœnituerit laudis earum, ſteriles pronuntiare non dubites. *Tum exponit quod Iulianus refert ex Apoſtolo: Rom. 2. 14.* Gentes legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, quia habent opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. Ideo, inquit, dicuntur ſine lege, *(ſupple Moyſi)* naturaliter quę legis ſunt facere, quia ex Gentibus venerunt ad Euangelium, non ex circumciſione, cui lex data eſt : & propterea naturaliter quia vt crederent, ipſa in eis per Dei gratiam correcta natura, &c.

Rurſum inducit Iulianum : Si Gentilis, inquis, nudum operuerit, numquid quia non eſt ex fide, peccatum eſt? Prorſus, in quantum non eſt ex fide, peccatum eſt; non quia per ſeipſum factum, quod eſt nudum operire, peccatum eſt; ſed de cogitatione, non in Domino gloriari, ſolus impius negat eſſe peccatum, &c. Si Gentilis qui non viuit ex fide, nudum operuerit, periclitantem liberauerit, ęgri vulnera fouerit, diuitias honeſtæ amicitię impenderit, ad teſtimonium falſum, non tormentis potuerit impelli; quæro abs te, vtrum hęc opera bona benè faciat, an male? Si enim quamuis bona, malè tamen facit, negare non potes eum peccare, qui malè quodlibet facit. Sed quia eum non vis, cùm facit iſta, peccare, profectò dicturus es, & bona facit, & benè. Fructus ergo bonos facit arbor mala, quod fieri non poſſe veritas dicit, &c. An dicis hominem infidelem, arborem bonam? Placet ergo Deo, neque enim bono poteſt non placere quod bonum eſt. Et vbi erit quod ſcriptum eſt, ſine fide impoſſibile eſt Deo placere?

Deinde excludit quod dicere poſſet, hominem, in quantum homo eſt, arborem eſſe bonam, quia fruſtra Chriſtus dixiſſet arborem malam : quia nulla eſſet arbor mala, in quantum eſt opus Dei. Et concludit: Non itaque in quantum homo eſt, quod eſt opus Dei, ſed quantum malæ voluntatis eſt, quiſque arbor mala eſt, & bonos fructus facere non poteſt. Vide itaque vtrum infidelem voluntatem audeas bonam dicere voluntatem. *Proſequitur, & probat, nec ſemper miſericordem voluntatem, eſſe bonam, exemplo Saül parcentis Agag, 1. Reg. 15. 9.* Rex Saül, inquit, meruit à Domino vtique miſericorde damnari, quia contra eius præceptum captiuo Regi per humanum pepercit affectum, &c. Porro ſi vitium eſt, malè miſereri, proculdubio vitium eſt, infideliter miſereri, &c. Et hoc bonum

malè facit, qui infideliter facit. Qui autem malè facit aliud, profectò peccat, &c. Et ideo Deus iſtas arbores non poteſt diligere, & ſi tales permanſerint, diſponit excidere, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. *Demum irridet Iulianum diſtinguentem ſteriles arbores, à malis, cùm in hoc ipſo Euangelio, ſteriles, & non facientes fructum bonum, excidat Deus, & mittat in ignem.* Ego, inquis, ſteriliter bonos dixi homines, qui non propter Deum faciendo bona quę faciunt, non ab eo vitam conſequuntur ęternam. Iuſtus ergo Deus & bonus, bonos eſt in mortem miſſurus ęternam? *Ex prædictis, poſt Patres, & maximè Auguſtinum, ſic ratione probo, Gentiles, vel hæreticos, vtpote arbores malas, radicis, hoc eſt voluntatis mala, & infidelis, nullum poſſe boni operis fructum producere; primò quia ex Philoſopho, virtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum: id eſt, habitus eſt perficiens animam, eamque diſponens & ordinans ad Deum, ſummum bonum, & finem vltimum ſupernaturalem; quem quia Gentilis fide carens, & cognitione vera, non poteſt vt ſummum bonum & finem vltimum intendere, nec per conſequens vllum bonum ex integra cauſa, virtutis opus facere. Secundò, finis eſt forma quæ dat eſſe omni actioni & virtuti morali, quæ non in obiecto materiali conſiſtit. Nec ſufficit quod virtus ipſa, ſuapte natura, & ex genere ſuo ad Deum ordinetur: quia ipſe actus hominis debet reſpicere & intendere finē vltimum ſuum, nempe Deum. Sed infidelis oculum illum interiorem non habet, quo Deum purè & ſimpliciter inſpiciat radio fidei illuſtratum, de quo Chriſtus in Euangelio, &*

S.Auguſt. *Auguſtinus ſupra lib. 4. contra Iul. cap. 3. circa f.* Intellige, inquit, quod ait Dominus, ſi oculus tuus nequam eſt, totum corpus tuum tenebroſum erit: ſi autem oculus tuus ſimplex eſt, totum corpus tuum lucidum erit. Et hunc oculum agnoſce intentionem, qua facit quiſque quod facit. Et per hoc diſce, eum qui non facit opera bona, intentione fidei bonæ, hoc eſt eius quæ per dilectionem operatur, totum quaſi corpus quod illis velut membris operibus conſtat, tenebroſum eſſe, hoc eſt plenum nigredine peccatorum. *Ad hæc Gregorius Ariminenſis noſtri quondam Ordinis Generalis, qui vt Excellentiſſimus Theologiæ Doctor & Profeſſor, in noſtris Conſtitutionibus Theologiæ Magiſtris legendus & ſequendus commendatur, quique Pariſiis legebat Anno Domini 1344. ſcribens in ſecundum ſent. diſt. 38. quæſt. 1. artic. primo, & ſeq. hanc fuiſſe ſancti Auguſtini & aliorum Patrum ſententiam proſequitur. Noſter etiam Gaſpar Caſalius Luſitanus Epiſcopus Leirienſis in præclaro opere de quadripartita iuſtitia, (quod Concilio Tridentino dedicauit) aduerſum dogmata Caluini & Lutheri conſcripto, Prima parte cap. 21. 22. 23. 24. Vbi pro eadem Tertulliani & Auguſtini ſententia, quatuor Latinæ Eccleſiæ Doctores profert idipſum ſentientes. Et primum quidem honoris Pontificij gratia ſanctum Gregorium Magnum referam, homil. 36. in Euang. vbi per vias & ſepes, & ligna ſiluæ Gentiles intelligit.* Cùm de vicis & plateis ad cœnam quoſdam Dominus inuitat, illum videlicet populum deſignat, qui tenere legem ſub vrbana conuerſatione nouerat. Cùm verò conuiuas ſuos colligi ex vijs, & ſepibus præcipit; nimirum agreſtem populum colligere, id eſt Gentilem quærit: de cuius ſignificatione per Pſalmiſtam dicitur, Pſal. 95. 13. Tunc exultabunt omnia ligna ſiluarum ante faciem Domini, quoniam venit, ligna enim ſiluæ Gentes vocatæ ſunt, quia in infidelitate ſua tortæ, & infructuoſæ ſemper fuerunt. *Et quid Chri-*

A *ſtus?* Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. *De qua & pſaltes ſilua, Pſalm. 82. 15.* Sicut ignis, qui comburit ſiluam.

Idem Gregorius lib. 2. Moral. cap. 34. de filijs Iobi in domo primogeniti conuiuantibus. In domo, inquit, primogeniti conuiuantur filij, dum virtutes reliquæ epulantur in fide; quæ ſi non prima in corde noſtro gignitur, reliqua quæque eſſe bona non poſſunt, etiamſi bona videantur, &c. Scriptum quippe eſt, ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Tunc ergo virtutes noſtræ veras vitæ epulas ſumunt, cùm nutriri fidei Sacramentis incipiunt.

B *Idipſum ſenſit Hieronymus libro ſecundo, in Epiſt. ad Gal. in prima hæc verba:* Iuſtus ex fide viuit: faciamus, inquit, & nos aliquid ſimile huic quod dicitur, iuſtus ex fide viuit, & dicamus: Caſtus ex fide viuit, ſapiens ex fide viuit, fortis ex fide viuit; & à cęteris virtutum partibus, viciniam ſententiam proferamus, aduerſum eos, qui in Chriſtum non credentes, fortes, ſapientes, temperantes ſe putant eſſe, vel iuſtos: vt ſciant nullum abſque Chriſto viuere, ſine quo, omnis virtus in vitio eſt. *Et quidem ſi infidelium virtus mortua eſt, viua vtique & vera eſſe non poteſt, ſed amore proprio, & concupiſcentia laudis corruptum eſt quidquid appareat ex reliquijs & veſtigijs rationis, & naturalis in ſui ſimile dilectionis.*

C *Quod vt tale bonum quidem eſt, ſed tot ſordibus admixtum, zizanijs ſuffocatur.*

Nec aliter Ambroſius, (melius Proſper, licet inter opera Ambroſij reperiatur,) Libro primo de vocatione Gentium capite ſexto. Quamdiu, inquit, homini ea placent, quę Deo diſplicent, voluntas eius animalis eſt. Quia etiamſi in bonis moribus agat, malè adhuc viuit, ſi non in Dei gloriam viuit, &c. His, atque alijs malis in naturam humanam irruentibus, fide perdita, ſpe relicta, intelligentia obcæcata, voluntate captiua, nemo in ſe, vnde repararetur, inuenit. Quia etſi fuit qui naturali intellectu conatus ſit vitijs reluctari, huius tantùm temporis vitam ornauit, (*vt arborem vanis frondibus, ac floribus, abſque fructibus*) ad veras autem virtutes; æternamque beatitudinem non

D peruenit, &c. Sine cultu enim veri Dei, etiam quod virtus videtur eſſe, peccatum eſt. Nec placere vllus Deo ſine Deo poteſt. Qui verò Deo non placet, cui niſi ſibi, & diabolo placet? à quo cùm homo ſpoliaretur, non voluntate, ſed voluntatis ſanitate priuatus eſt: quia nec detrudi ab innocentiæ ſtatu poſſet, niſi voluntate peccaret.

Chryſoſtomus etiam homilia 27. idem probat ex comparatione fidelium, qui pro natura corrupta vix à peccatis abſtinent, & benè operantur: Futurorum, inquit, bonorum ſpes, & gehennæ metus, & alia

E huiuſmodi vix hominem in virtute continent. Quibus enim nihil horum perſuadet, hi minimè virtutem amplectuntur. Si qui autem ſimulant, gloriæ cauſa ſimulant. Et qui ita affectus eſt, cùm latere opera ſua poſſe confidit, minimè à prauis cupiditatibus abſtinebit. *Vide dicenda V. Fortitudo. 1. & V. Caſtitas in Omniloquio rationali. Atque ex dictis, & toto hoc Alphabeto errorum imputatorum Auguſtino contexta diſcuſſis, apertiſſimè conſtat, quicquid hactenus inſcitia, vel malitia erroris ac nebula ſanctiſſimi & integerrimi Doctoris Eccleſiæ Catholicis dogmatibus obducere tentauerit,* ipſum quaſi Solem refulgere in templo Dei, *Tertulliani Angelum correctorem*, iride coronatum, cœleſti prato, inter

nebulas gloriæ; *ab Apoſtolo delineatum Timotheo, & Tito, velut exemplarem perfectiſſimi Pontificis & Doctoris Ideam.* Oportebat certè *hæreticorum omnium debellatorem inuictiſſimum, errores, hæreſes, duriores que inter cæteras Tertulliani ſententias molituros, & damnaturum*: IRREPREHENSIBILEM ESSE DOCTOREM: Amplectentem, ἀντεχόμενον, tenentem modicus eum, qui ſecundùm doctrinam eſt, fidelem ſermonem; POTENTEM EOS QVI CONTRADICVNT ARGVERE. Sunt enim multi inobedientes, vaniloqui, & ſeductores; φρεναπάται, mentium deceptores, quos oportet redargui. *Et quidem ſi iuxta Hilarium 8. de Trin.* Summa omnium virtutum Epiſcopalium eſt ſcientia, & doctrina; *qua ſecundum Theophylactū in cap. 1. ad Titum*: Eſt virtus, & character Epiſcopi: *quis in ſanctitate, & doctrina irreprehenſibilior & ſanior Auguſt. qui vaniloquos, ſeductores, mentium deceptores Pelagianos pleniſſimè redarguit & conuicit? & cum emphaſi, & tota Græci vocabuli energia, hoc Titi loco, ἐπιστομίζειν, Epiſtomie velut ſilenty, expoſitore Hieronymo, os aduerſariorum obturauit & occluſit; maſſâ vtique plumbeâ oris amphora impietatis apud Zachariam concluſa miſſâ. Sic impleta vox Prophetica pſalmis*: Obſtructum eſt os loquentium iniqua. Rex verò, & Dominus virtutum, & gloriæ Chriſtus lætabitur in eo, (*gratia ſua, contra ſuperbos liberi* A *arbitry, tutores, & defenſores*) laudabuntur omnes qui iurant in eo: *& eius, ſiue potius dudum Eccleſiæ doctrinam in omnibus ſequi profitentes*: Quoniam obſtructum eſt os loquentium iniqua. *Audio & eâdem Pſalmographi voce querulum expoſtulantem, Pſalmo* 26. Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui. Item, inquit, quia teſtes iniqui ſunt, & multa mala in me dicunt, ET IN MVLTIS MIHI DETRAHVNT, ſi traditus fuero in animas eorum (*qui hinc inde. me in ſuam torquent inuitum ſententiam.*) mentiar, & ero ſimilis eorum: NON PARTICEPS VERITATIS TVÆ, SED COMPARTICEPS MENDACII ADVERSVS TE. Exſurrexerunt teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi; ſibi, non mihi. Sibi ſemper mentiatur, mihi autem B non mentiatur, &c. Sæuiant quantum voluerint, ET CONENTVR IMPEDIRE CVRSVS MEOS, non tamen tu me des in animas eorum. Non conſentiendo voluntatibus eorum, REMANEBO EGO, ET PERMANEBO IN VERITATE TVA, ET MENTIETVR INIQVITAS, NON MIHI, SED SIBI.

Securi iam, ac tuti, perſpectâ medullitus, & compertâ funditus irreprehenſibilis Auguſtini doctrinâ, hoc vno arbitrio, Tertulliani errores, & hæreſes diſcutere, & meritâ cenſurâ ferire pergamus.

FINIS.

BIBLIOTECA ROMA

INDEX LOCORUM SCRIPTVRÆ expoſitæ in erroribus imputatis Tertulliano, & Auguſtino.

Prior numerus paginam, ſecundus columnam, cum litera inte media.

EX VETERI TESTAMENTO.

Ex Geneſi.

GEN.2.2.Requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere. 37.d.1

Gen.2.4. Iſtæ ſunt generationes cæli & terræ, &c. In die quo fecit Dominus cælum & terram,& omne virgultum, 35 c.2.& ſeq.

Gen.16.2 Ingredere ad ancillam meam, ſi forte ſaltem ex illa ſuſcipiam filios. 31.b.1

Gen. 49.11. Ligans ad vineam pullum ſuum. & ad vitem, ô fili mi, aſinam ſuam. Lauabit in vino ſtolam ſuam,&c. 54.b.2

Ex Exodo.

Exod.28.36. facies & laminam de auro puriſſimo, in qua ſculpes opere cælatoris ſanctum Domino. 51 e.3.& ſeq.

Ex Leuitico.

Leuit.16.7. duos hircos ſtare facies coram Domino in oſtio tabernaculi teſtimonii, 1: .c 1

Ex Deuteronomio.

Deutero 12 23. hoc ſolum caue ne ſanguinem comedas: ſanguis enim eorum pro anima eſt, 55. b 1.

Ex Iudic.

Iud.11.8. Dixerunt principes Galaad ad Iephte ob hanc igitur cauſam nunc ad te venimus, vt proficiſcaris nobiſcum, & pugnes contra filios Ammon, 120.c.2

Ex Tobia.

Tob.12.19 Videbar quidem vobiſcum manducare & bibere: ſed ego cibo inuiſibili,& potu qui ab hominibus videri non poteſt, vtor, 2.c.1

Ex Iob.

Iob.9.17. in turbine conteret me,& multiplicabit vulnera mea etiam ſine cauſa, 85.a.2

Iob 26.5. Ecce gygantes gemunt ſub aquis, 91.b

Iob.28.13. neſcit homo pretium eius, 98.b 1

Iob.38.24. per quam viam lux ſpargitur, 98. b. c. 1

Iob. 40.10. Ecce Behemoth quem feci tecum, 37.d

Ex Pſalmis.

Pſal. 5.7. Perdes omnes qui loquuntur mendacium, 138.b 1.

Pſal.8.8. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, 21. b.c.2.

Pſal.13.3. omnes declinauerunt, 91 c a

Pſal. 18.1. opera manuum eius annuntiat firmamentum, 98 d 1

Pſal 22.2. ſuper aquam refectionis educauit me, 79. c.d.1.

Pſalm 26 9 Ne auertas faciem tuam à me, 112. e. 1.

Pſalm. 26.10. Adiutor meus eſto ne derelinquas me, 113 c d.1.

Pſal.32.15. qui finxit ſigillatim corda hominum, 2.c 2.

Pſalm.34.11. quæ ignorabam interrogabant me, 108 c 1.

Pſalm.42 1. diſcerne cauſam meam de gente non ſancta, 59.b.2

Pſalm. 44.10. Aſtitit regina à dextris tuis 91. c 2.

Pſal. 50.11. Auerte faciem tuam à peccatis meis, &c 109.b.1.

Pſalm 61.1 Nonne Deo ſubiecta erit anima? 130. b c.1

Pſal 61.12 Duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt, &c. 1 o c 1.

Inſcriptio eiuſdem Pſalmi, pro Idithum. 128.d. e 2 & ſeq & 1 o a.1.

Pſalm. 68. 3. Infixus ſum in limo profundi, &c. 106 c d 2.

Pſalm. 72. 27. Perdidiſti omnes qui fornicantur abs te, 33 b.1.

Pſal.79.17. Succenſa igni & ſuffoſſa &c 129 a.1. & ſeq.

Pſal. 85.8. Non eſt ſimilis tui in Diis Domine, 1. c. 2.

Pſalm.89. Quis nouit poteſtatem iræ tuæ? 113. d. 1

Pſalm.108.18. Conſtitue ſuper eum peccatorem, 18 a.1

Pſal.108. Dilexit maledictionem & veniet ei, 70. d.2.& 18.c.1.

Pſal.110. Magna opera Domini, 123.d.1.

Pſalm. 131. Inuenimus eam in campis ſyluæ, 22. a. 2.

Ex Prouerbiis.

Prouerb. 8.24. Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram, 91.a.2.

Prou.8. 35. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet ſalutem a Domino. Iuxta 70. egreſſiones meæ, egreſſiones vitæ, & paratur voluntas à Domino, 42.e.2.& ſeq.

Prou. 12.27. Non inueniet fraudulentus lucrum ſuum, 28.d.2.

Prou.16.4. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, impium quoque in diem malum,

110. e. 1. & ſeq.

Ex Eccleſiaſte.

Eccleſ. 3. 5. tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus. 29. a. 2

Eccl 12. 7. reuertetur puluis in terram ſuam, 3. b. 1.

Ex Cant. Canticorum.

Cant. 4. 13. Emiſſiones tuæ, *Hebr.* plantationes tuæ, paradiſus malorum punicorum, 91. a. 2.

Cant. 8. 5. quæ eſt iſta quę aſcendit de deſerto (70 dealbata,) innixa ſuper dilectum ſuum, 112. c. 2.

Ex Eccleſiaſtico.

Eccli. 15. 17. appoſuit tibi aquam & ignem, 95 b. 2.

Eccli. 18. Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul, 37. a. b. c. 2

Eccl. 21. 1. fili peccaſti, ne adiicias iterum, 105. b. 2.

Ex Eſaia.

Eſa. 48. 21. non ſitierunt in deſerto (70. ſitierunt per deſertum, &c. 73. d. 1.

Ex Ieremia.

Ier. 11. 19. mittamus lignum in panem eius, 54. d. 1. & ſeq.

Ex Ezechiele.

Ezech. 1. 5. ſimilitudo quatuor animalium, 1. b. 2.

Ezech. 40. 44. Extra portam interiorem Gazophilacia cantorum, 97. d. 2

Ex Daniele.

Dan. 4. 8. magna arbor & fortis, &c. 38. a. 1. & ſeq.

Ex Oſee.

Oſee. 13. 14. morſus tuus ero inferne, 22. b. 1.

EX NOVO TESTAMENTO.

Ex Matthæo.

Matth. 5. 28. qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, 127. b. 1.

Matth. 5. 40. Ei qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, da ei & pallium, 14. c 1. & ſeq.

Matth. 25. 41 diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Et verſu 46. Et ibunt hi in ſupplicium ęternum, 89. a. 1.

Matt. 26. 52. conuerte gladium tuum in locum ſuum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt, 116. c. 2.

Ex Luca.

Luc. 10. 13. Væ tibi Corozain, væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes, quæ factę ſunt in vobis, olim in Cilicio & cinere ſedentes pœniterent, 45. per totum.

Luc. 11. 13. Magiſter dic fratri meo vt diuidat mecum hæreditatem, 13. c. 1.

Luc. 13. 32. Ecce eiicio dæmonia & ſanitates perficio hodie, & cras, & tertia die conſummor, 104. c. d. 1.

Luc. 22. 36. Nunc qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram: & qui non habet, vendat tunicam ſuam. & emat gladium. 118. c. d. 1

Luc. 22. 50. Percuſſit vnus ex illis ſeruũ principis Sacerdotum & amputauit auriculam eius dextram, 119. b. c. 2. & ſeq. & verſu 51 reſpondens autem Ieſus ait: ſinite vſque huc, & cùm tetigiſſet auriculam eius, ſanauit eum ibid.

Luc. 24. 16 oculi illorum tenebantur, 56. c. 2 & ſeq.

Ex Ioanne.

Ioannis 1. 4. quod factum eſt in ipſo vita erat, 36 c. 2. & ſeq & 37. b. c. 2.

Io. 6. 54. Niſi manducaueritis, &c. 74. c. d. 2 & 80. c. d. 1.

Io. 6. 64. Spiritus eſt qui viuificat, 53. a. b. 2. & ſeq.

Io. 12. 32. cum exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipſum, 23 d. 2

Io. 13 3. Sciens quia omnia dedit ei pater in manus, 19. c. 1. & ſeq.

Io. 13. 27 quod facis fac citius, 19 b. 2

Io. 15. 19. Ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus, 23. c. 1. & ſeq.

Io 15 3. mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis, 111. c. d. 1 & ſeq.

Io. 18. 10. erat autem nomen ſeruo Malchus, 119. b. c. d. 2. & ſeq.

Ex Epiſt. ad Romanos.

Rom. 2 14. gentes quę legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt. 134. a. 1

Rom. 5. 12. per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, 82. b. c. & ſeq. 2. & 83. c. 1 & ſeq

Rom. 5. 12. in quo omnes peccauerunt, 92. c. d. 2. & ſeq. Et 93. a. b. 1

Rom. 5. 20. lex ſubintrauit vt abundaret delictum, 71. c. 2

Rom 6. 23 ſtipendia peccati mors, 99. a. 1. & b. 2

Rom. 7. 15. Non quod volo bonum, hoc ago: ſed quod odi malum, illud facio, 62. b. c. d 2. & ſeq. fusè. & 67. b. c. d. 1

Rom. 8. 3. Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, 91. d. 1 & ſeq.

Rom. 8. 14. quicumque ſpiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei, 95. d. 1. & ſeq

Rom. 8. 17. ſi filij & hæredes, 21. c. 1

Rom. 8. 28. diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, 42. c. 1

Rom. 9. 21. An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam, 40. a. 2

Rom. 14. 23. omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. 135.

Ex prima ad Corinthios.

1. Cor. 2. 12. non ſpiritum huius mundi, 38. b. 2

1. Cor. 1. audet aliquis veſtrum habens negotium aduerſus alterum, Iudicari apud iniquos, & non apud ſanctos, 13. c. 2. & 14. c. 1. & 16. c. d. 1. & ſeq.

1. Cor. 6. 15. tollens membra Chriſti, faciam membra meretricis, 33. d. 1. & ſeq.

1. Cor. 7. 3. vxori vir debitum reddat: ſimiliter autem & vxor viro, 28. c. 2.

1. Cor. 7. 4. mulier ſui corporis poteſtatem non

... et, ſed vir: ſimiliter autem, &c. 31.c.14.32 c.d.1

1.Cor.7.5 Nolite fraudare inuicem, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi, 25.c.2

1.Cor.7.6. hoc autem dico ſecundùm indulgentiam, non ſecundùm imperium, 25.c.1.& 28.c.2 & 29.a.1.& ſeq.

1.Cor.15 22. ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur, 40.d.2

Ex ſecunda ad Corinthios.

2. Cor. 5.19. Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi, 23.d.2

Ex Epiſt. ad Galatas.

Gal.3.22. concluſit ſcriptura omnia ſub peccato. Rom. 3.32. concluſit Deus omnia in incredulitate, vt omnium miſereatur, 23.c.2

Ex Epiſt. ad Epheſios.

Epheſ.2.8. gratiâ eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum eſt, non ex operibus, vt ne quis glorietor, 96.c.1.

Epheſ.2.10. ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, 96.a.2

Ex Epiſt. ad Philippenſes.

Philipp.2.7. in ſimilitudinem hominum factus, 57.c.1.& ſeq.

Philipp.2.12. cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini. Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle, & perficere pro bona voluntate, 119.c.1.& ſeq

Ex Epiſt. 1. ad Timotheum.

1.Tim.2.4. vult omnes homines ſaluos fieri, 40.c.2.

2.Tim.2.19. cognouit Dominus qui ſunt eius, 24.a.2.

2.Tim.4.7. Bonum certamen certaui, &c. 38 d.c.& ſeq

Ex Epiſt. ad Hebræos.

Hebr.2.9. Videmus Ieſum propter paſſionem mortis gloria & honore coronatum, vt gratiâ Dei pro omnibus guſtaret mortem, 20.c.1.& ſeq.

Hebr.7.26. Talis decebat vt nobis eſſet Pontifex, &c. 11.c.2.& ſeq.

Hebr.9.28. Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata, 21 d.2

Hebr.11 6. ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, 134.b.1

Ex Epiſt. 2. B. Petri.

2.Pet.3.14. Satagite immaculati inuiolati ei inueniri, &c. ſicut & chariſſimus frater noſter Paulus, &c. 72.e.1.& ſeq.

Ex Epiſt. 1. B. Ioannis.

1.Io.2.2. ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi, 22.a.1.& ſeq.

Ex Apocalipſi.

Apoc.4.7. In circuitu ſedis quatuor animalia, 1.b.2

Errata Typographi in Alphabeto Errorum Imputatorum Tertulliano & Auguſtino, ſic corriges.

Prior numerus indicat Paginam, ſecundus Columnam, cum intermedia litera.

3o præfat. pag.2. in p. promereas. ibid, circa f. quæ autem deſurſum eſt ſapientia. ibid. in indice omiſſum: baptiſmi ne gratiam impediat malitia miniſtri, p.1.a.2 de ſumma, 2 b.2. erroris, 3.d.1. vobis, 4.d.2. docere potuerit, 8 c.2 octauo: 9.a.2. ex qua. 12.a.1.cap.19. ibid.b. quod prædicat. ibid.c.2. accipie otem dicebat: 16.c 2. peccatum eſt, & d.2. quantum ad quatuor, 18.a.1. conſequuntur, & b.2. in duobus. 29.d.2. poſterùm & c.2 ius corporis. 35 d.1. feciſſe hominem ;6.b 1.10 marg. Philo. 37.c.1. propheta, tum mortalia, tum incorruptibilia, & ibid.e.2 quæ generata, e 40.d.2 nullâ voluntate. 42.a.2. præſcitum. 45.b.1. quia ſi, & c.2 dixiſſet, quoniam. 47.c.1. neceſſitati imputetur, &c an minor ſit erga eos, 48 b.1 largiretur. lo hac ergo. 52.d 2. citatur. 55.e 1. cætera. 56 b.2. ſignum ſunt. 57 b.1 factam. 60 c 1. nnn conſecitamos 64.a.2. hic ſupple ſenſum, & leges relictis cæteris: cùm malo illo corruptæ naturæ, & concupiſcentiæ, quã inuiti portamus, liberè conſentimus, iam anno- ſum vo om, &c. 65.e. ſit vt poterit. 68.a.2 exaltauit præ cæteris per ſanctũ Hormiſdã, in poſtremis eius libris. Ibid. expreſſit. 69.c.1. deputat aduerſarius. 71.b 1. ſententiam ſequitur. 87.a. 2. reprobis. 88.b.2. non, 102 b.1 præfertur, teſte. Et c.2. reſtatur profeciſſe. & d.2. Omnes igitur patres, &c conſentiunt. 103.e.2 aſſumens. 104.d 2. deliquis, 107 a.2 ſic 10 priſtinam. 108 d.2. infert. 110.b.2 geminata 111.c.2 egere iuſtum. 112.a.1. nouâ mortali & b 1. ille verba & c.1. corruunt homines. 114. b.2. præſumere diſcamus, 114.c.2. ſuam ſalutẽ. 115.a.2. ſed quid, & c.1. ex quibus ſenſim, 119 c.1. inultum eſſe, 120.c.1. ſenſum perturbarũ ſic repone. Alios prædeſtinaſſe vt cũ Angelis, & c. alios reprobaſſe vt cũ Angelis malis & ibid.c 2. quæſt. 49.121. b.2. ſelegiſſe Auguſtini librum de perfect. Iuſt. in quo præfert locum pſalmi, &c. & ibid.a 2. impietates admittant. 123 d.1. deſerit. 124 b.1. tertij Reg. & c.1 adeò. & c.2. tertiò, inquit. Aluares, (quod tameo vt durius ſonans, emollit exponendo) 125 a.1. Rom.12.126.c.2. ex propria, 127.b.2. tractatione ſumitur, 130.c.2. inceptam, inhabilem, 131.b.2. qui Deum. 132.b.2. ſunt, 134.d.2. verum etiam.

IN

ALPHABETVM ERRORVM ET HÆRESEON TERTVLLIANI.

PRÆFATIO.

ERRORES, *& hæreſes Tertulliani excuſſurus, & tenebras eius, Orthodoxâ S. P. Auguſtini doctrinâ veridicâ, velut Sole lucidiſsimo diſcuſſurus ; hæc breuiter prænotanda duxi. Primùm quidem ipſius-met Tertulliani verbis proloquor, quibus adhuc Catholicus, aduerſus hæreticos inſurgebat* ; Non oportere nos mirari ſuper hæreſes iſtas, ſiue quia ſunt ; futuræ enim prænuntiabantur : ſiue quia fidem quorundam ſubuertunt; ad hoc enim ſunt, vt fides habendo tentationem, habeat etiam probationem, & cæt. Dum mirantur, in ſcandalum ſubminiſtrantur : aut quia ſcandalizantur, ideò mirantur, quòd tantum valeant ; quaſi ex aliqua veritate veniant. Mirum ſcilicet, vt malum vires ſuas habeat : niſi quòd hæreſes apud eos multum valent, qui in fide non valent, & cæt. hæreſes de quorundam infirmitatibus habent, quod valent ; nihil valentes, ſi in benè valentem fidem incurtant.

Tertull. de præſcr. cap. 1. & 2.

Et quæ validior fides, & conſtantis veritatis tenor firmior, quàm eius, quem Bernardus, validiſſimum hæreticorum malleum : *Petrus Venerabilis*, ſingularem Eccleſiæ Magiſtrum ; *Damianus*, linguam ; *Proſper*, ſpecialem fidei patronum, aduerſus hæreticarum doctrinarum inſidias, veritatis virtute pugnantem ; *Rupertus*, Chriſtianæ legis vocem, & fidei Catholicæ organum *nuncuparunt.*

Ser 80. in Cant. Pet. Ven. Ep. cont. Petrobus. Dam. ſer. 62. Proſper, in Ep. ad Aug. Rup. in Ep. Nuncup. ad Cunonē.

Secundò cum eodem Auguſtino fatendum eſt quòd ; Solus Deus eſt verax ; omnis autem homo mendax. Vnde neque in nobis ipſis, vel per nos ipſos veraces ſumus, cùm ſumus : ſed cùm ille in ſeruis ſuis loquitur, qui ſolus eſt verax. *Vnde idem alibi :* Cùm de cuiuſlibet hominis ore veritas ſonuerit, non eſt ab illo homine, qui fortè peccator eſt ; ſed ab ipſa veritate, hoc eſt à Chriſto, qui iuſtus eſt *Diſcamus & nos eius exemplo, ſi quid veri intelligimus, loquimur, ſcribimus, id totum à veritatis fonte hauſtum, eidem humili gratiarum actione refluere.* Me iam docueras, *inquit*, Deus meus, miris & occultis modis, & propterea credo quòd tu me docueris, quoniam verum eſt : nec quiſquam præter te alius eſt Doctor veri, vbicumque, & vndecumque claruerit. Iam ergo abs te didiceram, nec eò debere videri aliquid verum dici, quia eloquenter dicitur : nec eò falſum, quia incompoſitè ſonant ſigna labiorum. Rurſus nec ideò

Aug. Ep. 174. ad Paſcentium, Aug. in Ep. ad Petilianum. Aug lib. 5. Confeſſ. cap. 6.

verum, quia impolitè enuntiatur; nec ideo falſum, quia ſplendidus ſermo eſt; ſed perinde eſſe ſapientiam & ſtultitiam, ſicut ſunt cibi vtiles, & inutiles: verbis autem ornatis, & inornatis, ſicut vaſis vrbanis, & ruſticanis, vtroſque cibos poſſe miniſtrari. *Et iterum, vt præ oculis habens, quod ſuo SS.D.N. Alexander VII. præfert Symbolo:* DEVS VERITAS EST;

Lib. 13. Confeſſ. cap. 25. Verum dicam, te mihi inſpirante: neque enim alio præter te inſpirante credo me verum dicere, cùm tu ſis veritas, omnis autem homo mendax. Et ideò qui loquitur mendacium, de ſuo loquitur. Ergo vt verum loquar, ecce dediſti nobis, & cæt.

Tertiò, non cæco, ac prærupto impetu paſſionis, aut affectus inordinati, huius, aut illius ſectandam eſſe ſententiam; vel quia author eius amicus eſt; vel quia ipſa per ſe ſenſui noſtro plerumq; deprauato blanditur: ſed quia vera eſt, & à Deo, primâ, ac ſummâ veritate, per Eccleſiam eius ſponſam, eiuſque Doctores Catholicos, & Pontifices quam maximè veritatis interpretes credenda proponitur. Hinc exclamat Auguſtinus: O vita pauperum Deus meus, in cuius ſinu non eſt

Lib. 12. Confeſſ. cap. 25. contradictio, non mihi hoc dicunt, quia diuini ſunt, & in corde famuli tui viderunt, quod dicunt; ſed quia ſuperbi ſunt, nec nouerunt Moyſi ſententiam, ſed amant ſuam; non quia vera eſt, ſed quia ſua eſt. Alioquin & aliam veram pariter amarent, ſicut & ego amo quod dicunt, non quia ipſorum eſt, ſed quia verum eſt: & ideo iam nec ipſorum eſt, quia verum eſt. Si autem ideo amant illud, quia verum eſt, iam & ipſorum eſt, & meum eſt, quoniam in commune, omnium eſt veritas amatorum. Illud autem quod contendunt, non hoc ſenſiſſe Moyſem quod ego dico, ſed quod ipſi dicunt, nolo, non amo: quia & ſi ita eſt, tamen iſta temeritas non ſcientiæ, ſed audaciæ eſt: nec viſus, ſed typhus eam peperit. Ideoque Domine, tremenda ſunt iudicia tua, quoniam veritas tua, nec mea eſt, nec illius, aut illius, ſed omnium noſtrûm, quos ad eius communionem publicè vocas; terribiliter admonens nos, vt nolimus eam habere priuatam, nè priuemur ea. Nam quiſquis id quod tu omnibus ad fruendum proponis, ſibi propriè vindicat, & ſuum vult eſſe, quod omnium eſt, à communi, propellitur ad ſua, hoc eſt à veritate, ad menda-

Io. 8 44. cium. Qui enim loquitur mendacium, de ſuo loquitur. Attende iudex optime, DEVS, IPSA VERITAS, attende quid dicam contradictori huic; attende, coram te enim dico, & coram fratribus meis, qui legitimè

1. Tim. 1. 8 vtuntur lege, vſque ad finem charitatis; attende & vide, quid ei dicam, ſi placet tibi. Hanc enim vocem huic refero fraternam, & pacificam. Si ambo videmus verum eſſe quod dico, vbi quæſo videmus? Nec ego vtique in te, nec tu in me, ſed ambo in ipſa, quæ ſupra mentes noſtras eſt, incommutabili veritate.

Quartò, ſpecialiter ac vigilanter aduertendum eſt, quòd licet omnis hæreticus aberret à ſemita veritatis, non continuò omnem errantem, hæreticum eſſe ſentiendum: ſed eum tantùm, qui deuians à rectâ fide Romanâ ac Catholica, in ſuo errore contumax perſeuerat.

Quintò. Hinc factum eſſe, vt antè declarationem Eccleſiæ Romanæ, quæ columna eſt, & firmamentum veritatis, *multi patres optimè de fide meriti, multa contra veritatem nondum reuelatam, & cognitam, vel expreſſo Scripturæ loco, vel traditione Eccleſiaſtica, vel Concilio legitimè congregato determinatam, ſenſerint, & bona fide ſcripta reliquerint. Verbi gratia, priuſquàm definiſſet Eccleſia per S. Innocentium primum, Pontificem Maximum, Exuperio Epiſcopo*

*Tolozano ſcribentem , qui libri Scripturæ ſacræ pro Canonicis habendi eſſent
librum Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Macchabæorum , pro libito vel excludebant, vel
recipiebant. Ita planè, de Animæ origine diu dubitatum, an à Deo de nihilo
creata, an à parentibus in liberos traducta prodiret.*

*Sextò. Inde etiam factum, vt multos qui nunc Tertulliano imputantur er-
rores, non pauci nec infimæ notæ Scriptores excuſent, quòd nihil eo quo ſcribe-
bat tempore, ab Eccleſia fuerit ex aduerſo definitum. Ego tamen æquius & con-
ſultius duxi, non tantùm errores eius & hæreſes ab Eccleſia damnatas, ſed &
phraſes aliquas, & verba auditui Catholico dura, & ſcandaloſa, in Alphabetum
errorum eius & hæreſeon ablegare, eaque ſaluberrimo antidoto, ab Auguſtini apo-
theca deprompto corrigere, vt omnino inoffenſo pede, oculo, manu, poculo, poſſint
lectores omnes ad fontem veritatis omni veneno purgatum ſecurè potandum acce-
dere.*

*Nec tempus fruſtra, operamquè ludet quicumquè legerit: quin etiam non mo-
dico fructu, & animi voluptate, textus primùm omnes hæreticos, & erroneos, aut
duros, ad litteram breuiter, & clarè expoſitos inueniet; dehinc Catholicam ac
Romanam veritatem, eiuſque limpidiſſimam lucem, à Sole ſuo, & Catholico
Doctore Auguſtino, diffuſam & omnia hæreſeon & errorum nubila diſpargen-
tem aſpiciet.*

*Nec dignior quiſquam, vel aptior, inter Doctores & Patres, quorumcumque
Scriptorum hæreſes, erroreſque cenſoriâ virgâ percutere, & lectorum mentes à
quacumque peruerſi dogmatis corruptione ſeruarè; vero ſapientiæ ſale condire,
quàm qui ſine fuco, nudæ ſemper, ac meræ veritatis amantiſſimus, ab omni adu-
latione penitus alienus, nec minimis ſuis pepercit erratis: ſed exactè ſingula etiam
vocabula, ad limam reuocans & trutinam, ſeueriſſimâ, in duobus retractationum
libris, cenſurâ mulctauit. Qui quidem (tanta eſt, impuniſque peruerſitas) cùm
ad hodiernum apud ſapientiſſimos quoſque, non tantùm omnis ſinceræ doctrinæ,
ſed & humilitatis eximiæ magiſtro, honorem ſtuporemque conciliauerint; impe-
ritorum & inſulſorum hominum Zelum accendunt, inflantque tumorem: quo
laudatiſſimum & ab ipſis Patribus, Conciliis, Pontificibus, præconiis etiam Apo-
ſtolicis exaltatum, eouſque deprecìant ac deprimunt; vt Catholicis Auguſtini
dogmatibus, aut nullam, aut dubiam fidem habendam eſſe, verbis ſcriptiſque de-
buccinent; eo vel nomine, quòd plurima à ſe, videlicet temerè tractata, retra-
ctarit. Parum aduertentes ſcioli, tantò ſecurius, ac tutius, tam accuratè & ſol-
licitè, à tanto Doctore diſcuſſa retractata, expurgataque perlegi: quantò ſcimus* Prov. 18.
apud alios paſſim indiſcuſſa, ac perperam ſcripta periculoſiſſimè lectitari. 17.
Audiant humilem, & iuſtum in principio accuſatorem ſui. Differendum, Aug. in
inquit, eſſe non arbitror, vt opuſcula mea, ſiue in libris, ſiue in epiſtolis, prolog. retract.
ſiue in tractatibus, cum quâdam iudiciaria ſeueritate recenſeam, & quod
me offendit, velut cenſorio ſtilo denotem. Neque enim quiſquam niſi
imprudens, ideo quia mea errata reprehendo, reprehendere audebit.

*Supereſt, vt Scriptores omnes, & cum ipſis Hæreticis, & veritatis aduerſariis
verbo, vel ſtilo diſceptantes, hoc Auguſtini placido ſermone commoneam:* Dili- Aug. lib.
gite homines, interficite errores: ſine ſuperbia, de veritate præſumite; contra
ſine ſæuitia pro veritate certate. Petil. cap. vlt.

Neque verò noſter Auguſtinus, Mercurius ille in caluitio pennatulus, in
Caducæo ignitulus, corpora exanimata iam, mortemuè ſimulantia è Tertull.
cauterio probans: *ſed dictus olim* eloquentiæ Deus. *Secundinus licet Mani-* 1. ad Nation. cap.
chæus, Auguſtino tamen applaudens de comperta omnibus ſcriptorum eius elo- 10.

Secundinus in Ep. ad Aug. to. 7. *quentia* : Summum, *inquit*, inueni vbique oratorem, & Deum penè totius eloquentiæ. Ego nam que fateor, non tali diligentiâ, nec tantâ induſtriâ Anicianæ domus micare marmora, quàm tua ſcripta pellucent eloquentiâ. *Hic infidelium, & hæreticorum, vel ſuperſtitum adhuc, vel mortuorum, aut ſimulantium mortem, non* ex fide viuentium, *ſcripta probat ac*
Eph. 6. 15. 16. *reprobat*, ſalute galeatus *magè, quàm galeratus; &* pedes in præparationem Euangelij calceatus. *Calce denique, vt capite, totoque corpore pennatus, inter*
Ezech. 1. 10: *quatuor animalia myſtica*, facie deſuper eminens Aquilæ, *ignitus zelo, &* carbonibus ardentibus aſpectu ſimillimus, *adacto ad intimum vſque virus*
Ezech. 1. 13. *ignito cauterio, venenum omne ſuppurat hæreſeos. Quid plura: rectiſsimo doctrinæ ſuæ pacifica caducæo, non iam tortuoſa ſerpentum diſsidia, ſed quaſcumque contra aduerſarios Legis & Prophetarum antitheſes, & diſſonantias Euangeliorum, ab Eccleſia conſtitutus arbiter, conciliat, & componit: cuius verbis & ſententiis, in ſacris Synodis, vt virgâ percuſsi, ne dicam icti fulmine hæretici, concinerati hactenus corruerunt.*

INDEX ALPHABETICVS

ERRORVM, ET HÆRESEON TERTVLLIANI.

Angeli apparentes in vera carne.
Angeli deſertores, amatores feminarum.
Animæ origo, ex ſubſtantia Dei.
Anima poſterorum Adæ ex traduce.
Animæ ſexus diuerſus.
Animæ corporalitas & effigies.
Animam nihil pati poſſe ſine corpore.
Animas iuſtorum vſque ad diem iudicij, intercludi aditu cœli, exceptis animabus martyrum.
Animarum defunctorum repræſentationem omnem fieri arte dæmonum.

B.

Baptiſmus hæreticorum iterandus, quia apud illos omnia ſunt extranea à fide Catholica.
Barnabæ tribuitur Epiſtola Pauli ad Hebræos.

C.

Chriſtus reuelatus per prædicationem Anno duodecimo, paſſus autem Anno decimoquinto Imperij Tiberij Cæſaris, annum agens ætatis ſuæ quaſi trigeſimum.
Chriſtus indecorus vultu & ſpecie deformis.

D.

Deus corporeus.

E.

Eccleſia eſt in tribus, etiam laicis, non in numero Epiſcoporum.
Ecſtaſis, amentia, ſpiritus propheticus Montani & propheti ſſarum eius Priſcæ & Maximillæ.

F.

Filius Dei ſemper ante incarnationem viſus à Patribus in vera, licet nondum nata carne.
Fuga in perſecutione illicita.

I.

Ioannes Baptiſta ſpiritu prophetiæ deſtitutus, qui totus in Chriſtum defluxit tanquam in propriam maſſam.

L.

Libertas nunc eiuſdem omnino virtutis eſt in Adæ poſteris, quæ fuit in primo parente innocente.

M.

Maria Virgo, mater effecta patefacti corporis lege, vi emiſſi filij maſculi, licet non admiſſi viri: ſemel nuptura poſt partum.
Mille anni futuri poſt reſurrectionem corporum quibus ſancti in terra perfruentur omnium bonorum copia, antè ingreſſum paradiſi.
Mortem non omnes ſubituros.

N.

Nuptiæ ſecundæ inhoneſtæ, & pro ſtupris habendæ

P.

Paracletus Montanus habendus præ Apoſtolis Spiritu Sancto plenus.
Pſychici ſiue animales, Catholici & fideles Eccleſiæ Romanæ appellati.

Q.

Quadrageſima duplex obſeruanda.

R.

Remiſsio & venia peccati mœchis poſt baptiſmum relapſis eſt neganda, nec poteſt eam Eccleſia dare.

T.

In Trinitate Pater antiquior eſt Filio.
Tempus fuit, quo Filius non fuit.
Spiritus Sanctus tertia perſona Trinitatis hypoſtaticè Columbam aſſumpſit, tam verè Columba, quàm Spiritus.

ALPHABETVM HÆRESEON ET ERRORVM TERTVLLIANI.

ANGELI IN VERA CARNE.

1. *Angeli apparentes in vera carne licet non nata*; *3. cont. Marc. cap. 9. in p.*

IN [1] iſta quæſtione, qui [2] putaueris opponendos eſſe nobis angelos Creatoris, quaſi & illi in phantaſmate putatiuæ vtique carnis egerint apud Abraham, & Loth, & tamen verè ſint & [3] congreſſi, & paſti, Gen. 18. 2. & operati quod mandatum eis fuerat; primò, [4] non admitteris & ſeq. ad eius Dei exempla, quem deſtruis: nam & quantò meliorem, & Gen. 19. 1. perfectiorem [5] Deum inducis, tantò non competunt illi eius exempla, quo niſi diuerſus in totum, non erit omnino melior atque perfectior. [6] Dehinc ſcito, nec illud concedi tibi, vt putatiua fuerit in angelis caro, ſed veræ & ſolidæ ſubſtantiæ humanæ. Si enim difficilè non fuit illi, putatiuæ carnis veros & ſenſus, & actus exhibere, multò facilius habuit, veris & ſenſibus, & actibus, veram dediſſe ſubſtantiam carnis, vel quà proprius auctor & artifex eius.

2. *Et ibid. circa m.*

Æquè potuit ex quacunque materia, angelis quoque adſtruxiſſe carnem, qui etiam mundum ex nihilo, in tot ac talia corpora, & quidem verbo, ædificauit. Et vtique [1] ſi Deus tuus, [2] veram quandoque ſubſtantiam angelorum hominibus pollicetur [a]; *Erunt enim*, a Matth. inquit, *ſicut angeli*; cur non & Deus meus veram ſubſtantiã hominum angelis accommo- 22. 30. darit, [3] vnde vnde ſumptam? Quia nec tu mihi reſpondebis, vnde illa, apud te angelica ſumatur; ſufficit mihi hoc definire, quòd [4] Deo congruit [1] veritatem ſcilicet [5] eius rei, quam tribus teſtibus ſenſibus objecit, viſui, tactui, auditui. [6] Difficilius Deo mentiri, quàm carnis veritatem vnde vnde producere, licet [7] non natæ. Cæterùm, & aliis hæreticis definientibus, carnem illam in angelis ex carne naſci debuiſſe, ſi verè fuiſſet humana; certa ratione reſpondemus, [8] quà & humana verè fuerit, & [9] innata. Humana verè, propter Dei veritatem, à mendacio & fallacia extranei; & quia non [10] poſſent humanitus tractari ab hominibus, niſi in ſubſtantia humana. [11] Innata autem, quia ſolus Chriſtus in carnem ex carne naſci habebat, vt natiuitatem noſtram natiuitate ſua reformaret: atque ita etiam mortem noſtram morte ſua diſſolueret; reſurgendo in carne, in qua natus eſt, vt & mori poſſet.

Et ibid. circa f.

Angeli neque ad moriendum pro nobis [1] diſpoſiti, [2] breuem carnis commeatum non debuerunt naſcendo ſumpſiſſe, quia nec moriendo depoſituri eam fuerant: ſed vnde vnde ſumptam, & quoquo modo omnino dimiſſam, [4] mentiti eam tamen non ſunt. Si Creator *facit* [b] *angelos ſpiritus, & [3] apparitores ſuos ignem flagrantem*; [5] tam verè ſpiritus, b Pſal. 103 quàm & ignem [5] idem illos verè fecit & carnem. 5.

3. *Et 3. cont. Marc. cap. 11. à p.*

Gen. 18. 2. & ſeq. [1] Præſtruentibus vel maximè fidem iſtam Angelis Creatoris, in carne vera converſatis, nec tamen nata.

4. *Et de carne Chri. cap. 3. à m.*

Angelos Creatoris converſos in effigiem humanam, aliquando legiſti, & credidiſti, &
Gen. 18. 2. & ſeq. tantam corporis geſtaſſe veritatem, vt & pedes eis laverit Abraham, & manibus ipſorum
Gen. 19. 1. ereptus ſit Sodomitis Loht: [a] conluctatus quoque homini Angelus toto corporis pondere,
Gen. 32. 24. dimitti deſideraverit, adeò detinebatur. [2] Quod ergo Angelis inferioribus, Deo licuit, [3] vt converſi in corpulentiam humanam, Angeli nihilominus permanerent; hoc tu potentiori Deo auferes, quaſi non valuerit Chriſtus verè hominem indutus, Deus perſeverare? Aut nunquid & Angeli illi, phantaſmata carnis apparuerunt? ſed non [3] audebis hoc dicere: nam ſi [4] ſic apud te Angeli Creatoris, ſicut & Chriſtus; eius Dei erit Chriſtus, cujus Angeli, tales, qualis & Chriſtus.

Et ibid. cap. 6. à p.

[1] Proponunt non eſſe mirandum [2] corpus [3] ſine nativitate, cùm apud nos Angelis licuerit [4] nullâ vteri operâ, in carnem proceſſiſſe.

5. *Et de carne Chri. cap. 6. à m. ad f.*

Conſtat Angelos carnem non propriam geſtaſſe, vtpote naturas ſubſtantiæ ſpiritalis; & ſi [1] corporis alicujus, ſui [2] tamen generis: in carnem autem humanam transfigurabiles, ad tempus videri, & [3] congredi cum hominibus poſſe. Igitur, cum [4] relatũ non ſit [5] vnde ſumpſerint carnem, [6] relinquitur intellectui noſtro non dubitare, hoc eſſe proprium Angelicæ poteſtatis, ex [7] nulla materia corpus ſibi ſumere. Quantò magis, inquis, ex aliqua? Certum eſt: ſed nihil de eo conſtat, quia ſcriptura non exhibet. Cæterùm, qui valent facere ſemetipſos quod [8] naturâ non ſunt, cur non valeant etiam ex nulla [9] ſubſtantia facere? Si [10] fiunt [11] quod non ſunt, cur non ex eo fiant quod non eſt? Quod autem non eſt, cùm fit, ex nihilo eſt. Propterea nec [12] requiritur, nec oſtenditur, quid poſtea factum ſit de corporibus illorum. Quod de [13] nihilo fuit, nihil factum eſt. Poſſunt nihil ipſum conuertere in carnem, qui ſemetipſos [14] potuerũt convertere in carnem. Plus [15] eſt natura demutare, quàm facere materiã. Sed &, ſi de materia neceſsè fuit Angelos ſumpſiſſe carnẽ, credibilius vtique eſt de terrena materia, [16] quàm de vllo genere cœleſtiũ ſubſtantiarũ; cum adcò terrenæ qualitatis extiterit, vt terrenis pabulis paſta ſit. [17] Fuerit nunc quoq; ſiderea, eodẽ modo terrenis pabulis paſta, quãdo [18] terrena non eſſet, quòd terrena cœleſtibus paſta eſt, [19] quando cœleſtis
a Pſal. 77. 25. non eſſet, (legimus enim manna eſui populo fuiſſe; a *Panem*, inquit, *Angelorum edit homo*) non tamen [20] infringitur [21] ſemel ſeparata conditio Dominicæ carnis, ex cauſa alterius diſpoſitionis. Homo verè futurus vſque ad mortem, eam carnem oportebat vt indueret, [22] cuius eſt mors. Eam porro carnem, cuius eſt mors, nativitas antecedit.

IN ALPHABETVM ERRORVM

ET HÆRESEON TERTVLLIANI.

Angeli in vera carne licet non nata, 1. 2. 3. &c. Scholia.

1. IN [1] ISTA QVÆSTIONE. *In qua ſcilicet Marcionitæ carnem Chriſti phantaſticam, & non veram aſſerunt.* [2] PVTAVERIS OPPONENDOS. *Tanquam validam rationem, contra veritatem carnis Chriſti; fruſtra Marcion obycit Angelos in vetere teſtamento, quod ad Deum Creatorem malum pertinere blaſphemabat; vt nouum Deo ſuo optimo tribuebat, qui non in vera carne, ſed imaginaria, ab Abraham & Loth excepti ſunt hoſpitio.* [3] CONGRESSI. *Familiariter colloenti, quaſi cum hominibus homines.* [4] NON ADMITTERIS. *Excludo te, Marcion, tanquam nil ſtigis habentem, vt exempla ſumas, ex teſtamento Creatoris, cuius bonitatem, vt cætera attributa, tuis blaſphemijs euertere ſatagis.* [5] DEVM INDVCIS. *Tuum nouum.* [6] DEINC, &c. *Secundò quia ſi Deus Creator potuit carnis Angelorum phantaſtica, adoptata ſubſtantia ſpiritali & Angelica; vel Chriſto filio ſuo in imagi-*

mariâ queque carne facere, vt verè pateretur in ea, & ageret, quidquid vera caro præſtat, vt palparetur, lauaretur, fatigaretur, &c. Longe facilius ei fuit, vt actiones & paſſiones veras, vera carnis præſtaret: ſaltem eo ipſo quod Deus Creator, humana carnis author & conditor erat.

2. [1] SI DEVS TVVS. *O Marcion,* [2] VERAM, &c. *Et hic errat. Non enim ſic immutabitur, vt humana carnis ſubſtantia tranſeat in Angelicam. Qualitas enim ſola, immutabitur. Et ſic intelligendus eſt Paulus, dum ait:* Seminatur animale, reſurget ſpiritale. *Deinde qui dicit,* erunt ſicut Angeli Dei *Matth. 22. 30. non æqualitatem, aut identitatem ſpecificam, ſed accidentalem ſolum intelligi voluit: vt ſint ſubtilia corpora & penetrantia.* [3] VNDE VNDE. *Vndecumque tandem productam.* [4] DEO CONGRVIT. *Meo ſcilicet vnico & vero, qui in vtroque teſtamento vtique ſuo dixit:* In ore duorum vel trium teſtium, ſtabit omne verbum. *Cum igitur Ioannes teſtetur, tribus quaſi teſtibus vera carnis Chriſti in medium productu, auditu videlicet, viſu & tactu:* quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus & manus noſtræ contrectaverunt de Verbo vitæ: & vita manifeſtata eſt, & vidimus & teſtamur, & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis. 1. *Io.* 1. 1. & 2. [5] EIVS REI. *Vera carnis Chriſti.* [6] DIFFICILIVS, *ſupple eſt primæ & ſummæ veritati mentiri;* C Fidelis enim eſt Deus, & ſeipſum negare non poteſt. [7] NON NATÆ, *via naturali, per veram generationem producta, quæ Angelis non competit. Adverte hunc locum tam de Angelica, quam de Chriſti carne accipi poſſe.* [8] QVA ET HVMANA, *in quantum vera hominis carni ſimilis.* [9] INNATA, *licet non fuerit nata.* [10] NON POSSENT. *Angeli nempe apud Abraham & Loth ſuſcepti hoſpitio.* [11] INNATA AVTEM, *qualis hominis caro naſcitur ex homine. Differentiam hic ponit inter Chriſti & Angelorum carnem aſſumptam: quod Angeli quidem veram carnem habuerint, ſine qua humanitus cum hominibus tractare non potuiſſent; non autem natam, quod ſoli Chriſto redemptori & reparatori naturæ humanæ lapſæ congruebat, qui veram & natam ex virgine carnem ſumere & ex ea naſci debebat, vt lapſam repararet, & mortuam ſuſcitaret.* D

Et ibidem circa f. [1] DISPOSITI, *ordinati à Deo.* [2] BREVEM COMMEATVM, *Angeli per tranſennam egerunt, tanquam hoſpites, & viatores pauciorum dierum, cum Chriſtus triginta tribus annis cum hominibus in vera & nata carne vixerit, quam ſemel aſſumptam, numquam dimiſit, ſed in totam æternitatem, poſt reſurrectionem reſumptam retinebit.* [3] APPARITORES, *miniſtros, ſemper paratos ad exequenda iuſſa Dei.* Benedicite Domino omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum eius. [4] MENTITI NON SVNT. E *Fingendo ſe habere carnem, in quantum veri Dei miniſtri.* [5] TAM VERE, *crudè nimis & literaliter, quàm par eſſet: Eo quòd pſaltes ſub eodem verbo,* facit: *ſpiritus & flammam ignis, ſive ignem vrentem poſuerit. Falſum enim eſt, quòd fecerit Angelos verè ignem, ſicut verè fecit eos ſpiritus, id eſt ſubſtantiam ſpiritalem.* [6] *Hæc enim verè ſpiritalis fuit; Angeli autem in rubo, monte Sina, ſpecie ignis, in curru igneo Eliam rapientes, & Cherubim apud Ezech. carbones ignis; vt lucidam, & fervidam naturam ſuam exprimerent, apparuerunt, non veram ignis ſubſtantiam aſſumpſerant.*

3. [1] PRÆSTRVENTIBVS. *Longè antequam* A *Chriſtus Dei Creatoris filius humanam carnem verè de virgine natam ſumeret, pater eius in veteri teſtamento præmiſit Angelos, qui in carne vera licet innata, hominibus apparebant; vt fidem noſtram, credendæ veræ & natæ Chriſti carni præpararent: vt vel inde prima noſtræ fidei fundamenta in iſtis Angelorum incarnatorum exemplis iaceret.*

4. [1] CONLVCTATVS HOMINI. *Angelus ſcilicet cum Iacob tota nocte luctatus. Gen. 32. 24. & ſeq.* Ecce vir luctabatur cum eo vſque manè. *Sanct. Pagn. ex Hebr.* Luctatus eſt vir cum eo donec aſcendit aurora. *Ita & paraph. Chald. 70. reſpondent vulgatæ verſioni, quæ ſic proſequitur:* Qui cùm videret quòd eum ſuperare non poſſet, teB tigit neruum femoris eius, & ſtatim emarcuit. Dixitque ad eum, dimitte me, iam enim aſcendit aurora. reſpondit: non dimittam te niſi benedixeris mihi. *Ceteræ verſiones concordant. Sed unde noverimus fuiſſe Angelum qui cum eo luctabatur, cùm ſtatim verſu 30. ſcriptum ſit hunc virum nomen ſuum noluiſſe indicare Iacob? dixit tamen, verſu 28.* Si contra Deum fortis fuiſti, quantò magis, contra homines prævalebis? *Sanct. Pagn. ex Hebr.* quia princeps fuiſti cum Deo, & cum hominibus prævalebis. 70. *verò:* quia invaluiſti cum Deo, & cum hominibus potens eris. *Paraph. Chald.* quoniam princeps es tu coram Deo, & cum hominibus prævalebis, *verſu autem 30.* vocavitque C Iacob nomen loci illius Phanuel dicens: vidi Deum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. *Sanct. pagn.* & evaſit anima mea. 70. *verò:* Et vocavit Iacob nomen loci illius, ſpecies Dei; vidi enim Deum facie ad faciem. *Vbi ergo eſt ſermo de Angelo colluctante? Sola paraphraſis Chaldaica ſic habet:* quia vidi Angelum Dei facie ad faciem. *Angelus ergo ille Deum repræſentabat, & iuxta Auguſtinum Filium Dei Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum incarnandum, quem Angelus ille ſignabat: enim veram carnem,* toto, *vt hic ait Tertull.* corporis pondere; & detentione, *quæ niſi vera carnis palpabilis non congruunt, adumbrabat.*

Sic autem Auguſtinus, to. 4. lib. 1. quæſt. in Gen. S. Auguſt. D *cap. 104.* Quòd ab illo Angelo deſiderat Iacob benedici, cui luctando prævaluit, magna eſt de Chriſto prophetia. Nam eo ipſo admonet myſticum aliquid ſapere, quo omnis homo à maiore vult benedici. Quomodo ergo ab eo benedici iſte voluit, quem luctando ſuperavit? Prævaluit enim Iacob Chriſto, vel potius prævalere viſus eſt, per eos Iſraëlitas à quibus crucifixus eſt Chriſtus; & ab eo tamen benedicitur in eis Iſraëlitis qui crediderunt in Chriſtum, ex quibus erat qui dicebat, Rom. 11. nam & ego Iſraëlita ſum, ex genere Abraham, de tribu Benjamin. *(qui filius erat Iacob, cui nomen ab Angelo mutatum eſt in Iſrael poſt luctam.)* Vnus ergo atque idem E Iacob, & claudus, & benedictus: claudus in latitudine femoris, *(ita enim habetur Gen. 32. 25. apud 70. tetigit latitudinem femoris eius, & obtorpuit latitudo femoris Iacob, dum luctatur ipſe cum eo)* tanquam in multitudine generis *(id eſt in maiori parte Iudæorum.)* De quibus dictum eſt: Pſal. 17. & claudicaverunt à ſemitis ſuis: benedictus autem in eis, de quibus dictum eſt Rom. 11. reliquiæ per electionem gratiæ ſalvæ factæ ſunt. QVOD ERGO, *ſupple licuit.* [1] VTI CONVERSI, *vt corpus humanum ſic aſſumpſerint, vt propriam Angelorum ſubſtantiam non amiſerint. Tu vero, Marcion, Chriſto vero Deo negabis, quod concedes Angelis, vt vere Verbum caro factum*

fit, manens quod erat, factus quod ante non erat. [4] SI SIC APVD TE. *Si in tua ſententia tales ſunt Angeli Dei noſtri Creatoris, qualis eſt & Chriſtus Creatoris, vtique mali.vt a malo principio producti; profecto ſicut non audes dicere Angelos Creatoris phantaſticam carnem induiſſe, ſic & cogeris Chriſtum Creatoris non imaginarium corpus aſſumpſiſſe.* [5] NON AVDEAIS. *Tu qui carnem malam vt à malo Deo Creatore conditam affirmas.*

Et ibidem cap. 6. [1] PROPONVNT. *Marcionitæ ſcilicet,* [2] CORPVS *Chriſti, ſui videlicet* [3] SINE NATIVITATE, *innatum fuiſſe.* [4] NVLLA VTERI OPERA, *ſine matre, matris vtero nihil operante ad generationem carnis Angelicæ.*

5. [1] CORPORIS ALICVIVS, *vt puta aërei, vel ignei.* [2] SVI TAMEN GENERIS. *Conuenientem Angelo carnem, ſubtilem, agilem, lucidam.* [3] CONGREDI, *ſimul converſari & tractare cum hominibus.* [4] RELATVM NON SIT. *Id eſt ſcriptum in ſacris paginis.* [5] VNDE, *ex qua materia.* [6] RELINQVITVR, *liberum eſt, vel reſtat.* [7] EX NVLLA MATERIA, *corruptibili, vel nulla prius ſubiacente materia.* [8] EX NVLLA, *non quod creare poſſint ſibi corpora.* EX NVLLA [9] SVBSTANTIA, *craſſa & rudi, vel omnino nulla. Sed, vt præmonui, non poſſunt Angeli, ob diſtantiam infinitam a nihilo, ad quodlibet eſſe, aliquid procreare, niſi Deo, Angelo vtente quaſi inſtrumento eleuato, per potentiam, vt aiunt, obedientialem.* [9] QVOD NATVRA NON C AVNT, *ſcilicet carnei.* SI [10] FIVNT *carnei, Deo ſic diſponente de miniſtris ſua prouidentia, miſsis ad homines carnales, cum quibus in carne aſſumpta conuerſari poſſint.* [11] QVOD NON SVNT. *Propria eorum natura ſpiritali exiſtente.* [12] NEC REQVIRITVR, *non quæritur.* [13] QVOD DE NIHILO. *Et hic creat; Nec enim Angelus ex nihilo conflare ſibi poteſt carnem, nec eam relinquendo, in nihilum reſolvere. Sed ex materia ſubtiliſſima formatam, in eandem diſſolvere; quæ propter tenuitatem & exilitatem corpulentiæ, aliquo modo nihil appellari poteſt.*

S. Auguſt. *Quod nihil creare poſſint, docet Aug. to. 3 lib. 3. de Trinit. c. 7. & ſeq.* Eſt admirandum, *inquit,* quomodo Magorum illa potentia quę ſerpentes facere potuit, vbi ad muſcas minutiſſimas ventum D eſt, omnino defecit: Cynipbes enim muſculæ ſunt breuiſſimæ, qua tertiâ plagâ ſuperbus populus Ægyptiorum cædebatur. Ibi certè deficientes Magi dixerunt; digitus Dei hîc eſt. Vnde intelligi datur, ne ipſos quidem tranſgreſſoros Angelos & aëreas poteſtates, in imam iſtam caliginem, tanquam in ſui generis carcerem, ab illius ſublimis ætheræ puritatis habitatione detruſas, per quas Magicæ artes poſſunt quidquid poſſunt, valere aliquid niſi data deſuper poteſtate. Datur autem vel ad fallendos fallaces, ſicut in Ægyptios (*fraudatores debiti Iſraelitarum ſtipendij*) & in ipſos etiam Magos data E eſt, vt in eorum ſpirituum ſeductione viderentur admirandi, à quibus fiebant à Dei veritate damnandi, vel ad admonendos fideles, ne tale aliquid facere, pro magno deſiderent, &c. Nec ideo putandum eſt iſtis tranſgreſſoribus Angelis ad nutum ſervire hanc viſibilium rerum materiam, ſed Deo potius, à quo hæc poteſtas datur, quantum in ſublimi & ſpiritali ſede incommutabilis iudicat. Nam & damnatis iniquis, etiam in metallo (*fodiendo ſcilicet*) ſerviunt aqua, & ignis, & terra, vt faciant inde quod volunt; ſed quantum ſinitur. (*Permittitur a iudicibus vel præfectis operum.*) Nec ſanè Creatores illi mali

A Angeli dicendi ſunt, quia per illos Magi reſiſtentes famulo Dei, (*id eſt Moyſi*) ranas & ſerpentes fecerunt. Non enim ipſi eaa creaverunt. Omnium quippe rerum quæ corporaliter viſibiliterque naſcuntur, occulta quædam ſemina in iſtis corporeis elementis mundi huius latent, &c. & certè apes ſemina filiorum non coeundo concipiunt, ſed tanquam ſparſa per terras ore colligunt. Inviſibilium enim ſeminum Creator, ipſe Creator eſt omnium rerum: quoniam quæcunque naſcendo ad oculos noſtros exeunt, ex occultis ſeminibus accipiunt progrediendi primordia, & incrementa debitæ magnitudinis, diſtinctioneſque formarum, ab originalibus tanquam regulis ſumunt. Sicut ergo nec parentes B dicimus Creatores hominum, nec agricolas Creatores frugum: quamvis eorum extrinſecus adhibitis motibus, iſta creandi Dei virtus operetur: Ita non ſolùm malos, ſed nec bonos Angelos fas eſt putare Creatores, ſi pro ſubtilitate ſui ſenſus, & corporis, (*aſſumpti non autem naturalis,*) ſemina rerum iſtarum nobis occultiora noverunt, & ea per congruas temperationes elementorum latenter ſpargunt: atque ita gignendarum rerum, & accelerandorum incrementorum præbent occaſiones, &c. Aliud eſt ex intimo ac ſummo cauſarum cardine condere atque adminiſtrare creaturam, quod qui facit, ſolus Creator eſt Deus; aliud autem pro diſtributis ab eo viribus & facultatibus, aliquam operationem forinſecus admovere, vt tunc vel tunc, ſic vel ſic, exeat quod creatur. Illa quippe originaliter ac primordialiter in quadam textura elementorum cuncta iam creata ſunt, ſed acceptis opportunitatibus prodeunt. Nam ſicut matres gravidæ ſunt fœtibus, ſic ipſe mundus gravidus eſt cauſis naſcentium, quæ in illo non creantur, niſi ab illa ſumma eſſentia, vbi nec oritur, nec moritur aliquid, nec incipit eſſe, nec deſinit. Adhibere autem forinſecus accidentes cauſas, quæ tametſi non ſunt naturales, tamen ſecundum naturam adhibentur, vt ea quæ ſecreto naturæ ſinu abdita continentur, erumpant, & foris creentur, quodam modo explicando menſuras, & numeros & pondera ſua, quę in occulto acceperunt ab illo qui omnia in menſura & numero, & pondere diſpoſuit, non ſolum mali Angeli, ſed etiam mali homines poſſunt; ſicut exemplo agriculturæ ſupra docui. *Quid quod nec ipſis pſaltes Angelis vim tribuit ſibi ipſis flammea & fulgurantia corpora fabricandi, ſed totum Deo Creatori;* qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem; *quanto ergo minus dicendum eſt, ipſos Angelos ſibi corpora creare ex nihilo, & peracto miniſterio, ea in nihilum reſolvere?*

[14] POTVERVNT CONVERTERE, *abſque tamen* E *tranſmutatione ſubſtantiali.* [15] PLVS EST. *Et hoc quoque falſum; cum quod rei iam præexiſtentis ſubſtantiam in aliam tranſmutare, ſit longè facilius. Tum quod ſubſtantia Angelica corruptibilis eſſet, ſi vel momento vno tranſmutabilis eſſet.* [16] QVAM DE VLLO GENERE. *Cælorum, vel aſtrorum, ſiue quod cæli ſint incorruptibilis naturæ: ſiue quod Angeli ad opera corruptibilia, itineris, lavacri, cibi, & potus, cum hominibus deſcenderint.* [17] FVERIT NVNC. *Sed eſto: demus carnē aſſumptam ab Angelis, de cælis, aut ſyderibus fuiſſe depromptā.* [18] TERRENA, *caro ſcilicet Iſraelitarum viceverſa, panem Angelorum ſpiritalem de cælo comedit.* [19] QVANDO, *quamvis.* [20] NON INFRINGITVR, *ſolvitur. evertitur.*

avertitur. [21] SEMEL SEPARATA. *Longè enim alia eſt conditio carnis Chriſti de virgine nata, & carnis Angelorum: quia Angeli non fuerunt ordinati redemptores humani generis, ſicut Chriſtus Dominus; vt ex hominibus verè nati, pro hominibus verè morerentur.* [22] CVIVS EST MORS, *cuius proprium eſt mori, ſicut & naſci. De carne quippe hominis dictum eſt:* terra es, & in terram ibis.

Aug. *Vnde Aug. in verba Pſalmi 67.* Deus noſter, Deus ſalvos faciendi, & Domini Domini exitus mortis. Multum, *inquit*, gratia commendatur, quis enim ſalvus eſſet, niſi ipſe ſanaret? Sed ne occurreret cogitationi, cur ergo morimur, ſi per eius gratiam ſalvi facti ſumus? continuò ſubiecit: & Domini Domini exitus mortis. Tanquam diceret: quid indignaris humana conditio, habere te exitum mortis? & Domini tui exitus non alius quàm mortis fuit. Potius ergo conſolare, quàm indignare. nam & Domini exitus mortis. (*id eſt, & ipſe propria virtute, inter mortuos liber, exivit à morte in vitam, qui morte ſua, mortem noſtram mutavit in vitam, quam in reſurrectione expectamus.*) ſpe enim ſalvi facti ſumus. Si autem quod non videmus, ſperamus, per patientiam expectamus, Rom. 8. patienter ergo etiam ipſam mortem feramus illius exemplo, qui licet nullo peccato eſſet debitor mortis, & Dominus eſſet, a quo nemo animam tolleret, ſed ipſe eam à ſemetipſo poneret, etiam ipſius fuit exitus mortis. *Sicut & fuit exitus vita ex carne nata de virgine, quam Angeli in carne aſſumpta, vtpote vnitam hypoſtaticè Verbo divino, paſtoribus concinentes, vna cum Angelo Evangelizante gaudium magnum apparuerunt, & adoraverunt, iuxta illud Pauli, Hebr. 1. 6.:* cùm iterum introducit primogenitum in orbem terræ: (*quem primò introduxerat, hoc eſt, propoſuerat Angelis incarnandum ab initio mundi*) dicit: & adorent eum omnes Angeli Dei: & ad Angelos quidem dicit: qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis. *Vnde & Luc. 2. 9. vbi de paſtoribus:* Et ecce Angelus Domini ſtetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulſit illos. *Vbi claritas pro flamma ponitur. Porro locus quem hic citat Paulus, vel ex Deut. 32. 43. eductus eſt. Vbi ſola verſio 70. ſic legit:* Lætamini cœli ſimul cum eo, & adorent eum omnes Angeli Dei: Lætamini gentes cum populo eius. *Vel ex Pſal. 96. 8.* Adorate eum omnes Angeli eius, &c. *Sanct. Pagn. ex Hebr.* Incurvate vos ei omnes Angeli eius.

Alter verò locus ex Pſalm. 103. 4. Qui facis Angelos tuos ſpiritus: & miniſtros tuos ignem vrentem. *Chald. autem ſic vertit:* Qui facit nuntios ſuos veloces ſicut ſpiritus (*id eſt ex Hebrais, ſicut ventos*) & miniſtros ſuos fortes ſicut ignis. *Aquila vertit,* ignem impetuoſum, vehementem, voracem. *Aug. to. 3. lib. 3. de*

Aug. *Trinit. cap. 4.* Illic (*id eſt in cœlo & gloria*) Dei voluntas qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem flagrantem, in ſpiritibus ſumma pace atque amicitia copulatis, & in vnam voluntatem quodam ſpiritali charitatis igne conflatis, (*ignis enim congregat homogenea*) tanquam in excelſa & ſecreta ſede (*ſicut Spiritus Sanctus à Paulo dicitur Dominus ſpirituum*) præſidens, velut in domo ſua, & in templo ſuo; inde ſe quibuſdam ordinatiſſimis creaturæ motibus, primo ſpiritalibus, deinde corporalibus, per cuncta diffundit; & vtitur omnibus

A ad incommutabile arbitrium ſententiæ ſuæ, ſive incorporeis (*quales ſoli ſunt Angeli & animæ rationales*) ſive corporeis rebus: ſive rationalibus, ſive irrationalibus ſpiritibus, (*quales ſunt venti*) ſive bonis per eius gratiam, ſive malis per propriam voluntatem. Sed quemadmodum corpora craſſiora & inferiora, per ſubtiliora & potentiora (*qualia ſunt cœlorum, ventorum, & ab Angelis aſſumptorum*) quodam ordine reguntur: ita omnia corpora per ſpiritum vitæ, (*ſicut apud Ezech. ſpiritus vitæ erat in rotis, id eſt quatuor elementis & cœlis*) & ſpiritus vitæ irrationalis, per ſpiritum vitæ rationalem, (*vnde & ex D. Thoma & Scholaſticis conſervationi perfectorum animalium præſidere Angeli*) B & ſpiritus vitæ rationalis (*diabolus*) deſertor atque peccator, per ſpiritum vitæ rationalem pium & iuſtum, (*id eſt Angelum bonum qui vim mali cohibet.*) & ille per ipſum Deum. Et ſic vniverſa creatura per Creatorem ſuum, ex quo, & per quem, & in quo etiam condita atque inſtituta eſt; ac per hoc voluntas Dei eſt prima & ſumma cauſa omnium corporalium (*& ſpiritalium*) ſpecierum, atque motionum. Nihil enim fit viſibiliter & ſenſibiliter, quod non de interiore inviſibili atq; intelligibili aula ſummi Imperatoris, aut iubeatur, aut permittatur, ſecundum ineffabilem iuſtitiam præmiorum atC que pœnarum, gratiarum & retributionum, in illa totius creaturæ ampliſſima quadam immenſaque republica, &c.

Quod probat duobus exẽplis, Sacramẽti corporis Chriſti, & fluxus ac refluxus maris: Quod, *inquit*, ibidẽ, cùm per manus hominũ ad illã inviſibilẽ ſpeciẽ perducitur, non ſanctificatur, vt ſit tam magnum Sacramentum, niſi operante inviſibiliter ſpiritu Dei: cum hæc omnia quo per corporales motus (*Sacerdotis ſcilicet*) in illo opere fiunt, Deus operetur; movens primitus inviſibilia miniſtrorum, ſive animas hominum, ſive occultorum ſpirituum, (*id eſt Angelorum, qui miniſtri altaris adſunt, multo magis quàm Zacharia inD cenſum efferenti*) ſibi ſubditas ſervitutes: quid mirum ſi etiam in creatura cœli & terræ, maris, & aëris, facit Deus quæ vult ſenſibilia atque viſibilia, ad ſeipſum in eis, ſicut oportere ipſe novit, ſignificandum & demonſtrandum, non ipſa ſua, qua eſt, apparente ſubſtantia, quæ omnino incommutabilis eſt, omnibuſque ſpiritibus quos creavit, interius ſecretiuſque ſublimior? Vi enim divina totam ſpiritalem corporalemque adminiſtrante creaturam, omnium annorum certis diebus, advocantur aquæ maris, & effunduntur ſuper faciem terræ. *Conſtat ergo ex Auguſtini ſententia, tam Angelos, quam animas rationales, eſſe ſubſtantias ſpiritales, & non corporeas: &* E *Angelos non habere corpora, nec ſpiritus eſſe, id eſt ventos, neque ignem, aut aerem, ſed ex iis elementis ſibi corpora fabricare, quæ non informent, ſed moveant pro libito, vt ſic congruant converſationi hominum. Item, aulam ſummi Regis & Domini ſpirituum, ex merè ſpiritalibus aulicis conflatam eſſe, & reſpondentem Regi ſuo. Tertull. autem cum hæretico Apelle congrediens, vt deſtrueret eius errorem, qui dicebat carnem Chriſti ex æthera materia conflatam. ſicut Angelos factos ex aerea ſubſtantia; idemque reſpondens Marcioni Chriſti carnem phantaſticam fuiſſe dogmatizanti; Angelos Creatoris, in vera carne, carnem Chriſti incarnandi repræſentãtes, induxit, & Marcionem, docentem Creatorem eſſe malum,*

S. Auguſt.

b

vipote mala tacens authorem, convinceret, & ſuo errore refelleret; Angelos corporeos aſſeruit. Attamen lib. de carne Chri. cap. 6. Conſtat, *inquit*, Angelos carnem propriam non geſtaſſe, vt puta naturâ ſubſtantiæ ſpiritalis. *Et Apol. cap. 22. vocat ſubſtantias & vires ſpiritales, tam Angelorum quam dæmonum, & lib. de reſur. c. 62.* Angeli aliquando tanquam homines fuerunt, edendo, bibendo, & pedes lavacro porrigendo: humanam enim ſuperficiem induerant (*pondera ſuperficiem, non ſolidum corpus dicere.*) ſalva intus ſubſtantia propria.

Angelos eſſe ſubſtantias ſpirituales, præter pſaltem, iuxta Aug. & Greg. dicentem: qui facis Angelos tuos ſpiritus: *id eſt eos qui ſemper naturâ ſunt ſpiritus, facis nuntios, qui aſſumant congrua* B *corpora, v. gratia, aërem aut ignem; vnde & cuſtos paradiſi terreſtris gladium flammeum manu verſabat: Dion. Areop. hierarch. cæleſt. cap. 2. Athan. de communi eſſentia Patris & Filij & Spiritus Sancti. Cyril. lib. 4. in Io. c. 10. Chryſoſt. homil. 22. in Gen. Angelos docens eſſe ſubſtantias ſpiritales. Ita &*
S. Auguſt. *ipſe Auguſtinus in Pſal. 103.* Spiritus, *inquit*, Angeli ſunt, & cùm ſpiritus ſunt, non ſunt Angeli; cùm vero mittuntur, fiunt Angeli. Angelus officij nomen eſt, non naturæ. Quæris nomen huius naturæ, ſpiritus eſt; quæris officium, Angelus eſt; ex eo quod eſt, ſpiritus eſt: ex eo quod agit, Angelus eſt. *Et lib. 15. de ciuit. cap. 23.* Scriptum C eſt, *inquit*, qui facit Angelos ſuos ſpiritus: id eſt, eos qui natura ſpiritus ſunt, facit eſſe Angelos ſuos, iniungendo eis officium nuntiandi, &c. Sed vtrum eorum corpora conſequenter adiunxerit, dicendo, & miniſtros ſuos ignem ardentem, an quod charitate, tanquam igne ſpiritali fervere debeant miniſtri eius, ambiguum eſt: apparuiſſe tamen hominibus Angelos in talibus corporibus, vt non ſolum videri, verùm etiam tangi poſſent, eadem veriſſima Scriptura teſtatur. *Vbi nota Spiritus, Angelos iuxta mentem eius propriè eſſe & dici, corpora autem eis tribuere, dum iuxta viros Doctos ad temporis ſcribit. Tandem plerumque de corporibus aſſumptis, congruis miniſterio ſuo, in* D *telligendum fuiſſe locutum. Et licet corpora eis tribuat, quia ſubtiliora & agiliora aere & vento ſunt, (qui & ſpiritus, in Scriptura dicitur) hoc ſenſu, non tantum, quia intelligentia ſunt, ſive ſpiritus incorporei, ſed etiam in quantum tunc à Patribus habere putabantur corpora; hac propter ſubtilitatem, ſpiritalia aque dici poſſunt, ſicut Paulus de corpore humano dixit, quod* ſeminatur animale, reſurget ſpiritale. *Et ſic omnino ſpiritus vtcunque dici poſſunt etiam in corporibus aſſumptis. Tomo*
S. Auguſt. *autem 3. in Enchir. ad Laur. cap. 59.* Angeli, *inquit*, quis explicet cum qualibus corporibus apparuerint hominibus, vt non ſolum cernerentur, verùm etiam tangerentur; *& rurſus*, non ſolida E corpulentia, ſed ſpiritali potentia, quaſdam viſiones, non oculis corporeis, ſed ſpiritalibus, vel mentibus ingerant, vel dicant aliquid, non ad aurem forinſecus, ſed intus in animo hominis, etiam ibidem ipſi conſtituti; ſicut ſcriptum eſt in prophetarum libro, (*Zach. 2.*) & dixit mihi Angelus qui loquebatur in me: non enim ait, qui loquebatur ad me, ſed in me, &c. his modis velut indicant Angeli ſe contrectabilia corpora non habere, faciuntque difficillimam quæſtionem: quomodo Patres eis pedes laverint: quomodo Iacob cum Angelo tam ſolida contrectatione luctatus ſit. Cùm iſta quæruntur, & ea

A ſicut poteſt quiſque coniectat, non inutiliter exercentur ingenia, ſi adhibeatur diſceptatio moderata, & abſit error opinantium ſe ſcire quod neſciunt.

Quod attinet ad Angelorum corpora, Baſilius lib. de Spiritu Sancto, cap. 16. Angelos non ſolum corporeos dicit, ſed etiam in proprijs corporibus ab hominibus viſos. Et Septima Synodus Generalis act. 7. in eandem ſententiam profert multa teſtimonia Græcorum. Auguſtinus autem, & aſſumere corpora apta exequendo miniſterio ſuo Angelos refert, ſed & propria præter hæc, non carnea quidem, ſed valde ſubtilia, & cæleſtia corpora habere dixit lib. 3. de Trinit. cap. 1. imp. vbi cum in præfatione locutus fuiſſet de apparitionibus Dei: Vtrum, *inquit*, ad hoc opus Aug.
B tantummodò creatura formata ſit, in qua Deus ſicut tunc oportuiſſe iudicavit, humanis oſtenderetur aſpectibus; an Angeli, qui iam erant, ita mittebantur, vt ex perſona Dei loquerentur, aſſumentes corporalem ſpeciem, de creatura corporea in vſum miniſterij ſui: aut ipſum corpus ſuum, cui non ſubduntur, ſed ſubditum gerunt, (*ſpiritale ſcilicet quale noſtrum in reſurrectione futurum eſt, plenè ſpiritui noſtro ſubiectum:*) mutantes atque vertentes in ſpecies quas vellent, accommodatas atque aptas actionibus ſuis, ſecundum attributam ſibi à Creatore potentiam, &c. Sed fateor excedere vires inten-
C tionis meæ, vtrum Angeli manente ſpiritali ſui corporis qualitate, per hanc occultius operantes, aſſumant ex inferioribus elementis corpulentioribus, quod ſibi coaptatum, quaſi aliquam veſtem mutent & vertant in quaſlibet ſpecies corporales, etiam ipſas veras, ſicut aqua vera in verum vinum converſa eſt à Domino: an ipſa propria corpora ſua transforment in quod voluerint, accommodata ad id quod agunt.

Et 12. de Gen. ad lit. cap. 17. vbi de celeritate motus Aug.
dæmonũ. Alicubi longè iam facta quòd nuntiant, quæ poſt aliquos dies vera eſſe firmentur, non eſt mirandum. Poſſunt enim hoc efficere, non ſolum acrimonia cernendi, etiam corporali, in-
D comparabiliter præſtantiore quàm noſtra eſt, ſed etiam ipſorum corporum longè vtique ſubtiliorum mira velocitate. *Et Ep. 115. ad Nebridium; vbi de ſenſu, & motu dæmonum, quos vocat aërea, vel ætherea animantia:* Si, *inquit*, noſtro-
rum corporum terrenorum & tardiſſimorum Aug.
exercitationes, agendis organis muſicis, ſeu in funambulo, cæteriſque huiuſmodi ſpectaculis innumerabilibus, ad quædam incredibilia perveniſſe manifeſtum eſt: nequaquam eſt abſurdum, eos qui aëreo vel æthereo corpore aliquid in corporibus agunt, quæ naturali ordine penetrant, longè maiore vti facilitate ad movendum quidquid volunt, non ſentientibus nobis, (*id eſt,*
E *non videntibus*) & tamen inde aliquid perpetientibus. *Et Ep. 111. ad Fortunatianum de videndo Deo, adducto loco Hieronymi dicentis,* videre Deum
ſicuti eſt in natura ſua, oculus hominis non po- Aug.
teſt: Non ſolum homo, nec Angeli, nec throni, nec poteſtates, &c. His verbis, *inquit*, vir Doctiſſimus ſatis oſtendit, quid etiam de futuro ſæculo ſenſerit, quod ad hanc rem attinet. Quantumlibet enim oculi corporis noſtri mutentur in melius, (*ad ſummum*) Angelorũ oculis æquabuntur, &c. Ipſius Domini eſt hinc aperta ſententia, vbi ait de reſurrectionis in regnum, erunt æquales Angelis Dei, &c. Vnde ſufficienter ſignificavit quando viſus eſt ab hominibus, per

oculos corporis, tanquam ipſe corporeus, non eum ſecundùm naturæ ſuæ proprietatem fuiſſe viſum, in qua tunc mente cernitur, quando inviſibilis creditur. (*Inde ex eodem Hiero. dixerat, minimorum Angelos videre ſpiritali oculo intellectus, faciem patris.*) quibus inviſibilis? Niſi aſpectibus corporalibus, etiam cœleſtibus, ſicut ſupra de Angelis & Poteſtatibus & Dominationibus dixit, quantò magis terreſtribus?

Aug. *Et libro 11. de Ciuit. cap. 23. in quo arguit Origenis errorem* : Videre, *inquit*, debuit Origenes, & quicumque ita ſapiunt, ſi hæc opinio vera eſſet, mundum ideo factum, vt animæ pro meritis peccatorum ſuorum tanquam ergaſtula quibus pœnaliter includerentur, corpora acciperent, ſuperiora & leviora, quæ minus; inferiora verò & graviora, quæ amplius peccaverunt: dæmones, quibus deterius nihil eſt, terrena corpora, quibus inferius & gravius nihil eſt, potius quàm homines etiam malos habere debuiſſe. Nunc verò, vt intelligeremus animarum merita, non qualitatibus corporum eſſe penſanda, aëreum poſſidet peſſimus dæmon: homo autem & nunc licet malus, longè minoris, mitiorisque malitiæ, & certè ante peccatum, tamen luteum corpus accepit.

Aug. *Et lib. 21. de Ciuit. cap. 10. Dubitare videtur an dæmones, quos vocat malignos ſpiritus & incorporeos, poſſint igne inferni corporeo torqueri; inter cætera dicit*; Sunt quędam ſua etiam dęmonibus corpora, ſicut Doctis hominibus viſum eſt, ex iſto aëre craſſo atque humido, cuius impulſus vento flante ſentitur, &c (*poſito autem quod non habeant ſic ſubjicit.*) Cur, *inquit*, non dicamus quamuis miris, tamen veris modis etiã ſpiritus incorporeos, poſſe pœna corporalis ignis affligi; ſi ſpiritus hominum, etiam ipſi profectò incorporei, & nunc potuerunt includi corporalibus membris, & tunc poterunt corporum ſuorum vinculis inſolubiliter alligari? adhęrebunt ergo, ſi eis nulla ſunt corpora, ſpiritus dęmonum, imo ſpiritus dęmones, licet incorporei, corporeis ignibus cruciandi, &c. *Vt autem iuxta Evangelium doceat, non ſolum concludendos ut carcere igneo, ſed & ipſo igne cruciandos, quia ibunt in ſupplicium, ſive, ut alibi ſæpè dixit, in combuſtionem*

Aug. *æternam; ita concludit.* Gehenna, *inquit*, illa, quod etiam ſtagnum ignis & ſulphuris dictum eſt, corporeus ignis erit, & cruciabit corpora damnatorum, aut & hominum & dęmonum, ſolida hominum, aërea dęmonum, aut tantùm hominum corpora cum ſpiritibus, dęmones autem ſpiritus ſine corporibus hęrentes, ſumendo pœnam, non impertiendo vitam, (*quaſi corpori igneo, cum quo faciant unum compoſitum*:) corporalibus ignibus. Vnus quippe vtriſque ignis erit, ſicut veritas dicit.

Ex dictis patet, Auguſtinum iuxta viros doctiſſimos, ipſum etiam Hieronymum, ſcripſiſſe Angelos, & dæmones corpora propria habuiſſe, ſed ſpiritalia, & incorruptibilia; & inde etiam homines in reſurrectione futuros Angelos ſimiles, quòd corpora ſpiritalia habituri ſint, id eſt ſubtilia & agilia. Craßius omnibus Tertullianus, etiam bonis Angelis carnem tribuit veram, & ex elementis compoſitam in qua verè vult apparuiſſe hominibus. Angelos ſimplices ſpiritus, & incorporeos eſſe tenet. Septima Synodus Generalis, quæ fuit Nicena ſecunda, ſub Gregorio 2. & Leone Iſaurico, actione 4. circa finem. Has pretioſas, & venerabiles Iconas, vt prędictum eſt, honoramus, & ſalutamus, ac honorabiliter adora-

A mus: hoc eſt magni Dei & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti humanationis imaginem, & intemeratæ Dominæ noſtræ, Sanctiſſimæ Dei Genitricis, ex qua ipſe voluit incarnari, & ſalvare, atque liberare nos ab omni impia idolorũ veſania; ſanctorum etiam & incorporalium Angelorum; vt homines enim iuſtis apparuerunt: ſimiliter autẽ & divinorũ ac famoſiſſimorum Apoſtolorum, Deiloquorum etiam Prophetarum, & certatorum martyrum, & ſanctorum virorum figuras, & effigies, vtpote per picturam ſuam in recordationem, & memoriam adducere nos valentes, & ad principale attrahere, atque participes facere

B alicuius ſanctificationis. *Actione autem 5. refertur Sermo Ioannis Epiſcopi Theſſalonicæ.* De Angelis, & Archangelis, & Sanctis virtutibus, quæ ſuper iſtos ſunt, addam etiam (*ſuper*) noſtras hominum animas, intelligibiles quidem eos Catholica, & Apoſtolica novit Eccleſia, non tamen incorporales omnino, & inviſibiles, ſicuti vos Pagani fatemini, (*cum Gentili ſermonem habebat,*) ſubtiles autem corpore, & aëreos, & igneos, ſecundùm id quod ſcriptum eſt: qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem vrentem, & hoc multos Sanctorum Patrum noſtrorum ſenſiſſe invenimus, quorum eſt Baſilius ille magnus, & ſanctæ memoriæ Athana-

C ſius, atque Methodius & qui circa illos ſunt. Sola enim, vt veraciter fatemur, divinitas eſt incorporalis, & incircumſcripta. *Quod ipſe Iohannes de ſuo, non de Patrum omnium ſenſu dixit; qui ſimpliciter Angelos incorporeos nominarunt. Ibidem autem concluditur* Taraſius ſanctiſſimus Patriarcha dixit: Auribus percipiamus dictum Patris, quia ibi quidem Samaritæ imagines Domini, & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, & intemeratæ Matris eius ſubverterunt; hi autem pagani, vt didicimus. Oſtendit verò Pater, (*dictus Ioannes*) quòd & Angelos oporteat pingi, quoniam circumſcripti ſunt, & veluti homines apparuerunt multis.

D Sancta Synodus dixit: etiam Domine.

Stephanus Monachus legit.

Gregorius Nonus libro 1. Decretalium, titulo 1. cap 1. de ſumma Trinitate. Firmiter, *inquit*, credimus & ſimpliciter confitemur, quòd vnus ſolus eſt Deus verus, æternus, immenſus, & incommutabilis, incomprehenſibilis, omnipotens, & ineffabilis, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus: tres quidem perſonæ, ſed vna eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura ſimplex omnino; Pater à nullo, filius à Patre ſolo, ac Spiritus Sanctus pariter ab vtroque: abſque initio, ſemper, ac ſine fine; Pater generans, Filius naſcens, & Spiritus Sanctus procedens, conſubſtantiales & coæquales, coomnipotentes, & coæterni: vnũ vniverſorũ principium. Creator omnium viſibilium & inviſibilium, ſpiritualium, & corporalium: qui ſua omnipotenti virtute ſimul ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam, ſpiritualem, & corporalem; Angelicam videlicet, & mundanam, ac deinde humanam quaſi communem ex ſpiritu, & corpore conſtitutam. *Ex quibus conſtat, quod licet Deus propter ſummam & ſimplicem atque incompoſitam ſubſtantiam ſit ſpiritus, dicente Chriſto Samaritana,* Deus ſpiritus eſt; *ſubſtantias tamen intellectuales & Angelicas, quæcumque tandem corpora tenuia & ſubtilia, vel naturaliter habeant, vel pro Dei nutu, vel ex arbitrio adſumant, ſpiritus nihilominus eſſe: ſicut & ſunt*

animæ rationales, quantumvis à ſimplicitate & ſpiritualitate diuina infinito intervallo diſſiden- tes ſint tam Angeli, quàm animæ rationa- les.

1. ANGELI DESERTORES, AMATORES filiarum hominum. Apol. cap. 22. à p.

SED quomodo [1] de Angelis quibuſdam, [2] ſua ſponte corruptis, [3] corruptior gens dæmonum [4] euaſerit, damnata à Deo cum generis [5] auctoribus, & [6] cum eo, quem diximus principe, apud [7] literas ſanctas ordine cognoſcitur.

2. *Et de Idol. cap. 9. à p.*

Gen. 6. 2. [1] Vnum propono, Angelos eſſe illos deſertores Dei, amatores feminarum, proditores etiam hujus curioſitatis, propterea quoque damnatos à Deo.

3. *Et I. de cultu fœm. cap. 2. à p.*

Gen. 6. 2. Illi ſcilicet Angeli, qui ad filias hominum de cœlo ruerunt, vt hæc [1] quoque ignominia feminæ accedat

4. *Et ibid circa m.*

Si mercedes [1] pro libidine; nullius rei turpis, merces decora eſt. Quid autem [2] tanti fuit iſta monſtrare ſive conſerre? vtrumnè mulieres ſine [3] materiis ſplendoris, & ſine [4] ingeniis decoris, placere non poſſent hominibus, quæ adhuc incultæ, & incompoſitæ, & (vt ita dixerim) crudæ ac rudes Angelos [5] moverant? Annè [6] ſordidi, & per gratuitum vſum contumelioſi amatores viderentur, ſi nihil feminis in connubium allectis contuliſſent? Sed hæc non [7] capit æſtimare. Nihil plus deſiderare poterant quæ Angelos poſſidebant: [8] magno ſcilicet nupſerant. Enim [9] verò qui vtique interdum cogitabant vnde cecidiſſent, & poſt libidinum [10] vaporata momenta, cœlum ſuſpirabant, illud ipſum bonum feminarum, naturalis decoris, vt cauſam [11] mali, ſic remunerauerunt, nè eis profuiſſet felicitas ſua, ſed vt [12] deuectæ de ſimplicitate, & ſinceritate, vna cum ipſis in offenſam Dei pervenirent.

5. *Et ibid. cap. 4. in p.*

Nulla [1] nunc muliebri pompæ nota inuſta ſit prædamnationis, de exitu auctorum: nihil Angelis illis imputetur propter repudium cœli, & matrimonium carnis: rerum ipſarum, qualitates examinemus.

6. *Et 2. de cult. fœm. cap. 10. circa m.*

Adeò non [1] veritate bona ſunt, ſed raritate: artibus autem per Angelos peccatores, qui & ipſas materias [2] prodiderunt, inductis, [3] operoſitas cum raritate [4] commiſſa, pretioſitatem, & ex ea libidinem poſſidendæ pretioſitatis feminarum excitauit. Quod ſi ijdem Angeli qui & materias ejuſmodi, & illecebras detexerunt, auri dico & lapidum [6] illuſtrium & operas eorum tradiderunt, & iam ipſum [5] calliblepharum, vellerumq; tincturas inter cætera docuerunt, damnati à Deo ſunt, vt [7] Enoch refert; quomodo [8] placebimus Deo, gaudentes rebus illorum qui iram & animaduerſionem Dei propterea prouocauerunt.

7. *Et de Vel. Virg. cap. 7. circa m.*

a 1. Cor. 11. 10. Si enim [a] *propter Angelos*, ſcilicet quos legimus à Deo & cœlo excidiſſe, ob concupiſcentiam feminarum? quis [1] præſumere poteſt tales Angelos, [2] maculata iam corpora, & humanæ libidinis [3] reliquias deſideraſſe, vt non ad virgines potius exarſerint, quarum flos 1

b Gen. 6. 1. 2. etiam humanam libidinem [4] excuſat? Nam & ſcriptura ſic ſuggerit, [b] *Et [5] factum eſt*, inquit, *cùm cœpiſſent homines plures fieri ſuper terram, & filiæ [6] natæ ſunt eis. Conſpicati autem filii Dei, filias hominum, quòd pulchræ eſſent, acceperunt ſibi Vxores ex omnibus quas [7] legerunt.* Hic enim nomem mulierum [8] Græcum, vxores ſapit, quia dè [9] nuptiis menno eſt. Cùm ergo filias hominum dicit, manifeſtè [10] virgines portendit, quæ adhuc apud parentes [11] deputarentur; (nam nuptæ, maritorum nuncupantur) cùm potuerit dixiſſe vxores hominum; [12] æquè non adulteros nominans Angelos, ſed maritos, dum innuptas ſumunt filias hominum, quas natas [13] ſuprà dixit, ſic quoque virgines ſignificans: ſupra, natas, at hic Angelis nuptas: aliud eas neſcio quàm natas, & dehinc nuptas. Debet ergo [14] adumbrari facies tam periculoſa, quæ [15] vſque ad cœlum ſcandala jaculata eſt, vt [16] cum Deo aſſiſtens, cui [17] rea eſt Angelorum exterminatorum, [18] cæteris quoq; Angelis [19] erubeſcat, & [20] malam illam aliquando libertatem capitis ſui comprimat, [21] jam nec homi-

num oculis offerendam. Sed & ſi [11] contaminatas jam feminas Angeli illi appetiſſent, tantò magis propter Angelos, virgines velari debuiſſent, quantò magis propter virgines Angeli deliquiſſe potuiſſent.

8. *Et 5. cont. Marc. cap. 18. circa f.*

Nec [c] *Spiritalia* [1] autem *nequitiæ* [2] ideo Creatorem ſignificabant, quia adjecit, *In cœlis.* [3] Sciebat enim & Apoſtolus, in cœlis operata eſſe ſpiritalia nequitiæ Angelorum, ſcandalizatorum in filias hominum. c Eph. 6. 12. Gen. 6. 2.

9. *Et 5. cont. Marc. cap. 8. à p.*

Ejus [1] diſciplinam Apoſtolus curauit dè cujus inſtitutione cauſas diſciplinæ interpretatur. Adjicit etiam, [d] *Propter Angelos* Quos? id eſt, [2] cujus? Si Creatoris apoſtatas, [3] meritò; vt illa facies quæ eos ſcandalizauit, notam quandam referat de habitu [4] humilitatis, & obſcuratione decoris. Si verò propter [5] Angelos Dei alterius, quid veretur, ſi nec ipſi Marcionitæ feminas appetunt? d 1. Cor. 11. 10. Gen. 6. 1.

Angeli deſertores, Amatores filiarum hominum. Scholia.

1. ANGELIS [1] QVIBVSDAM, *malis & apoſtatis.* [2] SVA SPONTE, *voluntate libera. Nec enim mali à Deo conditi ſunt.* [3] CORRVPTIOR GENS, *dæmones intelligit.* [4] EVASERIT, *non quòd velit ab Angelis malis genitos dæmones; ſed quoſdam ex eorum numero corruptiores cæteris evaſiſſe fœminarum amatores.* [5] AVTHORIBVS, *principibus Angelorum.* [6] CVM EO, *Lucifero ſcilicet.* [7] APVD LITERAS SANCTAS, *in Geneſi 6.1. & ſequentibus:* Cumque cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent, videntes filij Dei filias hominum quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant. *Sanct. Pagn. ex Hebr.* viderunt filij principum filias hominum &c. 70. quia bonæ ſunt. *Paraph. Chald. eadem cum Hebr. verſione.*

2. [1] VNVM, *ſufficit ad ſupprimendam cupiditatem curioſi cultus & ornatus corporis; quod cum dæmones ex Angelis facti, prius incognitum, mulieribus detexerunt, à Deo condemnati.*

3. [1] HÆC QVOQVE, *præter primam & ſummam illam mulierem Evam, quæ occaſio fuit & petra ſcandali Adæ, parum erat niſi & ipſos quoque fœmina tentaret Angelos. Vt quæ ſeducta fuerat à diabolo ſub ſpecioſa pelle ſerpentis latente, ipſorum quoque dæmonum laſciviam tentaret; Et quæ fuerat ſubacta à ſerpente, in filiabus ſuis tentatricibus Angelorum malorum, ſubigeretur à ſerpentibus dæmonibus; à quibus pro mercede impleta libidinis, cultus corporis artem acciperet.*

4. [1] SI MERCEDES, *quanta ignominia ſeipſas illæ filiæ hominum affecerunt, cum pro mercede libidinis dæmonum, indecorè nimis decoris naturalis augendi inſtrumenta, mundumque muliebrem acceperunt.* [2] QVID TANTI FVIT, *non fuit hæc magna merces, & liberalitas dæmonum quòd detexerint mulieribus artem vtendi pigmentis, fucis, coloribus veſtium, gemmis &c. vel hæc omnia mulieribus dederint.* [3] MATERIIS SPLENDORIS, *ſplendidis, quale eſt aurum, gemma, colores.* [4] INGENIIS, *artibus, adinventionibus augendi decoris naturalis.* [5] MOVERANT, *ad libidinem provocarant.* [6] AN NE SORDIDI, &c. *An dæmones ideo hæc præmia & mercedes contulere mulieribus, ne avaros ſe probarent, & his gratis abuti voluiſſe?* [7] NON CAPIT, *non poteſt humanus animus hoc ſentire de dæmonibus. Quos enim nobiliores procos & amatores, tam iuſto cum Angelis connubio, quantumvis ab eis ornanda, potuiſſent optare mulieres, quos ornatu novo*

A *ad ſui amorem pellicerent?* [1] MAGNO SCILICET, *ironicè. cum magno viro ſingula contraxerant, vel magno pretio, mercede, dotali munere accepto nupſeram.* [2] ENIMVERO. *Quinimo, inquit, tantum abeſt, vt affectu coniugali, quin potius odio permoti & vindictæ appetitu, hæc ornamenta mulieribus ſunt largiti, eo crudeliores in fœminas, quò liberaliores. Ipſi enim qui interdum cogitabant quæ ex beatitudine excidiſſent amore mulierum illecti; ſentientes ſe à Deo neglecto, pro ſuperbia & libidine punitos, ſecum in iram & vindictam Dei eas trahere voluerunt, ne de fœlicitate connubij cum Angelis tanti ſuperbirent.* [10] POST VAPORATA MOMENTA.

B *Nil enim ſic turbat mentem vel Angelicam, quam inordinatus amor, ſive ſui, ſive cuiuſquam creaturæ, maximè fœmina libidinoſè amata. Porro, momenta, doctè dixit:* Vapor enim eſt ad modicum parens & flos fœni omnis gloria carnis. [1] CAVSAM MALI, *occaſionem ſcandali. Tentauerunt enim Angelos adhuc inculta, ſine arte, ſolo naturali decore.* [11] DEVECTÆ DE SIMPLICITATE, *vt à vero, puro ſimplici, vtpote naturali decore, ad transfigurandam Dei imaginem impulſa, ſecum in Deum peccaet rea punirentur.*

5. [1] NVLLA NVNC NOTA. *Eſto, demus nullum ex ornatu ſuperfluo & adſcitio characterem reprobationis, nullam infamiæ notam iniuſtam ſtatui*

C *mulierum, in hoc gloriantium; quod hæc à dæmonibus tanquam inventoribus acceperint: Demus etiam nil culpa Angelis deputatum, nil inflictum pœnæ, quod cœleſti beatitudine tanquam ſponſa in æternum ducenda, repudiata, carnaliter cum mulieribus nubere concupierint: quàm parvi pendenda ſint hæc ornamenta, ex ipſorum natura contemptibili diſcamus.*

6. NON VERITATE. *Iſthæc mundi muliebris ornamenta, verè ex natura ſua pretioſa non ſunt, ſed ideo æſtimantur, quia rara & peregrina ſunt.* [2] PRODIDERVNT, *detexerunt oſtenderunt mulie-*

D *ribus.* [3] OPEROSITAS, *artificum, opera laborioſa, anxia, curioſa.* [4] COMMISSA, *coniuncta ſimul, vt ſimplicitati decoris naturalis bellum indicant.* [5] CALLIBLEPHARVM. *Vox Græca ſignificans medicamentum aptum palpebris fucandis, oculiſque venuſtioribus efficiendis.* [6] LAPIDVM ILLVSTRIVM, *gemmarum coruſcantium. Alij legunt* & argentum illuſtrium, *id eſt, mulierum nuptarum viris illuſtribus, v. gratia Senatoribus.* [7] VT ENOCH REFERT. *Aug. lib. 15. de Ciuit. cap. 23.*

S. Auguſt. Scripſiſſe quidem nonnulla divina Enoch illum ſeptimum ab Adam, negare non poſſumus, cùm hoc in Epiſtola Canonica Iudas Apoſtolus dicat. Sed non fruſtra non ſunt in Canone ſcripturarum qui ſervabatur in templo Hebræi populi, ſuccedentium diligentiâ Sacerdotum. Cur autem hoc? niſi quia ob antiquitatem, ſuſpectæ fidei iudicata ſunt: Nec verum hæc eſſent quæ ille ſcripſiſſet, poterat inveniri, non talibus proferentibus, qui ea per ſeriem ſucceſſionis reperirentur ritè ſervaſſe. Vnde illa quæ ſub eius nomine proferuntur, & continent iſtas de gigantibus fabulas, (*ortis ſcilicet ex concubitu Angelorum cum mulieribus*) quod non habuerint homines Patres, rectè à prudentibus iudicantur, B non ipſius eſſe credenda. Sicut multa ſub nominibus & aliorum Prophetarum, & recentiora ſub nominibus Apoſtolorum ab hæreticis proferuntur, quæ omnia ſub nomine Apocryphorum ab Authoritate canonica diligenti examinatione remota ſunt. *Orig. homil. 28. in librum Num. Meminit ſcriptorum Propheticorum Enoch de iudicio extremo, & de gigantibus, ex Angelorum commixtione cum mulieribus, ortis. Et in recapitulatione librorum de principiis, & lib. 5. contra Celſum, citat librum Enoch de Angelis è cælo lapſis. Hiero. autem lib. de ſcript. Eccl. notat ideo à multis non receptam olim Epiſtolam B. Iudæ, quòd in ea citaſſet librum Enoch Apocryphum. Sed vt in libris* C *Apocryphis multa ſunt vera, ideo & Prophetiam hanc veram commemoravit Iudas Apoſtolus. Hiero. item in Pſal. 134. cùm retuliſſet ex libro Enoch hiſtoriam Angelorum deſcendentium in montem Hermon ad filias hominum, excuſat ſe, ſubijciens ſe hoc retuliſſe*, non in authoritatem, ſed in commemorationem. [8] QVOMODO PLACEBIMVS DEO, &c. *Cum Paulus dicat.* Qui in carne ſunt, (*id eſt toti in carnis ornanda cura verſantur*) Deo placere non poſſunt.

7. [1] QVIS PRÆSVMERE. *Quis credat Paulum de Angelis apoſtatis locutum, cum iuſſit mulieres in Eccleſia velandas* propter Angelos. [2] MACVLATA CORPORA, *iam nuptarum: quæ quidem* D *ob candorem virginitatis amiſſum, maculata dici poſſunt, quanquam nullum ſit in nubendo peccatum.* [3] RELIQVIAS, *iam deſideratarum à viris propriis: multò enim ardentius deperiiſſent intactas virgines, quàm nuptas conſummato matrimonio ſubactas & corruptas. Vnde ſi ex Paulo omnis mulier velari debet propter Angelos, ne appetatur ab eis. Multò magis virgines debent ſpeciem ſuam & decorem ſub velo tegere.* [4] ETIAM EXCVSAT. *Non quòd peccatum non ſit, virginem concupiſcere; cum Iob dixerit*: pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. *Sed quòd obiecti pulchritudo vehementius irritet libidinem, cui tentationi fragilitas carnis vix poſſit reſiſtere. vel, excu-* E *ſat, id eſt avertit, deterret, ob peccati gravitatem, vel excuſat, pro recuſat. quod virgo quæ flore virginitatis delectatur, eam illibatam ſervat, & inviolata per libidinem hominum, deflorari non patitur, & excuſans ſe ab incitamentis & illecebris hominum, recuſat, nec conſentit libidini.* ET [5] FACTVM EST, *vide locum ſupra citatum, Gen. 6. 1. & 2.* [6] NATÆ SVNT. *Sic 70. cum Hebr. & Chald.* [7] LEGERVNT, *elegerunt.* [8] NOMEN GRÆCVM, *nempe γυναῖκας, γυνὴ enim, in communi ſignificat mulierem, & ſpeciali, vxorem* [9] DE NVPTIIS MENTIO, *quia ſcriptum eſt:* quod eas acceperunt ſibi in vxores. [10] VIRGINES PORTENDIT, *tacitè inſinuat per*

A *filias hominum virgines intelligi, Patrum ſcilicet poteſtati ſubditas; cum omnis mulier nupta dictum ſit in prima Eva*, ſub viri poteſtate eris. [11] DEPVTARENTVR, *habitarent in domo parentũ nondũ nupta.* [12] ÆQVE, *ſimiliter.* [13] SVPRA NATAS. *Paulò ſuperius Scriptura dixerat*: Et filiæ natæ ſunt eis. [14] ADVMBRARI, *velo ſubmiſſo.* [15] VSQVE AD COELVM, *in quo primi erant Angeli, quos iaculis decoris ſui naturalis vulneraverant.* [16] CVM DEO ASSISTENS, *aſtans Deo in templo, orans Deum.* [17] CVI REA *apud quem, in quem peccavit, tentatis & victis Angelis malis.* CÆTERIS [18] QVOQVE, *Angelis bonis circa altare adorantibus, Sacerdotem adiuvantibus, orationes fidelium excipientibus.* B [19] ERVBESCAT, *propter reſpectum & honorem debitum Angelis. Vel, pudeat eam ſcandalum fieri bonis. Melius & literalius alij per Angelos, Epiſcopos & Sacerdotes accipiunt.* [20] MALAM LIBERTATEM, *qua caput velo, ſubiectionis Symbolo, impediri nolunt virgines; quod ſcripſerit Paulus nuptam debere habere poteſtatem, id eſt velum, eius ſignum, ſuper caput ſuum.* [21] IAM NEC HOMINVM, *ſi enim fortes Angelos ſuperaverunt, quantò magis homines fragiles?* ETSI [22] CONTAMINATAS. *Licet admitterem Angelos malos, non virgines, ſed iam nuptiis corruptas concupiſſe: tantò magis virgines nunc velari debent, & Angelis decorem ſuum abſcondere, quarum appetitu etiam illi Angeli* C *exarſiſſent.*

8. [1] SPIRITALIA NEQVITIÆ. *Spiritus nequam & mali intelligendi ſunt. De hoc loco Pauli alibi dicemus in omnilognio.* [2] IDEO CREATOREM, *nuſquam Paulus Deum noſtrum, vt putavit Marcion, Angelos creaſſe malos voluit. Licet cælorum ibidem ſtatim meminerit qui ſunt opera manuum Creatoris.* [3] SCIEBAT ENIM, *hic Tertull. Paulum erroris ſui conſcium, imo etiam authorem facit, vt ideo iuſſerit mulieres velari, quòd de cælo Angeli conſpicati, id eſt ſpectantes, virgines pulchras concupierint, in eas vt in lapidem offenſionis & ſcandali impingentes.*

9. [1] EIVS DISCIPLINAM. *Paulus ſolicitè con-* D *ſervavit doctrinam & præcepta eiuſdem Dei Creatoris circa bonos mores, cuius ſtatutum de velandis mulieribus interpretatur, dum eius cauſam ſubijcit:* propter Angelos, *quo ſe Apoſtolum Dei Creatoris, & non Marcionis, eſſe probavit, dum recolit exemplum Angelorum Apoſtatarum, qui formâ virginum filiarum hominum ſine velo procedentium, concupitâ peccaverunt.* [2] CVIVS? *Dei ſcilicet, Creatoris, an Marcionis?* [3] MERITO. *Supple, & illos intelligit deſertores*, qui deſeruerunt ſuum principatum, *iuſtè punitos. Et rectè Paulus in pœnam hæreditariam, vult virgines, ſub nomine mulierum comprehenſas, quod ſexum ſignificat, non autem ſexus ordinem, aut gradum, velatas incedere, vt ſic obumbrato* E *& velato decore, aliquam notam ruboris & confuſionis concipiant.* [4] HABITV HVMILITATIS, *humili habitu, & velo, ſubiectionis viri poteſtati notâ: vel ſuperbiam ſexus de forma quaſi proprio bono gloriantis, vt humiliet.* [5] PROPTER ANGELOS ALTERIVS, *Dei ſcilicet Marcionis: hoc dici à Marcionitis, & ſic interpretari non poteſt. Quid enim Paulus Dei ſui Angelis ſcandalum pertimeſceret, quid timeret concupiſcentiam ad nuptias contrahendas cum filiabus hominum, ſi Apoſtolus eſſet Dei Marcionis? cùm nec ipſos Marcionitas à mulieribus averſos, & nubere prohibentes tentare potuiſſent.*

Quod hactenus ex Tertulliano de Angelis retuli-

mus : concupiſcentia carnalis lapsis, alij quoque veteres Patres idem ſenſerunt. Clem. Alex lib. 3. pædag. cap. 2. Propter pulchritudinem, *inquit*, quæ marceſſit, è cœlis in terram deciderunt. *Iuſtin. Martyr.* Victi amore & commixti fœminis, filios genuerunt. *Cyrill. Alex. lib. 3. in Gen.* Vt primùm ad auidas carnis libidines prolapſi ſunt, mulierum pulchritudine incenſi, à via recta plurimum aberrarunt. *Cypr. de habitu & diſcipl. virg.* ad terrena contagia devoluti. *Ambr. libro de Arca & Noe cap.* 4. Non Poëtarum more Gygantes illos terræ filios vult videri divinæ ſculpturæ conditor, ſed ex Angelis & mulieribus generatos aſſerit. *Ita & Lact. lib. 2. inſtit. cap. 15. Sed hanc opinionem reijcit tanquam fabulam Chryſoſt. homil. 22. in Gen. & Theodoret. q. 45. in Gen. dicit authores huius opinionis ſtupidos nimis & ſtolidos, qui forſan ex hoc Angelorum exemplo intemperantia ſua patrocinium quærebant.*

Aug. *De hac ſententia Aug. lib. 15. de Ciuit. cap. 22.* Huius charitatis, hoc eſt dilectionis & amoris ordine perturbato, Deum filij Dei neglexerunt, & filias hominum dilexerunt. quibus duobus nominibus, ſatis vtraque ciuitas diſcernitur. Neque enim & illi non erant filij hominum per naturam, ſed nomen aliud habere cœperant per gratiam. Nam in eadem Scriptura, vbi dicti ſunt dilexiſſe filias hominum filij Dei, iidem dicti ſunt etiam Angeli Dei. Vnde illos multi putãt, non homines fuiſſe, ſed Angelos. *Inter quos ſunt Philo lib. de Gigantibus; Iuſtin. Apol. 1. Clem. Alex. 3. ſtrom. qui dicunt Angelos corporeos, & in corpore ſuo peccatum carnis commiſiſſe. Platonici, & eorum ſectator Georgius Venetus to. 1. problem. 74. Cardanus, Caiet. Delrio lib. 2. Magia q. 15. filios Dei putant per naturam, dæmones corporeos generare potentes. alij dæmones ſuccubos; exceptum ſemen validum à viris fortibus, inde incubos, ex validiſſimis fœminis genuiſſe gigantes. Melius Hilar. in Pſal. 132. Chryſoſt. Theod. & Rup. per filios Dei, filios Seth viri ſanctis accipiunt, in quibus virtute præditis imago Dei tanquam in filiis reſponderet. Hebræi iuxta phraſim ſuam, omnia fortia & magna, Dei dicunt, vt montes & Cedros Dei, ſic filios Seth Dei filios, ob ſtaturam, vires, formam præcellentem: filiæ autẽ Cain, filiæ hominũ dicuntur, quia enerues. Theod. & Suidas, Seth dictũ Deum aſſerunt, ab eximia pietate & ſapientia; vnde & eius filij, Dei filij ſunt vocati.*

Huc accedat Auguſtinus lib. 15. de Ciuit. cap. 23.

Aug. Quam quæſtionem, nos tranſeunter commemoratam in tertio huius operis libro reliquimus inſolutam; vtrum poſſint Angeli, cum ſpiritus ſint, corporaliter coire cũ fœminis: Scriptũ eſt enim: qui facit Angelos ſuos ſpiritus: id eſt eos qui naturâ ſpiritus ſunt, facit eſſe Angelos ſuos, iniungendo eis officium nuntiandi &c. Sed vtrũ eorũ corpora cõſequenter adiunxerit, dicendo & miniſtros ſuos ignẽ ardentẽ; an quod charitate tanquã igne ſpirituali, fervere debeãt miniſtri eius, ambiguum eſt, apparuiſſe tamen hominibus Angelos in talibus corporibus, vt non ſolum videri, verum etiam tangi poſſent, eadem veriſſima ſcriptura teſtatur. *Subijcit de Silvanis & Faunis*, quos, *inquit*, vulgò incubos vocant, improbos ſæpè extitiſſe mulieribus, & earum appetiſſe ac peregiſſe concubitum. *Quod refert ex multorum ſententia. Et concludit.* Dei Angelos ſanctos nullo modo illo tempore ſic labi potuiſſe crediderim &c. ſed potius de illis qui primùm apoſtatantes à Deo cum diabolo principe

A ſuo ceciderunt, &c. *Quod retulit ad verba Petri dicentis:* Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed carceribus caliginis retrudens tradidit, in iudicio puniendos reſervari. *Nil tamen definit circa quæſtionem dæmonum, an elemento aereo corporati, poſſint etiam hanc pati libidinem. Tum ſubijcit* Angelos autem fuiſſe etiam Dei homines nuncupatos eadem Scriptura ſancta locupletiſſima teſtis eſt. *Quod de Ioanne & Malachia refert. Multis autem interiectis. quod Scriptura de his filiis Dei dixit*: Et generabant ſibi: ſatis, *inquit*, oſtendit quod priuſquam ſic caderent filij Dei, Deo generabant, non ſibi; id eſt non dominante libidine coeundi, ſed ſerviente officio B propagandi, non familiam faſtus ſui, ſed cives civitatis Dei, quibus annuntiarent tanquam Angeli Dei, vt ponerent in Deo ſpem ſuam, ſimiles illius qui natus eſt de Seth (*Enos ſcilicet*) filius reſurrectionis, & ſperavit invocare nomen Domini Dei: in qua ſpe eſſent cum ſuis poſteris cohæredes æternorum bonorum, & ſub Deo Patre fratres filiorum. Non autem illos ita fuiſſe Angelos Dei, vt homines non eſſent, ſicut quidã putãt, ſed homines proculdubio fuiſſe ſcriptura ipſa ſine vlla ambiguitate declarat, Cùm enim præmiſſum eſſet, quòd videntes Angeli Dei filias hominum, quia bonæ ſunt, &c. Mox adiunctum eſt, & dixit Dominus Deus: non C permanebit ſpiritus meus in hominibus his in æternum, propter quòd caro ſunt. Spiritu quippe Dei, (*homines intellige*) fuerant facti Angeli Dei, & filij Dei; ſed declinando ad inferiora, homines dicuntur nomine naturæ, non gratiæ. Dicuntur & caro, deſertores Spiritus, & deſerendo deſerti. Et 70. quidem interpretes, & Angelos Dei dixerunt iſtos, & filios Dei; quod quidem non omnes codices habent: Nam quidam, niſi filios Dei, non habent. Aquila autem quem interpretem Iudæi cæteris anteponunt, non Angelos Dei, nec filios Dei, ſed filios Deorum interpretatus eſt. Vtrumque autem verum eſt. Nam & filij Dei erant, ſub quo Patre, ſuo-D rum Patrum etiam fratres erant: Et filij Deorum, quoniam Diis geniti erant, cum quibus etiam ipſi Dij erant, iuxta illud Pſalmi: Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes.

Et quæſt. 3. in Gen. Credibilius eſt homines iuſtus appellatos vel Angelos, vel filios Dei concupiſcentiâ lapſos peccaſſe cum fœminis, quàm S. Auguſt. Angelos, carnem non habentes, vſque ad illud peccatum deſcendere potuiſſe. *Et lib. 3 de Trinit. cap. 10. vbi de Angelorum ſubtilitate, applicante activa paſſivis:* Mali, *inquit*, Angeli, pro ſubtilitate ſui ſenſus in occultioribus elementorum ſeminibus norunt, vnde ranæ ſerpenteſque naſ-E cantur; & hæc per certas & notas temperationum opportunitates, occultis motibus adhibenda, faciunt creari, non creant, &c. Sed hæc ab hominibus tantò difficilius adhibentur, quantò deſunt ſenſuum ſubtilitates, & corporum mobilitates in membris terrenis & pigris. Vnde qualibuſcumque Angelis vicinas cauſas ab elementis contrahere quantò facilius eſt, tantò mirabiliores in huiuſmodi operibus eorum exiſtunt celeritates: ſed non eſt Creator, niſi qui principaliter iſta format &c. *Dehinc notat Angelos malos impediri à potentioribus.* Illi Angeli quædam poſſunt facere, ſi permittuntur ab Angelis potentioribus ex imperio Dei: quædam verò non poſſunt, etiamſi ab eis permittantur: quia

ille non permittit à quo illis eſt talis naturæ modus, qui etiam per Angelos ſuos, & illa plerumque non permittit, quæ conceſſu vt poſſint. *Ex quibus colligere facilè eſt etiam ex Auguſtini mente, dæmones celeriter applicando activa paſſivis, poſſe Deo permittente eos vi naturali ſua facultate & facilitate motus, exceptum à viro ſemen forte &* A *robuſtum ſubitò in vas fœmineum effundere, & ex eo præſtantis corporis & gigantæ homines generare. qui non dæmonem incubum, ſed hominem ex quo ſemen exceptum eſt, Patrem ſint habituri. Et facile eſt illi in corpore aſſumpto eiuſdem gradus calorem generationi aptum, momento ſupplere, adhibito neceſſario temperamento.*

ANIMÆ ORIGO, EX MATERIA & ſubſtantia Dei.

1. *Anima primi hominis ex materia & ſubſtantia Dei, 4. cont. Marc. cap. 38. à p.*

a Luc. 20. 25. R*Eddite* [a] *quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Quæ erunt Dei? quæ ſimilia ſunt denario Cæſaris; imago ſcilicet & ſimilitudo eius. Hominem igitur iubet reddi Creatori, in cuius imagine, & ſimilitudine, & [1] materia expreſſus eſt.

2. *Cont. Prax. cap. 5 à m.*

Es animal rationale, à rationali ſcilicet artifice non tantùm factus, ſed etiam ex [2] ſubſtantia ipſius animatus.

De Animæ origine, ex materia & ſubſtantia Dei, 1. & 2. Scholia.

1. ET [1] MATERIA EXPRESSVS EST. *Hic agit contra Marcionem & probat non eius Deo, ſed Creatori noſtro reddi debere hominem, ſicut numiſma cenſus ſignatum imagine & ſuperſcriptione Cæſaris. De imagine & ſimilitudine, nulla eſt difficultas. Sed quid per materiam Dei velit intelligi, non facilè eſt dicere, vel enim per materiam intelligit limum & terram de qua corpus hominis finxit, vt ſicut in auro Cæſaris, ſic in luto Dei impreſſam rationalem animam inſinuet; vel, vt probabile eſt ex ſequenti Tertulliani loco, quòd anima ſit expreſſa & educta ex materia & ſubſtantia Dei. Aug to. 7. lib. 1. de Anima & eius origine ad Renatum cap. 4. vbi agit de Vincentio qui fuerat Rogatiſta.* Animam dicit à Deo quidem factam, nec

S. Auguſt Dei eſſe partem ſive naturam: quod omnino verum eſt. Sed cùm eam non vult ex nihilo factam fateri, & aliam nullam creaturam vnde ſit facta commemorat, atque ita illi dat authorem Deum, vt neque ea nullis extantibus, id eſt ex nihilo, neque ea aliqua re, quæ non eſt quod Deus eſt, ſed de ſeipſo eam feciſſe credatur, neſcit eò ſe revolvi, quod declinaſſe ſe putat, vt ſcilicet nihil aliud anima quam Dei natura ſit; ac ſic conſequenter & de Dei natura fiat aliquid ab eodem Deo, cui faciendo materia de qua facit, ſit ipſe qui facit: ac per hoc & Dei ſit natura mutabilis, & mutata in deterius, eiuſdem ipſius Dei ab eodem ipſo Deo natura damnetur. Quod pro tua fideli intelligentia quàm non ſit opinandum, & quàm ſit à corde Catholico ſecludendum, longèque fugiendum, vides. Ita quippe anima vel de flatu facta, vel Dei flatus factus eſt ipſa, vt non de ipſo ſit, (*id eſt ex eius materia & ſubſtantia,*) ſed ab ipſo de nihilo creata ſit. Neque enim ſicut homo quando ſufflat, non poteſt de nihilo flatum facere, ſed quem de iſto aëre ducit, hunc reddit: Ita Deo putandum eſt auras aliquas circumfuſas iam fuiſſe, quarum exiguam quandam particulam B ſpirando traheret, & reſpirando refunderet, quando in hominis faciem ſufflavit eique vllo modo animam fecit. Quod etſi ita eſſet, nec ſic de ipſo, ſed de ſubiacenti re aliqua flabili poſſet eſſe quod flavit. Sed abſit vt negemus omnipotentem de nihilo flatum vitæ facere potuiſſe, quo fieret homo in animam vivam: atque in eas contrudamur anguſtias, vt vel iam fuiſſe aliquid quod ipſe non eſſet, vnde flatum faceret, opinemur; vel quod mutabile factum videmus, de ſeipſo feciſſe credamus. Quod enim de ipſo eſt, neceſſe eſt vt eiuſdem naturæ ſit cuius ipſe eſt, ac per hoc etiam immutabile ſit: anima vero, quod omnes fatentur, mutabilis eſt. Non ergo de ipſo, quia non eſt immutabilis ſicut ipſe. Si C autem de nulla re alia facta eſt, de nihilo facta eſt proculdubio, ſed ab ipſo.

2. EX [2] SVBSTANTIA EIVS. *Vel Spiritum Sanctum intelligit, qui eandem divinitatis ſubſtantiam cum Patre, & Filio poſſidet; quo ſpiritu afflavit primum hominem, vt fieret in animam viventem, non tantum ſpiritu gratiæ, ſed & naturæ. vel accipe ſubſtantiam, ſicut ſupra dixit materiam Dei; quod anima ſecundum eius mentem, in hoc erroneam, quaſi portio, & particula eſſet ſubſtantia Dei. Quem errorem impugnat Aug. to. 6. libro contra Fortunatum Manichæorum Presbyterum diſputatione prima.* Si quæris verum à Deo deſcenderit anima, magna Aug. D quidem quæſtio eſt. Sed ſive à Deo deſcendit, ſive non, illud de anima reſpondeo, non eſſe Deum. Aliud eſſe Deum, aliud animam. Deum eſſe inviolabilem, incorruptibilem, impenetrabilé, & incoinquinabilem, & qui ea nulla parte corrumpi poſſit, & cui nulla ex parte noceri poteſt. Animam verò videmus & peccatricem eſſe, & in ærumna verſari, & veritatem quærere, & liberatore indigere. Hæc mutatio animæ, oſtendit mihi quòd anima non ſit Deus. Nam ſi anima ſubſtantia Dei eſt, ſubſtantia Dei errat, ſubſtantia Dei corrumpitur, ſubſtantia Dei violatur,

violatur, ſubſtantia Dei decipitur; quod nefas eſt dicere, &c. Animâ ſic negavi eſſe ſubſtantiam Dei, vt negem illam eſſe Deum. Sed tamen ex Deo authore eſſe, quia facta eſt a Deo. Aliud eſt qui fecit, aliud quod fecit. Qui fecit, corruptibilis eſſe omnino non poteſt: quod autem fecit, non poteſt æquale eſſe illi qui fecit, &c. Animam dico eſſe factam à Deo, vt cætera omnia quæ à Deo facta ſunt, & inter illa quæ Deus omnipotens fecit, principalem locum datum eſſe animæ. *Adverte Aug. lib. 1. retract. cap. 16 ſic expoſuiſſe;* In hoc libro, *inquit*, illud quod dixi, animam dico eſſe factam à Deo, vt cætera omnia quæ à Deo facta ſunt, ſed inter illa quæ Deus omnipotens fecit, principalem locum datum eſſe animæ: ita dixi, vt hoc generaliter, de vniverſa creatura rationali accipi vellem, quamvis in Scriptutis ſanctis, animas dictas eſſe Angelorum, aut non omnino, aut non facilè poſſit reperiri.

Aug.

Aug. *Deinde proſequitur ex præcitato libro contra Fortunatum:* Si autem quæris, vnde Deus animam fecit, memento me confiteri tecum eſſe Deum omnipotentem. Omnipotens autem non eſt qui quærit adiuvari aliqua materia vnde faciat quod velit. *Et eod. to. 6. lib. ad Oroſium contra Priſcillianiſtas, & Origeniſtas cap. 1.* Quod eſt adverſus Manichæos multis

Aug à me locis de anima diſputatum, quæ licet ſecundum quendam modum ſuum (*longè ſcilicet à modo Deo inferiorem, vtpotè dependentem & annihilabilem abſoluta Dei potentia, de quo Paulus; Regi ſæculorum immortali & inviſibili, ſoli Deo &c.*) ſit immortalis, tamen in deterius deficiendo, & in melius proficiendo mutabilis eſſe convincitur, & per hoc non eſſe de Dei ſubſtantia dilucidiſſimè oſtenditur; ſimul quoque Priſcilliani dogma ſubvertit, &c. & A *cap. 2. proponit quæſtionem ſive obiectionem contra ſe factam:* Vtrum eam Deus, (*animam ſcilicet*) quoniam particulam vel defluxionem eius non eſſe iam conſtat, ex nihilo creaſſe dicendus ſit, eo quòd durum, & impium videatur, voluntatem Dei dicere nihil eſſe, quo volente creata eſt, &c. ſive ex nihilo, facta ſit anima, ſive hoc propterea dicendum non ſit, quia Dei voluntate facta eſt, quæ vtique voluntas non eſt nihil: tamen quia facta, & Dei natura non eſt, profecto hæreſis illa refellitur, quæ animam primitus naturam Dei eſſe contendit, &c. Quamobrem, ſequeſtrata paululum animæ natura, ſi fatentur aliquid Deum feciſſe de nihilo, attendant & videant, quidquid illud eſt, cum volun- B tate feciſſe. Non enim aliqoid feciſſet invitus. Nec tamen ideo eandem voluntatem nihil eſſe, quia voluntate ab illo aliquid ex nihilo factum eſt, &c. *Et cap. 3.* Cum dicitur, Deus ex nihilo fecit: nihil aliud dicitur, niſi non erat vnde faceret, & tamen quia voluit fecit, vſque adeò igitur in eo quod ex nihilo fecit, voluntas non nihil dicitur, vt ipſa præcipuè commendetur. Nam cui dicitur, ſubeſt tibi cum voles poſſe, ſive aſſit, vnde fiat, ſive non aſſit; ſat eſt voluntas, vbi ſumma eſt poteſtas. Quomodo ergo in eo quod de nihilo creatur, voluntas creantis nihil eſſe perhibetur. cùm propterea de nihilo creare aliquid poſſit, quia voluntas creantis etiam ſine materia ſibi ſufficit. *Subyicit & de materia limi, de quo corpus hominis finxit.* Sicut, *inquit*, C in eo quod ex limo factum eſt, quamvis voluntate ſit factum, non eſt voluntas limus; ita in eo quod ex nihilo factum, non eſt voluntas nihil. *Eundem Tertull. errorem notat Aug. to. 6. lib. de hæreſibus in Manichæis hæreſi 46. & Priſcillianiſtis hæreſi 70.*

S. Auguſt.

S. Auguſt.

1. ANIMA POSTERORVM ADÆ EX TRADVCE.

De Anima cap. 9. in f.

A Primordio in Adam [1] concreta, & configurata [2] corpori anima, vt totius [3] ſubſtantiæ, ita & [4] conditionis iſtius ſemen effecit.

2. *Et ibid. cap. 19. in m.*

Anima, velut ſurculus quidam ex [1] matrice Adam in [2] propaginem deducta, & [3] genitalibus feminæ foueis commendata, cum omni ſua [4] paratura, [5] pullulabit tam intellectu, quàm & ſenſu.

3. *Et ibid. cap. 23. in p.*

Sequitur nunc, vt quomodo ex vna [1] redundet, conſideremus, id eſt vnde, & quando, & qua ratione [2] ſumatur.

4. *Et ibid. cap. 27. per totum.*

Quomodo igitur [1] animal conceptum [2] ſimulnè conflata vtriuſque ſubſtantia corporis animæque, an altera earum præcedente [3] immò ſimul [2] ambas & concipi, & confici, & perfici dicimus, ſicut & promi, nec vllum intervenire momentum in conceptu, quo locus ordinetur. [3] Recogita enim dè noviſſimis [4] prima: ſi mors non aliud determinatur, quàm disiunctio corporis animæque; contrarium morti vita, non aliud definietur, quàm conjunctio corporis animæque: ſi diſiunctio ſimul vtrique ſubſtantiæ accidit per mortem, hoc debet [5] conjunctionis forma mandaſſe, pariter obvenientis per vitam vtrique ſubſtantiæ. Porro vitam [6] à conceptu agnoſcimus, quia animam à conceptu [7] vindicamus. [8] Exinde enim vita quo anima: pariter ergo in vitam compinguntur, quæ pariter in mortem ſeparantur. Tunc ſi alteri primatum damus, alteri ſecundatum, ſeminis quoque diſcernenda ſunt tempora, pro [9] ſtatu ordinis; & quando collocabitur corporis ſemen, quando animæ [9] immo ſi tempora ſeminum dividentur, & [10] materiæ diverſæ habebuntur, ex diſtantia temporum. Nam etſi duas ſpecies confitebimur ſeminis, [11] corporalem, & [12] animalem indiſcretas [13] tamen vindicamus, & hoc modò contemporales, eiuſdemque momenti.

Ne itaque [14] pudeat neceſſariæ interpretationis: natura veneranda eſt, non erubeſcenda: concubitum libido, non [15] conditio fœdavit: exceſſus, non ſtatus eſt impudicus. Siquidem benedictus ſtatus apud Deum: [a] *Creſcite, & in multitudinem proficite.* Exceſſus verò maledictus, adulteria, & ſtupra, & lupanaria. In hoc itaque ſolemni ſexuum officio, quod marem ac feminam miſcet; in concubitu dico communi, ſcimus & animam, & carnem ſimul [16] fungi; animam [17] concupiſcentiâ, carnem [18] operâ; animam inſtinctu [19], carnem actu. Vnico igitur impetu [20] vtriuſque, toto homine concuſſo, deſpumatur ſemen totius hominis, habens ex corporali ſubſtantia [2] humorem, ex animali calorem. Et ſi frigidū nomen eſt, anima, [21] Græcorum, quare corpus [22] exempta ea friget? Denique, vt adhuc verecundiâ magis pericliter, quàm probatione, in illo ipſo voluptatis vltimo æſtu, quo genitale [24] virus expellitur, nonnè [25] aliquid dè anima quoq; ſentimus exire? atque adeò marceſcimus, & [26] devigeſcimus, cum [27] lucis detrimento? Hoc erit ſemen animale protinus ex animæ [28] deſtillatione, ſicut & virus illud corporale ſemen ex carnis [29] defæcatione. Fideliſſima [10] primordij exempla. De limo [31] caro in Adam: quid aliud limus, quàm liquor opimus? inde erit genitale virus. Ex adflatu Dei anima: quid aliud adflatus Dei, quàm [32] vapor ſpiritus? inde [33] erit, quod per virus illud efflamus. Quum igitur in primordio duo diverſa atque diviſa, limus, & flatus, vnum hominem [34] coëgiſſent, confuſæ ſubſtantiæ [35] ambæ iam in vno, ſemina quoque ſua miſcuerunt, atque exinde generi propagando formam [37] tradiderunt; vt & nunc duo licet diverſa, etiam vnita pariter effluant, pariterque inſinuata [36] ſulco & aruo ſuo, pariter hominem ex vtraque ſubſtantia [38] effruticent, in quo rurſus [b] *ſemen ſuum inſit ſecundùm genus,* ſicut omni [39] conditioni genitali præſtitutum eſt. Igitur ex vno [40] homine tota hæc animarum [41] redundantia agitur; obſervance ſcilicet natura Dei edictum, [c] *Creſcite, & in multitudinem proficite*: Nam & in ipſa præfatione operis vnius, [d] *Faciamus hominem,* vniverſa poſteritas pluraliter prædicata eſt: *Et praſint piſcibus maris,* nihil mirum; [42] repromiſſio ſegetis in ſemine.

a Gen. 1. 28.

Gen. 2. 3.

b Gen. 1. 12.

c Gen. 1. 28.

d Et ibid. 26.

Ibid.

5. *Et ibid. cap. 36. à p.*

Conſtituamus animam in [1] ipſo, & ex [2] ipſo ſeri homine, & [4] vnum eſſe à [3] primordio ſemen, ſicut & carnis in totum generis [5] examen, propter [6] æmulas ſcilicet opiniones Philoſophorum, & hæreticorum; & illum ſermonem Platonis [7] veternoſum.

6. *Et ibid. cap. 37. in m.*

[1] Societatem carnis atque animæ iamdudum commendavimus à [2] concretione ſeminum ipſorum, vſque ad [3] figmenti perfectionem.

7. *Et ibid. cap. 39. à m.*

e 1. Cor. 7. 14. Apoſtolus [1] *ex* [e] *ſanctificato alterutro ſexu ſanctos procreari* ait, tam ex ſeminis [2] prærogativâ, quàm ex inſtitutionis diſciplina.

Anima Origo ex traduce. Scholia.

1. CONCRETA [1], *coniuncta.* [2] CONFIGVRATA. *Et hic alter error Authoris eſt, quo anima velut corporea lineamenta corporis aſſingit: ut quaſi cera liquida infuſa antitypo praexiſtenti, eius lineamenta & figuram induerit anima Adæ.* VT [3] TOTIVS SVBSTANTIÆ. *Sicut integra natura humana, quæ conſtatur ex anima & corpore ſubſtantiam in primo homine poſuit, toti generi per generationem filiorum communicabilem:* ITA [4] ET CONDITIONIS *&c. id eſt creatura & anima rationali à Deo condita & corpori Adæ infuſa tribuit Deus, ut eſſet quaſi quoddam ſemen, ex quo alia caeterorum hominum animæ gignerentur.*

2. EX [1] MATRICE ADAM, *id eſt origine.* IN [2] PROPAGINEM. *Poſteritatem hominum. Ex qua propagaretur genus humanum etiam quoad animas.* [3] GENITALIBVS FOVEIS. *Vulva cum ſemine credita & commiſſa. Alludit ad vineas, in quibus fodiuntur foſſa ad propagines excipiendas.* [4] OMNI PARATVRA, *refert ad ſurculi ornatum & apparatum, cui comparat neceſſariam organorum corporis paraturam, ad*

A *recipiendam & continendam animam; quæ omnia vult in ſemine, quaſi in radice contineri, & à parentibus in filios traduci. Verbo videlicet ſumpto à ſurculis vitium & arborum, quæ ſub terra latenter ad multiplicationem & propagationem deducuntur & tranſmittuntur.* [5] PVLLVLABIT, *&c. Anima ex unico ſemine Adæ in caeteros transfuſo, ſingulorum hominum animas tam ſenſu corporis, quàm ratione germinabit. Vel, poſteros omnes intellectu, & ſenſu implebit.*

3. EX [1] VNA REDVNDET. *Vaſta Adami anima ſic fertilis fit, ut redundet in poſterorum animas ſeminandas.* [2] SVMATVR *hauriatur a poſteris anima à primo parente,*

B 4. [1] ANIMAL, *rationale ſcilicet.* [2] SIMVL AMBAS. *tamen contrà Paulus:* non prius quod ſpiritale, ſed quod animale. *Ergo non ſimul, ſi unum prius, aliud poſterius. Sed loquitur de poſteris, ſimul utramque ſubſtantiam animæ, & corporis à parentum ſemine haurientibus.* [1] RECOGITA, *argumentare* [4] DE NOVISSIMIS, *ſine vita, hoc eſt morte, principium vitæ.* [5] CON-

IVNCTIONIS FORMA. *Exemplar vnitæ ſimul & ſemel vtriuſque ſubſtantiæ animæ & corporis, dum homo viuere incipit, docuit mortem ſimul & ſemel animam à corpore, & corpus ab anima nullo medio temporis interuallo ſeparari, dum viuere deſinit.* [6] VITAM A CONCEPTV &c. *ſcilicet ſtatim corpuſculum infantuli animatum, dum ſemen fœmina à viro excipit, & ex eo fœtum concipit.* [7] VINDICAMVS, *tuemur & ſuſtinemus ſtatim ipſo conceptus momento cum ſemine transfundi.* [8] EXINDE ENIM, *non enim viuit, niſi quod animatum eſt. Vnde ſi viuit homo ſtatim vt conceptus eſt, & de facto in momento conceptus, contrahit originalem ex Adamo maculam, ſimul damnatus ac natus eſt; animatus quoque præſupponendum eſt, cum vitæ principium ſit ipſa anima.* [9] PRO STATV ORDINIS, *vt melior anima ſit, tempore v. gratia, matutino, aut ſerotino,* B *quàm meridiano, cum tempus vnum ab altero, diuerſum in æſtimatione hominum habeat locum & ordinem.* [10] MATERIÆ DIVERSÆ, *vnâ parte ſeminis formando corpori, alterâ animæ producendæ deputato.* [11] CORPORALEM, *vnde corpus efficitur, craſſiorem.* [12] ANIMALEM, *ſubtiliorem, quâ animâ gignitur.* [13] INDISCRETAS, *ſimul & ſemel indiuiſim transfuſas à parentibus.* [14] NE PVDEAT. *Animam nobiliorem, ætate non præcedere corpus, ſed ſimul cum eo concipi patienter feras.* [15] NON CONDITIO, *id eſt natura ipſius ſtatus in quo à Deo condita eſt, nihil pudendum facit concubitum viro cum vxore, ſed libido & præferuidus eius ardor, & inuoluntarij & inordinati motus. Quod enim* C *attinet ad multiplicationem generis humani per concubitum à Deo ſapientiſſimè ordinatum, nihil non laudandum. De quo ſapius Auguſtinus conſulendus maximè lib. de Nuptiis & concupiſcentia, & de Ciuitate Dei.* SIMVL [16] PVNGI, *debitum coniugale exercere.* [17] ANIMAM CONCVPISCENTIA, *viro & muliere ſe inuicem concupiſcentibus.* [18] CARNEM OPERA, *quia opus ipſum generationis per carnem exercetur.* [19] INSTINCTV, *propenſione naturali, communi cum beſtiis, quæ inſtinctu mouentur, rationali tamen in homine præpollente.* [20] VTRIVSQVE, *animæ & carnis.* [21] GRÆCORVM ψυχὴν à ψύχω, *id. refrigero. hic reſpicit quod cap. 25.* Ipſum vocabulum animæ penes Græcos, de refrigeratione reſpondens. *Sic Plato & Chryſippus deriuant nomen Græcum ſignificans animam. Quam* D *vt hic vides Tertullianus, ita & Plutarchus etymologiam ſubſannat.* [22] EXEMPTA *à corpore remota, & recedente.* [23] HVMOREM ET CALOREM. *Hunc generationis, illud autem corruptionis principium.* [24] GENITALE VIRVS, *ſemen virile quo gignitur fœtus.* VIRVS, *quia hoc momento nouæ nuptæ, primo corrumpitur virginitatis ſigillum; deinde infantis anima peccati originalis virulento morbo percuſſa emoritur.* [25]. ALIQVID DE ANIMA, *calorem nempe naturalem & vitalem, quin etiam & animalem.* [26] DEVIGESCIMVS, *vigorem perdimus, eneruamur, etiam animo debilitamur.* [27] CVM LVCIS &c. *perſpicacitate & acumine viſus imminuto.* [28] DESTILLATIONE, *quaſi ſudore* E *ex ardore libidinis contracto, anima guttatim cum ſemine in prolem diſtilletur.* [29] DEFÆCATIONE, *quòd fæces carnis, è renibus inſtar purgamenti expellantur. Vel, quòd defæcatior, melior, & purior ſubſtantia carnis in prolem deriuetur.* [30] PRIMORDII, *generis humani.* [31] CARO, *ſupple, formata eſt.* [32] VAPOR SPIRITVS, *halitus.* [33] INDE ERIT. *Proinde anima ſicut ex afflatu Dei primo homini indita fuit, ſic poſterorum anima ex calido ſpiritu, & flatu libidinoſo concupiſcentiæ, per humanum ſemen traducitur.* [34] COEGISSENT, *copulaſſent.* SVBSTANTIÆ [35] AMBÆ. *Anima & corpus in vno Adamo conflata & mixta.* [36] SVLCO ET ARVO SVO, *vaſi fœmineo, proprio ſeminis virilis exceptaculo.* [37] FORMAM TRADIDERVNT, *quæ ſcilicet, naturali ductu diceren tur, ſimul animam cum carne* A *in eodem ſemine, diuerſas licet natura, ſimul tamen effluere.* [38] EFFRVTICENT, *tanquam ſurculum ex arbore, aut vite propagent.* [39] OMNI CONDITIONI, *rei vegetatiuæ & ſenſitiuæ conditæ datum eſt à Deo vt ſibi ſimile, hoc eſt* ſecundum genus ſuum, *generare poſſit.* [40] EX VNO HOMINE. *Adam ſcilicet, de quo in Actis Apoſtolorum:* Ex vno fecit omne genus humanum, &c. *Inde peccatum in omnes iuxta Paulum, cum ſemine traductum.* [41] REDVNDANTIA, *multiplicatio, multitudo. Sicut apud Ezech. de multitudine Gentium conuertenda, & ad corpus Eccleſiæ augendum adducenda dicitur ipſi Eccleſiæ:* Inundatio camelorum operiet te. [42] REPROMISSIO SEGETIS. *Sicut ex bono ſemine copioſa meſſis expectatur: ſic ex vnius Adami ſemine, totius humani generis multi-* B *plicatio. Nec vana ſimilitudo; cum Chriſtus de hominibus dicat:* Meſſis quidem multa. Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem, & in tempore meſſis, dicam meſſoribus, &c. *Porro notat ſcripturam inſinuaſſe & prædixiſſe multiplicationem, dum vſa eſt verbo plurali, dicendo creſcite; cum prius in ſingulari, facturus opus vnum præpollens cæteris, videlicet hominem, ſingulari ſit vſus Deus, dicens,* faciamus hominem &c. *poſtea verò pluraliter ſit locutus, prædicens vniuerſam poſteritatem, dum ſubiunxit:* Et præſint piſcibus maris. *Sic apud 70. plurale legitur,* ἄρχετε. Principamini piſcium maris, & volatilium cœli.

5. [1] IN IPSO, *fœtu humano.* [2] EX IPSO, *patre.* C [3] A PRIMORDIO, *generis humani initio, in Adam.* [4] VNVM ESSE, *animæ & carnis ſemen.* IN [5] TOTVM EXAMEN, *vniuerſam poſteritatem.* [6] ÆMVLAS, *an ex aduerſo oppoſitas? immò, conſpirantes, cum æmulatione aliqua ſiue imitatione Philoſophorum Platonicorum, dicentium animas è cœlo lapſas, quos hæretici ſecuti ſunt velut diſcipuli, Valentinus, Saturninus, Carpocrates, & Apelles.* [7] VETERNOSVM, *veterem apud Platonem. de reciproco animarum recurſu, cuius meminit cap. 28.* quis ille nunc vetus ſermo apud memoriam Platonis? *Ita & Aug. de Symbolo ad Catechum. loquens de diabolo ſerpente veteri:* Scitote vos cum callido, antiquo, & veteroſo inimico ſuſcepiſſe certamen. S. Auguſt.

6. [1] SOCIETATEM, *ſimultaneam & indiuiſam* D *vtriuſque, cum ſemine transfuſionem.* A [2] CONCRETIONE, *à momento primo quo ſimul coaliti in eodem ſemine traducuntur in fœtum, vſque ad perfectam eius formationem.* [3] FIGMENTI, *quod ex primo luto deriuetur, opera ſummi figuli, de quo Paulus: Rom. 9. 20.* Numquid dicit figmentum ei qui ſe finxit: quid me feciſti ſic?

7. [1] EX SANCTIFICATO. *Ita Paulus 1. Cor. 7. 14.* Si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat virum: Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem, & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem: Alioquin filij veſtri immundi eſſent, nunc autem ſancti ſunt. *tranſlat. Syr.* mundi ſunt, *id* E *eſt legitimi & non ſpurij habentur; vel, mundi ſunt, propter exemplum bonum & inſtructionem parentum, qui ſe inuicem & liberos Deo lucrantur. Aug. lib. 1. de ſer. Do. in monte ſic poſtrema verba explicat:* Iam, *inquit,* erant paruuli Chriſtiani, qui ſiue authore vno ex parentibus, ſiue vtroque conſentiente ſanctificati erant. Quod non fieret, ſi vno credente diſſociaretur coniugium, & non toleraretur infidelitas coniugis vſque ad opportunitatem credendi. *Et lib. 3. ad Marcellinum.* Aut ſic accipiendum eſt, quod exempla iam præceſſerant & virorum quos vxores, & fœminarum quas mariti lucri fecerant Chriſto; & paruulorum ad quos faciendos Chriſtianos voluntas Chriſtiana etiam vnius parentis euicerat. Aut ſi, quod magis Apoſtoli verba videntur ſonare & quodammodo cogere, aliqua illic intelligenda S. Auguſt. S. Auguſt.

eſt ſanctificatio, qua ſanctificabantur vir vel mulier infidelis in coniuge fideli; Et qua ſancti naſcebantur filij fidelium. Sive quia in menſtruo cruore mulieris à concubitu continebat quicumque vir, vel fœmina, id in lege didicerat. Nam hoc Ezechiel inter illa præcepta ponit, quæ non figuratè accipienda ſunt, &c. Illud tamen ſine dubitatione tenendum eſt, quæcumque illa ſanctificatio ſit, non valere ad Chriſtianos faciendos, atque ad dimittenda peccata, niſi Chriſtiani, & Eccleſiaſticæ inſtitutione Sacramenti efficiantur fideles. Nam nec coniuges infideles, quamlibet ſanctis & iuſtis coniugibus adhæreant, ab iniquitate mundantur, quæ à regno Dei ſeparatos in damnationem venire compellit. Nec parvuli de quibuslibet ſanctis iuſtiſque procreati, originalis peccati reatu abſolvuntur, niſi in Chriſto fuerint baptizati; pro quibus tantò impenſius loqui debemus, quantò pro ſeipſis minus poſſunt. *SEMINIS PRÆROGATIVA, *quaſi vellet, ſanctum ſemen ex ſanctis in prolis ſanctæ generationem emitti. Sed melius dico, duplicem hic inſinuare ſanctitatem, primam ſancta, id eſt munda & legitima prolis, nullo facto divortio; alteram inſtructionis, per verba & exempla parentum iuſtorum.*

Nulla difficilior quæſtio, quàm quæ ſit de origine Animæ, maximè quod ſpectat ad peccatum originale, quod ſtatim conceptus & animatus fœtus humanus contrahit. Hieronymus quidem lib. 2. & 3. Apol. contra Ruffinum velut anceps loquitur, licet videatur magis inclinare in damnationem ſententiæ Tertulliani de animæ origine ex traduce. In Apol. autem ad Pammach. contra errores Ioannis Hieroſol. expreſſè dicat, ſententia Eccleſiaſtica definitum, Deum novas quotidie animas corporibus iam conceptis infundere, proferens in hanc cauſam Scripturæ locos ex Pſal. 32. Zach. 12. & Io. 5. Epiſtola tamen 99. ad Marcellinum & Anapſychiam cum moderatione ſcribit, videri ibi Eccleſiam id determinaſſe, ſed ſolutionem huius difficultatis S. P. Aug. ſententiæ relinquit ſoluendam, nihil audens certi definire, quòd legiſſet apud ipſum Auguſtinum in Epiſtolis eius ad ſe ſcriptis, in hac eum cauſa adhuc ancipitem hærere. Ego prætermiſſis multis locis, ſelectiores ex Auguſtino in hanc rem proferam, to. 3. lib. 7. de gen. ad lit. cap. 1.

5. Auguſt. Quia de Anima humana non parva quæſtio eſt, ad hunc eam librum differendam putavimus, neſcientes quantum nos Dominus adiuturus eſſet rectè loqui cupidos, illud tamen ſcientes, niſi quantum ipſe adiuvaret, rectè non eſſe locuturos. Rectè eſt autem veraciter, atque congruenter; nihil audaciter refellendo, nihil temerè affirmando, dum adhuc dubium eſt, verum falſumve ſit, ſive fidei, ſive ſcientiæ Chriſtianæ. Quod autem doceri poteſt, vel rerum ratione apertiſſima, vel ſcripturarum authoritate certiſſima, ſine cunctatione aſſerendo. *Et cum locum Geneſis protuliſſet, quo dicitur Deus in faciem Adæ ſufflaſſe ſpiraculum vitæ id eſt animam; tum cap. 2. refellit errorem eorum qui hoc loco abutentes, dicebant animam factam de ſubſtantia Dei.* Cùm

6. Auguſt. quidam ex hoc verbo crediderint aliquid eſſe animam de ipſa ſubſtantia Dei, id eſt eiuſdem naturæ cuius ille eſt, hoc ideo putantes, quia cùm homo ſufflat, aliquid de ſeipſo ejicit in flatu; hinc potius admonendi ſumus, hanc inimicam fidei Catholicæ reprobare ſententiam. Nos enim credimus Dei naturam atque ſubſtantiam quæ in Trinitate creditur à multis, intelligitur à paucis, omnino eſſe incommutabilem. Porro autem animæ naturam, vel in deterius, vel in melius commutari poſſe quis ambigit? Ac per hoc ſacrilega opinio eſt eam & Deum credere vnius eſſe ſubſtantiæ. Quid enim hoc modo aliud quàm & ille commutabilis creditur? Credendum itaque eſt, & intelligendum,

A neque vllo modo dubitandum quod recta fides habet, animam ſic eſſe à Deo, tanquam rem quam fecerit, non tanquam de natura cuius eſt Ipſe, ſive genuerit, ſive quoquomodo protulerit. *Capite autem 5.* Verum, *inquit,* ex eo quod omnino non erat, id eſt ex nihilo: an ex aliqua re quæ iam ab illo facta ſpiritalis erat, ſed anima nondum erat, meritò quæri poteſt. Si enim Deum adhuc aliquid ex nihilo creare non credimus, poſteaquàm creavit omnia ſimul; & ob hoc conſummatis omnibus operibus requieviſſe credimus; quæ inchoavit facere, vt quidquid deinde faceret, ex his faceret; non video quemadmodum intelligamus adhuc eum ex nihilo animas facere, &c. Aug.

Et lib. 10. de gen. ad lit. cap. 17. ex Sap. 8. ubi ſic de Aug.

B *ſe Sapiens loquitur:* Scriptum in libro Sapientiæ: puer eram ingenioſus, & ſortitus ſum Animam bonam: & cum eſſem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum. Cùm videatur illos adiuvare hoc teſtimonium qui non ex parentibus creari, ſed venire ad corpus, vel deſcendere, Deo mittente, animas dicunt; rurſus hoc impedit eorum ſententiam quod ait, ſortitus ſum Animam bonam; qui proculdubio vel ex vno fonte manare quodam modo tanquam rivulos, vel pari natura fieri animas credunt, quas Deus mittit in corpora; non autem alias bonas, vel magis bonas, & alias non bonas, vel minus bonas. Vnde enim bonæ, aut magis bonæ, ſeu non bonæ, aut minus bonæ animæ, niſi

C vel motibus ſecundùm liberum voluntatis arbitrium, vel differentia temperaturæ corporum, dum aliæ magis, aliæ minus gravantur corpore quod corrumpitur & aggravat animam? ſed neque actio erat aliqua ſingularum quarumque animarum, qua earum mores diſcernerentur antequam venirent ad corpora: nec ex corpore minus gravante potuit iſte dicere animam ſuam bonam, qui ait, ſortitus ſum &c. & cum eſſem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum. Acceſſiſſe enim dixit bonitati, quia bonus erat, ſortitus videlicet animam bonam, vt etiam ad corpus incoinquinatum veniret. Aliunde ergo bonus, antequam veniret ad corpus. Sed vtique non differentia morum, quia nullum antea

D vitæ geſtæ meritum. Non differentia corporis, quia prius bonus, quàm veniret ad corpus. Vnde igitur? *In quo videt opinionem eorum qui dicebant animas factas ante corpora, & de cælo in ea miſſas. Tum ſubijcit pro tenentibus animas ex traduce propagari, eundem locum Sap. multum facere:* Hoc autem, *inquit,* Aug. illis qui ex traduce animæ illius prævaricatricis animas creari aſſerunt, quamvis pro eis ſonare non videatur, quod dictum eſt, veni ad corpus: tamen in cæteris non incongruè coaptatur: vt cum dixiſſet: puer autem eram ingenioſus; idipſum explicans quibus cauſis ingenioſus eſſet, continuò ſubiungeret; & ſortitus ſum animam bonam, videlicet ex paterno ingenio, vel corporali temperamento.

E Denique cum eſſem, inquit, magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum: quod ſi maternum intelligatur, ne hoc quidem quod dictum eſt, veni ad corpus, huic opinioni refragabitur, cum ex anima & corpore paterno, veniſſe ad maternum corpus accipitur; incoinquinatum, videlicet vel à cruore menſtruo; dicuntur enim ex hoc ingenia gravari; vel à contaminatione adulterina. Ita & hæc verba libri huius, aut magis eis favent qui animarum traducem loquuntur, aut ſi & iſti ea poſſunt pro ſe interpretari, inter vtroſque alternant. *Tum verò de anima Chriſti hæc verba ſic exponit, cap. 18.* Quid Aug. ingenioſius illo puero, cuius in annis duodecim, ſeniores ſapientiam mirabantur? Et quid illa anima melius? &c. Et quid incoinquinatius illo

vtero virginis, cuius caro etiamſi de peccati propagatione venit, non tamen de peccati propagine concepit, &c. Corpus Chriſti quamvis ex carne fœminæ aſſumptum eſt, quæ de illa carnis peccati propagine concepta fuerat: tamen quia non ſic in ea conceptum eſt, quomodo fuerat illa concepta, nec ipſa erat caro peccati, ſed ſimilitudo carnis peccati, &c. Si à me quæratur vnde acceperit animam Ieſus Chriſtus, mallem quidem hinc audire meliores atque doctiores; ſed tamen pro meo captu libentius reſponderim, non de Adam, quàm de Adam. Si enim pulvis aſſumptus ex terra, in qua nullus hominum fuerat operatus, ſortitus eſt animam bonam, cùm illic erigeretur caſurus, hîc deſcenderet levaturus, (*quod de primo & ſecundo Adamo intelligit*) & fortaſsè ideo ait, (*ſapiens ſcilicet*) ſortitus ſum animam bonam: ſi tamen hoc de illo oportet intelligi, quia ſolent quæ ſorte dantur, divinitùs dari: aut, quòd fideliter dicendum eſt, ne vel illa anima (*nempe Chriſti*) aliquibus operibus præcedentibus ad tantum apicem ſubvecta putaretur, vt cùm ea Verbum caro fieret & habitaret in nobis, ad auferendam ſuſpicionem præcedentium meritorum, ſortis nomen acceſſit. *Sic Paulus*: Sorte vocati ſumus, in partem ſortis Sanctorum. *Ita & Aug. de tunica inconſutili Chriſti & indiviſa, exprimente charitatem, ex qua menſura bonitatis anima trahitur*: Ad tunicam, *inquit*, Domini ſorte perveni. *Non quòd Deo quid fortuitum ſit, ſed quòd nullo præcedenti merito gratia detur.*

Tandem eodem lib. 10. de Gen. ad lit. cap. 19. & 20. fusè tractat locum Pauli ad Hebr. 7. vbi Abraham tot à Deo benedictionibus cumulatus, à Melchiſedech benedicitur, & cùm haberet in lumbis Levi Patrem Sacerdotum decimas à fratribus ſuis accepturum, & ipſe decimas dedit Melchiſedech. In quo notat Chriſti Sacerdotium ſupra Leviticum elevatum. Quo loco etiam innuit adiuvari ſententiam credentium animas ex traduce propagari. Et concludit: Porro ſi non ſecundùm animam, ſed tantùm ſecundùm carnem accipimus Levi fuiſſe in Abraham, ibi erat & Chriſtus, quia & Chriſtus ſecundùm carnem, ex ſemine eſt Abrahæ, & ipſe itaque decimatus eſt. Quid eſt ergo quod affertur pro magna differentia Sacerdotii Chriſti à Sacerdotio Levi, quòd Levi decimatus eſt à Melchiſedech cùm eſſet in lumbis Abrahæ, vbi & Chriſtus erat, vnde pariter decimati ſunt? Niſi quia neceſsè eſt intelligamus ſecundùm aliquem modum ibi Chriſtum non fuiſſe. Quis autem neget eum ſecundùm carnem ibi fuiſſe? Ergo ſecundùm animam ibi non fuit. Non eſt igitur anima Chriſti de traduce prævaricationis Adæ, alioquin etiam ipſa ibi fuiſſet. *Tum fundamentum Tertullianiſtarum ex hoc ratiocinio ducit*: Hinc, *inquit*, exiſtunt illi qui traducem animarum defendunt, & dicunt confirmatam eſſe ſententiam ſuam, ſi Levi conſtat etiam ſecundùm animam fuiſſe in lumbis Abrahæ, in quo eum decimavit Melchiſedech, vt poſſit ab eo Chriſtus in illa decimatione diſcerni: qui quoniam decimatus non eſt, & tamen in lumbis Abrahæ ſecundùm carnem fuit, reſtat vt ſecundùm animam ibi non fuerit: & ideo ſit conſequens, vt ibi Levi ſecundùm animam fuerit. Hoc ad me non multum attinet, qui vtrorumque (*nempe dicentium animas è cœlo mitti, & aſſerentium ex traduce propagari,*) collationem adhuc audire ſum paratior, quàm vtrorumlibet confirmare ſententiam. Interim Chriſti animam ab origine huius traducis, per hoc teſtimonium (*Pauli ad Hebr. 7.*) ſecernere volui, &c. Nec Levi, nec Chriſtus in lumbis Abrahæ ſecundùm animam, ſecundùm carnem verò & Levi & Chriſtus: Sed Levi ſecundùm concupiſcentiam carnalem, Chriſtus autem ſecundùm ſolam ſubſtantiam corporalem. Cùm enim ſit in ſemine & viſibilis corpulentia, & inviſibilis ratio, (*id eſt modus, quo ex eo concipitur fœtus*) vtrumque cucurrit ex Abraham vel etiam ex ipſo Adam, vſque ad corpus Mariæ; quia & ipſum eo modo conceptum, & exortum eſt: Chriſtus autem viſibilem carnis ſubſtantiam de carne virginis ſumpſit; ratio verò conceptionis eius, non à ſemine virili, ſed longè aliter, ac deſuper venit, &c. Non ille ibi decimatus eſt, cuius caro inde non fervorem vulneris, ſed materiam medicaminis traxit. Nam cùm ipſa decimatio, (*oblatio decimarum ſpecies erat ſacrificij pro peccatis*) ad præfigurandam medicinam pertinuerit, illud in Abrahæ carne decimabatur, quod curabatur, (*cùm & ipſe Levi cæterique Sacerdotes ex Paulo deberent accipientes decimas, primùm pro ſuis delictis, in decalogum commiſſis hoſtias offerre; deinde pro populi*) non illud vnde curabatur. (*nempe corpus Chriſti, pro nobis oblati, quo curamur, ſicut & Levi. hoc enim fecit ſemel ſeipſum offerendo Ieſus Chriſtus.*) Eadem namque caro, non Abrahæ tantùm, ſed ipſius primi terrenique hominis, ſimul habebat & vulnus prævaricationis, & medicamentum vulneris. Vulnus prævaricationis, in lege membrorum repugnante legi mentis, quæ per omnem inde propagatam carnem ſeminali ratione quaſi tranſcribitur: medicamentum autem vulneris in eo quod inde ſine opere concupiſcentiali, in ſola materia corporali, per divinam conceptionis formationiſque rationem, de virgine aſſumptum eſt, propter mortis, ſine iniquitate conſortium, & ſine falſitate reſurrectionis exemplum, &c.

Tandem concludit cap. 23. Omnia, *inquit*, paria vel penè paria, ex vtroque latere (*duarum opinionum*) rationum, teſtimoniorumque monumenta pronuntiarem, niſi eorum ſententia, qui animas ex parentibus creari putant, de baptiſmo parvulorum præponderaret, &c. Sufficiat fidei noſtræ ſcire nos quò piè vivendo venturi ſumus, etſi neſciamus vnde venerimus: aut ſi non impudenter æſtuat anima rationalis, etiam hoc noſſe de ſeipſa, abſit pervicacia contendendi, adſit diligentia requirendi, humilitas petendi, perſeverantia pulſandi, vt ſi nobis hoc expedire novit, qui melius quàm nos, quid nobis expediat vtique novit, det etiam hoc, qui novit dare bona data (*id eſt dona*) filiis ſuis. *Et Epiſt. 99. ad Evodium*: Si omnium hominum animæ ex illa vna ſint quæ inſufflata eſt primo homini per quem peccatum introivit in mundum &c. aut non eſt inde anima Chriſti, quoniam nullum habuit omnino peccatum vel originale, vel proprium, &c. Neque enim abſurdum eſt, vt qui primo homini animam creavit, crearet & ſibi: aut ſi & ipſa inde eſt, eam ſuſcipiendo mundavit, vt ſine vllo prorſus peccato vel perpetrato, vel traducto ad nos veniens, de virgine naſceretur. Si autem animæ non ex illa vna propagantur, & ſola ex Adam caro trahit originale peccatum, ita ſibi creavit animam Dei filius, vt cæteris creat, quam non tamen carni peccati miſcuit, ſed ſimilitudini carnis peccati. Sumpſit enim ex virgine veram quidem carnis ſubſtantiam, non tamen peccati carnem, quia non ex carnali concupiſcentia ſive ſeminatam, ſive conceptam, mortalem ſanè, ac per ætates mutabilem, tanquam carni peccati, ſine peccato, ſimillimam. Ac per hoc, quæcumque de anima opinio vera ſit, & quarum nullam temerè affirmare adhuc audeo, niſi tantùm illam repudiare, qua creduntur animæ pro meritis neſcio quorum ſuperiorum actuum ſuorum, ſingulæ in ſingula corpora tanquam in carceres trudi, certè anima Chriſti, non ſolùm immortalis, ſecundùm cæterorum naturam, ſed etiam nullo mortificata

S. Auguſt:

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

A peccato, vel damnatione punita eſt. *Epiſt. autem* S. Auguſt. *157. ad Optatum Epiſcopum proponit factam ſibi quæſtionem his verbis*: Vtrum animæ, vt corpora, propagatione naſcantur, ſintque ex illa vna, quæ primo homini creata eſt; an Creator omnipotens, qui vtiq; vſque nunc operatur, ſine vlla propagatione novas faciat ſingulis propriat. *Se adhuc ancipitem fatetur, modò quod eſt de fide firmiter teneatur. Omnes homines in Adam peccaſſe. Et concludit*: Vnde, ſi origo animæ lateat, dum tamen redemptio clareat, periculum non eſt. Neque enim in Chriſtum credimus vt naſcamur, ſed vt renaſcamur, *mortui ſcilicet in peccato originali, ſimul ac nati, damnati; dicente Paulo, quod iudicium ex vno in condemnationem in omnes homines* quomodocumque nati fuerimus. B Hactenus autem dicimus ſine periculo latere animæ originem, vt non tamen eam partem Dei eſſe credamus, ſed creaturam: nec de Deo natam, ſed ab illo factam, atque in eius genus adoptandam mirabili dignatione gratiæ, non parili dignitate naturæ. Nec eam corpus eſſe, ſed ſpiritum, non Creatorem vtique, ſed creatum. Nec ideo veniſſe in hoc corpus corruptibile quo gravatur, quòd illuc eam vitæ in cœleſtibus, vel in quibuſlibet aliis partibus mundi antea malè geſtæ merita compulerunt. Nondum enim natos Apoſtolus, cùm de Rebeccæ geminis loqueretur, nihil egiſſe dicit boni, vel mali; vt non ex operibus, quibus nullis alter diſtinguebatur ab altero, ſed ex vocante diceretur, minori ſerviturum eſſe maiorem, &c. *Et rurſum ibidem*: C Illi qui animas ex vna propagari aſſerunt, quam Deus primo homini dedit, atque ita eas ex parentibus trahi dicunt, ſi Tertulliani opinionem ſequantur, profectò eas non ſpiritus, ſed corpora eſſe contendunt, & corpulentis ſeminibus exoriri. Quo perverſius quid dici poteſt? Neq; hoc Tertullianum ſomniaſſe mirandum eſt, qui etiam ipſum Creatorem Deum non eſſe niſi corpus opinatur. Qua dementia repulſa à corde, atque ore Chriſtiano, quiſquis animam ſicuti eſt, non eſſe corpus, ſed ſpiritum confitetur, & tamen in filios ex parentibus duci, in eo quidem nullis coarctatur anguſtiis, quòd omnes animas etiam parvulorum, quoa Eccleſia, non vtique in falſa, ſed in vera peccatorum remiſ- D ſione baptizat, vera fides prædicat trahere originale peccatum propria primi hominis voluntate commiſſum, & in omnes poſteros generatione tranſmiſſum, ac ſola regeneratione purgandum. Sed cùm conſiderari & pertractari cœperit quid dicatur, mirum ſi vllus ſenſus comprehendit humanus, quonam modo tanquam lucerna de lucerna accendatur, & ſine detrimento alterius, alter inde ignis exiſtat; ſic anima, de anima parentis fiat in prole, vel traducatur in prolem: vtrum incorporeum ſemen animæ, ſua quadam occulta & inviſibili via ſeorſum ex patre currat in matrem, cùm fit conceptus in fœmina: An quod eſt incredibilius, in ſemine corporis lateat. Cùm autem fluunt irrita E ſine vllis conceptibus ſemina, vtrum ſemen animæ non ſimul exeat; an ſumma celeritate atque atomo temporis, vnde exierat, recurrat, an pereat: Et ſi perit, quomodo ipſa, cuius mortale ſemen eſt, immortalis eſt anima? An immortalitatem tunc accipit, quando formatur vt vivat; ſicut iuſtitiâ, quando formatur vt ſapiat: & quo pacto eam Deus fingit in homine, etiamſi anima ſeminaliter trahatur ex animâ, ſicut fingit in homine corporis membra, quamvis corpus ſeminaliter trahatur ex corpore, &c. Quis autem negat non vnius tantùm, ſed omnis animæ Creatorem Deum atque factorem, niſi qui eius eloquiis apertiſſime refragatur? Sine vlla quippe ambiguitate per Prophetam (*Eſaiam 42.* & 57.) dicit: omnem flatum ego feci, animas videlicet intelligi volens quod verba conſequentia maniſeſtant. Non itaque vnum quem facto ex terra homini primo inſpiravit, ſed omnem flatum ipſe fecit, ipſe adhuc facit. Quæritur tamen vtrum omnem flatum, ex illo vno flatu, ſicut omne corpus homini ex vno illo corpore faciat; an verò nova quidem corpora faciat ex vno, animas autem novas ex nihilo. Quis enim congrua ſuis originibus genera rerum etiam de ſeminibus facit, niſi qui ipſa ſemina ſine ſeminibus fecit? &c.

Subiicit duos Scripturæ locos pro opinione eorum qui non ex propagine, ſed ex nihilo à Deo creari animas dicunt. Aug. Qui fingit ſpiritum hominis in ipſo, &, qui finxit ſingillatim corda hominum, &c. Vtrum cum fingit, ex alio fingat, an ex nihilo, incertum eſt. Illud tamen inter cætera teſtimonium mihi videtur eſſe præcipuum quod in libro Salomonis Eccle. 12. legitur: & revertetur pulvis in terram ſicut erat, & ſpiritus revertetur ad Deum qui dedit eum. Sed facilè reſpondetur: corpus in terram de qua factum eſt primum hominis corpus, & Spiritus ad Deum à quo facta eſt prima hominis anima. Sicut enim noſtrum corpus, inquiunt, quamvis ex illo primo corpore propagatum ſit, eò tamen redit vnde ipſum primum corpus effectum eſt: ſic anima noſtra, quamvis ex illa anima propagata, non ad nihilum, quia immortalis eſt, ſed ad illum redit à quo ipſa prima anima facta eſt. *Deinde pro eorum ſententia refert illud Gen. 46*: Omnes animæ quæ introierunt cum Iacob in Ægyptum, qui exierunt de femoribus eius, hoc enim velut evidentiſſimo teſtimonio poſſunt credi animæ in filios ex parentibus propagari, quoniam ſatis apertè dictum videtur, animas etiam de femoribus Iacob, non ſola exiſſe corpora filiorum. *Sed reſpondet animas ſignificare corpora ſicut Num. 19. lex inquinari dicit eum qui intraverit ſuper animam mortuam, hoc eſt ſuper defuncti cadaver, &c. Tandem concludit de anima Chriſti*: Si nulla anima propagatur ex altera, vbi omnes tenentur propagata carne peccati, quanto minus credendum eſt ex propagine peccatricis animam venire potuiſſe, cuius caro venit ex virgine, non libidine concepta, ſed fide; vt eſſet in ſimilitudine carnis peccati, non in carne peccati. Si autem peccato primæ animæ peccatricis ideo cæteræ tenentur obnoxiæ, quia ex illa ſunt propagatæ; profectò illa quam ſibi vnigenitus coaptavit, aut peccatum inde non traxit, aut omnino inde non tracta eſt. Neque enim non potuit Animam ſibi trahere ſine peccato, qui ſolvit noſtra peccata: aut qui novam creavit ei carni quam ſine parente fecit ex terra, non potuit novam creare carni quam ſine viro ſumpſit ex femina. *Idem Aug. to. 7. lib. 3. de peccat. meritis & remiſſ. cap. 10. ſic inducit Pelagianos loquentes.* Si anima non eſt ex traduce, ſed ſola caro, ipſa tantùm habet traducem peccati, & ipſa ſola pœnam meretur. Aug. Hoc enim ſentiunt, *inquit, Auguſtinus*, iniuſtum eſſe dicentes vt hodie nata anima non ex maſſa Adæ, tam antiquum peccatum portet alienum, (*quod iiſdem penè verbis habet circa finem Epiſtola 157. ad Optatum, vbi & refert Pelagium & Celeſtium à duobus venerabilibus Antiſtitibus Apoſtolicæ Sedis Papa Innocentio, & Papa Zozimo condemnatos.*) Attende obſecro te (*Marcellinum alloquitur, ad quem tres hos libros ſcripſit*) quemadmodum circumſpectus vir Pelagius, nam ex eius libro hæc quæ modo poſui verba tranſcripſi, ſenſit quam in difficili de anima quæſtione verſetur. Non enim ait, quia anima non eſt ex traduce: ſed, ſi anima non eſt ex traduce. Rectiſſimè faciens de re tam obſcura, de qua nulla in Scripturis Sanctis certa & aperta

teſtimonia poſſumus invenire, aut difficillimè poſſumus, cunctanter loqui potius, quam fidenter. Quapropter ego quoque huic propoſitioni non præcipiti aſſertione reſpondeo. Si anima non eſt ex traduce, ergo quæ iſta iuſtitia eſt, vt recens creata, & ab omni delicto prorſus immunis, ab omni peccati contagione penitus libera, paſſiones carnis diverſoſque cruciatus, & quod eſt horribilius, etiam dæmonum incurſus in parvulis ſuſtinere cogatur? Neque enim aliquid horum caro ſic patiatur, vt non ibi anima potius qua vivit & ſentit, pœnas luat. Hoc enim ſi iuſtum oſtenditur, ſic etiam oſtendi poteſt, qua iuſtitia in carne quoque peccati ſubeat originale peccatum, baptiſmatis Sacramento, & gratiæ miſeratione mundandum. Si autem illud oſtendi non poteſt, neque hoc poſſe arbitror. Aut ergo vtrumque occultum feramus, & nos homines eſſe meminerimus, aut aliàs aliud de anima opus ſi neceſſe videbitur cautelâ ſobriâ diſputando moliamur. *Subycit certò tamen tenendum ex Paulo Rom. 9. multiſque aliis apertiſſimis Scripturæ locis, in Adam omnes peccaſſe & mori. Sed licet nihil hic certi determinet, ſatis præcedenti Scholio declaravit animam ex nihilo, non ex ſubſtantia Dei, neque ex anima primi parentis in poſteros propagata, ſed omnino ex nihilo omnem creari. Vide ſupra dicta Scholio præcedenti.*

Et tomo 7. l. 1. de Orig. Animæ ad Renatum, c. 13. vbi tractat de errore Vincentij Victoris. Ad hoc peccatum (*originale ſcilicet*) ſubeundum, cur damnata ſit (*anima infantis*) quærimus, ſi non ex illa vna trahitur, quæ in generis humani primo patre peccavit? Quamobrem, ſi Deus non damnat innocentes, nec facit nocentes quos proſpicit innocentes; & ſi animas non liberat ſive ab originalibus, ſive à propriis peccatis, niſi in Eccleſia Chriſti baptiſmus Chriſti; & ſi animę ante carnem nullum habuerunt omnino peccatum; & ſi peccata, antequam committantur, & multo magis quæ nunquam commiſſa ſunt, damnari iuſta lege non poſſunt, &c. parvulorum animæ, quæ ſine baptiſmo exeuntes, in damnationem mittuntur, quo merito in carnem peccatricem, quæ nihil peccaverunt miſſæ ſunt, vt illic invenirent peccatum, propter quod meritò damnarentur? &c. Quantò melius teneat (*dictus Vincentius*) de animæ origine cunctationem meam, ne audeat affirmare, quod nec humana ratione, nec divina authoritate (*id eſt textu expreſſo Scripturæ, vel traditione Apoſtolica, vel Concilio Oecumenico*) defendit; ne cogatur inſipientiam profiteri, dum veretur ignorantiam confiteri. *Orta porro eſt hæc quæſtio propter Origenem, tenentem animas in cælo peccaſſe, ſicut Angelos, & adeo in corpora, tanquam in carcerem detruſas. Quæ quidem de anima origine quæſtio difficillima viſa eſt Gregorio Naz. vt fatetur carmine de anima. Cuius ſolutionem à ſe petentem Oroſium, miſit D. Auguſtinus Hieroſolymam ad S. Hieronymum; cui etiam confitetur Epiſt. 28. vt & 2. retract. cap. 56. ſe veram ſolutionem ignorare. Quid quod, vt liquet ex S. Gregorij Papæ Epiſt. 53. indeciſa remanſit, adeo vt nec ipſe definitivam de origine animæ auſus ſit ferre ſententiam. quam tandem*

A *dem pronuntiavit Leo 10. in Concilio Lateranenſi quinto Oecumenico, a Iulio 2. inchoato, & continuato vſque ad Seſſionem quintam incluſive. qua perfecta Anno 1513. Indictione prima, die Lunæ 26. menſis Februarij ex hac luce migravit, cuius ſucceſſor Leo 10. dicto Concilio præſidens, ſic edixit Seſſione 8.* Cùm diebus noſtris, quod dolentes referimus, zizaniæ ſeminator, antiquus humani generis hoſtis, nonnullos perniciosiſſimos errores, a fidelibus ſemper exploſos, in agro Domini ſuperſeminare, & augere ſit auſus, de natura præſertim animæ rationalis, quod videlicet mortalis ſit, aut vnica cunctis hominibus: & nonnulli temerè Philoſophantes, ſecundum ſaltem Philoſophiam, verum id eſſe aſſeverent: contra huiuſmodi peſtem opportuna remedia adhibere cupientes, B hoc Sacro Approbante Concilio, damnamus & reprobamus omnes aſſerentes animam intellectivam, mortalem eſſe, aut vnicam in cunctis hominibus, & hæc in dubium vertentes: Cum illa non ſolùm verè per ſe & eſſentialiter, humani corporis forma exiſtat, ſicut in Canone felicis recordationis, Clementis Papæ quinti prædeceſſoris noſtri, in Generali Viennenſi Concilio edito continetur: verùm & immortalis, & pro corporum, quibus infunditur multitudine, ſingulariter multiplicabilis, & multiplicata, & multiplicanda ſit. Quod manifeſtè conſtat ex Evangelio, cùm Dominus ait, animam autem occidere non poſſunt. Et alibi; qui odit C animam ſuam in hoc mundo &c. Et etiam cum æternam vitam, & æterna ſupplicia pro merito vitæ iudicandis repromittit. Alias incarnatio, & alia Chriſti myſteria nobis minimè profuiſſent: nec reſurrectio expectanda foret, ac ſancti & iuſti miſerabiliores eſſent iuxta Paulū omnibus hominibus. Cúmque verum vero minimè contradicat, omnem aſſertionem veritati illuminatæ fidei contrariam, omnino falſam eſſe definimus, & vt aliter dogmatizare non liceat, diſtrictius inhibemus, omneſque huiuſmodi erroneis aſſertionibus inhærentes, tanquam hæreticos vitandos & puniendos fore decernimus. Inſuper omnibus & ſingulis Philoſophis in vniverſitatibus ſtudiorum Generalium, & alias D publicè legentibus diſtrictè præcipiendo mandamus, vt cùm Philoſophorum principia, aut concluſiones, in quibus à recta fide deviare noſcuntur, auditoribus ſuis legerint, ſeu explanaverint. quale hoc eſt de animæ mortalitate, aut vnitate, & mundi æternitate, ac alia huiuſmodi; teneantur eiſdem veritatem religionis Chriſtianæ omni conatu manifeſtare facere, & perſuadendo pro poſſe docere, ac omni ſtudio huiuſmodi Philoſophorum argumenta, cùm omnia ſolubilia exiſtant, pro viribus excludere, atque reſolvere, &c. hac ſalutari conſtitutione ordinamus & ſtatuimus, ne quiſquam de cætero in ſacris Ordinibus conſtitutus, Sęcularis, E vel Regularis, aut aliàs ad illos a iure arctatus, in ſtudiis generalibus, vel alibi, publicè audiendo, Philoſophiæ aut Poëſis ſtudiis, vltra quinquennium, poſt Grammaticam, & Dialecticam ſine aliquo ſtudio Theologiæ, aut Iuris Pôtificij incumbat.

ANIMÆ SEXVS.

De Ani. cap. 36. à p. ad f.

ANIMA in vtero ſeminata [1] pariter cum carne, pariter cum ipſa ſortitur & ſexum, ita pariter, vt in [2] cauſa ſexus, [3] neutra ſubſtantia [4] teneatur. Si enim in ſeminibus vtriuſque ſubſtantiæ, aliquam interſtitium eorum conceptus admit-

teret, vt aut caro, aut anima prior ſeminaretur, eſſet [5] etiam ſexus proprietatem alteri ſubſtantiæ adſcribere per temporalem intercapedinem ſeminum; vt aut caro animæ, aut anima carni inſculperet ſexum: quoniã & Apelles, non [6] pictor, ſed hæreticus, antè corpora conſtituens animas viriles ac muliebres, ſicut ab Philumena didicit, vtique carnem vt poſteriorem ab anima facit accipere ſexum. Et qui animam poſt partum carni [7] ſuperducunt, vtique antè formatæ, marem aut feminam, de carne, ſexum, præjudicant animæ. [8] Vtriuſque autem ſubſtantiæ indiſcreta ſemina, & vnita [9] ſuffuſio eorum, communem [10] ſubeunt generis eventum, quà [11] lineas duxerit, quæcunque illa eſt ratio naturæ. Certè & hîc ſe primordiorum forma [12] teſtatur, cùm maſculus temporiùs effingitur: prior enim Adam: femina aliquantò ſeriùs, poſterior enim Eua. Ita [13] diu caro [14] informis eſt, qualis ex Adæ latere [15] decerpta eſt; animal [16] tamen & ipſa iam, quia & illam tunc Adæ portionem animatam agnoſcam: cæterùm [17], & ipſam Dei adflatus animaſſet, ſi non vt carnis, ita & animæ ex Adam tradux fuiſſet in fœmina.

De Animæ ſexu. Schol.

PARITER [1], *id eſt ſimul in eodem ſemine contenta cum carne.* [2] IN CAVSA SEXVS, *quantum attinet ad rationem qua diximus animam vna cum carne ſeminatam & traductam in prolem, in eodem momento quo concipitur fœtus, ſimul cum carne eſſe ſortitã, vtpotè conformatã lineamentis corporis, & membris eius coeffigiatã; vt ſit fœminea, vel virilis.* [3] NEVTRA SVBSTANTIA, *anima, & carnis.* [4] TENEATVR, *lege temporis: ita vt vna prius, altera poſterius ordine temporis efformetur.* [5] ESSET ETIAM, *locus dicendi, propter temporis intervallum, vt caro animæ, vel anima carni imprimeret diverſitatem ſexus.* [6] NON PICTOR, *qui contemporaneus Alexandro Magno, pictor egregius; hic autem cognomenis Tertulliani fuit hæreticus, qui animas ante corporis ingreſſum, iam viriles aut fœmineas eſſe, à ſcorto ſuo Philomena didicerat, carnem vt poſteriorem natu, docebat ab anima ſexus diverſitatem accipere.* [7] ET QVI ANIMAM SVPERDVCVNT *contra hos tractaverat cap. 25. qui putant animari fœtum primâ reſpiratione aeris, cum ex vtero matris progreditur, præiudicium ſumunt ex carne fœminea, vel maſcula, de ſexu animæ; vt videlicet caro prius facta, ſit modulus, cui in ſexu debeat anima conformari.* [8] VTRIVSQVE SVBSTANTIÆ, *animæ & carnis.* [9] VNITA SVFFVSIO, *contemporanea infuſio.* [10] COMMVNEM EVENTVM, *vt ſimul anima cum carne hunc vel illum ſexum ſortiatur.* [11] QVA LINEAS DVXERIT, *quocumque tandem ſexu fœtum ſcalpi aut delineari naturæ ratio, vel Dei voluntas præſcripſerit.* [12] HIC TESTATVR, *in teſtimonium adducitur, huius rei teſtis eſt productio primorum parentum; dum nunc in poſteris videmus marem fœtum ſicut Adam, citius efformari, quàm fœminam, ſicut Euam.* [13] ITA, &c. *caro fœminea tardius perficitur, ſed tamen animatam agnoſco ſi ex prima fœminæ animatione, cæterarum quoque animatio æſtimanda ſit.* [14] DIV CARO INFORMIS, *ſemella enim intra octoginta dies formatur; cum ſexus virilis ſpatium quadraginta dierum tantum exigat.* [15] QVALIS DECERPTA EST, *à Deo ſumpta coſta Adæ.* [16] ANIMAL TAMEN, *iam animata erat coſta, dum eſſet in Adami corpore.* [17] CÆTERVM ET IPSAM &c. *Deus, inquit, inſufflaſſet in faciem mulieris ex coſta factæ, ſicut in Adami faciem inſufflaverat, vt & ipſa fieret in animam viventem; niſi coſtam eam animatam, ex Adam, ad formationem Euæ perfectam tranſtuliſſet.*

De Animæ ſexu, & an Eva, cæteræque mulieres virilem animam aut fœmineam habeant, & an Eva eiuſque poſteræ ad imaginem Dei factæ ſint, & vnde hic error in mentem Tertulliani venerit diſcutiamus. Ac A *primò quidem quod occurrit, dicam, videri Moyſem in aliquo, & quodammodo Tertulliani favere ſententiæ, Gen. 1. 27. vbi ait:* Et creavit Deus hominem ad imaginem ſuam: ad imaginem Dei creavit illum, maſculum & fœminam creavit eos. *Quod omnes pariter verſiones habent, quam imaginem ſtultè Audæus author hæreſis Antropomorphitarum in corpore poſuit, Deumque falsò corporeum eſſe ſuppoſuit: ſicut Oleaſter & Eugubinus in Coſmopœia putant Deum induiſſe formam humanam, vt ſecundum eam fingeret hominem. Imaginem autem Dei, Chriſtum acceperunt Cyrillus lib. 1. cont. Iulianum, Hilarius, & Theodoret. & Tertull. à nobis relatus & explicatus in Omniloquio, Chriſti humanitatem, ideam vult fuiſſe, & formam expreſſam,* B *quam præ oculis Deus habebat, cùm corpus Adami de limo formaret. Vt ſic dicatur homo factus ad imaginem Dei, quia Chriſtus eſt Deus, Dei Filius, & imago eius. Sed nec Adam nec ipſe Chriſtus ſecundum corpus imago Dei abſque blaſphemia dici poteſt. Quia Ioannis 4.* Deus ſpiritus eſt, *& non corpus. Secundò videri hunc locum pro ſententia Platonis facere, qui in Sympoſio aſſeruit primos homines fuiſſe Androgynos, hoc eſt ſimul vtrumque ſexum habentes, ſiue hermaphroditas. Dictum eſt enim,* maſculum & feminam creavit eos. *Hoc & notavit Aug. lib. 12. de Trinit. cap. 6.* Quidam timuerunt dicere; fecit eum maſculum & feminam, ne quaſi monſtruoſum aliquid intelligeretur, ſicuti ſunt quos hermaphroditas vocant; cum etiam C ſic non mendaciter poſſit intelligi vtrumque. (*Adã & Eua*) in numero ſingulari, propter id quod dictum eſt: duo in carne vna. (*caro enim Eua, caro erat Adami*). Cur ergo, vt dicere cœperam, in natura hominis ad imaginem Dei facta, præter maſculum & feminam non commemorat Scriptura *tertiam perſonam, Filium ſcilicet ex vtroque natum; vt Adam repræſentet Patrem ſine patre, Eua filium ex patre natum eiuſque ſubſtantia, ex eius vtero genitum; Filius, Spiritum Sanctum ex vtroque procedentem.*) Ad implendam quippe imaginem Trinitatis debuit addere & filium, quamvis adhuc in lumbis Patris conſtitutum, ſicut mulier erat in latere. An fortè D iam facta erat & mulier, & Scriptura brevi complexione conſtrinxerat, quod poſtea quemadmodum ſit factum, diligentius explicaret; & propterea filius commemorari non potuit, quia nondum erat natus? quaſi & hoc non poterat ea brevitate complecti Spiritus Sanctus, ſuo loco poſtea natum filium narraturus, ſicut mulierem de latere viri aſſumptam ſuo poſtmodum loco narravit; & tamen hic eam nominare non prætermiſit. Aug.

Non

Non itaque ita debemus intelligere hominem factum ad imaginem ſummæ Trinitatis, hoc eſt ad imaginem Dei, vt eadem imago in tribus intelligatur hominibus; præſertim cùm Apoſtolus virum dicat eſſe imaginem Dei, & propterea velamentum ei capitis demat, quod mulieri adhibendum monet. Aug. *Et ibid. cap. 7.* Sicut non ſolum veraciſſima ratio, ſed etiam ipſius Apoſtoli declarat authoritas, non ſecundum formam corporis homo factus eſt ad imaginem Dei, ſed ſecundum rationalem mentem. Cogitatio quippe turpiter vana eſt, quæ opinatur Deum membrorum corporalium lineamentis circumſcribi atque definiri. Porro autem, nonne idem B. Apoſtolus dicit Epheſ. 4. renovamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite novum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt? Et alibi apertius: (*Coloſſ. 3.*) exuentes vos, inquit, veterem hominem cum actibus ſuis, & induite novum, qui renovatur in agnitione Dei ſecundùm imaginem eius qui creavit eum. Si ergo ſpiritu mentis noſtræ renovamur, & ipſa eſt novus homo qui renovatur in agnitione Dei ſecundùm imaginem eius qui creavit eum, nulli dubium eſt, non ſecundùm corpus, neque ſecundùm quamlibet animi partem, ſed ſecundùm rationalem mentem, vbi poteſt eſſe agnitio Dei, hominem factum ad imaginem eius qui creavit eum. *Hæc ex Auguſtino poſitus, liquet & feminam ad imaginem Dei factam, quia ſpiritum & mentem rationalem accepit; & imaginem Dei non in corpore, ſed anima exiſtere; nec Scripturam voluiſſe primos parentes fuiſſe Androgynos, & id cenſentes abuti Scriptura ſancta, dicente:* maſculum & feminam creavit illos. *Per anticipationem enim ſecundùm Scriptura uſum hic locutus eſt Moyſes; de Eua enim antequam formaretur, dixit vt vtrumque ſexum ad imaginem Dei factum doceret;* maſculum & feminam creavit eos. *Hoc eſt Adamum maſculum, & Euam fœminam. De qua ex latere Adæ dormientis educta coſta, & in mulierem ædificata tractat, cap. 2. verſu 22. Aliqui autem Rabini quos ſecutus eſt F. Georgius to. 1. problemate 29. dicunt Adam & Euam ſimul à Deo ſic creatos, vt initio ſibi invicem adhærerent: fortè ob id quod ſequitur in textu verſu 24. vbi ſic ipſe Adam loquitur:* Adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. *Sed poſtea Deum eos ab invicem ſeparaſſe. Sed hoc expreſſè contradicit textus Gen. 2. 18.* dixit quoque Dominus Deus: Non eſt bonum eſſe hominem ſolum, *ſolum enim hominem formaverat, ibidem verſu 7. de limo terræ, & inſpiraverat in faciem eius ſpiraculum vitæ, de cuius latere poſtea educta coſtâ, & ſeparatâ, formavit Euam.*

Tertiò eandem coſtam, vt hic habet Tertullianus, iam animatam fuiſſe, antequam eam Deus extraheret, & proinde Euæ animam fuiſſe originaliter in Adam, qui aliquatenus velut maſculus, & femina ſimul, non tantùm corporum, ſed & animarum omnium poſterorum ſicut & ipſius Euæ ſemen in ſe contineret, ex quo maſculi & mulieres, tam animæ, quàm corporis ſexu diverſo, formarentur ex traduce. Aug *Auguſtinus to. 3. lib. 10. de Gen. ad lit. cap. 1.* Quia, *inquit,* de carne mulieris quemadmodum facta ſit, Scriptura narravit, tacuit autem de Anima, multo magis nos fecit intentos, vt de hoc diligentius inquiramus, quonam modo refelli poſſint, ſive non poſſint, qui credunt animam de anima hominis, ſicut carnem de carne fieri, à parentibus in filios vtriuſque rei transfuſis ſeminibus, &c. Quoniam primò Adam formatus eſt, deinde Eva: Et ille quidem vnde habuerit corpus, vnde animam, dictum eſt; corpus videlicet pulverem terræ, animam verò flatum Dei: ac illa de illius latere cùm facta dicatur, non dicitur quòd eam Deus flando ſimiliter animaverit, tanquam vtrumque de illo ductum ſit, qui iam fuerat animatus, &c. Quapropter ideo tacitum eſt, inquiunt, quod in eius faciem flaverit Deus, quia illud verum eſt, quòd & anima ex homine propagata eſt. Huic ſuſpicioni facilè occurritur. Si enim propterea putant animam mulieris ex anima viri factam, quia non ſcriptum eſt quod in mulieris faciem flaverit Deus; cur credunt ex viro animatam feminam, quando ne id quidem ſcriptum eſt? &c. Proinde quia non dixit ex anima viri factam eſſe animam mulieris, convenientius creditur eo ipſo nos admonere voluiſſe, nihil hîc aliud putare, quàm de viri anima noveramus; id eſt ſimiliter datam eſſe mulieri (*per afflatum, vnde & Malach. 2. 15. Nonne vnus fecit & reſiduum ſpiritus eius eſt?*) cùm præſertim eſſet evidentiſſimæ occaſionis locus, vt ſi non tunc quando formata eſt, poſtea certè diceretur vbi ait Adam, hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Quantò enim charius amantiuſque diceret, & anima de anima mea? *quod & advertit Ep. 157. ad Optatum.* Vt, *inquit,* S. Auguſt. eo modo etiam illud intelligi velint, (*credentes animam ex traduce*) à patre totum, quod dixit Adam, cùm illi mulier eius oſtenderetur. Hoc nunc os &c. Non enim dixit & anima de anima mea: ſed ita fieri poteſt, vt carne nominata vtrumque intelligatur. *Sed enim anima ſit imago Dei, & Sanctiſſimæ Trinitatis, in qua ſexuum diverſitas non eſt, nec Pater ad generationem Verbi, nec cum Filio vnicum idemque principium Spiritus Sancti, adiutorium ſimile, ſive vxorem habeat, ſexu diverſam; nec Trinitas, cuius ex Auguſtino indiviſa ſunt opera ad extra; Hermogenis materia quaſi femella ſibi coæva eguerit ad creationem mundi; proinde anima ad imaginem Dei facta, ſexus differentiam non admittit. Quod ſi quæras, an Eua facta ſit ad imaginem Dei, cum expreſſam non ediderit Moyſes de ea ſententiam; dico quartò, Paulum videri etiam excludere mulierem à gloria imaginis. Nam 1. Cor. 11. 7.* Vir quidem, *inquit,* non debet velare caput ſuum, quoniam imago & gloria Dei eſt, (*quæ vtique abſcondenda non eſt, ſed revelanda,*) mulier autem gloria viri eſt. *Cur enim non dixit etiam mulierem eſſe imaginem Dei? an quia anima eius carnis lineamentis configurata, femella erat, nec proinde Deum tanquam imago referebat?*

S. Auguſt. *Auguſtinum circa hanc quæſtionem differentem audiamus, to. 3. lib. 12. de Trinit. cap. 7. vbi præſcripto hoc Pauli loco ſic fatur:* Quid dicemus, *inquit,* ad hæc? ſi pro ſua perſona mulier adimplet imaginẽ Trinitatis, cur eâ detractâ de latere viri, adhuc ille imago dicitur? aut ſi & vna perſona hominis, ex tribus (*tres præcedenti capite perſonas dixerat repræſentare Trinitatẽ, Adam, Euam, & filium primigenitum; non quod iam creata eſſent, præter Adam duæ aliæ perſonæ, ſed quia Eua in latere viri erat, & filius in lumbis eius,*) poteſt dici imago Dei, ſicut in ipſa ſummâ Trinitate, & vnaquæque perſona Deus eſt; Cur & mulier non eſt imago Dei? Nam & propterea caput velare præcipitur. quod ille, quia imago Dei eſt, prohibetur. Sed videndum eſt quomodo non ſit contrarium quod dicit Apoſtolus, non mulierem, ſed virum eſſe imaginem Dei. huic quod ſcriptum eſt in Geneſi, fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum, maſculum & fœminam fecit eos, & benedixit eos. Ad imaginem Dei quippe naturam ipſam humanam (*per nomen hominis ſignificatam*) factam dicit, quæ ſexu vtroque completur, nec ab intelligenda imagine Dei ſeparat feminam. Dicto enim quod fecit Deus hominem, ad imaginem Dei, fecit eum, inquit, maſculum & feminam: vel certè alia diſtinctione; maſculum & feminam fecit eos. Quomodo ergo per Apoſtolum audivimus, virum eſſe imaginem Dei, vnde caput velare prohibetur; mulierem autem non: Et ideo ipſa hoc facere iubetur?

Niſi credo illud eſſe quod iam dixi, cùm de natura humanæ mentis agerem, mulierem cum viro ſuo eſſe imaginem Dei, vt vna imago ſit, tota illa ſubſtantia; (*hoc eſt Eua in Adam latere animato comprehenſa, ceu membrum ſub capite contentum,*) cùm autem ad adiutorium diſtribuitur, (*id eſt ſeparatur à viro, coſta educta de latere; dicente Deo, non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ipſi.*) Quod ad eam ipſam ſolam attinet, non eſt imago Dei: quod autem ad virum ſolum attinet, imago Dei eſt, tam plena atque integra, quam in vnum coniuncta muliere; ſicut de natura humanæ mentis diximus. Quia & ſi tota contempletur veritatem imago Dei eſt: & cum ex ea diſtribuitur aliquid, (*ſicut diſtributa eſt coſta Adæ & derivata in mulierem,*) & quadam intentione derivatur ad actionem rerum temporalium; nihilominus ex qua parte conſpectam conſulit veritatem, imago Dei eſt; ex qua verò intenditur in agenda inferiora, non eſt imago Dei, (*hinc mulier occupata circa terrena officia domus & familiæ, non eſt imago Dei; quia turbatur circa plurima, ſicut Martha, & in vnum neceſſarium, cum animi libertate tranquilla non intendit vt Magdala,*) & quoniam quantumcumque ſe extenderit in id quod æternum eſt, tantò magis inde formatur ad imaginem Dei; & propterea non eſt cobibenda, vt ſe inde contineat ac temperet, & ideo vir non debet velare caput, (*inde Paulus vir ad imaginem Dei factus, nos autem inquit, revelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur: quæ quidem vt & ſimilitudo perfecta erit in cælo, dicente Ioanne: ſcimus quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus; & videbimus eum ſicuti eſt,*) quia verò illi rationali actioni quæ in rebus corporalibus temporalibuſque verſatur, periculoſa eſt animæ in inferiora progreſſio, debet habere poteſtatem ſuper caput, quod indicat velamentum, quo ſignificatur eſſe cohibenda. (*Sicut mulier velanda propter Angelos*) grata eſt enim Sanctis Angelis ſaciata & pia ſignificatio. *Scilicet velamenti, &c.*

S. Auguſt.

Et rurſum ibid. ex Epheſ. 4. & Coloſſ. 3. vbi notat nos dupliciter renovari ad imaginem Dei, vel ſpiritu mentis in æterna internaque intento; vel Chriſtum indutos in baptiſmo; sic concludit: Secundùm hanc igitur renovationem, efficimur etiam Filij Dei (*& proinde imago eius,*) per baptiſmum Chriſti, & induentes novum hominem, Chriſtum vtique induimur per fidem. Quis eſt ergo qui ab hoc conſortio feminas alienet, cum ſint nobiſcum gratiæ cohæredes? & alio loco (*ad Gal. 3.*) idem Apoſtolus dicat: omnes enim Filij Dei eſtis per fidem in Chriſto Ieſu. Quicumque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Non eſt Iudæus, neque Græcus: non eſt ſervus, neque liber: non eſt maſculus, neque fœmina: omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu. Numquid nam igitur fideles fœminæ ſexum corporis amiſerunt? (*ſicut & quidam perperam feminas in ſuo ſexu reſurrecturas negant ob Paulum dicentem, donec occurramus omnes in virum perfectum.*) Sed quia ibi renovantur ad imaginem Dei vbi ſexus nullus eſt: ibi factus eſt homo ad imaginem Dei vbi ſexus nullus eſt, hoc eſt in ſpiritu mentis ſuæ. Cur ergo vir propterea non debet caput velare quia imago eſt & gloria Dei: mulier autem debet, quia gloria viri eſt, (*quæ debet occultari, vt ſoli Deo honor & gloria facie revelata reddatur*) quaſi mulier non renovetur ſpiritu mentis ſuæ, qui renovatur in agnitione Dei ſecundùm imaginem eius qui creavit illum? Sed quia ſexu corporis diſtat à viro, ritè potuit in eius corporali velamento figurari pars illa rationis, quæ ad temporalia gubernanda deflectitur, vt non maneat imago Dei, niſi ex qua parte mens hominis æternis rationibus conſpiciendis, vel conſulendis adhæſerit, quam non ſolum maſculos, ſed etiam feminas habere manifeſtum eſt. Ergo in eorum mentibus communis natura (*id eſt imago Dei*) cognoſcitur, in eorum vero corporibus, ipſius vnius mentis diſtributio figuratur. *Et cap. 8. sic tandem concludit:* Etiam ipſe (*Spiritus mentis, hoc eſt ſummus apex rationis*) ſi per illam rationem cui temporalium rerum adminiſtratio delegata eſt, immoderato progreſſu nimis in exteriora prolabitur, conſentiente ſibi capite ſuo, id eſt non eam cohibente atque refrenante illa quæ in ſpecula conſilij præſidet quaſi virili portione, inveteratur inter omnes inimicos ſuos, virtutis invidos dæmones cum ſuo principe Diabolo: æternorumque illa viſio, ab ipſo etiam capite cum coniuge vetitum manducante ſua trahitur, vt lumen oculorum eius non ſit cum illo. Ac ſic ab illa illuſtratione veritatis ambo nudati, atque apertis oculis conſcientiæ, ad videndum quàm inhoneſti atque indecori remanſerint, tanquam foliã dulcium fructuum, ſed ſine ipſis fructibus, ita ſine fructu boni operis, bona verba contexunt, vt malè viventes, quaſi bene loquendo contegant turpitudinem ſuam.

Aug.

Non nuda verborum folia, ſed fructus multos, non ad exteriora defluentes, & temporalia, ſed ad æterna internaque extenta mulieres, & virgines, fortes cum fortis congreſſæ; quanquam ſexu feminæ, ſed animo maſculæ, Martyrij palmam ſunt adeptæ; & vni viro Chriſto deſponſatæ, in Domini ſui poteſtatem introgreſſæ, potuerunt eius bibere calicem, & conformes imagini Filij Dei, vtique prædeſtinatæ, Martyrij coronam ſunt, etiam viris glorioſiorem conſecutæ. Prætereo Vrſulam cum vndecim ſociarum millibus, taceo Catharinas, Margaritas, Agnetes, Cæcilias, innumeraſque alias, quæ generoſum ſanguinem, ſanguini Chriſti confœderatum, alterna charitate refuderunt: vt duarum heroinarum gloriam, Perpetuæ ſcilicet, & Felicitatis, cum Auguſtino proſequar. Perpetua quidem ſibi aliquando viſa eſt in ſomnis in virum transformata, cum Ægyptio, hoc eſt tenebrarum principe congredi. De qua sic Aug. to. 7. lib. 4. ad Vincentium Victorem de anima & eius Origine cap. 18. Sancta Perpetua viſa ſibi eſt, in ſomnis cum quodam Ægyptio, in virum converſa luctari. Quis autem dubitet in illa ſimilitudine corporis, animam eius fuiſſe, non corpus, quod vtique in ſuo femineo ſexu manens, ſopitis ſenſibus iacebat in ſtratis, quando anima eius in illa virilis corporis ſimilitudine luctabatur. Quid hic dicis? verumne erat corpus illa viri ſimilitudo, an non erat corpus, quamvis haberet ſimilitudinem corporis? Elige quid velis. Si corpus erat, cur non ſervabat vaginæ ſuæ formam: (*sic & Tertull. vt alibi notavimus, corpus vocat animæ vaginam,*) (neque enim in illius feminæ carne viriſdia reppererat genitalia, vnde ita poſſet, ſeſe coarctando, & vt loqueris, gelando, formari. Deinde, obſecro te, cum corpus dormientis adhuc viveret, quando eius anima luctabatur, in ſua vagina erat, vtique omnibus membris viventis incluſa, & in eius corpore ſuam formam, de quo fuerat formata, ſervabat; nondum quippe artus illos, ſicut fit in morte reliquerat, nondum membra ex membris formata, ex formantibus, cogente vi mortis extraxerat; vnde igitur erat virile animæ corpus, in quo ſibi luctari cum adverſario videbatur. Si autem non erat corpus, & tamen erat aliquid ſimile corporis, in quo ſanè (*ſi verum corpus eſſet*) verus labor, aut vera lætitia ſentiretur, iamne tandem vides, quemadmodum fieri poſſit, vt ſit in anima ſimilitudo quædam corporis, nec ipſa ſit corpus? *Subijcit & ſimilitudinem vulneris, non autem verum vulnus, S. Perpetuam vidiſſe in anima fratris ſui Dinocratis, qui vulnere percuſſus obierat; & ſanctis eius precibus curatus fuerat; Quod & cap. 16. de ſinu Abrahæ, Diuitis, &*

A *Lazaro dixerat; animas nempe certum non fuiſſe verè corporeas, & effigiatas, ſed ſimilitudine corporum indutas, vera gaudia, & tormenta repræſentaſſe. Et concludit cap. 18. hæc verba:* quod, inquit ad mortuos attinet, aptior coniectura de dormientibus ducitur. Neque enim fruſtra eos qui mortui ſunt, appellat S. Scriptura dormientes, niſi quia eſt quodammodo conſanguineus lethi ſopor. *Ex quibus collige. 1. animam non eſſe corpoream. 2. animas non conformari & coeffigiare corpori, 3. nec ſexum à corpore ſortiro diuerſum. 4. S. Perpetuam, quamquam in ſomnis ſe videret in virum conuerſam quantum ad corpus, animam tamen (quæ ſexu caret, qui totus a corpore pendet, & ex diverſis membris, diverſus exiſtit) ſemper, & maxi-* B *me in Martyrio, cum ſorore ſua S. Felicitate, femineo in corpore geſtaſſe virilem. Idem Aug. to. 10. tres Sermones de Sancta Perpetua & Felicitate Martyribus ſtilo elegantiſſimo texuit, quorum meminit Poſſidius in fine indiculi, ſub tractatuum nomine:* De natali Perpetuæ & Felicitatis tractatus tres. *Sic primum orditur Au-* Aug. *guſtinus:* Hodiernus dies anniverſaria replicatione nobis in memoriam reuocat, & quodammodo repræſentat diem: quo Sanctæ famulæ Dei perpetua & Felicitas coronis Martyrij decoratæ, Perpetua felicitate floruerunt, tenentes nomen Chriſti in prælio, (*id eſt uncta ad luctam cum diabolo oleo & chriſmate gratia,*) & ſimul invenientes etiam ſuum nomen in præmio, &c. Quid glorioſius his C feminis, quas viri mirantur facilius quàm imitantur? Sed hoc illius potiſſimum laudis eſt, in quem credentes, & in cuius nomine fideli ſtudio concurrentes, ſecundum interiorem hominem, nec maſculus nec femina inueniuntur (*alludit ad Gal. 3. locum à ſeipſo ſupra integrè relatum.*) Vt etiã in his quæ ſunt feminæ corpore, virtus mentis ſexum carnis abſcondat, & in membris pigeat cogitare, quod in factis non potuit apparere. Calcatus eſt ergo Draco pede caſto, & victore veſtigio: cùm erectæ demonſtrarentur ſcalæ, per quas Beata Perpetua iret ad Deum. Ita caput ſerpentis antiqui quod fuit præcipitium feminæ cadenti, gradus factum eſt aſcendenti, &c. Vicit in eis, qui vixit in eis: vt quæ D non ſibi, ſed illi vixerunt, ne mortuæ morerentur. Ipſe eis exhibebat ſpiritales delicias, ne ſentirent corporales moleſtias, quantum non defectioni, ſed exercitationi ſufficeret. Nam vbi erat illa femina, quando ad aſperrimam vaccam ſe pugnare non ſenſit: & quando futurum eſſet (*hoc tormenti genus*) quod iam fuerat, inquiſiuit? Vbi erat? quid videus, iſta non viderat? quo fruens, iſta non ſenſerat? quo amore alienata? quo ſpectaculo auocata, quo poculo inebriata? & adhuc hærebat nexibus carnis, adhuc moribunda membra geſtabat, adhuc corruptibili corpore grauabatur. Quid cùm reſolutæ his vinculis animæ Martyrum, poſt labores periculoſi certaminis, triumphis Angelicis exceptæ atque refectæ ſunt, vbi non eis dicitur, implete quod iuſſi, ſed, accipite quod promiſi? &c. E

Aug. *Et ſer. 2.* Ibi eſt corona glorioſior, vbi ſexus infirmior: quia profectò virilis animus in feminis maius aliquid fecit, quando ſub tanto pondere (*tormentorum*) fragilitas feminea non defecit. Benè inhæſerant vni viro, cui virgo caſta vnica exhibetur Eccleſia. Benè inquam, inhæſerant illi viro, a quo virtutem traxerant, qua reſiſterent diabolo: vt feminæ proſternerent inimicum, qui per feminam proſtrauerat virum. Ille in eis apparuit inuictus, qui pro eis factus eſt infirmus. Ille eas vt meteret, fortitudine impleuit, qui eas vt ſeminaret, ſemetipſum exinaniuit. (*ſicut qui ſeminat ſaccum ſuum enacuat.*) Ille eas ad hos honores laudeſque perduxit, qui pro eis opprobria & crimina audiuit. Ille fecit feminas viriliter & fideliter mori, qui pro eis dignatus eſt de femina miſericorditer naſci. Delectat autem piam mentem tale ſpectaculum contueri, quale ſibi B. Perpetua de ſeipſa reuelatum eſſe narrauit; virum ſe factam certaſſe cum diabolo; illo quippe certamine in virum perfectum etiam ipſa currebat, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Epheſ. 4. Meritò ille vetus ac veterator inimicus, ne vllas prætermitteret inſidias, qui per feminam deceperat virum, quia viriliter ſecum agentem feminam ſenſit, per virum eam ſuperare tentavit. Nec maritum ſuppoſuit, (*innupta quippe erat, & virgo*) ne illa quæ iam ſuperna cogitatione habitabat in cœlis, ſuſpicionem deſiderij carnalis erubeſcando, permaneret fortior: ſed Patrem verbis deceptionis inſtruxit, vt religioſus animus, qui non molliretur voluptatis inſtinctu, pietatis impetu frangeretur, &c. vbi S. Perpetua tanta Patri moderatione reſpondit, vt nec præceptum violaret, quò debetur honor parentibus, nec dolis cederet, quibus altior (*profundior in dolis*) agebat inimicus, &c. Felicitas vero etiam in carcere prægnans fuit. In parturiendo femineam conditionem feminea voce teſtata eſt. Non aberat Evæ pœna, (*cui dictum eſt in dolore paries*) ſed aderat Mariæ gratia: exigebatur quod mulier debebat, opitulabatur quem virgo pepererat. Denique editus eſt partus immaturo menſe maturus, actum eſt enim divinitus, vt non ſuo tempore onus vteri poneretur, ne ſuo tempore honor martyrij differretur, &c. Ne ſi defuiſſet, non ſolum ſocia martyribus, verum etiam ipſorum Martyrum præmium defuiſſe videretur, hoc enim erat nomen ambarum, quod munus eſt omnium. Nam cur omnia Martyres perferant, niſi vt perpetuâ felicitate glorientur? hoc ergo illæ vocabantur, ad quod cuncti vocantur: & ideo cùm eſſet in illo certamine plurimus comitatus; harum duarum nominibus omnium eſt ſignificata perennitas, omnium ſignata ſolemnitas. *Tandem ſer. 3.* Perpetua, *inquit*, & Felicitas nomina duarum, ſed merces eſt omnium. Neque enim omnes Martyres in certamine paſſionis, atque confeſſionis, ad tempus fortiter laborarent, niſi vt perpetua felicitate gauderent, &c. Sicut exemplo glorioſiſſimi certaminis, vt imitemur hortantur; ita ſuis nominibus munus inſeparabile nos accepturos eſſe teſtantur. Ambæ invicem teneant, invicem nectant, alteram ſine altera non ſperamus: Nam nec prodeſt Perpetua, ſi Felicitas non ſit: & felicitas deſerit, ſi perpetua non ſit, &c. In hoc inſignis gloriæ comitatu, etiam viri martyres fuerunt, eo ipſo die etiam viri fortiſſimi paſſione vicerunt: Nec tamen eundem diem ſuis nominibus commendaverunt. Quod non ideo factum eſt, quia feminæ viris morum dignitate prælatæ ſint: ſed quia & muliebris infirmitas, inimicum antiquum miraculo maiore devicit; & virilis virtus propter perpetuam felicitatem certavit. *Quid in rem noſtram concinnius de virili animo mulierum, portantium in ſe glorioſum imaginem eius, qui* Dominus potens & fortis in prœlio *dicitur?* S. Auguſt.

ANIMÆ CORPORALITAS, ET EFFIGIES.

1. *Anima ſpiritus propriè non eſt, ſed flatus. De Ani. cap. 11. in p.*

VT animam [1], ſpiritum dicam, præſentis quæſtionis ratio compellit; quia ſpirare alij ſubſtantiæ adſcribitur: hoc dum animæ vindicamus, quam vniformem & ſimplicem agnoſcimus, ſpiritum neceſſe eſt [2] certa conditione dicamus; non [3] ſtatus nomine, ſed actus; nec ſubſtantiæ titulo, ſed operæ; quia ſpirat, non quia ſpiritus propriè eſt: nam & [4] flare, ſpirare eſt. Ita & animam, quam flatum ex proprietate defendimus, ſpiritum nunc ex neceſſitate pronuntiamus, Ceterùm adverſus Hermogenem, qui eam ex materia, non ex Dei flatu contendit, flatum propriè tuemur. Ille enim, adverſus ipſius ſcripturæ fidem, flatum [5] in ſpiritum vertit: vt dum incredibile eſt, ſpiritum Dei in delictum, & mox in iudicium devenire, ex materia potius anima credatur, quam ex Dei ſpiritu. Idcirco nos & illic flatum eam defendimus, non ſpiritum, ſecundùm ſcripturam, & ſecundùm ſpiritus diſtinctionem: & hîc ſpiritum [6] ingratìs pronuntiamus, ſecundùm ſpirandi, & flandi [7] communionem. [8] Illic dè ſubſtantia quæſtio eſt: [9] ſpirare enim, ſubſtantiæ actus eſt.

2. *Anima corporea de Ani. cap. 5. à p. 6. 7. 8. & 9. per totum.*

[1] Fortaſſean [2] exſtruentur magis ad auferendam animæ corpulentiam, ſi non alios è contrario inſpexerint, & quidem plures, corpus animæ vindicantes: nec illos dico ſolos, qui eam de [3] manifeſtis corporalibus effingunt, vt Hipparchus, & Heraclitus ex igni: vt Hippon, & Thales ex aqua: vt Empedocles, & Critias ex ſanguine: vt Epicurus ex atomis, ſi & atomi corpulentias de [4] coïtu ſuo [5] cogunt: vt [6] Critolaüs, & Peripatetici eius, ex quinta neſcio qua ſubſtantia, ſi & [7] illa corpus, quia corpora includit: ſed etiam [8] Stoïcos allego, qui ſpiritum prædicantes animam, penè nobiſcum, quà [9] proxima inter ſe, flatus & ſpiritus, tamen [10] corpus animam, facilè perſuadebunt. *Cætera habes ſupra libro de anima à capite quinto, ad nonum vſque incluſiuè, quæ prolixitatis cauſa hîc prætereo, conſulat lector ſcholia ſubſequentia, in quibus omnis textus exponitur, & error refellitur.*

3. *Et ibid. cap. 22. in m.*

Definimus animam, Dei flatu natam, immortalem, corporalem, effigiatam, [1] ſubſtantiâ ſimplicem, de ſuo [2] ſapientem, variè [3] procedentem, liberam arbitrij, [4] accidentijs obnoxiam, per [5] ingenia mutabilem, rationalem, dominatricem, [7] divinatricem, ex [6] vna redundantem.

4. *Et de car. Chri. cap. 11. à. p. ad vltra m.*

Denique, adhuc prius retractemus, an iſto modo [1] oſtendenda fuerit anima; an in totum inviſibilem eam [2] retro allegent; vtrum quaſi incorporalem, an etiam habentem aliquod genus corporis proprij? Et tamen cùm inviſibilem dicant, [3] corporalem eam conſtituunt, [4] habentem quod inviſibile ſit. Nihil enim habens inviſibile, quomodo poteſt inviſibilis dici? Sed nè eſſe quidem poteſt, niſi habens per quod ſit. Cùm autem ſit, habeat neceſsè eſt aliquid, per quod eſt. Si habet aliquid per quod eſt, hoc erit [5] corpus eius. Omne quod eſt, corpus eſt ſui generis. Nihil eſt incorporale, niſi quod non eſt. [6] Habente igitur anima inviſibile corpus, qui viſibilem eam facere ſuſceperat, vtique dignius id eius viſibile feciſſet, quod inviſibile habebatur: quia nec [7] hîc mendacium, aut infirmitas Deo competit: mendacium, ſi aliud animam, quàm quod erat demonſtravit; infirmitas, ſi id quod erat, demonſtrare non valuit. Nemo oſtendere volens hominem, caſſidem, aut [8] perſonam ei [9] inducit. Hoc autem factum eſt animæ, ſi in carne [10] converſa, alienam induit ſuperficiem. Sed & ſi incorporalis anima deputetur, vt aliqua vi [11] rationis occulta ſit quidem anima, corpus tamen non ſit, [12] quicquid eſt anima; proinde [13] impoſſibile Deo non erat, & propoſito eius congruentius competebat, nova aliqua corporis ſpecie eam demonſtrare, quàm iſta communi omnium, alterius iam notitiæ; nè [14] ſine cauſa viſibilem ex inviſibili facere geſtiſſet animam, iſtis ſcilicet quæſtionibus opportunam, per [15] carnis in illam humanæ defenſionem.

5. *Et de Reſur. cap. 17. in p.*

[1] Simplicior quiſque fautor ſententiæ noſtræ, putabit, carnem etiam idcirco repræ-

ſentandam eſſe iudicio, quia aliter anima non capiat paſſionem tormenti, ſeu refrigerij, vtpote incorporalis: hoc enim vulgus exiſtimat. Nos autem animam corporalem & hîc profitemur, & in ſuo [2] volumine probamus, habentem proprium genus ſubſtantiæ, [3] ſoliditatis, per quam quid & ſentire, & pati poſſit. Nam & [4] nunc animas torqueri, fouerique penès inferos, licet [5] nudas, licet adhuc [6] exules carnis, probavit Lazari exemplum. [7] Dedi igitur [8] adverſario dicere: [9] Ergo, quæ habet corpulentiam propriam, de ſuo ſufficiet ad facultatem paſſionis & ſenſus, vt non egeat repræſentatione carnis.

6. Er ibid. cap. 45. in f.

Cæterùm, [1] carne tam ſalvum, quàm [2] eundem; [3] vtpote vitioſam [3] diſciplinam, Eph.4.22. non [4] corpulentiam exutum.

7. Er ibid. cap. 53. in m.

Anima verò, etſi [1] corpus; tamen, quia ipſa eſt corpus non [2] animatum, ſed animans potius, [3] animale corpus non poteſt dici, nec [4] fieri [5] quod facit.

8. Er 5. contr. Marc. cap. 10. circa m.

Et ſi habet aliquod proprium corpus anima, vel ſpiritus, vt poſſit videri corpus animale, animam ſignificare, & corpus ſpiritale, ſpiritum [3] non ideò animam [1] dicit in reſurrectione ſpiritum futurum, ſed [2] corpus, quod cum [3] anima naſcendo, & [4] per animam vivendo, animale dici [5] capit; futurum ſpiritale, dum [6] per ſpiritum ſurgit in æternitatem. Denique, [8] non anima, ſed caro ſeminatur in [7] corruptela, dum diſſoluitur in terram, iam non anima erit corpus animale, ſed caro, quæ fuit corpus animale,

9. Er ibid. cap. 15. circa f.

Licet & animæ corpus ſit aliquod ſuæ [1] qualitatis, ſicut [2] & ſpiritus; [3] cùm tamen & corpus, & anima [3] diſtinctè nominantur, habet anima ſuum [4] vocabulum proprium, non egens communi vocabulo corporis; id relinquitur carni, quæ non nominatur [5] proprio, [6] communi vtatur neceſſe eſt. Etenim aliam ſubſtantiam in homine non video poſt ſpiritum, & animam, cui vocabulum corporis accommodetur, præter carnem.

Animæ corporalitas & effigies. Schol.

1. VT [1] ANIMAM. *Duæ me mouent rationem reddere cur animam hominis ſpiritum vocem; primò quod eam aliunde corporalem & effigiatam aſſeram; cùm corpus & ſpiritus ſint duæ aduerſa & diſtinctæ ſubſtantiæ. Secundò quòd doceam animam eſſe ſimplicem & vniformem ſubſtantiam. Quomodo ergo corpus eſt, ſi ſpiritus eſt? Hæc duo ſibi proponit obijcienda ab Hermogene, dicente & docente animam rationalem, non ex Dei flantis ſpiritu, ſed ex materia oreatam; quia incredibile eſſe ſentiebat, ſpiritum à Deo productum, ſtatim in peccatum, & per hoc in Dei iudicium & condemnationem incidere potuiſſe.* [2] CERTA CONDITIONE. *Reſpondeo igitur Hermogeni, me non abſolutè dicere, animam eſſe ſpiritum, quaſi ſit ſpiritus eſſentialiter & ſubſtantiue; ſed aliquo modo poſſe dici ſpiritum: Immo frequenter in ſcriptura ſpiritus dicitur:* Spiritus vadens, & non rediens: auferes ſpiritum eorum & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur. Exibit ſpiritus eius & reuertetur in terram ſuam: reuertetur puluis in terram ſuam, & ſpiritus ad eum qui fecit illum. [3] NON STATVS NOMINE, *non quaſi anima propriè ſit & exiſtat ſpiritus, ſed quia facit aliquid, quod facit ſpiritus propriè dictus: ſcilicet quia ſpirat & operatur: quod propriè præſtat ſummus omnium ſpirituum Spiritus, Deus Pater & Deus Filius; qui ſimul vt vnicum principium ſpirat & producit Spiritum Sanctum in æterno die virtutis ſuæ: inde pſaltes:* Tecum principium in die virtutis tuæ, &c. *Quem Spiritum & Filius cum Patre inſufflauit Apoſtolis.* [4] FLARE *cùm ergo ex afflatu Dei factus ſit* A *homo in animam viuentem, flare dicitur; flare autem cùm ſit aliqua ratione ſpirare, vt & de mortuo dicatur, efflauit animam & de Chriſto mortuo:* Inclinato capite emiſit ſpiritum: *Ideo cum mihi neceſſe ſit contra Hermogenem ſcribenti, tueri animam non ex materia, materialem, ſed à Deo vero ſpiritu per inſufflationem ſpiritum & flatum factam: abſque præiudicio ſubſtantialis & eſſentialis corporalitatis eius, eam quam ſuſtinemus eſſe propriè flatum, nunc agentes contra Hermogenem, ſpiritum appellamus.* [5] FLATVM IN SPIRITVM, *id eſt corrupit ille ſcripturam: quæ cùm dicat expreſſè animam à Deo inſufflatam Adæ, ipſe loco flatus, poſuit ſpiritum.* [6] INGRATIS. *Inuiti, neceſſitate compulſi, vt Hermogenem retundamus.* [7] COMMVNIONEM, *quia* B *commune eſt ſpiritus flare, & flatus ſpirare.* [8] ILLIC *vbi ſcilicet ex profeſſo tractauimus de ſubſtantia animæ, an ſpiritus propriè ſit, an aliquod ſui generis corpus.* [9] SPIRARE ENIM, *non enim appellando animam ſpiritum, ſenſi eam propriè & ſubſtantialiter eſſe ſpiritum; ſed ſpirandi actum producere, quod facit ſpiritus propriè dictus.*

2. [1] FORTASSEAN *forſitan.* [2] EXSTRVENTVR, *contra nos armabuntur, & argumentabuntur ex præmiſſa aſſertione noſtra, qua diximus animam eſſe quodammodo ſpiritum, contra id quod aliunde ſuſtinemus animam eſſe corpoream: niſi in medium proferam longè plures authores idem nobiſcum ſentientes, & quidem corpus craſſius animæ tribuentes, quàm nos.* [3] DE MANIFESTIS, *qui ſenſibus palpabilibus ex elementis, & ex eorum ſubſtantia, animam corpus ſuum & ſubſtantiam trahere volunt.* [4] DE COITV, *concurſu, colliſu.* [5] Co- De An. cap. 5. à p.

GVNT, tam exilia & euanida corpuſcula conſtant, & A ſtipant corpus, ſolidamque ſubſtantiam. ⁶ CRITOLAVS; cum Ariſtotelicis, qui & eum in hoc ſequuntur. ⁷ SI ET ILLA, ſi tamen anima ideo corpus eſt, quia eminenter in ſe corpora illa quatuor elementaria continet, vt ſit ipſa quinta quadam eſſentia & ſubſtantia ex ipſis expreſſa. ⁸ SED ETIAM STOICOS, referendum eſt ad id quod ſupra dixit, nec dico eos ſolos, ſed etiam Stoicos. Hoc eſt ſupra memoratos Philoſophos, contra nos ſentientes; animam videlicet non eſſe corpus, ſed ſpiritum. Sed & in hoc nobis conſentiunt, aſſerentibus animam eſſe ſpiritum, quòd ſpiretur & ſpiret. ⁹ QVA PROXIMA, in quantum ſpirare & flare ſimillima ſibi ſunt. ¹⁰ TAMEN CORPVS ANIMAM, licet animam dicam eſſe ſpiritum, ex eorum tamen argumentationibus facile concludetur & ſuadebitur, eandem animam eſſe B corpus. ZENO. Stoicorum Princeps. CONSITVM SPIRITVM, ſimul cum carne ſemine ſatum à viro in fœminā. INSTRVIT, argumentatur, docet, quod nos, & pro noſtra ſententia ædificat. CLEANTHES, hic adijcit ſententiæ Zenonis, vt confirmet animam eſſe corpus; filios ſimiles eſſe parentibus non tantum facies, cæteriſque corporis lineamentis, ſed & animæ paſſionibus, quòd animæ filiorum ſint quædam veluti ſpecula, in quibus animæ parentum, morum ſuorum, & inclinationum ſimilitudinem imprimant. Cùm igitur ſimilitudo & diſſimilitudo, æqualitas & inæqualitas ſint proprietates corporum, ſequitur animas eſſe corpora. ITEM. Idem Cleanthes alio argumento euincit animam eſſe corpus, quòd C res incorporea & corporea non communicent inuicem ſuas proprietates, nihilque in eis commune ſecum & ſimile habeant, vtpotè diuerſi generis & eſſentiæ: Concluditur, quòd cùm anima corpori, & corpus animæ congaudeat, & condoleat, eiuſdem eſſe naturæ, id eſt corporea. PER DETRIMENTVM VIGORIS. Quia corpore afflicto laſſitudine, ictibus, morbis, anima in ſuo vigore & operatione minuitur & langueſcit. MANVM PORRIGIT. Conſentit Cleanthi Chryſippus, dum pro anima corporalitate ſic pugnat: res corporea ab incorporea ſeparari non poſſunt, quia nec poſſunt eis coniungi contactu reali; Sed corpus ab anima ſeparatur in morte; igitur, vt corporis contactus & vnionis capax anima, corpus eſt, quia ſolis corporibus competit contactus mutuus.

De An. cap. 6. HÆC PLATONICI. Poſt Stoicos ſit pro anima corpore. CONTVRBANT, captioſè ad ſententiam noſtram exturbandam cauillantur. QVAM VERITATE, quæ certa, imperturbabilis, imperplexa ſubſiſtit. EXTRINSECVS, quæ non habet principium intrinſecum motus, ſed ab agente externo mouetur. NON SIT INANIMALIS, cùm ipſa anima, eo ipſo quod eſt anima, nec eſſe, nec dici congruè poſſit inanimalis. CORPORALIVM FORMA. In modum rerum corporalium. EX ALIQVA REGIONE, ſiue intrinſecus, ſiue extrinſecus. AD HOC, Platonicorum argumentum vt reſpondeam: Primò inquit, miror ſtultè & perperam nos conuenire, id eſt contra nos diſputare de anima; ita vt velint nos aſtringere definitioni quam aſſignant animæ; cùm eius definitio ab ipſis allata contineat ea quæ nullatenus conueniunt animæ. Neque enim anima congruè appellatur corpus animale, vt nec inanimale: cùm ipſa dum adeſt coniuncta corpori faciat illud animale; ſicut ſeparata ab eo, facit illud inanimale, ſiue exanime & mortuum. SVBSTANTIÆ NOMINE. Non opera, vt ſupra dixit; hoc eſt ex ſua eſſentia & ſubſtantia propria, non ab actu, aut effectu, eſt talis. NON CAPIT, frequens vox authori: prædici non poteſt, vel concipi. QVOD EST ANIMA, id eſt: vt ergo rectè definiatur anima, non eſt audienda definitio illa incongrua & ſtulta Platonicorum. DEHINC SI MOVERI &c. Præterea ſic contra eos retorqueo ipſorum argumentum; Et ex eo probo animam non eſſe ſpiritum, ſed flatum corporeum, ſeo corpus afflatum carni. Si proprium corporis, vt volunt, eſt, extrinſecus ab alio moueri; Anima autem dum Prophetat, aut furit, mouetur ab extrinſeco, vt patet in Pythoniſſis, & dæmoniacis; vel in Prophetis, ab Angelo, vel Spiritu Sancto inſpiratis; anima per conſequens ſic mota, corpus erit. QVANTO MAGIS, quia nimirum mouere non poteſt, niſi contactu, ſolum corporis proprio, corpus aliud impellat. IMPINGI, moueri, explicari. VELVT SIGILLARIO MOTV. Sicut corpuſcula hominum, aut aliorum animalium arte facta, circumquaque mouentur; oculos voluunt, & manus pedeſque tangendo & ambulando explicant, interiori principio motu eum circumagente externum: vt fit etiam in horologiis; quorum acus horas ſingulas circum exterius commutant; eorum acu interius mota. VNDE VACVÆ. Si B anima eſt ſubſtantia inanis & vacua, & non ſolida & corpulenta, quomodo poteſt ſolida corpora loco mouere? SED QVOMODO. Si vrgeam eos, & quæram, vnde procedat in homine diuiſio ſenſuum internorum & externorum, corporeorum & incorporeorum. Reſpondebunt, elementorum, aliorumque corporum ſenſibilium qualitates percipi à ſenſibus corporis, quales ſunt viſus & tactus. CONVENIRI, diſcerni, dijudicari, diſtingui ab intimatem, quaſi apud Tribunal proprium. Sicut benignitas vel malignitas ab interno mentis ſenſu, ſicut à proprio iudice diſcernuntur. CVIVS QVALITATES, ad animam omnes mores boni vel mali, virtutes & vitia propriè pertinent. PLANE, certè conuicti videmur, hinc rectè con- C cludi animam non eſſe corpus; Cùm ipſa propriè qualitates rerum tantummodo ſpiritualium dijudicet; niſi hanc Platonicorum definitionem euertam, & iam ſuperbè nos inuadentes, & opinioni noſtræ inſultantes, noſtris è limitibus excludam. ECCE. Nonne, ô Platonici, ſonus & color incorporea res ſunt? Et tamen auditui & viſui, ſenſibus vtique corporeis ſubijciuntur? & ab his percipiuntur? QVORVM EXEMPLO, ita & anima in hoc ſimilis eſt rei corporeæ, quòd vt corporei ſenſus attingunt obiecta ſpiritalia; ſic & anima, quæ & ſpiritus quodammodo eſt, accedit, id eſt tangere poteſt corporalia, & vniri corporeis. VEL EXEMPLO, id eſt ſicut ſpeciem impreſſam colorum & ſonorum recipiunt ſenſus: ſic anima ſpecies rerum ſenſibilium in ſemetipſa producit D & recipit. VEL EXEMPLO, anima non ſecus quam corporei ſenſus, cùm ſit coniunctiſſima carni, & proximè accedens ad proprietatem corporeãm ſenſuum, quorum animae organa, ſentit etiam incorporeas illas qualitates id eſt, minus craſſas & corpulentas, reſpectu ſenſuum craſſiorum, & plus compoſitionis habentium. NE DICAS EA. Obiecta ſenſuum incorporalia, ideo percipi à ſenſibus externis, quòd proximè accedant ad corpora, & corporea ſe inuicem contingere poſſint. RENVNTIETVR. Sentiatur, percipiatur, perceptum reſeratur. CERTE DEFINITIO, & hæc ſufficiant ad diſſoluendum Platonicorum argumentum. ETIAM ILLA, aliam ironicè laudat eorumdem Philoſophorum ſententiam. GRADVS STABIT, quia eam inde repellet & refellet Soranus Medicus, cuius ſcientia verſatur E circa corpus. ETIAM SORANO, oppoint Medicum Philoſopho. DEFICIENTEM, penè deſinentem informare corpus iciunum nimis ac debile. FVLCIRI. Suſtineri, detineri in corpore vi alimenti.

Vnde Pſaltes, percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus ſum comedere panem meum. *In quem locum Pſal.* 101. 5. Reſpice, *inquit Aug.* ad Adam, vnde genus humanum. Vnde enim niſi ab illo propagata miſeria eſt? Vnde enim niſi ab illo hæreditaria iſta paupertas? &c. percuſſum eſt ſicut fœnum, & aruit cor meum: meritò, quia omnis caro fœnum. Sed tamen vnde tibi hoc contigit? quoniam oblitus ſum comedere panem meum. (*eſt enim cordis ſicut & oculi panis, eſt alimentum ſpiritale, de* Aug.

Textū habes lib. de an à cap. 5. ad 10.

quo pſaltes ; panis cor hominis confirmet, quo & Elias ambulauit in fortitudine cibi illius uſque ad montem Dei, (dederat eum Deus panem præcepti : (abſtinentia àligno vetiti) nam panis animæ quis niſi verbum Dei ? ſuggerente ſerpente, præuaricante muliere, tetigit vetitum, oblitus eſt præceptum. Meritò percuſſum eſt ſicut fœnum, & aruit cor eius, quoniam oblitus eſt manducare panem ſuum. Oblitus manducare panem, bibit venenum. Percuſſum eſt cor eius, & aruit ſicut fœnum : (Verbum autem Domini manet in æternum ; in æternum Domine verbum tuum permanet in cælo. Ex quo enim dictum eſt, fiant luminaria in cælo, cælum illuminare non deſtitit terram : ſed caro ſicut fœnum terra ſic floruit, ſic emarcuit, cui dictum eſt, terra es & in terram reuerteris. Ipſe eſt ille percuſſus Eſa. 57. de quo dicitur, & cui dicitur, non in æternum tempus iraſcar vobis : ſpiritus enim à me procedit, (id eſt anima, vel Angelus) & omnem flatum ego feci : propter peccatum, modicum quid contriſtavi illum, & percuſſi illum, & averti faciem meam ab illo. Meritò hic, ne avertas faciem tuam à me, hoc eſt à percuſſo, de quo dixiſti, percuſſi illum ; de quo dixiſti vias eius vidi, & ſanavi eum. Percuſſum eſt ſicut fœnum &c. modo manduca, oblitus eras, ſed venit & ipſe panis, in cuius corpore tibi licet recordari veteris oblivionis tuæ, (clamantem ad Deum & eius iram prouocantem. Homo enim Hebr. Enos obliuioſum ſonat : quid eſt homo, Enos? quod memor es eius,) & clamare ex paupertate, vt ſumas divitias. Modò manduca, in eius enim corpore es, qui ait, ego ſum panis vivus, &c. manducetur panis de cœlo vt vivatur, non manna ſicut illi manducaverunt & mortui ſunt ; panis de quo dicitur, beati qui eſuriunt &c. hæc Aug.

Qvioni ? hoc ſcribit ex abundantia auerſionis à ſententia Platonicorum. Neque enim ipſa anima, ſed corpus cibus corporeis alitur. Sed organo ſuo, nempe carne, defectu alimenti exigerato, ipſa quoque deficit, & elabitur ex corpore ; quod alimento congruo refectum eam retinet & velut in hoſpitio reparato remoratur. Expertvs, id eſt poſt congreſſum & diſputationem cum omnibus Philoſophorum ſententiis, exertè concludit Soranus, Animam, quam aliunde mortalem fingit, verè ſubſtantiam eſſe corpoream. Non enim omnivm, alludit ad Paulum 2. Theſſ. 3. 2. Non enim omnium eſt fides. Quem locum ex Aug. ſapius eius expoſitore depromptum ſic exponit diſcipulus eius Proſper Aquitanus lib. ſent. poſſe habere fidem ſicut poſſe habere charitatem, natura eſt hominum ; habere autem fidem, ſicut habere charitatem, gratia eſt fidelium : ſed cùm voluntas credendi aliis præparatur, aliis non præparatur à Domino, diſcernendum eſt, quid veniat de miſericordia eius, quid de iudicio. Vniverſæ enim viæ Domini miſericordia & veritas. Inveſtigabiles autem ſunt viæ ipſius ? inveſtigabiles ergo ſunt, & miſericordia quæ gratis liberat, & veritas quæ iuſtè iudicat. Reavs oſtendit, exemplis ſenſibilibus probat. Cvnctanti, in agonia mortis conſtituto. Vide ſequentia verba expoſita verbo, Alimenta animæ. Carceris vi Socratis, quo in carcere compactus, redactus ad mortis anguſtias de anima immortalitate tractauit. Opponit ampla porticuum ſpatia, anguſtiis carceris : vel notat ſcholam Stoicorum anguſtiorem Platonica. Ieivnantes Philoſophia. Principiis Philoſophia, nec deguſtatis. Svbstantiæ ipſi, ſolida animæ ſubſtantia, nihil alimonii & ſolido cibo procurant, ſed alenda augendaque ſcientia. Oiſmiorem, pinguiorem animæ ſubſtantiam. Ornatiorem. Ornamentum enim animæ potius ſunt artes & ſcientiæ quàm eius alimentum. Bene avtem. Pro nobis faciunt, opinioni noſtræ fauent Stoici & probant animam eſſe corpoream. Si enim alitur artibus & ſcientiis, & ſentiant artes eſſe corporeas ; ipſa & proinde eſt corpus, quia ſibi ſimilibus paſcitur. Enormis. Nimia contentio animi in Philoſophando, & ſpeculando cælo, à ſenſibus abſtractis, Thaletem in foueam induxit, quam pro pedibus poſitam non aduertit. Valetvdinis corrvptelam. Philoſophi, præ tumore, non habetudine ingenij ſui, ſententias aliorum capere & intelligere non valentes, ſed ægritudini corporis ſuam ignorantiam imputauere. Vnde & Chryſippus ante diſputationem ſolitus ſuum elleboro purgare, & confortare cerebrum, vt organo melius diſpoſito, fieret eius anima ſapientior. Cvm ovo vnvm. Cum duo corpora, alij legunt in vnum, id eſt in vno matris vtero duo ſimul infantum corpora, quin & plura generare, & portare poſſe negauit. In ivre civili. Vide alibi dicta. Julianus lib. 1. ad Verſeium relatus l. 36. ff. de ſolutionibus. Ariſtoteles ſcripſit (ſcilicet lib. 7. de hiſt. animal. c. 4.) quinque naſci poſſe, quia vuluæ mulierum totidem receptacula habere poſſunt, & eſſe mulierem Romæ Alexandrinam ab Ægypto, quæ quinque ſimul peperit, & tum habebat incolumes, & hoc in Ægypto adfirmatum eſt mihi. Et Paulus Iureconſultus l. 3. ff. ſi pars hæreditatis Pet. Lalius ſcribit ſe vidiſſe in Palatio mulierem liberam quæ ab Alexandria perducta eſt vt Hadriano oſtenderetur cum quinque liberis, ex quibus quatuor eodem tempore enixa dicebatur, quintum poſt diem quadrageſimum. Eius & meminit Caius libro 1. fidei commiſſorum l. 7. ff. de rebus dubiis. Vnici foetvs, in quantum vnico in ſemine continebatur. Vniversa conditio. Natura rerum omnium à Deo condita teſtis erit. Processvra. Procedere, vel, reſpicit reſurrectionem mortuorum, in qua elementa reddent corpora quæ conſumpſerint. Iam illic esse, ſaltem in potentia, vel vt alibi dixit, tota vis arboris in ſemine eſt. Secvndvm sit, aliud ab altero. Dvo svnt, ſint.

Qvantvm ad Philoſophos. Relinquamus Philoſophos, ſatis ſuperque aduerſariam noſtræ ſententiam refutauimus. Iam præter rationes Philoſophicas pro animæ corporalitate contra aduerſarios Philoſophos allatas, probemus fidelibus ex Scriptura ſacra, animam eſſe corpoream. Anima cvivsdam, diuitis epulonis. Folliciorii Lazari in ſinu Abrahæ loco refrigerij quieſcentis. Imaginem, figuram, Parabolam, Imago, quia ab imitando dicta, exprimit veritatem corporalis animæ, cui vt corpori Scriptura adſcribit membra corporea. Imago animæ, quaſi cera corpus calore ſolutum, ſuo modulo conformatur. Post divortivm, ſeparationem à corpore Qvod ad inferna, ſepultus eſt in inferno. Detinetvr, vt corpus in igneo carcere inferni. In diem ivdicii, in quo anima reſumpta carne ſtabit ante tribunal Chriſti. Nihil anima, quaſi vero, nihil ſit, niſi ſit corporeum ; cum angelica ſubſtantia, & diuina, vtpote ſimpliciter, & ſimpliciſſima, minuſque, vel nullo modo compoſita, nobilius non exiſtant, & eſſe incorruptibilius non poſſideant. Sed voluit intelligere ſolidam & veram, non autem inanem & vacuam rationalis animæ ſubſtantiam. Cvstodiæ, carceris. Fovela, refrigerio, quale erat anima Lazari. Per qvod pvnitvr, per ignem inferni, de quo queritur diues crucior in hac flamma. Redдам, rationem, ſatisfaciam, reſpondebo. Præcepit, ante iudicium & reſurrectionem, ante reſumptam carnem, anima utpotè corporea, anticipata pœna, vel præmio ab agente corporeo, ſiue igne, ſiue rore, tormentum & refrigerium percipit : Quidquid autem recipitur, ad modum recipientis recipitur. Sed non aduertit agentia naturalia eleuari à Deo per potentiam obedientialem, tanquam inſtrumenta iuſtitiæ diſtributiuæ Dei, qua hunc cruciat, illum refrigerat. Diverſorio inferni, quod anima ad tempus, à corporis diuertio.

De Ani. cap. 7. à g.

uſque ad regreſſum, quaſi in diuerſorio maneat inferno & ſubterraneo.

De An. cap. 8. EXIMERE CENSV. *Tributo quod luit, vel ordine, ſerie categoria.* NON ADÆQVET *adæquetur, quod par omnino, ex æqualitate non reſpondeat cæteris corporibus quæ in exemplum adduci poſſunt.* VNI PROPRIETATVM, *quorum ſingula, licet omnia in hoc conueniant, quod corpora ſunt: tamen ad imprimendum fronti rerum conditarum ſuæ magnificentiæ Characterem, Deus ſingula corpora ſingulas & particulares proprietates habere voluit, quibus ſint inter ſe diſſimilia, ad decorem & ornatum vniuerſi:* DISCRETA, *proprietatibus diuerſa & diſtincta.* PARIA, *conuenientia in corporalitate.* CONDICVNT, *ſimul dicunt, in hoc conueniunt.* SECVNDVM EMPEDOCLIS, *iuxta ſententiam Empedoclis, qui inter omnia creata amicitias & inimicitias agnouit, ſiue omnia, ſympathia & antipathia conſtare docuit.* OBIACENT. *Opponuntur.* IPSA QVOQVE, *quæ pariter corporalia ſunt.* AMPLIET *multiplicet.* MVLTA. *Supple corporalia à Deo creata ſunt ſpecie inter ſe diuerſa.* DVM VARIA, *quia differentiâ ſpecificâ ab inuicem diſcernuntur.* DVM DIVERSA. *Licet diuerſa ſint ſpecie, tamen inter ſe paria ſunt, in quantum ſunt corpora. Hoc eſt, dum eiuſdem ſunt generis, diuerſa ſunt ſpecies.* AIVNT ENIM, *aduerſarij corporalitatis animæ.* SI ANIMA CORPVS. *Supple eſſet.* EXEMPTO, *remoto.* SORANVS. *Regreditur ad Medicum ſic retorquentem. Vos qui animam incorpoream dicitis, ſic argumentamini: ſi Anima corpus eſſet, ea in morte ſemota à carne, cadauer mortuis leuius eſſe deberet, quàm fuerat viui; ſed è contra grauius eſt: Ergo anima corpus non eſt. Et ego vobis reſpondeo: Si mare eſſet corpus, nauis à mari ſummota leuior eſſet & mobilior, quia ſeparata eſſet à corpore prægrauante: ſed remota eſt grauior & multò immobilior: ergo mare non eſt corpus.* TANTI POSTEA, *anima dum eſt in corpore, & illud tanta agilitate, quò vult transfert, quod poſt egreſſum eius in morte ſic ponderoſum remanet; ſatis probat ſe eſſe validius corpus, ipſa carne, quam ſic mouere & circumferre quò libuerit, poteſt.* PRO CONDITIONE. *Qualitate ſpeciali, quia corporum alia viſibilia ſunt, alia inuiſibilia. Vnde in Symbolo Niceno, credimus in* factorem cœli & terræ viſibilium omnium & inviſibilium. QVIBVS INVISIBILIS, *quia Anima ab aliis corporibus craſſioribus videri non poteſt. Vnde ſe inuicem videbant ſubtilia corpora animarum diuitis, Abrahæ, & Lazari.* SORTITA, *ſic Dauid:* In manibus tuis ſortes meæ, *& Sapiens:* Sortitus animam bonam, *quia ſortem & conditionem, quam mereri non potuit, à Deo accepit, vt ſit videlicet corpus inuiſibile.* AVDACIA, *quod audeant & poſſint irretorta pupilla Solem intueri:* AVERTERIT, *ſua luce nimia ad terram detorqueri coegerit.* SIQVIDEM IGNIS. *Anaxagoras lapidem ignitum Solem dixit. Sed corruptibilis eſſet.* CONFITEATVR, *agnoſcat ex fixo & immoto obtutu.* NEGET, *ſe ferre poſſe præ debilitate oculi.* PRÆIVDICANS, *licet ſit auis vtraque, & corporea, tam noctua, quàm aquila; non tamen valet conſequentia; noctua Solem non fert, ergo nec aquila, ſic nec valet iſta: animam non videt corporeus oculus, ergo anima non eſt corpus.* TANTVMDEM ET ANIMÆ CORPVS. *Similiter & corpus animæ exilius & ſubtilius, fortè oculo carnis eſt inuiſibile, licet oculo alterius animæ corporea ſit viſibile. Qualis fuit oculus interior mentis S. Ioannis Euangeliſtæ, qui eleuatus à Spiritu Sancto vidit ſub Altare animas Martyrum.*

De An. cap. 9. SED ET IPSA. *Accidentia ſcilicet propria & conuenientia tali corpori.* HOC ESSE PROPRIETATIS. *Eo ipſo quod anima corpus non habet tales vel tales qualitates & accidentia, dicendum eſt, talem eſſe animæ corporeæ proprietatem, vt careat huiuſmodi proprietatibus, quæ corporibus alterius generis quadrant,*

A *eiſque inſunt.* VT HABITVM, *quæ ſunt proprietates propriiſſima corporum. Quod anima talis ſit in habitu, & ſtatu, & ſitu, & quod ſuis terminis circumſcribatur, ſicut alia corpora.* TRIFARIAM DISTENTIVVM. *Quod tripliciter diſtenditur & extenditur, in longũ, latũ, & profundum, quod propriũ eſt corporeæ quantitatis. Paulus quadrifariam diſtendit. Menſuras charitatis ſupereminentis ſcientiæ: de quibus ait:* poſſitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit longitudo & latitudo, & ſublimitas & profundum. METANTVR, *metiuntur, menſuras aſſignant.* SVBLIMITATEM. *Profunditatem: ſic dicimus,* conſcendere in altum, *id eſt in mare profundum & pſaltes:* veni in altitudinem maris. SVI GENERIS, *congruum & conueniens*

B *natura ſuæ.* QVASI PERICLITETVR. *Platonem ridet negantem animæ effigiem, quaſi hæc oppugnet eius immortalitatis: adeò vt ſi animam effigiatam diceret, eius immortalitatem periculo exponere crederetur.* SED ANIMAM. *Supple eſſe immortalem & indiſſolubilem, non quidem à carne ſua quam informat, ſed à proprio eſſe; quod ſi corporeum eſſet, compoſita eſſet anima ex ſpiritu & corpore. Vnde cum ex ſententia Platonis, omne quod componitur ſit reſolubile in ea ex quibus componitur: ſi reſolubile & mortale; anima proinde non erit immortalis.* SI EFFIGIATAM, *ſupple animam eſſe fateamur.* ALIO MODO, *Plato agnoſcit quidem effigiem animæ, ſed ſpiritalem, ſpecioſam & formoſam,*

C *quæ texitur ex virtutum intellectualium & moralium forma.* SED NOS, *qui animam ex propria eſſentia & ſubſtantia corpus eſſe dicimus, ei quoque lineamenta effigiem eius corpoream deſcribentia adſcribimus.* EX FIDVCIA. *Non ſolum quòd indicemus tanquam certa propter rationes allatas, animam eſſe corpus, ſed quia potiſſimè eadem veritas probata [illegible] per reuelationem omni humana ratione fortiorem.* NAM QVIA SPIRITALIA. *Nos enim Auctore Paulo inter dona Spiritus, Prophetiam recenſente, non in Ioanne Baptiſta omnem Prophetiam extinctam credimus; licet dixerit Chriſtus,* Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem. *Nam hoc intelligendum eſt de Prophetis aduentum Chriſti prænuntiantibus; & de veteri lege ceſſante Chriſto oſtenſo digito*

D *per Ioannem. Sed poſt Baptiſtam, apud Paulum legimus;* quoſdam dedit in Eccleſia Prophetas. *Et in Actis, Agabum, & virgines Propheteſſas. Et Ioannes Euangeliſta præter reuelationes tota Apocalypſi deſcriptas, cap. 1. 10.* Fui in ſpiritu in Dominica die, *& eidem ſub altari vidit Martyrum animas.* SOROR, *ut primi fideles fratres dicti.* DOMINICA SOLEMNIA. *Miſſam ſolemnem die Dominica, vel corporis & ſanguinis Chriſti Domini noſtri myſteria.* PATITVR, *vt S. Dionyſij Hierotheus* diuina patiens. *Anima enim Prophetæ non ſua vi ſe mouet, ſed à Spiritu Sancto mota, & eleuata ſupra ſe, prophetat. Sicut Caiphas non à ſemetipſo pronuntiauit:* Expedit vt vnus moriatur homo pro populo. *Et Apoſtolus ait, non allatam humanitus Prophetiam, ſed Spiritu Sancto inſpiratos ſanctos Dei viros eſſe locutos.* SACRAMENTA *myſteria.*

E MEDICINAS, *ægro cordi vel corpori congruas.* Alij dona curationum. SCRIPTVRÆ, *veteris Teſtamenti & Prophetiæ in Eccleſia legebantur, vt nunc.* ADLOCVTIONES, *collationes & colloquia de Scriptura aut rebus piis, vel exhortationes ad populum.* PETITIONES DELEGANTVR, *dum recitantur collecta, vel oratio Dominica, precibus per Angelos legatos, in phialis aureis plenis odoramentorum,* quæ ſunt orationes Sanctorum, *vectis in cœlum.* INDE MATERIÆ. *Ex iiſdem Pſalmis, lectionibus, &c. materia & ſubiectum reuelationum, vel Prophetiæ enunciandæ, huic ſorori Propheteſſæ, à Spiritu Sancto datur.* IN SPIRITV ESSET. *Eleuata ad viſionem.* DE ANIMA DISSERVAMVS, *quod ſupra dixit:* adlocutiones proferuntur. *Vel quod ipſe concionaretur vt presbyter Carthaginenſis,*

aut

aut colloquiū eſſet de Anima, quid & qualis eſſet. POST TRANSACTA. *miſſâ dictô cum* Iie miſſa eſt. DIGERVNTVR, *ordine ſcribuntur & examinantur, vt vera à falſis diſcernantur dono altero ſpiritus ſancti:* Alij diſcretio ſpiritum & *rurſum Paulus*: nolite credere omni ſpiritui, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſunt. ANIMA CORPORALITER, *ſine quòd oculo corporis ipſa videret, ſine oculo mentis per reuelationem elcaato animam corpoream conſpexiſſet.* SPIRITVS VIDERATVR *& tamen non minus eam ſpiritum eſſe agnoſcebam, ſed non ſpiritum vacuum & inanem, qualis eſt ventus, & flatus aëris concitati.* TENERI REPROMITTERET *Tum ſolidam erat corpus huius ſpiritus, vt ſatis probaret, ſe etiam tangi poſſe, palpari, detineri.* TENERA. *lenis, polita, mollis, quod eſt obiectum tactus corporei.* AERII COLORIS. *Qui eſt obiectum viſus.* FORMA HVMANA, *effigie reſpondente forma vultus humani, & catera lineamenta corporis exprimente.* HOC VISIO, *ſupple certa dicta ſororis nos docait.* DEVS TESTIS. *Quod non mentitur.* ET APSTOLVS 1. *Cor.12.8.& ſeq.* IDONEVS. *fidelis promiſſor donorum ſpiritus ſancti, qua in eccleſia ceſſare non debebant.* Nec enim abbreuiata manus Domini, *Cuius ex Aug. dona diuiſa vt digiti, manus autem vnacundem vnitatis & charitatis ſpirituum ſignificant.* TV, *qui fidelis non es, vel imperfectè credis, noli huiuſmodi reuelationibus fidem adhibere. Noli aſſentiri ſententia noſtra tot argumentis & rationibus fulta, qua animam corpoream & Effigiatam eſſe conuincant.* DE SINGVLIS, *tam corporalitate, quam effigie.* CORPVS ANIMA, *ſupple eſt.* INTER ILLA, *corpora ſupra relata cenſenda eſt, qua ſolidâ & non vacuâ ſubſtantiâ conſtant, & qua quantitate & colore viſibilia ſiunt.* QVEM ALIVM COLOREM. *Iam de ſingulis probat in dicta reuelatione notatis, ac primò quidem colorem anima conuenientem.* NON VT AER. *Non quòd anima ſit ſubſtantialiter aër, ſicut Philoſophis citatis placet.* CERAVNEIS, *ex Iſidoro, lib.16.Orig. cap.13.* dicta Ceraunia, quòd alibi non inuenitur quàm in loco fulminis ictûs proximo, græcè enim fulmen κεραυνὸς dicitur. BERYLLIS. *Plin. lib. 37. cap. 5.* probatiſſimi ſunt ex eis, qui viriditatem puri maris imitantur. QVOD FLVCTVENT *Quia videntur in aqua natare.* COLATO. *Puro ac deterſo.* ET ALIA. *Corpora ſcilicet, ſimilia reddit color, licet naturâ & ſubſtantiâ diuerſa ſint.* ÆMVLVM. *Imitatur aërem.* QVA FLATVS. *In quantum anima eſt flatus, & ſpiritus ex traduce parentum ſemine ortus: corpus eſt ſimile aëri, & ſic tenue ac pellucidum vt pre luce, & exilitate dubitetur an ipſa ſit corpus.* DE SENSV. *ſi communi ſenſu polles, non aliam anima humana effigiem dabis, quam humanam; repraſentantem poſt exitum à corpore idem corpus quod informauerat ante mortem, à quo formam illam externam effigiemque traxerat.* SAPERE. *ſentire.* PRIMORDII. *generis humani, in Adam exemplum.* IN FORMA. *prototype & modulo, ſicut imago ex cera liquefacta.* LINEA. *lineamento corporis.* HOMO INTERIOR. *Anima effigiata ad formam & modulum corporis quod animat.* PER HAS LINEAS. *Lineamenta.* INTELLIGVNTVR, *videntur aut viſa ſunt anima ſub altari.* VT TOTIVS SVBSTANTIÆ. *anima Adæ à Deo flata & corpus condita, ſic infuſa eſt carni vt ipſius effigiem ſumeret. Et eam voluit eſſe ſemen aliarum humani generis animarum, non ſolùm vt eas in poſteros corporeas, ſed etiam effigiatas traduceret.*

3. [1]SVBSTANTIA SIMPLICEM. *Non compoſitam ex ſpiritu & corpore, ſed ſimpliciter ſpiritum corporeum ſolidum, non vacuum & inane, licet tenue, lucidum, & ſubtile ſit corpus eius.* [2]DE SVO SAPIENTEM. *Itaut ſapientiam, ſcaſum & intellectum non mendicet à carne, quanquam dicatur*: nihil eſt in intellectu, quod prius non fuerit in ſenſu. [3]VARIE PROCEDENTEM. *Explicantem ſe & vires ſuas probantem diuerſis actibus per organa carnis productis.* [4]ACCIDENTIIS *caſibus corporis, vt potè morbis, &c. condolentem & compatientem.* [5]PER INGENIA. *Per varias artes bonas aut malas, vel per paſſiones.* [6]EX VNA, *Ada anima eam multiplicatione generis humani ex traduce productam.* [7]DIVINATRICEM. *Preſagam futuri, vel Prophetia capacem.*

4. [1]OSTENDENDA. *Hac viâ tradenda anima cognitio.* [2]RETRO. *Priùs dixerint animam prorſus*
B *inuiſibilem.* [3]CORPORALEM CONSTITVVNT; *licet animam inuiſibilem dicant, eam tamen corporalem affirmant.* [4]HABENTEM ALIQVOD. *Tanquam anima corpus habeat, illud tamen congruum anima & inuiſibile eſſe.* [5]CORPVS EIVS. *Subſtantia eius corporea & ſolida.* [6]HABENTE IGITVR. *ſi ergo eorum ſententia ſequenda eſt qui volunt animam quidem corpus habere, ſed tamen inuiſibile; multò digniùs viſibile dixiſſent, qui propoſuerant quod credebatur eſſe inuiſibile: Cum viſibilitas longè melius cadat in ſubſtantiam corpoream, quàm in incorpoream, vtpote qua ſit proprium obiectum ſenſus corporei.* [7]NEC HIC MENDACIVM. *In hac propoſitione, qua dicimus animam corpus eſſe viſibile, nec in Deo eius authore infirmitas argui poteſt;*
C *quaſi non potuerit ex flatu ſuo animam facere corpoream, id eſt, viſibilem ſolidamque ſubſtantiam; neque mendacium in eius verbo redarguas, ſi animam viſibilem Sanctis & Prophetis per reuelationem oſtendit, cùm tamen non haberet corpus viſibile.* [8]PERSONAM; *phantaſma, vmbram, imaginem.* [9]INDVCIT. *loco eius ſupponit.* [10]CARNE CONVERSA, *mutata.* [11]VI RATIONIS. *Conuincente, probetur animam eſſe, hoc eſt verum eſſe, & exiſtentiam ſolidam poſſidere, licet non ſit corporea.* [12]QVIDQVID EST ANIMA. *Non omne corpus eſt, quidquid anima eſt. Non enim omne eſt coloratum & viſibile.* [13]PROINDE. *Per conſequens, poterat Deus etiam conuenientius intento ſuo, animam corpoream eſſe, probare; dando ei aliquam ſpecialem,*
D *& nouam corporis formam, ab aliis corporibus omnino diſtinctam, qua aliter quàm per lineamenta & effigiem corporalem cognoſci, & demonſtrari oculis poſſet.* [14]NE SINE CAVSA, *ne abſque ratione videretur geſtiſſe animam ex inuiſibili facere viſibilem.* [15]PER CARNIS DEFENSIONEM. *Aſſerendo illam habere carnem & corpus humano ſimile.*

5. [1]SIMPLICIOR. *Minus erudit as in ſententia noſtra, eamque defendens debiliori argumento, animam putabit eſſe corpoream; quòd caro hominis ſuſcitanda, & Chriſti iudicis tribunali ſiſtenda ſit, eò quòd anima ſine ſua carne ſenſibili & paſſibili, non poſſit vllam pœnam, vel refrigerium pati, in quantum incorporea eſt ſubſtantia anima, & proinde incapax corpo-*
E *ralis pœna, vel refrigerij.* [2]IN SVO VOLVMINE. *libro de Anima inſcripto.* [3]SVBSTANTIÆ SOLIDITATIS, *ſubſtantia ſolida.* [4]ET NVNC. *ante extremum iudicium.* [5]NVDAS, *expoliatas pelle corporum.* [6]EXVLES. *à carne ſeparatas, etiam longo locorum interuallo.* [7]DEDI. *locum & occaſionem dicendi.* [8]ADVERSARIO, *neganti reſurrectionem carnis.* [9]ERGO, *&c. ſequitur vt dicat & concludat: ſi anima proprium habet corpus, in quo torqueri, vel remunerari poſſit, quid neceſſaria eſt carnis reſurrectio, cùm ideo Iudicium ſit futurum, vt quiſque pro meritis dum in carne viueret, recipiat? vide reſponſionem Tertulliani ſequenti titulo. num. 2.*

6. [1]CARNE SALVVM. *Hominem in iudicio, & reſurrectione, non ſolùm quantum ad animam, olim à peccatis per ſacramenta Baptiſmi, & Pœnitentia ſuſ-*

citatum, ſed & carne à morte corporali eductum. Iuxta illud pſaltes: Qui edocit vinctos de tenebris, ſimiliter eos qui habitant in ſepulchris. [2] QVAM SVNDEM. *Vt non in alia carne, ſed propria quilibet homo ſuſcitetur.* [3] VITIOSAM DISCIPLINAM. *Malos mores, & peccata* [4] NON CORPVLENTIAM. Non enim volumus expoliari, ſed ſuperveſtiri. *Quod quidem indumentum, à tinea, & vermibus eroſum, integrum & ſaluum in reſurrectione recipiet. Vnde Paulus, Epheſ. 4. 22.* Deponere vos ſecundùm priſtinam conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundùm deſideria erroris *Et Coloſſ. 3. 9.* Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis. *Tranſlat. Syr.* Exuite veterem hominem, cum omnibus moribus eius. NON CORPVLENTIAM. *Alludit etiam hic ad errorem ſuum, de anima corpulentia, quam nunquam exuet, licet expoliet ſe vitiis, & concupiſcentiis carnis in reſurrectione ceſſaturis, quibus quidem expoliata erit iuſti anima; ſed præter corpoream, hoc eſt ſolidam propria natura ſubſtantiam, ſuperueſtietur priſtinà carne, eàdem quidem ſubſtantiuè, ſed aliâ, quoad accidentia dotum gloria. vt* ſtet Regina, à dextris Regis gloriæ, in veſtitu deaurato, circumdata varietate.

7. [1] ETSI CORPVS. *ſupple ſit* [2] NON ANIMATVM, *alia à ſe anima, cum quo faciat compoſitum. quia licet corporea ſit anima ſubſtantia, ſimplex tamen eſt.* [3] ANIMALE CORPVS, *de quo Apoſtolus, quem malè negantes reſurrectionem, interpretantur; dum ait:* Seminatur animale, reſurget ſpiritale. *Propriè enim Apoſtolus intelligendus eſt loqui de corpore prius animato, & recedente animâ facto exanimi, & mortuo. Animale igitur dicit, graue, & ponderoſum, ſicut aliorum animalium. Vocatur autem animale ob animam, cui prius animanti ſe, iunctum erat.* [4] NEC FIERI, *ſupple corpus animale,* [5] QVOD FACIT, *qua carnem animat.*

8. [1] DICIT APOSTOLVS, *qui cùm ait;* reſurget ſpiritale: *Non locutus eſt de anima corporo, quæ & ſpiritus dicitur, quia flatus eſt.* [2] SED CORPVS. *Carnem dixit futuram ſpiritalem in reſurrectione.* [3] CVM ANIMA NASCENDO. *Vna cum carne ex eodem ſemine producta, & traducta* [4] PER ANIMAM, *informantem, & viuificantem carnem ſuam.* [5] ANIMALE DICI CAPIT. *habet ex anima caro, vt dicatur corpus animale.* [6] DVM PER SPIRITVM, *id eſt animam immortalem, reſurget caro futura immortalis. Nam ex D. Thoma, vt forma nobiliſſima, qualitates ſuas imprimet corpori ſuo.* [7] IN CORRVPTELA, ſeminatur in corruptione, *corpus corrumpendum ſub terra, velut ſemen, vt granum tritici ſulco defoſſum, multiplici fœnore gloriæ diteſcat, vt fructu.*

9. [1] SVÆ QVALITATIS, *ſui generis, ſibi & naturæ ſuæ congruentis, hoc eſt ſolida, & non vacua inaniſque ſubſtantia.* [2] SICVT ET SPIRITVS. *quodammodo dicitur, in quantum flatus eſt* [3] DISTINCTE, *ſeorſim & ſeparatim* [4] VOCABVLVM PROPRIVM, *quod eſt anima* [5] PROPRIO, *ſupple carnis.* [6] COMMVNI. *Quod tam animæ, quàm carni conuenit; vt propter ſolidam vtriuſque ſubſtantiam, vtrumque poſſit appellari corpus.*

Præter dicta ex Aug. Scholio præcedenti: contra corporalitatem animæ, quam Vincentius Victor, Tertullianum ſecutus, tuebatur, vbi de S. Perpetua & apparitione animæ fratris eius, loquebatur; accipe ſequentia ex eodem lib. 4. de origine animæ. cap. 20. Animam dicis per cuncta membra diffuſam gelando riguiſſe, & à vertice vſque ad ima veſtigia, à medullis intimis, vſque ad ſuperficiem cutis, totam (S. Aug.) totius accepiſſe corporis formam. *Et cap. 21.* Nondum extracta eſt velut de vagina ſua, gelata illa forma, ſicut putas, animæ. *Epiſtola autem 28. ad Hieronymum, vbi fuſe tractat de origine animæ,* Incorpoream eſſe animam, etſi difficilè tardioribus perſuaderi poteſt, mihi tamen fateor eſſe perſuaſum. (S. Aug.) Sed nè verbi controuerſiam, vel ſuperfluò faciam, vel meritò patiar, quoniam cùm de re conſtat, non eſt opus certare de nomine: ſi corpus eſt omnis ſubſtantia, vel eſſentia, vel ſi quid aptius nuncupatur, id quod aliquo modo eſt in ſeipſo, corpus eſt anima: Item ſi eam ſolam incorpoream placet appellare naturam, quæ ſummè incommutabilis, & vbique tota eſt, corpus eſt anima: quoniam tale aliquid ipſa non eſt. Porro ſi corpus non eſt, niſi quod per loci ſpatium aliqua longitudine, latitudine, altitudine, ita ſiſtitur, vel mouetur, vt maiore ſui parte maiorem locum occupet, & breuiore breuiorem; minuſque ſit in parte quàm in toto, non eſt corpus anima, per totum quippe corpus quod animat, non locali diffuſione, ſed quadam vitali intentione porrigitur. Nam per omnes eius particulas tota ſimul adeſt; nec minor in minoribus, & in maioribus maior; (*& hoc contra Tertullianum, qui animæ effigiem partibus corporis exilioribus aut craſſioribus configurat.*) Sed alicubi intentius, alicubi remiſſius, & in omnibus tota, & in ſingulis tota eſt. Neque enim aliter quod in corpore etiam non toto ſentit, tamen tota ſentit. Nam cùm exiguo puncto in carne viua aliquid tangitur, quamuis locus ille non ſolũ totius corporis non ſit, ſed vix in corpore videatur, animã tamen totam non latet: Neque id quod ſentitur, per corporis cuncta diſcurrit, ſed ibi tantum ſentitur vbi ſit. Vnde ergo ad totam mox peruenit, quod non in toto ſit, niſi quia & ibi tota eſt, vbi ſit, nec vt tota ibi ſit, cætera deſerit? Viuunt enim & illa, eâ præſente, vbi nihil tale factum eſt. Quod ſi fieret, & vtrumque ſimul fieret, ſimul vtrumque totam pariter non lateret. Proinde & in omnibus ſimul, & in ſingulis particulis corporis ſui tota ſimul eſſe non poſſet, ſi per illas ita diffunderetur, vt videmus corpora diffuſa per ſpatia locorum, minoribus ſuis partibus minora occupare, & amplioribus ampliora. Quapropter ſi anima corpus eſſe dicenda eſt, non eſt certè corpus, quale terrenum eſt, nec quale humidum, aut aëreum, aut æthereũ, Omnia quippe talia maiora ſunt in maioribus locis, & minora in minoribus locis, & nihil eorum in aliqua ſui parte totũ adeſt, ſed vt ſunt partes locorum, ita occupantur partibus corporũ. Vnde intelligitur, animam, ſiue corpus ſiue incorporea dicenda ſit, propriam quandam habere naturam, omnibus his mundanæ molis elementis excellentiore ſubſtantia creatam, quæ veraciter non poſſit in aliqua phantaſia corporalium imaginum, quas per carnis ſenſus percipimus, cogitari, ſed mente intelligi, vitâque ſentiri. Nec hæc perinde loquor, vt te, quæ tibi nota non ſunt, doceam, ſed vt aperiam quid firmiſſimè de anima teneam; nè me quiſquam, cùm ad ea venero, quæ requiro, nihil de anima, vel ſcientia, vel fide tenere arbitretur. Certus etiam ſum animam nullâ Dei culpâ, nullâ Dei neceſſitate, vel ſuâ, ſed propriâ voluntate, in peccatum eſſe collapſam: nec liberari poſſe de corpore mortis huius, vel ſuæ voluntatis virtute, tanquam ſibi ad hoc ſufficiente, vel ipſius corporis morte, ſed gratiâ Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, &c. (S. Aug.) *Et multis interiectis, quàm ſit humilis ipſe probat, cùm ibidem ageret de origine animæ.* Nunc habentur à plurimis quatuor opinio-

nes de Animæ incarnatione. Vtrum ex illa vna quæ primo homini data aſt, cæteræ propagentur; an ſingulis quibuſque nouæ etiam modò fiant: an alicubi iam exiſtentes, vel mittantur diuinitus, vel ſponte labantur in corpora. Ita putaui eſſe tractandas, (libro 3. de lib. arbitrio) vt quælibet earum vera eſſet, non impediret intentionem meam, qua tunc aduerſus eos, quantis poteram viribus agebam, qui naturam mali ſuo principio præditam, aduerſus Deum conantur inducere, id eſt, contra Manichæos, &c.

Aug. *Subijcit & aliam ortis Pelagianis, intentionem ſuam*. Hoc itaque excepto hæreticæ opinionis errore, ex quatuor reliquis opinionibus, quænam ſit eligenda, ſcire deſidero. Quæcumque enim eligenda eſt, abſit vt impugnet hanc fidem, de qua certi ſumus; omni animæ, etiam paruuli infantis, neceſſariam eſſe liberationem ex obligatione peccati; eamque nullam eſſe, niſi per Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Proinde nè longum faciamus, hoc certè ſentis; quòd ſingulas animas ſingulis naſcentibus, etiam modò Deus faciat. Cui ſententiæ nè obijciatur, quòd omnes creaturas ſexto die conſummauerit Deus, & ſeptimo die requieuerit, adhibes teſtimonium ex Euangelio Ioannis 5. Pater meus vſque nunc operator, & ego operor, &c. *Tum aliquibus interpoſitis*, miſiſti ad me diſcipulos vt ea doceam, quæ nondum ipſe didici, doce ergo quod doceam; Nam vt doceam multi à me flagitant, eiſque me ſicut alia multa, & hoc ignorare confiteor. Et fortaſſe quamuis in os meum verecundentur, (*hoc ſcilicet dicere quod ſequitur*;) tamen apud ſe dicunt: Tu es Magiſter in Iſraël & hæc ignoras? Quod quidem Dominus ei dixit, qui erat vnus illorum, quos delectabat vocari Rabbi. Vnde etiam ad verum magiſtrum nocte venerat, quia fortaſſis erubeſcebat diſcere, qui docere conſueuerat. Me autem potius Magiſtrum audire, quàm velut Magiſtrum delectat audiri: recolo enim quid dixerit eis quos præ cæteris elegit: Vos autem, inquit, nolite ab hominibus, vocari Rabbi; vnus enim eſt Magiſter veſter Chriſtus. Nec alius docuit Moyſem per Ietro, Nec alius Cornelium, etiam per priorem Petrum, nec alius Petrum per poſteriorem Paulum, à quocumque enim verum dicitur; illo donante dicitur, qui eſt ipſa veritas. Quòd ſi ideo adhuc iſta neſcimus, & ea neque orando, neque legendo, neque cogitando & ratiocinando inuenire potuimus, vt probemur non ſolum indoctos quanta charitate doceamus, verùm à doctis etiam quanta humilitate diſcamus; doce ergo quæſo quod doceam, doce quod teneam, & dic mihi, ſi animæ ſingillatim in ſingulis naſcentibus fiunt; vbi in paruulis peccent, vt indigeant, in Sacramento Chriſti, remiſſione peccati; peccantes in Adam, ex quo caro eſt propagata peccati: aut ſi non peccant, qua iuſtitia creatoris ita peccato obligantur alieno, cùm exinde propagatis membris, mortalibus inſeruntur, vt eas niſi per Eccleſiam ſubuentum fuerit, damnatio conſequatur, cùm in earum poteſtate non ſit, vt eis poſſit gratia baptiſmi ſubueniri, &c. Quod dicitur animas non in neſcio quo fonte iam exiſtentes mittere, nec de ſeipſo tanquam ſuas particolas irrorare, nec de illa vna (*Adami Anima*) originaliter trahere, nec pro delictis ante carnem commiſſis, carneis vinculis compedire; ſed nouas creare ſingulas, ſingulis ſuam cuique naſcenti: non aliquid facere dicitur, (*creare de nouo*) quod ante non fecerat: iam enim ſexto die fecerat hominem ad imaginem ſuam, quod vtique ſecundum animam rationalem feciſſe intelligitur, hoc & nunc facit;

A non inſtituendo quod non erat, ſed multiplicando quod erat: vnde & illud verum eſt quòd à rebus quæ non erant inſtituendis requieuit; & hoc verum eſt, quod non ſolum gubernando quæ fecit, verum etiam aliquid, non quod nondum, ſed quod iam creauerat, numeroſius creando vſque nunc operatur. Vel ſic ergo, vel alio modo quolibet, eximus ab eo quod nobis obijcitur de requie Dei ab operibus ſuis, ne propterea non credamus nunc vſque fieri animas nouas, non ex illa vna, ſed ſicut illam vnam. *Quæ quidem neque ad imaginem, aut effigiem cuiuſcumque corporis, ſed ad imaginem & ſimilitudinem Dei, incorporei & ineffigiabilis, ipſa quoque incorporea & ineffigiata creata eſt, & quotidie creatur.*

S. Aug. *Et to. 3. libro 7. de Gen. ad lit. cap. 4.* Si Deum B diceremus tanquam corporei mūdi huius animam, cui mundus ipſe eſſet tanquam corpus ipſius animantis, rectè non eum diceremus ſufflando feciſſe animam hominis, niſi corpoream de iſto aëre ſubiacente ſibi ex corpore ſuo: non tamen quod feciſſet dediſſetque ſufflādo, de ſeipſo dediſſe putare deberemus, ſed ita de ſibi ſubiecto aëre corporis ſui, ſicut anima de huiuſmodi re ſimiliter adiacēte ſibi, hoc eſt de corpore, non de ſeipſa flatum facit. Nunc vero, quia non tantūmodo mundi corpus Deo eſſe ſubiectum dicimus, ſed illum eſſe ſupra omnem creaturam ſiue corporalem, ſiue ſpiritualem, nec de ſeipſo, nec de corporeis elemētis credendus eſt animam feciſſe ſufflando. Vtrū autem ex eo quod omni- C no non erat, id eſt ex nihilo, an ex aliqua re quæ iam ab illo facta ſpiritaliter erat, ſed anima nondū erat meritò quæri poteſt, &c. *Et cap. 12. probat ex nullo elemento factam eſſe animam quæ penitus incorporea eſt. Et cap. 13. corpus humanum ex quatuor elementis conflatum probat ex Medicis. Libro autem 8. de Gen. cap. 5.* Si quiſquam, inquit, putat, animas cum à corpore exceſſerint, locis corporaliter viſibilibus contineri, cum ſint ſine corpore, aſſerant ſentētiam ſuam. Non deerunt qui ſic faueant, vt illum etiam diuitem ſitientem in loco vtique corporali fuiſſe contendant, ipſamque animam, animo eſſe corpoream, propter arentem linguam, & ſtillam aquæ de Lazari digito concupitam, pronuntiare non dubi- D tent. Cum quibus ego dè tam magna quæſtione nulla temeritate confligo. Melius eſt enim dubitare de occultis, quam litigare de incertis: Illum quippe diuitem in ardore pœnarum; & illum pauperem in refrigerio gaudiorum intelligendos eſſe non dubito. Sed quomodo intelligenda ſit illa flamma inferni, ille ſinus Abrahæ, illa lingua diuitis, ille digitus pauperis, illa ſitis tormenti, illa ſtilla refrigerij, vix fortaſſe à manſuetè quærentibus, à contentioſè autem certantibus, nunquam inueniri. Citò ſanè reſpondendum eſt; ne nos profunda iſta quæſtio & multis ſermonibus indigens tardet, ſi corporalibus locis animæ continentur, etiam exutæ corporibus, potuit ille latro in eum introduci E Paradiſum vbi fuerat corpus primi hominis. *Alibi tamen vt ſupra vidimus, & infra videbimur, animam probat, per loca non moueri, & prorſus incorpoream eſſe*: Nunc vero, inquit, (*de quo agebatur, & citò reſpondere volebat*:) quod ſapientia non ſit corpus, & ideo nec lignum, (*de quo ſupra cap. 4. dixerat ex Prouerb. 3. dictum eſt, de ſapientia, lignum vitæ eſt omnibus amplectentibus eam*:) Nec dubito, nec dubitari à quoquam puto: potuiſſe autem per lignum, id eſt, corpoream creaturam, tanquam Sacramento quodam (*id eſt magiſterio, & allegoricè*) ſignificari ſapientiam in Paradiſo corporali, ille credendum non exiſtimat, qui vel tam multa in Scripturis rerum ſpiritalium Sacramenta

non videt: vel hominem primum cum eiuſmodi aliquo ſacramento viuere non debuiſſe contendit. A

S. Auguſt. *Cap. autem 20. probat animum eſſe meri ſpiritalem.* Spiritalem, inquit, creaturam, corporali præpoſuit quod ſpiritalis tantummodo per tempora mutari poſſit, corporalis autem per tempora & loca. Exempli enim gratia, per tempus mouetur animus, vel reminiſcendo quod oblitus erat, vel diſcendo quod neſciebat, vel nolendo quod volebat. Per loca autem corpus vel à terra in cœlum, vel à cœlo in terram, vel ab oriente in Occidentem, vel ſi quo alio ſimili modo. Omne autem quod mouetur per locum, non poteſt niſi & per tempus ſimul moueri. At non omne quod mouetur per tempus, neceſſe eſt B etiam per locum moueri. Sicut ergo ſubſtantiam quæ mouetur per tempus & locum, præcedit ſubſtantia quæ tantum per tempus: Ita ipſam præcedit, illa, quæ nec per locum, nec per tempus: ac per hoc, ſicut per tempus & locum, mouet corpus, ipſe tantum per tempus, motus, conditus ſpiritus: Ita per tempus mouet conditum ſpiritum, ipſe nec per tempus, nec per locum motus conditor Spiritus. (*vnde alibi idem Aug. de Deo dicit, quod mouet omnia immotus.*) ſed ſpiritus creatus mouet ſeipſum per tempus; & per tempus ac per locum, corpus: Spiritus autem creator mouet ſeipſum ſine tempore ac loco, mouet conditum ſpiritum per tempus ſine loco; mouet corpus per tempus & locum. *Quomodo autem moueat conditum ſpiritum doctè* C *differit ibidem cap. 23. vbi agit de motu voluntatis animæ ſiue ſpiritus rationalis & Angelici.*

S. Auguſt. Quia omnino incommutabilis eſt illa natura Trinitatis, & ob hoc ita æterna vt aliquid ei coæternum eſſe non poſſit, ipſa apud ſeipſam & in ſeipſa, ſine vllo tempore ac loco, mouet tamen per tempus & locum ſibi ſubditam creaturam; naturas creans bonitate, voluntates ordinans poteſtate: vt in naturis nulla ſit quæ non ab illo ſit. In voluntatibus autem nulla bona ſit, cui non præſit; nulla mala ſit, qua benè vti non poſſit. Sed quia non omnibus naturis dedit voluntatis arbitrium, illæ autem quibus dedit, potentiores ac ſuperiores ſunt; Illæ naturæ quæ non habent voluntatem, ſubditæ ſint neceſſe eſt illis quæ ha- D bent: Et hoc ordinatione Creatoris, qui numquam ita punit voluntatem malam, vt naturæ perimat dignitatem. Cùm igitur omne corpus, & omnis anima irrationalis non habeat voluntatis arbitrium, ſubdita iſta ſunt eis naturis, (*non corporeis ſed ſpiritalibus; quales ſunt Angeli & animæ rationales, quæ & ſpiritus ſunt.*) nec omnibus omnia, ſed ſicut diſtribuit iuſtitia Creatoris. Ergo Dei prouidentia regens atque adminiſtrans vniuerſam creaturam, & naturas, & voluntates; naturas, vt ſint: voluntates autem, vt nec infructuoſæ bonæ, nec impunitæ malæ ſint: ſubdit primitus omnia ſibi; deinde creaturam corporalem creaturæ ſpiritali, irrationalem rationali, terreſtrem cœleſti, femineam maſ- E culinæ, minus valentem valentiori, indigentiorem copioſiori. In voluntatibus autem bonas ſibi; cæteras verò ipſis ſeruientibus ſibi: Vt hoc patiatur voluntas mala, quod ea iuſſu Dei fecerit bona, ſiue per ſeipſam, ſiue per malam; in rebus dumtaxat, quæ naturâ ſunt, etiam malis voluntatibus ſubditæ, id eſt in corporibus. Nam in ſeipſis, malæ voluntates habent interiorem pœnam ſuam, eandem ipſam iniquitatem ſuam. *Vbi vides; animas rationales, & voluntates ipſarum ſpiritales eſſe, & non corporeas; & eas non per tempus & locum, ſed per ſeipſum, & in ſeipſo, ſummum omnium ſpirituum, & non corporeum Deum mouere, quem vt infra videbimus, & corporeum finxit Tertullianus.*

A *Libro porro 12. de Gen. ad lit. cap. 7. vbi diſtinguit tria viſionum genera, & animum probat non eſſe corpus, ex viſione ſpiritali:* Primum, inquit, appellemus corporale, quia per corpus percipitur, & corporis ſenſibus exhibetur, ſecundum ſpiritale; quidquid enim corpus non eſt, & tamen aliquid eſt, iam rectè ſpiritus dicitur: Et vtique non eſt corpus, quamuis corpori ſimilis ſit imago abſentis corporis, nec ille ipſe obtutus, quo cernitur. Tertium verò intellectuale ab intellectu, quia mentale à mente, &c. Satis eſt ergo ſcire, corporale aliquid, vel propriè dici, cùm de corporibus agitur; vel etiam tranſlato vocabulo; ſicut dictum eſt Coloſſ. 3. quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis B corporaliter. Neque enim diuinitas corpus eſt: ſed quia ſacramenta veteris Teſtamenti appellat vmbras futuri; propter vmbrarum comparationem, corporaliter dixit in Chriſto habitare plenitudinem diuinitatis: quod in illo impleantur omnia, quæ in illis vmbris figurata ſunt; ac ſic quodammodo vmbrarum illarum, ipſe ſit corpus, hoc eſt figurarum, & ſignificationum illarum, ipſe ſit veritas, &c. *Nec igitur mirum videri debet ſi tranſlato vocabulo dicatur, vt ſubijcit, corpus ſpiritale in reſurrectione; ſicut & ſpiritus procellarum, & ſpiritus pecorum. Et* S. Aug. *concludit:* dicitur ſpiritus & ipſa mens rationalis, vbi eſt quidam tanquam oculus animæ, ad quem pertinet imago, & agnitio Dei Vnde dicit Apo- C ſtolus. Epheſ. 4. renouamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem qui ſecundùm Deum creatus eſt. Cùm & alibi dicat Coloſſ. 3. de interiore homine: qui renouatur in agnitione Dei ſecundùm imaginem eius qui creauit eum, &c. Dicitur ſpiritus etiam Deus, ſicut ait Dominus. Io. 4. Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, etiam in ſpiritu & veritate oportet adorare. *cap. autem 6. in f. vbi de dilectione Dei:* homo, vel arbor, vel Sol, & quæcumque alia corpora, ſiue cœleſtia, ſiue terreſtria, & præſentia videntur in ſuis formis, & abſentia cogitantur imaginibus animo impreſſis, & faciunt duo genera viſorum: vnum per corporis ſenſus, alterum per ſpiritum, quo illæ imagines D continentur. Dilectio autem nunquid aliter videtur præſens in ſpecie qua eſt, & aliter abſens in aliqua imagine ſui ſimili? non vtique, ſed quantum mente cerni poteſt, ab alio magis, ab alio minus ipſa cernitur: ſi autem aliquid corporalis imaginis cogitatur, non ipſa cernitur.

Atque ex dictis conſtat quòd anima rationalis ſit incorporea, quæ à corporeis abſtrahit, & purè ſpiritalis cernit. Tandem hunc tractatum contra errorem Tertulliani de corporalitate animæ, cum eodem Aug. lib. 10. de Gen. ad lit. duobus extremis capitibus contra ipſum Tertullianum, ex profeſſo contextis concludamus. Sic itaque cap. 25. S. Aug. Tertullianus, quia corpus eſſe animam credidit, non ob aliud, niſi quòd eam incor- E poream cogitare non potuit; & ideo timuit ne nihil eſſet, ſi corpus non eſſet, nec de Deo valuit aliter ſapere: qui ſanè quoniam acutus eſt, interdum contra opinionem ſuam, viſa veritate ſuperatur, &c. Cùm animæ etiam colorem daret aëreum ac lucidum, ventum eſt ad ſenſus, quibus eam membratim quaſi corpus inſtituere conatus eſt, & ait; hic erit homo interior, alius exterior, dupliciter vnus, habens & ille oculos & aures ſuas quibus populus Deum audire & videre debuerat; habens & cæteros artus, per quos in cogitationibus vtitur, & in ſomnis fungitur. Ecce (*ironicè dicta*) quibus auribus & quibus oculis debuit audire & videre Deū populus, quibus anima in ſomnis fungitur: cùm ſi ipſum Tertullianum quiſquam videret in ſomnis,

numquam ſe diceret ab eo viſum, & eum eo locutum, quem viciſſim ipſe non vidiſſet. Poſtremò ſi anima ſeipſam videt in ſomnis, cùm, iacentibus vtique vno in loco membris corporis ſui, ipſa per varias imagines euagatur quas videt; quis eam vidit aliquando in ſomnis aërei coloris ac lucidi, ſi fortè vt cætera, quæ ſimiliter falſo videt? Nam & hoc poteſt videre: ſed abſit, vt eam talem cùm euigilauerit, credat: alioquin quando ſe aliter viderit, quod magis crebrum eſt; aut mutata erit anima eius aut nec tunc animæ videtur ſubſtantia, ſed imago corporis incorporea, quæ miro modo ſic in cogitatione formatur. Quis enim Æthyops non penè ſemper nigrum ſe videt in ſomnis: Aut ſi in alio colore ſe vidit, non magis miratus eſt, ſi fuit cum illo memoria? Aëreo tamen colore ac lucido, neſcio vtrum ſe vnquam vidiſſet, ſi numquam iſtum (*Tertullianum*) legiſſet vel audiſſet. *Ex cap.* 26. Noluit, inquit, Tertullianus animam creſcere ſubſtantia, ſicut corpus: aſſerens etiam timoris ſui cauſam, ne etiam decreſcere ſubſtantiâ dicatur, inquit, atque ita & defectura credatur. Et tamen quia per corpus eam localiter tendit, non inuenit exitum incrementorum eius, quam vult de ſemine exiguo, æquari corporis quantitati; & ait; ſed vis eius in quo naturalia peculia conſita retinentur, ſaluo ſubſtantiæ modulo, quo à primordio inflata eſt (*flatus Dei fa-* A *cta ex eius afflatu*) paulatim cum carne producitur in membris.

Subijcit ſimilitudinem à Tertulliano allatam de maſſa auri vel argenti, quæ ſine vlla adiectione tundendo extenditur, & fulgorem ſuum prius latentem explicat. Dehinc in varias formas fingitur. Quis, inquit, Aug. hunc crederet, eum iſto corde, (*tam ſtupido*) tam diſertum eſſe potuiſſe? ſed tremenda illa ſunt, non ridenda. Ad hoc enim numquam cogeretur, ſi aliquid cogitare poſſet, quod & ſit, & corpus non ſit. Quid autem abſurdius quàm putare maſſam cuiuſpiam metalli ex aliqua parte creſcere poſſe, dum tunditur, niſi decreſcat ex altera: vel augeri latitudine, niſi craſſitudine minuatur? aut vllum eſſe corpus manente naturæ ſuæ quantitate, quod vo- S. Auguſt.

B dique creſcat, niſi rareſcat? (*rarefactio enim, vt patet in aqua bulliente, eſt dilatatio quantitatis prius conſtipatæ.*) quomodo igitur implebit anima ex illa ſtilla ſeminis, (*ex traduce producta*) magnitudinem corporis quod animat, ſi & ipſa corpus eſt, cuius ſubſtantia nullo acceſſu creſcat? Quomodo, inquam, implebit carnem quam viuificat, niſi tantò rarior fuerit, quanto grandius quod animauerit? timuit videlicet, ne deficeret etiam minuendo ſi creſceret: & non timuit vt deficeret rareſcendo cum non creſceret.

ANIMAM NIHIL PATI POSSE SINE CORPORE.

1. *Apol. cap.* 48. *in p.*

IDeo [1] repræſentabuntur & corpora quia neque pati quicquam poteſt, anima ſola, ſine materia [3] ſtabili, id eſt carne, & quod [4] omnino de [5] judicio Dei pati debent animæ, non [6] ſine carne merueruut, intra quam omnia egerunt.

2. *Et de teſt. Ani. cap.* 4. *in p.*

Iamnunc quod ad [1] neceſſariorem ſententiam tuam ſpectet, quantum & ad ipſum ſtatum tuum tendit, affirmamus te manere poſt vitæ [2] diſpunctionem, & expectare diem judicij, proque meritis aut cruciatui deſtinari, aut refrigerio, vtroque ſempiterno. Quibus ſuſtinendis neceſſariò tibi ſubſtantiam priſtinam, ejuſdemque hominis materiam, & memoriam reuerſuram, quod & nihil mali, ac boni ſentire poſſis, ſine carnis paſſionalis facultate, & nulla [3] ratio ſit iudicii, ſine ipſius exhibitione, qui meruit iudicii paſſionem.

Animam nihil pati poſſe ſine corpore. Schol.

1. [1] REPRÆSENTABVNTVR, *reſurgens & producentur ante tribunal* Chriſti. [2] ANIMA SOLA, *ſibi hic contradicit, cùm ſupra dixerit animam diuitis exutam carne inferni pœnis cruciari,* [3] STABILI, *firma, & ſolida, quæ actionem agentis corporei ſuſtinere poſſit, vt dicat,* crucior in hac flamma. [4] OMNINO. *Ineuitabiliter.* [5] DE IVDICIO. *Æquo & iuſto.* [6] NON SINE CARNE *quia per carnem miniſtram animæ peccata commiſerunt. Vt ſic intelligatur pſaltes*: in corde iniquitates operamini: (*quia principium & origo, & proprium ſubiectum peccati eſt cor, de quo exeunt cogitationes malæ*) in terra (*id eſt carne terrena*) iniuſtitias manus veſtræ concinnant, *quia adduntur facta cogitatis & volitis.*

2. [1] NECESSARIOREM. *Alloquitur animam rationalem, O anima, quantum attinet ad ſententiam quam neceſſariò ſubire debes, quod ſpectat ad ſta-* E *tum tuum poſt mortem, aſſerimus te poſt impletam vitam mortalem, manere immortalem, & interim Dei iudicium expectare & reſurrectionem carnis, vt æternam pœnam, vel mercedem accipias. Ad quod, prior corporis ſubſtantia, eademq; materia neceſſaria eſt, paſſionis vtriuſque capax.* [2] DISPVNCTIONEM *finem.*

3. NVLLA RATIO IVDICII *fruſtra enim eſſet iudicium niſi idem ipſe homo; tam anima, quàm carne iudicio Chriſti ſiſteretur, quod ipſa ſiue ad mercedem, ſiue ad pœnam promeruit. Quòd ſi ita eſſet, cur toties Tertullianus animam diuitis & Lazari cruciari & lætari iuxta Euangelium, ante iudicium extremum dixit? Paulus præterea ad Hebr.* 9. 28. Quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium: (*ſcilicet priuatum & particulare cuiuſlibet morientis*) ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata; ſecundò ſine peccato apparebit omnibus ex-

A pectantibus ſe in ſalutem. *In quem locum D. Thomas aduertit tria in morte conſideranda. Primò cauſam naturalem, qua ex conditione naturæ, ſtatutum eſt hominem ex contrariis elementis compoſitum, ſemel mori, & diſſolui debere. Secundò donum à Deo datum homini, quo ex ſtatu originalis iuſtitiæ, anima continebat corpus, vt poſſet non mori. Tertiò meritum mortis, quod incurrit homo peccando, & benefactorem irritans, meruit beneficio immortalitatis ſpoliari. Vnde ſapient.* 1. Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuentium, &c. Impij autem manibus, & verbis accerſierunt illam: *Verbis, dum mulier cum ſerpente & marito collocuta eſt: manibus, pomum vetitum comedendo, & contrectando. Homo igitur promeruit peccando mortem, & Deus iuſtè iu-*
B *dicando, poſt monitum, mortis ſtatutum conditionale contra hominem executus eſt. Vnde Rom.* 6. ſtipendia peccati mors. *Quod autem dixit*: ſemel mori: *de lege ordinaria explicat D. Thomas. Nam ex priuilegio ſuſcitatus Lazarus, filius viduæ, Archiſynagogi filia, aliique ab Apoſtolis, Martino, Dominico, Noſtro Nicolao Tolentinato reſuſcitati, rurſum mortui ſunt.* Poſt hoc autem iudicium, *non de priuato, & immediatè mortem ſequente, ſed de extremo æſtimat dictum; quod tamen ordinem dicit ad primum.* Quia, inquit, poſtquam reſurrexerit non iterum morietur, ſed ſtatim ſequetur iudicium. Omnes enim manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit. *Vt dicitur* 2. Cor. 5. *Chriſtum*
C *autem cum cæteris hominibus conuenire, quòd ſemel mortuus eſt, ſed differt in duobus. Primò quia cùm deſcenderit ab Adam quoad corpulentam ſubſtantiam, non ſecundùm rationem ſeminalem, ſed ex virgine natus, de Spiritu ſancto conceptus, huius ſtatuti debitor non fuit, quo Gen. 2. homo peccator addictus eſt morti*: in quacunque die comederitis ex eo, morte moriemini. *Vnde & ipſe Ioannis* 10. Nemo tollit animam meam à me, ſed ego pono eam. *Eſa.* 53. Oblatus eſt quia ipſe voluit. 1. *Petri* 3. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis.

Secundò in hoc differt à nobis quia peccati noſtri ſtipendium & merces debita mors eſt: Chriſti autem mors eſt cauſa deſtructiua peccati & mortis. Vnde
D *dixit Paulus* Chriſtum *ſemel mortuum*, ad multorum exhaurienda peccata, *quia ſcilicet calicem mortis indebitum hauriendo, exinaniuit electorum peccata, quoad efficaciam, omnium autem quoad ſufficientiam, ex parte Chriſti; apud quem non tantùm ſufficiens, ſed &* copioſa eſt redemptio, *D. Thomas, Lect.* 5. *in Hebr.* 9. Ideo, inquit, dicit, ad multorum exhaurienda peccata, id eſt remouenda. Nec dicit, omnium: quia mors Chriſti etſi ſit ſufficiens (*ex ſe ſcilicet, ratione ſuppoſiti habens infinitam & pluſquam ſufficientem ſufficientiam*) pro omnibus; non tamen habet efficaciam niſi quantum ad ſaluandos: non enim omnes ſubijciuntur ei per fidem, & bona opera.
E
De ſecundo porro aduentu, duo diſtinguit D. Tho. ſupra. Primo, quia dicit ſecundum aduentum, differre à primo, quia erit ſine peccato. Licet enim primus ſine peccato fuerit, venit tamen in ſimilitudine carnis peccati, factus hoſtia pro peccato; Vnde 2. Cor. 5. de Patre dicit Apoſtolus: Eum qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatum fecit. *Secundò, quia in ſecundo non apparebit vt iudicetur; ſed vt iudicet vnumquemque & retribuat ſecundùm merita. Apparebit autem etiam reprobis, quoad carnem manifeſtè veniens videndus ab eis qui eum pupugerunt, ſolis autem electis ad ſalutem æternam etiam ſecundùm*

A *diuinitatem. Vnde Eſa.* 30. Beati omnes qui expectant eum. *Et Philipp.* 3. Saluatorem expectamus Dominum Ieſum Chriſtum qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ. *Hactenus D. Thomas.*

Animas pati poſſe ſine corpore probat Aug. lib. 21. *de Ciuit. cap.* 10. Si non erit ignis, incorporalis noxius, ſicut eſt animi dolor, ſed corporalis tactu noxius, vt eo poſſint corpora cruciari, quomodo in eo erit etiam pœna ſpirituum malignorum? idem quippe ignis erit, ſupplicio ſcilicet hominum attributus & dæmonum, dicente Chriſto; diſcedite à me maligni in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius: niſi quia ſunt quædam ſua etiam dæmonibus Aug.
B corpora, ſicut doctis hominibus viſum eſt ex iſto aëre craſſo atque humido, cuius impulſus vento flante ſentitur. Quod genus elementi, ſi nihil igne perpeti poſſet, non vreret ferueſactus in Balneis. Vt enim vrat, prior vritur, facitque quod patitur. Si autem quiſquam nulla habere corpora dæmones aſſeuerat, non eſt hac de re aut laborandum operoſâ inquiſitione, aut contentioſa diſputatione certandum. Cur enim non dicamus, quamuis miris, tamen veris modis, etiam ſpiritus incorporeos, poſſe pœnâ corporalis ignis affligi? Si ſpiritus hominum etiam ipſi profectò incorporei, & nunc potuerunt includi corporalibus membris, & tunc poterunt corporum ſuorum vinculis inſolubiliter alligari? Adhærebunt ergo, ſi eis nulla ſunt
C corpora, ſpiritus dæmonum, imò ſpiritus dæmones, licet incorporei, corporeis ignibus cruciandi: Non vt ignes ipſi quibus adhærebunt, eorum iunctura inſpirentur, & animalia fiant, quæ conſtent ſpiritu, & corpore: ſed vt dixi, miris & ineffabilibus modis adhærendo, accipientes ex ignibus pœnam, non dantes ignibus vitam: quia & iſte alius modus, quo corporibus adhærent ſpiritus, & animalia fiunt, omnino mirus eſt, nec comprehendi ab homine poteſt; & hoc ipſe homo eſt. *Cuius ſpiritus adhæret carni. Quantum ad ignem damnatorum, lib. 20. de Ciuit. cap. 16. corporeus an incorporeus ſit, neſcire ſe dicit*: Qui, inquit, ignis, cuiuſmodi, & in qua mundi vel rerum parte futurus ſit, hominem ſcire arbitror neminem, niſi fortè cui
D Spiritus Domini oſtendit. *Damaſcenus lib. 4. fidei Orthodoxæ. Greg. lib. 15. moral. cap. 17. non materialem, ſed incorporeum aſſerit. Per doctos porro homines quibus viſum eſt, quædam eſſe dæmonibus corpora, Origenem intelligit libro 2. de principiis, vbi dicit, Deum ſolum eſſe incorporeum: & Baſilium. Septima autem Synodus Generalis actione 4. multa in hanc rem congerit Græcorum Patrum teſtimonia. Quod autem ſubiecit Auguſtinus, non eſſe multum hac de re diſputandum, D. Tho. quæſt. 16. de malo. a. 1. hunc locum Auguſtini adducens in medium dicit: Neutram opinionem eſſe de fide. Ipſe autem Auguſtinus Ep. 115. ad Nebridium vocat dæmones aëreos.* Cùm, inquit, cogitamus aliquid, neque id
E nobis in noſtro corpore apparet, poteſt tamen aëreis, æthereiſve animantibus: quorum & ſenſus acerrimus, & in cuius comparatione, noſter ne ſenſus quidem putandus eſt.

De his dæmonum corporibus ſic idem Aug. Ep. 115. Aug.
ad Nebrid. Si noſtrorum corporum terrenorum & tardiſſimorum exercitationes, agendis organis muſicis, ſeu in funambulis cæteriſque huiuſmodi ſpectaculis innumerabilibus, ad quædam incredibilia perueniſſe manifeſtum eſt. Nequaquam eſt abſurdum, eos qui aëreo vel æthereo corpore aliquid in corporibus agunt, quæ naturali ordine penetrant,

longe maiore vti facilitate ad mouendum quidquid volunt, non ſentientibus nobis (*id eſt non intelligentibus*,) & tamen inde aliquid percipientibus. *Et loco præcitato de Ciuitate*: Aug. dicerem quidem ſic arſuros ſine vllo ſuo corpore ſpiritus, ſicut ardebat apud inferos ille diues, quando dicebat, crucior in hac flammâ: niſi conuenienter reſponderi cernerem talem fuiſſe illam flammam, quales oculi quos leuauit & Lazarum vidit, qualis lingua cui humorem exiguum deſiderauit infundi, qualis digitus Lazari, de quo id ibi fieri poſtulauit; vbi tamen erant ſine corporibus animæ. Sic ergo incorporalis eſt illa flamma, qua exarſit, & illa guttula quam popoſcit; qualia etiam ſunt viſa dormientium, ſiue in ecſtaſi cernentium res incorporales, habentes tamen ſimilitudinem corporum, &c. At verò gehenna illa, quod etiam ſtagnum ignis & ſulphuris dictum eſt, Apoc. 20. corporeus ignis erit, & cruciabit corpora damnatorum, aut & hominum, & dæmonum: aut tantum hominum corpora cum ſpiritibus, dæmones autem ſpiritus ſine corporibus hærentes, ſumendo pœnam, non impertiendo vitam (*tanquam animalia ignea vel aerea*) corporalibus ignibus. Vnus quippe vtriſque ignis erit, ſicut veritas dixit. *Vt vt ſit, non dubitanus dicere ſpiritus incorporeos poſſe pœna corporalis ignis affligi, ſicut & anima nunc corporis carcere prægrauante opprimitur: Nec dubium ſolutas animas corporibus, igne inferni cruciari ſiue ad tempus in purgatorio, ſiue in æternum in inferiori inferno.*

Vt quid enim Chriſti anima dicitur Acto. 2. 24. ſoluiſſe dolores inferni. Quem Deus ſuſcitauit à mortuis, ſolutis doloribus inferni iuxta quod erat impoſſibile teneri illum ab eo. Dauid enim dicit in eum, &c. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre S. Aug. corruptionem. *Quem locum Auguſtinus ſic explicat Ep. 57. ad Dardanum à p.* Illud de anima dictum eſt, quia non ibi eſt derelicta, vnde tam citò remeauit: Illud de corpore, quod in ſepulchro corrumpi, celeri reſurrectione non potuit, &c. de illo diuite legimus dictum, mortuus eſt diues; (*id eſt anima eius à corpore ſeparata eſt*) & ſepultus eſt in inferno, & cùm apud inferos in tormentis eſſet, &c. non facilè alicubi ſcripturarum, inferorum nomen poſitum, inuenitur in bono. Vnde etiam quæri ſolet, ſi non niſi pœnalia rectè intelliguntur inferna, quomodo animam Domini Chriſti piè credamus fuiſſe in inferno? Sed benè reſpondetur, ideo deſcendiſſe, vt quibus oportuit, ſubueniret. Vnde B. Petrus eum dicit ſoluiſſe dolores inferni, in quibus impoſſibile erat teneri eum. *Et lib. 12. de Gen. ad lit. cap. 32. in quo agit de anima ſeparata à carne*: Aug. Si, inquit, quæritur cùm anima de corpore exierit, vtrum ad aliqua loca corporalia feratur, an ad incorporalia corporalibus ſimilia; an verò nec ad ipſa, ſed ad illud quod & corporibus, & ſimilitudinibus corporum eſt excellentius: Citò quidem reſponderim, ad corporalia loca, vel eam non ferri niſi cum aliquo corpore, vel non localiter ferri. Iam vtrum habeat aliquod corpus, cum de hoc corpore exierit, oſtendat qui poteſt; ego autem non puto: ſpiritalem enim arbitror eſſe, non corporalem. Ad ſpiritalia verò (*loca ſcilicet*) pro meritis fertur, aut ad loca pœnalia ſimilia corporibus: qualia ſæpè demonſtrata ſunt iis qui rapti ſunt à corporis ſenſibus, & mortuis ſimiles iacuerunt, & infernales pœnas viderunt, cùm & ipſi in ſeipſis gererent quandam ſimilitudinem corporis ſui, per quam poſſent ad illa ferri, & talia ſimilitudinibus ſenſuum experiri, &c.

A quamuis non ſint corporalia, ſed ſimilia corporalibus quibus animæ corporibus exutæ afficiuntur, ſeu benè, ſeu malè, cum ipſæ corporibus ſuis ſimiles ſibimet appareant. Sunt tamen & vera lætitia, & vera moleſtia facta de ſubſtantia ſpiritali: Nam & in ſomnis magni intereſt vtrum in lætis an triſtibus ſimus. Vnde quidam in rebus quas concupiuerant conſtituti, ſe euigilaſſe doluerunt; & rurſus grauibus terroribus, atque cruciatibus exagitati atque vexati, cùm expergefacti eſſent, dormire timuerunt, nè in eadem mala reuocarentur. Et vtique dubitandum non eſt quòd expreſſiora ſint (*ſomniorum terroribus*) illa quæ inferna dicuntur, atque ob hoc vehementius ſen- B tiantur. Nam & qui ſubtracti ſunt ſenſibus corporis, minus quidem quàm ſi omnino morerentur, ſed tamen amplius quam ſi dormirent, expreſſiora ſe vidiſſe narrauerunt, quàm ſi ſomnia narrauiſſent. Eſt ergo prorſus inferorum ſubſtantia, ſed eam ſpiritalem arbitror eſſe, non corporalem, &c. *Et cap. 33. præfatum locum Act. 2. ſic explicat.* Chriſti quidem animam veniſſe vſque ad ea loca (*purgatorium accipe, in inferno enim nulla redemptio.*) In quibus peccatores cruciantur, vt eos ſolueret à tormentis, quos eſſe ſoluendos occulta nobis ſua iuſtitia iudicabat, non immeritò creditur. Quomodo enim aliter accipiendum ſit, quod dictum eſt; quem Deus ſuſcitauit ex mortuis, ſo- C lutis doloribus inferorum, quia non poterat teneri ab eis: non video; niſi vt quorumdam dolores apud inferos eum ſoluiſſe accipiamos, ea poteſtate qua Dominus eſt, cui omne genu flectitur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum: per quam poteſtatem, etiam illis doloribus quos ſoluit, non potuit teneri. *Subiicit exemplum diuitis & Lazari, vtriuſque mortui, animâ proinde vtriuſque exutâ corpore, hinc refrigeria, inde tormenta ſentiente.*

Et cap. 34. ſic concludit: Quæ ſi ita ſunt, ideo S. Aug. ſub terris dicuntur inferi, vel creduntur, quia congruenter in ſpiritu per illas corporalium rerum ſimilitudines ſic demonſtrantur; vt quoniam defunctorum animæ inferis dignæ, carnis amore peccauerunt; hoc eis per illas corporalium rerum ſimi- D litudines exhibeatur, quod ipſi carni mortuæ ſolet, vt ſub terram recondantur. Denique inferi, eo quod infra ſint, latinè appellantur. Sicut autem ſecundùm corpus, ſi ponderis ſui ordinem teneant, inferiora ſunt omnia grauiora: Ita ſecundùm ſpiritum inferiora ſunt omnia triſtiora. Vnde & in Græca lingua, origo nominis, quo appellantur inferi, ex eo quod nihil ſuaue habeant, reſonare perhibetur. (*ᾅδης Græca vox.*) Nec ipſam tamen rerum (*vniuerſi orbis*) partem, noſter Saluator mortuus pro nobis viſitare contempſit, vt inde ſolueret, quos eſſe ſoluendos, ſecundùm diuinam ſecretamque iuſtitiam ignorare non potuit. *Mirum modum de quo ſuprà locutus eſt Auguſti- E nus, quo anima, & ſpiritus dæmonum inferni doloribus cruciantur, Scholaſtici in quartum diſtinct. 50. & inter eos Durandus, fatentur in hac vita non poſſe ſciri, quomodo in animam incorpoream, ignis corporeus poſſit agere. D. Gregorius lib. 4. Dialog. cap. 29. ait animas ex igne viſibili inuiſibilem pœnam trahere; quem Suarez ſic explicat ſcribens in tertiam partem D. Thomæ diſput. 46 ſect. 2. non quia nobis inuiſibilis, & occultus eſt, ſed quia non eſt ſenſibilis, ſed ſpiritalis. Adeò vt ignis imprimat animæ qualitatem illi diſconuenientem, qua ſit illi obiectum doloris, & triſtitiæ; quòd in hoc igne quaſi in carcere detineantur, conſideratâ naturâ ſua dignitate. Et ipſe D. Thomas 1. parte quæſt. 64. a. 4. ad 3. dicit*

inferuum non eſſe locum ſpiritui dæmonum, vel animæ hominum pœnalem, quaſi aliquid in eis efficiat quod alteret naturam, ſed quoniam afficit voluntatem, eam contriſtando cùm dæmon, vel anima apprehendit ſe eſſe in loco non conuenienti ſuæ naturæ. Sic eumdem dolorem explicat lib. 4. contra Gente: cap. 9.

ANIMAS IVSTORVM PRÆTERQVAM MARTYRVM vſque ad diem Iudicij, foueri ſeu lætari, vel in ſinu Abrahæ, vel loco aliquo refrigerij, inferno quidem ſuperiori, non tamen cœleſti. De Ani. cap. 7. in m. habes ſupra expoſitum. V. animæ corp. 2.

2. Et ibid. cap. 55. à p. ad. f.

a Matth.10. 24. HAbes & regionem inferûm ſubterraneam credere, & illos cubito[1] pellere, qui ſatis[2] ſuperbè, non putant animas fidelium inferis[3] dignas: a *ſerui ſuper dominum, & diſcipuli ſuper magiſtrum,* [4] aſpernati ſi forrè in Abrahæ ſinu, expectandæ reſurrectionis ſolatium capere. Sed in hoc, inquiunt, Chriſtus inferos adiit, nè nos adiremus: [5] cæterùm, quod diſcri-
b 1.Theſſ.4 16. men ethnicorum, & Chriſtianorum, ſi [6] carcer mortuis idem? [7] Quo ergo anima modo exhalabit.[8] in cœlum, Chriſto illic adhuc ſedente ad dexteram Patris, nondum b *Dei iuſſu, per tubam Archangeli audito, nondum illis quos Domini aduentus in ſeculo inuenerit obuiam ei ereptis in aërem, cum his qui mortui in Chriſto primi reſurgent?* Nulli [9] patet cœlum, terrâ adhuc [10] ſaluâ, nè dixerim [11] clauſâ. Cum tranſactione enim mundi, reſerabuntur regna cœlorum. Sed in [12] æthere dormitio noſtra, cum [13] puerariis Platonis; aut in aëre, cum [14] Ario; aut circa [15] lunam, cum [16] Endymionibus Stoïcorum. Immò, inquis, in [17] pa-
Apoc.6.9. radiſo, quò iam tunc & Patriarchæ, & Prophetæ, appendices [18] Dominicæ reſurrectionis, ab inferis migrauerint. Et, quomodo Ioanni in ſpiritu, paradiſi regio reuelata, quæ ſubiicitur [19] altari, nullas alias animas [20] apud ſe, præter martyrum oſtendit? Quomodo
Gen. 3. 24. Perpetua [21] fortiſſima martyr, ſub die paſſionis, in reuelatione paradiſi, ſolos illic commartyres ſuos vidit; niſi quia nullis [22] romphæa, paradiſi ianitrix cedit, niſi qui in [23] Chriſto deceſſerint; non in [24] Adam? Noua [25] mors pro Deo, & extraordinaria [26] pro Chriſto, alio & [27] priuato excipitur hoſpitio. Agnoſce itaque differentiam ethnici, & fidelis, in morte. Si pro Deo occumbas, vt [28] Paracletus monet, non in mollibus febribus, & in lectulis, ſed in martyriis; ſi crucem tuam tollas, & ſequaris Dominum, vt ipſe præcepit, tota [29] paradiſi clauis, tuus ſanguis eſt. Habes etiam de paradiſo à nobis [30] libellum, quo conſtituimus, omnem animam apud inferos [31] ſequeſtrari in diem Domini.

3. Et ibid. cap. 58. in p.

Omnes ergo animæ [1] penès inferos? inquis. Velis, ac nolis, & [2] ſupplicia iam illic, & refrigeria: habes [3] pauperem, & diuitem: & quia diſtuli neſcio quid ad hanc partem, iam opportunè in clauſula [4] reddam. Cur enim non putes, animam & puniri, & foueri in inferis interim, ſub [8] expectatione [5] vtriuſque iudicii, in quadam [7] vſurpatione, & [6] candida eius?

Et 4. Cont. Marc. cap. 34. à m.

Luc16. 23. Eam itaque [1] regionem, ſinum dico Abrahæ, etſi non cœleſtem, [2] ſublimiorem tamen inferis, interim refrigerium præbituram animabus Iuſtorum, donec [3] conſummatio rerum, reſurrectionem [4] omnium, plenitudine mercedis [5] expungat.

Animarum Defunctorum repræſentatio omnis, fit arte dæmonum.

De Anima toto capite 57. & inter cætera. V. magia. num. 2. & 4.

Omnes Animas Iuſtorum, exceptis martyrum, paradiſo cæleſti antè reſurrectionem, & extremum Iudicium, non excipi; ſed in aliquo Inferorum loco refrigerij, refoueri. Schol.

1. PRIMVM *Paragraphum habes ſupra expoſitum.*

2. [1] HABES CVBITO PELLERE, *debes irridere.* [2] SATIS SVPERBE *quia id præſumunt.* [3] INFERIS DIGNAS. *Quaſi indignum ſit animas fidelium poſt egreſſum à corpore ſub terram deſcendere, cum magiſter noſter Chriſtus:* deſcenderit in inferiores partes terræ vt impleret omnia: *Vel de ſe prophe-* A *tata, vel ſucceſſiuè omnia elementa implendo & viſitando.* [4] ASPERNATI, *quaſi dedignentur in ſinu Abrahæ cum Lazaro ſpe reſurrectionis gaudere: cùm pſaltes dicat:* Propter hoc lætatum eſt cor meum & exultauit lingua mea, & caro mea requieſcet in ſpe, *& rurſum:* quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me. *In quem locum Aug.* bene ait, ſingulariter: poteſt enim referri

aduerſus

aduerſus illos multos, qui multiplicati à tempore frumenti, vini & olei ſui dicunt, quis oſtendit nobis bona? Perit eum hæc multiplicitas, & ſingularitas tenetur in ſanctis, de quibus dicitur in Act. Apoſtolorum: multitudinis autem credentium erat
S. Aug. anima vna & cor vnum: ſingulares ergo & ſimplices, id eſt ſecreti à multitudine ac turba naſcentium rerum ac morientium, amatores æternitatis & vnitatis eſſe debemus, ſi vni Deo & Domino noſtro cupimus inhærere. [5] CÆTARVM. *hæc ſunt adhuc verba diſputantium contra ſententiam erroneam Tertull.* [6] SI CARCER IDEM. *Eadem cuſtodia ſeruat animas etiam fidelium vſque ad reſurrectionem corporum. Sed non idem ſane carcer ethnicis & Chriſtianis: vt enim manſiones apud Patrem multæ ſunt, ſicut in Eccleſia per arcam Noë figurata manſiuncula differentes, ſic & in inferis iuxta menſuram delicti carcerum & plagarum modus. Vnde Abraham dixit diuiti*: longum Chaos inter nos & vos. [7] QVO ERGO ANIMA. *reſpondet Tertullianus, ſed inſulsè, cum Paulus ad quem alludit, de iuſſu & tuba Archangeli loquens, de gloria vel pœna corporis futura in reſurrectione, non de anima loquatur; & Chriſtus in cœlum aſcenderit, rediuiuus ab inferis, vnde venturus eſt iudicare viuos & mortuos.* [8] EXHALARIT. *Quomodo anima ſtatim ab exitu & ſupremo halitu in cœlum aſcendet? Duos locos Pauli hic inſinuat. Primum quo dicit*: quoniam Dominus in iuſſu & voce Archangeli, & tuba Dei deſcendet de cœlo. *Secundum ante, vbi legimus*: non præueniemus eos qui dormierunt, &c. rapiemur cum illis obuiam Chriſto in aera, &c. [9] NVLLI PATET. *patuit Stephano, vt apertè ſunt Cœli baptizato Chriſto, vt diſcamus non tantum baptiſmo ſanguinis, ſed & fluminis ſtatim pandi cœlum, ſi nullum poſt baptiſma ſit admiſſum delictum.* [10] TARRA SALVA. *nondum cum cæteris elementis, ignis extrema conflagrationis calore ſoluta, iuxta illud 2. Pet. 3. 10.* Cœli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur, terra autem & quæ in ipſa ſunt opera exurentur. [11] CLAVSA, *tanquam carcere ſubterraneo recludente animas defunctorum.* [12] IN ÆTHERE, *Ironicè dicta.* [13] CVM PVERARIIS, *puerorum amaſiis. Alludit ad id quod dixerat capite præcedenti,* Plato quidem non temerè Philoſophorum animabus hoc præſtat; (*Animabus ſcilicet eorum in ſupernis manſionibus collocatis: vt patet in eius Phædone, Timæo, Phædro*) ſed eorum qui Philoſophiam ſcilicet exornauerint amore puerorum. Adeo etiam inter Philoſophos habet priuilegium impuritas. *De hoc amore puerorum Plato in Sympoſio. Quem ideo Cyrill. Alex. lib. 6. cont. Iul. grauiter increpat.* [14] CVM ARIO, *Philoſopho Alexandrino. Ex Dione lib. 52. & Iuliano in Cæſaribus hic fuit Cæſari Auguſto gratus.* [15] CIRCA LVNAM. *cap. 54. dixerat de Platone loquens*: apud illum in Ætherem ſublimantur animæ ſapientes. *de quibus Tullius 1. Tuſcul.* Neceſſe, inquit, eſt, animus quo nihil eſt velocius, ita feratur, vt penetret & diuidat omne cœlum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur. Quam regionem cùm ſuperauit animus, naturamque ſui ſimilem contigit & agnouit, iunctus ex anima tenui & ex ardore ſolis temperato, ignibus inſiſtit, & finem altius efferendi ſe facit. Cùm enim ſui ſimilem, & leuitatem & calorem adeptus eſt, tanquam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem mouetur; Atque ei demum naturalis eſt ſedes, cùm ad ſui ſimile (*elementum ſcilicet ignis*) penetrauit. CIRCA LVNAM. *cap. præcedenti ſcripſerat*: Apud Stoicos, ſub Lunam. *Cicero 4. Acad.* habitari ait Xenophanes in Luna, eamque eſſe terram multarum vrbium, & montium.

A *Mirum quòd cum Sapiens dixerit*, ſtultus vt Luna mutatur, *ſub Lunam ſapientum animas Stoici poſt mortis ſomnum habitare velint.* [16] CVM ENDYMIONIBVS, *id eſt dormientibus, ſiue mortuis Philoſophis Stoicis. Cicero 1. Tuſcul.* Endymion, ſi fabulas audire volumus, neſcio quando in Latmio obdormiuit, qui eſt mons Cariæ, nondum opinor, experrectus. Num igitur eum curare cenſes? cùm Luna laboret, à qua conſopitus putatur, vt eum dormientem oſcularetur. [17] IN PARADISO, *cœleſti.* [18] APPENDICES, *Comites & aſſeclæ Chriſti reſurgentes, teſtante Euangelio, quod* multorum Sanctorum corpora reſurrexerint. [19] SVBIICITVR ALTARI. *& de hoc alibi, ex Apoc. 6. 9.* Vidi ſub altari animas interfe-
B ctorum propter verbum Dei, &c. [20] APVD SE. *In cœlo.* [21] PERPETVA *vide ſupra dicta de Anima ſexu.* [22] ROMPHÆA, *comparat cœli aditum clauſum Paradiſo terreſtri, cuius atrium Cherub gladio verſatili cuſtodiebat.* [23] IN CHRISTO. *Non in ſolâ fide Chriſti ſimpliciter, & eius amore, vt communiter veri Chriſtiani decedunt, morbo ſoluente animam à corpore, aut alio caſu ſed in martyrio, iuxta Paulum dicentem*: vobis datum eſt, non ſolùm vt in eum credatis, ſed etiam vt pro illo moriamini. [24] IN ADAM, in quo omnes homines moriuntur. [25] NOVA MORS, *nouo Adamo, prius pro nobis mortuo, morte martyrum, repenſa.* [26] EXTRAORDINARIA, *ſpontanea, & crudelis.* [27] PRIVATO, *quo alii omnes excluduntur:*
C [28] PARACLETVS, *Spiritus ſanctus in Montano loquens.* [29] TOTA CLAVIS. *Vt nulla alia ianuam Paradiſi poſſit aperire.* [30] LIBELLVM *quæ periit.* [31] SEQVESTRARI. *ſeparatam à corpore ab ingreſſu Paradiſi ſuſpendi, vſque ad diem Iudicij.*

3. [1] PENES INFEROS. *in inferis commorantur, vſque ad diem Iudicij.* [2] SVPPLICIA IAM ILLIC. *Sibi contradicit ſupra dicens animas ſine carne pati non poſſe.* [3] HABES PAVPEREM. *Exempla Lazari & diuitis, huius lætantis, & huius tormenta patientis.* [4] REDDAM, *quod promiſi, reſeram.* [5] VTRIVSQVE IVDICII, *donec anima & caro, reunita iudicentur.* [6] CANDIDA, *ſicut candidati, & tyrones diſcunt breui ſui tyrocinij tempore, & exercent opus quod tota vita*
D *proſequi debent*: [7] VSVRPATIONE, *anticipatione* [8] SVB EXPECTATIONE, *dum expectant extremi Iudicij vtrimque ſententiam, tam electi, quàm reprobi.*

4. [1] REGIONEM, *ſubterraneam refrigerij animarum.* [2] SVBLIMIOREM. *Vnde diues eleuat oculos, magno Chao interpoſito.* [3] CONSVMMATIO. *Conflagratio vniuerſi, finis mundi, ſæculi huius.* [4] OMNIVM, *corporum humanorum, tam bonorum quàm malorum.* [5] EXPVNGAT, *impleat, perficiat, iuxta Prophetarum, & ipſius Chriſti meritum & promiſſum.*

Auguſtinus conſentit Tertulliano, quantum ad animas martyrum, anticipatâ & vſurpata gloriâ fruentium, ante reſurrectionem corporum; ſed contra eun-
E *dem tuetur, alias etiam iuſtorum animas, baptiſmi fluminis, & vitæ Innocentis merito, ante Iudicium, candidam ſtolam gloriæ vſurpare. Per altare tamen, non cœleſte, ſed in Eccleſia poſitum militante, intelligit locum à Tertulliano citatum. Apoc. 6. explicans. Serm. 4. de SS. Innocentibus.* Videte quem locum S. Auguſt.
apud homines mereantur, qui apud Deũ locum ſub altari meruerunt, &c. Quid reuerentius, quid honorabilius dici poteſt, quàm ſub illa ara requieſcere in qua Deo ſacrificium celebratur, in qua offeruntur hoſtiæ, in qua Dominus eſt Sacerdos; ſicut ſcriptum eſt: Tu es Sacerdos, &c? rectè ſub altari Iuſtorum animæ requieſcunt, quia ſuper altare corpus Domini (*quo ſaluatæ ſunt*) offertur. Nec immeritò illic Iuſti vindictam ſanguinis poſtulant, vbi etiam

pro peccatoribus Chriſti ſanguis effunditur, &c. Non immeritò, inquam, conſortio quodam illic, occiſis tumulus conſtituitur, vbi occiſionis dominicæ membra ponuntur: vt quos cum Chriſto vnius paſſionis cauſa deuinxerat, vnius etiam loci religio copularet. *Statim tamen etiam quibuſlibet iuſtis cæ-*

S. Aug. *lum patere poſt mortem ait:* legimus pleroſque Iuſtorum *(ſcilicet ante aduentum Chriſti)* Abrahæ ſinibus refoueri; nonnullos Paradiſi *(iam)* amœnitate lætari: nemo tamen melius præter martyres meruit, hoc eſt ibi requieſcere, vbi & hoſtia Chriſtus eſt, & Sacerdos, &c. *de vindicta autem quam petunt, ſic fatur.* Oritur quæſtio in hoc loco; cur Sancti iam cum Domino manentes, vindictam de inimicis expetant, cùm Dominus in Euangelio dicat, diligite inimicos, &c. Sed ſciendum, quod illi Sancti iam in conſpectu creatoris ſui conſiſtentes, vident voluntatem illius; & ideo ab ipſo accipiunt *(petendi inſpirationem)* quod eum velle facere nouerunt; & de ipſo bibunt, quod de ipſo ſitiunt. Petunt autem vindictam de inimicis, duobus modis, & hoc cauſa Charitatis: vt ſcilicet qui ad vitam æternam prædeſtinati ſunt, conuertantur à malo ad bonum: qui verò præſciente Deo damnandi ſunt, moriantur, & peccare deſiſtant; vt per hoc minorem pœnam in inferno habeant, vbi vnuſquiſque ſecundùm qualitatem operum, ſuſtinebit magnitudinem pœnarum. Petunt autem de reprobis vindictam; quia optant venire diem extremi Iudicij & reſurrectionem ſuorum corporum præſtolantur, & datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ. Per ſtolas albas debemus intelligere mercedem Baptiſmi *(nota ſtolas binas, vt non tantùm martyribus, ſed & baptizatis cæli gloria ante Iudicium detur.)* Præmium Martyrij: mercedem æternorum, & gaudium cœleſtis patriæ.

S. Aug. *Quod adhuc docet in ſequentibus verbis?* Habent ergo ante reſurrectionem Sancti *(cuiuſcumque ſint Ordinis, ſiue Confeſſores, ſiue Martyres, ſiue Virgines, ſiue Coniugati:)* ſingulas ſtolas, quia in ſola anima adhuc, æternis beatitudinibus perfruuntur. Poſtea autem accepturi ſunt binas; quoniam receptis corporibus, immutabiles erunt in anima *(quæ nunc corporibus pragrauantur; terrena inhabitatione deprimente ſenſum multa cogitantem; & mutantur à lætitia in dolorem, varijs morbis, & caſibus.)* & incorruptibiles in corpore. De hoc Eſaias cap. 61. in terra ſua *(id eſt in carne ſua, quam tunc plenè tanquam verè ſuam poſſidebunt)* duplicia poſſidebunt. & dictum eſt illis, vt quieſcerent, *(licet à corporibus ſeparata, quiete cæleſti fruerentur.)* tempus adhuc modicum, *quod reſtat vſque ad Iudicium)* donec impleatur numerus conſeruorum & fratrum eorum. Dictio iſta, inſpiratio eſt diuina; qua mentibus eorum deſiderantibus diem Iudicij, immittitur virtus patientiæ, vt patienter ferant omnia. *(Tempora quæ reſtant; & ſuſpenſionem gloriæ corporum, & conuiuium ſimul exultantium & epulantium in conſpectu Dei futurorum)* expectantes numerum illorum qui ſimiliter interficiendi ſunt pro Chriſto, cum eis poſtmodum regnaturi: vt, qui deſiderant recipere ſua corpora, gaudeant ex numero colligendorum fratrum. Tali modo loquitur Deus omnipotans Sanctis, veluti quilibet Pater familias habens multos filios, ſingulisq; *(ſingillatim & ſeparatim)* de agro reuertentibus, & rogantibus vt ſibi cibum tribuat, reſpondet; refectio quidem veſtra parata eſt; ſed expectate fratres veſtros, vt cùm in vnum poſitì fueritis, omnes in commune comedatis, & epulemini gaudentes. *(ita Paulus; Deo, inquit, melius pro nobis prouidente, vt non ſine nobis conſummarentur, hoc eſt perficerentur in*

A *gloria.)* videtis igitur, quoniam propter nos Martyrum vindicta differtur. Dum enim nos retarda- Aug

mus *(in via perfectionis pigritantes)* horum ſanguis inultus eſt. Sed hoc contingit noſtra deſidia, qui non, ſicut dictum eſt, religiosè viuimus; qui non piè, ſicut congruit operamur. Nam ſi bonorum operum ad Dominum iuſtitia noſtra præcederet, iam conſeruorum numerus qui expectatur, eſſet completus, &c. Dicit Ioannes, ſtabant ante Thronum in conſpectu agni, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum. Stant enim modò ante thronum Dei coronati, qui quondam antè thronum iudicum terrenorum iacebant pœnis aſtricti. Stant in conſpectu agni, nulla ratione illinc à contemplanda eius gloria ſeparandi, à cuius hîc amore nec

B per ſupplicia poterant ſeparari. Stolis fulgent albis, & palmas in manibus habent; quia præmia in operibus habent, dum corpora quæ pro Domino ignibus vſtulari, ac beſtiis dilacerari, flagris abſumi, per præcipitia diſſolui, vngulis abradi, omnimodo pœnarum genere paſſi ſunt diſſipari; per reſurrectionem glorificata recipiunt. Et clamabant voce, inquit, magnâ, dicentes; ſalus Deo noſtro. qui ſedet ſuper thronum, & agno. Magnâ voce ſalutem Deo decantant, quia magna gratiarum actione recolunt, non ſua ſe virtute, ſed ipſo auxiliante tribulationum impugnantium ſuperaſſe certamina. Dicit iterum eorum & præteritos agones, & coronas deſcribens perpetuas: hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas, & deal-

C bauerunt eas in ſanguine agni. Stolas quippe Martyres in ſanguine agni lauerunt, dum membra ſua, quæ oculis inſipientium viſa ſunt pœnarum ſqualore fœdari, ſic potius fuſo pro Chriſto ſanguine ab omnibus mundauere contagiis; inſuper & beata immortalitatis luce digna reddidere; quod eſt etiam lotas habuiſſe ſtolas in ſanguine agni. *(cui ſanguinem pro ſanguine refudère, ſed accepta fortitudine ex ipſo agni ſanguine.)* Ideo ſunt, inquit, ante thronum Dei, & ſeruiunt die ac nocte in Templo eius. Non eſt laborioſa, ſed amabilis & optanda ſeruitus, in Dei laudibus perpetuò aſſiſtere. Dies quippe, & nox, non viciſſitudinem temporis propriè, ſed perpetuitatem tropice ſignificant. Nox enim non erit

D illic, ſed dies vna melior in atriis Chriſti ſuper millia. In qua non plorat Rachel filios ſuos, ſed abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, datque vocem lætitiæ & ſalutis in tabernaculis Iuſtorum.

Hæc excerpta ex ſer. 4. de ſanctis Innocentibus, vbi paulò ſupra dixerat: ſingulos eorum cùm per tormenta tollerentur ex hac vita. Rachel gemebunda, id eſt, Eccleſia *(militans ſcilicet)* gemit, luctu lachrymiſque proſecuta: ſed iam hinc expulſos ſuperna Ieruſalem, *(Eccleſia triumphans)* quæ eſt mater omnium noſtrum, mox in aliam vitam obuiis lætitiæ miniſtris, *(Angelis ſanctis)* excepit; atque in gaudium Domini ſui perpetuò coronan-

E dos introduxit: *Breuiter hîc aduerte locum Apoc. 7. ab Auguſtino citatum, non de ſolis martyribus, ſed de duodecim millibus ſignatis ex duodecim tribubus Iſraël; deinde de turba magna & innumerabili ex omnibus Gentibus, & tribubus, & populis, & linguis; qui vtique omnes per multas tribulationes tranſierunt in regnum cælorum; & poſt tranſitum, donec veniat iudicium, ſtant ante thronum Dei, in anima ſola, Dei viſione beatificâ perfruentes, iuxta pſalmiſtam dicentem:* cùm dederit dilectis ſuis ſomnum, *(mortis quietæ & tranquillæ)* Ecce hæreditas Domini filij, *(ſine dilatione vſque ad iudicium, ſed ecce ſtatim poſt mortem, fruuntur hæreditate quam nobis vnige-*

genitus Dei filius acquiſiuit; vt hæc hæreditas, & merces ſit laboris ſanctorum: quod ſi quæras, quænam illa ſit; ſtatim reſpondet:) fructus ventris. *ſcilicet virginei. Vt ante thronum Dei, & agni ſtent, vſque ad tempus reſurrectionis. Aug. in Pſal. 126.*

S. Aug. Vanum eſt, inquit, nobis ante lucem ſurgere, id eſt altitudinem quærere (*diei ſcilicet & meridiei viſionis beatificæ*) antequam moriamur, cùm Chriſtus lux noſtra non ſit exaltatus in carne, niſi poſtquam mortuus eſt. Conſtituti ergo membra eius, & in membris eius dilecti eius, cùm ſomnum acceperimus, tunc reſurgemus in reſurrectione mortuorum. *Donec reſurgamus, altitudinem eſſentialis gloria prius adepti in animis, ſtatim ab exitu. Beati enim mortui qui in Domino moriuntur, Amodò quippe dicit Spiritus vt requieſcant, &c. Amodo, inquam, ſine mora, niſi aliquid ſit debiti perſoluendum in purgatorio. in quo ex ipſo Tertulliano, animam exutam carne modicum quodque delictum pendit: fructum autem ventris ſic explicat ibidem:* Eſt quædam mulier (*quæ in Apoc. cruciabatur vt pareret*) in qua ſpiritaliter oſtenditur quod dictum eſt Euæ Gen. 3. in gemitu paries. Parit enim Eccleſia filios coniunx Chriſti; & ſi parit, parturit, &c. In illa reſurrectione mortuorum apparebit partus Eccleſiæ. Tranſiet dolor & gemitus. Et quid dicetur? Ecce hæreditas Domini, filij merces, fructus ventris, &c. Quæ eſt ipſa merces? ipſa merces reſurgere à mortuis. Quæ eſt ipſa merces? ſurgere (*à terra in cælum, à gemitu ad Domini gaudium.*) Poſteaquam ſediſti, quæ eſt iſta merces? Lætari poſteaquam manducaſti panem doloris. *Ibidem per hæreditatem Domini, intelligit filios regni, quos Chriſtus ex Eccleſia genuit. De quibus ait,* hæreditas mea Iſraël, *id eſt, populus videns Deum, in lumine gloriæ. Fructus autem ventris & cordis doloroſi, parturientis Eccleſiæ, eſt ipſum gaudium, primò anticipata candida ſtola gloria eſſentialis animarum. Deinde fructus eiuſdem, erit gloria corporum.*

S. Aug. *Idem Aug. Ep. 28. ad Hieron. teſtatur & pœnam, & gloriam animarum exuturum corporibus ante reſurrectionem.* Certus ſum, inquit, omnino non eſſe animam vllam in genere humano, cui non ſit neceſſarius ad liberationem mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus. Quæcumque autem ſine gratia mediatoris, & Sacramento eius, in qualibet corporis ætate de corpore exierit, & in pœnam futuram, & vltimo iudicio recepturam corpus ad pœnam. Si autem poſt generationem humanam quæ facta eſt ex Adam, regeneretur in Chriſto, ad eius pertinens ſocietatem; & requiem poſt mortem corporis habituram, & corpus ad gloriam recepturam. *Quòd ſi nihil poteſt ſine ſua carne anima pati doloris poſt mortem; vt vult Tertullianus; quid eſt quod Petrus Act. 2. aſſerit Chriſtum ſoluiſſe dolores inferni? Melius Aug. Ep. 99. ad Euod.* Eos dolores, inquit, eum ſoluiſſe credamus, quibus teneri ipſe non poterat, ſed quibus alij tenebantur, quos ille nouerat liberandos, &c. Et de illo quidem primo homine Patre generis humani, quod ibidem eum ſoluerit, Eccleſia ferè tota conſentit: quod eam non inaniter credidiſſe credendum eſt, vndecumque hoc traditum ſit, etiamſi canonicarum ſcripturarum hinc expreſſa non proferatur authoritas: quanquam illud quod in libro Sapientiæ ſcriptum cap. 10. Hæc (*ſcilicet Sapientia incarnata*) illum qui primus factus eſt, Patrem orbis terrarum, cum ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit, & eduxit illum à delicto ſuo, & dedit ei virtutem continendi omnia; (*Vnde & cùm dixiſſet Sapiens; Spiritus Domini repleuit orbem terrarum; immediatè*

A *ſubiunxit; & hoc quod continet omnia, &c. ſcilicet Adam, omnia creata; ſpiritalia quidem in animo; elementa omnia in carne; omnium generis humani membra, tanquam ſub capite,)* magis pro hac ſententia, quàm pro vllo alio intellectu facere videatur. Addunt quidam hoc beneficium antiquis ſanctis fuiſſe conceſſum, Abel, Seth, Noë & domui eius; Abraham, Iſaac, & Iacob, aliiſque Patriarchis & Prophetis; vt cùm Dominus in infernum veniſſet, illis doloribus ſoluerentur. *Pœnâ damni; & ſenſus etiam in ijs qui non in ſinu Abrahæ cum Lazaro quieſcebant, ſed qui in purgatorio peccata luebant. Subijcit inferni nomen in Scriptura ſe non reperiſſe ſumptum in bonam partem.* Non vtique ſinus ille Abrahæ, id eſt, ſecretæ cuiuſdam quietis habitatio, aliqua pars inferorum eſſe credenda eſt: tanquam in his ipſis

B tanti magiſtri verbis, vbi ait, dixiſſe Abraham; (*diuiti in inferno ardenti*) inter vos & nos chaos magnum firmatum eſt; ſatis vt opinor appareat, non eſſe quandam partem & quaſi membrum inferorum, tantæ illius fœlicitatis ſinum, &c. Sicut eodem ipſo die quo mortuus eſt, promiſit latroni, quòd cùm illo in paradiſo fuiſſet futurus, quando ad ſoluendos inferni dolores fuerat deſcenſurus. Profectò igitur in paradiſo atque ſinu Abrahæ etiam antè iam erat beatificante Sapientia, & apud inferos iudicante potentia. Vbi enim non eſt nullo loco obſeſſa diuinitas? Verumtamen ſecundùm creaturam, quam ex quodam tempore

C ſuſcipiendo, manens Deus, homo factus eſt, hoc eſt ſecundum animam eum fuiſſe apud inferos, apertè Scriptura declarat, & per prophetiam præmiſſa, & per Apoſtolicum intellectum ſatis expoſita, (*per Petrum ſcilicet ſic exponentem Act. 2. pſalmi locũ*) qua dictum eſt; non derelinques animam meam in inferno. *Vbi vides & ante reſurrectionem extra infernum Lazari animam, & latronis, in vero paradiſo, hoc eſt gaudio Domini in ſola anima fuiſſe.*

Tandem idem Aug. to. 3. lib. 12. de Gen. ad lit. c. 32. vbi de anima ſeparata: ad ſpiritalia, inquit, pro meritis fertur, aut ad loca pœnalia ſimilia corporibus, qualia ſæpè demonſtrata ſunt ijs qui rapti ſunt à corporis ſenſibus, & mortuis ſimiles iacue- S. Auguſt.

D runt, & infernales pœnas viderunt; cùm & ipſi in ſeipſis gererent quandam ſimilitudinem corporis ſui, per quam poſſent ad illa ferri, & talia (*tormenta*) ſimilitudinibus ſenſuum experiri. *Et cap. 33.* Quomodo, inquit, aliter accipiendum ſit, quod dictum eſt Act. 2. quem Deus ſuſcitauit à mortuis, ſolutis doloribus inferorum, quia non poterat teneri ab eis; non video niſi vt quorumdam dolores apud inferos eum ſoluiſſe accipiamus, &c. Neque enim Abraham, vel ille pauper in ſinu eius, hoc eſt in ſecreto quietis eius, in doloribus erat; inter quorum requiem, & alia inferni tormenta legimus magnum chaos firmatum: ſed nec apud inferos eſſe dicti ſunt. Contigit enim, inquit, mori inopem il-

E lum, & afferri ab Angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem & diues, & ſepultus eſt in inferno. Et cùm apud inferos in tormentis eſſet, &c. Videmus itaque inferorum mentionem non eſſe factam in requie pauperis, ſed in ſupplicio diuitis, &c. *Et* S. Auguſt. *circa finem capitis 34.* Si, inquit, quem mouet, quid opus ſit ſpiritibus defunctorum corpora ſua in reſurrectione recipere, ſi poteſt eis, etiam ſine corporibus, ſumma illa beatitudo præberi; (*Sicut mouit Tertullianum*) difficilior quidem quæſtio eſt, quàm vt perfectè poſſit hoc ſermone finiri. Sed tamen minimè dubitandum eſt, & raptam hominis à carnis ſenſibus mentem, & poſt mortem ipſam carne depoſita, & tranſcenſis etiam ſimilitudinibus

corporalium, non ſic videre poſſe incommutabilem ſubſtantiam, (*eſſentiam diuinam*) vt ſancti Angeli vident; (*qui ſunt completæ ſubſtantiæ independentes à corpore*) ſiue alia latentiore cauſâ; ſiue ideo, quia ineſt ei naturalis quidam appetitus corpus adminiſtrandi, quo appetitu retardatur quodanimodo, nè totâ intentione pergat in illud ſummum cœlum (*tertium quo raptus eſt Paulus*) quandiu non ſubeſt corpus, cuius adminiſtratione appetitus ille conquieſcat, &c. *Tum concludit cap. 36. in fine*, quamuis abrepto Apoſtolo à carnis ſenſibus in tertium cœlum & paradiſum; hoc ipſum certè defuit ad plenam perfectamque cognitionem rerum, quæ Angelis ineſt, quod ſiue in corpore, ſiue extra corpus eſſet, neſciebat. Hoc vtique non deerit, cùm receptis corporibus in reſurrectione mortuorum, corruptibile hoc induetur incorruptione, & mortale hoc induetur immortalitate: Omnia enim euidentia erunt ſine vlla falſitate, ſine vlla ignorantia, ſuis ordinibus diſtributa, & corporalia, & ſpiritalia, & intellectualia. (*Ecce tres cœlos*) in natura integra, (*anima reünita carni.*) & beatitate perfecta. *Quæ nunc imperfecta eſt, propter appetitum ſupradictum animæ glorioſæ, ad corpus immortale recipiendum. Et hic neſcio qua ſcientia, vel conſcientia quidam hereſim, & errorem à Concilio Florentino damnatum, Auguſtino ipſiuſmet erroris damnatori, & contrariam eodem ipſo loco citato expreſſe ſcribenti, calumnioſè imponere præſumpſerit. Et quidem certum eſt, quòd niſi credidiſſet Paulus, ſtatim poſt mortem, Dei gloria ſe fruiturum non dixiſſet Philipp. 1. 23 ſe* Deſiderium habere diſſolui & eſſe cum Chriſto. 2. Cor. 5. 8. Audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominum. *& alibi*: Nunc per ſpeculum & in ænigmate tunc autem facie ad faciem. *Sed licet multi graues Patres, Cyprianus, Ambroſius, Chryſoſtomus, in aliquibus locis ſubobſcuris aliquatenus in Sententiam Tertulliani inclinaent; nihil tamen apud Auguſtinum in hac parte obſcurum, quod euidentiſſimis aliis locis non inueniatur manifeſtè conſonum definitioni Concilij Florentini, multa poſt tempora præſcripta. Sed ad locum enchiridij c. 108. quod attinet, reſpondeo primò, S. Auguſtinum non hic agere de ſolis animabus iuſtis, quod ei dictus author imponit, ſed de omnium animarum receptaculis. Secundò contrarium omnino ſcribere errori quem impingit. Sic enim habet:*

S Auguſt. tempus quod inter hominis mortem, & vltimam reſurrectionem interpoſitum eſt, animas abditis receptaculis continet, ſicut vnaquæque digna eſt, vel requie, vel ærumna, pro eo quod ſortita eſt in carne, cùm viueret. *Nec dicit animas in requie, vel ærumna manere vſque ad diem iudicij; ſed ad illum vſque diem eſſe receptacula, in quæ migrantes è corporibus animæ ſecedunt; aliæ in requiem, hoc eſt gloriam, & Dei viſionem, aliæ vel in pœnam tranſitoriam purgatorij, vel æternam inferni, vt clarè proſequitur in capitibus immediatè ſequentibus. Et de fidelium quidem animabus, cùm dixiſſet*, Eas ſuorum pietate releuari; *Vt conſtet eum ſenſiſſe, dictas animas à Dei viſione non differri vſquedum reſumptis corporibus adſteat iudicis tribunali; capite 109. ſubiecit*: Non igitur, inquit, iſta, quæ pro defunctis commendandis frequentat Eccleſia, illi Apoſtolicæ ſunt aduerſa ſententiæ, qua dictum eſt, 2. Cor. 5. Omnes enim aſtabimus ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque ſecundũ ea quæ per corpus geſſit, ſiue bonũ ſiue malum: quia etiam hoc meritum ſibi quiſque cùm in corpore viueret, comparauit, vt ei poſſent iſta prodeſſe poſt mortem. *Et lib. 13. de Ciuit. cap. 8.*

S. Auguſt. In requie, inquit, ſunt animæ piorum à corpore

A ſeparatæ: impiorum autem pœnas luunt: donec iſtarum ad æternam vitam, illarum verò ad æternam mortem, quæ ſecunda dicitur, corpora reuiuiſcant. *Vbi vides non animarum ſed corporum tantum æternam vitam & gloriam, vſque ad diem reſurrectionis & iudicij extremi differri.*

Similiter & ſcribens in Pſal. 36. in verſum: Et adhuc puſillum & non erit peccator: longè ſit, inquit, dies iudicij, quando erit retributio iniuſtorum & iuſtorum: *ſcilicet manifeſta & circa corpora*) tuus certè dies vltimus longè abeſſe non poteſt. Ad hũc te præpara; qualis enim exieris de hac vita, talis redderis illi vitæ. Poſt vitam ipſam parum

B nondum eris vbi erunt ſancti quibus dicetur: Venite benedicti, &c. Nondum ibi eris, quis neſcit? Sed iam poteris ibi eſſe, vbi illum quondam vlceroſum pauperem diues ille ſuperbus & ſterilis, in medijs ſuis tormentis vidit à longè requieſcentem. In illa requie poſitus, certè ſecurus expectas iudicij diem, quando recipias & corpus: quando immuteris, vt Angelo æqueris. *Quo loco noluit Auguſtinus dicere, iuſtorum animas in ſinu Abrahæ cum Lazaro detineri in loco refrigerij, vſque ad diẽ reſurrectionis, cùm ipſe ſinus Abrahæ iam non ſit, & ipſe Abrahã cum omnibus ſanctis Patriarchis è ſubterraneis locis ſit eductus Chriſto reſurgente, aſcendẽte in cœlum, & captiuam captiuitatem abducente. Vult ergo dicere, quòd ſicut tunc Lazarus in requie & ſinu Abrahæ ſe-*

C *curus primum Chriſti expectabat aduentum, de quo Propheta dixerat*, veniet, & non tardabit: *ita nunc animæ iuſtorum in requie regni cœleſtis, ſecundum eius ſecura expectant aduentum, in quo reſumptis corporibus, iuxta Chriſti verbum, erunt æquales Angelis nuptijs, immortalibus, propagatione ad conſeruationem ſpeciei, vel regni, non egentibus. Non quòd iam in cœlo non ſint ſimiles Angelis, in eo quod* ſemper vident faciem patris: *cùm iam videant, ſed quod non habeant adhuc ſua corpora immortalia, clara, ſubtilia, impaſſibilia, qualia Angeli aſſumpſerunt vt alibi vidimus. Quo fit vt nec plenè beati ſint ſancti, & in beatitudine conſummati, propter appetitum naturalem ad corpus: licet quod præcisè ad animæ gloriam ſpectat, ſint*

D *beati, & viſione Dei clara perfruentes. Eodem ſenſu intelligendum eſt, quod ſcripſit libro 1. retract. cap. 14.* Illud, inquit, beatiſſimos facit quod ait Apoſtolus: tunc autem facie ad faciem, & tunc cognoſcã ſicut & cognitus ſum Qui hoc inuenerũt, ipſi dicẽdi ſunt in beatitudinis poſſeſſione conſiſtere, ad quã ducit via fidei, quam tenemus, & quò credendo cupimus peruenire. Sed quinã ſint illi beatiſſimi qui iam ſint in ea poſſeſſione, quò ducit hæc via, magna quæſtio eſt. Et Angeli quidem ſancti quòd ibi ſint, nulla quæſtio eſt. Sed de ſanctis hominibus iam defunctis, vtrum ipſi ſaltem dicendi ſint iam in illa poſſeſſione conſiſtere, meritò quæritur. Iam enim corpore quidem corruptibili quo anima aggraua-

E tur, exuti ſunt, ſed adhuc expectant etiam ipſi redemptionem corporis ſui, & caro ipſorum requieſcit in ſpe, Pſal. 15. nondum in futura incorruptione clareſcit, (*in qua æquales futuri ſunt Angelis, corpora lucida aſſumentibus, ſicut in natiuitate ſcribitur de Angelo apparente paſtoribus, quòd claritas Dei circumfulſit illos. Et in reſurrectione: erat aſpectus eius ſicut fulgur*) ſed vtrum ad contemplandam cordis oculis veritatem, ſicut dictum eſt facie ad faciem, nihil ex hoc minus habeant, non hic locus eſt diſputando inquirere. *Vbi vides, non dubitare Auguſtinum, an animæ ſanctorum beatæ ſint, & Deum videant, ſed an minus ex expectatione gloriæ corporum, ſint beatæ. Beatiſſimæ enim tunc tantùm erunt, cùm conſummata fuerit etiam corporum fœlicitas,*

quàm expectant.

S. Aug. *Similiter intelligendum eſt quod habet ep.* 111. *ad Fortunatianum de videndo Deo, vbi refert Hieronymum dicentem:* Videre Deum ſicuti eſt in natura ſua oculus hominis (*ſcilicet corporeus*) non poteſt. Non ſolum homo, nec Angeli, nec Throni, nec Poteſtates, nec Dominationes, nec omne nomen quod nominatur. Neque enim creatura poteſt aſpicere creatorem ſuum, *viſione comprehenſiua, incomprehenſibilem: Neque viſione corporea, oculo corporeo, in corpore ab Angelis aſſumpto. vel à ſanctis in reſurrectione.*) His verbis vir Doctiſſimus ſatis oſtendit, quid etiam de futuro ſæculo ſenſerit, quod ad hanc rẽ attinet. Quantũlibet enim oculi corporis noſtri mutentur in melius, Angelorũ oculis æquabuntur: (*dum corpora aſſumunt*) hic autem & ipſi vniuerſæ omnino cœleſti creaturæ inuiſibilem naturam dixit eſſe Creatoris, &c. Ipſius Domini eſt hinc aperta ſententia, vbi ait de reſurrecturis in regnum: erunt æquales Angelis Dei. *Deinde probat ex eodem Hieronymo quod licet Deus ſit inuiſibilis Angelicis oculis corporeis, & humanis, tamen & ab Angelis ſpiritu, & ab animabus ſeparatis ſanctis, videri faciem Patris.* Vnde idem ipſe S. Hieronymus alibi dicit: homo Dei faciem videre non poteſt: (*dum eſt in corpore*) Angeli autem etiam minimorum in Eccleſia ſemper vident faciem Dei. Et nunc in ſpeculo videmus, & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, quando de hominibus in Angelos profecerimus, (*id eſt exuti corpore, purgati peccatis in cœli gloriam tranſierimus,*) & potuerimus cum Apoſtolo dicere: nos autem omnes reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur, à gloria in gloriam, tanquam à Domini ſpiritu, 2. Cor. 3. licet faciem Dei iuxta naturæ ſuæ proprietatem, nulla videat creatura, (*corporea incorporeum, niſi cùm in corpore aliquo apparuit; quod ex Athanaſio, Nazianzeno & Ambroſio probat*) Ne quis autem putaret eum tantùm de præſenti tempore loquutum, ſubiecit etiam Dominiũ teſtimonium, volens oſtendere quos dixerat oculos mentis; quo teſtimonio, non præſentis, ſed futuræ viſionis promiſſio declaratur. Beati mundo corde quoniam ipſi Deum videbunt. *Tranſierat etiam explicans verba Hieronymi, licet abſque præiudicio beatifica viſionis, quam Paulus ſpeculo & ænigmati oppoſuerat:* ſecundùm, inquit, apertiſſimam Domini ſententiam etiam ipſe ſentit tunc viſuros faciem Dei, cùm in Angelos profecerimus, id eſt, æquales Angelis facti fuerimus, quod erit vtique in reſurrectione. (*Non quòd vſque in tempus illud animam velit à Dei viſione ſuſpendi, ſed quòd in reſurrectione, etiam in corpore facti immortales, vt Angeli; tunc etiam ſicut Angeli non vident Deum oculo corpo-*

A *reo aſſumpto, quantumuis ſubtili & acuto. ſed ſola mente & ſpiritu, videbimus enim ſicuti eſt; quod probat cùm ſubijcit:* Deinde Apoſtolico teſtimonio ſatis apparuit, non exterioris, ſed interioris hominis faciem intelligendam, cùm videbimus facie ad faciem.

Eſt & alius locus lib. 20 de Ciuit. cap. 9. ex Apoc. 20. S. Auguſt. Animæ occiſorum propter teſtimonium Ieſu & propter Verbum Dei: ſubauditur, inquit, quod poſtea dicturus eſt, & regnauerunt cum Ieſu mille annis. Animæ ſcilicet Martyrũ, (*de quibus hîc Tertullianus*) nondum ſibi corporibus ſuis redditis. Neque enim piorum animæ mortuorum ſeparantur ab Eccleſia, quæ etiam nunc eſt regnum Chriſti. Alioquin B nec ad Altare Dei fieret eorum memoria in commemoratione corporis Chriſti, &c. Cur enim fiunt iſta niſi quia fideles etiam defuncti mẽbra eius ſunt? Quamuis ergo cum ſuis corporibus nondũ, ita tamen eorũ animæ regnant cum illo, dum iſti mille anni decurrunt. Vnde hoc eodem libro, & alibi legitur: Beati mortui qui in Domino moriuntur: Amodo iam etiam dicit Spiritus, (*Nota amodò. Nec expectari ſecundum opera retributionem animarum vſque ad iudicium*) Regnat itaque cum Chriſto nunc primùm Eccleſia in viuis & mortuis: Propterea enim ſicut dicit Apoſtolus Rom. 6. Mortuus eſt Chriſtus, vt & viuorum, & mortuorum dominetur. Sed ideo tantummodò martyrum C animas commemorauit, quia ipſi præcipuè regnant mortui, qui vſque ad mortem pro veritate certauerunt. Sed à parte totum, etiam cæteros mortuos intelligimus, pertinentes ad Eccleſiam, quod eſt regnum Chriſti. *Iterum confirmat ibidem*, ab his ergo malis alieni (*adoratione beſtia, & inſcriptione in fronte, propter profeſſionem, & in manu, propter operationem.*) ſiue adhuc in iſta mortali carne viuentes, ſiue defuncti, regnant cum Chriſto; iam nunc quodammodo huic tempori congruo, per totum hoc interuallum, quod numero mille ſignificatur annotum.

D *Definitum autem hoc fuit à Benedicto 12. in extrauagante qua incipit.* Benedictus Deus. *Ab Innocentio 3. cap.* Ad Apoſtolicum. *Extrau.* De Preſbytero non baptizato. *Concilio Florentino Seſſione vltima. in* Decreto *vnionis Latinorum cum Græcis. Vbi ſic Eugenius IV.* Diffinimus, inquit, illorum animas qui poſt baptiſma ſuſceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis corporibus, vel eiſdem exutæ corporibus, prout ſuperius dictum eſt, ſunt purgatæ, in cœlum mox recipi, & intueri clarè ipſum Deum trinum & vnum, ſicuti eſt, pro meritorum tamen diuerſitate, alium alio perfectius.

ANIMARVM DEFVNCTORVM

Omnis repræſentatio ſit arte Dæmonum. *Schol.*

H*Ic retextre piget dicenda in Scholys noſtris, in caput 57. de Anima, quæ conſulet Lector, maximè Verbo,* Magia. *numero 2. & 4. hanc opinionem erroneam ſcripſit Tertullianus contra hæreticos ſimoniacos, iactantes ſe etiam Prophetarum animas ab Inferis excitare poſſe. Sic enim initio capitis 57. de Anima:* publicæ iam literaturæ eſt, quæ animas etiam iuſta ætate ſopitas, (*id eſt ſenectute completa, iam minus vigoroſas, vel ſomno mortis quieto ex corpore egreſſas*) etiam probâ morte diſiunctas, etiam promptâ humatione diſpunctas (*quaſi liberas debito ſepulturæ, cuius dilatio, vel defectus credebatur ab Ethnicis vel*

A *tardare, vel impedire prorſus camporum Elyſiorum ingreſſum*) euocaturam ſe ab Inferûm incolatu pollicetur. Quid ergo dicemus Magiam? quod omnes penè, fallaciam, &c. Magiæ, ſecundæ ſcilicet Idololatriæ, in qua ſe dæmones perinde mortuos fingunt, quemadmodum in illa, Deos; quidni? cùm & Dij mortui. *Homines ſcilicet mortales, poſt mortem arte dæmonum pro Dijs habiti. Et in medio capitis:* Ecce hodie euſdem Simonis hæreticos, tanta præſumptio artis extollit, (*Magica ſcilicet*) vt etiam Prophetarum animas ab Inferis mouere ſe ſpondeant. Et credo, quia mendacio poſſunt; (*ſcilicet* Textũ habes ſuprà lib de Anima cap 57. per totum.

A *fingere ſit eſſe animas defunctorum, mendaces dæmones, cum quibus pacto inito Magi fingunt ſe euocare animas.)* nec enim Pyrhonicq tunc ſpiritui minus licuit, Animam Samoelis effingere, poſt Deum, mortuos conſulente Saüle. Abſit alioquin, vt animam cuiuſlibet Sancti, nedum Prophetæ, à dæmonio credamus extractam, edocti quòd ipſe Sathanas transfiguretur in Angelum lucis, nedum in hominem lucis, etiam Deum ſe adſeueraturus, ſignaque portentoſiora editurus, ad euertendos, ſi fieri poſſit, etiam electos. *Ergonè fallacia dæmonis excitatus eſt Onias Sacerdos, & Ieremias Propheta, qui Iudæ Machabæo poſt mortem apparuerunt vt mendacio crèderet & fallacia diabolica, deceptus? Sic tamen de ipſo. Lib. 2. Machab. cap. 15. 11. & ſeq.* Singulos illorum (*militum ſuorum*) armauit, non clypei & haſtæ munitione, ſed ſermonibus optimis, & exhortationibus, expoſito digno fide ſomnio. (*ergo non mendaci & fallaci, ſi fide digno.*) per quod vniuerſos lætificauit. Erat autem huiuſcemodi viſus: Oniam, qui fuerat ſummus Sacerdos, virum bonum, & benignum, verecundum viſu, modeſtum moribus, & eloquio decorum, & qui à puero in virtutibus exercitatus ſit, manus protendentem, orare pro omni populo Iudæorum. Poſt hoc apparuiſſe & alium virum ætate & gloria mirabilem, & magni decoris habitudine circa illum: reſpondentem verò Oniam dixiſſe: hic eſt fratrum amator, & populi Iſraël: hic eſt qui multum orat pro populo, & vniuerſa ſancta Ciuitate, Ieremias Propheta Dei: extendiſſe autem Ieremiam dextram, & dediſſe Iudæ gladium aureum, dicentem: Accipe ſanctum gladium munus à Deo in quo deiicies aduerſarios populi mei Iſraël.

Quid dicemus de Samuelis ſpiritu, poſt mortem apparente Saüli. Conſule dicenda in Omniloquio, ex Aug. to. 4. libro 2. quæſt. ad Simplicianum. q. 3. vbi problematicè tractat, ſiue vera eius anima fuerit excitata, Deo ſic volente, ab Inferis; ſiue quòd arte diabolica, eius phantaſma viſum ſit & imaginaria illuſio. Quod & repetit eodem tomo, libro de Octo Dulcitij quæſtionibus, quæſt. 6. & ibidem lib. quæſt. ex veteri teſtamento. q. 27. S. Aug. Quomodo, inquit, fieri poterat, vt arte Magica attraheretur vir, & natiuitate Sanctus, & vitæ operibus Iuſtus? aut ſi non attractus eſt, conſenſit; D quod vtrumque de viro Iuſto credere abſurdum eſt. Si enim inuitus adductus eſt, nullum ſuffragium habet Iuſtitia. Si autem voluntarius, amiſit meritum ſpiritale, quod poſitus in carne quæſierat: quod valde abſurdum eſt; quia hinc qui Iuſtus recedit, permanet Iuſtus. Porro autem hoc eſt præſtigium Sathanæ, quo vt plurimos fallat, etiam bonos in poteſtate ſe habere confingit. Quod Apoſtolus inter cætera ait, 1. Cor. 11. Ipſe Sathanas transfigurat ſe in Angelum lucis. Vt enim errorem faceret, in quo & ipſe gloriaretur; in habitu viri Iuſti, & nomine ſe ſubornauit; vt nihil proficere ſpem quam prædicabant (*Prophetæ ſcilicet.*) Dei cultoribus mentiretur; quando hinc exeuntes iuſtos E finait in ſua eſſe poteſtate. Sed hoc quoſdam fallit, quòd de morte Saül & filiorum eius non ſit mentitus: quaſi magnum ſit diabolo, ante diem, occaſum corporis præuidere, cùm ſigna quædam ſoleant apparere morituris, (*peccatoribus; vnde & ſignum poſuit in Caïn.*) quippe à quibus Dei protectio amota videtur: quantò magis diabolus, quem Angelica majeſtate ſublimem, prophetica oracula fuiſſe teſtantur. (*dicente Iob; non eſt poteſtas quæ comparetur ei ſuper terram.*) de cuius magnitudine Apoſtolus, ait 2. Cor. 2. An ignoratis altitudinem Sathanæ? quid mirum ergo ſi imminentem propè mortem potuit præuidere, A cùm hoc ſit vnde fallit, & ſe in Dei poteſtate vult adorari? Nam tanta hebetudine demens effectus eſt Saül, vt ad Pythoniſſam confugeret: deprauatus enim cauſa peccati, ad hæc ſe contulit, quæ damnauerat. S. Aug. *Omnes enim magos & ariolos regno ſuo ablegauerat. Tum ſubiicit ex textu Scripturæ:* Audiens, inquit, in quo habitu eſſet excitatus, intellexit hunc eſſe Samoelem, &c. & quia non benè intellexit, contra Scripturam alium adorauit quàm Deum; & putans Samuelem, adorauit diabolum; vt fructum fallaciæ ſuæ haberet Sathanas. Hoc enim nititur, vt adoretur quaſi Deus. Si enim verè Samoel illi apparuiſſet, non vtique vir Iuſtus permiſiſſet ſe adorari, qui prædicauerat Deum ſolum eſſe adorandum. Et quomodo homo Dei, qui B cum Abraham in refrigerio erat, dicebat ad virum peſtilentiæ, dignum ardore gehennæ, eras mecum eris? his duobus titulis ſubtilitatem fallaciæ ſuæ prodidit improuidus Sathanas; quia & adorari ſe permiſit ſub habitu & nomine Samuelis, contra legem: & virum peccatis preſſum, cùm magna diſtantia peccatorum, & Iuſtorum ſit, (*vt & Chaos magnum firmatum inter Lazarum & diuitem*) cum Samuele iuſtiſſimo, futurum mentitus ſit. Verùm poteſt videri, ſi de Samuelis nomine taceatur, quia Saül cum diabolo futurus erat. Ad eum enim tranſmigrauit quem adorauit. Semper enim diabolus ſub velamine latens, prodit ſe, dum ea confingit quæ abhorreant à perſonis, per quas fallere nititur. *Alibi tamen propenſior inclinat in veritatem apparitionis* C *propriæ animæ Samuelis. Sicut to. 4. lib. de cura pro mortuis c. 15.* Mitti ad viuos aliquos ex mortuis, ſicut è contrario Paulus ex viuis in Paradiſum raptus eſt, diuina Scriptura teſtatur. Nam Samuel Propheta defunctus viuo Saüli etiam Regi futura prædixit, primi Reg. 28. quamuis nonnulli non ipſum fuiſſe, qui potuiſſet Magicis artibus euocari, ſed aliquem ſpiritum tam malis operibus congruentem, illius exiſtiment ſimilitudinem figuraſſe: cùm liber Eccleſiaſticus, cap. 46. quem Ieſus filius Siriach ſcripſiſſe traditur, & propter eloquij nonnullam ſimilitudinem Salomonis pronuntiatur, contineat in laude Patrum, quòd Samuel etiam mortuus Prophetauerit. Sed ſi huic libro, ex Hebræorum, quia in eo non eſt, Canone, contradicitur, (*inter Canonicos* D *ab Eccleſia receptus eſt ab Innocentio primo, & in Concilio Romano, Florentino, Tridentino. &c.*) quid de Moïſe dicturi ſumus, qui certè & in Deuteronomio cap. 34. mortuus, & in Euangelio Matth. 17. cum Helia qui mortuus non eſt, legitur apparuiſſe viuentibus? *Petro ſcilicet, Iacobo & Ioanni.*

Vnde & ipſe Tertull. ſui immemor, cùm de ecſtaſi ageret, Petrum in ea fuiſſe colligit, & ex reuelatione diuinâ, quos prius non nouerat, agnouiſſe. Aug. to. 6. lib. de quinque hæreſibus cap. 7. tanquam veram viſionem ſupponit, dum ait: qui ſunt Moïſes, & Elias, S. Aug. niſi Lex & Prophetæ? Loquebantur cum illo, quia locuti erant de illo; oſtendebant quem prædicaverant, E manifeſtabant quem prophetauerant, &c. *Et præfato libro de cura pro mortuis. cap. 16.* Hinc & illa ſoluitur quæſtio, quonam modo martyres ipſis beneficiis, quæ dantur orantibus, indicant ſe intereſſe rebus humanis, ſi neſciunt mortui, quid agant viui. Non enim ſolis beneficiorum effectibus, verùm etiam ipſis hominum aſpectibus confeſſorem apparuiſſe Felicem, cuius inquilinatum piè diligis, (*Paulinũ alloquitur cui hunc librum inſcripſit.*) cùm à barbaris Nola oppugnaretur audiuimus non incertis rumoribus, ſed teſtibus certis. *Videndus etiam Ambroſius Serm. de Inuentione Corporum SS. Geruaſii & Prothaſii. Item S. Luciani teſtimonium apud Aug. to.*

10. *de Inuentione Corporis S. Stephani, & aliorum.* A *Libro autem ſupra memorato de cura pro mortuis. cap.* 10. *Angelis huiuſmodi apparitiones tribuit:* Angelicis, inquit, operationibus fieri crediderim, ſiue permittatur deſuper, ſiue iubeatur, vt aliquid dicere de ſepeliendis corporib. ſuis videantur in ſomnis, cùm id penitus neſciant, quorum illa ſunt corpora. Id autem aliquando fit, ſiue ad viuorum qualecumque ſolatium, ad quos pertinent illi mortui, quorum apparent imagines ſomniantibus; ſiue vt his admonitionibus, generi humano ſepulturæ commendetur humanitas; quæ licet defunctis non opituletur, culpanda tamen irreligioſitate negligitur, *&c. Subdit, & dæmones etiam conſulere ſepultura mortuorum, apparentes in eorum forma;* vt is cui apparent, eredat ideo mortuos ſepeliri, vt eorum animæ ad loca tranſeant, vnde inſepultorum animas inferna prohiberi lege ſomniauit. *Et cap.* 13. Cur non iſtas operationes, Angelicas credimus, per diſpenſationem prouidentiæ Dei benè vtentis & bonis, & malis, ſecundùm inſcrutabilem altitudinem Iudiciorum ſuorum? ſiue inſtruantur hinc mentes mortalium, ſiue fallantur; (*a deceptoribus Angelis malis*) ſiue conſolentur, (*à bonis.*) ſiue terreantur: (*ab vtriſque.*) ſicut vnicuique vel præbenda eſt miſericordia, vel irroganda vindicta, ab illo cui miſericordiam & Iudicium non inaniter cantat Eccleſia. S. Aug.

BAPTISMVS HÆRETICORVM ITERANDVS: QVIA APVD ILLOS OMNIA A FIDE ECCLESIÆ EXTRANEA SVNT.

1. *De præſcr. cap. 12. per totum.*

[1] NObis etſi [2] quærendum eſſet adhuc & ſemper, vbi tamen quæri oportet? apud hæreticos? vbi [3] omnia extranea & aduerſaria noſtræ veritati; ad quos [4] vetamur accedere. 2. Io. 1. 10.
Quis ſeruus cibaria ab extraneo, nè dicam ab inimico domini ſui ſperat? Quis miles ab [5] infœderatis, nè dicam ab hoſtibus regibus, [7] donatiuum & [6] ſtipendium captat, niſi planè deſertor, & transfuga, & rebellis? Etiam [8] anus illa, intra tectum ſuum drachmam requirebat: etiam pulſator [9] ille vicini januam tundebat: etiam vidua illa non inimicum, licet durum, judicem interpellabat. [10] Nemo inde inſtrui poteſt, vnde deſtruitur: nemo ab eo [11] illuminatur, à quo contenebratur. Quæramus ergo in [12] noſtro, & à [13] noſtris, & de [14] noſtro: idque [15] dumtaxat, quod ſaluâ regulâ fidei, poteſt in quæſtionem deuenire. Luc 15. 8. Luc 11. 5. Luc. 15. 5.

2. *Et de Bapt. cap. 15. à p. ad vltra. m.*

Vnus omnino [1] baptiſmus eſt nobis, tam ex Domini [2] Euangelio, quàm ex [3] Apoſtoli litteris; quoniam [a] *vnus Deus, & vnum baptiſma, & vna Eccleſia in cœlis.* Sed circa hæreticos ſanè quid cuſtodiendum ſit, dignè quis [4] retracter: ad nos [5] enim editum eſt. Hæretici autem nullum [6] habent conſortium noſtræ diſciplinæ, quos [7] extraneos vtique teſtatur ipſa [8] ademptio communicationis. Non debeo in illis cognoſcere, quod mihi eſt [9] præceptum; quia non idem [10] Deus eſt nobis, & illis, nec vnus Chriſtus, id eſt, idem; ideoque nec baptiſmus vnus, quia non idem: quem quum [11] ritè non habeant, ſine dubio non habent: nec [12] capit numerari, quod non habetur: ita nec [13] poſſunt accipere, quia non habent. Sed de iſto plenius jam nobis in [14] Græco digeſtum [15] eſt. Io 3 4. a Epheſ 4 5.

3. *Et de pudic. cap. 19. à p.*

[1] Apud nos, vt [2] ethnico par, immò & ſuper ethnicum, hæreticus, etiam per baptiſma [3] veritatis, vtroque [4] homine purgatus, [5] admittitur.

Baptiſmus Hæreticorum reïterandus, quia apud illos omnia ſunt extranea à fide Eccleſiæ.

Scholia.

[1] NOBIS, *Catholicis.* [2] SI QVÆRENDVM *curioſè inquirendum; varias quæſtiones proponendo ex dubio fluctuantis animi, vel ignorantis.* [3] OMNIA EXTRANEA, *& proinde etiam Sacramenta, & inter ea Baptiſmus.* [4] VETAMVR ACCEDERE. 2. *Io.* 1, 10. Omnis qui recedit & non permanet in doctrina Chriſti, Deum non habet: qui permanet in doctrina, hic & Patrem & filium habet. Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec, aue, ei dixeritis. Qui enim dicit illi, aue, communicat operibus eius malignis. *Eos vitandos docuit Paulus Rom.* 16. 17. Rogo vos fratres, vt obſeruetis eos qui diſſenſiones E & offendicula præter doctrinam quam vos didiciſtis, faciunt, & declinate ab eis. *tranſlat. Syr.* vt procul recedatis ab eis. 2. *Tim.* 2. 17. Prophana autem & vaniloquia deuita: multum enim proficiunt ad impietatem: & ſermo eorum vt cancer ſerpit: Ex quibus eſt Hymenæus & Philetus. *Ad Tit.* 3. 10. Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita. 2. *Theſſ.* 3. 14. Si quis non obedit verbo noſtro per Epiſtolam, hunc notate, & ne commiſceamini cum illo, vt confundatur. *Tranſlat. Syr.* Iſte ſeparetur à vobis, neque conuerſamini cum eo, vt pudore ſuffundatur. [5] INFOEDERATIS, *cum quibus nullum fœdus & amicitia iuncta ſunt: ſicut fuit*

Machabæis fidelibus, & Romanis Gentilibus. [6] STIPENDIVM, *debitum.* [7] DONATIVVM, *munus gratuitum.* [8] ANVS *illa, mulier Euangelica habens drachmas decem.* [9] PVLSATOR VICINI, *qui venit media nocte petens ab amico ſibi accommodari tres panes.* [10] NEMO INSTRVI, *quærendo & interrogando hæreticum de veritate, cum ipſe ſit ſeductus à ſpiritu erroris.* [11] ILLVMINATVR, *docetur. Vel phraſis eſt Pauli & Patrum Græcorum, qui baptiſmum vocant* illuminationem, *quod in eo lux fidei, & cognitio veritatis infundatur.* [12] IN NOSTRO, *loco ſcilicet & domo, nempe Eccleſia.* [13] A NOSTRIS, *Doctoribus & Sacerdotibus.* [14] DE NOSTRO, *theſauro, & fonte Sacramentorum, & Scriptura ſacra, & Conciliorum, dubiorum noſtrorum ſolutionem.* [15] IDQVE DVNTAXAT, *non curioſa perquirentes, vel quæ in quæſtionem & dubium venire non debent. Hæc enim certa ſunt, & in Apoſtolorum Symbolo quod regulam fidei continet, vel in Conciliis, tanquam de fide determinata ſunt.*

2. [1] VNVS OMNINO, *non reiterandus. Vel uniformis in materia, forma, ceremoniis & ritibus; cùm pro variis hæreſibus, ſit varius & diuerſus.* [2] EX EVANGELIO. *Io.3.4.* Numquid poteſt in ventrem matris ſuæ iteratò introire & renaſci? *Io.13.10.* qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet. [3] APOSTOLI LITERIS. *Epheſ.4.5.* Vnus Dñs, vna fides, vnum baptiſma, *addidit ex ſuo Tertull.* Et vna Eccleſia in cœlis. *Quia Eccleſia frequenter in Euangelio regnum cælorum appellatur.* [4] DIGNE RETRACTET, *attentius quærat & obſeruet quid ſeruandum ſit circa baptiſmum hæreticorum.* [5] AD NOS EDITVM. *nobis traditum vt veris in Chriſto filiis per baptiſmum regeneratis. Vel in edito & conſpicuo nobis poſita eſt materia & forma.* [6] NVLLVM CONSORTIVM DISCIPLINÆ. *nihil commune habemus cum hæreticis in Doctrina, & regula fidei, & Sacramentorum.* [7] EXTRANEOS. *ab Eccleſia ablegatos.* [8] ADEMPTIO COMMVNICATIONIS, *nobiſcum non cõmunicant, membra enim putrida Excõmunicationis gladio à corpore Eccleſiæ præciſa ſunt.* [9] QVOD EST PRÆCEPTVM, *quia omnino contrarij ſumus, diuerſa omnino à nobis præcepta habent à ſuis Paſtoribus mercenariis obſeruanda circa collationem baptiſmi.* [10] NON IDEM DEVS, *quia qui peccauerit in vno articulo fidei, fit omnium reus; cum fides ſit indiuiſibilis.* [11] RITE, *non tantùm quoad ritum & cæremonias, ſed etiam quoad eſſentialia baptiſmi, quæ non ſeruabant hæretici Coætanei Tertulliano.* [12] NEC CAPIT, *non poteſt in vera rerum ſerie recenſeri.* [13] NEC POSSVNT ACCIPERE, *à ſuis ſcilicet verum baptiſmum.* [14] IN GRÆCO. *hic liber iam periit.* [15] DIGESTVM EST, *plenius & ordinatius de hæreticorum baptiſmo tractatum eſt.*

3. [1] APVD NOS, *Catholicos,* [2] ETHNICO PAR. *Chriſto dicente:* Siquis Eccleſiam non audierit, (*fides autem ex auditu:*) ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus. [3] PER BAPTISMVM VERITATIS. *Verum: quoniam apud hæreticos eſt falſum.* [4] VTROQVE HOMINE. *vel quod homo exterior, id eſt, corpus dum lauatur, homo interior, id eſt anima purgatur à peccatis. Vel quod hæreticus duplo ſit Ethnicus, nec tantum par Ethnico,* [5] ADMITTITVR, *in Eccleſiam, vero eius baptiſmate lotus.*

Conſtat non eundem Deum eſſe hæreticis, & nobis neque eundem Chriſtum. Quia ex D. Tho. 2. 2, q. 2. a. 2. ad 3. Non credunt Deum eſſe, ſub his conditionibus, quas fides determinat. *Tales fuerunt, Simon, Menander, Baſilides, Valentinus, Marcion, Praxeas, Hermogenes; qui non credebant vnum Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cæli, &*

A *terræ; ſicut nec eundem Chriſtum Carpocrates, Cerinthus, & Ebion. Sicut nec vnum baptiſma, ratione materia diuerſa, ſicut Quintilla ſequens Caianos, tollens à baptiſmo aquam, vt Cataphryges qui deficiebant in forma, à Montano oriundi. Vnde ab his ad Eccleſiam tranſeuntes Concilium Nicenum iubet baptizari, de quo, tractans Auguſtinus de hæreticis Paulianis, lib. de Hæreſ. hæreſ. 44.* Iſtos ſanè Paulianos baptizandos eſſe in Eccleſia Catholica Niceno Concilio conſtitutum eſt. Vnde credendum eſt eos regulam baptiſmatis non tenere, quam ſecum multi hæretici cùm de Catholica diſcederent abſtulerunt, eamque cuſtodiunt. *Ætatem Tertulliani præceſſerunt aliqui, in morte, & nomine Chriſti baptizantes, prædamnati in Canone 49. Apoſtolorum quem Zephyrinus coæ-* B *nus Tertulliano approbauit. Synodus etiam ſexta celebrata in Trullo, Marcionitas, Valentinianos, & huiuſmodi peſtes, rebaptizari iubet. Cæterum Cornelius Papa in Concilio Romano ſtatuit ſeruandam vetuſtam regulam à Patribus traditam circa baptiſmum hæreticorum; quos vtpote materiam, & formam Eccleſiæ Romanæ ſeruantes, non rebaptizari, ſed ſola manuum impoſitione purgari, & in Eccleſiam admitti voluit.* PORRO *mirandum ſatis, Quòd Hieronymus, & Aug. Anabaptiſmi perſecutores acerrimi, qui tam Cyprianum, quàm prædeceſſorem eius Agrippinum, rebaptizantes reprobauerunt, nullam de Tertulliano legamus feciſſe mentionem; maximè cùm Hieronymus librum Græcum ab eo de baptiſmo ſcriptum citauerit;* C *nec Donatiſtæ rebaptizantes, eum pro ſe allegauerint. Cecilius autem in Concilio Carthaginenſi expreſſè dicit:* Ego vnum baptiſmum in Eccleſia ſola ſcio, & extra Eccleſiam nullum. Sic enim ſcriptum eſt: Vna fides, vna ſpes, vnum baptiſma. *Probabile eſt Epiſcopos, qui in dicto Concilio cum Cypriano ſtatuerant, rebaptizandos eſſe Hæreticos, audito Decreto contrario Cornelij Papæ in Concilio Romano, mutaſſe ſententiam. Et licet Auguſtinus lib. 1. de Bapt. contra Donatiſtas. cap. 7. litem hanc dicat non potuiſſe definiri ante primum Concilium Nicenum, tamen Epiſtola 48. ſicut & Hiero. in Dial. contra Luciferarios, putant Cyprianum, & cæteros Concilij Carthaginenſis Epiſcopos* D *aliter cenſuiſſe, & contrario Canone; Anabaptiſmum hæreticorum prohibuiſſe.*

Cyprianum licet condemnet Auguſtinus quòd hæreticorum baptiſma nullum, & proinde eos rebaptizandos cenſuerit; excuſat tamen quòd ſe corde ab vnitate Eccleſiæ, non ſeparauerit, licet iudicio, à maiore parte Epiſcoporum totius Eccleſiæ, circa baptiſmum hæreticorum diſſentiret; quam maculam proprio ſanguine, & merito charitatis ſemper Eccleſiæ vnitati coniunctum, abluiſſe teſtatur. Sic enim eum excuſat to.7. lib.1. de Bapt. cont. Donatiſtas cap. 18. Reſtat, inquit, vt hoc de baptiſmo piè credamus, quod vniuerſa Eccleſia, à ſacrilegio ſchiſmatis remota cuſtodit. S.Aug. E In qua tamen ſi aliud alij & aliud alij adhuc de iſta quæſtione (*an ſint rebaptizandi hæretici*) ſaluâ pace ſentirent, donec vniuerſali Concilio vnum aliquid eliquatum ſincerumque placuiſſet, humanæ infirmitatis errorem cooperiret charitas vnitatis. Sicut ſcriptum eſt, 1. Pet. 4. quia charitas cooperit multitudinem peccatorum, qua enim abſente, cætera inaniter habentur, eadem præſente, quædam venialiter non habentur. Extant B. Martyris Cypriani in eius literis magna documenta, vt ad illum iam veniam, de cuius ſibi authoritate iſti (*Donatiſtæ*) carnaliter blandiuntur, cùm eius charitate ſpiritaliter perimantur. Nam illis temporibus, antequam plenarij Concilij ſententia quid in hac re ſentiendum eſſet, totius Eccleſiæ conſenſio confirmaſſet, viſum eſt ei cum fermè octoginta Coe-

piſcopis

Coëpiſcopis ſuis Africanarum Eccleſiarũ, omnem A hominem qui extra Eccleſiæ Catholicæ communionem baptizatus fuiſſet, oportere ad Eccleſiãm venientem denoo baptizari. Quod non rectè fieri tanto viro nimirum propterea Dominus non aperuit, vt eius pia, & humilitas, & charitas in cuſtodienda ſalubriter Eccleſiæ pace pateſieret, & non ſolùm illius temporis Chriſtianis, ſed etiam poſterioris, ad medicinalem, vt ita dicam, notitiam ſignaretur. Cùm enim tanti meriti, tantæ Eccleſiæ, tanti pectoris, tanti oris, tantæ virtutis Epiſcopus, aliud de baptiſmo arbitraretur, quàm erat inquiſita diligentius veritas firmatura; multique eius collegæ quamuis liquidò nondum manifeſtatum, id tamen tenerent, quod & præterita Eccleſiæ con- B ſuetudo, & poſtea totus catholicus orbis amplexus eſt; non ſe ille tamen à cæteris diuerſa ſentientibus ſeparata communione disiunxit: & hoc etiam cæteris perſuadere non deſtitit, vt ſufferrent inuicem in dilectione, ſtudentes ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, Epheſ. 4. &c. Erat filius pacis Eccleſiæ, qui tanta cordis illuminatione præditus, propterea non vidit aliquid, (*quod erat de baptiſmo ſentiendum*) vt per eum aliud ſupereminentius videretur. Et adhuc, inquit Apoſtolus, ſupereminentiorem viam vobis demonſtro; ſi linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æramentum ſonans, aut cymbalum tinniens. Minus ergo ille penetra- C uit, vt cerneret ſecretum abditum Sacramenti: ſed ſi ſciret omnia Sacramenta, charitatem autem non haberet, nihil eſſet. Cùm autem minus illud perſpiciens, hanc tamen humiliter, fideliter, fortiter, cuſtodiuit, ad Martyrij coronam meruit peruenire: vt ſi qua in eius lucidam mentem ex humana conditione nebula irrepſerat, glorioſa ſerenitate fulgentis ſanguinis fugaretur. Non enim fruſtra ipſe Dominus Ieſus Chriſtus, cùm ſeipſum diceret vitem, ſuos autem tanquam in vite ſarmẽta, præcidi eos dixit, & de vite auferri tanquam inutilia ſarmenta, quæ fructum non darent. Quis eſt autem fructus, niſi nouus ille fœtus, de quo item dicit, mã- datum nouum do vobis, vt diligatis inuicem? Ipſa D eſt illa charitas, ſine qua cætera nihil proſunt. Dicit autem & Apoſtolus, fructus autem ſpiritus eſt, charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, manſuetudo, continentia, quæ omnia incipiunt à charitate, & per cæteram iuncturam quaſi botrum mirabilem faciunt. Nec tamen fruſtra idem Dominus addidit. Quæ autem ſarmenta in me dant fructum, purgat illa pater meus, vt maiorem fructum afferant; niſi quia & ipſi qui fructu præualent charitatis, poſſunt tamen aliquid habere purgandum, quod incultum agricola non relinquit? Quod ergo ille vir ſanctus de baptiſmo aliter ſentiens, quàm ſe res habebat, quæ poſtea pertractaree diligentiſſima conſideratione E firmata eſt, in Catholica vnitate permanſit, & charitatis vbertate compenſatum eſt; & paſſionis (*Martyrij*) falce purgatum eſt, &c. illum nęuum in candore ſanctæ animæ, charitatis vbera contegebant: hanc autem fuliginem in iſtorum (*Donatiſtarum*) tartarea fœditate vultus impacatus oſtentat.

Aug. *Et lib. 5. cont. Donatiſtas cap. 17.* O quàm gaudet Cyprianus, quantò ſerenius in illa luce contuetur, pro quanta ſalute humani generis factum ſit, vt inueniatur aliquid quod meritò reprehendi poſſit, quamuis in Chriſtianis & piis literis oratorum, (*quales fuerunt Cypriani, baptiſmum hæreticorum reprobantis*) & non inueniatur in literis piſcatorum. De hoc ergo gaudeo Sanctæ illius ani-

mæ omnino ſecurus, &c. Neque illius hoîc ſententiæ in qua ei viſum eſt aliter ſuſcipiendos (*rebaptizando ſcilicet*) ab hæreticis venientes, quàm vel in præteritum ſuſcipiebantur, ſicut ipſe teſtatur, vel nunc ſuſcipiuntur, ſicut totius orbis Chriſtiani plenario Concilio rationabilis conſuetudo (*non rebaptizandi*) firmata eſt, meam præpono ſententiam; ſed Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ, quam ſic ille dilexit & diligit; in qua tam vberem cum tolerantia fructum attulit, cujus vniuerſitas ipſe non fuit, ſed in eius vniuerſitate permanſit, cuius radicem nunquam deſeruit, ſed in cuius radice fœcundus, vt eſſet fœcundior ab agricola cœleſti purgatus eſt, &c. Vnde nos idem ipſe copioſiſſimè admonet, multos in delictis ſuis & peccatis mortuos quamuis ad Chriſti ſocietatem, & ad illius columbæ vnicæ, Innocentis, & ſimplicis, membra non pertinentes, (*intelligit hæreticos & ſchiſmaticos*) quæ ſi ſola baptizaret, illi vtique non baptizarent; ſpecie tamen intus videri, (*intra Eccleſiam & numerum fidelium eſſe, ob baptiſmi characterem*) & baptizari, & baptizare: Et in eis quamuis mortuis, illius tamen baptiſmum viuere, qui non moritur, & mors vltra illi non dominabitur, &c. *Et lib. 6. contra Donatiſtas cap. 8. refert cuiuſdam Cecilij, Collega Cypriani de nullitate baptiſmi hæreticorum ſententiam, in Concilio Africano, collecto à Cypriano:* Cecilius à Bilta dixit; Ego vnum baptiſmum in Eccle- S. Aug. ſia ſola ſcio, & extra Eccleſiam nullum. Hoc erit vnum, vbi ſpes vera eſt, & fides certa. Sic enim ſcriptum eſt, Epheſ. 4 vna fides, vna ſpes, vnum baptiſma: non apud hæreticos, vbi ſpes nulla eſt, & fides falſa; vbi omnia per mendacium aguntur; vbi exorcizat dæmoniacus, Sacramentum interrogat, (*iuſiurandum exigit, vel de myſteriis fidei Catechumenum interrogat*) cuius os, & verba cancer emittunt; fidem dat infidelis, veniam delictorum tribuit ſceleratus, & in nomine Chriſti tingit Antichriſtus; benedicit à Deo maledictus, vitam pollicetur mortuus, pacem dat impacificus, Deum inuocat blaſphemus, Sacerdotium adminiſtrat prophanus, ponit Altare ſacrilegus. Ad hæc omnia accedit & illud malum, vt antiſtes diaboli audeat Euchariſtiam facere, &c. Ecce ad qualia cogitur Eccleſia conſentire, & ſine baptiſmo, (*reiterato*) & venia delictorum, communicare compellitur. Quam rem fratres fugere, ac vitare debemus, & à tanto ſcelere nos ſeparare, & vnum baptiſma tenere, quod ſoli Eccleſiæ à Deo conceſſum eſt.

Cui ad ſingula reſpondet Auguſtinus, à talibus plerumque miniſtris, etiam intus, in Eccleſia, baptiſmum & alia Sacramenta miniſtrari. Tum ſummatim concludit: Tales, inquit, nonnullos, imò plurimos, & Apoſtolus Paulus, & Epiſcopus Cyprianus etiam, intus eſſe teſtantur. Cur ergo iſti baptizant? Cur etiam quidam qui ſæculo (*mundi vitiis & Pompis*) verbis, & non factis renuntiant, ab huiuſmodi moribus non mutati baptizantur, & quando occultantur, non rebaptizantur? Iſte verò, quod indignatur; (*cogi Eccleſiam conſentire non rebaptizandos hæreticos*) niſi, inquit, eſſent cæteri Epiſcopi qui alios ad iſta compellerent, non vtique hæc diceret. Vnde etiam oſtendit, illos tunc veriora ſenſiſſe, qui non receſſerunt à priſtina conſuetudine, (*non rebaptizandi hæreticos*) quæ poſtea Concilij vniuerſitate firmata eſt. *Arguit item quod idem Cecilius dixerat, debere ſeparare ſe à tanto ſcelere.* Si, inquit, hoc ita dicit, vt iſta non faciat, nec approbet, alia res eſt: ſi autem vt diuerſa ſentientes damnet & ſegreget, prioribus reſiſtit verbis Cypriani, quibus ait, neminem iudicantes, aut à iure communionis aliquem,

ſi diuerſum ſenſerit, amouentes. *Vide eundem Aug. to. 7. lib. 2. cont. Creſconium Grammat. cap. 33. & alibi ſæpè: cap. autem 32. ſic extollit Cyprianum, vt tamen errorem eius circa rebaptizandos hæreticos deſerat.* Eius, inquit, viri cuius laudem coofequi non valeo, cuius multis litetis meá ſcripta non comparo, cuius ingenium diligo, cuius ore delector, cuius charitatem mitot, cuius Martyrium veneror, boc quod aliter ſapuit non accipio. non accipio, inquam, quod de baptizandis hęreticis & ſchiſmaticis B. Cyprianua ſenſit, qûia hoc Eccleſia non accipit, pro qua beatus Cyprianus ſanguinem fudit. (S. Auguſt.)

(S. Auguſt.) *Et Epiſt. 48. ad Vincentium Rogatiſtam.* Cùm, inquit, tranſitis ad nos, prius vtique relinquitis quod eratis, ne ad nos hæretici tranſeatis. Baptiza ergo me, inquis: facerem ſi baptizatus non eſſes, aut ſi Donati, vel Rogati, non Chriſti baptiſmo baptizatus eſſes, &c. Non in vobis mutamus, in quibus nobiſcum eſtis: in multis enim eſtis nobiſcum: nam & de talibus dictum ex Pſalmo 54. quoniam in multis erant mecum, &c. Nobiſcum eſtis in baptiſmo, in Symbolo, io cæteris Dominicis Sacramentis: in ſpiritu autem vnitatis & vinculo pacis, in ipſa denique Catholica Eccleſia nobiſcum non eſtis. Hæc ſi accipiatis, non tuoc aderunt, ſed tuoc proderunt ea quæ habetis.

(S. Auguſt.) *Et to. 4. lib. 6. quæſt. in Ioſue. 5. quæſt. 6. obuiat hæreticorum obiectioni pro rebaptizandis, ex eo quod* Dixit Dominus ad Ieſum (*Naue ſcil. ſiue Ioſue:*) fac tibi ipſi cultros de petra acutos, vel, ſicut habet græcos, de petra acuta, & ſedens circũcide filios Iſraël iterum. In hoc præcepto quæritur, cur dixerit, iterum: Non enim vnus homo bis circumcidendus erat: ſed quia vnus populus erat io quibuſdam circumciſus, (*ante exitum de Ægypto*) in quibuſdam noo circumciſus, (*dum 42. annis pertranſiret in deſerto,*) ideo dictum eſt, iterum; vt circumciſus iterum circumcideretur, non homo, ſed populus, &c. Nulla itaque cauſa eſt, cur ij qui putaot rebaptizaodos eos qui habent Chriſtiani baptiſmi Sacramentũ, hoc teſtimonio legis adiuuari ſe putent: quia nullus bis numero vnus homo eſt circũciſus, ſed populus qui iam fuerat in quibuſdã circũciſus, in quibuſdã verò adhuc incircũciſus erat, &c. Nunquid poſſunt dicere ideo fuiſſe præceptũ, quia illi ab Ægyptiis fuerant circumciſi, aut ab aliquibꝰ hæreticis ab Iſraëlitarum ſocietate ſegregatis. *Adeo cenſuit Auguſtinus baptiſmum hæreticorum validum, licet contra fidem ſentiant, vt dicat lib. 3. de bapt. cont. Donatiſt.*

(S. Auguſt.) *c. 15.* Si Euangelicis verbis, In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Marcion baptiſmum conſecrabat, integrum erat Sacramentum, quamuis eius fides ſub eiuſdem verbis aliud opinantis quàm Catholica veritas docet, non eſſet integra, ſed fabuloſis falſitatibus inquinata. Nam ſub eiſdem verbis, id eſt, Io Nomine Patria, & Filij, & Spiritus ſancti, non ſolum Marcion, aut Valentinus, aut Arrius, aut Eunomius, ſed ipſi carnales paruuli Eccleſiæ, quibus dicebat Apoſtolus. 1. Cor. 3. noo potui loqui vobis quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus, ſi poſſent ſinguli diligenter interrogari, tot diuerſitatea opinionum, fortaſſis quot homines numerarentur, &c. Sacramenta ſi eadem ſunt (*in materia & forma*) vbiq; integra ſunt, etiamſi prauè intelliguntur, & diſcordiosè tractantur: ſic Scriptura ipſius Euangelij ſi eadem ipſa eſt, vbique integra eſt, etiamſi innumerabili falſarum opinionum varietate aſſeratur.

Quidquid ergo agerent rebaptizantes Donatiſtæ eos qui ab Eccleſia ſcancti tranſibant ad ipſos, aut qui Donatiſtas ad Eccleſiam redeuntes rebaptizabant, nihil agebant; ludebant, illudebant; ſic enim Aug. expoſuit ludum Iſmaël cum Iſaac tract. 11. in cap. 3. Ioannis. Ludebant ſimul Iſmaël & Iſaac, vidit illos Sara ludentes, & ait Abrahæ: Eiice Ancillam & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Gen. 21. &c. quid eſt hoc fratres? quid enim mali fecerat Iſmaël puero Iſaac quia ludebat cum illo? ſed illa luſio, illuſio erat. Illa luſio deceptionem ſignificabat, &c. Neſcio quid futurum parturiebat illa res geſta, &c. Magnum Sacramentum attendat charitas veſtra. Perſecutionem illam vocat Apoſtolus ipſam luſionem, &c. ait enim ad Gal. 4. ſicut tunc ille qui ſecondum carnem natus erat, perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritum; ita & nunc, &c. ſed quid dicit Scriptura? Eiice Ancillam, &c. quam luſionem dicit Scriptura vidiſſe Saram, hanc perſecutionem dicit Apoſtolus. Plus ergo vos perſequũtur, qui vos in ludendo ſeducunt. Veni, veni, baptizare hîc: hîc habes verum baptiſmũ. Noli ludere, verus eſt Deus. Ille luſus eſt, ſeducens, & iſta perſecutio grauis tibi erit, &c. Caue quando vult ludere Iſmaël cum Iſaac; quando tibi blanditur, quando offert alterum baptiſmum: reſpoode, habeo iam baptiſmum: ſi enim verus eſt iſte baptiſmus, quiſquis vult alterum dare, illudere vult: caue animæ perſecutorem, &c. (Aug.)

Et tract. 12. in verba Nicodemi, regeneratio ſpiritalis vna eſt, ſicut generatio carnalis vna eſt. Et quod Nicodemus Domino ait, verum dixit: quia non poteſt homo cùm ſit ſenex, (*addit Aug. & ſi infans eſſet recens natus*) redire rurſum in vterum matris ſuæ & naſci. Sed ſicut ad natiuitatem carnalem valent muliebria viſcera ad ſemel pariendum: ſic ad natiuitatem ſpiritalem valent viſcera Eccleſiæ vt ſemel quiſque baptizetur, &c. Nullus poteſt homo redire, io matris viſcera, & iterum renaſci. Sed de ancilla (*hæretica*) neſcio quis natus eſt. Numquid tunc qui nati ſunt de ancillis redierunt in vterum liberarum, vt denuo naſcerentur? &c. *Subijcit de Iſmaël eiecto cum ancilla.* quia ſuperbus in fratrem, & ſuperbus ludendo, quia illudendo; quid ait Sara? Eiice ancillam, &c. Itaque fratres mei reſpondete homini, non poſſe rurſus naſci hominem: quidquid iterum fit, illuſio eſt, quicquid iterum fit luſus eſt, &c. Ex aqua & Spiritu ſancto oportet vt naſcatur propter regnum Dei. Si propter hæreditatem patris hominis temporalem naſcitur, naſcatur ex viſceribus matris carnalis: ſi propter hæreditatem Patris Dei ſempiternam, naſcatur ex viſceribus Eccleſiæ. Generat per vxorem filium pater moriturus ſucceſſurum: generat Deus de Eccleſia filios non ſucceſſuros, ſed ſecum manſuros. Sequitur; quod natum eſt de carne, caro eſt, quod natum eſt de Spiritu, Spiritus eſt; ſpiritualiter ergo naſcimur, & in ſpiritu naſcimur; verbo (*forma*) & Sacramento; (*materia ſenſibili ſigno, per ablutionem externam*) adeſt Spiritus, (*incubans aquis, & eas viuificans*) vt naſcamur; Spiritus inuiſibiliter adeſt, vnde naſcaris; quia & tu inuiſibiliter naſceris.

BARNABÆ ADSCRIBIT EPIST. PAVLI AD HEBRÆOS.
Vide expoſitionem infra. verſ. Remiſſio Mœchis neganda. num. 16.
In m. ex libro de pudic. cap. 20. à p.

EXtat & Barnabæ titulus ad Hebræos, adeò ſatis authoritatis viro, vt quem Paulus iuxta ſe conſtituerit in abſtinentiæ tenore: [a] *Aut ego ſolus, & Barnabas, non habemus hoc operandi poteſtatem?* & vtique receptior apud Eccleſias Epiſtola Barnabæ, illo Apocrypho Paſtore mœchorum. 1. Cor. 9. 6.

CHRISTVS REVELATVS PER PRÆDICATIONEM,
Anno 12. paſſus autem Anno 15. Tiberij Cæſaris, anno ſuæ ætatis quaſi trigeſimo.

1. *Cont. Marc. cap. 15. à p.*

1. At nunc [1] quale eſt, vt [2] Dominus à [4] XII. Tiberij Cæſaris [3] reuelatus ſit, [5] ſubſtantia verò ad decimum quintum iam Seueri Imperatoris, nulla omnino comperta ſit, quæ [6] friuolis Creatoris præcellens, vtique latere deſiſſet, non latente iam Domino ſuo, & au-ctore?

2. *Et cont. Iud. cap. 8. circa f.*

Huius [7] quintodecimo anno Imperij, paſſus eſt Chriſtus, annos habens quaſi triginta, [8] cùm pateretur.

Chriſtus reuelatus per prædicationem anno 12. Imperij Tiberij Cæſaris, & paſſus anno 15. eiuſdem.

Scholia.

1. [1] QVALE EST, *quam abſurdum Quis credat?* [2] VT DOMINVS, *Chriſtus.* [3] REVELATVS SIT, *cognitus.* [4] A DVODECIMO, *mirum; cùm expreſſe dicat Lucas cap. 3. 1.* Anno autem quintodecimo imperij Cæſaris, &c. *Vbi Ioannes inducitur vox clamantis in deſerto, præparans vias Domini, & reuelatus eſt Chriſtus, Spiritu inſtar columbæ ſuper eum deſcendente, & voce Patris filio teſtimonium perhibente. Tum verſu 23.* Et ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta. *Tranſlat Syr.* Ipſe vero Ieſchua erat quaſi filius annorum triginta. [5] SVBSTANTIA VERO, *eiuſdem Chriſti caro, nulla & phantaſtica à Marcione dicatur, ſub Seuero Imperatore, cuius iam imperij decimusquintus annus agebatur, ſub quo floruit Tertullianus. Stupendum igitur quod iam reuelatus à duodecimo anno Tiberij, nullam omnino ſubſtantiam carnis ſolidam reperiatur habuiſſe, Seuero agente decimum quintum Imperij.* [6] QVÆ FRIVOLIS, *qua quidem ſubſtantia Chriſti longè præcellens, vt à meliore Deo condita quàm ſit Creator; cuius elementa & opera friuola nihili pendit Marcion; ſaltem latere non debuiſſet, Deo Marcionis, & Chriſto eius tam nobilis ſubſtantiæ authore, à tam longo tempore reuelato. Verùm cùm ab operibus & effectibus Deus omnium rerum cauſa cognoſcatur, otioſus ille Deus Marcionis, nullum ſe eſſe probauit, nullum opus operatus. Error autem authoris eſt, quòd contra Lucam, Chriſtum velit anno duodecimo Tiberij reuelatum, & eiuſdem decimo quinto paſſum.*

2. [7] HVIVS, *Tiberij Cæſaris.* [8] QVASI TRIGINTA, *cùm trigeſimum tertium ætatis annum exceſſiſſet dum paſſus eſt Chriſtus. Hic error Tertulliano irrepſit ex varijs, parum inter ſe concordantibus Faſtorum Conſularium exemplaribus. Epiphanius hæreſ. 51. vult Chriſtum paſſum Vinnicio, Caſſioque Conſulibus, A quorum Conſulatus tantum incidit in Annum decimum quartum Tiberij. alij recentiores ſcribunt Chriſtum paſſum anno 34. ætatis ſuæ, & decimonono Tiberij, ſub Conſulibus Galba & Sylla. Lactantius lib. 4. Inſtit. cap. 10. Paul. Oroſ. lib. 7. cap. 10. Iul. Afric. lib. de temp. conſentiunt Tertulliano, Chriſtum crucifixum decimo quinto Tiberij ſub Conſulatu Rubellij & Rufi ſiue Fufij Geminorum. Clem. Alex. circa finem lib. 1. Strom. Euſeb. in Chron. Beda & Niceph. in Chron. Anno 33. iam inchoato, & Tiberij decimo octauo, ſub Conſulibus Cneio Domitio, Lucio Flauio Ænobarbo, & A. Vitellio. Aug. lib. 18. de Ciuit. cap. 54. vbi de Chriſto reuelato, & cultu nominis eius:* vt in Chriſti natiuitate, inquit, huius rei non ponamus B initium, quia infans, & puer diſcipulos non habebat, tamen quando habere cœpit, proculdubio per eius corporalem *(non phantaſticam)* præſentiam, doctrina & religio Chriſtiana, id eſt, poſteaquam in fluuio Iordane miniſterio Ioannis eſt baptizatus, &c. Mortuus eſt ergo Chriſtus duobus Geminis Conſulibus, octauo Kal. Aprilis. *Seuerus Sulpitius ait Chriſtum paſſum ſub duobus Geminis Conſulibus Anno 18. Tiberiani Imperij, cùm tamen eorum Conſulatus inciderit in eius Annum decimumquintum. Quantum ad diem Paſſionis. Auguſtinus hic & lib. 4. de Trin. c. 5. & lib. 83. qq. q. 56. aſſerit Chriſtum mortuum vigeſima quinta Martij. lib. autem ſecundo de doct. Chriſtiana cap. 28.* Quidquid C de Ordine Temporum tranſactorum indicat ea quæ appellatur hiſtoria, plurimum nos adiuuat ad Sanctos libros intelligendos, etiamſi præter Eccleſiam puerili eruditione diſcatur. Nam & per Olympiadas, & per Conſulum nomina multa ſæpè quæruntur à nobis: Et ignorantia conſulatus, quo natus eſt Dominus, & quo paſſus eſt, nonnullos coëgit

S. Aug. (margin, at "vt in Chriſti natiuitate")

S. Aug. (margin, at "Quidquid de Ordine")

Err. Tertull.

ertate, vt putarent quadraginta ſax annorum ætate paſſum Dominum. (*inter eos Irenæus lib 2. cap. 39. & 40. qui docet Chriſtum paſſum anno circiter quinquageſimo, vel ad minus poſt quadrageſimum ſua ætatis annum; ex verbis Chriſti Ioannis 8. dicentis: antequam Abraham fieret ego ſum: cui Iudæi dixerunt: quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti?*) quia per tot annos ædificatum eſſe templum, dictum eſt à Iudæis, quod imaginem Dominici corporis habebat. Et Annorum quidem ferè triginta baptizatum eſſe retinemus authoritate Euangelica. Sed poſtea quot annos in hac vita egerit, quanquam textu ipſo actionum eius animaduerti poſſit: tamen, nè aliunde caligo dubitationis oriatur, de hiſtoria gentium collata cum Euangelio liquidius certiuſq; colligitur. Tunc enim videbitur non fruſtra dictum eſſe quod quadraginta ſex annis templum ædificatum ſit; vt cùm referri iſte numerus ad ætatem Domini non potuerit, ad ſecretiorem inſtructionem humani corporis referatur, quo indui propter nos non dedignatus eſt vnicus Dei filius, per quem facta ſunt omnia.

S. Auguſt. *Et in Pſal. 64. vbi de Prophetia Ierem. 25. & 29. inſtaurandæ ciuitatis & templi, poſt 70. annos captiuitatis, cùmque retuliſſet verba principum Ieruſalem; ſi dimiſerimus eum, omnes ibunt poſt illum, & venient Romani, & tollent nobis locum & gentem.* Nè locum, inquit, perderent, Dominum occiderunt: Et ideo perdiderunt, quia occiderunt (*templo corporis eius ſoluto*) ciuitas quidem illa terrena, cuiuſdam ciuitatis æternæ in cœlis, vmbram gerebat. At vbi cœpit illa quæ ſignificabatur euidentius prædicari, vmbra, qua ſignificabatur, deiecta eſt: propterea ibi modo templum non eſt, quod fabricatum fuerat in imaginem futuri corporis Dominici. *Quomodo autem quadraginta ſex annis extructum Templum, reſpondeat in hoc numero, ſoluto per mortem Templo Dominici corporis, non video: ſed ædificationi potius & formationi quadrare cum Aug. aduerto lib. 83. quæſtionum. q. 56.* Sex, inquit, nouem, duodecim, decem & octo, hæc in vniuerſo fiunt quadraginta quinque. S Auguſt. Adde ergo ipſum vnum, fiunt quadraginta ſex: hoc ſexies, fiunt ducenta ſeptuaginta ſex. Dicitur autem conceptio humana ſic procedere & perfici, vt primis ſex diebus, quaſi lactis habeat ſimilitudinem, ſequentibus nouem diebus, conuertatur in ſanguinem; deinde duodecim diebus ſolidetur; reliquis decem & octo diebus formetur vſque ad perfecta lineamenta omnium membrorum, & hoc iam reliquo tempore vſque ad tempus partus, magnitudine augeatur, &c. quadraginta ſex cum fuerint multiplicati per ipſum ſenarium numerum, qui huius ordinationis caput tenet, fiunt ducenti ſeptuaginta ſex, id eſt nouem menſes & ſex dies, qui computantur ab octauo Kalend. Aprilis quo die conceptus Dominus creditur, quia eodem die etiam paſſus eſt, vſque ad octauum Kalend. Ianuarias, quo die natus eſt. Non ergo abſurdè quadraginta ſex annis dicitur fabricatum eſſe templum, quod corpus eius ſignificabat: vt quot anni fuerunt in fabricatione templi, tot dies fuerint in Corporis Dominici perfectione. *Et to. 3 lib. 4. de Trinit. cap. 5.* Auguſt. Nec immeritò in ædificatione corporis Dominici, in cuius figura templum à Iudæis deſtructum triduo ſe reſuſcitaturum eſſe dicebat, numerus ipſe ſenarius pro anno poſitus intelligitur. Dixerunt enim, quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum: & quadragies ſexies ſeni, fiunt ducenti ſeptuaginta ſex. Qui numerus dierum complet nouem menſes & ſex dies, qui tanquam decem menſes (*decimo inchoato*) parientibus feminis imputantur: non quia omnes ad ſextum diem poſt nouem menſes perueniunt; ſed quia ipſa perfectio corporis Domini tot diebus ad partum perducta comperitur, ſicut à maioribus traditum ſuſcipiens Eccleſiæ cuſtodit authoritas. Octauo enim Kalendas Aprilis conceptus creditur, quo & paſſus: ita monumento nouo, quo ſepultus eſt, vbi nullus erat mortuorum poſitus, nec ante nec poſtea, congruit vterus virginis quo conceptus eſt, vbi nullus ſeminatus eſt mortalium. Natus autem traditur octauo Kal. Ianuarias. Ab illo ergo die vſque ad iſtum computati, ducenti ſeptuaginta & ſex reperiuntur dies, qui ſenarium numerum quadragies ſexies habent. Quo numero annorum templum ædificatum eſt, quia eo numero ſenariorum corpus Domini perfectum eſt, quod mortis paſſione deſtructum, triduo reſuſcitauit. Dicebat enim de hoc de templo corporis ſui, ſicut euidentiſſimo & robuſtiſſimo Euangelij teſtimonio declaratur.

S Aug. *Tractatu autem nono in cap. 2. Io. vbi de ſex hydrijs nuptiarum Canæ Galilææ, vbi de quarta hydria, & teſtimonio pſalmi Chriſtum alloquentis.* Surge Deus iudica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus, *De Donatiſtis agens, ſubijcit:* Non communicando cum omnibus gentibus quid aliud quam ſe exhæredatos eſſe cognoſcant? *Deinde probat Adam omnes gentes in ſe continuiſſe, & quatuor orbis partes:* quis neſciat quòd de illo exortæ ſunt omnes gentes, & in eius vocabulo quatuor literis quatuor orbis terrarum partes per Græcas appellationes demonſtrantur? Si enim Græcè dicuntur Oriens, Occidens, Aquilo, Meridies, ſicut eas pleriſque locis Sancta Scriptura commemorat, in capitibus verborum, (*id eſt capitalibus litteris*) inuenis Adam; dicuntur enim Græcè quatuor memoratæ mundi partes, ἀνατολή, δύσις, ἄρκτος, μεσημβρία. Iſta quatuor nomina ſi tanquam verſus quatuor ſub inuicem ſcribas, in eorum capitibus Adam legitur: hoc in Noe propter Arcam figuratum eſt, in qua erant omnia animalia, quæ ſignificabant omnes gentes. Hoc in Abraham, cui apertius dictum eſt; in ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Hoc in David, de cuius Pſalmis, vt alia omittam, modò cantauimus; ſurge Deus iudica terram, &c. Cui enim Deo dicitur, ſurge; niſi ei qui dormiuit? (*In cruce ſcilicet, vt lecto doloris poſitus, qua crux à Patribus dicitur vinculum vniuerſi, cuius quatuor anguli, quatuor orbis terræ partes adumbrant, vel ſummum, ruinas impletas Angelorum, imum Infernum expoliatum, duo brachia, à Solis ortu ad occaſum omnes gentes diffuſas, & in vnam collectas Eccleſiam*) ſurge Deus Iudica terram: tanquam diceretur, dormiſti Iudicatus à terra, ſurge vt Iudices terram. (*de facto in crucem agendus dicebat: Nunc Iudicium eſt mundi, nunc Princeps mundi eijcietur foras, & cæt.*) Et quò pertinet illa Prophetia, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus? *quaſi diceret niſi ad Chriſtum Adam nouum, regnantem à ligno, qui primò* venit, non vt Iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum; *quòd ſi iudicauit, in miſericordia certè, vt patuit in muliere adultera, Magdala, cæteriſque peccatoribus, & publicanis; donec ſecundò veniat quatuor orbis partes Iudicaturus in eadem Adæ forma. De qua vt concludam; Idem Aug. tract. 10. in cap 2. Io. in verba Iudæorum.* Aug. Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt Templum hoc, & tu dicis; tribus diebus excitabo illud? &c. diximus iam, niſi fallor, heſterno die, Adam vnum hominem fuiſſe, & ipſum eſſe totum genus humanum, &c. quaſi fractus eſt, & ſparſus colligitur, (*à nouo Adam aliud opus facturo ſuper*

rotam crucis, vel idem potius vas confractum, magno figulo reparante.) & quaſi conflatos in vnam ſocietatem atque concordiam ſpiritalem. Et gemit vnus pauper modò ipſe Adam. (*id eſt omnis homo in hac lacrymarum valle, ab Ieruſalem deſcendens in Ierico, ſpoliatus, caſus, ſemiuiuus relictus, cura Samaritani cuſtodis hominum curandus.*) ſed in Chriſto innouatur: quia ſine peccato venit Adam, vt peccatum Adam ſolueret in carne ſua, & vt redintegraret ſibi Adam imaginem Dei. Adam ergo, caro Chriſti de Adam; ergo de Adam templum quod deſtruxerunt Iudæi, & ſuſcitauit Dominus triduò; reſuſcitauit enim carnem ſuam. *Subiicit vt ſupra: In nomine Græcè Adam quatuor partes mundi contineri, vnde dicit Dominus,* à quatuor ventis collecturum electos ſuos *cùm venerit ad Iudicium. Tum interrogat*: quomodo ibi inueniemus quadragenarium ſenarium numerum? quia caro Chriſti de Adam erat: ad literas, numeros computant Græci, quod

A & nos facimus. A, literam ipſi lingua ſua ponunt α, alpha, & vocatur α vnu[illegible], &c. vbi ſcribunt, δ, delta, vocatur in [illegible]eris i[illegible]orum, quatuor, &c. μ, quod nos dicimus, & illi dicunt, μ, mi, quadraginta ſignificat. Dicunt enim, τεσσαράκοντα. Iam videte, iſtæ literæ quem numerum habeant, & ibi inuenietis. 46. annis ædificatum Templum, &c. Et quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus de Adam corpus accepit, non de Adam peccatum traxit, templum corporeum inde ſumpſit, non iniquitatem, quæ de Templo pellenda eſt; (*inde paulò ante, Io. 2. eiecerat vendentes & ementes*) ipſam autem carnem quam traxit de Adam, Maria enim de Adam, & Domini caro de Maria, Iudæi crucifixerunt; & ille reſuſcitaturus erat ipſam carnem triduò, quam illi
B in cruce erant occiſuri, illi ſoluerunt Templum, quadraginta ſex annis ædificatum, & ille triduo reſuſcitauit illud.

CHRISTVS INDECORVS VVLTV ET SPECIE DEFORMIS.

1. *Libro de carne Chriſti cap. 9. à p. ad f.*

OMnia[1] terrenæ originis ſigna & in Chriſto fuerunt; & ſunt quæ illum Dei filium celauere; non aliàs tantummodò hominem exiſtimatum, quàm extantem humanâ ſubſtantiâ corporis. Aut[2] edite aliquid in illo cœleſte de[3] Septentrionibus, &[4] Vergiliis, &[5] Suculis emendicatum. Nam quæ enumerauimus, adeò terrenæ teſtimonia carnis ſunt, vt & noſtræ. Sed nihil nouum, nihil peregrinum deprehendo. Denique verbis tantummodò & factis, doctrina & virtute ſola Chriſtum hominem obſtupeſcebant. Notaretur autem etiam carnis in illo nouitas, miraculo habita. Sed carnis terrenæ non mira conditio, ipſa erat quæ cætera eius miranda faciebat, cùm dicerent: [a] *vnde huic doctrina, & ſigna iſta?* Etiam deſpicientium formam eius, hæc erat vox. Adeò nec humanæ[6] honeſtatis corpus fuit, nedum cœleſtis claritatis.[7] Tacentibus apud nos quoque Prophetis, de [b] *ignobili aſpectu eius*, ipſæ paſſiones, ipſæque contumeliæ loquuntur. Paſſiones quidem, humanam carnem; contumeliæ verò, inhoneſtam. An auſus eſſet aliquis vngue ſummo perſtringere corpus nouum, ſputaminibus contaminare faciem, niſi[8] merentem? Quid dicis cœleſtem carnem, quam vnde cœleſtem intelligas, non habes? Quid terrenam negas, quam vnde terrenam agnoſcas, habes? & cæt. Sed quomodo, inquam,[9] contemni, & pati poſſet, ſi quid in illa carne de cœleſti generoſitate radiaſſet?

a Matth. 13. 54.
b Eſa. 53. 2.

2. *Et libro 3. Cont. Marc. cap. 17. in p.*

Quodcumque illud corpuſculum ſit, quoniam habitum, & quoniam conſpectum fuit, ſi inglorius, ſi[1] inhonorabilis, meus erit Chriſtus. Talis enim habitu & aſpectu annuntiabatur. Adeſt rurſum[2] Eſaias: [a] *Annuntiauimus, inquit, coram ipſo; velut puerulus, velut radix in terra ſitienti; & non eſt ſpecies eius, neque gloria, & vidimus eum, & non habebat ſpeciem neque decorem; ſed ſpecies eius inhonorata, deficiens citra omnes homines.* Sicut & ſupra Patris ad filium vox [b] *quemadmodum expaueſcent multi ſuper te, ſic ſine gloria erit ab hominibus forma tua.* Nam etſi *tempeſtiuus decore*, apud Dauid, [c] *ſupra filios hominum.* Sed in[3] allegorico illo ſtatu gratiæ ſpiritalis, cùm *accingitur enſem* ſermonis, qui verè ſpecies, & decor, & gloria ipſius eſt: cæterùm habitu[4] incorporabiſi apud eumdem Prophetam, [d] *vermis etiam & non homo, ignominia[5] hominis, & nullificamen populi.*

a Eſa. 53. 2.
b Eſa. 52. 14.
c Pſal. 44. 3.
d Pſal. 21. 6

3. *Et libro contra Iudæos cap. 14.*

Vbi locos eoſdem Scripturæ repetit, Pſaltis, & Eſaiæ. Nè aſpectu quidem honeſtus, &c. quæ ignobilitatis argumenta primo aduentui competunt, ſicut ſublimitatis ſecundo, &c. Tunc ſpeciem honorabilem, & decorem habiturus eſt indeficientem ſupra filios hominum[a]: *Tempeſtiuus enim decore citra filios hominum: Effuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in ſeculæ. Accingere enſem tuum circa femur tuum, potens tempeſtiuitate,*

a Pſal. 44. 3.

b Pſal. 8.7. *& pulchritudine tua.* Cùm & Pater poſtea, cùm [b] *diminuit illum modicum quid citra Angelos, gloria & honore coronauit illum, & ſubiecit omnia ſub pedibus eius.*

Chriſtus indecorus & non ſpecioſus forma, ſed deformis eſt. Schol. 1. 2. 3.

1. [1] OMNIA SIGNA. *ſcilicet quæ premiſeras* A
ibidem, caro, ſanguis, oſſa, muſculi, nerui,
venæ: quibus ipſum Chriſti corpus conſtabat, abſcon-
debant diuinam eius formam. Et hominem tantum eſſe
probabant. EDITE [2] COELESTE. *Vos Appella-*
tiani, ſiue Apelleciani, vel Apelliaci, pellem & cu-
tem & carnem humanam negantes in Chriſto, cuius
corpus de cælo cæleſte, ex materia ſyderea conflatum
dicitis. Monſtrate quid in eo cæleſte fuerit. [3] DE SEP-
TENTRIONIBVS. *de Vrſis cæleſtibus plauſtri figuram*
referentibus, quæ ſeptem ſtellis conſtant. [4] VERGILIIS.
Pleiadibus, à pluritate dictis. De quibus Iſid. lib. 3.
Orig. cap. 70. Sunt ſtellæ ſeptem ante genua Tauri,
ex quib⁹ ſex videntur, nam latet ſeptima. Has Latini
B Vergilias dicunt à temporis ſignificatione, quod eſt
ver, quando exoriuntur, occaſu ſuo hyemē, ortu æſta-
tem primæq; nauigationis tempus oſtendunt. Pleia-
des à pluralitate dictæ, quia pluralitatem Græci,
πλειότητα appellant. [5] SVCVLIS, *Hyadibus. de iiſ-*
dem loco pracitat Iſid. Hyades dictæ ἀπὸ τοῦ ὕειν, id eſt
à ſucco & pluuijs. Nam pluuia Græcè ὑετὸς dicitur.
Ortu quippe ſuo efficiunt pluuias. Vnde & eas Latini
Suculas appellauerunt: quia quando naſcuntur, plu-
uiarum ſigna monſtrantur. De quibus Virgilius: Ar-
cturum, pluuiaſque Hyades. Sunt autem ſeptem in
fronte Tauri, & oriuntur tempore Vernali. [6] NEC
HVMANÆ HONESTATIS. *licet hunc lotum non in-*
ter erroneos aut hæreticos recenſeam, inter durius ſcri-
C *ptos repono.* Cùm *enim vellet probare contra Apella-*
cianos Chriſti *carnem non fuiſſe ſideream, ſed huma-*
nam; ſic exaggerat eius veritatem, vt eum exceſſu &
nimia duritie dicat nec honeſtam, id eſt venuſtam, qua-
lem communiter habent honeſto loco & generoſa ſtirpe,
& formoſa progeniti. [7] TACENTIBVS QVOQVE. *li-*
cet Propheta nil diceret de forma eius ignobili & in-
decora. [8] MERENTEM. *ſi mœrentem ſcriberet, paulò*
mitius ageret, ſed merentem non fero. Quid enim me-
rebatur, qui & colaphizanti dixit: ſi benè locutus
ſum, quid me cædis? [9] PROPTEREA VT CON-
TEMNI. *certè ideo paßibilem carnem induit, ſine qua*
D *nec contumelias, nec dolores pati poſſet.*

2. [1] INHONORABILIS. *ſupra dixit inhoneſtum.*
Eadem duritie & exceſſu ſcribens contra Marcionem
dicentem corpus Chriſti *phantaſticum, quæ contra*
Apellem aſſerentem ſidereum. [2] RVRSVM ESAIAS.
cap. 53. 2. Et aſcendet ſicut virgultum coram eo, &
ſicut radix de terra ſitienti: non eſt ſpecies ei, ne-
que decor: & vidimus eum, & non erat aſpectus,
& deſiderauimus eum, &c. *alios locos infra ſubſcri-*
bam. [3] IN ALLEGORICO STATV. *imo ad litteram*
vt infra videbitur. Licet præcipuus eius decor ſit in-
ternus, forma & decore corporis non carebat. [4] IN-
CORPORABILI. *non incorporeum ſignat habitum*
Chriſti, imo incorporationem Verbi incarnati, quo
E habitu inuentus vt homo. [5] IGNOMINIA. oppro-
brium hominum & abiectio plebis.

3. [1] NE ASPECTV QVIDEM HONESTVS. *Idem*
contra Iudæos agens & dure inculcans, vt diſcernat
primum aduentum Chriſti *inglorii, inhoneſti, indecori,*
à ſecundo ſpecioſo, & glorioſo, iuxta Prophetas. Sed
vt infra probabimus, Prophetæ deformem tantùm
Chriſtum in paſſione deſcribunt. Quoniam pluribus
in locis de forma externa corporis Chriſti *locutus eſt*
Tertullianus, & multi parum intelligentes, eius &

A *Michaëlis Medina ſententiam,* Chriſtum *non ſpecio-*
ſum formâ, ſed fœdum, & deformem auſi ſunt ſcri-
bere. Ego propter honorem, & reuerentiam Domini
noſtri Ieſu Chriſti, *omnia eius, & ſequacium eius, in*
contrarium argumenta proponam, & refellam, & lon-
gè ſolidiora pro aſſertione pulchritudinis eius afferam,
vt nulla in poſterum ſuper ea dubietas, & contentio
legentibus oriatur.

Scripturis itaque, Patribus, rationibus, Chriſti
Domini pulchritudinem impugnant: Et primò quidem
contra opponunt, Iſaïam, cap. 52. 14. Sicut obſtupue-
runt ſuper te multi, ſic inglorius erit inter viros aſ-
pectus eius, & forma eius inter filios hominum.
Sanctes Pagn. ex Hebr. Quemadmodum admirati
B ſunt ſuper te multi, ſic corruptus eſt præ viro aſpe-
ctus eius, & forma eius præ filiis hominum. *Septuag.*
ſic inglorIa erit ab hominibus ſpecies tua, & gloria
tua à filiis hominum. *Proferunt & euſdem Iſaiæ lo-*
cum cap. 53. 2. Non eſt ſpecies ei, neque decor: &
vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſideraui-
mus eum, deſpectum & nouiſſimum virorum. *Sanct.*
Pagn. ex Hebr. Non eſt forma ei, neque decor. *Sept.*
Non eſt ſpecies ei, neque gloria; & vidimus eum:
& non habebat ſpeciem neque decorem: ſed ſpecies
eius inhonorata, & deficiens præ filiis hominum.
Quid quòd & locum expreſſum Pſalmi 44. 3. Spe-
cioſus forma præ filiis hominum, *à Patribus negant*
intellectum de eius pulchritudine corporali; pro ſe af-
C *ferentes Euſebium, Baſilium, Heſychium, Apollina-*
rium, Theodoretum, Euthymium, Nicephorum ex
Græcis, Cyrillum item, dicentem; non eſſe quicquam
qui adſcribat Chriſto *carnis glorificationem, quia totum*
myſterium Incarnationis, eſt exinanitio, & humiliatio.
Clementem etiam Alexandrinum. Et præcæteris Ter-
tullianum pluribus locis, maximè de carne Chriſti
cap. 9. *Et Auguſtinum pluribus item locis, quos infra*
diſcutiemus. Rationibus tandem idipſum corroborant.
Primò quòd ſapientem dedeceat elegans forma; qualis
Adonis, Atys, Apollo, Amaracus, Acanthus. Cro-
cus, Cypariſſus, Ganimedes, Hylas, Hippolytus, Ni-
D *ſus, Narciſſus, Paris, inter formoſos, & compulos*
recenſentur. Secundò quia Scriptura vanam, & inuti-
lem eſſe pulchritudinem apertè declarat; Prouerb. 31. 30.
Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo. *Eſa.* 40. 6.
Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos
agri: Exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos. *Tertiò*
quia cùm ex Philoſopho 4. *Ethic. cap.* 3. *pulchritudo ſit*
in magno corpore, non in paruo; ſtatua autem Chriſti
Romæ, & tunica eius in Gallia, paruam Chriſti *ſtatu-*
ram repræſentent, Chriſti *corpus plena pulchritudine*
non conſtabat. Profert & Rigaltius in ſuis ad Librum
de Patientia Obſeruationibus, ſe audiuiſſe ex ore Iaco-
bi Sirmundi, dicentis ſe vidiſſe Numiſma vetus æreum,
cuſum, vt ipſe arbitrabatur, ſub Conſtantino. Sculp-
E *tura faciem exhibebat ſatis deformem & horridam:*
Et in altera parte templum, cum inſcriptione Anacla-
ſis. Sed fragilè & infirmum deformitatis Chriſti *ad-*
ſtruit fundamentum. Firmiora videntur ſibi viſi, qui
adſciſcunt ſibi locum Damaſceni lib. 3. *fidei Orthodox.*
cap. 6. & 18. Quod eſt inaſſumptibile, eſt incura-
bile: *Sed venerat* Chriſtus *curare omnes defectus, &*
proinde corporis noſtri etiam deformitates: ergo & eas
aſſumere debuit. Præterea maximus, & extremus de-
fectus corporis, eſt mors, & ſimilitudo peccati, in

morte, prius maledictâ crucis, quam pro nobis ſubire dignatus eſt: ergo multò magis priuationem pulchritudinis, & deformitatem debuit ſuſcipere pro nobis.

S. Aug. *Sed primò reſpondeo duobus ſimul ex Iſaia relatis locis, & Patribus eorum authoritate ſubnixis: In his apertiſſimè locutum Eſaiam de Chriſto, in doloribus, & paſſione poſito. In qua primò quidem toto corpore, & facie maximè, ſudore ſanguineo, lachrymis, metu mortis, extremaque triſtitia confectum, denique in agonia poſitum,* non habebat ſpeciem neque decorem. *Deinde alapis, fuſtibus, ſputamentis, deiectionibus in cœnum, conculcationibus, corona ſpinea aculeis, expreſſe vndanti in faciem ſanguine, quo & prolixi eius capilli, vtpote Nazaræi, inhorruerant, ſpeciem eius, & formam totam deformatam. Quod apertè liquet ex ipſius verbis Eſaiæ. Immediate enim ſubijcit, verſu 3.* Deſpectum & nouiſſimum virorum, virum dolorum & ſcientem infirmitatem: & quaſi abſconditus vultus eius, & deſpectus, vnde nec reputauimus eum. *Vbi alludit ad id quod in Euangelio narratur:* quòd velabant faciem eius, & dabant ei alapas: *quibus, vt & ſputis, & ſanguine abſcondebant pulchritudinem eius, quam apparentem, vel non tuliſſent, vel auſi non fuiſſent percutere. Sanctes Pagn.* Abſcōdebamus faciē ab eo, deſpectus, & non reputauimus eum. *Proſequitur vulgata editio:* verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit: Et nos putauimus eum tanquam leproſum, &c. *Sanctes. Pagn. ex Hebr.* Plagatum. *Septuag.* Homo in plaga poſitus, & ſciens ferre infirmitatem: quia auerſa eſt facies eius, deſpecta & non reputata. Liuore eius nos ſanati ſumus.

Quantum ad locum pſalmi 44. licet patres præcitati, de ſpecie eius potius interna, gratia, virtutis, diuinitatis ſicut & Athanaſius lib. de natura humana ſuſcepta a Verbo, Iſidorus in Gen. cap. 3. Ambroſius lib. 3. ep. 11. Aug. præfatione in Pſal 103. & enarratione prima, & Ep. 112. Greg. in 1. Reg. cap. 1. quàm de forma externa corporis intelligant; eam tamen, benè intellecti nullatenus excludunt. Duriora à Patribus pro aſſertione deformitatis verba proferam, & diluam. Clemens Alex. lib. 3. pædag. cap. 1. vbi ait de vera pulchritudine. Flacceſcit, inquit, pulchritudo, & citius quàm folia humi decidit, quando amatori eius petulantiæ procellæ expirauerint, & priuſquam venerit autumnus, marceſcit & interit, &c. Atque cùm caro quidem ſerua ſit, quemadmodum teſtatur Paulus Philipp. 2. quomodo quiſquam iure ancillam, lenonis inſtar exornauerit? Quod enim id quod eſt carneum, ſit ſerui forma, dicit de Domino Apoſtolus, cum ſeipſum exinaniſſe ſerui forma accepta, externum hominem ſeruum appellans priuſquam ſeruiiſſet, & carnem ſuſcepiſſet Dominus: miſericors autem Dominus ipſe carnem efficit liberam, cúmque ab interitu acerbaque & lethifera ſeruitute liberaſſet, incorruptionem ei adiunxit, ſanctum hoc & æternitatis ornamentum, carni immortalitatem videlicet apponens. *In quo quidem opponit pulchritudinem incorruptibilem, & meritò præponit gloriam carnis immortalitate induenda, vana & corruptibili huius vitæ. Chriſtum autem in forma ſerui poſitum, non decuiſſe lenonis modo, carnem ancillam exornare, quam, regnaturus in reſurrectione,* decorem induendus erat, amictus lumine ſicut veſtimento. *Subijcit ibidem de paſſionis deformitate:* Ipſum, inquit, Dominum fuiſſe aſpectu deformem, teſtatur Spiritus per Eſaiam: & vidimus eum, nec habebat ſpeciem, nec pulchritudinem; ſed ſpecies eius vilis, diminuta præ hominibus. Quis eſt autem Domino præſtantior? Sed non carnis pulchritudinem quæ viſione apprehenditur, ſed veram animæ, & corporis oſtendit pulchritudinem: animæ quidem, beneficentiam: carnis verò, immortalitatem.

A *Vbi videt primò de paſſione loqui, iuxta Eſaiam. Secundò comparatiuè tantùm & non abſolutè, Chriſtum corpore fuiſſe deformem. Licet enim formoſus eſſet adhuc in hac vita mortali, tamen hæc forma, deformis videtur, ſi & pulchritudini gloria reſurgentis, & multò magis animæ gratiæ, & infinito amplius eius diuinitati comparetur. Et hoc ſenſu Auguſtinus tract. 38. in Io. 8. notat Chriſtum dixiſſe, Ego ſum, quaſi alia omnia quæ mutabilia ſunt, verè non ſint.* Res enim, S. Auguſt.
inquit, quælibet prorſus qualicumque excellentia, ſi mutabilis eſt, non verè eſt: non enim eſt ibi verum eſſe, vbi eſt, & non eſſe, &c. verè eſſe, eſt ſemper eodem modo eſſe, &c. diſcute rerum muta-
B tiones, inuenies, fuit, & erit. Cogita Deum, inuenies, eſt; vbi fuit & erit, eſſe non poſſit. *Et alibi.* Tu enim feciſti ea qui pulcher es, pulchra ſunt enim; qui bonus es; bona ſunt enim: qui es, ſunt enim. Sed nec ita pulchra ſunt, nec bona ſunt, nec ſunt, ſicut tu conditor earum: cui comparata, nec pulchra ſunt, nec bona ſunt, nec ſunt.

Tertullianus quoque deformitatem, ad paſſionem retulit, contra Iudæos: Ne aſpectu, inquit, quidem honeſtus. *contra Marc. lib. 3.* Quodcumque illud corpuſculum ſit, quoniam habitum, & quoniam conſpectum fuit; ſi inglorius, ſi ignobilis, ſi inhonorabilis, meus erit Chriſtus. Talis enim habitu, & aſpectu annuntiabatur. *Nempe per Eſaiam ſupra.*
C *Quaſi diceret; non multum de corporis eius forma ac præſtantia curo, paruulum ſit, & indecorum forma: hoc contendo tantùm contra Iudæum, quòd venerit, non gloria & honore in primo aduentu ſpecioſus, ſed qualem paſſibilem, & mortalem etiam veſter, ô Iudæi, Propheta Eſaias venturum prædixerat. Nil, o Marcion, de pulchritudine diſputo; id vnum curo, vt te conuincam, & ipſa eius deformitate, & dolore in corpore paſſo, eum non phantaſticam, ſed veram & paſſibilem carnem aſſumpſiſſe. Ita & eodem libro, non excludit niſi in paſſione pulchritudinem, vel in comparatione gratiæ ſpiritalis, corporalem; vt patet ex terminis.* Nam etſi tempeſtiuus decore apud Dauid ſupra filios hominum; ſed in allegorico illo ſtatu gratiæ
D ſpiritalis, cùm accingitur enſem ſermonis, qui verè ſpecies, & decor, & gloria ipſius eſt. *(ita & ſapiens: mala aurea in lectis argenteis, qui profert verbum in tempore ſuo. Id eſt qui tempeſtiuè loquitur.)* cæterùm habitu incorporali, apud eundem Prophetam, vermis etiam, & non homo: ignominia hominis, & nullificamen populi, *quod de paſſione intelligendum eſt. Nec magis vrget libro de carne Chriſti cap. 9.* Adeò, inquit, nec humanæ honeſtatis corpus fuit; tacentibus apud nos quoque Prophetis. *(id eſt nil loquentibus de cultu & apparatu externo, de quo ſupra Clemens Alexandrinus, & Origenes lib. 6. contra Celſum; quòd in forma ſerui, pro nobis paſſurus appareiſſet)* de ignobili aſpectu eius, ipſæ Paſ-
E ſiones, ipſæque contumeliæ loquuntur. *(ita & libro de patientia, ſed contumelioſus inſuper ſibi eſt.)* Paſſiones quidem, humanam carnem; contumeliæ verò, inhoneſtā. An auſus eſſet aliquis vngue ſummo perſtringere corpus nouum. Sputamentis contaminare faciem, niſi merentem? *(malim mærentem, vt alludat ad verba Euangelij: cœpit tædere & pauere & mæſtus eſſe. Antequam etiam depalmaretur, faciem ſanguineo ſudore fœdauerat.)* quid dicis cœleſtem carnem, quam vnde cœleſtem intelligas, non habes? quid terrenam negas, quam vnde terrenam agnoſcas, habes? Eſurit ſub Diabolo, ſitit ſub Samaritide, *(fatigatus inſuper ſedebat ſic ſuper fontem.)* lacrymatus ſuper Lazarum: Trepidat ad mortem. Caro enim, inquit, infirma. Sanguinem

fudit poſtremò. Hæc ſunt opinor ſigna cœleſtis.
Sed quomodo contemni & pati poſſet, ſi quid in illa
carne de cœleſti generoſitate radiaſſet? Ex hoc ergo
conuincimus, nihil in illa de cœlis fuiſſe, propterea,
vt contemni & pati poſſet. *Licet ergo fateamur, ex-
ceptà Spiritus ſancti operatione cœleſti in virgine, per
quam dictus eſt.* Secundus Adam de cœlo cœleſtis;
*transfigurationis claritate, & radio iuxta Hieronymum
in eiiciendis negotiatoribus templi, de vultu eius fulgu-
rante, nil in* Chriſti *carne fuiſſe cœleſte, ſtupendam &
nouum: Licet præterea fateamur, nihil comptum &
affectatum in eius forma & habitu; imò potius ex ieiu-
niis, pernoctationibus, lignarii laboribus, concionum
& diſcurſuum fatigationibus, facies eius & forma
macerata appareret, ob quam etiam & multo ſenior
videbatur dicentibus:* Quinquaginta annos nondum
habes, & Abraham vidiſti? *Lineamenta tamen &
reliqua corporis ſpecies & decor perfectus erat in* Chri-
ſto. Denique *(vt ſupra Tertullianus)* verbis tan-
tummodò, & factis; doctrinâ, & virtute ſolâ Chri-
ſti, homines obſtupeſcebant. Notaretur etiam car-
nis in illo nouitas, miraculo habita. Sed carnis ter-
renæ non mira conditio; ipſa erat, quæ cætera eius
miranda faciebat, cùm dicerent: vnde huic doctri-
na, & ſigna iſta? Etiam deſpicientium formam
eius, hæc erat vox. Adeò nec humanæ honeſtatis
corpus fuit, nedum cœleſtis claritatis. *Vbi per for-
mam, & honeſtatem humanam, non intelligit pulchri-
tudinem, & aptam membrorum diſpoſitionem, ſed ne-
glectum cultum, & minus comptum & vrbanum.*

*Supereſt vt & ipſum Auguſtinum excutiamus. Op-
ponunt enim ipſum apud Rigaltium loco citato ex Pſal.
43. dixiſſe de Chriſto.* Vt homo non habebat ſpeciem
neque decorem; ſed ſpecioſus forma, ex eo quod eſt
præ filiis hominum. *Quaſi locum & valde muti-
latum inueni; & iuxta cæteros Patres, de paſſione tan-
tummodò fœdum, vel in comparatione diuina forma,
in forma ſerui longè minus formoſum. Sic enim habet:*
S. Aug. Si ad faciem Patris gaudent Angeli, ad tale gau-
dium te præpara: aut ſi inuenis melius quàm videre
faciem Dei, illuc te præpara. Væ tali amori tuo, ſi
vel ſuſpicaris aliquid pulchrius, quàm eſt ille, à quo
eſt omne pulchrum, quod te teneat, ne illum cogi-
tare merearis. Dominus in carne erat, & apparebat
homo hominibus. Qualis apparebat? Iam dixi, ho-
mo hominibus. Quid magnum apparebat? Caro
carni. Quid magnum apparebat? de quo dictum
eſt; vidimus eum, & non habebat ſpeciem, neque
decorem? Quis non habebat ſpeciem neque de-
corem? de quo item dicitur; Specioſus forma præ
filiis hominum. Vt homo *(comparatiuè ad Deum,
vel ad paſſionem)* non habebat ſpeciem, neque de-
corem: ſed ſpecioſus formâ, ex eo quod eſt præ fi-
liis hominum. Ideo formam illam, de forma carnis
oſtendens oculis intuentium, quid ait? Io. 14. qui
diligit me, diligetur à Patre meo. & ego diligam
eum, & oſtendam illi meipſum. Quem videbant,
oſtenſurum ſe illis promittebat. Sed quid eſt hoc?
quaſi diceret, videtis formam ſerui, occulta eſt for-
ma Dei. Per hanc vobis blandior, illam vobis ſer-
uo. Hac vos paruulos nutrio, illâ grandes paſco:
*Et vbi quæſo blanditia in nutrice deformis, & fœda?
quod pabulum, & oblectamentum oculis, deformitas?*

Simile eſt quod ex eodem, in Pſal. 118. obtrudunt. Et
ipſe ſponſus non carne, ſed virtute formoſus. *Quaſi*
S. Aug. *diceret, non tam carne, quàm diuinâ virtute.* Chriſtus
enim Dei virtus, & ſapientia *à Paulo prædicatur.*

*Talis denique eſt, quod ex eodem in Pſal. 127. pro-
ferunt, in quo expreſſiſſimè loquitur de Chriſto in paſ-
ſione deformato.* Sponſus eſt, inquit, ille quo nihil
eſt pulchrius, qui quaſi fœdus apparuit inter manus
A perſequentium, de quo paulò ante dicebat Eſaias:
& vidimus eum, & non habebat ſpeciem neque de-
corem. Ergo ſponſus noſter fœdus eſt? Abſit. quo-
modo enim illum virgines amarent, quæ in terra
maritos non quæſierunt? Ergo perſequentibus fœ-
dus apparuit *(iam deturpata, vt diximus, ex ſudore
ſanguineo, & agoniâ facie)* & niſi eum fœdum pu-
tarent *(aſpectu etiam & habitu contemptibili)* non in-
ſilirent, non flagellis cæderent, non ſpinis corona-
rent, non ſputis inhoneſtarent: ſed quia fœdus illis
apparebat *(etiam præ liuore, & inuidia)* fecerunt illi
iſta. Non enim habebant oculos, vnde Chriſtus
pulcher videretur. Qualibus oculis Chriſtus pul-
cher apparuit? quales oculos quærebat ipſe Chri-
ſtus, quando dicebat Philippo, Io. 14. tanto tem-
B pore vobiſcum ſum, & non me vidiſtis? Iſti oculi
mundandi ſunt, vt poſſint videre illam lucem: &
leuiter tamen perſtricti ſplendore, accenduntur
amore, vt ſanari velint, & fiant illuminati. Nam
vt noueritis, quia pulcher eſt Chriſtus qui amatur,
audi Prophetam: Specioſus formâ præ filiis homi-
num. Omnes homines ſuperat illius pulchritudo.
Quam rem amamus in Chriſto? Membra crucifixa,
latus perforatum an charitatem? quando audimus,
quia paſſus eſt pro nobis, quid amamus? Charitas
amatur. *Hinc Chryſoſtomus homil. 28. in Matth. re-
ctè notauit, imputatam Chriſto deformitatem, in quan-
tum humanitatis, & ſerui forma, cum formâ Dei la-
tente confertur, vel prout attenditur in cruentâ paſſio-*
C *ne, liuidiſque tumoribus, vel victu & veſtitu vili, vel
Iudæorum Chriſtum deſpicientium opinione. Id etiam
ſentit Procopius in caput 53. in Eſa. & Naz. orat. 1.
de filio. qui etiam Orat. 2. de Paſcha, dicit reſtitutam
Chriſto pulchritudinem in reſurrectione, quam per
conſequens habuerat ante paſſionem.*

*Ad ſtatuam quod attinet, vidi ego aliam marmo-
ream vltra quinque pedes erectam, quæ iuſtâ magni-
tudinis corpus eius fuiſſe declarat. Tunicam porro in-
conſutilem, dico non talarem fuiſſe, nec veſtem poderis,
ſed aptam fabrili labori, ac frequenti itineri.*

*Ad numiſma Rigaltii, ſolutio facilis, & duplex.
Primò enim dico nullam in eo Chriſti nominis inſcriptio-*
D *nem. Secundò, eſto, Chriſti reſurrectio in templo inſ-
cripto, græcâ voce* ΑΝΑϹΤΑϹΙϹ, *quæ ſignificat Reſur-
rectionem: & facies deformis repræſentet Paſſionem;
dico iuxta prædicta, poſt triduum excitatum templum
corporis eius, & non tantùm priſtinæ formæ redditum,
ſed & maiori acceſſu gloriæ clarificatum. Ita D. Tho. 3.
parte q. 54. a. 1. ad 3. Quid quod & Imago, quam
Chriſtus Veronicæ dedit expreſſam in linteo, etiam for-
moſum valde inter ipſos dolores, lacrymas, ſanguinem
ex corona ſpinea manantem, exprimit.*

*Supereſt vt rationibus reſpondeamus. Primò qui-
dem non mollem & effœminatam Chriſto fuiſſe pulchri-
tudinem. Vnde & Michaël Medina lib. 2. de fide cap.*
E *7. à medio, non negat abſolutè Chriſtum pulchritudine
corporis fuiſſe præditum, ſed eam tantùm admittit,
quæ conſiſtit in temperamenti ratione, quæ ſapientibus,
& ſtudioſis hominibus, maximè conuenit. Vnde &
Apuleius Apol. 1. tuetur à reprehenſione Philoſophum
ſpecioſum, dicens Pythagoram, & Zenonem formoſiſ-
ſimos fuiſſe, multoſque alios Philoſophos, gratiam cor-
poris morum honeſtate illuſtraſſe. Ita & Moyſes Deut.
33. de Ioſepho Patriarcha* Quaſi primogeniti Tauri
pulchritudo eius. *Proinde licet effœminata pulchritu-
do ſit fallax & vana; Chriſti fortis & maſcula fuit;
vnde & pſaltes:* Dominus regnauit, decorem indu-
tus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem & præ-
cinxit ſe. *Vbi Auguſtinus penſitans titulum Pſalmi:*
Laus Cantici ipſius Dauid, in die ante Sabbatum,
quando fundata eſt terra. Ipſo, inquit, die fecit
hominem

hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, &c. Sicut ergo ſexto die fecit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ſic inuenimus ſexto ſæculo veniſſe Dominum Ieſum Chriſtum, vt reformaretur homo ad imaginem Dei, &c. Chriſtus venit, vt fundaret terram. 1. Cor. 3. fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. De illo ergo cantat Pſalmus: Dominus regnauit, &c. Videmus quia duas res induit, decorem, & fortitudinem. Vt quid autem? vt fundaret terram. Sequitur enim: etenim confirmauit orbem terræ. Vnde confirmauit? quia decorem induit. Non confirmaret, ſi ſolum decorem indueret, & non fortitudinem. Quare ergo decorem? quare fortitudinem? vtrumque enim dixit: Dominus regnauit, &c. Ad eos quibus placebat, decorem induit; ad eos quibus diſplicebat, fortitudinem induit. *Sed vt de muliere forti dicitur: ſic & de Chriſti humanitate, & forti pulchritudine:* fortitudo & decor indumentum eius.

Tandem quod ex Damaſceno obijciunt, cum D. Tho. 3. p. q. 14. a. 4. reſpondeo. Cùm oportuerit vt Chriſtus pro omnibus ſatisfaceret, non decuit eum omnes corporales defectus hominis aſſumere, ſed illos tantùm qui totam naturam peccato lapſam conſequi debuerant. Qualis eſt ſitis, fames, laſſitudo, dolor, & mors. Sunt autem quidam defectus, qui non conſequuntur propter peccatum hominis, nec omnes homines incurrunt; *(nec enim omnes morbidam vitam agunt, nec omnes deformes ſunt, imò plurimi formoſi.)* Sed cauſantur in aliquibus hominibus, vel ex inordinato victu, vel ex defectu virtutis formatiuæ; quod nec Chriſto conuenit ordinatiſſimo victu vtenti, nec perfectiſſimæ virtuti formatiuæ Spiritus ſancti, de quo B. V. Maria concepit formoſiſſimum Chriſtum.

Dilutis omnibus in contrarium argumentis, præter iam dicta in reſponſionibus, pulcherrimum Chriſtum etiam corpore, Scripturâ, Patribus, Rationibus aſſero.

Littera ſiquidem pro fundamento tenenda eſt, quoties ſenſus litteralis nil indignum, & incongruum ſonat. Ad literam ergo Dauid de Chriſti externa forma canit; Speciſus formâ præ filiis hominum. *Quod verſiones omnes confirmant. Hieronymus enim hic & Epiſt. 140. ſic legit:* Decore pulchrior ex filiis hominum. *Symmachus:* Pulchritudine pulcher es, præter filios hominum. *Aquila:* Pulchritudine pulchruiſti, à filiis, vel vltra filios hominum. *Chaldæus,* pulchritudo tua, ô Rex Chriſte, præſtantior eſt filiorum hominum. *Quinta editio:* pulchritudine pulchruiſti, vel floruiſti præ filiis hominum. *Septuaginta, quos Tertullianus ſequitur, contra Iudæos cap. 9. & 14. & 3. cont. Marc. cap. 7. 14. & 17.* Tempeſtiuus decore, citra filios hominum. *vel* ſupra. *ſicut Cyprianus ſecundo cont. Iud. cap. 29.* Decoros ſpecie ſuper filios hominum, *Tempeſtiuum porro, maturam, plenam, ac perfectam, ſicut in flore & fructu, maturitatem ſonat; vnde & nos* configurati corpori claritatis eius, occurremus omnes in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.

Eandem ſpeciei fortitudinem inculcat Dauid, ſubiiciens: Specie tua, & pulchritudine tua, intende proſperè procede, & regna. *Quod Tertullianus ex Septuag. transfert:* potens tempeſtiuitate tua, & pulchritudine tua, extende & proſperare, & regna. *Hebraïcè:* decore tuo proſperè age, equita. *Chaldaicè* proſperabis, vt equites ſuper thronos regios. *Tanta vis eſt pulchritudinis, vt apud Platonem à Socrate, ſumma Tyrannis: & à Carneade regnum ſine ſatellitio vocetur. Et Xenophon in conuiuio, hoc differre*

A *notat robuſtos, & ſapientes, à pulchris; quod fortes multum oporteat laborare, & ſe periculis exponere vt regnent: ſapientes autem oratione ſuaſoria vti, vt ſibi ſubditos comparent: pulchros autem, in ſummo otio, abſque labore, & voce, ſibi omnia ſubiicere. Cùm Chriſtus itaque* Rex Regum, & Dominus Dominantium; *omnium corda rapere ad ſe deberet electorum, id etiam præſtare potuit ſpecie, & pulchritudine ſua. Hac formâ capta ſponſa in Canticis, cap. 1. 16. exclamat:* Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus, *& Theodoretus in Pſal. 95. 6. iuxta Hebr.* gloria & pulchritudo in conſpectu eius. Humanâ, inquit, naturâ ſuſceptâ, & per eam hominibus apparens, ſuæ magnificentiæ ſplendores emittit, & omnes ad ſe adorandum trahit: nam ſanctificationem eius, templum

B illud appellatur quod ſuſcepit. *Bernardus tract. de Paſſione Domini:* Sciendum eſt, inquit, quòd ea quæ diximus de deformitate corporis ſpecioſi, non de naturali, ſed de accidentali deformitate Domini ſunt accipienda: non accuſantes in ipſo defectum naturæ, ſed paſſionis charitatem commendantes. *Pulchritudinem naturalem eius ineffabilem, dixit Athanaſius orat. de Incarnat.* Pulchritudinem, inquit, vel gloriam corporis Dei, non eſt fas exprimi humano intellectu. *Bernardus ſer. 45. geminum aduertit decorem, vnum naturæ, alterum gratiæ.* Quàm pulcher, inquit, es Angelis tuis Domine Ieſu, in forma Dei, in die æternitatis tuæ, ſplendor & figu-

C ra ſubſtantiæ Patris! quàm mihi decorus es, Domine mi, in ipſa tui huius poſitione decoris. Etenim vbi te exinaniuiſti, vbi naturalibus radiis lumen indeficiens exuiſti; ibi pietas magis emicuit, ibi Charitas plus effulſit. Ibi amplius gratia radiauit. *(tum ad ipſam ſpeciem corporis & floris venuſtatem, & dona Spiritus procedent)* quàm clara mihi oriris ſtella ex Iacob! quàm lucidus flos de radice Ieſſe egrederis! quàm iucundum lumen in tenebris, viſitaſti me oriens ex alto! quàm ſpectabilis & ſtupendus etiam virtutibus ſupernis, in conceptu de Spiritu ſancto. in ortu de virgine, in vitæ innocentia, in doctrinæ fluentis, in coruſcatione miraculorum, in reuelationibus Sacramentorum! quàm denique

D rutilans poſt occaſum, Sol iuſtitiæ de corde terræ reſurgis! Quam formoſus in ſtola tua demum Rex gloriæ, in alta cœlorum te recipis. Quomodo non pro his omnibus, omnia oſſa mea dicent, Domine quis ſimilis tibi? *Ita & Caſſiodorus, Greg. magn. Anſelmus & Rupertus, pulchrum dicunt in diuinitate, decorum vero in humanitate. Præ omnibus penſandus Greg. Nyſſenus homil. 4. in hac verba. Vbi inducit ſponſam ſic fantem:* Ecce pulcher es Patruelis meus, & formoſus. Ex quo enim mihi apparuiſti, nihil aliud eſſe videtur pulchrum, ſed auerſata ſum omnia quæ ante reputabantur in bonis & pulchris. Non amplius mihi aberrat de bono iudicium, vt aliquid aliud exiſtimem præter te eſſe bonum & pul-

E chrum, &c. Quomodo enim fuerit pulchrum, quod nullo modo conſiſtit? Tu autem verè pulcher. Non ſolùm pulcher, ſed ipſa pulchri eſſentia, ſemper talis es, omnino id quod es. Nec in tempore florens, nec in tempore rurſus florem abiiciens: ſed cum vitæ æternitate ſimul extendens ſpeciem ac decorem, cui nomen fuit benignitas & charitas in homines. *Eodem ſenſu Auguſtinus in Pſal. 49.* Pulchritudo S. Auguſt. agri mecum eſt: quomodo cum illo? Vtrum & antequam fierent? cum illo enim erant omnia futura, & cum illo ſunt omnia præterita: futura ita, vt non ei detrahantur omnia præterita. Cum illo ſunt omnia, cognitione quadam ineffabilis ſapientiæ Dei in Verbo conſtituta. *Quod ſi in Verbo vt cauſa exemplari & efficiente rerum omnium, eſt omnium rerum*

eſſentialis pulchritudo; & Verbum ipſum caro factum eſt; quis neget ipſi carni condignam Verbo, Verbum ipſum communicaſſe pulchritudinem?

Formoſum ſponſum inducit Auguſtinus, & quidem iure, cum omnia quæ bona ſunt, & congrua homini, perfectiſſimo hominum debeant attribui. Sic ergo in S. Auguſt. *Pſal. 103. concione prima*: Decus, inquit, in pulchritudine. Quæris pulchritudinem, bonam rem quæris. Sed quare quæris pulchritudinem, ô anima? vt amet te ſponſus tuus; etenim diſplices ei fœda. Ille autem qualis eſt? Speciosus formâ præ filiis hominum. Oſculari vis fœda pulchrum; ſed non attendis quia tu iniquitatibus plena es. Diffuſa eſt autem gratia in labiis tuis. Sic enim de illo ſcriptum eſt, Speciosus forma, &c. Propterea adoleſcentulæ dilexerunt te: Eſt ergo quidem formoſos, eſt quidem pulcher præ filiis hominum. Et ſi filius hominis, tamen præ filiis hominum, &c. vis ei placere? non potes, quandiu deformis es. Quid facies vt pulchra ſis? Prius tibi diſpliceat deformitas tua, & tunc ab illo ipſo, cui vis placere pulchra, mereberis pulchritudinem: Ipſe enim erit reformator tuus, qui fuit formator tuus. Ergo prius attende quæ ſis; ne audeas ire fœda in pulchri oſcula. Et quid intuens, inquis, me videbo? Poſuit tibi in ſpeculum ſcripturam ſuam: legitur tibi: Beati mundicordes, quoniam ipſi Deum videbunt. Speculum in hac lectione propoſitum eſt: vide ſi hoc es, quod dixit: ſi nondum es, geme vt ſis, &c. & ſi diſplicet, quære, vt non ſis. Si enim cùm fœda ſis, tibimetipſi diſplices, pulchro iam places. &c. Ecce pulcher ille & ſpecioſus præ filiis hominum, quia iuſtiſſimus præ filiis hominum, quoniam veniebat ad fœdam, vt faceret pulchram; dicam & hoc, quia in Scripturis inuenio, fœdus factus eſt, &c. Eſa. 53. Specioſus forma præ filiis hominum, vidimus eum, & non habuit ſpeciem neque decorem, &c. Quem vidiſti? ſponſum noſtrum. Qualem vidiſti? Specioſum forma præ filiis hominum. Vbi vidiſti? Cùm in forma Dei eſſet. Vnde vidiſti? Rom. 1. Per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, &c. Exhibuit nobis ille ſpecioſum forma præ filiis hominum; exhibeat & iſte quod ait, vidimus eum, & non habebat ſpeciem neque decorem. Vnus Apoſtolus Paulus Prophetam vtrumque coniungit, Philipp. 2. ibi habeo ſpecioſum forma præ filiis hominum; qui cùm in forma Dei eſſet, &c. Ibi dixit, quod dixit & alius, non habentem ſpeciem neque decorem: (*comparatiuè vt diximus*) quia ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, &c. (*comparatiuè item ad paſſionem*) humiliauit ſemetipſum, &c. vſque ad mortem, mortem autem crucis, &c. O quibus diſplicet, quia non habebat ſpeciem, neque decorem. O agitantes caput ante crucem, & non figentes caput in capite quod pendebat in cruce! (*caput viri Chriſtus, caput autem Chriſti Deus.*) meritò nutat inſultantium caput, (*dicentium, ſi filius Dei eſt, &c.*) donec ſit eorum caput, ille ipſe cui inſultabatur. Ecce reſumit decorem, & magnum decorem. (*vides apertè dicentem Auguſtinum Chriſtum ante Paſſionem fuiſſe formoſum. Nemo enim reſumit, niſi quod prius habuit.*) Ecce quod dicis tu, minus eſt, quàm quod fecit. Dicis tu, ſi filius Dei eſt, deſcendat de cruce. Ecce de cruce non deſcendit, ſed de ſepulchro reſurrexit. (*Dominus regnauit, decorem indutus eſt*) ergo anima decora eſſe non poteſt, niſi confeſſa fuerit fœditatem ſuam, ei qui ſemper pulcher, & propter te ad tempus non pulcher. (*ad tempus paſſionis*) & ſic ad tempus non pulcher in forma ſerui (*comparatiuè*) vt nunquam deficeret à pulchritudine, quæ eſt in forma Dei. *Tunc ad Eccleſiam conuerſus*, Ergo,

A inquit, tu Eccleſia habes decorem. Dicitur & tibi in Canticis canticorum: O decora inter mulieres! dicitur de te, quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata? Quid eſt dealbata? illuminata. Non dealbata, ſicut fucata. Quemadmodum ſe dealbant fœminæ, quæ volunt videri quod non ſunt. Non dealbata, ſicut paries dealbatus: deſtruetur enim, ſicut dicit Apoſtolus, Act. 23. paries dealbatus, hypocryſis, & ſimulatio, paries dealbatus, foris tectorium, intus lutum. Non ergo illa ſic dealbata: ſed dealbata, illuminata, quia non per ſe alba. Prius, inquit, fui blaſphemus 1. Tim. 1. & item Epheſ. 2. fuimus enim & nos aliquando natura filij iræ, ſicut & cæteri. Accedit gratia illuminans, & dealbans. Primò nigra fuiſti, ſed facta es alba, es gratia illius,
B &c. Admirantis eſt dicere, quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata, tam pulchra, tam luminoſa, tam ſine macula & ruga? Nonne iſta eſt quæ iacebat in cœno iniquitatum? Nonne iſta eſt quæ iacebat in fornicatione Idolorum? Nonne iſta eſt quæ immunda erat in omni cupiditate deſiderioque carnali? Quæ eſt ergo iſta quæ aſcendit dealbata? Attende quis ſit ille qui pro ea factus eſt, (*cùm natus eſſet ſpecioſus forma præ filiis hominum, in paſſione vermis & non homo, opprobrium hominum, leproſus & nouiſſimus hominum*), non habens ſpeciem neque decorem, & intelligas huius claritatis honorem. Si miraris illius humilitatem propter hanc, noli mirari huius celſitudinem propter illum. Quantæ fœlicitatis eſt iſta
C dealbata, vt & cùm eſſet nigra, pulchrum ad ſe deponeret, qui pro impiis moreretur.

Ioannes, non minus quàm Paulus, & pulchrum in forma Dei, & ſpecioſum etiam in forma ſerui, & viderat oculis, & manu contrectauerat, qui dicebat de forma Dei, In principio erat verbum, &c. *& de forma hominis externa*, Verbum caro factum eſt, &c. Vidimus eum plenum gratiæ diffuſæ in labiis, & veritatis. *Et ipſe ſtans iuxta crucem vidit oculis ſuis* non habentem ſpeciem neque decorem. *Hieronymus in Epiſt. ad Principiam, licet verè natum ex virgine credat, tamen ſideream in Chriſto pulchritudinem agnoſcit.* Niſi enim virgo de virgine, & ex Deo (*Spiritu ſancto*) natus, habuiſſet & in vultu quiddam oculiſque ſidereum, nunquam eum ſtatim ſecututos
D fuiſſe Apoſtolos. *Quod & rurſum habet lib. primo in Matth. cap. 9. vbi agit contra Porphyrium, & Iulianum ridentes, vt ſtultos Apoſtolos, quod ad primam vocem, relictis omnibus ſecuti ſint Chriſtum.* Certè, inquit, fulgor ipſe, & maieſtas diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana facie relucebat, ex primo ad ſe videntes trahere poterat aſpectu. Si enim in magnete lapide, & ſuccinis, hæc eſſe vis dicitur, vt annulos, & ſtipulas, & feſtucas ſibi copulent, quantò magis Dominus omnium creaturarum, ad ſe trahere poterat quos vocabat? *Hinc & pulchritudo Græcis καλὸν, à verbo καλῶ, quod eſt voco; quòd ad ſe vocet, & rapiat aſpicientes. Vnde Bernardus ſer. primo de Omnibus Sanctis, notat diſertè, Chriſtum prædi-*
E *cantem, populos ſecutos de ciuitatibus, & caſtellis, eique adhæſiſſe, affatu eius pariter, & aſpectu delectatos. In eo enim tria concurrebant, quæ perfectè pulchrum apud Platonicos faciunt. Virtus animi, eloquentia, & corporis ſpecies & forma. Theodoretus in oratione de Charitate, & D. Thomas in Pſ. 44.* Specioſum formâ *de humana Verbi pulchritudine interpretantur. Origines item lib. 1. & 6. contra Celſum, ait Chriſtum non tantùm anima, ſed & corporis pulchritudine floruiſſe. Chryſoſtomus homil. 28. in Matth.* Vt in faciendis, inquit, ſignis erat mirabilis, ſic viſu gratioſiſſimus dicitur fuiſſe: idque ipſe Propheta ſignificans, multò antè clamauerat, Specioſus forma præ filiis hominum.

Epiphanius in Ancorato à medio, perfectam ſatis Chriſto innuit pulchritudinem vbi ait: Ipſe, inquit, Saluator ſanctus eſt, qui de cœlis deſcendit, qui in officina Virginis noſtram ſalutem operari dignatus eſt. Qui ex Maria rurſus genitus eſt, per Spiritum ſanctum conceptus. Qui carnem accepit, & Verbum caro factum eſt. Qui natiuâ non immutatus eſt. Qui cum Deitate ſuſcepit humanam naturam, perfectus exiſtens à Patre. Qui perfectam diſpenſationem impleuit, & venit in mundum propter nos, &c. Et in carne inter nos verſatus eſt, non apparentiâ ſed veritate. Qui perfectum hominem ſeipſum efformauit, ex Maria Deipara per Spiritum ſanctum &c. Hominem autem dico perfectum, quæcumque in homine, & qualiter homo, & ſi quid eſt homo. Huc venit & accepit Vnigenitus, quò in perfecto homine, perfectè totum negotium ſalutis Deus ipſe operaretur, &c. Quid igitur vt ſaluaret Dominus venit? Omnino hominem perfectum. Igitur omnia quæ ſunt in ipſo perfectè accepit, &c. Propterea dicit Apoſtolus, factus ex muliere, factus ſub lege. Et rurſus: In habitu inuentus vt homo. At voces, in habitu, & factus, & ſub legem, per vtraque collectæ, perfectionem ſignificant, ac ab affectibus peccati alienitatem. Nam ex voce, factus, quod ſit perfectus indicatur: ex voce ſub lege, quod non in apparentiâ: ex voce, in habitu; formæ firmitas: ex voce, vt homo, à peccato alienitas. Hæc igitur cùm ſic habeant, nemo nos decipiat vanis fabulis. Si enim supernè genitus eſt à Patre (*in forma Dei formoſiſſimus*) etiam natus eſt ex Maria, (*mulierum pulcherrima, pulcherrimus.*) & ſupernè verax eſt, & infernè: & ſi ſupernè imperfectus eſt, etiam infra imperfectus eſt. Si verò ſupernè perfectus eſt, etiam infra perfectus eſt; & non in alio perfecto habitauit, ſed in ſeipſum omnia perfecit. *Vbi pondero ſupra dixiſſe.* Formæ firmitatem, *id. maſculam pulchritudinem; & non ſolum hominem quoad eſſentialia, ſed &* qualiter homo: *id eſt ipſas qualitates perfectas, qualis eſt pulchritudo.*

Sed id quoque multis rationibus confirmatur. Primò enim vt deformitas, Incarnationis eius fini, & hominum vocationi repugnabat, ſic ex aduerſo, ſpecies & decor, vt vidimus, homines trahens, maxime conducebat. Secundò ſi Dei perfecta ſunt opera, cuius Spiritus ornauit cœlos, *adeo vt nihil niſi pulchrum ab eius manu immediatè proceſſeris: quis credat de Spiritu ſancto conceptum Chriſtum, niſi formoſiſſimum? Tertiò ſi Adam primus manu Dei elaboratus, tam pulcher fuit, vt Clemens Alexandrinus de eo ſcribat lib. 1. Pedag. cap. 2.* In ipſo, inquit, homine omne eius ſtudium confertur: eumque maximum ac pulcherrimum eſſe opus exiſtimans, prudentiâ quidem ac moderatione, & temperantiâ, animam eius decreuit: corpus verò pulchritudine, iuſtaque & commoderata membrorum proportione temperauit. *Quanto magis id perfecit in* ſecundo Adam de cœlo cœleſti; *de quo pſaltes:* Specioſus forma præ filiis hominum. *Vbi in Hebræo habetur* præ Adam. *Quod non ſolum collectiuè de omnibus filiis hominum, ſed appellatiuè de ipſo Adam protoplaſte intelligitur: qui cum pulcherrimus & perfectiſſimus creatus fuerit; Chriſtus tamen præ Adam ſpecioſus forma.*

Quarto, longè eſt ab aduerſariorum ſenſu Tertullianus, quem in ſuam volunt cogere & torquere ſententiam. Carnem enim Adæ perfectiſſimam probat ex opifice Deo, quem & Phidiæ Iouem ex ebore facients merito profert de Reſur. cap. 6. Phidiæ, inquit, manus Iouem Olympium ex ebore molitæ adorantur; nec iam beſtiæ, & quidem inſulſiſſimæ Deus eſt, ſed ſummum ſæculi numen; non quia Elephan-

Err. Tertull.

A tus, ſed quia Phidias tantus. Deus viuus, & Deus verus, quamcumque materiæ vilitatem (*limum de quo Adam formatus eſt*) non de ſua operatione purgaſſet, & ab omni infirmitate ſanaſſet? An hoc ſuperrit, vt honeſtius (*id eſt pulchrius, cum maiore gloria & honore*) homo Deum, quàm hominem Deus finxerit, &c. *Et ibid. cap. 5.* Quantus hic ſit, ſatis noſti, qui vnicum credidiſti. Incipiat iam tibi caro placere, cuius artifex tantus eſt. *Quid putabimus de Spiritu ſancto, carnem Chriſti, non de vili limo, ſed Regio & puriſſimo Mariæ ſanguine, ſecundi Adæ de cœlo cœleſtis, nullâ hominis operâ modulante?*

Quintò, ſi propter animam primi hominis naturaliter ſpecioſam, & multò amplius innocentiâ pulchram, B *debuit caro velut domus pulchra, Reginæ inhabitanti reſpondere; quantò magis Chriſti caro formâ præcellere, tam pulchra & ſanctæ animæ templum,* Quod plenitudo diuinitatis inhabitare debebat corporaliter, *quaque caro hypoſtaticè Verbo vnienda erat? Tertullianum ipſum accipe de Reſur. cap. 7.* Non es diligentior Deo, vt tu quidem Scyticas, & Indicas gemmas, & rubentis maris grana candentia, non plumbo, non ære, non ferro, nè argento quoque obliquees, ſed electiſſimo, & inſuper operoſiſſimo deſcrobes auro: vinis item, & vnguentis pretioſiſſimiſque, vaſculorum prius congruentiam cures; proinde perfectæ ferruginis gladiis, vaginarum adæques dignitatem. Deus verò animæ ſuæ vmbram, Spiritus ſui auram, oris ſui operam, viliſſi- C mo alicui commiſerit capulo, & indignè collocando, vtique damnauerit, &c? Hoc quoque ad gloriam carnis exuberat, quod proximam Deo & continet, & ipſius Dominationis compotem præſtat. *Quantò magis Verbi, Conſubſtantialis Patri, carnem, pretioſiſſimam margaritam, vinum & vnguentum, & eat. Imaginem ſubſtantiæ Patris, os ipſum eius, & vnum cum ipſo, &c. decuit eſſe formoſiſſimam? De Chriſto enim ad litteram* paulò minus ab Angelis facto *cecinit Pſaltes, Abſalone ſuo formoſiſſimo, pulchriorem faſſus:* Specioſus forma præ filiis hominum, & præ ipſo Adam: *Inde:* gloriâ & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Sextò. Ex Tertulliani mente, non tam Chriſtus in D ſimilitudinem hominum factus, *quàm ipſe Adam ad exemplar Chriſti, & ideam eius, quàm Deus in mente habebat dum corpus eius efformaret, eſt factus. Ita de Reſur. cap. 6.* Recogita, inquit, totum illi Deum occupatum ac deditum, manu, ſenſu, opere, conſilio, ſapientiâ; prouidentiâ, & ipſâ in primis adfectione, quæ liniamenta ducebat. Quodcumque enim limus exprimebatur, Chriſtus cogitabatur homo futurus, quod & limus. Et caro Sermo, quod & terra tunc. Sic enim præfatio Patris ad filium; faciamus hominem ad imaginem, &c. Et fecit hominem Deus, id vtique quod finxit ad imaginem Dei fecit illum, ſcilicet Chriſti. Et Sermo enim Deus, (*Deus erat verbum*) qui in effigie E Dei conſtitutus, non rapinam exiſtimauit pariari Deo. Ita limus ille, iam tunc imaginem induens Chriſti futuri in carne, non tantùm Dei opus erat, ſed & pignus. *Quaſi diceret, qui imaginem dabat, oppignerabat fidem ſuam, ſe exhibiturum veritatem: Et qui tam pulchram delineabat imaginem, longè formoſiorem tempore præfinito repræſentaturum ideam.*

Septimò, ſi ex Ariſtotele lib. 4. de partibus animalium, partus naturâ ipſâ duce, ex viro robur, ex fœmina autem formam, & venuſtatem trahit. *Certè Chriſtus de Spiritu, virtute Dei, conceptus, robur etiam in corpore, & ab agente perfectiſſimo animam &*

corpus perfectiſſimam, & à matre omnium pulcherrima, venuſtiſſimam ſpeciem debuit accipere. Hinc quærentis in Canticis: Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? *Cant. 5. 9. reſpondet illa:* Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus. *Vbi Sept. pro rubicundo,* igneum *ponunt. Ex Nyſſ. homil 15,* Chriſtus candidus, & rubicundus, ſicut malus. Candidus quidem ob candidiſſimam carnem, rubicundus propter ſanguinem: Electus autem ex millibus, quia ſolua noua quadam partus facie natus eſt, ſine voluptate, & ſine labore. *Ex Theodorito quia* Specioſus forma præ filiis hominum. *Ex Anſelmo*, quia in vniuerſis rebus nihil eo melius. *Ex Ber in Cant. Ser. 28.* Quia millia millium dilecto, & decies centena millia circa dilectum, ſed nullus ad dilectum. *Supple accedit. Candidus, vt lilium, rubicundus vt roſa, tempeſtiuus decore, vt flos & malum maturum, pendeas ex arbore. Vnde vt ignis accenſus, accendit amorem. Sed vt Pallas pulcherrima armata, & Diana ferarum venatrix, & Atalanta ſimul grauis & venuſta; Maria forma, ſpectatores ſuos incendebat amore caſtitatis; ideoque ſicut* lilium inter ſpinas, ſic Amica inter filias. *Vt cùm alia formoſa, pangaat, & crepitent* ardentes ſicut ignis in ſpinis, *Maria forma odorem ſpiraret caſtitatis; vt dicta ſit* Mater pulchræ dilectionis & timoris. *Nam iuxta Ambroſium libro de Inſtit. virg. cap. 7. D. Thom. in 3. diſt. 2. quæſt. 2. a. 2. ad 4. Bonau. diſt. 3. 1. p. a. 2. Gerſon. Ser. de Concept. Chartas. 1. de laud. Virg. cap. 39. &c. Pulchritudo Mariæ conciliatrix erat caſtitatis. Multò magis Chriſti, vt patet in Magdalena, Martha, Apoſtolis caſtitatis amatoribus?*

Beata porro Virginis formam bellè deſcribit Nicephorus Calixtus, lib. 2. hiſt. Eccl. cap. 23. vbi & de corpore eius poſt triduum ſepultura non inuento, & fide reſurrectionis eius iuxta Iuuenalem Epiſcopum Ieroſol. Mores eius, & ſtaturæ eius modus, talis fuit. Erat in rebus omnibus honeſta & grauis: pauca admodum, eaque neceſſaria loquens: ad audiendum facilis, & perquàm affabilis, honorem ſuum & venerationem omnibus exhibens: ſtatura mediocri, quamuis ſint, qui eam aliquantulum mediocrem longitudinem exceſſiſſe dicant. Decenti dicendi libertate aduerſus omnes homines vſa eſt; ſine riſu, ſine perturbatione, & ſine iracundia maximè. Colore fuit frumentum referente, capillo flauo, oculis acribus, ſubflauas & tanquam oleæ colore pupillas habentibus, ſupercilia inflexa & decenter nigra, naſus longior, labia florida, & verborum ſuauitate plena. Facies non rotunda, & acuta, ſed aliquanto longior. Manus ſimul & digiti longiores. Erat denique omnis faſtus expers, ſimplex, minimèq; vultũ fingẽs, nihil mollitiei ſecũ trahens, ſed humilitatem præcellentem colens. Veſtimentis quæ ipſa geſtauit, coloris natiui contenta fuit: id quod etiam nunc ſanctum capitis eius velamen oſtendit. Et vt paucis dicam, in rebus eius omnibus, multa diuinitùs inerat gratia. *Hactenus Nicephorus. Quòd ſi de ea Auguſtinus Ser. de Aſſumpt.* Si formam Dei te appellem, digna exiſtis: *ad formam certe matris compoſitus debuit eſſe Dei filius. Et cùm ex Nazanzeno in tragœdia de Chriſto patiente, virgo mater cunctis fœminis elegantia forma præcellat, Chriſtus eius filius* Specioſus forma præ filiis hominum *eſſe debuit. Adeò vt ſicut illa in Cant.* Pulchra ſicut Ieruſalem *dicitur; & magna vrbis pulchritudo, vno non poteſt intuitu videri, ſed per partes; ſic tam matris, quàm filij, ſingillatim pulchritudinis partes debent examinari.*

Hinc factum eſt vt imagines omnes, perfectam matris, & filij pulchritudinem repræſentent. Maximus Tyrius Ser. 11. negat exitioſum quid, lubricum, flagitioſum, infauſtum, aut pœnitentia dignum efficere, quod pulchrum ſit. Et Adrianus Papa ex viſione ſacrarum imaginum, ſpecioſam Chriſti formam colligit. De imagine pulcherrima beatiſſima Virginis, Nicephorus lib. 15. hiſt. Eccl. cap. 14. à Pulcheria Auguſta miſſâ Antiochiâ Conſtantinopolim, picta à S. Luca ſpecioſiſſima & miraculoſa: cui erexit templum in loco fori, ſiue Tribunalis, in quo curauit vigilias & ſupplicationes fieri ſingulis tertijs ferijs. Idem lib. 17. cap. 16. Narrat Abagaro miſſam à Chriſto ſuam imaginem, Edeſſam vrbem ſemper ab hoſtibus tutantem. De qua dixerat lib. 2. cap. 7. eundem Regem Edeſſæ, ab Apoſtolo Thaddæo curatum, & conuerſum, cum tota ciuitate ſcripſiſſe Chriſto, vt ad ſe veniret, & à Iudæorum inuidia ſaluaret; quod cum obtinere non poſſet, pictorem excellentiſſimum miſit, qui cùm radiis luce & gratia cæleſti vultus eius pulcherrimi, nec penicillum mouere poſſet, Chriſtus miſericordiâ motus, linteum lauari iuſſit, cui vultui applicato ſuam formam impreſſit, & Abagaro miſit. Quod Nicephorus ex Archiuis Edeſſæ deprompſit. Idemque factum dicit à Perſarum Rege matris & filij imaginem per excellentiſſimum Pictorem miſſam habente. Nec vltra quiſquam Chriſti & matris eius pulchritudinem in dubium vocet.

DEVS CORPOREVS.

1. De car. Chri. cap. 11. in m.

OMne quod eſt, [1] corpus eſt ſui [2] generis. Nihil eſt incorporale, niſi quod non eſt.

2. Et 2. Cont. Marc. cap. 16. in m.

Diſcerne [3] ſubſtantias, & ſuos eis diſtribue ſenſus, tam diuerſos, quàm ſubſtantiæ exigunt, licet vocabulis communicare videantur. Nam & [4] dexteram, & oculos, & pedes Dei legimus, nec ideo tamen humanis comparabuntur, quia de appellatione ſociantur. Quanta erit diuerſitas diuini corporis, & humani, ſub eiſdem nominibus membrorum, tanta erit & [5] animi diuini, & humani differentia, ſub eiſdem licet vocabulis ſenſuum, quos tam corruptorios efficit in homine corruptibilitas ſubſtantiæ humanæ, quàm incorruptorios in Deo efficit incorruptibilitas ſubſtantiæ diuinæ.

3. *Et cont. Prax. cap. 7. circa. f.*

Hic[6] certè eſt, [a] *qui in effigie* [7] *Dei conſtitutus, non rapinam exiſtimauit eſſe ſe æqualem* a Philip. 2. 6
Deo. In qua effigie Dei? vtique[8] in alia, non tamen in nulla. Quis enim negabit Deum corpus eſſe, etſi [b] *Deus ſpiritus eſt*? Spiritus enim, corpus[9] ſui generis, in ſua[10] effigie. b Io. 4. 24.
Sed & inuiſibilia[11] illa quæcunque ſunt, habent apud[12] Deum & ſuum corpus, & ſuam formam, per quæ ſoli Deo viſibilia ſunt; quantò magis, quod ex ipſius ſubſtantia[13] miſſum eſt, ſine[14] ſubſtantia non erit?

Deum eſſe corporeum. Schol. 1. 2. 3.

a. [1] CORPVS EST. *Benè quod ſubdit.* [2] SVI GENERIS. *Quaſi diceret ſibi conueniens & naturæ ſua conſonum; Et quo res nobiliores ſunt, eò corpus, hoc eſt ſubſtantiam ſolidiorem & nobiliorem poſſident. Cùm igitur Deus ſit primum & ſummum eſſe omnium, maximè corpus eſt, id eſt ſolidiſſimum eſſe, nec inane, aut vacuum, ſed quaſi* ſolidum Mathematicum dicitur, ſui plenum.

2 [3] DISCERNE SVBSTANTIAS, *corporeas à corporeis: licet enim omnes corporea dicantur eodem nomine, & conueniant genere, ſpecie tamen differunt: Et per conſequens corporum ſenſus ab inuicem diſtincti ſunt.* [4] DEXTERAM &c. *Scriptura frequenter quaſi humana membra tribuit Deo; ſed licet in appellatione communicent, longè tamen differunt ab humanis ſenſibus & membris.* [5] ANIMI DIVINI *ſicut ſenſus corporei diuini longe diſtant ab humanis; ſic & animi eius ſenſus. Vnde ait:* Viæ meæ non ſunt viæ veſtræ, & cogitationes meæ, cogitationes veſtræ. Quantum diſtant cœli à terra, &c. *Nam ſicut humana natura tanquam de nihilo creata, vel ex terra corruptibili quoad corpus, ſenſus externi & interni corruptibiles ſunt: ſic Dei natura & ſubſtantia incorruptibilis, ſenſus habet incorruptos.*

3 [6] HIC CERTE *Chriſtus Dei filius.* [7] IN EFFIGIE. *diceret Paulus:* qui cùm in forma Dei eſſet. *Et rurſum:* Imago Dei inuiſibilis. [8] VTIQVE IN ALIA. *Si aliam perſonam intelligit, rectè quidem: Si aliam formam hoc eſt diuinitatem, errat, & contradicit Chriſto dicenti:* Ego & Pater vnum ſumus. *Et Paulo clarè diſtinguenti vtramque formam & naturam Chriſti: ait enim:* qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: *quia vi originis formaliter per intellectum Patris genitus, Imago eſt Patris, proprium enim intellectus eſt verbum ſibi ſimile generare, & rerum omnium imagines in ſe producere. Sicut in forma ſerui ſimilis eſt matri,* formam ſerui accipiens, & habitu inuentus vt homo. [9] CORPVS SVI GENERIS. *Supple eſt, vel habet corpus conueniens, ſed nota ex Aug. quod cum id quod habetur, ſit diuerſum ab eo qui habet, niſi ſit ipſum met quod habet;* Sic habet Filius Dei ſapientiam, vt ſit ipſa ſapientia, faciatque ſapientes. *Ita corpus vt Deus habet, id eſt ſubſtantiam ſolidam, vt ſit ipſa ſubſtantia ſolida.* [10] IN SVA EFFIGIE, *propria & congruente ſicut dixit ſupra de effigie animæ hominis.* [11] INVISIBILIA ILLA, *corpora, aëris, venti, Angeli,* [12] APVD DEVM. *Idealiter, in verbo,* quod erat in principio apud Deum; *habent ſuam corpus & effigiem, per quæ à Deo ſolo Rege ſæculorum inuiſibili, videri & intelligi poſſunt.* [13] MISSVM EST. *Verbum quod à Patre procedit, & mittitur, & manet in Patre per identitatem naturæ, licet exeat à Patre via inueſtigabili nobis, per diuerſitatem perſonæ; multò magis ipſi ſoli cognitus eſt; Iuxta illud* nemo nouit Filium niſi Pater, *habet ſuum corpus & effigiem quibus a Patre dignoſcitur.* [14] SINE SVBSTANTIA, *corporea, id* A *eſt ſolida non carebit, per quod facta ſunt omnia corpora, tam viſibilia, quàm inuiſibilia.*

Err. Tertull.

Auguſtinus hunc errorem in Tertulliano notauit S. August.
tom. 3. lib. 10. de Gen. ad lit. cap. 24. Admoneo ſanè quantum valeo, ſi quos iſta præoccupauit opinio, vt animas ex parentibus credant propagari, quantum poſſunt, ſeipſos conſiderent, & interim ſapiant corpora non eſſe animas ſuas. Nulla enim prior natura eſt, qua diligenter inſpecta poſſit etiam Deus qui ſupra omnem creaturam ſuam incommutabilis permanet, incorporaliter cogitari, quàm ea quæ ad ipſius imaginem facta eſt: Et nihil vicinius, aut fortaſſe nihil tam conſequens, quàm vt credito quòd anima corpus ſit, etiam Deus corpus eſſe credatur.
B Propter hoc enim corporalibus aſſuefacti & affecti ſenſibus, nolunt animam credere aliud eſſe quàm corpus, nè ſi corpus non fuerit, nihil ſit; ac per hoc tantò magis timent etiam de Deo credere quod corpus non ſit, quantò magis timent Deum credere nihil eſſe. Ita enim feruntur in phantaſias & phantaſmata imaginum, quæ cogitatio de corporibus verſat, vt his ſubtractis, tanquam per inane pereundum ſit, reformident. Ita neceſſe eſt, vt & Iuſtitiam, & Sapientiam pingant quodammodo in cordibus ſuis cum formis & coloribus quas non poſſunt incorporeas cogitare, &c. *Deinde cap. 25.* Denique, inquit, Tertullianus quia corpus eſſe animam credidit, non ob aliud niſi quòd eam incor- S. August.
C poream cogitare non potuit, & ideo timuit ne nihil eſſet, ſi corpus non eſſet: Nec de Deo valuit aliter ſapere: qui ſanè quoniam acutus eſt, interdum contra opinionem ſuam viſa veritate ſuperatur. Quid enim verius dicere potuit, quàm id quod ait quodam loco, omne corporale paſſibile eſt? debuit ergo mutare ſententiam, qua paulò ſuperius dixerat, etiam Deum corpus eſſe. Neque enim arbitror eum ita deſipuiſſe, vt etiam Dei Naturam paſſibilem crederet: Vt iam Chriſtus, non in carne tantum, neque in carne & anima, ſed in ipſo Verbo per quod facta ſunt omnia, paſſibilis & commutabilis eſſe credatur: quod abſit à corde Chriſtiano.
D *Et quoniam tom. 6. lib. de hæreſibus tenues aliquas reliquias Tertullianiſtarum agnouit, tom. 7. lib. 4. de Anima & eius origine, Vincentium Victorem Tertulliani ſectatorem denotat, cum capite 12.* Nunc in- S. August.
quit, iam quantum Dominus donare dignatur, etiam ad illud debeo reſpondere, vbi de anima loquens nomen meum iteraſti, atque dixiſti: Non ſicut Auguſtinus peritiſſimus Epiſcopus profitetur, incorpoream, & eandem ſpiritum eſſe permittimus, &c. ſi anima caret corpore, vt ſit, ſicut quibuſdam placet, caſſæ inanitatis, aëreæ futiliſque ſubſtantię. His enim tuis verbis videris credere, omne quod caret corpore, inanis eſſe ſubſtantiæ. Quod ſi ita eſt, quomodo Deum audes dicere carere corpore, nec times ne ſequatur inanis eum eſſe ſubſtantiæ? porro ſi & corpore caret Deus, quod iam confeſſus

es, & eum inanis eſſe ſubſtantiæ abſit vt dicas. Non ergo inanis ſubſtantiæ eſt quidquid corpore caret. Et ideo qui incorpoream dicit eſſe animam, non eſt conſequens vt eam velit videri inanis futiliſque ſubſtantiæ, quia & Deum, qui non eſt inane aliquid, ſimul incorporeum confitetur, &c. Cur ergo metuimus ne ſit caſſæ inanitatis anima, ſi ſit incorporea, cum Deum incorporeum fateamur eſſe, nec eum caſſæ inanitatis eſſe dicamus? Sic itaque potuit incorporeus Deus, incorpoream creare animam, quemadmodum viuens viuentem, quamuis immutabilis mutabilem, & omnipotens longe imparem.

Quàm autem cognati ſint errores de Deo, & anima corporea, docet idem ſanctiſſimus Pater ibid. cap. 14. Ex eo quod homo factus & renouatus ſit, ſiue refectus ad imaginem Dei: Si enim anima corpus eſt & imago Dei eſt ſecundùm animam, profectò conſequens eſt vt prototypus eius Deus ſit corpus. Sic itaque refellit Vincentium dicentem, præter hominem externum, & internum, alium etiam intimum. Dic mihi, inquit, quis eorum renouabitur in agnitionem Dei ſecundùm imaginem eius qui creauit illum. Coloſſ. 3. interior an intimus? Apoſtolus quidem præter interiorem & exteriorem, non video quod ſciat alium interioris interiorem, id eſt totius hominis intimum. Sed elige quem volueris, qui renouetur ſecundùm imaginem Dei; quomodo hanc recipiet qui iam ſumpſit exterioris (*corporis ſcilicet*) imaginem. (*Id eſt effigiem iuxta Tertull.*) Si enim per membra exterioris, cucurrit interior, & gelauit: hoc enim etiam verbo vſus eſt, tanquam figmentum fuſile fieret ex forma lutea quæ de puluere facta eſt; quomodo eadem manente formâ quæ impreſſa illi eſt, vel expreſſa de corpore, poteſt reformari ad imaginem Dei? an duas habebit imagines, à ſummo quidem, Dei; ab imo autem, corporis: ſicut in nummo dicitur caput, & nauis? (*alludit ad numiſma Iani, in quo vna ex parte Ianus biceps, ex altera nauis, quâ in Italiam appulit: vnde & ludi ſpecies orta, quâ iactando nummum in aëra, vt & nunc fit, rogabatur quid colludens eligeret, aut capita, aut nauim.*) An fortè dicis quod anima cœperit imaginem corporis, & ſpiritus capiat imaginem Dei; tanquam illa contigua corpori, & ille ſit Deo; ac ſic ad imaginem Dei homo ille intimus, non iſte Interior reformetur? ſed fruſtra hoc dicis: Nam ſi & ille intimus, ita eſt per animæ omnia membra diffuſus, vt illa per corporis; iam etiam ipſe per animam cepit imaginem corporis, ſicut illa eum formis formauit; ac per hoc non habet vbi capiat imaginem Dei, manente in ſe iſta imagine corporis; niſi quemadmodum nummus, vt dixi, aliter ex inferiore, aliter ex parte ſuperiore formetur. Ad iſta te abſurda, quando de anima cogitas, carnalis cogitatio corporum, velis, nolis, compellit, ſed Deus, vt etiam ipſe rectiſſimè confiteris, non eſt corpus; quomodo igitur capiat eius imaginem corpus? obſecro te, frater, vt non conformeris huic ſæculo, ſed reformeris in nouitate mentis tuæ, nec ſapias ſecundùm carnem, quoniam mors eſt. *Et Ep. 57. ad Dardanum probat Deum eſſe incorporeum, nec cogitandum inſtar magni corporis, vbique diffuſum.* In eo, inquit, ipſo quòd dicitur Deus vbique diffuſus, carnali reſiſtendum eſt cogitationi, & mens à corporis ſenſibus auocanda, ne quaſi ſpatioſa magnitudine opinemur Deum per cuncta diffundi, ſicut fumus, aut humor, aut Aër, aut lux iſta diffunditur: omnis enim huiuſmodi magnitudo, minor eſt in ſui parte quàm in toto; ſed ita potiùs, ſicuti eſt magna ſapientia, etiam in homine cuius corpus eſt paruum. Et ſi duo ſint ſapientes, quorum ſit alter corpore grandior, neuter ſapientior; non eſt illa in maiore maior, minor in minore. aut minor in vno, quàm in duobus, ſed tanta in hoc, quanta in illo, & tanta in vnoquoque, quanta in vtroque &c.

Idem probat in duobus æqualiter immortalibus, quorum vnus non plus viuit altero. Similiter & de ſanitate perfecta totius corporis, quæ maior non eſt in maiori membro, quam in minimo. Diſpar, inquit, eſt profectò in membrorum molibus quantitas, ſed par eſt in diſparibus ſanitas, &c. Diſtantibus partibus, quæ ſimul eſſe non poſſunt, quoniam ſua quæque ſpatia locorum tenent, minores minora, & majora majores, non potuit eſſe in ſingulis quibuſque partibus tota, vel tanta, ſed amplior eſt quantitas in amplioribus partibus, breuior in breuioribus, & in nulla parte tanta, quanta per totum. Qualitas verò corporis quæ ſanitas dicitur, cùm ſanum corpus eſt totum, tanta eſt in maioribus, quanta in minoribus partibus: Non enim quæ minus magnæ ſunt, ideo minus ſanæ ſunt, aut quæ ampliores, ideo ſaniores. Abſit ergo vt quod poteſt in corpore qualitas corporis creati, non poſſit in ſeipſa, ſubſtantia creatoris. Eſt ergo Deus per cuncta diffuſus. Ipſe quippe ait per Prophetam Ierem. 23. cœlum, & terram ego impleo. Et quod paulò ante poſuit de ſapientia eius: attingit à fine vſque ad finem fortiter, &c. Sap. 8. itemque ſcriptum eſt Sap. 1. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Eique dicitur in quodam Pſalmo: quo abibo à Spiritu tuo? &c. Quia ſubſtantialiter Deus vbique diffuſus. Sed ſic eſt Deus per cuncta diffuſus, vt non ſit qualitas mundi, ſed ſubſtantia creatrix mundi, ſine labore regens, & ſine onere continens mundũ; non tamen per ſpatia locorum, quaſi mole diffuſa, ita vt in dimidio mundi corpore, ſit dimidius, & in alio dimidio, dimidius, atque ita per totum totus; ſed in ſolo cœlo totus, & in ſola terra totus, & in cœlo & in terra totus ſolus, & nullo contentus loco, ſed in ſeipſo vbique totus. Ita Pater, ita Filius, ita Spiritus ſanctus, ita Trinitas vnus Deus. Neq; enim mundum inter ſe in tres partes diuiſerunt, quas ſingulas, ſinguli implerent; quaſi non haberet vbi eſſet filius, aut Spiritus ſanctus in mundo, ſi totum occupaſſet Pater. Non ita ſe habet vera, incorporea, immutabiliſq; diuinitas. Non enim corpora ſunt, quorum amplior ſit in tribus, quàm in ſingulis magnitudo: Nec loca ſuis molibus tenent, vt diſtantibus ſpatiis ſimul eſſe non poſſint. Si enim anima in corpore conſtituta non ſolùm nullas anguſtias, verùm etiam quandam latitudinem inuenit, non corporalium locorum, ſed ſpiritalium gaudiorum (*gaudium enim fructus eſt ſpiritus*) cum ſit quod ait Apoſtolus. 1. *Cor. 6.* Neſcitis quoniam corpora veſtra templum in vobis Spiritus ſancti eſt, quem habetis à Deo? Nec dici niſi ſtultiſſimè poteſt, non habere locum in noſtro corpore Spiritum ſanctum, quod totum noſtra anima impleuerit: quantò ſtultius dicitur, illis anguſtiis impediri alicubi Trinitatem, vt Pater & Filius & Spiritus ſanctus vbique ſimul eſſe non poſſint? *Dehinc miratur quod licet vbique ſit totus, non tamen in omnibus habitet, vel inæqualiter habitet, vnde & duplicem ſpiritum Eliæ petiit Heliſæus; Sed hoc non reſpicit immenſitatem Dei incorpoream, ſed gratiam pro captu ſingulorum diuerſam. Sicut licet dicente Paulo*, non longe ſit ab vnoquoque noſtrum, *immenſitate ſua*, longe tamen à peccatoribus *dicitur, priuatur gratia ſua*. Hi, inquit, ab eo longe eſſe dicuntur, qui peccando diſſimillimi facti ſunt: & hi ei propinquare qui eius ſimilitudinem piè viuendo recipiunt: ſicut rectè di-

cuntur oculi tantò eſſe ab hac luce longius, quantò A fuerint cæciores: Quid enim tam longè eſt à luce quàm cæcitas, etiam ſi lux præſto ſit atque oculos perfundat extinctos? propinquare autem luci meritò perhibentur oculi, qui ſanitatis acceſſu, aciem recipiendo, lucem recipiunt. *Nec prætereo & in hoc ad Dei imaginem factum hominem, quod ſicut Deus totus eſt in toto mundo, & totus vbique ſimul in omnibus & ſingulis partibus mundi, ſic anima rationalis, tota eſt in toto corpore, & tota in ſingulis partibus corporis. Quod præſtare non poſſet, ſi ipſa corpus eſſet; cum nec duo corpora ſimul eſſe poſſint in eodem loco.*

ECCLESIA EST IN TRIBVS, ETIAM LAICIS.

1. *De Exhort. caſt. cap. 7. in m.*

VBi [1] tres, Eccleſia eſt, licet [2] laïci. [3] Vnuſquiſque enim ſua fide viuit. Matt 18.20

2. *Et de pudic. cap. 21. in f.*

Eccleſia propriè & principaliter ipſe [4] eſt Spiritus, in quo [5] eſt Trinitas vnius diuinitatis, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Illam Eccleſiam congregat, quam Dominus in tribus poſuit. Matt.18 20 Atque ita exinde etiam numerus omnis qui in hanc fidem [6] conſpirauerint, Eccleſia ab auctore, & conſecratore cenſetur. [7] Et ideò Eccleſia quidem delicta donabit; ſed Eccleſia [9] Spiritus, per [10] ſpiritalem hominem, non Eccleſia, [11] numerus Epiſcoporum. Domini enim, non [12] famuli eſt ius; [13] & arbitrium [14] Dei, non Sacerdotis.

Eccleſiam eſſe in Tribus. Schol.

1. [1] VBI TRES. *Alludit ad illud Chriſti Math.* B 18. 20. Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. LICET [2] LAICI. *hic errat turpiter. Licet enim initio mundi Eccleſia fuerit in duobus, Adam ſcilicet & Eua, & de eorum coniugio dixerit Paulus*: Sacramentum hoc magnum, in Chriſto dico & in Eccleſia: *Et quamuis in octo animabus arca Noë concluſis, quæ ex Aug. ſapius, repræſentat Eccleſiam: quanquam in paucis Patriarchis & Prophetis, ante legem & ſub lege Moyſi: & initio legis gratia in paucis Apoſtolis & Diſcipulis, quibus dicebat Chriſtus*: Nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnū: *tamē ex quo ſuper eos aduenit Spiritus ſanctus*, qui replet C orbem terrarum; in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. *Eccleſia porro cùm ſit corpus Chriſti, ex Apoſtolo, præcipuè ſpectanda eſt in nobilioribus partibus, vt capite, oculis, &c. Nec enim Eccleſia corpus Acephalum. Nec caput eius, ſummus Pontifex, nec oculi Epiſcopi vigileſque Paſtores, de quibus Apoſtolus dixit*: Vos ſpiritus ſanctos poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, *nec Doctores & Prædicatores, qui linguæ, & dentium vice funguntur, in quibus ſecundùm Paulum*, Legatione pro Chriſto fungentibus, poſuit Deus verbum reconciliationis; *quique iuxta ſponſum*, ſicut greges tonſarum, *expoliati*, ſuaque non quærentes, ſed quæ Ieſu Chriſti, *vt munda animalia de lauacro pœ*- D *nitentiæ aſcendunt, ruminant, & teſte Bernardo*, toti corpori maſticant cibum, *de ordine laicorum ſunt, ſed ab hoc ſtatu infimo, ceu puluere gregali, electi, & erecti aſſumuntur*; Vt ſedeant cum Principibus & ſolium gloriæ teneant. *Quicquid ſequenti Scholio dicat.* Non Eccleſia numerus Epiſcoporum. [3] VNVSQVISQVE SVA, *&c. Rectè quidem ſi Iuſtus ſit, & veram fidem habeat, non ſuam priuatam, ſed communem Catholicæ, & vniuerſalis Eccleſiæ. Tum enim*, Iuſtus ex fide viuit. *Hanc amiſerat Tertull. dum hæc ſcriberet; vt in tribus Laicis, hoc eſt Montano, & Priſca, & Maximilla Prophetiſſis eius, Eccleſiam poneret; tum ex ſua fide viuens imò mortuus, quin pro* Aug *libito credens*. Si enim (*vt ait Auguſtinus*) iuſtus ex fide viuit; profectò mortuus eſt qui non habet fidem.

2. IPSE [4] EST SPIRITVS. *Non hunc intelligit, qui procedit vt amor, & Spiritus eſt pacis & vnitatis, à quo receſſerat Tertullianus, ad Schiſma Montani, quem pro Spiritu, & Paracleto habebat. Eccleſiam autem dixit Spiritum, ſicut Malach. 2. viris dicit de vxoribus loquens*: Cuſtodite Spiritum veſtrum. *Quem Chriſtus in cruce moriens Patri commendauit, dicens*: In manus tuas commendo Spiritum meum. *Sicut amore reciproco, & amoris lingua, ſponſa Eccleſia, de Chriſto & Spiritu ſancto dicit*: Ego dormio, & cor meum vigilat. IN QVO [5] EST TRINITAS. *ſcilicet ſpiritu vnitatis Eccleſia, tres perſonæ diuinæ* C *habitant, quæ ſchiſmaticam Eccleſiam Montani deſerunt in tribus prædictis poſitam.* [6] CONSPIRAVERINT. *eodem in ſpiritu conuenerint* [7] CENSETVR. *Nominatur Eccleſia, originem & nomen ducit à Montano, qui eam conſecrauit. Sed vera Eccleſia non à tribus illis, ſed à Sanctiſsima Trinitate, & à Spiritu ſancto, vna & Sancta trahit originem, Sancta & vna appellatur, ſicut ab Apoſtolis regula fidei, hoc eſt ſymboli authoribus* primitias Spiritus habentibus, *dicitur Apoſtolica.* [8] DONABIT, *condonabit, remittet, poteſtate tradita Petro, Apoſtolis, & Epiſcopis eorum ſucceſſoribus, à Spiritu ſancto inſufflato, dum Chriſtus dixit*: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiD ſeritis peccata, &c. ECCLESIA [9] SPIRITVS. *Hic apertè Montanum intelligit.* PER [10] SPIRITALEM, *de quo ſcilicet Paulus*: Spiritalis diiudicat omnia; *quis nimirum mereatur, vel non mereatur abſolui.* NVMERVS [11] EPISCOPORVM. *Et tamen Eccleſia maximè conſiſtit & congregatur ex Epiſcopis in Conciliis, quibus vel ipſe Pontifex Maximus Epiſcopus Epiſcoporum, vt eum vocat ipſe Tertullianus, vel eius Legatus præſidet. Sed ex inuidia Carthaginenſis Epiſcopatus, cui eius æmulus præfectus fuerat, Epiſcopos, præcipua Eccleſiæ membra, ab ipſa excludit.* NON [12] FAMVLI. *imò verò Ius abſoluendi ab omnibus acceperunt primi Epiſcopi Apoſtoli, eorumque ſucceſſores in ipſis à Domino, dicente abſque vlla reſtrictione*: Quæcumque ſolueritis ſuper terram. [13] IVS. *Quid tam*

noſtri Iuris, quàm quod à Domino famulis dono datur? A *Petro promiſſum*: Tibi dabo claues regni cœlorum; quæcumque ſolueris, &c. *Impletum promiſſum, donum datum, dum ait*: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, &c.¹ ARBITRIVM, *Iudicium.*

Non in tribus, vel in vno aliquo loco, ſed in multitudine innumera toto orbe diffuſa eſt Eccleſia, ſicut vbique Scriptura teſtatur, non tantùm ex Iudæis collecta, ſed ex omnibus gentibus; vt paſſim probat Auguſtinus maximè tom. 7. lib. de vnitate Eccleſiæ cap. 9. Cùm dixiſ-

S. Auguſt. ſet, inquit, (*Chriſtus ſcilicet Luc. 24.*) quia oportebat adimpleri omnia ſcripta in lege & Prophetis & Pſalmis de me: tanquam quæreremus vtrum in eo quod dixit de me, intelligenda eſſet Eccleſia, B propter id quod ſcriptum eſt, erunt duo in carne vna, vt non ſolum de capite, verùm etiam de corpore diuina oracula teneremus; ſequitur Euangeliſta & dicit: tunc aperuit illis ſenſum vt intelligerent Scripturas, & dixit illis: quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die. Hîc ipſum caput oſtenditur, quod etiam ſe manibus Diſcipulorum præbuit contrectandum. Vide quemadmodum de corpore adiungat, quod eſt Eccleſia, vt nos nec in Sponſo, nec in Sponſa errare permittat. Et prædicari, inquit, in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Ieruſalem. Quid hac voce veracius; quid diuinius, C quid manifeſtius? me piget eam commendare verbis meis, & hæreticos non pudet, eam oppugnare verbis ſuis, &c. Teneamus ergo Eccleſiam, ex ore Domini deſignatam, vnde cœptura & quouſque peruentura eſſet: cœptura ſcilicet ab Ieruſalem, &

S. Auguſt. peruentura in omnes gentes, &c. *Et cap.* 10. Non tacetur in Actibus Apoſtolorum cap. 1. vbi rurſus eadem manifeſtatione verborum Dominicorum, futura per orbem terrarum prænuntiatur Eccleſia, vbi nullus omnino dubitare permittatur, niſi qui de ſanctarum Scripturarum fide dubitat, illam eſſe Ieruſalem viſibilem ciuitatem, vnde cœpit Eccleſia poſt Domini noſtri Ieſu Chriſti reſurrectionem & aſcenſionem, &c. *Subiicit verba Chriſti mox in Cœ-* D *lum aſcenſuri*: Accipietis virtutem Spiritus Sancti ſuperuenientem in vos; & eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in tota Iudæa, & Samaria, & vſque in totam terram. Ecce & hic manifeſtatum eſt vnde cœptura, & quouſque eſſet peruentura Eccleſia. Quid ad hæc dicunt, qui Chriſtianos ſe ſuperbiſſimè dicunt, & Chriſto apertiſſimè contradicunt? Nos hanc Eccleſiam tenemus. Contra iſtas diuinas voces, nullas humanas criminationes admittimus. Mouet enim nos plurimùm, quòd Dominus noſter ait, cui non credere ſacrilegum & impium eſt. Nouiſſimis verbis ſuis quæ habuit in terra, hæc primitiuæ Eccleſiæ documenta ſalubria & nouiſſima dereliquit. his [enim dictis mox aſcendit in Cœ- E lum. Præmonere voluit aures noſtras aduerſus eos, quos procedentibus temporibus exurrecturos eſſe prædixerat & dicturos: Matth. 24. Ecce hic Chriſtus, ecce illic. Quibus ne crederemus admonuit, &c. Quid hoc eſt rogo, cùm verba nouiſſima hominis morientis audiuntur ituri ad inferos, nemo eum dicit eſſe mentitum; & impius iudicatur hæres qui fortè illa contempſerit? Quomodo ergo effugiemus iram Dei, ſi vel non credentes, vel contemnentes repulerimus verba nouiſſima, & vnici filii Dei, & Domini noſtri ac Saluatoris, & ituri in Cœlum, & inde proſpecturi quis ea negligat, quis obſeruet; & inde venturi, vt de omnibus iudicet? &c. *Tum poſt multa narrat, ex Act. 2. quod ad ſer-* A *monem Petri vna die appoſita ſunt Eccleſiæ tria millia animarum.* Adiectæ ſunt, inquit, in illa die animæ A 6. circiter tria millia. Ecce quemadmodum cœpta eſt ab Ieruſalem, inde itura Eccleſia per omnes linguas: quod etiam præſignatum eſt in eis qui ibidem conſtituti accepto Spiritu Sancto linguis omnibus ſunt locuti.

Idem ipſe Aug. in Pſal. 44. in verſum: In fim- Aug. briis aureis circumamicta varietatibus. Pulchritudo, inquit, intrinſecus. In fimbriis autem aureis, varietas linguarum, doctrina, decus, &c. verè factum eſt, credidit Eccleſia, facta eſt Eccleſia per omnes gentes, &c. *Tum in verſum*: Pro Patribus tuis nati ſunt tibi filii, conſtitues eos Principes ſuper B omnem terram. Patres, inquit, miſſi ſunt Apoſtoli, pro Apoſtolis filii nati ſunt tibi, conſtituti ſunt Epiſcopi. Hodie enim Epiſcopi qui ſunt per totum mundum, vnde nati ſunt? Ipſa Eccleſia Patres illos appellat, ipſa illos genuit, & ipſa illos conſtituit in ſedibus Patrum. Non ergo te putes deſertam, quia non vides Petrum, quia non vides Paulum, quia non vides illos per quos nata es; de prole tua tibi creuit paternitas. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii. Vide templum regis quam latè diffuſum eſt, &c. Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram. Hæc eſt Eccleſia Catholica; filii eius conſtituti ſunt Principes ſuper omnem terram, &c. agnoſcant qui præciſi ſunt, veniant ad vnitatem, C adducantur in templum Regis. Templum ſuum Deus vbique collocauit, fundamenta Prophetarum & Apoſtolorum vbique firmauit, &c. propterea populi confitebuntur. Quid ergo prodeſt confiteri, & extra templum confiteri? quid prodeſt precari, & in monte non precari? voce mea inquit Pſal. 3. ad Dominum clamaui, & exaudiuit me de monte ſancto ſuo. De quo monte? de quo dictum eſt Matth. 5. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem conſtituta. De quo monte? Quem vidit Daniel ex paruo lapide creuiſſe, & fregiſſe omnia regna terrarum, & impleuiſſe omnem faciem terræ. Ibi adoret qui vult accipere: Ibi petat qui vult exaudiri: Ibi confiteatur, qui vult ſibi ignoſci: Pro- D pterea populi confitebuntur tibi. *Hinc Donatiſtæ, & ante eos Tertullianiſtæ Hæretici ad partem Montani tranſeuntes, à toto orbe receſſerunt, & in ſola Africa meridionali Eccleſiam apud ſe in paucis ſanam remanſiſſe blaſphemarunt. Sic notauit Auguſtinus præcitato libro de vnitate Eccleſiæ cap. 12. Vbi cum Paulo ad Gal. 1. Anathema dicit Angelo etiam de Cœlo aliter annuntianti; ſic concludit*: Aliud autem euangelizat Aug. qui periſſe dicit de cætero mundo Eccleſiam, & in parte Donati (*dicamus & nos, Montani*) in ſola Africa remanſiſſe dicit, ergo Anathema ſit. Aut legat mihi hoc in Scripturis ſanctis, & non ſit Anathema. Lego, inquit. Nam Enoch vnus inter omnes homines placuit Deo, & tranſlatus eſt. Gen. 5. E Poſtea toto mundo aquarum inundatione deleto, ſolus Noë cum coniuge, & filiis, & nuribus ſuis, in Arca meruit liberari. Gen. 7. Adiungunt etiam de Loth, quod ſolus cum filiabus, de Sodomis liberatus ſit. Gen. 19. De ipſo quoque Abraham, & Iſaac, & Iacob, quod pauci fuerint Deo placentes, cæteri Idolis dediti, & dæmonibus. Poſtremò Iam multiplicato populo Iſraël, iam temporibus regum in terra promiſſionis; quæ futura omnibus duodecim tribubus diſtributa commemorat, decem tribus diuiſas, & traditas ſeruo Salomonis: duas autem remanſiſſe filio Salomonis ad regnum, quod erat Ieruſalem. 3. Reg. 11. & 12. *Sic & nunc*, inquiunt, totus mundus apoſtatauit, nos autem tanquam duæ illæ tribus in templo Dei, hoc eſt in Ec-

clesia

A cleſia permanſimus. Dominum etiam Ieſum Chriſtum, cum plurimi ſequerentur, 72. apoſtatantibus, ſoli cum illo duodecim remanſerunt. His atque huiuſmodi exemplis hæretici ſuam paucitatem commendare conantur, & in ſanctis Eccleſiæ multitudinem toto orbe diffuſam blaſphemare non ceſſant, &c.

Aug. *Deinde cap. 12. rurſum inducit Donatiſtas ſic loquentes*: Orbis terrarum apoſtatauit, & ſola remanſit Donati Communio. Hoc nobis legant, ſicut legunt de Enoch, de Noë &c. & nihil reſiſtimus. Si autem non ea de Scripturis ſanctis legunt, ſed ſuis contentionibus perſuadere conantur, credo illa quæ in Scripturis ſanctis leguntur, non credo iſta quæ ab hæreticis vanis dicuntur. *Et cap. 13.* De paucitate, inquit, bonorum ipſe Dominus apertiſſimè B dicit Math. 7. Intrate per anguſtam portam, quoniam lata, & ſpatioſa via quæ ducit ad interitum, & multi ſunt qui pergunt per illam. Quàm anguſta porta, & arcta via quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui ingrediuntur per illam. Iſtos paucos Donatiſtæ ſe putant eſſe, & ideo dicunt periiſſe orbem terrarum, ſe autem in hac paucitate quam laudauit Dominus, remanſiſſe: Qui quando comparantur cum eis, longè pauciores Rogatiſtas, aut Maximianiſtas objicimus, qui ſe ab eis ſeparauerunt, ſi exiſtimant ſibi de paucitate eſſe gloriandum. Veruntamen hanc paucitatem in comparatione malorum eſſe à Domino commendatam; multitudinem au- C tem bonorum, cùm per ſeipſam conſideratur, non tacuiſſe Scripturas, legant & videant quàm plura teſtimonia reperiantur. Vndè enim ipſum ſemen Abrahæ ſicut ſtellæ cœli, & ſicut arena maris promittitur Gen. 15. niſi propter innumeram multitudinem; cum dicat Apoſtolus Rom. 9. ideo dictum eſſe; in Iſaac vocabitur tibi ſemen, quia non filii carnis, ſed filii promiſſionis deputantur in ſemine? Vnde multi filii deſertæ, magis quàm eius quæ habet virum? Eſa. 5. Vnde multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham & Iſaac & Iacob in regno Cœlorum: filii autem regni ibunt in tenebras exteriores: hoc eſt impii Iudæi? Vnde dicit Apoſtolus ad Tit. 2. vt mundaret, inquit, nos ſibi populum abundantem, æmulatorem D bonorum operum? Vnde Apocalypſis 5. millia millium dicit eſſe ſanctorum Eccleſiæ filiorum? Ecce ipſi dicuntur multi, qui dicuntur & pauci: Quare, niſi multi per ſeipſos conſiderati: pauci autem, in comparatione iniquorum? *Porro quod Auguſtinus ſupra legit*, populum abundantem, *non ſolum intelligendus eſt de numero abundanti, ſed de abundantia locupleto. Vnde & Exod. 19. 5. de Eccleſia veteri Iudæorum dixit Deus*; Eritis mihi in peculium de cunctis populis. *In Hebr. habetur.* Segulla; *id eſt ex Hieron. peculium ſelectum, & theſaurum pretioſiorem ex bullis, gemmis, torquibuſque conflatum. Hic autem Syriaca verſio legit*; populum nouum. *Alij vertunt*, populum proprietatis. *Græcè habetur*, περιούσιον, *id eſt ſuper eſſentiam & ſubſtantiam. Aug. cum* E *Hieron. & Chryſoſt. pro communi verſione*, ſectatorem, *iuxta Græcum legit* ζηλωτήν. *Vbi ſingulariter aduertit Chryſoſt. bona opera facienda cum zelo & feruore, ſicut ſolent riuales qui eandem Sponſam æmulanter ambiunt, & certatim ei placere ſtudent.*

Aug. *Sed ad Auguſtinum redeamus, qui paulò infra abundantem Eccleſiam probat ex Luc. 13. 29. & ſeq.* Venient ab oriente, & Occidente, & Aquilone, & Auſtro, & accumbent in regno Dei. Et ecce ſunt nouiſſimi qui erant primi, & ſunt primi qui erant nouiſſimi. Hic certè quid contradicatur non inuenitur. *Recolat Lector quod ſupra ex eodem Auguſtino*

A *retulimus; quatuor orbis partes in quatuor Literis Græcis, quibus nomen primi Adæ texitur, & nouiſſimi corpus, ſcilicet Eccleſiam Chriſti adumbrauit. Meminerit item quod hoc libro de vnitate Eccleſiæ cap. 11. ex Act. 10. de conuerſione gentium figurata in linteo pleno omnigenere animalium, concludit*, Iam, inquit, cui non appareat illo vaſe ſignificatum orbem terrarum, cum omnibus gentibus? Vnde etiam quatuor initiis (*id eſt angulis*) erat alligatum propter notiſſimas quatuor partes, Orientem, Occidentem, Auſtrum, & Aquilonem; quas ſæpiſſimè Scriptura commendat. *Deinde, cap. 14. in eandem rem ſic fatur*: Sicut nos manifeſtiſſimis teſtimoniis aſſerimus, Eccleſiam toto orbe diffuſam, ſic & ipſi ma- S. Aug. B niſeſtum aliquid proferant, vnde oſtendant eſſe prædictum, cæteris gentibus à fide Chriſti pereuntibus, ſolam Africam remanſuram, vt quocumque Epiſcopi ex Africa mitterentur: Scriptum eſt, inquiunt, in Canticis Cantic. cap. 1. Sponſa id eſt Eccleſiâ dicente ad Sponſum: Annuntia mihi quem dilexit anima mea, vbi paſcis, vbi cubas in meridie? Hoc eſt vnicum teſtimonium, quod pro ſe iſti reſonare arbitrantur, eò quòd Africa in meridiana orbis parte ſit conſtituta: Vnde primùm quæro, quomodo Chriſtum interrogat Eccleſia, vt annuntiet ei vbi ſit Eccleſia: neque enim duæ, ſed vna eſt? &c. Iam iſta Eccleſia eſt quæ loquitur, & quærit vbi ſit Eccleſia in meridie. Neque enim interro- C gat, vbi paſcis, vbi cubas? & ei reſpondetur, in meridie. Tanquam ſponſus reſpondeat, in meridie paſco, in meridie cubo: ſed omnia iſta verba ad interrogationem pertinent, vbi paſcis, vbi cubas in meridie? Adhuc enim ipſa dicit; nè fortè fiam ſicut operta ſuper greges ſodalium tuorum? Iam verò ille reſpondet, niſi cognoueris temetipſam, &c.

Adnotat etiam propter partem Donati, fideles tranſmarinos aduentantes in Africam quærere à Chriſto, vbi paſcat in meridie; id eſt qui habeant Charitatem & non diuidant vnitatem. Et vide quid adjungat; (*Eccleſia in membris fidelibus*) nè fortè fiam velut operta ſuper greges ſodalium tuorum: id eſt velut latens & incognita, & non reuelata, &c. Non ſuper Gre- D gem tuum, ſed ſuper greges ſodalium tuorum; qui cùm primò tecum eſſent, extrà colligere voluerunt, non tuum gregem, ſed ſuos greges, &c. Non eſt autem iſta operta, quia non eſt ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt; & de illa dictum eſt, non poteſt Ciuitas abſcondi ſupra montem conſtituta. Sed Donatiſtis velut operta eſt, quia audiunt tam lucida, & manifeſta teſtimonia quæ illam toto orbe eſſe demonſtrant, & malunt clauſis oculis offendere in montem quàm in eum aſcendere, qui cùm eſſet lapis præciſus de monte ſine manibus, creuit & factus eſt mons ingens, & impleuit vniuerſam terram. Poteſt & alio modo intelligi; vbi paſcis, vbi cubas in meridie? ipſius enim vox eſt in Pſalmis; (*Pſal. ſcilicet 89.*) S. Auguſt. E ex perſona Moiſi famuli Dei. Dexteram tuam notam fac mihi, (*nota ad orientem conuerſo dexteram eſſe meridionalem plagam*) & eruditos corde in ſapientia: (*pondera quod dixit, corde; quòd ſit ſapida ſcientia, cor lætificans*) in illis enim meridies dicitur, propter ingentem ſapientiæ lucem; & ingentem Charitatis ardorem. Vnde quendam cùm exhortaretur Spiritus Dei ad bona opera, per Prophetam, (*Eſaiam cap. 58*) hoc illi etiam promittit: & tenebræ tuæ ſicut meridies erunt, &c. Si tanquam quærenti vbi paſceret, & vbi cubaret, de terreno loco reſponderetur, in meridie: non continuò Africam accipere deberemus. Africa enim in parte quidem meridiana mundi eſt, ſed ad Africum, non

ad Auſtrum, vbi verè meridies eſt. Ibi enim Sol facit medium diem; ſub qua cœli plaga potius Ægyptus inuenitur. Si ergo ſponſus ab ſponſa, tanquam de loco familiarius dilecto, & cubili quodam ſuo ſecreto interrogatus, reſponderet, eſſe in meridie; multò probabilius Eccleſia Catholica in his membris ſuis hoc agnoſceret, quæ ſunt in Ægypto, in milibus Seruorum Dei, qui per Eremum ſancta ſocietate viuunt, perfectionem præcepti, (*mitius dicam Conſilij*) Euangelici ſtudentes tenere, quo dictum eſt Matth. 19. ſi vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlis, & veni, ſequere me. Quantò enim melius ibi ſecretius paſcere, & accubare, id eſt requieſcere filius Dei dici poteſt, quàm in turbis inquietis furioſorum Circũcellionum, quod malum Africæ proprium eſt. Nam de Ægypto ita Eſaiàs prophetat cap. 19. Illo die erit altare Domini in regione Ægyptiorum, & titulus ad fines eorum Domino. & erit ſignum in æternum Domino, in Regione Ægyptiorum, &c. Et timebunt Ægyptij Dominum illo die, & facient ſacrificia, & vota promittent Domino, & reddent, &c. Quid ad hæc dicit? (*Donatiſta, vel Montaniſta*) quare non communicant Eccleſiæ, quæ prædicta eſt Ægyptiorum? Aut ſi præfiguratione propheticâ, Ægyptus mundum ſignificat, quare non communicant Eccleſiæ orbis terrarum?

S. Auguſt. *Et libro 2. cont. Creſconium Grammat. c. 36.* Hanc etiam B. Cyprianus ita commendat vt eam dicat Domini luce perfuſam radios ſuos per orbem terrarum porrigere, ramos ſuos per vniuerſam terram copia vbertatis extendere. *Quod attinet ad Epiſcopos quos Tertullianus errore Montani deceptus, excludit ab Eccleſia, cùm tamen ſint præcipua eius membra, quibus Concilia Nationalia, vel Generalia conſtant; præter iam dicta, conſulendus Aug. lib. 2. de Bapt. cont. Donatiſtas cap. 2. vbi ſic inducit Cyprianum*

S. Auguſt. *loquentem Iubaiano.* Nec quiſquam noſtrum Epiſcopum ſe eſſe Epiſcoporum conſtituit, (*id eſt, Papam, quem ſic & Tertull. vocat*) aut tyrannico terrore ad obſequendi neceſſitatem collegas ſuos adigit; quando habet omnis Epiſcopus pro licentia libertatis & poteſtatis ſuæ, arbitrium proprium (*forum, tribunal, Iudicium, Iuriſdictionem propriam*) tanquam iudicari ab alio non poſſit, quomodo nec ipſe poteſt alterum (*Epiſcopum*) iudicare: ſed expectemus vniuerſi iudicium Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui vnus eſt ſolus (*non intendit excludere Summum Pontificem Chriſti vicarium & Petri ſucceſſorem*) habens poteſtatem & præponendi nos in Eccleſiæ ſuæ gubernatione, & de actu noſtro iudicandi. *Et cap. 3. eiuſdem libri.* Epiſcoporum, inquit, literas quæ poſt confirmatum canonem (*librorum Scriptura Sancta*) vel ſcriptæ ſunt, vel ſcribuntur, & per Sermonem forte ſapientiorem cuiuſlibet in ea re (*qua tractatur in Synodis & Concilijs, ſicut tum agebatur de rebaptizandis hareticis, de qua quaſtione nihil Scriptura definierat*) peritioris; & per aliorum Epiſcoporum grauiorem authoritatem, doctiorumque prudentiam, & per Concilia licere reprehendi, ſi quid in eis forte à veritate deuiatum eſt: & ipſa Concilia quæ per ſingulas regiones & prouincias fiunt, plenariorum (*id eſt Generalium*) Conciliorum authoritati, quæ fiunt ex vniuerſo orbe Chriſtiano, ſine vllis ambagibus cedere, ipſaque plenaria ſæpè priora poſterioribus emendari, cùm aliquo experimento rerum aperitur quod clauſum erat, & cognoſcitur quod latebat, ſine vllo typho ſacrilegæ ſuperbiæ, ſine vlla inflata ceruice arrogantiæ, ſine vlla contentione liuidæ inuidiæ; cum ſancta humilitate, cum pace Catholica, cum charitate Chriſtiana. *Eorumdem Epiſcoporum, vt præcipuorum Eccleſia membrorum authoritatem confirmat ibidem cap. 4. vbi de eadem quaſtione tractat, quam Cyprianus non defendiſſet, ſi Concilij authoritas contrarium ſua opinioni ſanxiſſet.* Quomodo, inquit, Aug. potuit iſta res tantis altercationum nebulis inuoluta, ad plenarij Concilij luculentam illuſtrationem confirmationemque perduci, niſi primò diutius per orbis terrarum regiones, multis hinc atque hinc diſputationibus & collationibus Epiſcoporum pertractata conſtaret? Hoc autem facit ſanitas pacis; vt cùm diutius aliqua obſcuriora quæruntur, & propter inueniendi difficultatem, diuerſas pariunt in fraterna diſceptatione ſententias, donec ad verum liquidum perueniatur, vinculum permaneat vnitatis, nec in parte præciſa remaneat inſanabile vulnus erroris. Et ideo plerumque doctioribus minus aliquid reuelatur, vt eorum patiens & humilis Charitas, in qua fructus maior eſt, comprobetur: vel quo modo teneant vnitatem cùm in rebus obſcurioribus diuerſa ſentiunt: vel quo modo accipiant veritatem, cùm contra id quod ſentiunt, declaratum eſſe cognoſcunt. *En vt contra Tertull. & ſimiles hareticos, nec Eccleſia in paucis eſt ſed toto orbe diffuſa, & in Epiſcopis maxime eſt, non tantum ſingulis, ſed præcipuè in Concilijs ſiue Regionalibus, ſiue Generalibus Congregatis.*

ECSTASIS, AMENTIA, SPIRITVS PROPHETICVS MONTANI, ET VATVM EIVS, PRISCÆ, MAXIMILLÆ, ET SIMILIVM.

1. *De Anima cap. 9. circa m. Vide ſupra V. anima corporea 2. circa f.*

2. *Et de Reſur. cap. 11. à p.*

DE [1] quibus luculenter & [2] Paracletus per prophetidem Priſcam; [3] *Carnes ſunt, & carnem oderunt.* [4] Quam ſi tanta [5] auctoritas [6] munit, quanta illi ad [7] meritum ſalutis patrocinari [8] poſſit; &c.

3. *Et de Reſur. cap. 63. in f.*

Sed quoniam nec [9] diſſimulare Spiritum ſanctum oportebat, quò minus & eiuſmodi [10] eloquiis [11] ſuperinundaret, [12] quæ nullis hæreticorum [13] verſutiis ſemina 12. ſubſpargerent, immò & [14] veteres eorum ceſpites vellerent; idcirco iam omnes [15] retrò ambiguita-

[15] & quas volunt [16] parabolas, aperta atque perſpicua totius [17] ſacramenti prædicatione diſcuſſit, per nouam [18] prophetiam de Paracleto inundantem; cuius ſi hauſeris fontes, nullam poteris ſitire doctrinam; nullus te [19] ardor exuret quæſtionum; reſurrectionem quoque carnis vſquequaque potando, [20] refrigerabis.

4. *Et 4. contra Marc. cap. 22. à p.*

[a] *Faciamus hîc tria tabernacula, vnum tibi, & Moyſi vnum, & Eliæ vnum: ſed neſciens* à Luc 9. 33.
quid diceret. Quomodo neſciens? vtrumnè ſimplici errore, an ratione, quam defendimus in cauſa nouæ [21] prophetiæ, gratiæ [22] ecſtaſin, id eſt, [23] amentiam conuenire? in [24] Spiritu enim homo conſtitutus, præſertim quum [25] gloriam Dei conſpicit, vel quum per ipſum Deus [26] loquitur, neceſſe eſt [27] excidat ſenſu, [28] obumbratus ſcilicet virtute diuina; de [29] quo inter nos, & [30] Pſychicos quæſtio eſt. Interim facilè eſt amentiam [31] Petri probare. Quomodo enim Moyſem, & Heliam cognouiſſet niſi in ſpiritu? Nec enim imagines eorum, vel ſtatuas populus habuiſſet, & ſimilitudines, Lege [32] prohibente; niſi quia in ſpiritu viderat: & ita, quod dixiſſet, in ſpiritu, non in ſenſu conſtitutus, ſcire [33] non poterat.

5. *Et 5. cont. Marc. cap. 8. in f.*

Exhibeat itaque Marcion Dei [34] ſui dona, aliquos Prophetas, qui tamen non de humano ſenſu, ſed de Dei ſpiritu ſint locuti, qui & futura prænuntiarint, & cordis occulta
[35] traduxerint. Edat aliquem [36] pſalmum, aliquam viſionem, aliquam orationem, dum- 1. Cor. 14.
taxat ſpiritalem, in ecſtaſi, id eſt amentia, ſi qua [37] linguæ interpretatio acceſſit. Probet 26.
mihi, etiam [38] mulierem apud ſe prophetaſſe, ex illis ſuis ſanctioribus feminis; [39] magni ducam. Si hæc omnia facilius à me [40] proferuntur, & vtique [41] conſpirantia regulis, & diſpoſitionibus, & diſciplinis Creatoris; ſine dubio Dei [42] mei erit & Chriſtus, & Spiritus, & Apoſtolus, [43] habet profeſſionem meam, qui voluerit eam exigere.

6. *Et cont. Prax. cap. 1. circa f.*

Et nos quidem poſtea agnitio [44] Paracleti, atque defenſio, disjunxit à Pſychicis.

7. *Et ibidem in m.*

[45] Idem tunc [46] Epiſcopum Romanum, [47] agnoſcentem iam prophetias Montani, Priſcæ, Maximillæ, & ex [48] ea agnitione, pacem Eccleſiis Aſiæ, & Phrygiæ inferentem, falſa [49] de ipſis Prophetis, & Eccleſiis eorum adſeuerando, & [50] præceſſorum eius auctoritates defendendo, coëgit & litteras pacis reuocare iam emiſſas, & à propoſito recipiendorum chariſmatum [51] conceſſare.

8. *Et ibid. cap. 2. à p.*

Nos verò & [52] ſemper, & [53] nunc magis, vt inſtructiores per Paracletum, [54] dedu- Io. 16. 13.
ctorem ſcilicet omnis veritatis.

9. *Et ibid. cap. 30. in f.*

[55] Hic interim acceptum [56] à patre munus [57] effudit Spiritum ſanctum, tertium [58] no- Act. 2. 33.
men diuinitatis, & tertium [59] gradum maieſtatis, vnius prædicatorem [60] monarchiæ, ſed & [61] œconomiæ interpretatorem, ſi quis ſermones nouæ [62] prophetiæ eius admiſerit, &
deductorem omnis veritatis; quæ [64] eſt in Patre & Filio & Spiritu ſancto, ſecundùm Chri- Io. 16. 13.
ſtianum [65] ſacramentum, & cæt.

V. Infra. verbum Paracletus.

De Ecſtaſi, Amentia ſiue ſpiritu prophetico Montani & prophetiſſarum eius.

Schol. 1. 2. & ſeq.

1. P*Rimum textum habes alibi expoſitum in hoc Alphabeto in verbo Anima Corporea, Numero 2. circa f.*

2 [1] DE QVIBVS, *hæreticis ſcilicet carnis tanquam indignæ reſurrectionem negantibus.* [2] PARACLETVS, *in Montano loquens expreſſius quàm in Apoſtolis.* [3] CARNES SVNT, *cùm carne conſtent ſicut & cæteri,* A *carnem tamen odio habent, & ei reſurrectionis gloriam inuident, contra Pauli ſenſum dicentis ex communi naturæ ſenſu;* Nemo carnem ſuam odio habuit. [4] QVAM, *nempe carnem.* [5] TANTA AVTHORITAS, *Paracleti ſcilicet & Propheteſſa eius* Priſca. [6] MVNIT, *ſuſtinet, defendit, aſſerit reſurrecturam.* [7] AD MERITVM SALVTIS. *Redemptionis à corruptione mortis*

Per reſurrectionem, quàm caro per fides meritum glorioſam adeptura eſt. Vnde Paulus, Saluatorem expectamus, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ. [8]PATROCINARI. *Quaſi dicat, credentes Paracleto per Priſcam prophetanti, obſequio fidei, tantum ſibi comparare meritum, vt ipſa ſit aduocata apud Deum, quæ intercedat & obtineat à Deo glorioſam reſurrectionem.*

3 [9]DISSIMVLARE. *Tacere non decebat linguarum omnium donatorem.* [10]ELOQVIIS *Propheticis.* [11]SVPERINVNDARET, *præter dona Apoſtolis in aduentu ſuo collata, noua Montano ſibi dilecto ſuper Apoſtolos & abundantiora chariſmata largiri debuit.* [12]QVÆ SEMINA *Eloquiorum ſcilicet diuinorum.* [13]NVLLIS VERSVTIIS. *Nulla hæreticorum fraude, zizania immixta ſuffocarent.* Semen enim eſt Verbum Dei; *Quod hæreticorum errores ſubnaſcentes extinguere ſolent.* [14]VETERES CESPITES, *vt non tantum recens nata hæretica ſemina, ſed etiam inueteratos errores exſtirparent.* [15]RETRO, *quæ prius ambigua & incerta erant.* [16]PARABOLAS, *figuratè dicta vel intellecta.* [17]TOTIVS SACRAMENTI, *plena & explicita fidei.* [18]PER NOVAM *Montani & Propheti ſſarum eius.* [19]ARDOR. *Prurigo curioſitatis. Adeò plenè & clarè omnia fidei myſteria docet.* [20]REFRIGERABIS. *Solaberis fidem tuam, Animo quieto eris circa reſurrectionem carnis; vt cum Pſalmiſta dicas:* Caro mea requieſcet in ſpe. *Et rurſum;* in pace in idipſum, dormiam & requieſcam. Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.

4 [21]NOVÆ PROPHETIÆ *Montani & Propheti ſſarum eius.* [22]GRATIÆ ECSTASIN. *donum Spiritus Sancti.* [23]AMENTIAM, *qua mens ſupra ſe eleuatur ad viſiones.* [24]IN SPIRITV, *abſtractus à corporeis ſenſibus, in mentis exceſſu. Vnde Paulus:* Siue, inquit, mente excedimus, Deo. *Et Pſaltes:* Ego dixi in exceſſu meo. *Et iterum.* Ibi Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu. [25]GLORIAM DEI. *Qualem viderat Petrus* Chriſto *transfigurato, audita voce Patris æterni.* [26]DEVS LOQVITVR. *Vt per Prophetas.* [27]EXCIDAT SENSV, *non vt homo, neque humano ſenſu loquatur, oculo corporeo non ferente lucem, neque aure Sermonem diuinum. Inde Apoſtoli viſo Chriſto transfigurato, & audita Patris voce*, ceciderunt in facies ſuas. *Niſi manis Petrum excidiſſe ſenſu in amentiam illam raptum, de qua hic Tertullianus:* [28]OBVMBRATVS. *Non quod alludat ad nubem* lucidam quæ obumbrauit eos, *ſed quòd obtenebratus & excæcatus ſit* Petrus *nimia claritate faciei Chriſti.* [29]OB QVO, *ſcilicet raptu Petri, vel nouo Paracleto.* [30]PSYCHICOS animales non percipientes ea quæ ſunt ſpiritus. *Per quos intelligit Catholicos Romanos.* [31]PETRI AMENTIAM. *Exceſſum mentis D. Petri probat, quòd non potuiſſet niſi oculo mentis eleuato à Deo, cognoſcere Moyſem & Eliam Chriſto aſſiſtentes in transfigurationis gloria, quos nunquam viderat, vel pictos.* [32]LEGE PROHIBENTE, *imagines & ſimilitudines fieri. Abſolute id non prohibuerat Deus; ſed ne colerentur vt Deus. Nam & ſerpentem æneum iuſſit Moyſi conflari, ſicut & Cherubim.* [33]SCIRE NON POTERAT. *Cum nihil ſit in intellectu, naturaliter loquendo, quod prius non fuerit in ſenſu: vel quod ſcriptum ſit, quod* neſciebat Petrus quid diceret, *dum ait Chriſto:* Domine bonum eſt nos hic eſſe: ſi vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ vnum. *Eos enim non ſenſu corporeo tunc vidit, ſed in mentis & ſpiritus exceſſu erat. Neſciebat ergo ſecundum ſenſum corporeum quid diceret, cùm Moyſem & Eliam illic cum Chriſto cerneret, eiſque duo tabernacula facienda decerneret; ſed ſciebat ſpiritu & mente, per viſionem & reuelationem diuinam elevato.*

5 [35]DEI SVI *noui chariſmata.* [36]TRADVXERINT, *in medium protulerint, reuelauerint, manifeſtauerint.* [36]PSALMVM, VISIONEM, ORATIONEM, *purè mentalem, quam aliquis propheta Dei ſui, in Ecſtaſi, & mentis eleuatione ſupra ſeipſum protulerit.* [37]LINGVÆ INTERPRETATIO, *de qua Paulus.* Alii datur ſermo ſcientiæ, alii ſermo ſapientiæ, alii genera linguarum, alii interpretatio ſermonum. [38]ETIAM MVLIEREM. *Sicut apud Montanum Priſca & Maximilla.* [39]MAGNI DVCAM, *magni pendam, æſtimabo plurimum ex ſimilibus donis Spiritus, fidem, Eccleſiam, Deum Marcionis.* [40]PROBERVNTVR. *Exhibentur & probantur apud Deum Creatorem, fidem, & Eccleſiam eius.* [41]CONSPIRANTIA REGVLIS. *In nouo Teſtamento iuxta vetus hæc omnia ſibi inuicem reſpondent, vt ex conſenſu idem vtriuſque legis conditor agnoſcatur.* [42]DEI MEI, *Creatoris Chriſtus erit Filius, & Spiritus ab vtroque miſſus: & ipſe Paulus de omnibus eius donis aperte locutus.* [43]HABET PROFESSIONEM MEAM. *Nihil diſſimulo, hoc pleno ore confiteor, hæc eſt fides mea.*

6 [44]AGNITIO PARACLETI, *ab eo tempore quo partes Montani ſecutus eſt, & à communione fidelium receſſit, eos vocat animales, nec ſecundum ſpiritum, ſed ſecundum carnem viuentes.*

7 [45]IDEM, *Praxeas ſcilicet.* [46]EPISCOPVM ROMANVM, *quem alibi vocat Epiſcopum Epiſcoporum, ſicut poſt eum Cyprianus ſupra citatus præcedenti Scholio; cuius titulus eſt Eccleſia S. Ioannis Lateranenſis.* [47]AGNOSCENTEM. *Trahere nititur ad partes Montani Summum Pontificem.* [48]EX EA AGNITIONE, *propter cognitum Paracletum, id eſt Spiritum Montani ducem & doctorem, & agnita Montani cum Eccleſiis Aſiæ & Phrygiæ communicatione, quas error Montani iam infecerat.* [49]FALSA DE IPSIS. *Cum Praxeas videret Pontificem Maximum approbare prophetias Montani; & Eccleſias Aſiæ & Phrygiæ propter earum receptionem ad communionem & pacem Eccleſiæ Romanæ iam per Litteras admittere, eum à propoſito detornuit, falſa narrando ipſi tam de Prophetis, quàm de præfatis Eccleſiis.* [50]PRÆCESSORVM, *Pontificum Romanorum authoritatem tuendo, iam literas pacis & vnionis compulit reuocare, & eum à recipiendis & approbandis donis Spiritus Montani impediuit.* [51]CONCASSARE, *ſimul ceſſare, vna cum reuocatione literarum pacis.*

8 [52]SEMPER, *antehac, dum Catholici Romani eſſemus.* [53]ET NVNC, *relicta Romana Eccleſia.* [54]DEDVCTOREM, *Doctorem. Quaſi de Montano prædixerit Chriſtus:* Cum venerit Paracletus, &c. docebit vos omnem veritatem.

9 [55]HIC, *Chriſtus.* [56]ACCEPTVM. *Aduerte Spiritum Sanctum à Chriſto, vt Deus eſt, potius accepiſſe & ſimul à Patre, dicente Filio:* Ille de meo accipiet, & annuntiabit vobis; *vt hominem verò accepiſſe à Spiritu Sancto. Hinc Pſaltes:* Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem, accepiſti dona in hominibus. *Quem in locum Auguſtinus, in Pſal. 67.* Nec moueat quod Apoſtolus idem teſtimonium commemorans, Epheſ. 4. non ait, accepiſti dona in hominibus; ſed, dedit dona hominibus. Ille quippe authoritate Apoſtolicâ, ſecundùm hoc locutus eſt, quod Deus Filius cum Patre fecit: ſecundùm hoc quippe dedit dona hominibus, mittens eis Spiritum Sanctum, qui Spiritus eſt Patris, & Filii. Secundùm illud verò quod idem ipſe Chriſtus in corpore ſuo intelligitur, quod eſt Eccleſia, propter quod & membra eius ſunt Sancti, & fideles eius: Vnde eis dicitur 1. Cor. 12. Vos autem eſtis Corpus Chriſti, & membra de membro: procul dubiò & ipſe accepit dona in hominibus; Chriſtus quippe aſcendit

Aug.

in Cœlum, & ſedet ad dexteram Patris; ſed niſi & hic eſſet in terris, non inde clamaſſet, Saule, Saule, quid me perſequeris? Cùm ergo idem ipſe dicat: quando vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Quid dubitamus eum accipere in membris ſuis, quæ dona membra eius accipiunt? *Eſt & alius ſenſus: accepiſti in hominibus, id eſt tu ipſe inter homines factus homo accepiſti, primò conceptus, plenitudinem omnium donorum Spiritus.* [57] MVNVS. *Donum.* [58] TERTIVM NOMEN, *quia tertia eſt perſona Trinitatis, & idem cum Patre, & Filio Deus.* [59] TERTIVM GRADVM, *non quòd ſit inferior, ſed quia tertia perſona procedit à Patre & Filio, æqualis gloriæ, & coæternæ maieſtatis.* [60] VNIVS MONARCHIÆ, *vnica diuinitatis, mundum regentis.* [61] OECONOMIÆ, *prouidentia circa regnum Eccleſiæ. Docuit enim Paulus, vnum eſſe Deum, vnam fidem, vnam Eccleſiam.* [62] NOVÆ PROPHETIÆ, *Montani.* [63] CHRISTIANVM SACRAMENTVM *iuxta fidem Chriſtianorũ.* [64] QVÆ EST IN PATRE, *Pater verax, Filius veritas, Spiritus Sanctus, Spiritus veritatis, qui à Patre, Filioque procedit. Vide infrà plura, verbo, Paracletus.*

De ecſtaſi, ſiue amentiâ Propheticâ. & huiuſmodi viſionibus doctè tractat Aug. tom. 4. lib. 1. ad Simplicianum: quæſt. 1. vbi ex primi Regum 10. de Saule dicitur: Inſiluit Spiritus Domini in Saül, & prophetauit in medio eorum. Hoc quidem, inquit, non puto habere aliquid quæſtionis; Spiritus enim vbi vult ſpirat, Io. 3. & Spiritum Prophetiæ, nullarum animarum poteſt maculare contactus. Attingit enim vbique propter ſuam munditiam. Sap. 7. Afficit enim omnes, non eodem modo, ſed alios per informationem ſpiritus eorumdem hominum, vbi rerum demonſtrantur imagines: alios per fructum mentis *(profectum & progreſſum)* ad intelligentiam: alios vtraque inſpiratione: alios etiam neſcientes: *(ſicut ſupra de Petro retulit Tertullianus)* per informationem ſpiritus, duobus modis. Aut per ſomnium; ſicut non ſolùm plerique Sancti, ſed & Pharao, & Nabuchodonoſor, vterque vidit quod nemo eorum intelligere valebat, ſed tamen vterque videre poterat. Aut per demonſtrationem in ecſtaſi, quod nonnulli Latini ſtuporem interpretantur, minùs ſi propriè, ſed vicinè tamen, cùm ſit alienatio à ſenſibus corporis, vt ſpiritus hominis diuino Spiritu aſſumptus, capiendis atque intuendis imaginibus vacet: *(& hoc Petro Moyſem, & Eliam prius non agnoſcenti congruit)* ſicut Danieli demonſtratum eſt quod non intelligebat, & Petro illud vas ſubmiſſum de cœlo quatuor initiis: Nam & ipſe quid illa demonſtratio figuraret, poſtea cognouit. Per fructum autem mentis ad intelligentiam: vno modo, cùm hæc ipſa quæ demonſtrantur imaginibus, quid ſignificent, & quò pertineant, reuelantur: Quæ certior prophetia eſt. Nam magis ipſam vocat Apoſtolus prophetiam 1. Cor. 15. Sicut Ioſeph meruit intelligere, quod Pharao non niſi videre; Et Daniel exponit Regi, quod ille cernit, & neſcit. Cùm verò ita mens afficitur vt non rerum imagines coniecturali examinatione intelligat, ſed res ipſas intueatur, ſicut intelligitur ſapientia, & iuſtitia, omniſque incommutabilis & diuina ſpecies, ad prophetiam de qua nunc agimus, non pertinet. Vtroque autem munere prophetiæ donandi, qui & rerum imagines in ſpiritu vident, & quid valeant ſimul intelligunt, &c. Neſcientes autem afficit prophetiæ ſpiritus, ſicut Caiphas cùm eſſet Pontifex prophetauit de Domino, quòd expediret vnum mori pro tota gente; cùm aliud in verbis quæ dicebat attenderet, quæ non ſe à ſeipſo dicere neſciebat. *Et eodem tom. 4. lib. 1. quæſt. in Gen. q. 80.* Quod

Ecc. Tertull.

habent Latini codices, expauit autem Iſaac pauore magno valde, &c. Gen. 27. tanta commutatio intelligitur vt quædam mentis alienatio ſequeretur. Ipſa enim propriè dicitur Ecſtaſis. Et quia ſolet in magnarum rerum reuelationibus fieri, in hac intelligendum eſt factam eſſe ſpiritalem admonitionem, vt confirmaret benedictionem ſuam filio ſuo minori, cui potius iraſcendum fuit, quòd feſellerit Patrem.

De ſpiritu prophetiæ conſulendus Auguſtinus tom. 3. lib. 12. de Gen. ad lit. vbi inter cætera cap. 9. ex Gen. 41. Magis Ioſeph Propheta, qui intellexit quid ſignificarent ſeptem ſpicæ, & ſeptem boues, quàm Pharao qui eas vidit in ſomniis. Illius enim ſpiritus informatus eſt, vt videret, huius mens illuminata, vt intelligeret, &c. Sed & maximè Propheta qui vtroque præcellit: vt & videat in ſpiritu corporalium rerum ſignificatiuas ſimilitudines, & eas viuacitate mentis intelligat, ſicut Danielis excellentia tentata & probata, qui Regi & ſomnium quod viderat dixit, & quid ſignificaret, aperuit. Et ipſæ quippe imagines corporales in ſpiritu eius expreſſæ ſunt, & earum intellectus reuelatus in mente. *Et cap. 11. de viſione Balthazar Dan. 5. de digitis ſcribentibus in pariete, cuius viſionem ſimiliter expoſuit Daniel. Et cap. 12.* Quando, inquit, penitus auertitur atque abripitur animi intentio à ſenſibus corporis, tunc magis ecſtaſis dici ſolet. Tunc omnino quæcumque ſint præſentia corpora, etiam patentibus oculis non videntur, nec vllæ voces prorſus audiuntur; totus animi contuitus, aut in corporum imaginibus eſt per ſpiritalem, aut in rebus incorporeis nulla corporis imagine figuratis per intellectualem viſionem. *Exemplum refert cap. 17. pueri Hipponenſis ægroti, & in cruciatibus ingentibus abrepti ab omnibus ſenſibus, & ad nullam vellicationem ſe mouentis, qui ad ſe rediens, dicebat ſe frequenter videre duos: vnum prouectæ ætatis, alterum puerum, à quibus ſe audiſſe, & vidiſſe mira narrabat, & inter cætera viſa in illa ecſtaſi, die Paſcha,* vidit, inquit, Chorum piorum pſallentium, lætantium in luce mirabili, & impiorum in tenebris diuerſas & atrociſſimas pœnas, &c. *Accepit autem ab eis conſilium vt in mare pube tenus intraret, & inde graues illos dolores ceſſaturos, atque ita ſecutum eſt. Et ibid. concludit Auguſtinus.* Poſtea, inquit, Medicis cæteris curantibus & ſanantibus, non permanſit in propoſito ſanctitatis. *Vbi inſinuat viſionibus illis permotum, concepiſſe propoſitum Eremiticam vitam ſub Regula noſtra profitendi, quod poſtea non impleuit. Nec præteribo quod eodem lib. 12. de Gen. ad lit. cap. 13;* Non mirum eſt, inquit, ſi etiam dæmonium habentes aliquando vera dicunt quæ abſunt à præſentium ſenſibus: quod certe neſcio qua mixtura eiuſdem ſpiritus fit, vt tanquam vnus ſit patientis atque vexantis. Cùm autem ſpiritus bonus in hæc viſa humanum ſpiritum aſſumit aut rapit, nullo modo illas imagines ſigna rerum aliarum eſſe dubitandum eſt, ſed earum quas noſſe vtile eſt, Dei enim munus eſt. Diſcretio ſanè difficillima eſt, cùm ſpiritus malignus quaſi tranquillus agit, ac ſine aliqua vexatione corporis, aſſumpto humano ſpiritu dicit quod poteſt. Quando etiam vera dicit, & vtilia prædicat, transfigurans ſe, ſicut ſcriptum eſt, velut in Angelum lucis, ad hoc, vt cùm illi in manifeſtis bonis creditum fuerit, ſeducat ad ſua; Hunc diſcerni non arbitror, niſi dono illo, de quo ait Apoſtolus dum de diuerſis Dei muneribus loqueretur, alii diſcretio ſpirituum. Non enim magnum eſt tunc eum diſcernere, cùm ad aliqua peruenerit, vel produxerit quæ ſunt contra bonos mores, vel regulam fidei: tunc enim à multis diſcer-

nitur. Illo autem dono, in ipſo primordio quo multis adhuc bonus apparet, continuò dijudicatur, an malus ſit. *Hoc prorſus dono carnis Tertullianus, qui non diſcrevit ſpiritum malum in Montano, Priſca, & Maximilla, loquentem & ſub ſpecie boni, prapoſtera caſtitatis, & abſtinentia ſeducentem. Euſeb. l. 5. cap. 17. narrat Zoticum Epiſcopum Comana, cùm Pepuzam veniſſet ſpirituum vtique diſcretione, deprehen-* A *diſſe in Maximilla prophetare volente, ſpiritum inſanum & malignum. cap. autem 18. ex relatione Serapionis Epiſcopi Antiocheni, Beatum Sotam à Montaniſtis prol obitum, in Anchiato, à Priſca altera Montani propheteſſa abreptitia, dæmonium quo agebatur, abigere. Qui plura voles de Ecſtaſi conſulas Auguſtinum, in Pſal. 30. & 67. vbi agit de exceſſu & ecſtaſi Pauli, & tom. 10. ſer. 63. de verbis do. cap. 6. in p.*

FILIVS DEI SEMPER ANTE INCARNATIONEM VISVS A PATRIBVS, IN VERA, ETSI NONDVM NATA CARNE.

1. *Cont. Iud. cap. 9. à m.*

Exo 3. 2. & 4. 5. & 6. 3. & ſeq. a Exo. 33. 20 — QVi[1] ad Moyſem loquebatur, ipſe erat Dei filius, qui & ſemper[2] videbatur. [a] *Deum enim*[3] Patrem *nemo vidit vnquam, &*[4] *vixit*: & ideo[5] conſtat ipſum Dei filium Moyſi eſſe loquutum.

2. *Et de car. Chri. cap. 6. V. verbum Trin. 2. perſ. num. 10. in Omniloq.*

3. *Et 2. Cont. Marc. cap. 27. à p.*

Gen. 1. 9. Gen. 11. 7. Io. 1. 1 Pſal. 8. 7. — Profitemur Chriſtum ſemper[6] egiſſe in Dei Patris nomine; ipſum ab initio conuerſatum; ipſum[7] congreſſum cum Patriarchis, & Prophetis, filium Creatoris,[8] Sermonem eius, quem[10] ex ſemetipſo[9] proferendo filium[11] fecit, & exinde omni[12] diſpoſitioni ſuæ voluntatique[13] præfecit; &c. Ceterùm, patrem nemini viſum, etiam[14] commune teſtabitur euangelium, dicente Chriſtò, [a] *Nemo*[15] *cognouit Patrem niſi filius*; Ipſe[16] enim & veteri Teſtamento pronuntiarat: [b] *Deum nemo videbit, & viuet*; patrem inuiſibilem determinans, in cuius auctoritate & nomine, ipſe erat Deus qui videbatur, Dei filius.

a Luc. 10. 22 b Exod. 33. 20.

4. *Et ibid. à m.*

Quæcunque[17] exigitis Deo[18] digna,[19] habebuntur in patre inuiſibili,[20] incongreſſibilique, & placido, & (vt ita dixerim)[21] philoſophorum Deo. Quæcunque autem vt indigna reprehenditis,[22] deputabuntur in filio, & viſo, & audito, & congreſſo, arbitro patris, & miniſtro,[23] miſcente in ſemetipſo hominem & Deum; in virtutibus, Deum; in[25] puſillitatibus, hominem; vt tantum homini conferat, quantum Deo[24] detrahit.

5. *Et 3. cont. Marc. cap. 6. à m.*

Nos quidem certi, Chriſtum ſemper in[26] Prophetis locutum,[27] ſpiritum ſcilicet Creatoris, ſicut[28] Propheta teſtatur, [a] *Spiritus*[29] *perſona eius, Chriſtus Dominus*, qui ab initio vicarius[30] patris, in Dei nomine & auditus ſit, & viſus; ſcimus ipſius voces eiuſmodi fuiſſe iam tunc Iſraëli exprobrantis, quæ in illum commiſſuri[31] prædicabantur, [b] *Dereliquiſtis Dominum, & in iram prouocaſtis Sanctum Iſraël.* Si verò non in Chriſtum, ſed in ipſum potius[32] Deum volueris referre, omnem Iudaïcæ ignorantiæ de[33] priſtino reputationem, nolens etiam retro ſermonem, & ſpiritum, id eſt, Chriſtum Creatoris deſpectum ab eis, & non agnitum, ſic[34] quoque reuinceris.

a Thren. 4. 20. b Eſa. 1. 4.

6. *Et 3. cont. Marc. cap. 9. circa f.*

Gen. 18. 1. — [35] Ipſe cum angelis tunc apud Abraham in[36] veritate quidem carnis apparuit, ſed nondum natæ; quia nondum moriturę; ſed & diſcentis[37] iam inter homines conuerſari.

7. *Et 3. cont. Marc. cap. 10. à p.*

Quomodo inter homines conuerſaretur, niſi per[38] imaginem ſubſtantiæ humanæ? Cur ergo non potius per veritatem? vt verè conuerſaretur, ſi neceſſe habebat conuerſari: quanto dignius[39] neceſſitas fidem, quàm[40] ſtropham,[41] adminiſtraſſet?

8. *Et 5. cont. Marc. cap. 19. V. verbum Trinitatis ſecunda perſona numero 9.*

10. *Et cont. Prax. cap. 14. & 15. V. verb. Trinitatis ſecunda perſona filius. num. 7. in Omniloq.*

11. *Et Cont. Prax. cap. 16. V. Ibid. num. 8.*

Filius Dei ante Incarnationem ſemper viſus à Patribus, &c. Schol.

2 [1]QVI AD MOVSEM. *Motus quippe affli-ctione populi inter ſpinas anguſtia captiuitatis Ægypti, & in coquendis lateribus deſudantis, ſicut ignis in rubo apparuit, qui debebat ſpinis coronari, totus ardens amoris igne in rubo crucis.* [2]SEMPER VIDEBATVR, *quoties Deus Patribus in veteri Teſtamento loquebatur & apparebat.* [3]PATREM, *de ſuo hoc addit.* [4]ET VIXIT, *vulgata,* Non videbit me homo & viuet. *Exod.* 33. 20. [5]IDEO CONSTAT. *Quia Moyſes poſt viſum filium vixit, Diuinitas quidem Filij & Spiritus Sancti cum eadem ſit, qua Patris, tota Trinitas vnus Deus, homini mortali quandiu viuit, eſt inuiſibilis. Et vt Moyſi dixit:* Solue calceamentum tuum de pedibus tuis, *exuenda eſt mortalis hæc pellis, antequam Dei eſſentia videri poſſit.* Poſteriora, inquit, B mea videbis: *(id eſt humanitatem meam, vel eius repreſentationem.)* Faciem autem meam *(qua ſimilis ſum Patri, & Imago eius)* videre non poteris.

3 [6]SEMPER EGISSE, *in veteri Lege negotiatum eſſe pro Patris gloria, & ipſius perſonam repræſentaſſe.* [7]CONGRESSVM, *familiariter collocutum & conuerſatum.* [8]SERMONEM. *Verbum humano modo cum hominibus ſermocinatum.* [9]PROFERENDO, *dicendo, producendo.* [10]EX SEMETIPSO, *ex ſua ſubſtantia, ſine matre.* [11]FECIT, *late, pro* genuit. *Vel fecit ſermonem, in quantum hominem fecit. In quo qui prius* loquebatur in Prophetis, nouiſſimè locutus eſt in Filio, *eum proferendo, id eſt ad extra mittendo, cùm incarnatus eſt.* OMNI DISPOSITIONI, *prouidentia* C *circa hominem, & œconomia ſalutis humani generis, eum caput Angelorum & hominum, omni Eccleſia triumphanti, & militanti præficiendo.* [13]VOLVNTATI, *ſi enim* voluntatem timentium ſe faciet, &c. *quantò magis eius quem* repleuit ſpiritus timoris Domini? *Qui & confidenter dixit:* Volo Pater, vt vbi ego ſum, illic ſit & miniſter meus.

[14]COMMVNE. *Nempe Lucæ, quod & Marcionitæ, truncatum tamen ex parte, nobiſcum recipiunt.* [15]NEMO COGNOVIT. *Luc.* 10. 22. Nemo ſcit quis ſit Pater, niſi Filius, & cui voluerit filius reuelare. [16]IPSE ENIM. *Filius Creatoris.*

4 [17]EXIGITIS, *ô Marcionitæ.* [18]DEO DIGNA, D *quaſi indignum ſit Deo ad hominum conuerſationem toties in veteri teſtamento deſcendiſſe, imò verò tantò digniorem amore noſtro, & æſtimatione ſe præſtitit, quanto pro nobis indigna ſuſcepit.* [19]HABEBVNTVR. *Credentur de Patre dicta eſſe, in veteri Lege.* [20]INCONGRESSIBILI ET PLACIDO. *Qui nec cum Iacob luctando congreſſus eſt, nec iratus Adæ, Sodomis, toti orbi diluuio deleto.* [21]PHILOSOPHORVM, *Epicureorum, qui Deum quietum, placidum, otioſum, humana negligentem fingunt: ſicut apud Iob Impij dicunt:* Super cardines Cœli ambulat, & noſtra non conſiderat. [22]DEPVTABVNTVR, *Imputabuntur, attribuentur Filio.* [23]MISCENTE, non confuſione ſubſtantiæ, ſed vnitate perſonæ. [24]DEO DETRAHIT. E *Veſtro ſenſu: noſtro autem tantum videtur detrahere, cum ſit immutabilis.* [25]PVSILLITATIBVS. *Infirmitatibus, humiliationibus.*

5 [26]IN PROPHETIS, *apud Prophetas, & per eos.* [27]SPIRITVM CREATORIS. *Sic frequenter vocat Filium, non confundens eum cum perſona Spiritus Sancti, ſed Spiritum dicit, Deum de Deo, quia Io.* 4. Deus Spiritus eſt. [28]PROPHETA, *Ieremias, in Lament. cap.* 4. 20. *Quem alibi habes expoſitum in omniloquio.* [29]SPIRITVS PERSONÆ, *perſona diuina Patrem repræſentans, cuius Imago eſt,* [30]VICARIVS, *vices ge-* A *rens & negotia peragens Patris.* [31]PRÆDICABANTVR, *prædicebantur.* [32]IN IPSVM DEVM, *Creatorem & Patrem.* [33]DE PRISTINO. *Si, vt soletis Marcionitæ, Dei noſtri Creatoris ſeueritatem ſic arguitis, vt velitis iuxta veteres reprehenſiones ab eo ſaltem de cæcitate & ignorantia Iudæorum, Deum Patrem ab Eſaia inductum, qui ægre tulerit Chriſtum filium ſuum ab eis ignorari & contemni, ſicut antea fecerant.* [34]SIC QVOQVE REVINCERIS, *conuinceris Dei Creatoris Filium eſſe, cuius cauſam & honorem Creator tuetur.*

6 [35]ET IPS[E], *Filius.* [36]IN VERITATE, *in vera carne, licèt nondum ex Matre Virgine nata. Ideo præmiſit ſuum errorem de Angelis in vera carne apparentibus, vt contra Marcionem veram Chriſti carnem* B *probaret, qui erat Angelus teſtamenti noui, per Angelos veteris ſignificatus.* [37]DISCENTIS. *Quaſi iam tum tyrocinium exerceret, & diſceret cum hominibus conuerſari, iuxta Baruch.* 3. 38. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.

7 [38]PER IMAGINEM. *Qua videri poſſet, repræſentatus in vera licet nondum nata carne.* [39]NECESSITAS. *Humana ſalutis per fidem procurandæ.* [40]ADMINISTRASSET, *præparaſſet fidem futuræ incarnationi.* [41]QVAM STROPHAM, *picturam, phantaſma, mimicam, & fabuloſam repræſentationem: nec enim Deum verum decebat carnem mentiri.*

De apparitionibus Filij in veteri Teſtamento ſæpius egit Auguſtinus, inter cætera, tom. 4. lib. qq. ex nouo S. Aug.
C *Teſtamento, quæſt 88.* Si, inquit, maior gratia, & manifeſtatior intelligentia in nouo eſt, quàm in veteri Teſtamento, quare Eſaias Propheta cap. 6. ſedentem in throno maieſtatis vidit Deum Sabbaoth, qui eſt Chriſtus, iuxta interpretationem Ioannis Euangeliſtæ? Dixit enim inter cætera *(verſu 41)* Hæc locutus eſt Eſaias, quando vidit Majeſtatem eius, & locutus eſt de eo. In nouo autem Stephanus primus Martyr ſtantem ſe vidiſſe dicit Ieſum à dextris Dei. Quid eſt iſtud, vt hîc ſubiectus videatur poſt triumphos, *(quod & Paulus aduertit dicens: Cùm Pater ei ſubiecerit omnia, ipſe ſubiectus erit ei: propter carnem ſcilicet aſſumptam, in qua ſemper* D *minor erit Patre)* & illic quaſi Dominus antequam vinceret? prout cauſa erat, feciſſe ita & Dominus ſe oſtendit. Prophetæ enim viſus eſt quaſi Rex corripiens plebem; & hoc ſe oſtendit quod erat, hoc eſt ſedentem; in pace enim erat cauſa diuinitatis eius. *(Nullus de Filij diuinitate controuerſiam mouebat. Addo & ſedentem vt Iudicem omnium viuorum & mortuorum à Patre non iudicante quemquam conſtitutum.)* Stephano autem vt ſtans appareret, fecit calumnia Iudæorum. *(Qui blaſphemum Chriſtum dixerant quod Filium Dei ſe diceret)* in Stephano autem Saluatoris cauſa vim patiebatur. Ideo ſedente Iudice Deo, ſtans apparuit, quaſi qui cauſam diceret: & quia bona cauſa eius eſt *(ob vnitatem perſonæ ad æqualitatem gloriæ aſſumentis naturam huma-* E *nam, de qua & Stephanum vt blaſphemum lapidabant)* ad dexteram Iudicis erat. Omnis qui cauſam dicit, ſtet neceſsè eſt. *Et tom. 6. lib. 3. contra Maximinum Arrianorum Epiſcopum, cap. 26.* Poſtrema, S. Auguſt.
inquit, tibi diſputatio fuit, quomodo ſit Deus Patribus viſus, quando corpus humanum, in quo videretur, nondum acceperat Chriſtus, cùm inuiſibilis ſit per ſeipſam diuina natura. Quod cùm etiam tu ita confeſſus fueris, vt inter cætera, non ſolum Patrem, ſed nec ipſum Filium in ſubſtantia diuinitatis ſuæ diceres eſſe viſibilem, non ſolùm hominibus ſed nec

ipſis cœleſtibus poteſtatibus: poſtea mutata ſententia, dicis eum & ante incarnationem ſuam conſpectibus apparuiſſe mortalium: aſſerens illud quod ait Apoſtolus, quem nemo hominum vidit, nec videre poteſt, de ſolo Deo Patre dictum eſſe: Filium verò ex initio generis humani ſolitum eſſe videri ab hominibus. *Deinde videt eum, quòd fruſtra id probare contendat ex Deo loquente cum Adam, vel quaſi dicente Patre Filio, faciamus hominem; & de Filio dictum ſit quaſi minore Patre, & ei parente: & fecit Deus hominem; quod retorquet in eum, quod ſtultè dicat, Filium dixiſſe Patri,* Faciamus ei adiutorium. *Pater autem, immiſerit ſoporem in Adam; unde colligit Aug. contra Maximinum, Patrem quoque minorem Filio, quòd ei obedierit. Si enim pro libito nomen Dei, Patri applicat, ad quem Scriptura non determinat, & reſtringit hanc vocem; benè concludit ex eo quòd Scriptura dicit,* & immiſit Deus ſopotem in Adam, *Deum Patrem hic quoque intelligi filio parentem. Nec ex voce Dei audita ab Adam, concludi poteſt, viſum ab eo Dei filium. Sicut nec ex tribus Angelis ad quercum Mambre Abrahe apparentibus.* Neque, inquit, hic expreſſum eſt, vtrum Pater, an filius, cum autem narraret Scriptura, quomodo ei viſus ſit Deus, tres viros illi apparuiſſe declarat, in quibus magis ipſa Trinitas quæ vnus eſt Deus, intelligi poteſt. Denique tres videt, & non Dominos, ſed Dominum Appellat, quoniam Trinitas tres quidem perſonæ ſunt, ſed vnus Dominus Deus.

S August. *Similiter & de duobus Angelis ad Loth venientibus Gen. 18. 20. vbi Deus dicit Abraha de peccato Sodomorum clamante* deſcendens videbo, ſi ſecundùm clamorem ipſorum venientem ad me, conſummantur. *Poſtea tamen non ipſe, ſed duo Angeli deſcenderunt ad Loth, de quibus Paulus Hebr. 13. 2. vbi de hoſpitalitate loquens, ait, de Abraham & Loth:* Per hanc, quidam neſcientes, hoſpitio receperunt Angelos. *Et concludit Auguſtinus.* Ecce, inquit, vbi apparet Gen. 19. illud incendium Sodomorum per Angelos factum, quos miſit Dominus, in quibus tamen & ipſe erat. Neque enim ſic mittit ſuos, vt recedat ab eis. In his ergo deſcendit in Sodomam, quod ſe facturùm eſſe prædixerat, quando cum Abraham loquebatur: quod poſteaquam fecit, abiiſſe ipſe dictus eſt, & Angeli veniſſe in Sodomam ad veſperam, &c. Dixit Loth ad illos: oro Domine, quia inuenit puer tuus miſericordiam ante te, &c. Sequitur Scriptura, & ei dicit eſſe reſponſum: Ecce miſeratus ſum faciem tuam, &c. Agnouit ergo Loth vnum Deum in Angelis duobus, ſicut Abraham vnum agnouit in tribus, &c. Quid ſibi ergo vult iſta viſibilis Trinitas, & intelligibilis vnitas, niſi vt nobis inſinuaretur, quod ita tres eſſent pariter, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, vt tamen ſimul, non tres Dii, & Domini eſſent, ſed vnus Dominus Deus, &c. vbi mihi videntur per duos Angelos Loth, ſignificari Filius, & Spiritus Sanctus, quoniam ſe illi Angeli miſſos eſſe dixerunt; & de Trinitate quæ Deus eſt, ſolus Pater non legitur miſſus; leguntur autem miſſi & Filius, & Spiritus Sanctus, quorum non ideo eſt diuerſa natura: Nam & illi viri per quos ſignificati ſunt, vnius erant eiuſdemque naturæ. *Sic proſequitur quod Io. 8 dixit Chriſtus de die ſuo viſo ab Abraham.* O diſputare! inquit, ô probare promiſſa! quaſi dixerit Dei Filius: Abraham Pater veſter concupiuit me videre, (*& non potuit, exultauit vt videret diem meum, &c.*) & vidit, & gauiſus eſt, &c. Cur non diem Chriſti intelligimus tempus Chriſti, quo erat venturus in carne, quod & Abraham, ſicut & alii Prophetæ in ſpiritu potuit videre, atque gaudere? *Sed & diem vidit*

A *quando vidit filium ſuum Iſaac ligna portantem* Iſaac, inquit, filius Abrahæ, quid erat in figura, niſi Chriſtus, quando ſicut ouis ad immolan[dum] duct[us] eſt, & quando ſicut Dominus crucem ſuam, ita & ipſe ſibi, quibus fuerat imponendus, ligna portabat? Poſtremò quid miramur per Angelum figuratum eſſe Ieſum, ſi non ſolùm per hominem, verùm etiam per pecudem figuratus eſt? Nam quis alius erat ille aries, qui cornibus tenebatur in vepre, niſi Chriſtus Crucifixus, vel ſpinis coronatus? hunc autem arietem pro filio, cui parcere iuſſus eſt, immolauit Abraham. Ita enim homini patri Deus iuſſit, vt tamen ex pecude, propter paſſionem Chriſti quæ illo modo prænuntiabatur, myſterium ſacri ſanguinis impleretur.

B *Ibidem paulò ſupra de Iacob luctante cum Angelo, quem Scriptura Gen. 32. 24. hominem dicit, & Deum; de quo, Iacob ait,* Vidi Deum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea: *Subiicit ex Oſea, Deum & Angelum vocari; quia* præualuit Deo Iacob, & confortatus eſt cum Angelo, & potuit. Non abſurdè, *inquit,* Chriſtus intelligitur figuratus, propter Prophetiam futura nuntiantem, quia futurum erat, vt Iacob in filiis ſuis, qui crucifixerunt Chriſtum, præualuiſſe Chriſto videretur: & in filiis ſuis videret Chriſtum facie ad faciem, & ſalua fieret anima Iſraëlitarum, qui fideliter hoc viderunt. *Deinde concludit, ex his figuris, non ſequi veritatem carnis Chriſti apparuiſſe hominibus.* Si, inquit, putas proprietate, Aug.

C non figura, Chriſtum fuiſſe Angelum, qui luctatus eſt cum Iacob: potes dicere, proprietate, non figura, Chriſtum fuiſſe arietem, quem Patriarcha immolauit Abraham; potes poſtremò dicere, proprietate, non figurâ Chriſtum fuiſſe petram, quæ percuſſa ligno ſitienti populo potum largiſſimum fudit. 1. Cor. 10. 4. &c. Figuræ iſtæ, non res ipſæ fuerunt, &c. quæ figuræ per ſubiectam Deo creaturam, & maximè per Angelorum miniſterium, mortalium exhibebantur aſpectibus, Dei quidem agente potentiâ, ſed tamen latête naturâ ſiue Patris, ſiue Filii, ſiue Spiritus Sancti, &c. *Soli Patri (non apparenti hominibus) putaſti eſſe tribuendum quod ſcriptũ*

D *eſſe dixiſti:* Ego ſũ qui ſũ, & non ſum mutatus: quaſi Filius, vel Spiritus Sanctus ſit mutatus, quando viſibiliter apparuit, vel ille quòd conſtat natus ex fœmina, vel iſte in ſpecie columbæ, aut igneis linguis ſe humanis aſpectibus monſtrans. *De Chriſto item ait à Paulo, Hebr. 1. 10. Ipſi applicatum illud Pſalmi* 101. Cœli mutabuntur, tu autem idem ipſe es. *Dehinc ad Maximinum conuerſus,* Tu ideo ſoli Patri aſſignaſti, vt in ſua ſubſtantia crederetur eſſe mutabilis Filius, tanquam ita ſuſceperit hominem, vt in hominem verteretur. Hanc tantam blaſphemiam non emendabis, niſi credideris in aſſumptione hominis acceſſiſſe Filio quod non erat, non autem receſſiſſe, vel defeciſſe quod erat. *Tandem quærit,*

E *Pater aut Filius, Exodi 3. 2. in Rubo apparuit Moyſi?* Apparuit illi Angelus Domini in flamma ignis de Rubo. In Angelo autem Deum fuiſſe quis dubitet? ſed quis Deus erat? Vtrum Pater, an Filius? dicturus es, Filius: non vis enim Patrem vllo modo, vel per ſubiectam creaturam viſibus apparuiſſe mortalium. Sed quodlibet horum eligas, ad vtrumque reſpondeo. Si Pater erat, apparuit & Pater hominibus. Si Filius erat, non mutatur & Filius. Ibi enim, cùm quæſiſſet Moyſes, quis eſſet qui eum mitteret; ille reſpondit, Ego ſum, qui ſum. Quod quid eſt aliud niſi mutabilis non ſum, ſicut Propheticum teſtimonium ipſe poſuiſti. *Et paulo infra:* Quando, inquit, ſe Patribus Diuinitas oſtendebat, Aug. per ſubiectam creaturam ſe viſibilem demonſtrabat,

bat. Nam per ipſam ſuam naturam, vſque adeo inuiſibilis eſt, vt ipſe Moyſes ei cum quo facie ad faciem loquebatur, diceret: Exod. 33. 23. Si inueni gratiam ante te, oſtende mihi temetipſum manifeſtè.

A

Auguſtinus igitur meus, vt conſtat ex dictis, longè alia à Tertulliani ſenſu; vt non iam perſona Filij, in vetere Teſtamento, in vera, vt voluit Tertullianus, carne apparuerit, qui vix huiuſmodi apparitiones in antiqua Lege frequentes ſoli Filio, per ſubiectam creaturam, ſed & toti Trinitati conuenire aſſeras. Verùm vt ſupra monui, ſicut hic Auguſtinus contra Maximinum Arrianum agens, ſolum Patrem inuiſibilem nuſquam apparuiſſe docentem, & Filium & Spiritum Sanctum frequenter apparuiſſe ſuſtinet, abſque vlla diminutione, vel mutatione diuinæ ſubſtantiæ: Ita & Tertullianus vt acrius errorem Marcionis retunderet, phantaſticam Filio carnem attribuentis, non tantùm veram in ſua Incarnatione ſumpſiſſe Verbum probat, ſed naſcituræ de Virgine carni, olim præluſiſſe in vera licet nondum nata carne ſæpius Patribus apparendo; quòd indignum fuiſſet Filio, qui ſe in Euangelio dicit veritatem, ementitam carnem, proindeque fallacem accepiſſe. Ego quidem Auguſtino magis aſſentior, nedum Filium per propriam Diuinitatis ſubſtantiam, per ſe inuiſibilem, ſed nec per carnem veram apparuiſſe Patribus; licèt non abſurdè credam, in Angelis, perſonam Filij potius aſſumpturam, & retenturam in æternum humanam carnem, in aſſumpto ex Elementis per Angelos corpore, in ſimilitudinem humani fabrefacto, ad tempus congreſſus, & colloquij cum hominibus adaptato conuerſatam. Non deſunt tamen multi graues authores qui & Tertullianum in ſua ſententia præceſſerant, vel eum poſtea cum ipſis ſecuti ſunt. Ita enim ſenſit S. Iuſtinus, in ſuo contra Tryphonem Dialogo. S. Irenæus lib. 3. cap. 6.

B

& lib. 4. cap. 23. Subſecuti ſunt Cyprianus lib. 2. teſtim. aduerſus Iudæos cap. 5. & 6. Ambr. præfat. in Luc. Epiph. in Ancorato. Arnob. in Pſal. 104. Vide plura in noſtro Omniloquio, Verbo Trinitatis ſecunda perſona Filius. *Num. 7. 8. 9. & 10.*

FVGA IN PERSEQ. ILLICITA.

1. *Habes Apoſtillis notata eodem verbo in Omniloquio.*

2. *Et de corona mil. cap. 1. à m.*

[1]PLanè supereſt vt etiam martyria [2] recuſare meditentur, qui propherias eiuſdem [3] Spiritus ſancti reſpuerunt. Muſſitant [4] denique, Tam bonam & longam pacem periclitari. Nec dubito quoſdam, [5] ſcripturas [6] emigrare, ſarcinas expedire, [a] *fugæ accingi de* a Matth. 10.
ciuitate in ciuitatem. Nullam enim aliam Euangelij memoriam curant. Noui & [7] paſto- 23.
res eorum, in [8] pace leones, in [9] prœlio ceruos.

3. *Et de fuga in perſec. cap. 5. circa f.*

Quale eſt, vt ad fugiendum, Deo [10] honorem reddas, qui poſſit te etiam fugientem producere in [11] medium; ad [12] conteſtandum autem, [13] inhonores illum, deſperans potentiam protectionis ab illo? Quare non magis ex hac parte conſtantiæ, & fiduciæ in Deum, dicis, Ego, quod meum eſt, facio, non diſcedo. Deus ſi voluerit, ipſe me proteget. Hoc potius noſtrum [14] eſt, [15] ſtare ſub Dei arbitrio, quàm fugere ſub noſtro.

4. *Et ibid. cap. 6. in p.*

[16] Immò, inquit, quia præceptum adimpleuit, [a] *fugiens de ciuitate, in ciuitatem.* Sic enim a Matth. 10.
voluit quidam, ſed & ipſe fugitiuus, argumentari, & qui [17] proinde nolunt intelligere 23.
ſenſum Domini illius pronuntiationis, vt eam ad velamentum timiditatis ſuæ [18] vtantur, cùm & perſonas ſuas [19] habuerit, & tempora, & cauſas;

5. *Et ibid. cap. 6. in m.*

Adeò intra [20] terminos Iudææ præceptum fugæ continebatur. Nobis autem nulla Iudææ præfinitio competit prædicationis, [a] *in omnem iam carnem* [21] *effuſo Spiritu ſancto.* Itaque a Ioel 2. 28.
Paulus, & Apoſtoli ipſi, memores præcepti Dominici, conteſtantur illud apud Iſrael, quem iam doctrina ſua impleuerant, [b] *Vobis* [22] *oportuit in primis ſermonem Dei tradi. Sed quo-* b Act. 13. 46.
niam repuliſtis eum, nec dignos vos æternâ vitâ exiſtimaſtis, ecce conuertimus nos ad Nationes.

Et ibidem. in f. & 7. in p.

Igitur, cùm etiam ſub [23] Apoſtolis ipſis, [24] temporale fuit fugæ præceptum, ſicut & reliquorum [25] præſcriptorum, non poteſt apud nos [26] perſeuerare, quod apud doctores [27] noſtros [28] conceſſauit, etſi non [29] propriè ad illos fuiſſet emiſſum: Aut ſi perſeuerare illud Dominus voluit; [30] dereliquerunt Apoſtoli, qui non vſque in finem fugere curaue- Cap. vii.
runt. Videamus nunc an & cætera Domini edicta congruant perpetuo fugæ præcepto.

6. *Et ibid. cap. 9. in p.*

Omnia Apoſtoli [31] ſecundùm Deum vtique docuerunt, omnia euangelizare vo-

fuerunt. Vbi illos oſtendis præceptum fugiendi de ciuitate in ciuitatem reſtauraſſe? quia
nec potuiſſent tale quid conſtituere, tam contrarium exemplis ſuis, vt fugam mandarent, qui cum maximè de [32] vinculis, vel [33] inſulis, quibus ob confeſſionem, non ob fu-
1. Theſſ. 5. gam nominis continebantur, ad Eccleſias ſcribebant. Infirmos ſuſtinere [34] iubet Paulus.
14. vtique enim non fugientes. (quomodo enim ſuſtinebantur [35] abſentes?) An patientiâ
Rom. 14. 1. dicit ſuſtinendos, ſicubi per infirmitatem fidei ſuæ offenderint? Sic & puſillanimes conſolari, non tamen in fugam mitti.

Et de fuga in perſeq. cap. 10. in p. ad m.

[36] Omiſſis quidam diuinis exhortationibus, illum magis Græcum verſiculum ſæcularis ſententiæ ſibi adhibent; *qui fugiebat, rurſus præliabitur;* vt & rurſus forſitan fugiat. Et quando vincet, qui cùm fugerit, victus eſt? Bonum [38] militem Chriſto Imperatori ſuo præſtat, qui tam plenè ab Apoſtolo [39] armatus, tubâ perſecutionis auditâ, diem deſerit perſecutionis. Reſpondebo & ego de ſæculo aliquid; *vſque [40] adeonè mori miſerum eſt?* Moriatur quoquomodo, aut [41] victus, aut [42] victor. Nam etſi negando ceciderit, cum tormentis tamen præliatus. [43] Malo miſerandum, quàm erubeſcendum. [44] Pulchrior eſt miles in
a 1 Cor. 6 3. prœlio amiſſus, quàm in fugâ ſaluus. Times hominem, Chriſtiane, quem [45] timeri opor-
Luc 10 17. tet ab Angelis; ſiquidem a *Angelos iudicaturus es:* quem timeri oportet à dæmoniis; ſiqui-
1. Cor. 6 2. dem & in [46] dæmonas accepiſti poteſtatem: quem timeri oportet ab vniuerſo mundo; ſi-
b Gal. 3. 27. quidem & in te mundus [47] iudicatur. b *Chriſtum indutus es, ſiquidem in Chriſtum tinctus [48] es.*
Qui fugis diabolum, [50] depreciaſti Chriſtum [49] qui in te eſt. Fugitiuum eum Diabolo te reddidiſti. Sed Dominum fugiens exprobras omnibus fugitiuis ſui [51] vanitatem conſilij.

Et de fuga in perſeq. cap. 14. in f.

Hæc tibi, frater, dura [52] forſitan, & intolerabilia videntur. Sed [53] recita Deum dixiſſe,
a Matth. 19. 12 a *qui capit, capiat*; id eſt, qui non capit, diſcedat. [54] Non [55] poteſt qui pati timet, eius eſſe
b 1. Io. 4 18. qui paſſus eſt. At qui pati non timet, iſte perfectus erit in dilectione, vtique Dei: b *perfe-*
c Matth. 22. 14. *cta [56] enim dilectio foras mittit timorem.* Et ideò, c *multi vocati, pauci electi.* [57] Non quæritur
Matth 7. 13. qui latam viam ſequi paratus ſit, ſed qui anguſtam. Et ideò [58] Paracletus neceſſarius d *de-*
d Io. 16. 13 *ductor [59] omnium veritatum*, exhortator omnium tolerantiarum; quem qui receperunt,
Luc. 12. 12. neque fugere perſecutionem, neque redimere nouerunt, [60] habentes ipſum qui pro nobis erit, ſicut locututus in interrogatione, ita iuuaturus in paſſione.

7. Et Scorp. cap. 8. in p.

Vnum igitur [61] gradum inſiſtimus, & in hoc ſolùm [62] prouocamus; an præcepta ſint à Deo martyria, vt credas ratione præcepta, ſi præcepta cognoueris: quia nihil Deus non
a Pſal 115 5 ratione præceperit. Siquidem a *honorata [63] eſt apud illum mors religioſorum [64] ipſius*, vt canit
Dauid; non opinor iſta [65] communis, & omnium debitum: atquin iſta etiam ignominioſa eſt, ex [66] elogio tranſgreſſionis, & [67] merito damnationis; ſed illa quæ [68] in ipſo aditur, [69] ex teſtimonio [70] religionis, & [71] prœlio confeſſionis, pro [72] iuſtitia, & [73] ſacramento; ſi-
b Eſa. 57. 1. cut Eſaias, b *Videte*, inquit, [74] *quomodo perit juſtus, & nemo excipit corde; & viri juſti auferuntur, & nemo animaduertit; à facie enim injuſtitiæ perit juſtus: & erit [75] honor ſepulturæ eius.*

Et Scorp. 12. in f.

Apoc. 17. 6. Magna [76] etiam Babylon, cùm deſcribitur ebria ſanctorum cruore, ſine dubio ebrietas
eius martyriorum poculis [77] miniſtratur; quorum formido quid [78] relatura ſit, æquè oſten-
a Apoc 21. 8 ditur. Inter omnes enim reprobos, immò antè omnes: a *timidis [79] autem*, inquit, de hinc
b. 1. Io. 4. 18. cæteris, *particula in ſtagno ignis & ſulphuris.* Sic b *timor*, eius, in epiſtola eius, *quem dilectio foras abiicit, habet [80] pœnam.*

Fuga in perſecutione illicita. Scholia.

2 [1] PLANE *Ironicè dicta.* [2] RECVSARE, *Chriſtiani Romani ſcilicet, declinare perſecutionem, & Martyrij coronam, fugiendo.* [3] EIVSDEM SPIRITVS, *Paracleti Montani.* [4] MVSSITANT, *murmurant quòd iam turbetur perſecutionibus Eccleſia tranquillitas.* [5] SCRIPTVRAS, *ſupple pro ſua defenſione allegare.* [6] EMIGRARE, SARCINAS EXPEDIRE, *id eſt ſupellectilem tranſportare, vel emigrare* Scripturas, *id eſt in prauum ſenſum & alienum à Spiritu Sancto abducere.* [7] PASTORES EORVM, *Epiſcopos, & Parochos Romanorum.* [8] IN PACE. *Cùm nullum eſt perſecutionis periculum, dum tranquilla eſt Eccleſia, iactant cum Petro generoſiores ſe eſſe leonibus, dicentes:* Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. [9] IN PROE-

tio. *Dum certandum eſt vſque ad ſanguinem pro fidei Chriſti confeſſione, cernis timidiores & fugaciores euadunt. In quos licet ſaculari illud Iacob Patriarcha in Nephtali tribum, quod de Barach timido interpretes exponunt.* Nephtali ceruus emiſſus, dans eloquia pulchritudinis. *Magnifica loquuntur, mira ſpondent & inſtante perſecutore fugiunt. Quidni ó Tertulliane? ſic & Chriſto fugam præcipienti ſe præbent morigeros: & eorum ſinguli cum Pſalte cantant:* Perfecit pedes meos tanquam ceruorum. *Perfectio ſi quidem, in Chriſti, & Apoſtolorum exemplo ſequendo, ponenda eſt.*

3 [20]HONOREM REDDAS. *Cum dicis ideo fugere, ne Deum negatione tua inhonores; vel quod dicas te in fuga, verba Chriſti honorare, dum facis quod iubet, de ciuitate in ciuitatem fugiens.* [21]IN MEDIVM, *è tuis latebris, ad tribunal Præfecti Tyrannorum ſiſtere te.* [22]CONTESTANDVM, *ſimul cum cæteris Martyribus, qui iuxta Græcum teſtes vocantur, pro Chriſto teſtimonium fidei tuæ reddas, eam proprio ſanguine ſubſcribendo.* [23]INHONORES. *Cum honor ſit æſtimatio excellentiſſima poteſtatis Dei, qui* vt pupillam oculi cuſtodit ſuos, & ſub vmbra alarum protegit, vt ſcuto bonæ voluntatis coronat. [24]NOSTRVM EST. *Proprium Chriſtianorum, mortem non timere. Quibus ait Apoſtolus:* Vobis datum eſt non ſolum vt in eum credatis, ſed etiam vt pro ipſo moriamini. [25]STARE, *firmiter expectare perſecutorem, vt ſi Deus voluerit, gloriam Martyrij conſequamur.*

4 [16]IMMO, INQVIT, *ſupple Catholicus quidam Eccleſiæ Romanæ.* [17]PROINDE. *ita & illi exponunt hunc Euangelij locum, qui nolunt intelligere quo ſenſu Chriſtus dederit hanc fugiendi libertatem.* [18]EAM VTANTVR. *Ea.* [19]CVM HABVERIT. *Hac Chriſti ſententia, tertiæ perſonis, nempe Apoſtolis, data ſit, & temporibus, quibus fugere debebant, vt munus Apoſtolicum implerent; Chriſto enim viuente ab eo exemplum fugæ acceperant,* quia nondum venerat hora eius.

5 [20]INTRA TERMINOS, *Chriſtus voluit Apoſtolos fugere dum in Iudæa manebant, vt conſummarent in fide vnam ciuitatem poſt alteram.* [21]EFFVSO. *Iuxta Ioël.2.28.* Effundam Spiritum meum ſuper omnem carnem, & prophetabunt filii veſtri, & filiæ veſtræ. *Vt non iam ſicut Chriſtus* miſſus ad oues quæ perierunt domus Iſraël, *ſed ad omnes gentes, perfuſi prius, Spiritum quo pleni erant, ſpargerent.* [22]VOBIS OPORTVIT. *Act.13.46.* Tunc conſtanter Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei: ſed quoniam repellitis illud & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. *Tranſlat. Syr.* Voſmetipſos reſcinditis, ne digni ſitis vita perenni. [23]SVB APOSTOLIS, *tempore quo viuebant Apoſtoli.* [24]TEMPORALE *dum in Iudæa vitam agerent.* [25]PRÆSCRIPTORVM, *mandatorum. Qualia fuerunt,* in viam gentium ne abieritis, neminem per viam ſalutaueritis, nolite portare ſacculum, &c. [26]PERSEVERARE, *vim habere præceptum fugæ.* [27]DOCTORES NOSTROS, *Epiſcopos; vel Montanum & propheteſſas eius.* [28]CONCESSAVIT, *ſimul ceſſauit cum Apoſtolis à fuga ceſſantibus. Cum enim ad Gentiles tranſierunt, in vſu non fuit.* [29]NON PROPRIE. *Ipſis Prælatis noſtris, ſed Apoſtolis tantùm datum fuerat hoc præceptum, vt fugiendo de ciuitate in ciuitatem Iudæos inſtruerent, & eos maioribus miraculoſis operibus, quàm Chriſtus ipſe feciſſet, inexcuſabiles redderent.* [30]DERELIQVERVNT, *vitio luerunt fuga licita. vel deliquerunt contemnendo præceptum fugæ, ſi Chriſtus etiam apud Gentiles conſtanter illud obſeruari voluerat.*

6 [31]SECVNDVM DEVM. *Prout Chriſtus & Spiritus Sanctus inſtruxerat, ſic poſteros docuerunt. Si ita res habet, dic vbi hoc fugæ præceptum reſtituerint, vbi docuerint perſecutionem eſſe fugiendam?* [32]VINCVLIS, *carceribus.* [33]INSVLIS, *exilijs & deportationibus.* [34]SVSTINERE, *perſecutionem patientes, nec fugientes, fugam coercente infirmitate. 1 Theſſ. 5. 14.* Conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos. *Tranſlat. Syr.* Excipite onus eorum qui infirmi ſunt *infirmitate fidei. Rom.14.1.* Infirmum autem in fide aſſumite, non in diſceptationibus cogitationum. *Tranſlat. Syr.* Ei verò qui eſt infirmus in fide, date manum: *(erigite lapſum ex infirmitate.)* nec ſitis diſſidentes in cogitationibus veſtris. [35]ABSENTES SVSTINEBANTVR. *Fugientes perſecutionem.* [36]OMISSIS QVIDAM, *aliqui ſunt qui Scripturæ ſententias ad perſecutionem fortiter ſubeundam negligentes, ſibi blandiuntur de hac Ethnica ſententia, à Demoſthene vſurpata: cùm enim ex prælio Cherſoneſi fugiens, in quo Athenienſes ſuccubuerant contra Philippum Macedonum pugnantes, fugam ſibi exprobrantibus ob clypeum abiectum, ſolitus eſt hoc verſiculo reſpondere,* Ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται. [37]QVANDO VINCET. *Certum eſt hac occaſione prætermiſſa eodem prælio vincere non poſſe, nec vſpiam victurum, ſi ſemper animo ſit timido fugiturus.* [38]BONVM MILITEM, *Ironicè dicta.* [39]PLENE ARMATVS. *Panoplia, omni armatura, quam alibi protulit.* [40]VSQVE AD SONE. *Quid ſimile legitur prima Tuſcul. Ciceronis.* [41]AVT VICTVS, *vt tormentorum negant fidem, & proinde mortuus eſt anima.* [42]AVT VICTOR, *pro fide conſtanter moriens.* [43]MAIO MISERANDVM *Præfero dignum commiſeratione vi tormentis negantem, quàm pudore ſuffuſum ex timida fuga.* [44]PVLCRIOR EST, *alludit ad Poëtam,* pulcramque petunt per vulnera mortem. [45]TIMERE AB ANGELIS, *malis ſcilicet, de quibus Paulus 1. Cor. 6.3.* Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus. [46]IN DÆMONAS. *Luc.10.17.* Domine etiam dæmonia ſubijciuntur nobis. [47]MVNDVS IVDICATVR. *1.Cor.6.2.* An neſcitis quoniam Sancti de hoc mundo iudicabunt? Et ſi in vobis (*Syr. per vos*) iudicabitur mundus, indigni eſtis qui de minimis iudicetis. [48]TINCTVS ES. *Gal.3.27.* Quicunque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. [49]QVI IN TE EST. Cum ipſo ſum in tribulatione, &c. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, &c. [50]DEPRECIASTI. *Vilem probaſti, qui tecum habens victorem diaboli quem fugauit, ipſum fugis* cui fortis in fide reſiſtere *debuiſti.* [51]VANITATEM CONSILII. *Fruſtra enim cum ipſis Deum fugis vbique præſentem.* [52]DVRA VIDENTVR. *Quibus obligo, ſecundum Montani diſciplinam, perſecutionem nullo modo fugiendam.* [53]RECITA. *Puta Chriſtum dixiſſe,* Qui poteſt capere capiat. *Sed hic de continentia libera, non de fuga agebatur, de qua & dicendum fuit data à Chriſto fugiendi libertate,* Qui poteſt capere capiat. [54]DISCEDAT, *Chriſtiani nomine ſe indignum conſitens recedat ad partes Gentium.* [55]NON POTEST EIVS ESSE. *Degener à Chriſto eſt, qui vt leo generoſus, & aquila, imbelles in cruce generare non potuit.* [56]PERFECTA DILECTIO. *1.Io.4.18.* Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem. [57]NON QVÆRITVR. *Quia innumeri ſunt qui latam ingrediuntur viam.* [58]PARACLETVS NECESSARIVS, *Montanus ſcilicet, de quo infra proprio loco.* [59]DEDVCTOR. *Io.16.13.* Cùm venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Secutus eſt Syriacã, *deducet vos in omnem veritatem.* [60]HABENTES IPSVM. *Luc.12.11.* Nolite ſolliciti eſſe qualiter aut quid reſpõdeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim S. docebit vos in ipſa hora, quid oporteat vos dicere.

7 [61]VNVM ORADVM. *Hoc vnicum vrgeo, & quæro inſtanter à Martyrij refugis.* [62]PROVOCAMVS. *Quaſi ad tribunal veritatis, vt videamus eu*

Scripturis an Deus commendet, præcipiatue Martyrium. [63]HONORATA EST, *vt dixerit Pſaltes* 115. 5. Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius. [64]RELIGIOSORVM. *Qui Deum honorant cultu latria.* [65]COMMVNIS. *Mors omnibus in pœnam impoſita; de qua Aug.* Debet quod Adam qui natus eſt ex Adam. [66]EX ELOGIO, *ob notam infamia ex primi Ada delicto, omnium poſterorum eius fronti inuſtam, ob tranſgreſſionem legis, qua cautum erat, ne comederet de ligno prohibito.* [67]MERITO DAMNATIONIS. Morte moriemini. *Et iuſtè: qui enim inuaſit vetitum, amiſit conceſſum totius Paradiſi, & ipſius ligni vita vſum.* [68]IN IPSO, *pro ipſo, in eius gratia Martyres animante vſque ad tyranni inſultationem.* [69]ADITVR. *Non declinando mortem, ſed ſponte ſubeundo Martyrium & vltro inuadendo.* [70]EX TESTIMONIO RELIGIONIS, *vt teſtentur ſe fideles & conſtantes in fide, veramque eſſe Religionem Catholicam, & veri ſe Dei cultum profiteri.* [71]PROELIO CONFESSIONIS. *Quia tyranni luctabantur contra Martyres, vt Chriſtum negarent. Secundum illud Impiorum apud Sapientem:* Tormento & contumeliis interrogemus eum. *Quibus Martyres fortes in bello repugnabant.* [72]PRO IVSTITIA. *De qua Chriſtus:* Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. [73]ET SACRAMENTO, *fide præſtita Deo in Baptiſmo.* [74]VIDETE QVOMODO. *Alio loco ducto ex Eſaia, alibi iam relato, probat à Deo commendata & honorata martyria Sanctorum.* [75]HONOR SEPVLTVRA, *vt in ipſo honoris ſinu ſepeliantur. Et Scorp.* 12. *inf.* [76]MAGNA BABYLON. *Apoc.* 17. 6. Et in fronte eius nomen ſcriptum Myſterium: Babylon magna, mater fornicationum, & abominationum terræ. Et vidi mulierem ebriam de ſanguine Sanctorum, & de ſanguine Martyrum Ieſu. [77]MINISTRATVR. *exercetur.* [78]QVID RELATVRA. *Pœna habitura.* [79]TIMIDIS AVTEM. *Non loquitur Ioannes de fugientibus perſecutionum metu negationis extorquendæ, ſed de his qui à tyrannis abrepti timore mortis, aut tormentorum, Chriſtum negant. Apoc* 21. 8. Timidis autem & incredulis, &c. pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda. [80]SIC HABET POENAM. *Expoſitio violenta loci Ioannis, quo vult, timorem quo fuga perſecutionis arripitur, pro pœna æternum ſupplicium mereri; cum tamen Ioannes ſolùm præferat charitatem impauidam, ſine timorem filialem & caſtum, timori ſeruili, qui pœnam habet, ſiue anguſtiam conſcientiæ, ſiue ſupplicij metum.*

De fuga in perſecutione, vide quàmplurima relata à nobis in Omniloquio, à numero primo ad ſeptimum, maximè verò numero 6. vbi quidquid in hanc rem dici poteſt ex Aug. depromptum adduximus, in magna illa ac præclara Epiſtola 180. *ad Honoratum, quam ſcripſit anno ætatis ſuæ* 74. *Cum enim eo tempore Vuandali Africam ingreſſi, omnia ferro & igne miſcerent; & propter grauiſſimam perſecutionem, hinc atque inde Chriſtiani fugere cogerentur; Epiſcopi, alijque animarum paſtores conſuluerunt Auguſtinum, vtrum, quando, & quomodo liceret ipſis fugere: quibus omnibus quæſtionibus clarè, & apertè reſpondit; quem omnes deinde Theologi, in hac cauſa ſecuti ſunt. Addam tamen aliquid ex eodem Aug. quod præteriiſſe cenſeo, tom.* 9.

S. Auguſt. *tract.* 46. *in Io. circa f. in verba* Cùm viderit lupum venientem, fugit, quia non ſunt eius oues propriæ, nec ei cura eſt de ouibus. *Vbi ſic interrogat:* Numquid, inquit, talis erat Apoſtolus Paulus? abſit. Numquid talis Petrus? abſit. Numquid tales cæteri Apoſtoli excepto Iuda filio perditionis? abſit. Paſtores ergo illi? planè paſtores, &c. Si ergo paſtores, non mercenarii, quare fugiebant, quando perA

ſecutionem patiebantur? Expone nobis ô Domine: vidi in Epiſtola 2. Cor. 11. fugientem Paulum. Per murum in ſporta ſubmiſſus eſt, vt manus perſequentis euaderet. Non ergo illi cura fuit de ouibus quas lupo veniente deſerebat? Fuit planè, ſed eas Paſtori in cœlo ſedenti, orationibus commendabat, ſe autem vtilitati earum fugiendo ſeruabat; ſicut quodam loco ait, (*Phil.* 1. 24.) manere in carne neceſſarium propter vos. Ab ipſo namque paſtore omnes audierant; ſi vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam, &c. Iniuriam ergo illis facis, quando reprehendis mercenarios, qui vident lupum venientem, & fugiunt, &c. Quis eſt iſte mercenarius, qui videt lupum venientem, & fuB

git? qui ſua quærit, non quæ Ieſu Chriſti: peccantem non liberè audet arguere. Ecce neſcio quis peccauit, grauiter peccauit, increpandus eſt, excommunicandus eſt, ſed Excommunicatus inimicus erit, inſidiabitur, nocebit cùm potuerit. Iam ille qui ſua quærit, non quæ Ieſu Chriſti, nè perdat quod ſectatur, humanæ amicitiæ commoditatẽ, & inimicitiarum humanarum incurrat moleſtiam, tacet, non corripit: Ecce lupus ouis guttur apprehendit, diabolus fideli adulterium perſuaſit: tu taces, non increpas ô Mercenarie: lupum venientem vidiſti, & fugiſti. Reſpondet fortè, & dicit: Ecce hìc ſum, non fugi; fugiſti, quia tacuiſti; tacuiſti quia timuiſti. Fuga animi timor eſt. Corpore ſteriſti, ſpiritu fugiſti: quod ille non faciebat, qui dicebat Coloſſ. 2.C

Et ſi corpore abſens ſum, ſpiritu vobiſcum ſum: quomodo enim ſpiritu fugiebat, qui etiam corpore abſens fornicatores literis arguebat? affectiones noſtræ, motus animorum ſunt: lætitia animi diffuſio: triſtitia animi contractio: cupiditas animi progreſſio: timor animi fuga eſt. Diffunderis enim animo, cùm delectaris: contraheris animo, cùm moleſtaris: progrederis animo, cum appetis: fugis animo, cùm metuis. Ecce vnde ille mercenarius, viſo lupo dicitur fugere.

Fugam ex his diſce corporalem in perſecutione licitam; fugam autem animi, corrigere & reuocare timentis ouem errantem, ſemper illicitam. Exemplum fugæ ducit à Chriſto. tract. 15. *in verba Io.* 4. Reliquit Aug.D

Iudæam terram, & abiit iterum in Galilæam. Poterat, inquit, ille & præſens ab his non teneri, ſi nollet: non occidi, ſi nollet; quia poterat & non naſci ſi nollet; ſed quia in omni re quam geſſit vt homo, hominibus in ſe credituris præbebat exemplum: quia vnuſquiſque ſeruus Dei non peccat, ſi ſeceſſerit in alium locum, videns furorem fortè perſequentium ſe, aut quærentium in malum animam ſuam. Videretur autem ſibi ſeruus Dei peccare ſi faceret, niſi in faciendo Dominus præceſſiſſet. Fecit hoc ille magiſter bonus, vt doceret, non quòd timeret. *Chryſologus fugam Chriſti in Ægyptum miratus Ser.* 151. *in medio.* Et vbi, inquit, eſt illud,E

Domine refugium factus es nobis, & Deus noſter refugium & virtus? Si refugium fugit, ſi timet virtus: quæ ſecuritas, quod munimen? &c. Non fugit propter authoris mortem, ſed propter ſæculi vitam. Nam qui mori venerat, quare fugeret mortem? Chriſtus totam cauſam noſtræ ſalutis occiderat, ſi ſe paruulum permiſiſſet occidi. Chriſtus venerat, vt quos præceptis docuerat (*in veteri lege, in qua & ciuitates refugij decreuerat*) firmaret exemplis, & ipſe faceret quæ facienda mandauerat. *Sic cauſam ſalutis ouium ſuarum Apoſtoli, alijq; prælati plerumq; occidiſſent, & ſuam propriam, niſi mortem fugiſſent. Et Ser.* 150. *à p.* Si, inquit, rerum refugium fugit, auxilium lateſcit omnium, ſi formidat fortitudo cunctorum, ſi ſe vniuerſorum defenſio non defenſat;

quare humana notatur fuga, arguitur trepidatio, formido culpatur? quare vocatur in crimen Petrus qui negat, Ioannes qui expaueſcit & fugit? Diſcipuli omnes qui deſerunt per pauorem, &c. Chriſtus fugit nobis non ſibi, &c. quia in perſecutione melius eſt fugere quàm negare. Denique Petrus quia fugere noluit, abnegauit: Ioannes ne abnegaret aufugit. *Et Ser. 151. à m.* Martyr comprehenſus debet tenere conſtantiam, non comprehenſus, debet fugere perſequentem; vt & perſecutori indulgeat reſipiſcendi tempus, & ſibi tempus non auferat ſupplicandi (*pro perſequente orandi*): perſecutorem qui prouocat, facit: corrigit, qui declinat. Orandum eſt, fugiendum eſt, vt & ille qui per ignorantiam furit, ſanetur; & ille qui patitur, de patientia palmam habeat, non ſubeat de temeritate diſcrimen. Fratres ſi Saulum Martyres non fugiſſent, Paulum non feciſſent.

Adeò tandem Chriſtus contra ſententiam Tertulliani fugam ſuaſit, vt etiam vltimam Antichriſti perſecutionem indeclinabilem fugere ſuaſerit, dum ait: Tunc qui in Iudæa ſunt fugiant ad montes. *Tranſlat. Syr. in montem, id eſt ex Aug. ad Sanctos, maximè Chriſtum in vertice montium conſtitutum: ibidem autem monet Chriſtus verſu 20.* Orate autem vt non fiat fuga veſtra in hyeme vel Sabbato. *In quem locum Aug. tom. 4. q. 19. Ex nouo Teſtamento.*

Aug. Quare Saluator ait, ne fiat fuga veſtra, &c. cùm tempus perſecutionis huius differri non poſſit, &c. Hyeme tuta fuga non eſt: frigora enim ſunt, imbres aſſidui, ningit, gelat, flumina exeunt, ideoque fugientibus pergraue eſt, &c. Sabbato autem ciuitatem iuxta Iudæos exire non licet longius, &c. Quoniam ergo de nouiſſima perſecutione loquebatur Saluator, quæ futura eſt ab Antichriſto, ideo hyemem poſuit, quia nouiſſimum tempus eſt, & Sabbatum ſimiliter, quia poſtremus dies eſt; vt ſicut his temporibus aſpera & difficilis fuga eſt, ita ſignificaret illo tempore tam graues perſecutiones futuras & preſſuras, vt vix aliquis eas poſſit fugere. *Moraliter autem ibidem breuiter exponit vbi ait:* Detinent homines quaſi compedes deſideria ſæcularia, id eſt facultates mundanæ, ne edicta diaboli poſſint effugere. Ideo ergo orandum eſt ne tempore quo fugiendum eſt, hyemis aut Sabbati in nobis ratio inueniatur; ſed vt liberos nos ab his impedimentis Dei præſtet auxilium, vt non ſit quod nos deſiderio ſui captos mancipet mundo. *Rationem porro, id eſt myſterium hyemis & Sabbathi ſic expoſuit eodem tomo lib. 2. de conſenſu Euang. cap. 87. circa f. vbi notat Luc. c. 21. ſic Matthæi ſenſum expoſuiſſe, dum ait:* Mihi, inquit, videtur hanc ipſam quæ ab iſtis (*Math. & Marco*) poſita eſt, illuſtraſſe ſententiam: ita enim ait, Attendite vobis, ne forte grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ, &c. Ad hyemem pertinent curæ huius vitæ, quas Lucas apertè poſuit; ad Sabbatum verò crapula & ebrietas. Curæ quippe triſtes ſunt, velut hyems; crapula verò & ebrietas carnali lætitia luxuriaque cor ſubmergit atque obruit: quod malum Sabbati nomine propterea ſignificatum eſt, quia hæc erat, ſicuti & nunc eſt, Iudæorum peſſima conſuetudo, illo die deliciis affluere, dum ſpiritale Sabbatum ignorant.

IOANNES BAPTISTA POST CHRISTI MANIFESTATIONEM Spiritu Prophetiæ deſtitutus; qui in Chriſtum totus defluxit.

1. *De Orat. cap. 1. in. m.*

DOcuerat & Ioannes diſcipulos ſuos[1] adorare. Sed[2] omnia Ioannis, Chriſto[3] præſtruebantur, donec ipſo[4] aucto, ſicut idem Ioannes prænuntiabat, [a] *illum augeri oportere, ſe verò deminui*, totum præminiſtri opus[5] cum ipſo ſpiritu tranſiret ad Dominum. a Io. 3. 30.
Ideò nec exſtat, in[6] quæ verba docuerit Ioannes adorare, quòd terrena cœleſtibus ceſſerint.

2. *Et de Bapt. cap. 10. à m.*

Non erat[7] cœleſte, quod cœleſtia non exhibebat: quum ipſum quod cœleſte in[8] Ioanne fuerat, ſpiritus prophetiæ, poſt[9] totius[10] ſpiritus in Dominum tranſlationem, vſque adeò[11] defecerit, vt quem prædicauerat, quem aduenientem deſignauerat, poſtmodùm an ipſe eſſet, miſerit[12] ſciſcitatum. Io. 1. 29. Matth. 11. 3.

3 *Et 4. cont. Marc. cap. 18. à p. ad vltra. m.*

Sed[13] ſcandalizatur Ioannes, auditis virtutibus Chriſti, vt[14] alterius. At[15] ego rationem ſcandali prius expediam, quò facilius hæretici ſcandalum explodam. Ipſo iam Domino virtutum, ſermone, & ſpiritu patris, operante in terris, & prædicante, neceſſe erat[16] portionem Spiritus ſancti, quæ ex forma prophetici[18] moduli, in Ioanne egerat[17] præparaturam viarum Dominicarum, abſcedere[19] iam ab Ioanne, redactam ſcilicet in Dominum, vt in maſſalem ſuam ſummam. Itaque Ioannes communis[20] iam homo, & vnus iam de turba, ſcandalizabatur quidem quà homo, ſed non quà alium Chriſtum ſperans, vel intelligens. Qui neque[21] eundem ſperaret, vt nihil noui docentem, vel operantem. Nemo hæſitabit de aliquo, quem dum ſcit non eſſe, nec ſperat, nec intelligit. Ioannes autem certus erat, neminem Deum præter Creatorem, vel quà[22] Iudæus, etiam Prophetes, planè facilius quaſi hæſitauit de eo, quem[23] quum ſciat eſſe, an ipſe ſit, neſciat. Luc. 7. 19. 23.
Hoc igitur metu & Ioannes, [a] *Tu es*, inquit, *qui venis, an alium expectamus?* ſimpliciter inquirens, an ipſe veniſſet quem expectabat. *Tu es qui venis?* id eſt, *qui venturus es, an* a Ibid. 19. 23.

alium expectamus? id eſt, an alius eſt quem exſpectamus, ſi non tu es, quem venturum exſpectamus? Sperabat enim, ſicut [24] omnes opinabantur ex ſimilitudine [25] documentorum, potuiſſe & Prophetam interim miſſum eſſe, à quo [26] alius eſſet, id eſt maior, ipſe ſcilicet Dominus, qui venturus exſpectabatur. Atque adeò hoc erat Ioannis ſcandalum, quòd dubitabat ipſum veniſſe, quem exſpectabant, quem & [27] prædicatis operationibus agnouiſſe debuerant, vt Dominus, per eaſdem operationes agnoſcendum ſe nuntiauerit Ioanni. Quæ quum conſtet prædicata in [28] Chriſtum Creatoris, ſicut ad [29] ſingula oſtendimus, ſatis peruerſum, vt Chriſtus non Creatoris per ea ſe renuntiaret intelligendum, per quæ magis Chriſtum Creatoris agnoſci compellebat. Multò peruerſius, ſi & teſtimonium Ioanni perhibet, non [30] Ioannis Chriſtus, Propheten eum confirmans; immò & ſu-
b Ibid. 27. prà, vt angelum; ingerens etiam ſcriptum ſuper illo: b *Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam.* [31] Eleganter ad ſuperiorem ſenſum, ſcandalizati Ioannis commemorans prophetiam; vt confirmans præcurſorem Ioannem iam aduenisse,
c Ibid. 19. extingueret ſcrupulum interrogationis illius, c *Tu es qui venis, an alium exſpectamus?*

Et de præſcript. cap. 8. à p.

a Matth. 7. 7. a *Quærite & inuenietis*. Quando hanc vocem Dominus emiſit, recordemur. Puto in primitiis ipſis doctrinæ ſuæ, cùm adhuc dubitaretur apud omnes, an Chriſtus eſſet: & cùm Matth. 16. 16. adhuc nec Petrus illum Dei filium pronuntiaſſet: cùm [32] etiam Ioannes de illo certus eſſe Matth. 11. 2. deſiſſet.

Ioannes Baptiſta poſt Chriſti manifeſtationem, Spiritu prophetiæ destitutus. Schol.

5 [1] ADORARE. *Orare. Quaſi os ad os cum Deo colloqui. Vel quod oraturi, prius adorent, quem orant. Vt mater filiorum Zebedæi ad Chriſtum:* Acceſſit adorans & petens aliquid ab eo. [2] OMNIA IOANNIS, *dicta & facta.* [3] PRÆSTRVEBANTVR. *Quaſi fundamenta & initia. Parabat enim viam Domino.* [4] IPSO AVCTO. *Creſcente gloria Chriſti ſupra Ioannem.* Illum oportet creſcere, me autem minui. [5] CVM IPSO SPIRITV, *Prophetico, vel orationis Spiritu, Zach. enim dixit.* Spiritum precum, ſiue gratiarum. *Quia gratia per orationem à Deo impetrantur.* [6] IN QVÆ VERBA. *Quibus verbis concepta eſſet formula orandi, quam Ioannes ſuis Diſcipulis tradiderat, quia non erat diu duratura; quia craſſioribus Iudæis terrena fortè petenda, in quæ propendebant, à Deo vero, non ab Idolis poſtulanda eſſe docebat: ſicut Gentiles à Dijs ſuis. Vnde Chriſtus;* Hæc inquit, omnia Gentes inquirunt. *Quamquam & Tertull. hoc ipſo libro de oratione, poſt ſubſtantialia pro anima petita, licitum dixit accidentalia & corporea petere.* Accidentium, inquit, ius eſt deſideriorum.

2 [7] NON ERAT COELESTE, *Baptiſma Ioannis. Quod Spiritus Sancti chariſmata & gratiam Dei non conferebat.* [8] IN IOANNE FVERAT. *Quantò minus quæ in eius Baptiſmo continebantur.* [9] TOTIVS SPIRITVS, *quaſi exhauſtus eſſet, qui ſemper ſperat,* Diues in omnes qui inuocant eum: potens ſuperabundanter facere quam petimus. *Inde enim ſequeretur multò magis cæteros euacuatos fuiſſe Spiritu Sancto, quam Ioannem.* [10] TOTIVS SPIRITVS. *Quia Eſaias omnia in Chriſtum dona pleniſſimè collata dixit.* [11] ADEO DEFECERIT. *Hic magis defecit ſenſu Tertullianus. Quaſi verò eum neſciret, quem ab vtero prophetauerat.* [12] MISERIT SCISCITATVM Mittēs duos ex diſcipulis (*qui à Chriſto quærerent:*) Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

[13] SCANDALIZATVR. *Sic inducit obijcientem Marcionē; quaſi Ioannes ſcandalizatus fuerit auditis virtutibus Chriſti, tanquā alter eſſet, nouus ſcilicet Marcionis Chriſtus. Vbi aduerte Chriſtū poſt viſa vel audita à Diſcipulis Ioannis ſua miracula ſubieciſſe:* Beatus qui nō fuerit ſcādalizatus in me. [14] VT ALTERIVS *ſupple Chriſti, quàm noſtri, de Virgine nati, cui acclamauit*

A *Elizabeth:* Beata quæ credidiſti, &c. *Quem Chriſtum ipſe Ioannes exultans in vtero matris, in vera carne natum, (quam negabat Marcion) ſalutauerat. Inde Marcion credebat alterum Chriſtum, nempe ſuum patratorem mirabilium, ſcrupulum aliquem & ſcandalum iniecisse menti Ioannis.* [15] AT EGO, *respondet Tertullianus ſe pauciſ rationem huius ſcandali declaraturum.* [16] PORTIONEM SPIRITVS, *participationem in dono Prophetiæ.* [17] PRÆPARATVRAM, *præparationem viarum Domini.* [18] MODVLI, *refert ad portionem. Cùm enim de Chriſto intelligatur:* Quod Deus non dederit ei ad menſuram Spiritum, *cæteris dat pro modulo, capacitate, ſiue officio cuiuſque. Vnde cùm Ioannes miniſterium ſuum impleſſet, Chriſtum nuntiaſſet, digito monſtraſſet, Spiritus Prophetiæ ad an-*
B *nuntiandum Chriſtum, non erat ei amplius neceſſarius; Chriſto iam per miracula cognito, & ſeipſum ſuis operibus prædicante & probante. Vnde dicebat:* Si mihi non creditis, operibus credite: opera quæ ego facio, illa teſtimonium perhibent de me. [19] IAM, *poſt Chriſtum manifeſtatum.* [20] COMMVNIS HOMO. *Nihil ſuper alios habens ſpeciale, iam non Propheta, in quantum homo ſcandalizabatur, & durius hærebat, neſciens an Chriſtus veniſſet: non quòd alium, Dei ſcilicet Marcionis filium expectaret, de quo nihil prorſus audierat.* [21] NEQVE EVM OEM. *Ioannes non poterat alium expectare, quàm Chriſtum venturum Iudæis promiſſum.* [22] QVA IVDÆVS, *eo ipſo quòd Ioannes Iudæus erat, nec alium Deum quam Creatorem, nec*
C *alium Chriſtum quam filium eius in veteri lege figuratum & promiſſum in vera carne, & non phantaſtica naſciturum agnoſcebat.* [23] QVEM CVM SCIAT, &c. *Si aliquis ſcrupulus & dubietas ſuboriri poterat Ioanni circa Chriſtum: Longè rationabilius dubitare potuit, an ipſe eſſet Chriſtus, quem certo ſciebat ſecundum legem debuiſſe naſci, vel aliquis Propheta ſimilia ipſi opera faciens; quàm de Chriſto Marcionis aliquid ſuſpicari, quem prorſus ignorabat, quem nullus Propheta prædixerat.* [24] SICVT OMNES, *vt cæteri Iudæi, & ipſe diabolus, qui ſciebat Chriſtum Dei Creatoris Filium Patribus antiquis eſſe promiſſum.* [25] EX SIMILITVDINE DOCVMENTORVM, *eadem enim Chriſtus docebat quæ lex vetus de eo prædicebat; &*

A *opinari poterant aliquem forte Prophetam eius miſſum præ eo ante eius aduentum, qui eadem doceret & faceret, quæ ipſe Chriſtus facturus erat & docturus.* [26] A QVO ALIVS ESSET. *Qui tamen Chriſtus, longè alius, & multò maior omni Propheta futurus eſſet.* [27] EX PRÆDICATIS OPERAT. *ex prophetatis miraculis, quæ vnus & verus Chriſtus Dei Creatoris Filius in primo ſuo aduentu operari debebat. Vnde Chriſtus ſciſcitanti per Diſcipulos Ioanni,* Tu es, inquit, qui venturus es, an alium expectamus? *Id eſt, quem venturum Prophetæ prædixerunt, an aliquis ex eius Prophetis, Chriſtum per opera ſimilia repræſentans? reſpondit:* Ite, inquit, renuntiate Ioanni quæ audiſtis, & vidiſtis. *Ex relatione aliorum. & propriis veſtris oculis.* B [28] IN CHRISTVM. *De Chriſto filio Creatoris, cuius erant Prophetæ.* [29] AN SINGVLA, *per ſingula id probauit, ſcribens contra Marcionem.* [30] NON IOANNIS CHRISTVS *Supple ſit Dominus, & Ioannes Propheta eius; cùm Chriſtus eum pluſquam Prophetam dixerit* [31] ELEGANTER. *appoſitè ad ſenſum quem ſupra retulimus, & ad rationem ſcandali Ioannis qui viam Chriſto præparauit, & ideo pluſquam Propheta fuit, quem & Angelum dixit. Sed impleto officio, adeo ceſſauit ab eo ſpiritus Prophetia, qui vt ſupra dixerat* redactus fuerat In Chriſtum vt in maſſalem ſummam ſuam. *id eſt quaſi proprium centrum; vt qui certò eum indigitauerat dicens:* Ecce agnus Dei, &c. *Iam dubitans per diſcipulos inquireret,* Tu es qui venturus es, &c. C *Sed Chriſtus ſcrupulum & ſcandalum abſtulit, qui eum pluſquam Prophetam appellauit. Vnde ex Ioannis præcurſoris aduentu, ſuum confirmauit aduentum, & contra Marcionem ſe vnum eumdemque Dei Creatoris filium eſſe comprobauit.* [32] CVM IOANNES DESIISSET. *Mittens diſcipulos, quaſi incertus, vt interrogarent,* tu es qui venturus es? & cæt.

Quicquid dicat Tertullianus de ſcandalo Ioannis, eius potius diſcipuli Chriſto inuidi, quòd plures baptizaret Chriſtus, quam Ioannes, ignorantiâ & liuore tenebantur: quorum vt morbis mederetur, eos ad ſummum medicum animarum miſit. & ſolito Prophetiæ ſpiritu ductus, ſicut & reſpectu Chriſti. Eccleſiæ ſponſi, cuius amicus erat, vt interrogantibus ſe, num Meſſias eſſet, D negauit quod non erat, vt maneret quod erat, *& Chriſtum præ ſe extulit: ſic diſcipulos nimis adhærentes ſibi, miſit ad Chriſtum, Meſſiam verum, certò præſciens eum probaturum miraculis, ſe eſſe, quem prophetæ prædixerant, quemque Iudæi expectabant: vt conuicti tot ſtupendis mirabilibus, Chriſtum deinceps poſt mortem ſuam, breui futuram ſequerentur. Quod euentus probauit, factis coram ipſis multis miraculis; vt dicit Lucas cap. 7.* In ipſa autem hora multos curauit à languoribus & plagis & ſpiritibus malis, & cæcis multis donauit viſum. Et reſpondens dixit illis: Euntes renuntiate Ioanni quæ audiſtis & vidiſtis, &c. *Quod autem ſubiecit Chriſtus:* E Mortui reſurgunt, *de quo nil dixerat Lucas; dicendum eſt hoc miraculum referri debere ad id quod audierant diſcipuli Ioannis de filia Archiſynagogi, & maximè de filio viduæ Naim, de quo immediatè prius ſcripſerat Lucas verſu 11. Chriſtus autem prudenter remiſit diſcipulos ad Ioannem; non vt ſcandalum ab eo tolleret, ſed ab ipſis; dum ait:* Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me.

Neque verò ablatus fuerat ſpiritus prophetiæ à Ioanne, cùm teſte Paulo, ſine pœnitentia ſint dona & vocatio Dei. *Et licet ipſe Ioannes aliquando dixerit Io. 1.* Ego neſciebam eum, ſed qui me miſit baptizare in aqua, ille mihi dixit, ſuper quem videris Spiritum deſcendentem ſicut columbam, & manentem ſuper eum, ipſe eſt qui baptizat. *Non tamen* A *amiſerat Chriſti notitiam. In quem locum Aug. tract. 4. in Io. circa f.* Moueor, inquit, multum, &c. Si non nouerat eum à quo volebat baptizari, temerè dicebat, ego à te debeo baptizari. Nouerat ergo eum. Si nouerat eum, quid eſt ergo quod dicit, non noueram eum? &c. *Et tract. 5. poſt tractatam multis hanc difficultatem, concludit.* Iam, inquit, hoc nouerat Ioannes, & nouerat Dominum. Quid ergo docuit columba? &c. Numquid hoc iam noueras, (*ò Ioannes*) quia Dominus iſte habens poteſtatem baptizandi, eam poteſtatem nulli ſeruo daturus eſt, ſed ſibi eam retenturus eſt: vt omnis qui baptizatur per ſerui miniſterium, non imputet ſeruo, ſed Domino? Nunquid B hoc iam noueras? Non hoc noueram. Ideo qui mihi dixit, ſuper quem videris ſpiritum, &c. Ipſe eſt qui baptizat in Spiritu Sancto. Non ait, ipſe eſt Chriſtus: non ait, ipſe eſt Deus. Non ait, ipſe eſt Ieſus: non ait ipſe eſt qui natus eſt de virgine Maria, poſterior te, & prior te: non ait hoc, iam enim hoc nouerat Ioannes. Sed quid non nouerat? tantam poteſtatem baptiſmatis ipſum Dominum habiturum, & ſibi retenturum, ſiue præſentem in terra, ſiue abſentem corpore in cœlo, & præſentem maieſtate, ſibi retenturum baptiſmatis poteſtatem: Nè Paulus diceret, Baptiſmus meus; nè Petrus diceret, baptiſmus meus. Ideo videte & intendite voces Apoſtolorum. Nemo Apoſtolorum di- C xit, baptiſmus meus. Quamuis omnium vnum eſſet Euangelium, tamen inuenis dixiſſe, Euangelium meum: Non inuenis dixiſſe baptiſma meum.

Et quidem Paulus ait: Secundùm Euangelium meum. *Rom. 1. 16. qui tamen 1. Cor. 1. 13.* Numquid Paulus crucifixus eſt pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? *Sicut ergo non abſolutè nouerat, Chriſtum ſibi baptizandi authoritatem reſeruaturum, cùm nondum Apoſtolis, & cæteris miniſterialem baptizandi traderet poteſtatem, Ita ſecundùm quoſdam, non abſolutè ignorabat Chriſtum, quaſi neſciret eum, quem ex vtero nouerat, ſed an ad limbos deſcenſurus eſſet, aut per crucem, vel aliud genus mortis, homines redempturus. Chryſoſt.* Non dubitans, inquit Ioannes, D ſed diſcipulorum dubitationem in ſe transferens, & ignorantiam in ſe recipiens. *Hilar. in Matth.* Non ſuæ, inquit, ſed diſcipulorum ignorantiæ Ioannes conſulit. *Hiero. Sicut Chriſtus interrogat vbi ſit poſitus Lazarus, vt qui locum ſepulcri indicabant, ſic ſaltem pararentur ad fidem: Ita Diſcipuli Ioannis viſis miraculis in Chriſtum crederent, & Magiſtro interrogante, ſibi diſcerent. Et Ep. 151. ad Algaſiam q. 1.* Ioannes, inquit, mittebat Diſcipulos, vt ſibi quærens, illis diſceret. *Chryſoſt. hom. 37. ait, iuxta alios Chriſtum eſſe Ioannes non ambigebat. ſed totum myſterium plenè non nouerat. Greg hom. 1. in Ezech. an deſcenſurus eſſet ad inferos. Hier. in Matth. 11. quem Beda ſequitur, an mortem paſſurus eſſet. Verùm Ioan-* E *nes ſciebat agnum peccata mundi ſuo ſanguine deleturum. Greg. hom. 6. in Euang. ſciebat Chriſtum eſſe Meſſiam, ſed an ad inferos venturus eſſet, quo ipſe iam carceratus præueniebat, ignorabat. Nec Auguſtinum prætereo, qui Ser. 2. de Natiuitate Ioannis, ſic fatur:* Præmiſſus eſt velut vox ante Verbum, lucerna ante Solem, Præco ante Iudicem, ſeruus ante Dominum, amicus ante Sponſum. Et quia vniuerſum mundum peccatorum tenebræ, & nos infidelitatis oppreſſerant, & Solem Iuſtitiæ aſpicere non valebant, beatus Ioannes, quaſi lucerna præmittitur, vt cordis oculi, qui lippitudine iniquitatis oppreſſi fuerant, magnum & verum lumen videre non poterant, ad lumen lucernæ primùm quaſi tenuem ſplendorem videre conſueſcerent, vt paulatim peccato-

rum nubilo remoto, & infidelitatis humore digeſto, adueniente Chriſto, ab illo cœleſti lumine lætificari poſſeut, potius quàm retorqueri, &c. Vox erat, quia Verbi Dei Spiritu replebatur. Sicut ſermo vocis quodam modo miniſterio, ac vehiculo, ad audientem à loquente tranſmittitur, ita Ioannes Chriſtum ſonans, Verbi erat miniſter & portitor. Sanctus Ioannes typum in ſe legis quæ Chriſtum longè per ſigna, & indicia monſtrabat, oſtendit; & ideo miſit ad Chriſtum duos de Diſcipulis ſuis. Iſti duo Diſcipuli à Ioanne ad Chriſtum miſſi, fortè duo populi ſunt, quorum vnus ex Iudæis credidit, alter ex Gentilibus. Ioannes dirigit ad Chriſtum, Lex mittit ad gratiam, & per Euangelii fidem, veterem deſiderat aſtrui veritatem. *Et ſer. 76. in Appendice de diuerſis, qui eſt 20. de Sanctis:* Quòd, inquit, Ioannes in carcere conſtitutus, ad Chriſtum Diſcipulos ſuos ordinat, Lex ad Euangelia tranſmittit. Quæ lex iuxta typum Ioannis, quaſi ignorantiæ clauſa carcere in obſcuro, & in occulto iacebat. *Aduerte quod dixit*, quaſi ignorantiæ, &c. — S. Auguſt.

A *Neque enim verè ignorabat Chriſtum, cùm Diſcipulos ad eum miſit; ſed quaſi ignoraſſet, ſuorum ignorantiam induens Diſcipulorum, eos velut lucerna ad Solem, tenebras eorum diſcuſſurum mittebat. Idem Aug. tom. 4. libro quaſi ex nouo Teſtamento q. 14.* Ioannes inquit ad Dominum, tu es qui venturus es, an alium expectamus? Sub ſua perſona Diſcipulorum ſuorum agit cauſam. Non enim Ioannes dubitabat, qui dixerat; Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: ſed vt Diſcipulis ſuis ſatisfaceret, mittit illos ſuis verbis, vt Saluatoris ore firmaret, quod ipſe de illo docebat: vt poſt exceſſum ſuum ſine dubitatione aliqua, Diſcipuli ſui Chriſtum ſequerentur. *Tandem error Tertulliani clarè conuincitur expreſſis Euangelij* B *verbis, cum enim Chriſtus reſpondiſſet Diſcipulis Ioannis, tum immediatè Math. 11. 7.* Illis abeuntibus, cœpit Ieſus dicere ad turbas: Quid exiſtis in deſertum videre? &c. Prophetam? etiam dico vobis & pluſquam Prophetam. Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, &c. — Aug.

LIBERTAS HOMINIS EADEM NVNC EST, QVÆ ERAT, Adæ in ſtatu Innocentiæ.

2. Cont. Marc. cap. 8. in fine.

[1] Eumdem hominem, eamdem ſubſtantiam animæ, eumdem [3] Adæ ſtatum, eadem [2] arbitrii libertas, & poteſtas, victorem efficit hodie de eodem diabolo, cùm [4] ſecundùm obſequium legum eius adminiſtratur.

Libertas hominis. Schol.

IN *duobus errat vna Tertulliani ſententia, & vtrumque errorem, circa libertatem, per ſacra Concilia, & orthodoxam Auguſtini doctrinam corrigimus, ſalua ſemper in omnibus, quam mordicus amplexamur, Innocentij X. Conſtitutione Apoſtolica. Primò enim dicit eandem eſſe nunc hominis libertatem, hoc eſt æquè ſanam & integram, ſicut fuit in primo Adæ ſtatu innocenti. Secundò æquè facilè poſſe hominem iam à diabolo victum, de diabolo victorem fieri; æquè facilè ſeipſum ad mandata Dei ſeruanda dirigere: quod falſiſſimum eſt. Cum in ſtatu innocentiæ natura integra eſſet, & ante peccatum, concupiſcentiâ careret, quæ nunc allicit & abſtrahit ad peccandum, & arma diabolo miniſtrat ad vincendum. Homo enim nunc ſicut ille deſcendens ab Ieruſalem in Iericho, non integrè viuus, ſed ſemiuiuus relictus eſt. Et licet Baptiſmus & Chriſti gratia viuificet hominem à peccato, non eum reſtituit integro innocentiæ ſtatui, nec tollit concupiſcentiam. Vnde Concilium ſecundum Arauſicanum ſub Leone I. canone primo.* Si quis per offenſam præuaricationis Adæ, non totum, id eſt ſecundùm corpus & animam, in deterius dicit hominem commutatum, ſed animæ libertate illæſa durante, corpus tantummodò corruptioni credit obnoxium, Pelagii errore deceptus, aduerſatur Scripturæ dicenti Ezech. 18. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Et Rom. 6. Neſcitis quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obeditis? & à quo quis ſuperatur, eius & ſeruus efficitur. *Et canone 7.* Si quis per naturæ vigorem, bonum aliquod quod ad ſalutem pertinet vitæ æternæ, cogitare aut eligere, ſiue ſaluari, id eſt euangelizantis prædicationi conſentire poſſe confirmat, abſque illuminatione & inſpiratione Spiritus Sancti, qui dat omnibus ſuauitatem in conſentiendo, & credendo veritati, hæretico fallitur ſpiritu. *Quod & per Concilium Tridentinum ſeſſione quinta in Decreto de peccato originali canone primo definitur.* Si quis non confitetur primum hominem Adam, cùm mandatum Dei in Paradiſo fuiſſet tranſgreſſus, ſtatim ſanctitatem & iuſtitiam in qua creatus fuit, amiſiſſe, incurriſſeque per offenſam huiuſmodi præuaricationis, iram & indignationem Dei, atque adeo mortem, quam antea illi comminatus fuerat Deus, & cum morte captiuitatem ſub eius poteſtate, qui deinde mortis habuit imperium, hoc eſt diaboli; totumque Adam, per illam præuaricationis offenſam, ſecundùm corpus & animam, in deterius commutatum fuiſſe, anathema ſit. *Et Seſſione ſexta canone 2.* Si quis dixerit ad hoc ſolum diuinam gratiam per Chriſtum Ieſum dari, vt facilius homo iuſtè viuere, ac vitam æternam promereri poſſit, quaſi per liberum arbitrium ſine gratia vtrumque, ſed ægrè tamen & difficulter poſſit, anathema ſit. *Rurſum anathema cum Innocentio X. dicimus, dogmatiſanti cuicumque, etiam Angelo, ſi de cœlo veniret*, Aliqua Dei præcepta hominibus iuſtis volentibus, & conantibus, ſecundùm præſentes quas habent vires, eſſe impoſſibilia; deeſſe quoque iis gratiam, qua poſſibilia fiant. *Si enim iuſti ſunt, fidem, ſpem, charitatem habent, & gratiam, qua merentur petentes & orantes, vires accipere, quibus poſſint Dei præcepta ſeruare; quæ nec ex genere ſuo impoſſibilia ſunt, dicente Apoſtolo:* Mandata eius grauia non ſunt: *canente Pſalmiſta*, Qui fingis laborem in præcepto. Latum mandatum tuum nimis. Ad omnia mandata tua dirigebar. Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis. *Summo tandem docente & inſtante Magiſtro ac Domino:* Tollite iugum meum ſuper vos, &c. iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. *Et*

per

per Prophetam promittente: Faciam, vt in iuſtificationibus meis ambuletis. *Quid quod & cùm iuſti volunt, & conantur, ipſo facto quod volunt & conantur, iam gratiam habent, ſine qua nec cogitare aliquid boni, nec velle, nec incipere, vel conari poſſent?* Præparatur enim voluntas à Domino. Ipſe eſt qui operatur velle, & operari. Et qui cœpit bonum opus, ipſe perficit vſque in aduentum Domini. *His omnibus præmiſſis, vt de fide certiſſimis, errorem nunc Tertulliani excutio hæreſi Pelagianæ præcurrentem.*

[1] EVNDEM HOMINEM. *Eandem fatemur animæ rationalis ſubſtantiam; ſed facultates eius longè impares viribus. Nec ſatis hic attendit Author, quàm graui caſu ceciderit in peccato Adami humana natura, quantas incurrerit intellectus tenebras, quantam ad bonum & rectum amplectendum infirmitatem voluntas, quantum pondus concupiſcentiæ, qua iam adiutrice, & cooperatrice diabolus vtitur; quæ viribus iis adanctis, noſtra ſic imminuta ſunt, vt niſi longe maiori gratia medicinali, & victrice mediatoris Chriſti ſanetur infirmitas, & vires amiſſæ reparentur, ne minimo quidem Dei mandato obſequi, nec adminiſtrare & regere poſſimus facultates noſtras, & potentias vtriuſque appetitus, ſecundùm obſequium legum Dei: tantum abeſt,* vt victores nos præſtet diaboli, eadem arbitrii libertas & poteſtas, *in qua conſtitutus Adam, munitus gratia ſufficientis auxilio, qua diabolum cum omnibus tentationibus ſuis vincere poterat, victus miſerè propria & integra abuſus libertate, ſuccubuit diabolo victori.*

[2] EADEM ARBITRII LIBERTAS ET POTESTAS.

Scio quidem Sacroſanctam Synodum Tridentinam, Seſſione 6. canone 5. anathema dixiſſe, dicentibus, poſt peccatum Adæ extinctam fuiſſe hominis libertatem. Sic habes Canon: Si quis liberum hominis arbitrium, poſt Adæ peccatum, amiſſum & extinctum eſſe dixerit; aut rem eſſe de ſolo titulo, imò titulum ſine re, figmentum denique à Sathana inuectum in Eccleſiam, anathema ſit. *Neque nos dicimus amiſſam per peccatum libertatem. Imo cum Auguſtino, in* Aug. *margine huius canonis, citato libro 1. ad Bonifacium, contra duas Epiſtolas Pelagianorum.* Quis noſtrum dicat quòd primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? libertas quidem periit per peccatum, ſed illa quæ in Paradiſo fuit, habendi plenam cum immortalitate iuſtitiam; *(Vnde errauit Tertullianus, eumdem ſtatum Adæ nunc ſupponens.)* propter quod natura humana, diuina indiget gratia, dicente Domino, ſi vos Filius liberauerit, tunc verè liberi eritis: vtique liberi ad benè iuſtèque viuendum. Nam liberum arbitrium vſqueadeo in peccatore non periit, vt per illud peccent; maximè omnes qui cum delectatione peccant, & amore peccati, hoc eis placet, quod eis libet. Vnde & Apoſtolus Rom. 6. Cùm eſſetis, inquit, ſerui peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ. Ecce oſtenduntur etiam peccato minimè potuiſſe, niſi alia libertate ſeruire. Liberi ergo à iuſtitia non ſunt, niſi arbitrio voluntatis: liberi autem à peccato non fiunt, niſi gratiâ Saluatoris. Propter quod admirabilis Doctor, etiam verba ipſa diſcreuit. Cùm enim ſerui eſſetis, inquit, peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ. Quem ergo fructum habuiſtis tunc in his, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt. Nunc autem liberati à peccato, ſerui autem facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem verò vitam æternam. Liberos dixit iuſtitiæ, non liberatos. A peccato autem non liberos: ne ſibi hoc tribuerent: ſed vigilantiſſimè maluit dicere liberatos; referens hoc ad illam Domini ſententiam: Si vos Filius liberauit, tunc verè liberi eritis. Cùm itaque non viuant benè homines, niſi effecti Filii

A Dei: quid eſt quod iſte *(Iulianus)* libero arbitrio vult benè viuendi tribuere poteſtatem; cùm hæc poteſtas non detur niſi gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum: dicente Euangelio Io. 1. quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri &c.

Errauit ergo Tertullianus, cùm dixit, nunc EVMDEM ADÆ STATVM, EAMDEM ARBITRII LIBERTATEM ET POTESTATEM. *Poterat enim ſtans & integra natura, ſufficienti Dei auxilio & gratia munita* ſeipſam adminiſtrare, & regere ſecundum obſequium legum diuinarum: *Nunc autem, licet hominis rei manſerit in ea poteſtas, id eſt rationalis naturæ capacitas, non poteſt ſine maiori gratia; nec vt filius Dei, Patris æterni mandata ſeruare. Vnde Auguſtinus eo-*

B *dem libro 1. cap. 3.* Datur ergo poteſtas, vt filii Dei S. Aug. fiant, qui credunt in eum, cùm hoc ipſum datur, vt credant in eum. Quæ poteſtas niſi detur à Deo, nulla eſſe poteſt ex libero arbitrio. Quia nec liberum in bono erit, quod Liberator nõn liberauerit: ſed in malo liberum habet arbitrium, cui delectationem malitiæ, vel occultus, vel manifeſtus deceptor inſeruit, vel ſibi ipſe perſuaſit. Non itaque, ſicut dicunt nos quidam dicere, & iſte audet inſuper ſcribere, omnes in peccatum veluti inuiti, carnis ſuæ neceſſitate coguntur: ſed ſi iam in ea ætate ſunt, vt propriæ mentis vtantur arbitrio, & in peccato ſua voluntate retinentur, & à peccato, in peccatum, ſua voluntate præcipitantur. Neque enim agit in eis, etiam qui ſuadet & decipit, niſi vt peccatum vo-

C luntate committant, vel ignorantiâ veritatis, vel delectatione iniquitatis, vel vtroque malo, & cæcitatis, & infirmitatis. *Et hæc ſunt duo vulnera, & plagæ inflicta libertati; cæcitas in intellectu, infirmitas in bono, & pronitas in malum, in voluntate; ob quam Pſaltes inſultabat homini in rebus peſſimis exultanti:* Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? *Hæc eſt lapſi liberi arbitrij potentia. Quamquam relicta ſit ei & voluntas, & capacitas ad bonum, quod velet & faciat, ſi illum adiuuet & ſanet gratia Saluatoris. Hinc Sapiens de hominibus loquens:* Sanabiles, inquit, fecit nationes orbis terrarum. *Medico egere ſe Pſaltes fatebatur, cùm infirmitatem confiteretur:* Infirmata eſt in paupertate virtus mea.

Pulchrè Greg. Magnus in expoſ. 1. Pſal. pœnit. in

D *verſum,* Turbatus eſt à furore oculus meus: Humana, inquit, natura ad imaginem primitus, & ſimilitudinem Dei condita, per præuaricationis culpam à contemplationis diuinæ claritate expulſa, ſicut immortalitatis æternæ beatitudinem perdidit, ita interiorem oculum, animæ ſcilicet rationabilem obſcurauit. Et quia bonum à malo diſcernere noluit, volens poſtmodum, quid ſibi ſequendum, quidue fugiendum eſſet ſcire nequiuit. Et quia illum qui lux eſt, & in quo tenebræ non ſunt vllæ, non tenuit, ſicut in nocte, ſic poſtea in meridie palpauit. Dicat ergo fidelis anima: turbatus eſt à furore oculus meus: quia diſcernendi rectè, voluntatem

E non habuit; per furorem, id eſt damnationis ſententiam, ipſam eligendi potentiam amiſit. *Id ſcilicet, quod vtre melius eſt, non autem abſolute, potentiam electiuam. Et libro 6. in primum Regum cap. 15. vbi de Saüle parcente Amalech.* Nec voluerunt diſperdere ea. Quaſi dicat, inquit, poſſent diſperdere, ſi voluiſſent: nam nil facilius quàm libido vincitur, ſi omnis immunda cogitatio deuitetur. Tanto igitur facilius diſperdi poteſt, quantò vnuſquiſque cogitare alia, quàm carnis oblectamenta poteſt. Quia enim duas ſimul res imaginari non poſſumus, dum quidquid eſt aliud cogitamos, cogitare immunda non poſſumus, &c. *Et ne quis naturali li-*

bertatis tribueret vires vincendi Amalech, id eſt populi lambentis, carnis ſcilicet tentationes; ſtatim ſubiunxit: Hoc quidem facilè ſtantibus, non lapſis facilè dixerim: quia qui perpetratione peccati immundi ſpiritus ſeruus efficitur, nec carnis cogitationes liberè poteſt vitare, nec ad alias citò recurrere. De victoribus ergo dicitur *(quod de homine ſtante in natura adhuc integra, vel reparata)* noluerunt ea diſperdere, qui potuerunt: quia ante caſum à liberis facilè peccata vitantur: ſed ſi nolunt vitare cùm poſſunt; poſtea non poſſunt ſi volunt: quia perfectè velle non poſſunt. Quibus vtique per ſe veritas dicit: Si vos filius liberauerit, verè liberi eſtis. Quaſi dicat: quia ſponte liberi eſſe deſiiſtis, poteſtatem adipiſcendæ libertatis in vobis iam non habetis. *Quod pulchrè confirmat lib. 8. mor. cap. 20. in verba cap. 7.* B *Iob.* Factus ſum mihimetipſi grauis: hæc, inquit, ipſa contrarietas culpæ, facta eſt homini pondus pœnæ; vt corruptioni ſuæ malè liber ſeruiat, qui benè ſeruus, de incorruptionis libertate gaudebat. Salubrem quippe humilitatis arcem deſerens, ad infirmitatis iugum ſuperbiendo peruenit, & ceruicem cordis erigendo, ſuppoſuit: quia qui ſubeſſe diuinis iuſſionibus noluit, ſubſuiſſe neceſſitatibus ſtrauit. *Non quod iam etiam cogi poſſit, aut neceſſitate impelli ad peccandum: libera enim voluntate, & etiam voluptate peccat. Et diabolus, vt canis, iuxta Auguſtinum:* Latrare poteſt, tentare poteſt, ſolicitare poteſt, mordere non poteſt, niſi volentem. *Sed cùm tam ſit corrupta natura, peccatum pro natura inolenis,* C *& concupiſcentiam innatam, & inſitam, quoad viuimus, inuiti portamus, & cum Paulo* ſentimus legem in membris repugnantem legi mentis, & captiuos nos ducentem ſub lege peccati.

Rurſum Gregorius lib. 4. mor. cap. 14. Hæc, inquit, concupiſcentiæ carnalis oſtia, dum conſenſus noſter aperuit, ad innumera nos mala corruptionis pertraxit. Vnde etiam nunc ſub mortalitatis pondere gemimus: quamuis ad hanc arbitrio noſtro venerimus; quia & iudicii ſic iuſtitia exigit, vt quod ſponte fecimus, inuiti toleremus. *Tandem infœlicitatem captiuæ libertatis ſic proſequitur ibidem, cap. 56. in verba capitis tertij:* Nunc dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerem. Ad hoc, inquit, in Paradiſo homo poſitus fuerat, vt ſi ſe ad conditoris obe- D dientiam, vinculis charitatis adſtringeret, ad cœleſtem Angelorum patriam quandoque ſine carnis morte tranſiret. Sic namque eſt immortalis conditus, vt tamen ſi peccaret, & mori poſſet: Et ſic mortalis eſt conditus, vt ſi non peccaret, etiam non mori poſſet: Atque ex merito liberi arbitrii, beatitudinem illius regionis attingeret, in qua vel peccare vel mori non poſſet. Vbi igitur poſt redemptionis tempus, carnis morte interpoſita, electi tranſeunt, illuc proculdubio parentes primi, ſi in conditionis ſuæ ſtatu perſtitiſſent, etiam ſine morte corporum, transferri potuiſſent. Dormiens igitur ſileret, & ſomno ſuo requieſceret; dum ad æternæ requiem Patriæ ductus, quaſi ſeceſſum quendam à clamore E hoc humanæ infirmitatis inueniret. Poſt peccatum namque quaſi clamans vigilat, qui contentionem carnis propriæ repugnans portat. Hoc quietis ſilentium iam homo conditus habuit, cùm contra hoſtem ſuum liberum voluntatis arbitrium accepit. Cui qui ſua ſponte ſuccubuit, mox de ſe, quod contra ſe perſtreperet inuenit: Mox in certamine infirmitatis, tumultus reperit: & quamuis in pacis ſilentio ab authore fuerat conditus, hoſti tamen ſponte ſubſtratus, clamores de pugna tolerauit. Ipſa enim carnis ſuggeſtio, quaſi quidam clamor eſt contra quietem mentis, quam ante tranſgreſſionem homo

A non ſenſit: quia nimirum quod de infirmitate poſſet tolerare, non habuit. Poſtquam verò ſe ſponte hoſti ſubdidit, aſtrictus culpæ ſuæ vinculis, in quibuſdam ei etiam nolens ſeruit, & clamores in mente patitur, cùm caro ſpiritui reluctatur. An non clamores intrinſecus audiebat, qui prauæ contra ſe legis verba tolerabat, dicens Rom. 7. Video aliam legem in membris meis, &c.

Quanta igitur per peccatum facta eſt diminutio libertatis, vt iam ex ſe nihil omnino boni poſſit, ſine adiutorio gratiæ redemptoris; quàm aberrãt, qui cum Tertulliano putant EVNDEM ADÆ STATVM, EANDEM, INTEGRAM LIBERI ARBITRII POTESTATEM. *Baptiſmus quidem peccatum originale tollit, ſed ſtatum innocentiæ non reſtituit. Lex peccati manet,* B *concupiſcentia etiam in Electis viget. Paulus Rom. 6.* 18. Liberati à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. *Tranſlat. Syr.* Cùm liberati ſitis à peccato, ſubiecti eſtis iuſtitiæ. *Quod exponit Auguſtinus tract. 41. in Io. 8.* Noli, inquit, libertate vti ad liberè peccandum, ſed vtere ad non peccandum: erit enim voluntas tua libera, ſi fuerit pia. Eris liber, ſi fueris ſeruus: liber peccati, ſeruus iuſtitiæ: dicente Apoſtolo: Cùm ſerui eſſetis peccati, liberi eratis iuſtitiæ: nunc autem liberati à peccato, ſerui autem facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem verò vitam æternam. *Sic gratia liberans hominem à ſeruitute peccati, eum ſubijcit libera Dei ſeruituti. Sic enim eum prius peccati ſeruum ſoluit, &* C *ad mandata Dei exequenda expeditum facit, vt dicat:* Ego autem ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquitatis odio habui. *Dirigitur autem à gratia, ſine qua nec boni aliquid cogitare, nec velle, nec agere quidquam poteſt humanum arbitrium S. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus lib. 2. de differentijs ſpiritalibus, cap. 27.* Inter gratiam, inquit, diuinæ effuſionis, & humani arbitrii voluntatem, hoc intereſt. Arbitrium eſt voluntas liberæ poteſtatis, quæ per ſe ſponte, vel bona, vel mala appetere poteſt. *(Quia ad vtrumlibet ex natura ſua vertibilis eſt, licet iam poſt peccatum, vt ſubijcit, ſine gratia ad bonum flecti non poſſit.)* Gratia autem, eſt diuinæ gratiæ donum gratuitum, per quod bonæ voluntatis initium, & operis promeretur effectum. Diuina quippe gratia D præuenitur homo vt bonus ſit, nec humanum arbitrium diuinam gratiam antecedit, ſed ipſa gratia Dei, nolentem hominem præuenit, vt etiam benè velit. Nam pondere carnis *(id eſt concupiſcentia)* homo ſic agitur, vt ad præuaricandum ſit facilis, tardus ad pœnitendum. Habet de ſe vnde corruat & non habet vnde conſurgat, niſi gratia conditoris, vt erigatur, manum iacenti extendat. Denique homini per Dei gratiam liberum reſtauratur arbitrium, quod primus homo perdiderat. *(non quoad ſubſtantiam, ſed quantum ad vires intellectus, & voluntatis, quæ quotidie per veritatem, & charitatem à vinculis ignorantiæ, & concupiſcentiæ, magis ac magis liberantur; liberante Filio & Spiritu Sancto, quia* E *tunc verè liberi eritis, ſi Filius, qui veritas eſt, vos liberarit. Et vbi Spiritus, ibi libertas.)* Nam ille habuit inchoandi boni liberum arbitrium, quod tamen adiutorio Dei perficeretur. Nos autem & inchoationem liberi arbitrii, & perfectionem de Dei ſumimus gratia; qui & incipere, & perficere bonum de ipſo habemos, à quo & gratiæ donum datum, & liberum arbitrium in nobis eſt reſtauratum. *Vt enim ad videndum, & ambulandum, prius cæco, & claudo reſtituendus eſt, & ſanandus pes, & oculus; & præter oculum, & potentiam viſiuam, lumen neceſſarium eſt; ita & præter intellectum ſanatum, & voluntatẽ, actualis gratiæ lumen, & motus neceſſarius eſt nobis.*

Aug.

Concludo enim Auguſtino libro 1. ad Bonifacium Aug. *cap 3.* Nec poteſt, inquit, homo boni aliquid velle niſi adiuuetur ab eo qui malum non poteſt velle, hoc eſt gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Omne enim quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Ac per hoc bona volontas quę ſe abſtrahit à peccato, fidelis eſt, quia iuſtus ex fide viuit: ad fidem autem pertinet credere in Chriſtum; & nemo poteſt credere in eum, hoc eſt venire ad eum, niſi fuerit illi datum. Nemo igitur poteſt habere voluntatem iuſtam, niſi nullis præcedentibus meritis acceperit veram, hoc eſt gratuitam deſuper gratiam. *Quid demum ſine gratia poſſit liberum nunc arbitrium, docuit Auguſtinus ſæpiſſimè. Inter cætera libro 3. ad Bonifacium cap. 8.* Liberum arbitrium captiuatum, non niſi ad peccatum valet; ad iuſtitiam verò, niſi diuinitus liberatum, adiutumque non valet. *Quod iam ſuccinctius dixerat libro 1. ad eumdem Bonifacium. cap. vltimo.* Pelagianis non immeritò anathema dicimus, qui tam ſunt inimici gratiæ Dei, quæ venit per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, vt eam dicant non gratis, ſed ſecundum merita noſtra dari, ac ſi gratia, iam non ſit gratia: tantùmque conſtituunt in libero arbitrio, quo in profundum demerſus eſt homo, vt eo benè vtendo, dicant hominem mereri gratiam; cùm nemo benè illo vti poſſit, niſi per gratiam, quæ non ſecundùm debitum redditur, ſed Deo gratis miſerante donatur. *Et ſermone 13. de Verb. Apoſtoli:* Si Aug. nos ipſe non adiuuat, non dico vincere, ſed nec pugnare nos poſſe, prorſus nihil boni agere nos poſſe, &c. *Ait rurſum:* Agere nos illo non adiuuante, libera voluntate, ſed malè, & ad hoc idoneam eſſe voluntatem noſtram quæ appellatur libera. *Et libro de ſpiritu & littera cap. 3.* Neque liberum arbitrium quidquam niſi ad peccandum valet, ſi lateat veritatis via. Et cùm id quod agendum, & quò nitendum eſt, cœperit non latere, niſi etiam delectet & ametur, non agitur, non ſuſcipitur, non benè viuitur. Vt autem diligatur, charitas Dei diffunditur in cordibus noſtris, non per arbitrium liberum, quod ſurgit ex nobis, ſed per Spiritum Sanctum qui datus eſt nobis.

Charitas porro neceſſaria eſt ad implenda mandata. Plenitudo enim Legis dilectio, *quæ ſanare debet concupiſcentiam, de die in diem, quæ repugnat amori & delectationi legis. In quo errauit Tertullianus, dicens,* EVNDEM NVNC ADÆ STATVM, ET EANDEM ARBITRII LIBERTATEM, SECVNDVM OBSEQVIVM LEGVM DEI ADMINISTRARE. *Iure quidem meritò à Sanctiſſimo Domino noſtro Papa B. memoriæ Innocentio X. damnata eſt propoſitio prima.* Aliqua Dei præcepta hominibus iuſtis, volentibus, & conantibus, ſecundùm præſentes quas habent vires, ſunt impoſſibilia; Deeſt quoque iis gratia, qua poſſibilia fiant. *Et eam damnamus & anathematiſamus. Sed & ſententiam Tertulliani pariter reijcimus, qui eundem nunc Adæ ſtatum, hoc eſt Innocentiæ, vigere ſupponit, eandemque liberi arbitrij poteſtatem; cùm non eædem vires infirmæ ſint naturæ, & ſanæ. Quin etiam ſibi ipſi contradicit; cùm ſubijcit,* Eandem libertatem, ſecundùm obſequium legum Dei adminiſtrari. *Neque enim ſeipſum adminiſtrat, quaſi habens ſubiectam ſibi gratiam, qua mandata Dei ſeruet: cum alibi dixerit, de Anima cap. 21* Hæc erit vis diuinæ gratiæ potentior vtique natura, habens in nobis ſubiacentem ſibi liberi arbitrii poteſtatem. *At hæc non vt Caluiniſtæ à S. Concilio Tridentino damnati, mandata Dei impoſſibilia cenſemus: ſed quòd ſine diuina gratia ea implere non poſſimus, ex nudis liberi arbitrij, tam grauiter infirmati viribus. Ita enim*

A *S ſſ. 6. canone 18.* Si quis dixerit, Dei præcepta homini etiam iuſtificato, & ſub gratia conſtituto, eſſe ad obſeruandum impoſſibilia, anathema ſit. *Et cap. 11. eiuſdem Seſſionis.* Nemo temeraria illa, & à Patribus ſub anathemate prohibita voce vti debet, Dei præcepta homini iuſtificato ad obſeruandum eſſe impoſſibilia. Nam Deus impoſſibilia non iubet, ſed iubendo monet, & facere quod poſſis, & petere quod non poſſis, & adiuuat vt poſſis: cuius mandata grauia non ſunt: cuius iugum ſuaue eſt, & onus leue. Qui enim ſunt Filii Dei, Chriſtum diligunt: qui autem diligunt eum, ſeruant ſermones eius: quod vtique cum diuino auxilio præſtare poſſunt. *Vides quam exertè S. Synodus adiutorium, ſine Dei gratiam actualem etiam in homine iuſtificato*
B *exigat: & bis in vno capitulo repetat:* Adiuuat, vt poſſis. *Et rurſum:* Quod vtique cum diuino auxilio præſtare poſſunt. *Sine quo vtique nihil poſſunt, dicente Chriſto:* Sine me nihil poteſtis facere. *Subſcribente Paulo:* Ipſe eſt qui operatur in vobis & velle, & operari. *Et iterum, qui dixerat:* Non quaſi ſufficientes ſimus aliquid ex nobis, tamquam ex nobis. *Alibi nihil excipiens ex Dei mandatis:* Omnia, inquit, poſſum in eo qui me confortat. *Vides præterea Concilium expreſſis Auguſtini verbis vti, quæ & ad marginem huius capitis notata ſunt, ex libro de natura & gratia, cap. 43. vbi ſic fuſius habet.* Verum eſt, inquit, S.Auguſt.
C quod ait, *(Pelagius,)* quòd Deus tam bonus quàm iuſtus, talem hominem fecerit, qui peccati malo carere ſufficeret, ſed ſi voluiſſet. Quis enim eum neſcit ſanum & inculpabilem factum, & libero arbitrio, atque ad iuſtè viuendum poteſtate libera conſtitutum? Sed nunc de illo agitur, quem ſemiuiuum latrones reliquerunt, qui grauibus ſaucius confoſſuſque vulneribus, non ita poteſt ad iuſtitiæ culmen aſcendere, ſicut potuit inde deſcendere Qui etiam ſi iam in ſtabulo eſt, adhuc curatur. Non igitur Deus impoſſibilia iubet, ſed iubendo admonet, & facere quod poſſis, & petere quod non poſſis. Iam nunc videamus vnde poſſit, vnde non poſſit. Iſte dicit, voluntate non eſt, quod natura poteſt.
D Ego dico, voluntate quidem non eſt homo iuſtus, *(non eſt enim volentis neque currentis, &c.)* ſed medicinâ poterit quod vitio non poteſt. *Et lib. 4. ad Bonifacium, cont. duas Epiſtolas Pelagianorum. c. 6.* Itàne non euigilatis? non auditis? faciam vt ambuletis, faciam vt obſeruetis; poſtremò faciam vt faciatis. Quid adhuc vos inflatis? nos quidem ambulamus, verum eſt: nos obſeruamus, nos facimus, ſed ille facit vt ambulemus, vt obſeruemus, vt faciamus. Hæc eſt gratia Dei bonos faciens nos, Hæc eſt miſericordia eius præueniens nos. *Quamuis nulla præcepta, iuſtis volentibus & conantibus impoſſibilia ſint, ſi iuſti ſunt, & iuſtè conantur, hoc eſt non ſuam, ſed Dei conſtituentes iuſtitiam, nec de ſuis, ſed de gratia diuina viribus præſumentes: tamen tum de*
E *viribus ſuis, & propria libertate præſumunt, & conantur proprijs ſuis viribus perſiſtere, quod niſi Deo iuuante, implere non poſſunt; ſuperbi ſunt, iniuſti ſunt, quod Dei eſt, Deo non reddunt, in ſe, non in Domino glorantes.* A mandatis Dei repelluntur, deiiciuntur dum alleuantur, *& gratiam accipere non merentur. Licet enim vt habet Auguſtinus tractatu 35. in Io. 7.* Non nus deſerit fons, ſi non deſeramus fontem: *tamen* S. Aug. *longè aberrat à fonte, & deſerit fontem, & ſine aqua fontis aridus & languidus manet ipſi gratia fontis factus ingratus. Vnde & Petrus de ſe præſumendo, & præſumptione ſua Chriſtum deſerendo, deſertus eſt; & Dauid præſumendo factus eſt conturbatus. Accipe Auguſtinum lib. de natura & gratia cap. 27.* Admonentur, inquit, ne dona Dei ſuæ poteſtati tribuendo,

ſeſeque extollendo, grauius pereant, qoàm ſi nihil operarentur boni, quibus dicitur, Philipp. 2. cum timote, & tremore veſtram ipſorom ſalutem operamini; Deus enim eſt, qui operatur in vobis, & velle, & operari pro bona voluntate. Quare ergo eum timore, & tremore, & non potius cuoi ſecuritate, ſi Deus operatur; niſi quia propter voluntatem noſtram, ſine qoa beoè non poſſumus operari, citò poteſt ſuhrepere animo humano, vt quod bene operatur, ſuum tantummodò exiſtimet, & dicat in abundantia ſua, non mouebor in æternum? *(& vt Petrus, non te negabo;)* Ideo qui in voluntate ſua præſtiterat decori eius virtutem, auertit paululum faciem ſuam, vt qui hoc dixerat, fieret conturbatus: quoniam ipſe eſt ille tomor ſanandus doloribus. B *Et cap.* 28. Non itaque dicitur homini, neceſsè eſt peccare, ne pecces: ſed dicitor homini: deſerit aliquantulum Deus, vnde *(quia)* ſuperbis: vt ſcias, non tuum, ſed eius eſſe; & diſcas ſuperbos non eſſe.

Quid quod & iuſtificatis nonnumquam Deus ad implendum aliquod punctum perfectionis, & alto & ſecreto iudicio, differt dare gratiam; vt non inflentur, ſed infirmitatem ſuam agnoſcant Ita Auguſtinus, lib. 2. de peccatorum meritis c. 19. (S Auguſt.) Nos autem, inquit, quantum conceſſum eſt, ſapiamus, & intelligamus ſi poſſumus, Dominum Deum bonum, ideo etiam Sanctis ſuis alicuius operis iuſti, aliquando non tribuere, vel certam ſcientiam, vel victricem delectationem; vt cognoſcant, non à ſeipſis, ſed ab illo C ſibi eſſe lucem, qua illuminentur tenebræ eorum; & ſuauitatem qua det fructum ſuum terra eorum. Cùm autem ab illo illius adiutorium deprecamur, ad facieodam perficiendamque iuſtitiam, quid aliud deprecamur quàm vt aperiat quod latebat, & ſuaue faciat quod non delectabat: quia & hoc ab illo eſſe deprecandum, eius gratia didicimus, dum antea lateret; eius gratiâ dileximus, dum antea non delectaret; vt qui gloriatur, non in ſe, ſed in Domino glorietur, &c. Idcircò etiam Sanctos & fideles ſuos in aliquibus vitiis tardius ſanat, vt in his eos minus quam implendæ ex omni parte iuſtitiæ ſufficit, delectet bonum, ſiue cùm latet, ſiue cùm etiam manifeſtum eſt: vt quantum pertinet ad integerrimam regulam veritatis eius, non iuſtificetur in conſpectu D. eius omnis viuens. Nec in eo ipſo vult nos damnabiles eſſe, ſed humiles; commendans nobis eandem gratiam ſuam: Ne facilitatem in omnibus aſſecuti, noſtrum putemus eſſe, quod eiua eſt: qui error multum eſt religinoi, pietatique contrarius. Nec ideo tamen in eiſdem vitiis nobis permanendum eſſe exiſtimemus, ſed aduerſus ipſam maximè ſuperbiam, propter quam in eis humiliamur; & nos vigilanter conemur, & ipſum ardenter deprecemur; ſimul intelligentes, & quod ſic conamur, & quod ſic deprecamur, dono illiua nos habere: vt in omnibus, non ad nos reſpicientes, ſed ſurſum cor habentes, Domino Deo noſtro gratiaa agamus, & cùm glo- E riamur, in illo gloriemur.

De conatu noſtro ad mandata Dei ſeruanda, gratia Dei adiuto Gregorius lib. 1. *in Ezech. homil.* 9. *in verba*. Et ingreſſus eſt in me ſpiritus, poſtquam loeutos eſt mihi, & ſtatuit me ſuper pedes meos: Ecce, ioquit, diuina vox iaeenti Prophetæ iuſſit, vt reſurgeret; *(fili hominis ſta ſuper pedes tuos:)* ſed ſurgere omnino non poſſet, niſi in hunc omnipotentis Dei ſpiritus intraſſet. *Alibi diximus, fruſtra prædicatorem, imò Chriſtum ipſum, ipſum Deum, exterius & foris loqui, & nos ad mandata ſeruanda hortari, niſi intus loquatur, & ſuadeat gratia efficaci. Vnde & Pſaltes* latum mandatum nimis, *fatetur, ſed agnoſcit vim gratiæ cùm ait:* ad omnia mandata A tua dirigebar. Statuiſti in loco ſpatioſo pedes meos. *Vnde rationem ſubijcit Gregorius:* Quia, inquit, ex omnipotentis Dei gratia ad bona opera conari quidem poſſumus, ſed hæc implere non poſſumus, ſi ipſe non adiuuat, qui iubet. Sic Paulus cùm diſcipulos admoneret dicens; cum metu & tremore veſtram ipſorum ſalutem operamini: Illico quis in eis hæc ipſa bona operaretur adiunait, dicens: Deus eſt enim qui operatur in vobis, & velle, & perficere pro bona voluntate.

Quanquam autem neceſſaria ſit gratia ad Dei mandata ſeruanda, quæ liberum ad ea iuuet & moueat arbitrium (impellat inquam, ſuauiter tamen & iuxta naturalem appetitum eius veri & boni, monendo, non autem neceſſitate aut coactione compellendo quod B *Innoc. X. intertia meritò propoſitione damnauit, (ipſum tamen non vt inſtrumentum mortuum. & inanime mouet: hoc enim credere, eſt hæreticum, & à S. Synodo Tridentina damnatum: Ita enim ſeſſione 6. canone* 4. Si quis dixerit, liberum arbitrium à Deo motum & excitatum, nihil cooperari, aſſentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quo ad obtinendam iuſtificationis gratiam ſe diſponat ac præparet, neque poſſe diſſentire ſi velit, ſed veluti inanime qooddam, nihil omnino agere, merèque paſſiuè ſe habere, Anathema ſit. *Longè ab hoc ſenſu hæretico ſemper abfuit Auguſtinus: qui licet in omnibus, gratiæ efficacis neceſſitatem, & impulſum agnoſcat, concurſum tamen liberi arbitrij, & actualem conſenſum, a- prorſus liberum includit. Ex mille locis, aliquot profero.* C *In Pſal.* 118. *concio.* 27. (Aug.) Quis, inquit, facit mandata tua ſicut facienda ſunt, id eſt ex fide quæ per dilectionem Dei operatur, niſi eios in corde per Spiritum ſanctum ipſa dilectio diffundatur? hoc etiam iſte paruulus confitetur. Os meum, inquit, aperui, & attraxi ſpiritum, quia mandata tua deſiderabam. Quid deſiderabat, niſi facere mandata diuina? Sed oon erat vnde faceret, infirmus fortia, & paruulus magna. Apetuit os, confitens quod per ſe ipſe non faceret, & attraxit, vnde faceret. Aperuit os petendo, quærendo, pulſando, & ſitiens hauſit ſpiritum bonum, vnde faceret quod per ſeipſum non poterat, mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum. Si enim D. nos cùm ſimus mali, nouimus bona data dare filiis noſtris, quantò magis Pater noſter de cœlo dabit Spiritum bonum petentibus eum? Matth. 7. Non enim qui ſpiritu ſuo agunt, ſed quotquot ſpiritu Dei aguntur, hi filij ſunt Dei. Rom. 8. Non quia ipſi nihil agunt, ſed nè nihil boni agant, à bono aguntur, vt agant. Nam tantò magis efficitur quiſque filius bonus, quantò largius ei datur à Patre ſpiritus bonus. *Idem inculcat libro de correptione & gratia. cap.* 2. Non ſe fallant qui dicunt: vt qoid nobis prædicatur atque præcipitur, vt declinemus à malo, & faciamus bonum, ſi hoc nos non agimus, ſed id velle & operari Deus operatur in nobis? Sed potius in- E telligant ſi filij Dei ſunt, ſpiritu Dei ſe agi, vt quod agendum eſt, agant, & cùm egerint, illi à qoo aguntur, vt gratiaa agant. Aguntur enim, vt agant, non vt ipſi nihil agant, & ad hoc eis oſtenditur quid agere debeant, vt quando id agunt, ſicut agendum eſt, id eſt cum dilectione & delectatione iuſtitiæ, ſuauitatem quam dedit Dominus, vt terra eiua daret fructum ſuum, accepiſſe ſe gaudeant. Quando autem non agunt, ſiue omnino non faciendo, ſiue non ex charitate faciendo; oreot, vt quod nondum habent, accipiant. Quid enim habebunt quod non accepturi ſunt; aut quid habent quod non acceperunt?

Et rurſum lib. 2. *de peccat. meritis cap.* 5. (Aug.) Nec ideo tameu de hac ra ſolis votis agendum eſt, vt non ſub-

ſuferatur adniſtendo etiam noſtræ efficacia voluntatis. Adiutor enim noſter Deus dicitur: nec adiuuari poteſt, niſi qui aliquid ſponte conatur. Quia non ſicut in lapidibus inſenſatis, aut ſicut in eis, in quorum natura rationem, voluntatemque non condidit, ſalutem noſtram Deus operatur in nobis. Cur autem illum adiuuet, illum non adiuuet, illum tantùm, illum autem oon tantùm: iſtum illo, illum iſto modo, penès ipſum eſt, & æquitatis tam ſecreta ratio, & excellentia poteſtatis. *Quando autem dicimus, ad mandata Dei exequenda, & bona opera facienda, agi & moueri à Spiritu ſancto liberum arbitrium, dupliciter id à Deo fieri ſentimus; quia non ſolùm mouet vt finis, & vt ſummum bonum, cuius appetitu voluntas attrahitur: ſed quia etiam eſt cauſa prima efficiens omnis rei, & cuiuſcumque motus & actus: qua tamen cauſa prima, ſecundùm rerum naturam eas agit & monet: nulli vim inferens, ſed* omnia fortiter ſuauiterque diſponens.

Ita D. Thomas lect. 1. in 2. Cor. 3. Non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis; ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Si, inquit, nec cogitare quis à ſe habeat, ſed à Deo, non eſt dubium quod non ſolùm perfectio operis boni eſt à Deo, ſed etiam inchoatio. Philip. 1. qui cœpit in vobis opus bonum, ipſe perficiet, &c. Sed nè videatur tollere libertatem arbitrij; dicit, à nobis, &c. Quaſi dicat poſſum quidem aliquid facere, quod eſt liberi arbitrij, ſed hoc quod facio, non eſt ex me, ſed ex Deo qui hoc ipſum poſſe confert: vt ſic & libertatem hominibus defendat; cùm dicit, à nobis, id eſt à noſtra parte: Et diuinam gratiam commendat, cùm dicit, quaſi ex nobis, ſcilicet procedat, ſed à Deo. Hoc etiam Philoſophus vult, quod nunquam homo per liberum arbitrium poteſt quoddam bonum facere, ſine adiutorio Dei. Vnde dicit quod conſilium boni, eſt ab aliquo quod eſt ſupra hominem, mouens eum ad benè operandum. Et hoc eſt Deus, qui & homines mouet, & omnia quæ agunt, ad actiones ſuas, ſed aliter, & aliter. Cùm enim huiuſmodi motus ſit quoddam receptum in moto, oportet quòd hoc fiat ſecundùm modum ſuæ naturæ, id eſt rei motæ. Et ideo omnia mouet ſecundum naturas ſuas. Ea ergo quorum natura eſt, vt ſint liberæ voluntatis, dominium ſuarum actionum habentia, mouet liberè ad operationes ſuas; ſicut creaturas rationales, & intellectuales. Alia autẽ non liberè, ſed ſecundùm modũ ſuæ naturæ. *Ita prorſus docet Concilij Tridentini Catechiſmus Romanus iuſſu Pij quinti editus, in expoſitione articuli quinti Symboli Apoſtolorum, ſub finem. Vbi omnia non ſolùm à Deo eſſe, ſed & conſeruari, & qualibet agentia, abſque vlla violentia, neceſſitate, coactione, ſed ſecundùm naturam, ad ſingulos actus impelli confirmat.* Non ſolùm, inquit, Deus vniuerſa quæ ſunt, prouidentià tuetur, atque adminiſtrat, verùm etiam quæ mouentur, & aguntaliquid, intima virtute, ad motum, atque actionem ita impellit, vt quamuis ſecundarum cauſarum efficientiam non impediat, præueniat tamen; cùm eius occultiſſima vis ad ſingula pertineat; & quemadmodum Sapiens teſtatur: Sap. 8. attingat à fine vſque ad finem fortiter, & diſponat omnia ſuauiter. Quare ab Apoſtolo dictum eſt. Act. 17. Cùm apud Athenienſes annuntiaret Deum, quem ignorantes colebant; non longè eſt ab vnoquoque noſtrum; in ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus. *Quid autem tam ſecundùm naturam hominis rationalem, quàm vt intellectus eius, diſcuſſis tenebris mendacij, quo per peccatum excæcatus eſt, agnoſcat verum, quod eſt proprium eius obiectum; & voluntas peccati pondere ad malum inclinata, verum*

A *& ſummum appetat bonum eoque delectetur amato? Vtrumque autem præſtat diuina gratia, liberum arbitrium ſanans, & veramque potentiam medicinà ſalutari & delectabili curans.* Tanto enim quidque vehementius volumus, quantò certius, quàm bonum ſit agnouimus, eoque delectamur ardentius, *ait Aug. lib. 2. de peccat. merit. cap. 17. Vbi rurſum, totam cauſam, qua Dei mandata ſeruare libero arbitrio nolumus, refundit in ignorantiam, & deprauationem à peccato inuectam.* Nolunt, inquit, homines facere quod iuſtum eſt, ſiue quia latet an iuſtum ſit, ſiue quia non delectat, &c. Ignorantia igitur, & infirmitas, vitia ſunt, quæ impediunt voluntatem, nè moueatur ad faciendum opus bonum, vel ab opere B malo abſtinendum. Vt autem innoteſcat quod latebat, & ſuaue fiat quod non delectabat, gratiæ Dei eſt, quæ hominum adiuuat voluntates. S. Auguſt.

D. item Gregorius libro 1. homil. 9. in Ezech. de Paulo loquens. Quia, inquit, cœleſti dono præuentus eſt, quaſi alienum ſe à bono ſuo opere agnouit, dicens; non autem ego: ſed quia præueniens gratia liberum in eo arbitrium fecerat in bono, quòd libero arbitrio, eamdem gratiam eſt ſubſecutus in opere, adiunxit: ſed gratia Dei mecum. *Vides vt veram libertatem à gratia productam agnoſcat, tamque non pediſſequam, ſed ducem boni operis præponat, & non ſubijciat arbitrio. Et quid tam ſecundum naturam prima ac ſumma omnium rationis, quàm vt omnem* C *ſibi ſubijciat intellectum? Quid tam ſecundùm naturam primæ voluntatis & libertatis omnium arbitræ, quàm vt omnem ſuo imperio ſubſternat voluntatem?* Cui volenti ſaluum facere nullum hominum reſiſtit arbitrium. *Quod de voluntate Dei abſoluta, & gratia efficaci intelligit, cui tamen iuxta Concilium Trid. poteſt diſſentire, ſi velit: Sed de facto nunquam diſſentit, ſi efficax eſt. Tunc enim inclinat, & flectit voluntatem, licet ſuauiter & liberè, & prorſus ſecundum naturam eius bonum naturaliter appetentem.)* Sic enim velle, vel nolle, in volentis, aut nolentis eſt poteſtate, vt diuinam voluntatem non impediat, nec ſuperet poteſtatem. *Ait Auguſt. de corrept. & gratia cap. 14. Et ibid.* Non eſt vtique dubitandum volun- S. Auguſt.
D tati Dei, qui in cœlo & in terra omnia quæcumque voluit fecit, qui etiam illa quæ futura ſunt, fecit, humanas voluntates non poſſe reſiſtere quo minus faciat ipſe quod vult. Quandoquidem etiam de ipſis hominum voluntatibus facit quod vult. *Quod multis ibi probat exemplis. Et quidem*: Cor Regis in manu Dei, quocumque voluerit inclinabit illud. *Prou. 21. 1.* Trahitur miris modis vt velit, ab illo qui nouit intus in ipſis hominum cordibus operari, non vt homines, quod fieri non poteſt nolentes credant, ſed vt volentes ex nolentibus fiant. *Ait idem 1. ad Bonif. cap. 19. Et qua vi infertur antinu ſ ata, & illaqueata, dum ſoluitur? quæ violentia libero arbitrio dum captiuum ſoluitur & ſanatur infirmum? cuius* E *tamen ad merendum & demerendum manet ſemper in viatoribus indifferens, ad vtrumlibet, & liberum arbitrium.*

Quàm non officiat gratia, ſed ex aduerſo opituletur infirmato per peccatũ Adæ libero hominis arbitrio, gradatione pulcherrima demonſtrat Auguſt. nos libro de Spiritu & littera cap. 30. Liberum arbitrium euacuamus per gratiam? Abſit, ſed magis liberum arbitrium ſtatuimus. Sicut enim lex per fidem, ſic liberum arbitrium per gratiam non euacuatur, ſed ſtatuitur. Neque enim lex impletur niſi libero arbitrio, ſed per legem cognitio peccati, per fidem impetratio gratiæ contra peccatum; per gratiam ſanatio animæ abolitione peccati; per animæ ſanitatem libertas arbitrij, per liberum arbitrium, iuſti-

tiæ dilectio: per iuſtitiæ dilectionem, legis operatio. Ac per hoc, ſicut lex non euacuatur, ſed ſtatuitur per fidem, quia fides impetrat gratiam, qua lex impleatur: ita liberum arbitrium non euacuatur per gratiam, ſed ſtatuitur, quia gratia ſanat volūtatem, qua iuſtitia liberè diligatur. Omnia hæc, velut catenatim connexa, habent voces ſuas in Scriptura. Lex dicit Exo. 20. Non concupiſces. Fides dicit, Pſal. 40. Sana animam meam, quoniam peccaui tibi. Gratia dicit, Io. 5. Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, nequid tibi deterius contingat. Sanitas dicit Pſalmo 29. Domine Deus meus clamaui ad te, & ſanaſti me. Liberum arbitrium dicit: Pſal. 53. Voluntariè ſacrificabo tibi. Dilectio iuſtitiæ dicit: Pſalmo 118. Narrauerunt mihi iniuſti delecta- A tiones, (*fabulationes ſuas*) ſed non ſicut lex tua Domine. Vt quid ergo miſeri homines, aut de libero arbitrio audent ſuperbire, antequam liberentur, aut de ſuis viribus, ſi iam liberati ſunt? Nec attendunt in ipſo nomine liberi arbitrii, vtique libertatem ſonare. Vbi autem ſpiritus Domini, ibi libertas. Si ergo ſerui ſunt peccati, quid ſe iactant de libero arbitrio? A quo enim quis deuictus eſt, huic & ſeruus addictus eſt 2. Petr. 2. Si autem liberati ſunt, quid ſe iactant velut de opere proprio, & gloriantur quaſi non acceperint? An ita ſunt liberi, vt nec illum velint habere Dominum, qui eis dicit. Io. 15. Sine me nihil poteſtis facere: Et Io. 8. Si vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis.

MARIA[a] SIGNVM CONTRADICT. HÆRETICIS.

1. Non Virgo quantùm à partu; partu ſuo nupſit, ipſa patefacti corporis lege, vi maſculi emiſſi, qui clauſam vuluam patefecit nuptiali paſſione. De Carne Chriſti cap. 23. per totum.

AGgnoſcimus adimpleri propheticam vocem Simeonis, ſuper adhuc infantem Do-
a Luc. 2. minum pronunciatam; [a] *Ecce hic poſitus eſt in ruinam, &* [1] *ſuſcitationem multorum in Iſrael,*
34. *& in ſignum* [2] *quod contradicetur.* Signum enim natiuitatis Chriſti ſecundùm Eſaiam. [b] *Pro-*
b Eſa. 7. *pterea dabit vobis Dominus ipſe ſignum: Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet filium.* Agnoſci-
14. mus ergo ſignum contradicibile, conceptum & partum Virginis Mariæ: de quo [3] Acade-
mici iſti: *Peperit,* [4] *& non peperit: Virgo, & non Virgo:* Quaſi non, etſi ita dicendum eſſet,
à nobis magis dici conueniret. Peperit enim, quæ ex ſua carne; & non peperit, quæ non
ex viri ſemine. Et virgo, quantùm à viro; non virgo, [5] quantùm à partu. Non [6] tamen vt
ideo, *peperit, & non peperit,* Et ideo, *Virgo, quæ non virgo:* quia non de viſceribus ſuis mater.
Sed apud nos nihil dubium, nec retortum in [7] ancipitem defenſionem. Lux, lux; & tene-
c Matth. bræ, tenebræ. Et [c] *Eſt, eſt. Et, non, non: quod* [8] *amplius, hoc à malo eſt.* Peperit, quæ peperit:
5. 37. & ſi virgo concepit, in partu ſuo [9] nupſit; ipſa patefacti corporis [10] lege: in [11] quo nihil
[12] interfuit, de vi maſculi admiſſi, an emiſſi, idem illud ſexus reſignauerit. Hæc denique
d Exod. vulua eſt, propter quam & de aliis ſcriptum eſt: [d] *Omne maſculinum adaperiens vuluam, ſan-*
13. 12. 15. *ctum vocabitur Domino.* Quis verè ſanctus, quàm Dei Filius? Quis propriè vuluam adape-
Luc. 2. 23. ruit, quàm qui [13] clauſam patefecit: Cæterùm omnibus nuptiæ patefaciunt. Itaque ma-
gis [14] patefacta eſt, quia magis erat clauſa. Vtique magis non [15] virgo dicenda eſt, quàm
virgo; [16] ſaltu quodam mater, antè quàm nupta. Et quid vltra de hoc [17] retractandum eſt?
e Gal. 4. Cùm hac ratione Apoſtolus, non ex virgine, ſed [e] *ex muliere editum* Filium Dei pronun-
4. tiauit. Agnouit [18] adapertæ vuluæ nuptialem [19] paſſionem. Legimus quidem [20] apud Eze-
Ex Apocrypho, vel Poëta Iudæo. chielem, de *vacca illa, quæ peperit, & non peperit.* Sed videte, ne [21] vos iam tunc prouidens
Spiritus Sanctus [22] notarit hac voce diſceptaturos ſuper vterum Mariæ. Cæterùm non
contra illam ſuam [23] ſimplicitatem pronuntiaſſet dubitatiuè, Eſaia dicente: [f] *Concipiet*
f Eſa. 7. 14. *& pariet.*

2. Maria ſemel nuptura poſt partum. De Monog. cap. 8. à p.

Chriſtum quidem Virgo enixa eſt, ſemel [24] nuptura poſt partum; vt vterque titulus ſanctitatis in Chriſti cenſu diſpungeretur, per matrem, & virginem, & vniuiram.

M A R I A.

1. SCHOL.

[1] SVSCITATIONEM. *Reſurrectionem.* [2] QVOD, cui contradicetur. *Auguſtinus lib. 4 quæſt. in numeros, quæſt. 36. Chriſtum comparat aquis contradictionis.* Quod, inquit, de aqua illa quæ de petra defluxit, dictum eſt numerorum. 20. hæc aqua contradictionis, quia maledixerant filii Iſraël ante Dominum, & ſanctificatus eſt in ipſis. Prius maledixerunt, quando locuti ſunt contra beneficium Domini, quòd adducti erant de Ægypto: & poſtea ſanctificatus eſt in ipſis, Cùm illo miraculo pro- B fluentis aquæ, eius ſanctitas declarata eſt. An fortè duo genera hominum demonſtrauit, & contradicentium gratiæ Chriſti, & percipientium gratiam Chriſti: vt illis ſit aqua contradictionis, iſtis ſanctificationis. Nam de ipſo Domino in Euangelio legitur, & in ſignum cui contradicetur. [3] ACADEMICI. *Laertius in Prœmio, tres diſtinguit Academias, veterem Platoni Principi, mediam Archeſilao,* (Euſebius tamen Carneadi) *nouam Lacydi attribuit. Agit hic Tertul. de media, cuius ſectatores Academicorum*

nia in dubium vocabant, de quibus Aug. li. 3. cont. Academicos. His ſimiles Valentiniani. [4] Peperit et non, &c. Sic inducit eos loquentes, ex quadam Scriptura Apocrypha qua nunc non extat. [5] Quantum a partu, parere enim via communi; corruptarum eſt, & ſubactarum mulierum. Hæc quia durius auribus fidelium ſonant, & horrorem incutiunt vt minus honeſtè, nec vt Virginem Deiparam decet, ſcripta, vt nec in concionibus referenda, inter errores retuli. Nec enim, vt vehementius & inculcatius contra hæreticos veritatem carnis Chriſti probaret, his terminis vti debuit, Mariæ quidem Maternitatem exaggerantibus, ſed Virginitatis honorem dehoneſtantibus. Expoſui autem quantum honeſtè potui, vt duritiem ſtyli aliquantulum emollirem. [6] Non tamen, hinc tamen non debent ſic argumentari hæretici, vt concludant Virginem Mariam, non ex ſuis viſceribus veram Chriſti carnem genuiſſe; Sed ſi dicatur, non peperiſſe, Intelligendum eſt, quia non peperit ex viri ſemine. [7] In ancipitem, ſicut iſti Academici vtrimque defendunt, dicentes, virgo, & non virgo, &c. Nos autem tes vt ſunt plane & certò dicimus, Lucem, lucē; & virginem, virginem; Quod amplius, &c. quod de iuramento vitando Chriſtus, hoc nuda & ſimplici veritati dicenda aptat Tertullianus. Matth. 5. 37. Sit autem ſermo veſter, Eſt, Eſt: Non, Non: quod autem his abundantius eſt, à malo eſt. [9] In partu nupſit. fructu nuptiarum potita eſt pariendo Chriſtum.

Aug. Cæterùm Aug. ſer. 10. de temp. peperit eum, non qui naſcendo pollueret parietem, (alludit ad illud Cant. ſi murus eſt, ædificemus ſuper eam propugnacula argentea: Vnde paulo ſupra dixit Aug. in eximio partu virginea viſcera corruſcabant) ſed qui à pollutione ſæculum delauaret. Sancta credidit, ſancta concepit, ſanctior efficitur poſt partum. Extitit autem ipſi virgini ipſe filius, qui erat ſponſus. Ipſe genitus, qui erat genitor, &c. Mater ſponſa, & ipſe quem peperit, Chriſtus ſponſus, quem Sanctus Spiritus copulauit, &c. fecit grauidam virginem ipſe, qui erat naſciturus ex Virgine. Eapauit in partu ſuo mater; Deus per Angelum loquebatur, & virgo auribus imprægnabatur. Audiat omnis ætas, quod nunquam audiuit: virgo partu ſuo nupſit, virginitatem dum pareret duplicauit. [10] Ipsa lege, ipſo facto quod corpus virginis apertum eſt, non quidem rupto ſigillo virginitatis, ſed virtute diuina ad fœcunditatem aperto, aliàs in omnibus fœminis, lege communi, via natura ordinaria, violato: partu ſuo nupſit, ſatis ſe nuptam probans ex partu. [11] In quo, ſcilicet partu. [12] Nihil interfuit, nil aut parum refert, iam contendere cum Valentinianis, virginem, & non virginem Academicè vtrinque & dubiè dicentibus; virgone fuerit concipiens an maſculum ſemen Ioſeph admittens, an virgo pariens & maſculum Chriſtum emittens; verum vis illata fuerit in conceptu, vel partu, vel a viro, vel à Chriſto, idem enim ſexus eſt & viri, & filii quoad Corporis apertionem; hoc vnum tantùm intereſt, de hoc ſolùm eſt controuerſia nobis cum Valentinianis, vt contra eos veram Chriſti carnem de Matre virgine ſumptam probemus. Hic verus, ni fallor, litera ſenſus. Sed mos eſt eius, aliorumque Patrum agonizantium contra hæreticos, vt in contrariam partem ſic declinent, vt nimium probent. Quia ergo Marcioniſtæ carnem phantaſticam Chriſto affingebant, vt eam veram eſſe & de virgine factam vehementius probet, verbis paulo durioribus vſus eſt, niſi ſenſu mitiori molliantur. Nec ipſe ſolus, ſed & ante eum Orig. Homil. 14. in Luc. & poſt eum Ambroſius. in eum. dem de vteri virginalis patefactione ſic loquuntur, ita & Hieronymus dicit Chriſtum iuxta portam orientalem clauſam, per quam ſolus Pontifex egreditur, vterum virginis ſupernaturaliter aperuiſſe. Et Ambr. Ep. 81. dum ait Chriſtum non aliter, quàm aqua fluxere de petra deſerti, ſic de virginis vtero exiiſſe. Et D. Thomas ſic duritiam aliquam in hoc ſcribendi modo emollit, dum patefactionem vteri virginalis, ad fœcunditatem retulit, quæ abſque violatione clauſtri virginalis, miraculosè ſit facta. Aliàs Tertull. ſæpius cum Eſaia, virginem in conceptu & partu, apertiſſimè confeſſus eſt. [13] Clausam patefecit. Non aliter quàm iuxta Prophetam: aperiatur terra & germinet ſaluatorem, ſicut ſepulchrum ſignatum reſurgens, ſicut ianuas clauſas, ſuſcitatus, ſicut cœlum in cœlum aſſumptus, ſepulchro, ianuis, cœlo clauſis, penetrando aperuit ſibi. [14] Magis patefacta, licet virgo remanſerit, tantò magis aperta dicenda eſt fœcunditati, quò prorſus clauſa, mater eſt facta. Et in vno pluſquam Iſaac, omnium ſtellarum, & electorum. Mater inter omnes mulieres benedicta. Vt in vno grano frumenti, Verbo, Patris ſemine, de horreo ſinus eius in terram ſuam virgineam lapſo, & concepto, triticum electorum in horreum cœli, in meſſe reſurrectionis, baiulis Angelis tranſuehendum ſimul produxerit: vera vtique Theotocos, non ſolum mater, ſed & vxor a Dei nuncupanda, teſtante Sponſo, in tanta prole virginem, cùm dixit: Venter tuos aceruus tritici, vallatus liliis; inuiolabilis ſcilicet virginitatis. [15] Non virgo. Quia cæteris virginibus, vt ſic, præciſè, nullo modo conuenit concipere & parere. Vnde magis Matrem & mulierem, ob excellentiam maternæ diuinitatis, quàm virginem, & Ioannes, & Paulus nominauit. Maximè quia Mater Chriſti ab omnibus, à ſolo Ioſeph Virgo cognoſcebatur, vnde & Chriſtus Ioſepho imputabatur. [16] Saltu quodam. Cùm enim deſponſata eſſet mater Ieſu Maria Ioſeph, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu Sancto: Vide necdum nuptam dici, ſed ſolum deſponſatam, ſimul tamen Matrem, ob conceptam prolem. Sic promota per ſaltum, & prius mater, quàm nupta; de qua etiam ante partum, imputandum Ioſepho ab hominibus ignorantibus myſterium, dictum eſt eidem: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam (nota coniugem, & nuptam, & fructu nuptiarum potitam abſque viri copula) quod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt. [17] Retractandum. Dubitandum eſt. [18] Adapertæ, non à Ioſeph corrupta, ſed à Spiritu Sancto fœcundata & à Verbo, ſine ruptura ſigilli, aperta. Vnde ſanctus Proclus: Naturæ portas reſerauit Emmanuel, vt homo; ſed virginitatis clauſtra non violauit, neque perrupit, vt Deus: ita enim ex vtero eſt egreſſus, ſicut per aurē eſt ingreſſus; ita natus, ſicut conceptus. Qui impatibiliter fuerat illapſus, impatibiliter eſt elapſus. Ex Aug. ſer. 15. de temp. O coniunctio ſine ſordibus facta, vbi maritus ſermo eſt, & vxor auricola. Hoc ſplendore concipitur Dei filius, hac munditiâ generatur, &c. De Cœlis Medicus tranſiens per Virginem, poſt tranſitum ſuum illæſam fecit Virginem permanere. Qui enim dirupta corporum membra in aliis poterat integrare tangendo, quantò magis in ſua matre quod inuenit integrum, non potuit violare naſcendo? Creuit enim eius partu integritas corporis potius quam decreuit, & virginitas ampliata eſt potius, quàm fugata. Et ſer. 10. probat virtutem Domini ordo naſcendi, concepit Virgo, virilis ignara conſortii, &c. virtus mundi naſcitur, & nullus parienti eſt gemitus. Vacuatur vterus, infans excipitur, nec tamen virginitas violatur. Pas enim erat, vt Domino ex Virgine ſecundùm carnem naſcente, meritum creſceret caſtitatis; ne per eius aduentum violaretur integritas, qui veniebat ſanare corrupta, &c. Stat Maria (aliis poſt partum

S. Auguſt. S. Auguſt.

tacentibus) & matrem ſe læta miratur, & de Spiritu A Sancto protuliſſe ſe gaudet; nec quia peperit INNVPTA terretur; ſed quia genuerit cum exultatione miratur. [19]NVPTIALEM PASSIONEM, *quod pati ſolet nupta à viro, hoc Maria nil detrimenti virginei paſſa, à Spiritu Sancto, filium ſuſcipiens, & paſſiue concurrens dato conſenſu & materia carnis, ex qua Spiritus Sanctus vt agens & efficiens formauit corpus.* [20]APVD EZECH. *quidam putant fuiſſe Ezechielem quendam tragœdum rerum Iudaicarum, cuius libelli meminit Clemens Alex. 1. Strom. & Euſeb. aliquoties citat. Extat etiamnum fragmentum eius, cuius titulus eſt* Eductio: *vbi ait vaccas virgines peperiſſe. Nec moueat quod Tertul. dixerit Ezechielem inſpiratum à Spiritu Sancto id præfatum: poterat enim hic Poëta vt* B *Iudæus ex aliquo manuſcripto veteri, qui nunc periit, hæc ab Ezechiele Propheta decerpſiſſe. Sic Hieron. in cap. 5. ad Epheſ. profert conſilium Chriſti:* Nunquam læti ſitis, niſi cùm fratrem veſtrum videritis in charitate. *Sic Greg. Naz. Ep. 1. ad Cæſareum fratrem, D. Petro tribuit;* Anima ægra, vicina eſt Deo. *Sic Hieron. Ep. 152. Damaſc. lib. 4. dictum Chriſti;* Eſtote boni trapezitæ, ſeu probati nummularii. *Sic Paulus illud Chriſti:* Beatius eſt magis dare, quàm accipere. *Quæ tamen nullibi in Euangelio vel Petro ſcripta leguntur. Ita Tertull. vel in Tragœdo, vel in ipſo Propheta legere potuit, quod nunc non extat. Nam & Clem. Alex. agens de partu Virg. lib. 7. Strom.* Peperit & non peperit, inquit, Scriptura; vt quæ ex ſe, non ex coniunctione conceperit. *Epiph. de-* C *nique contra hæreticos ſcribens:* Rurſum alio loco: & pariet vitula, & dicent, non peperit. Nam cum Manichæorum, & Marcionitarum quidam negent, illum (*Chriſtum*) partu in lucem editum: ob id pariet, inquit, & dicent, non peperit: quoniam de viri ſemine Maria non peperit. *Putent fortè alii, id ex aliquo apocrypho deſumptum.* [21]VOS *Academicos.* [22]NOTARII, *prænidente, irriſerit dubitantes de vero partu viri Virginis.* [23]CONTRA SIMPLICITATEM. *Spiritus columbino Prophetarum Inſpiratori congruentè, dixiſſet Ezechiel cum vobis hæſitans & dubius:* Eſt, & non, virgo & non virgo: *Cùm Eſaias abſolutè & ſine ambiguitate dixerit:* Ecce virgo cōcipiet & pariet.

MARIA 2. Schol. D

[24]SEMEL NVPTVRA POST PARTVM *Heluidius hæreticus vt ſua fauoret hæreſi de corrupta poſt* Chriſti *partum virgine virum agnoſcente, & alios Chriſto fratres de Ioſeph pariente, Tertullianum ſibi Authorem in medium protulit; vt habet Hieronymus libro aduerſus Heluidium, cui reſpondet, nihil mirum eſſe quod Tertullianus poſt ſuum ab Eccleſia Romana defectum, in hunc etiam errorem impegerit.* De Tertulliano, inquit, nihil amplius dico, quàm Eccleſiæ hominem non fuiſſe. *Ad fratres porro Chriſti quod attinet, quorum cauſatam Heluidius, quam ipſe forte Tertullianus poſt* Chriſti *partum, Virginem de Ioſeph alios filios peperiſſe putauit: hos Epiphanius libro 3. Panarii contra Antidicomarianitas, Origenes, Euſebius, lib. 2.* E *Hiſt. cap. 1. Hilarius Theoph. in Matth. Ambr. in cap. 2. ad Gal. putant Chriſti fratres fuiſſe Iacobum, Ioſeph, Simonem & Iudam, quos ſanctus Ioſeph ſuſceperit ex Maria Cleopha fratris ſui vidua. Hyeronymus per fratres* Domini, *non filios Ioſeph, ſed Mariæ materteræ* Domini, *quæ fuit mater Iacobi minoris, & Ioſeph & Iudæ. Hinc & iuxta crucem* Domini *cum* Deipara *Maria adſtitiſſe dicit Matth. 27. 56. mulieres à longè:* Inter quas erat Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, & Ioſeph mater.

De Heluidiano Tertullianum pro ſe citantibus, S. Auguſt. *Auguſtinum lib. de Hæreſibus, hæreſi* 84. Helouidiani, inquit, exorti ab Heluidio, ita virginitati Mariæ contradicunt, vt eam poſt Chriſtum alios etiam filios de viro ſuo Ioſeph peperiſſe contendant. Sed mirum ni iſtos prætermiſſo Heluidii nomine Antidicomarittas Epiphanius appellauit: *Idem Auguſtinus perpetuæ intemeratæ Virginis & poſt partum* S. Aug. *aſſertor. in Enchir. ad Laur. Cap. 34.* De Mediatore, inquit, longum eſt, vt quanta dignum eſt, tanta dicantur, quamuis ab homine dici dignè non poſſent. Quis enim hoc ſolum congruentibus explicet verbis, quòd Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, vt crederemus in Dei Patris omnipotentis vnicum filium, natum de Spiritu Sancto & Maria Virgine? Ita quippe Verbum Caro factum eſt, à Diuinitate carne ſuſcepta, non B in Carnem diuinitate mutata. Carnem porrò hic hominem debemus accipere, à parte totum ſignificante locutione: ſicut dictum eſt Rom. 3. quoniam ex operibus legis non iuſtificabitur omnis Caro, id eſt omnis homo. Nam nihil naturæ humanæ in illa ſuſceptione fas eſt dicere defuiſſe; ſed naturæ ab omni peccati nexu omnimodò liberæ: Non qualis de vtroque ſexu naſcitur per concupiſcentiam Carnis, cum obligatione delicti; Cuius reatus per regenerationem diluitur; ſed qualem de Virgine naſci oportebat, quem fides matris, non libido conceperat. Quod ſi vel per naſcentem corrumperetur eius integritas, non iam ille de Virgine naſceretur: eumque falsò, quod abſit, de Virgine C Maria natum, tota confitetur Eccleſia, quæ imitans eius matrem, quotidie parit membra eius, & virgo eſt. Lege ſi placet, de Virginitate ſanctæ Mariæ, meas litteras miſſas ad illuſtrem virum, quem cum honore ac dilectione nomino Voluſianum.

Nec virginitati Mariæ officit, vt nec proficit Heluidio quod Matth. 1. 18. dicitur: Antequam conuenirent, (*Syr. ſocietatem inirent*) inuenta eſt in vtero habens. *Et verſu 25. de S. Ioſeph ſcribitur:* non cognoſcebat eam donec peperit filium ſuum primogenitum. *Primo enim Hieronymus Comment. in cap. 1. Matth.* quod dicitur antequam conuenirent, non ſequitur vt poſtea conuenerint: ſed ſcriptura quid factum non ſit oſtendit. *Secundo licet primogenitum dicat, non ſequitur quod alios poſt genuerit. Sic enim* D *& Sapientia Eccli. 24. 5.* Ego, inquit, ex ore altiſſimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. *Et Paulus Hebr. 1. 6.* Cùm iterum introducit primogenitū in orbem terræ, dicit: & adorent eum omnes Angeli Dei. *Ita & de eodē incarnato. Coloſſ. 1. 15.* Eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omni creaturæ & v. 18. Ipſe eſt Caput Corporis Eccleſiæ, qui eſt Principium, primogenitus ex mortuis. *Eſt igitur & Dei Patris & virginis matris vnigenitus, primogenitus autem reſpectu adoptiuorum: (Cuius generatio totam Patris & Matris fœcunditatem exhauſit. Hinc & Pſaltes 109. 3. Eodem verſu vtrumque vterum Patris & Matris expreſſit. Nam vbi vulgata canit.* In ſplendoribus ſanctorum ex vtero E ante Luciferum genui te *Sanct. Pagn. ex Hebr.* In pulchritudinibus ſanctitatis ex vtero ab aurora fuit tibi ros natiuitatis tuæ. *An non Maria quaſi aurora conſurgens, eo ſurrexit, vt in ſplendoribus ſanctorum genitum, in pulchritudinibus ſanctitatis, & virginitatis incorrupta tanquam aurora ex vtero conciperet & pareret rorem & Solem ſuum vtique vt patris filium. Quo genito vterque parens, infinito vtique termino exhauſtus eſt. Vnde Auguſtinus ſer. 22. de tempore.* Hac die, inquit, eſt natus ex Virgine matre, qui ante ſæcula æternus eſt genitus ex Deo Patre. In illa Aug. natiuitate, ex impaſſibili naſcitur genitore: in iſta, incorrupta natus ex Virgine. Illam ſolus ſciuit, ipſe qui genuit: hanc in ſe ſola virgo & mater intemerata

merata cognouit, quæ virum in concipiendo non pertulit. In patre impaſſibilitas : in matre incorruptibilitas. In patre perpetua Diuinitas: in matre æterna virginitas. Sic enim ad eam Dominus loquitur per Prophetam. Oſee. 2. Et deſponſabo te mihi in æternum. Semper ergo virgo eſt, quę ſemper ſponſa eſt. Et quæ vocabulo ſponſæ non caruit, in æternum Virgo permanſit. Et Deſponſabo te, inquit, mihi in æternum. Quia quæ ſponſa æterna dicitur, æterna virgo probatur. Ex patre inuiſibiliter, ex matre viſibiliter. Et incomparabiliter ex patre, atque incomparabiliter ex matre. (*Cui enim aliquando Angelorum dixit, quod Pater & Mater filio dixit : Filius meus es tu. Ego hodie genui te?*) quia incorruptibiliter in illa natiuitate patrem Deum habet ſine homine matre : in iſta matrem habet Virginem, ſed hominem non habet patrem. In illa coæternus eſt Patris, & coæternus authoris : in iſta filius eſt Virginis, & author eſt Matris. Ipſe enim formauit vterum, qui deſcendit in vterum. Exiuit de vtero, & non corrupit vterum, vt qui Deum Patrem habet in cœlis, Virginem matrem, haberet in terris, &c. In illo excelſiſſimus, in iſta ſubiectus.

Et cui ſubiectus? non tantùm matri, ſed & Ioſeph putatiuo Patri, qui licet iubente Angelo Mariam acceperit coniugem, Ioſeph Patriarcha caſtior, non cognouit eam, ſed Prophetiam implens Oſee. ſemper habuit Virginem ſponſam. Nec minus interea verum fuit inter Ioſeph & Mariam, licet virginale connu-
Aug. *gium, ita enim Auguſtinus libro 5. contra Iulianum. cap. 9.* In illo, inquit, quod ſecundùm Euangelium coniugium nuncupauit, omnia tria bona nuptiarum dixi eſſe completa, Fidem, quia nullum adulterium; Prolem, ipſum Dominum Chriſtum: Sacramentum, quia nullum diuortium, &c. Dicit autem Lucas Euangeliſta de Domino, quòd putabatur filius Ioſeph : quia ita putabatur, vt per eius concubitum genitus crederetur. Hanc falſam voluit remouere opinionem, non Mariam illius viri negare coniugem, contra Angelum teſtem : quanquam & tu ipſe etiam ex deſponſionis fide, eam nomen coniugis accepiſſe fatearis. Quæ fides vtique inuiolata permanſit. Neque enim, (*aduerte quàm apte contra Heluidii hæreſim, & Tertullianum,*) cùm eam vidiſſet iam Virginem ſacram diuina fœcunditate

A donatam, ipſe aliam quæſiuit vxorem. Cùm vtique nec iſtam quæſiſſet, ſi neceſſariam coniugem non haberet. Sed vinculum fidei coniugalis non ideo iudicauit eſſe ſoluendum, quia ſpes commiſcendæ carnis ablata eſt.

Specialius adhuc in commendationem ſtabilis huius, & incorrupti connubij idem Auguſtinus lib. 1. de Nuptijs & concup. cap. 11. Quibus, inquit, placuit ex S. Auguſt.
conſenſu, ab vſu carnalis concupiſcentiæ in perpetuum continere, abſit vt inter illos vinculum coniugale rumpatur : imò firmius erit, quò magis ea pacta ſecum inierint, quæ charius concordiuſque ſeruanda ſunt, non voluptariis corporum nexibus, ſed voluntariis affectibus animorum. Ne-
B que enim fallaciter ab Angelo dictum eſt ad Ioſeph, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Coniunx vocatur ex prima fide deſponſationis, quam concubitu nec cognouerat, nec fuerat cogniturus. Nec perierat, nec mendax manſerat coniugis appellatio, vbi nec fuerat, nec futura erat vlla carnis commixtio. Erat quippe illa Virgo ideo & ſanctius, & mirabilius iocunda ſuo viro, quia etiam fœcunda ſine viro : prole diſpar, fide compar. Propter quod fidele coniugium, parentes Chriſti vocari ambo meruerunt; & non ſolùm illa mater, verùm etiam ille pater eius, ſicut coniunx matris eius, vtrumque mente, non carne, ſiue autem ille Pater ſola mente, ſiue illa mater & carne, parentes tamen ambo humilitatis eius, non ſublimitatis; infirmitatis, non diuinitatis. (*Quo non negat Auguſtinus Theotocon, & Dei matrem veram,*
C *ſed quia licet Dei filium genuerit ob perſonæ vnitatem & ſingularitatem, non genuit tamen eius diuinitatem.*) Sed cùm illo non ſeminante, illa peperiſſet, profectò nec ipſius formæ ſerui parentes ambo eſſent, niſi inter ſe etiam ſine carnis commixtione coniuges eſſent, &c. *tum repetit quæ ſupra dixerat.* Omne itaque nuptiarum bonum impletum eſt in illis parentibus Chriſti, proles, fides, ſacramentum. Prolem cognoſcimus ipſum Dominum Ieſum: fidem, quia nullum adulterium : ſacramentum, quia nullum diuortium. *Vide in omni loquio Verbo Maria 6. vbi diuerſa verba de Auulſione Chriſti ex vtero. deque vulua paſſione emollita, ex capite 20. de Carne Chriſti.*

MILLE ANNI FVTVRI POST RESVRRECTIONEM corporum, quibus in terra ſancti reficientur omni bono ſpiritali ante Paradiſi ingreſſum.

1. De Reſurr. cap. 25. in p.

ETiam in Apocalypſi Ioannis, ordo temporum ſternitur, [1] quem martyrum quoque Apoc. 6.9.
animæ ſub [2] altari, vltionem [3] & iudicium flagitantes ſuſtinere [4] didicerunt; vt prius Apoc. 15. 1. 7. & 16.
& [6] orbis de [5] pateris Angelorum plagas ſuas ebibat, & proſtitura [7] illa ciuitas à decem 1. & ſeq. &
[9] regibus dignos [8] exitus referat, & [10] beſtia Antichriſtus cum ſuo pſeudopropheta certa- 17. 6. & 19. 19. & 20.
men Eccleſiæ Dei inferat, atque ita diabolo in [11] abyſſum [12] interim relegato, primæ re- 3.
ſurrectionis prærogatiua de [13] ſoliis ordinetur, de hinc & [14] igne dato, vniuerſalis [15] reſur- Apoc 10. 4.
rectionis cenſura [16] de libris [17] iudicetur. Apoc. 20. 4.

2. Et 3. cont. Marc. cap. 24. à p.

Sed de ſinu Abrahæ, [1] ſuo tempore. De [2] reſtitutione verò Iudææ, quam & ipſi Iudæi, ita [3] vt deſcribitur, ſperant, locorum & regionum nominibus inducti, quomodo allegorica interpretatio in Chriſtum & in Eccleſiam, & habitum, & fructum eius ſpiritaliter competat, & longum eſt perſequi, & in alio opere digeſtum, quod inſcribimus, *De [4] ſpe fidelium*; & in præſenti vel eò otioſum, quia non de terrena, ſed de cœleſti promiſſione ſit quæſtio. Nam & confitemur [5] in terra nobis regnum repromiſſum, ſed ante cœlum, ſed

M

alio ſtatu; vtpote poſt reſurrectionem in mille annos in ciuitate diuini [6] operis Hieruſa-
Apoc. 20. 4. & 21. 2 lem cœlo delata, quam & [7] Apoſtolus [a] *matrem noſtram ſurſum* deſignat; [b] & *politeuma* [8] *no-*
a Gal. 4. 26. *ſtrum*, id eſt, municipatum in cœlis eſſe pronuntians, alicui vtique cœleſti ciuitati eum de-
putat. Hanc & [9] Ezechiel nouit, & Apoſtolus Ioannes vidit, & qui apud fidem [10] no-
b Philip 3. 20 ſtram eſt, nouæ prophetiæ ſermo teſtatur, vt etiam [11] effigiem ciuitatis antè [12] repræſenta-
Ezech. 48. 31. tionem eius, [13] conſpectui futuram, in ſignum [14] prædicarit. Denique proximè [15] expun-
ctum eſt orientali [16] expeditione. Conſtat enim, ethnicis quoque teſtibus, in Iudæa per
Apoc. 21. 2 dies quadraginta [17] matutinis momentis, ciuitatem de cœlo pependiſſe, omni [18] mœnio-
rum habitu euaneſcente de [19] profectu diei, & aliàs de proximo [20] nullam. [21] Hanc dicimus
[22] excipiendis reſurrectione ſanctis, & refouendis omnium bonorum vtique ſpiritalium
copia in compenſationem eorum quæ in ſæculo vel deſpeximus, vel amiſimus, à Deo pro-
ſpectam [23] ſiquidem & iuſtum, & Deo dignum, illic quoque exultare famulos eius, vbi
ſunt & afflicti in nomine ipſius. [24] Hæc ratio regni [25] cœleſtis: poſt cuius mille annos, in-
tra quam [26] ætatem concluditur [27] ſanctorum reſurrectio, meritis [28] maturius, [29] vel
tardius reſurgentium.

Mille anni futuri poſt reſurrectionem.

SCHOL. 1. 2.

[1] STSANITVR, *diſponitur: quod referendum eſt ad id quod paulò infra ſcribit de his quæ præcedent iudicium, vtpote Angelorum phialis, extremo exitio Babylonis, Antichriſti perſecutione, &c.* [2] SVB ALTARI. *Apoc. 6. Sæpius repetita non recolo.* [3] VLTIONEM, *de nouiſſima inimica morte, donec abſorbeatur in victoriam à vita immortali.* [4] SVSTINERE, *Expectare.* [5] DE PATERIS, *Phialis Apoc. 15 1.* Vidi aliud ſignum in cœlo magnum & mirabile, Angelos ſeptem, habentes plagas ſeptem nouiſſimas. *Et verſu 7.* Et vnum de quatuor animalibus dedit ſeptem Angelis, ſeptem Phialas aureas plenas iracundiæ Dei viuentis in ſæcula ſæculorum. Et impletum eſt templum fumo à Maieſtate Dei, & de virtute eius: Et nemo poterat introire in templum, donec conſummarentur ſeptem plagæ ſeptem Angelo- B rum. [6] ORBIS, *quia omnia Elementa perpluentur huiuſmodi Phialis, vt ex Gregorio*, qui in cunctis deliquimus, in cunctis feriamur: [7] PROSTITVTA. *Babylon mater fornicationum.* [8] DIGNOS EXITVS, *pœnas debitas.* [9] A DECEM REGIBVS. *Apoc. 17. Vbi de decem cornibus beſtia coccinea, cui meretrix magna inſidebat, verſu duodecimo.* Decem cornua, inquit, quæ vidiſti, decem Reges ſunt, qui nondum regnum acceperunt, ſed poteſtatem tanquam Reges vna hora accipient, poſt Beſtiam: hi vnum conſilium habent, & virtutem & poteſtatem ſuam beſtiæ tradent. Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos; Quoniam Dominus Dominorum eſt, & Rex Regum. Et qui cum illo ſunt vocati, electi, & fideles, &c. Hi odient fornicariam, & deſolatam facient illam & nudam, & carnes eius mandu- C cabunt. Et ipſam igni concremabunt. Deus enim dedit in corda eorum vt faciant quod placitum eſt illi. [10] ET BESTIA, *Antichriſtus. Apoc. 19. 19.* Vidi beſtiam, & Reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prœlium cum illo qui ſedebat in equo, (*ſupra dixerat verſu. 11. & ſeq. Verbum incarnatum*,) & cum exercitu eius. Et apprehenſa eſt beſtia, & cum eo Pſeudopropheta qui fecit ſigna coram ipſo, quibus ſeduxit eos qui acceperunt characterem beſtiæ, & qui adorauerunt imaginem eius; viui miſſi ſunt hi duo, (*Antichriſtus ſcilicet in beſtia ſignificatur, & Propheta eius,*) in ſtagnum ignis ardentis ſulphure. [11] IN ABYSSVM. *Apoc. 20. 3.* Miſit eum in abyſſum, & clauſit, & ſignauit ſuper illum, vt non ſeducat amplius gentes, donec conſummentur mille anni: & poſt hæc

A oportet illum ſolui modico tempore. [12] INTERIM, *vſque ad tempus primæ reſurrectionis.* [13] DE SOLIIS. *Apoc. 20 4.* Et vidi ſedes, & ſederunt ſuper eas, & iudicium datum eſt illis. *De quibus pſaltes:* Quoniam illic ſederunt ſedes in iudicio. [14] IGNE DATO. *Præmiſſo, qui elementa calore ſoluat.* [15] VNIVERSALIS, *cùm prima, tantum ſit bonorum, qui pro mercede neglectorum carnalium, per mille annos ante ſecundam reſurrectionem fruantur ſpiritualibus. Apoc. 20. 4.* Vidi animas decollatorum propter teſtimonium Ieſu, & propter Verbum Dei, & qui non adorauerunt Beſtiam, neque imaginem eius in frontibus aut in manibus ſuis, & vixerunt cum Chriſto mille annis. Cæteri mortuorum non vixerunt donec conſummentur mille anni. Hæc eſt reſurrectio B prima. *Hunc locum infra Auguſtino interprete exponemus.* [16] CENSVRA, *Examen.* [17] DE LIBRIS. *Tunc enim libri conſcientiarum aperientur.*

a [1] SVO TEMPORE, *loco conuenientiori alibi dicemus.* [2] DE RESTITVTIONE, *in regnum, Sacerdotium, opulentiam, quia ſcriptum eſt à Pſalte,* Diſperſiones Iſraëlis congregabit. [3] VT DESCRIBITVR *apud Prophetas, quos cum allegoricè de Chriſto & Eccleſia intelligi oporteat, ipſi ad literam ſibi applicant.* [4] DE SPE FIDELIVM. *Hic liber iam non extat, ſicut nec multi alij ab ipſomet editi.* [5] ET CONFITEMVR. *Hic error eius eſt, vt non tantùm anagogicè de cœleſti gloria & reſtitutione hominum in Paradiſum cœleſtem Scripturam exponat. ſed etiam de terreſtri regno, quamquam bonis ſpiritalibus abundante, velit intelligi priuſquam in Cœlum aſcendamus.* [6] DIVINI OPERIS, *à* C *Deo de nouo condita.* [7] APOSTOLVS, *Paulus ſcilicet ad Gal. 4. 26.* Illa autem quæ ſurſum eſt Ieruſalem. libera eſt, quæ eſt mater noſtra. [8] POLITEVMA, *Phil. 3. 20.* Noſtra autem conuerſatio in Cœlis eſt. Vnde etiam Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c. *Per Politeuma autem ius ciuium intelligit: vt* iam non ſimus hoſpites & aduenæ, ſed ciues Sanctorum & domeſtici Dei. [9] EZECHIEL *cap. 48. 31. & ſeq. vbi portas Ieruſalem nominibus tribuum duodecim inſigninit; ſicut Apoc. 21. c. ciuitatem deſcribit, & portas duodecim verſu 13.* [10] FIDEM NOSTRAM *Prophetiam Montani.* [11] EFFIGIEM, *imaginem, figuram.* [12] ANTE REPRÆSENTATIONEM, *exhibitionem veræ Ieruſalem quæ ſurſum eſt, hîc adhuc in terra conſtituti mille annis fruemur bonis & delitijs ſpiritalibus, quaſi prælibantes aliquid de illo torrente voluptatis.* [13] CONSPECTVI FVTVRAM.

Cuius aſpectu fruemur indubiè. [14]IN SIGNVM PRÆDICARIT. *Prædixerit quaſi figuram ſignificantem delitias immortales Paradiſi cœleſtis.* [15]PROXIME EXPVNCTVM EST. *Nouiſſimè impleta eſt & exhibita figura illa & repræſentatio cœleſtis Ieruſalem deſcendentis de cœlo, vt poſt mille annos ſpiritales delitias iuſti in terra ſæculi contemptores accipiant.* [16]ORIENTALI EXPEDITIONE, *quia nauigantes ex Africa plaga meridionali verſus orientem, retulerunt ſe vidiſſe. Dubium an alludat ad expeditionem orientalem Seueri Imperatoris.* [17]MATVTINIS MOMENTIS: *Sub crepuſculum.* [18]MOENIORVM HABITV, *forma & ſpecie murorum qui prius videbantur, ſub Solis ortum diſparente.* [19]DE PROFECTV, *creſcente die.* [20]ET ALIAS NVLLAM, *ciuitatem, portam, murum, ædificium.* [21]HANC, *ciuitatem de Cœlo lapſam.* [22]EXCIPIENDIS, *tollendis in Cœlum poſt ſecundam reſurrectionem.* [23]PROSPECTAM, *paratam à Deo.* [24]HÆC RATIO, *ideo Deus dabit hos mille annos, vt* in paucis vexati, in multis bene diſponantur. [25]REGNI COELESTIS, *cœleſte vocat, licet in terra eo potituri ſint Sancti. Sed dicit ſpiritales & cœleſtes delitias à Deo manantes.* [26]ÆTATEM, *tempus.* [27]CONCLVDITVR, *adueniet vltima reſurrectio.* [28]MERITIS, *pro meritis, propter merita.* [29]MATVRIVS, *citius Paulo dicente, qui tamen non ſic intelligendus eſt, vt de ordine temporis accipiatur quod ait, ſed de dignitatis & honoris vel dotis præcellentia: vt agiliores & clariores reſurgant plus meritis: de quibus ait:* Qui in Chriſto mortui ſunt reſurgent primi. *Quis porro meritis cumulatior Paulo, qui* abundantius omnibus laborauit?

Aug.

Nunc quid circa hæc ſenſerit Auguſtinus, videamus; lib. 20. de ciuit. cap. 7. præfatum locum Apoc. 20. totum profert & explicat: Qui, inquit, propter hæc huius libri verba primam reſurrectionem futuram ſuſpicati ſunt corporalem, inter cætera maximè numero annorum mille permoti ſunt, tanquam oporteret in Sanctis eo modo velut tanti temporis fieri Sabbatiſmum, vacatione ſcilicet ſancta poſt labores annorum ſex millium, ex quo creatus eſt homo, & magni illius peccati merito, in huius mortalitatis ærumnas de paradiſi felicitate dimiſſus eſt; vt quoniam ſcriptum eſt 2 Pet. 3. vnus dies apud Dominum ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies vnus; ſex annorum millibus tanquam ſex diebus impletis, ſequatur velut Sabbati ſeptimus in annis mille poſtremis; ad hoc ſcilicet Sabbatum celebrandum, reſurgentibus ſanctis; quæ opinio eſſet vtcumque tolerabilis, ſi aliquæ delitiæ ſpiritales in illo Sabbato affuturæ ſanctis, per Domini præſentiam crederentur. Nam etiam nos hoc opinati fuimus aliquando. *Vnde Hieron. in cap. 19. Ierem.* Licet, inquit, non ſequamur, tamen eam damnare non poſſumus, quia multi Eccleſiaſticorum virorum, & Martyres iſta dixerunt, & vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundat, & Domini iudicio reſeruantur. *Iuſtinus quoque Martyr dialogo cum Triphone Iudæo, Irenæus, Victorinus Pictauienſis, Martyres, idem quoque ſenſerunt. Hieronymus tamen Ep. 150. ad Hedibiam q. 2. hanc opinionem fabulam appellat, nunc vt erronea ab Eccleſia reijcitur. Longè deterior fuit Hæreſis Iudæorum, Cerinthi & aliorum hæreticorum, qui hos mille annos in ventris & Veneris voluptatibus tranſigendos, regnum Iudæorum inſtaurandum, ciuitatem & templum priſtinæ dignitati reſtituenda cenſuerunt, ſicut & Apollinaris, teſte Epiph. hæreſi 77. Cerinthi meminit Euſeb. lib. 3. Hiſt. cap. 22. & lib. 7. cap. 10. Et idem Hieronymus in cap. 36. Ezech.* Neque enim, inquit, iuxta Iudaicas fabulas, quas illi δευτερώσεις appellant, gemmatam & auream de cœlo expecta-

A mus Ieruſalem, nec rurſus paſſuri circumciſionis iniuriam, nec oblaturi taurorum & arietum victimas, nec Sabbati otio dormientes. Quod & multi noſtrorum, & præcipue Tertulliani liber qui inſcribitur de ſpe fidelium, & Lactantii inſtitutionum volumen ſeptimum pollicetur, & Victorini Pictabionenſis Epiſcopi crebræ expoſitiones, & nuper Seuerus noſter in Dialogo, cui Gallo nomen impoſuit. Et vt Græcos nominem, & primum extremumque coniungam, Irenæus & Apollinarius. *Authorem autem eorum fuiſſe narrat Papiam in Catal. ſcript. Eccl.* Papias, inquit, dicitur mille annorum Iudaicam ediſſe δευτέρωσιν, quem ſecuti ſunt Irenæus, & Apollinarius, & cæteri qui poſt reſurre-
B ctionem aiunt in carne, in ſanctis Dominum regnaturum. Tertullianus quoque in libro de ſpe fidelium, & Victorinus Pictabionenſis & Lactantius hac opinione ducuntur. *Gennadius item lib. de Dogmat. Eccl. idem ridet commentum Papiæ Authoris, delitias cibi & potus per mille annos inducentis, ſicut & cuiuſdam Nepotis qui primam iuſtorum reſurrectionem ſanctorum induxit cum Chriſto mille annis poſt eam in delitijs regnaturum; & ſecundam impiorum. Lubet & rurſum proferre Hieronymum præfatione libri 18 in Eſa.* De repromiſſionibus, inquit, futurorum, & qua ratione intelligenda ſit Apocalypſis Ioannis, quanta inter homines ſententiarum diuerſitas ſit, non ignoro. Quam ſi iuxta literam
C accipimus, Iudaizandum eſt: ſi ſpiritualiter, vt ſcripta eſt, diſſerimus, multorum veterum videbimur contraire Latinorum, Tertulliani, Victorini, Lactantii; Græcorum, vt cæteros prætermittam, Irenæi tantùm Lugdunenſis Epiſcopi faciam mentionem, aduerſus quem vir eloquentiſſimus Dionyſius Alexandrinæ Eccleſiæ Pontifex elegantem ſcripſit librum, irridens mille annorum fabulam, & auream atque gemmatam in terris Ieruſalem, inſtaurationem templi, hoſtiarum ſanguinem, otium Sabbati, circumciſionis iniuriam, nuptias, partus, liberorum educationem, epularum delitias, & cunctarum gentium ſeruitutem; rurſumque bella, exercitus, ac triumphos, & ſuperatorum neces, mor-
D temque centenarii peccatoris. Cui duobus voluminibus reſpondit Apollinarius.

Auguſtinus hæreſi 8. libro de Hæreſibus: Vbi de Cerinthianis & Merinthianis. Mille, inquit, annos poſt reſurrectionem in terreno regno Chriſti, ſecundum carnales ventris & libidinis voluptates futuros fabulantur; vnde etiam Chiliaſtæ ſunt appellati. S. Auguſt.

Quia porro locus Ioannis Apoc. 20. hanc ſententiam millenariorum ſtabilire videtur, ideo teſte Euſebio ſupra citato loco, multi olim librum Apocalypſis tanquam Apocryphum, & à Cerintho conſcriptum reiecerunt: proſequitur Auguſtinus, libro 20. de Ciuit. cap. 7. contra huiuſmodi hæreticos. Cum eos, inquit,
E qui tunc reſurrexerint, dicant immoderatiſſimis carnalibus epulis vacaturos, in quibus cibus ſit tantus ac potus, vt non ſolum nullam modeſtiam teneant, ſed modum quoque ipſius incredulitatis excedant: nullo modo iſta poſſunt, niſi à carnalibus credi. Hi autem qui ſpiritales ſunt, iſta credentes, χιλιαστάς, appellant Græco vocabulo: quod verbum è verbo exprimentes nos poſſumus milliarios nuncupare. Eos autem longum eſt refellere ad ſingula; ſed potius quemadmodum Scriptura hæc accipienda ſit, iam debemus oſtendere. Ait ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus Marc. 3. Nemo poteſt introire in domum fortis, & vaſa eius eripere niſi prius alligauerit fortem, diabolum volens intelligi fortem: quia ipſe genus humanum potuit tenere

A captiuum: vaſa vero eius quæ fuerat erepturus, fideles ſuos futuros, quos ille in diuerſis peccatis atque impietatibus poſſidebat: vt ergo alligaretur hic fortis, propterea vidit iſte Apoſtolus in Apoc. Angelũ deſcendentẽ de cœlo habentẽ clauem abyſſi, & catenam in manu ſua, & tenuit, inquit, Draconẽ illum ſerpentem antiquum, &c. & alligauit eum mille annis, hoc eſt eius poteſtatem ab eis ſeducendis ac poſſidendis, qui fuerant liberandi, cohibuit atque frenauit. Mille autem anni duobus modis poſſunt, quantum mihi occurerit, intelligi: aut quia in vltimis annis mille iſta res agitur, id eſt ſexto annorum milliario tanquam ſexto die, cuius nunc ſpatia poſteriora voluuntur: ſecuturo deinde Sabbato B quod non habet veſperam, (*cum alij ſex dies Gen. 1. veſperam habeant & mane*,) requiem ſcilicet Sanctorum: vt eius milliarii tanquam diei nouiſſimam partem, quæ remanebit vſque ad terminum ſæculi mille annos appellauerit, eo loquendi modo quo pars ſignificatur à toto. Aut certè mille annos pro annis omnibus huius ſæculi poſuit, vt perfecto numero notaretur ipſa temporis plenitudo. Millenarius enim numerus denarii numeri quadratum ſolidum reddit. Decem quippe decies ducta, fiunt centum: quæ iam non figura quadrata, ſed plana eſt. Vt autem in altitudinem ſurgat & ſolida fiat, rurſus centum decies multiplicantur, & mille fiunt. Porro ſi centum ipſa pro vniuerſitate aliquando ponuntur, quale illud eſt quod Dominus Matth. 19. C omnia ſua dimittenti, & eum ſequenti promiſit dicens: Accipiet in hoc ſæculo centuplum: quod exponens quodammodo Apoſtolus ait: quaſi nihil habentes & omnia poſſidentes, quia & ante iam dictum erat: fidelis hominis totus mundus diuitiarum eſt: quantò magis mille pro vniuerſitate ponuntur, vbi eſt ſoliditas ipſius denariæ quadraturæ? *Poſtea de Abyſſo quo miſſus eſt diabolus*, quo, inquit, nomine ſignificata eſt multitudo innumerabilis impiorum, quorum in malignitate aduerſus Eccleſiam Dei multum profunda ſunt corda: Non quia ibi diabolus ante non erat, ſed ideo dicitur illuc miſſus, quia excluſus à credentibus plus cœpit impios poſſidere. Plus namque poſſidetur à diabolo, D qui non ſolum alienatus eſt à Deo, verum etiam odit ſeruientes Deo.

S Auguſt. *Quod addidit Ioannes*: clauſit ſuper eum, & ſignauit &c. Interdixit ei ne poſſit exire &c. ſignauit autem &c. quod occultum eſſe voluit qui pertineant ad partem diaboli, & qui non pertineant, &c. quia & qui videtur ſtare, vtrum ſit caſurus; & qui videtur iacere, vtrum ſit reſurrecturus incertum eſt. &c. Homo hominem ad præſens videt, ſi tamen videt, cuius cor non videt: qualis autem poſtea ſit futurus, nec ſeipſum videt, &c. ad hoc ligatus eſt diabolus & incluſus in abyſſo, vt iam non ſeducat Gentes, ex quibus conſtat Eccleſia (*Intelligit vt non ſeducat finaliter qui in Eccleſia militante ſecundum prædeſtinationem pertinent ad Eccleſiam triumphantem*) quas antea ſeductas tenebat, &c. donec E finiantur mille anni, id eſt, aut quod remanet de ſexto die qui conſtat ex mille annis: aut omnes anni, quibus deinceps hoc ſæculum peragendum eſt.

S. Auguſt. *Et cap. 8. In verba Ioannis.* Poſt hæc oportet eum ſolui breui tempore. Si hoc, inquit, eſt diabolo ligari & includi, Eccleſiam non poſſe ſeducere: Hæc ergo erit ſolutio eius vt poſſit? abſit. Numquam enim ab illo Eccleſia ſeducetur prædeſtinata, & Electa ante mundi conſtitutionem: de qua dictum eſt: nouit Dominus qui ſunt eius, &c. alligatio diaboli eſt non permitti exercere totam tentationem, quam poteſt, vel vi vel dolo ad ſeducendos homi- A nes in partem ſuam cogendo violenter, fraudulenterue fallendo, &c. Tunc autem ſoluetur quando breue tempus erit. Nam tribus annis & ſex menſibus legitur totis ſuis ſuorumque viribus ſæuiturus: & tales erunt cum quibus ei belligerandum eſt, vt vinci tanto eius impetu inſidiiſque non poſſint. Si autem numquam ſolueretur, minus appareret eius maligna potentia, minus Sanctæ Ciuitatis fideliſſima patientia probaretur: Minus denique perſpiceretur quàm magno eius malo tam bene fuerit vſus omnipotens Deus, &c. ſoluetur in fine, vt quàm fortem aduerſarium Dei ciuitas ſuperauerit, cum ingenti gloria ſui redemptoris, adiutoris, liberatoris aſpiciat. In eorum ſanè, qui tunc futuri ſunt, B Sanctorum atque fidelium comparatione quid ſumus? quandoquidem ad illos probandos tantus ſoluetur inimicus, cum quo nos ligato tantis periculis dimicamus.

Et Ibid. de Beſtia & pſeudo propheta miſſis in ſtagnum ignis, hoc, inquit, iam ad iudicium nouiſſimum pertinet &c. *quale porro ſit regnum Sanctorum cum Chriſto mille annis, ediſſerit cap. 9. vbi mille annos regni explicat de omni tempore primi aduentus Chriſti in quo regnat Eccleſia militans. Quod in ea ſit Chriſtus probat ex Matth. 28. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi, In quo quidem regno ſcandala ſunt mixta bonis exemplis, Zizania cum triticis, facientes & ſoluentes mandata Dei &c. De regno autem cæleſti &* S. Aug. C *æterno dicetur Matth. 25. Venite benedicti, &c. percipite regnum &c & rurſum, niſi abundauerit iuſtitia veſtra &c. non intrabitis in regnum cœlorum Et concludit*: de hoc ergo regno militiæ, in quo adhuc cum hoſte confligitur, & aliquando repugnatur repugnantibus vitiis, aliquando cadentibus imperatur, donec veniatur ad illud pacatiſſimum regnum vbi ſine hoſte regnabitur, & de hac prima reſurrectione (*a morte & caſu vitiorum*) quæ nunc eſt, liber iſte ſic loquitur. Cùm enim dixiſſet alligari diabolum mille annis, & poſtea ſolui breui tempore, mox recapitulando quid in iſtis mille annis agat Eccleſia, vel agatur in ea; Et vidi, inquit, ſedes, & ſedentes ſuper eas, & iudicium datum eſt. Non hoc D putandum eſt de vltimo iudicio dici, ſed ſedes præpoſitorum, & ipſi præpoſiti intelligendi ſunt, per quos Eccleſia nunc gubernatur. Iudicium autem datum, nullum melius accipiendum videtur, quam id quod dictum eſt: quæ ligaueritis in terra, &c. Et animæ, inquit, occiſorum, &c. ſubauditur quod poſtea dicturus eſt, & regnauerunt cum Ieſu mille annis, animæ ſcilicet Martyrum nondum ſibi corporibus ſuis redditis. Neque enim piorum animæ mortuorum (*in Eccleſia triumphante cum Chriſto regnantium*) ſeparantur ab Eccleſia (*militante*) quæ etiam nunc eſt regnum Chriſti. Alioquin nec ad altare Dei (*ſub quo quieſcunt eorum corpora*) fieret E eorum memoria in communicatione Corporis Chriſti, &c. Cur enim fiunt iſta, niſi quia fideles etiam defuncti membra eius ſunt? &c. Sed ideo tantummodo martyrum animas commemorauit, quia ipſi præcipuè regnant mortui, qui vſque ad mortem pro veritate certauerunt. Sed à parte totum etiam cæteros mortuos intelligimus pertinentes ad regnum Chriſti &c. Quæ ſit porro iſta beſtia, quamuis ſit diligentius inquirendum, non tamen abhorret à fide recta, vt ipſa impia ciuitas intelligatur, & populus infidelium. (*Subiecit & zizania maloſque Catholicos*) contrarios populo fideli & ciuitati Dei. Imago vero eius, ſimulatio eius mihi videtur: in eis videlicet hominibus qui velut fidem profitentur, & infideliter viuunt. Fingunt enim ſe

eſſe quod non ſunt, vocanturque non veraci effigie, ſed fallaci imagine Chriſtiani, &c. Et qui ſunt qui beſtiam non adorant? &c. qui non conſentiunt, non ſubiiciuntur; neque accipiunt inſcriptionem, notam ſcilicet criminis in fronte propter profeſſionem: in manu, propter operationem, &c. *Vbi autem loquitur Ioannes de prima reſurrectione & ſecunda,* ipſe, inquit, particeps eius eſt (*prima ſcilicet reſurrectionis qua fit in anima, cum ſecunda ſit carnis*) qui non ſolum à morte quæ in peccatis eſt, reuixit, verùm etiam in eo quod reuixerit; permanebit. In iſtis, inquit, ſecunda mors, (*id eſt reſurrectio ad iudicium & mortem æternam*) non habet poteſtatem.

S. Aug. *Denique cap* 10 Sunt, inquit, qui putant reſurrectionem dici non poſſe niſi corporum, ideo iſtam quoque in corporibus primam futuram eſſe contendunt. Quorum enim eſt, inquiunt, cadere, eorum A eſt reſurgere. Cadunt autem corpora moriendo, nam & à cadendo cadauera nuncupantur. Non ergo animarum reſurrectio poteſt eſſe ſed corporum, *quibus reſpondet, Paulum tamen Epheſ. 5. & de reſurrectione animæ loqui, dum ait:* ſurge qui dormis, & exurge à mortuis, &c. *Coloſſ.* 3 ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, &c. quod autem, inquit, dicunt non poſſe reſurgere niſi qui cadunt, &c. cur non audiunt Ioſué 22. non recedatis ab illo, ne cadatis. Et Rom. 14. Domino ſuo ſtat, aut cadit. Et 1. Cor. 10. qui putat ſe ſtare, videat ne cadat: puto enim quod in anima non in corpore caſus iſte cauendus eſt. Si igitur cadentium eſt reſurrectio, cadunt autem & animæ, profecto & animas reſurgere confitendum eſt, &c. In iſtis ſecunda mors non habet poteſtatem, *qui ſcilicet à caſu peccati ſurgunt & ſtant vſque ad finem.*

MORTEM NON OMNES HOMINES SVBITVROS.

De Reſur. cap. 41. à p.

1. DIuiſionem facit Apoſtolus, quum ſubiicit: [1] a *Nam & hoc gemimus; domicilium noſtrum, quod de cælo eſt, ſuperindui deſiderantes; ſiquidem induti, non nudi inueniamur,* id eſt, antè volumus ſuperinduere virtutem cœleſtem, æternitatis, quàm carne exuamur. Huius enim gratiæ priuilegium illos manet, qui ab aduentu Domini [2] deprehendentur in carne, & propter duritias temporum Antichriſti, merebuntur, [3] compendio mortis per demutationem expunctæ, [4] concurrere cum reſurgentibus; ſicut Theſſalonicenſibus ſcribit: b [5] *Hoc enim dicimus in ſermone Domini, quòd nos qui viuimus, qui remanemus in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormierunt,* &c. Horum demutationem ad Corinthios reddit, dicens: c *Omnes quidem reſurgemus, non autem omnes* [6] *demutabimur*, ſed illi ſcilicet ſoli, qui inuenientur in carne, &c. d *Domicilium de cælo quod gementes in hac carne ſuperinduere deſideramus;* vtique ſuper carnem in qua deprehendemur, &c. Quis enim non deſiderabit, dum in carne eſt, ſuperinduere immortalitatem, & continuare vitam, lucrifacta morte per vicariam demutationem, ne [8] inferos experiatur, e *vſque nouiſſimum quadrantem* exacturos? Cæterùm demutationem etiam poſt reſurrectionem conſecuturus eſt, inferos iam [9] expertus:

a 2 Cor 5. 2 — b 1 Theſſ 4. 15 & ſeq — c 1 Cor 15 51 — d 2 Cor 5 2 — e Math 5. 26

2. Et 5. contra Marc. c. 12.

Subiicit: a *Ingemere nos de iſto tabernaculo corporis terreni, quod de cælo eſt ſuperindui cupientes: ſiquidem & deſpoliati, non inueniemur nudi,* id eſt, recipiemus quod deſpoliati ſumus, id eſt corpus, &c. b *Et mortui reſurgent incorrupti,* qui iam obierunt; *& nos immutabimur,* qui in carne fuerimus deprehenſi à Deo, & illi enim reſurgent incorrupti, recepto ſcilicet corpore, & quidem integro, vt & hoc ſint, incorrupti: & hi propter temporis vltimum iam momentum, & propter merita vexationum Antichriſti, compendium mortis, ſed mutati conſequentur; ſuperinduti magis quod de cœlo eſt, quam exuti corpus, &c. Illi induunt, cùm receperint corpus: iſti ſuperinduunt, quia non amiſerint corpus. Et ideo non temerè dixit, c *Nolentes exui corpore, ſed ſuperindui;* id eſt, nolentes mortem experiri, ſed vitâ præueniri; *Vt deuoretur mortale hoc à vita,* dum eripitur morti, per ſuperindumentum demutationis.

a 2 Cor 5. 2. — b 1. Cor 15 52. — c 2. Cor 5. 4. ibid.

Mortem non omnes ſubituros. 1. 2. Schol.

[1] NAM ET HOC, 2. *Cor.* 5. 2. Nam & in hoc ingemiſcimus, habitationem noſtram quæ de cælo eſt, ſuperindui cupientes: ſi tamen veſtiti, non nudi inueniamur, *tranſlat. Syr.* Etenim ad hoc gemimus, & expetimus indui domo quæ è cœlis eſt: Niſi, etiam poſtquam induti fuerimus, reperiamur nudi, *id eſt, ſi poſt reſurrectionem, recepta veſte corporis, nudi non inueniamur veſtimento virtutum. Sic legit & Macarius*: Contendamus, inquit, hîc per fidem, & ſtudioſam vitæ conuerſationem, comparare nobis indumentum illud: ne corpore exuti, nudi reperiamur (*id eſt ſine veſte claritatis, & gloria*) nec ſit quod glorificet in die illa carnem no- B ſtram. *Et ſanctus Paulinus Ep. 5. ad Seuerum*: Si diſpoliatus à corpore, non inueniaris nudus ab opere. *Quod iiſdem verbis habet Primaſius hoc loco. Vnde & Paulus Coloſſ.* 3. Induite vos ſicut electi Dei, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, &c. *Et Ioannes Apocal.* 16. Beatus qui cuſtodit veſtimenta ſua, nè nudus ambulet. Et videant turpitudinem eius. *Sed hic ad litteram Tertullianus tuetur errorem ſuum, vel hoc loco deceptus, vt & ſequenti loco ad Theſſalonicenſes, putat aliquos, ob meritum tormentorum & perſecutionum Antichriſti, eximendos morte, & magno compendio ac lucro, nuſquam exuturos corpus hoc mortale, ſed ſuper illud immortalita-*

tis veſte induendos; ſicut & cenſuit Origenes, lib. 2. contra Celſum. Vbi putat viuos, & immutandos, diuerſos futuros ab ijs qui reſuſcitabuntur. Et Epiphanius hæreſi 64. vbi ait rapiendis in aëra. Qui rapitur, inquit, nondum mortuus eſt. *Et hinc docet, eadem futura in reſurrectione corpora quæ nunc ſunt: quia ſicut rapti, & non mortui, habebunt eadem corpora; ſic mortui, & reſuſcitati. Erunt enim vtrique in eodem ſtatu fœlicitatis. Sed antequam hunc errorem refutemus, verba difficiliora explicemus.* [2] DEPREHENDENTVR, *erunt adhuc in carne ſuperſtites, cum Chriſtus iudex aduenerit.* [3] COMPENDIO, *breui, ac facili via, debitum mortis perſoluendo, ſine morte. Quæ cum ſit mutatio maxima, & exceſſus à vita, compenſatur mutatione mutatio, dum pellis mortalis etiam non depoſita, in immortalem commutatur.* [4] CONCVRRERE, *ſimul obuiam Chriſto rapi in aëra.* [5] HOC ENIM, 1. *Theſſ.* 4. 15 Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentum Domini, non præueniemus eos qui dormierunt, &c. *Clarius favere videtur Tranſlat. Syr. Tertulliani ſententia, quæ ſic habet:* Hoc dicimus, &c. quòd nos qui reliqui erimus in aduentu Domini noſtri, qui viuemus, nequaquam præueniemus eos qui obdormierunt. Quandoquidem ipſe Dominus noſter, iuſſu & voce principis Angelorum, & tuba Dei, deſcendet de cœlo: & mortui qui ſunt in Meſchicho, (*Meſſia*) reſurgent primùm. C Et tunc nos qui reliqui erimus, qui viuemus, rapiemur vnà cum eis in nubibus, in occurſum Domini noſtri in aëra, & ſic ſemper cum Domino noſtro erimus. [6] DEMVTABIMVR, *immutabimur.* [7] VICARIAM, *vices mortis agente immutationis ſtatu.* [8] NE INFEROS, *errorem alterum retexit ſupra refutatum, quo cenſuit omnium iuſtorum animas, præter Martyrum mortuorum, inferis recipi, vſque ad diem iudicij: vbi quidquid ſordium reliquum eſt, expiant, & ſoluunt, vſque ad nouiſſimum quadrantem.* [9] IAM EXPERTVS, *ipſi quoque mortui, iam in inferis commorati, eiſdē immutationis gloriâ perfruentur, quâ reperti ſunt ac ſuperſtites in Aduentu Domini, ſuperueſtientur.*

2. NOLENTES EXVI, 2. *Cor.* 5. 4. Nam & qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati: D eo quod nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur quod mortale eſt, à vita. *Tranſlat. Syr.* Dum enim nunc ſumus in hoc domicilio, ingemimus ob eius onus, & nolumus illud exuere, ſed ſuperindui, vt abſorbeatur mortalitas per vitam. *Auguſtinus citatus à Beda in hunc locum, ex ſermone de natali Apoſtolorum.* Ingemiſcimus, inquit, grauati: ſub ſarcina ſcilicet corruptibilis carnis. Si ingemiſcis, libenter pone ſarcinam iſtam. Certè ingemiſcere ſe dixit, ſub hoc onere grauari ſe dixit, ſub ſarcina corruptibilis corporis. Vide vtrum velit hoc onere ſpoliari, ſub quo grauatur, ſub quo ingemiſcit. Non hoc ſequitur. Sed quid ait? In quo nolumus expoliari. O vocem naturæ, confeſſionem pœ- E næ! graue corpus eſt, oneroſum corpus eſt, corruptibile corpus eſt: gemitur ſub illo, & libenter deſeritur? Nolumus, inquit, expoliari. Sic remanſurus es gemens? & ſi ingemiſcis grauatus, quare ſpoliari non vis? Non, inquit. Vide quod ſequitur: nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri. Sub terrena tunica gemo: ad cœleſtem feſtino. Illam volo accipere, iſtam nolo ponere: in quo nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri. Ergo, Paule, intelligam te, quid dicis? Fiet iniuria tanto illi veſtimento cœleſti, vt veniat tibi ſuper hos pannos mortalitatis & corruptionis, vt hoc ſit inferius, illud ſuperius: hoc interius, illud exterius? Abſit, inquit. Non ſic dico, non ſic dixi. Nolo expoliari, ſed ſuperueſtiri.

Auguſt.

A Non tamen vt ſub incorruptione, maneat corruptio, ſed vt abſorbeatur mortale à vita. Benè exclamaſti, qui ſcripturas noſti. (*Applauditur Auguſtino ab intelligentibus, & verè vbique meretur applauſum.*) Sed ne aliquis ignarus Scripturarum, verba mea putet ſubſecuta, Pauli verba ſunt: omnia iſta Apoſtolica verba ſunt. Ingemiſcimus grauati, in quo nolumus ſpoliari, ſed ſuperueſtiri, vt (*itaut*) abſorbeatur mortale à vita. Benè dicis, quod alibi tenes de reſurrectione corporis loquens, 1. Cor. 15. oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt Oſee 13. abſorpta eſt mors in victoriam. Quod alio loco ait, vt abſorbea- B tur mortale à vita, hoc iſto loco, abſorpta eſt mors in victoriam. Nuſquam mors. (*Mors vltra non erit*) non infra, non ſupra: non intra, non extra. Abſorpta eſt enim mors in victoriam. Vbi eſt mors contentio tua? *Quid conformius præſcriptis à Tertulliano, numero* 1. Quis non deſiderabit, dum in carne eſt ſuperinduere immortalitatem, &c. *Et numero* 2. Nolentes mortem experiri, ſed vitâ præuenîri, dum eripitur morti per ſuperindumentum demutationis.

Auguſt.

Iam errorem Tertulliani refutemus. Primò quidem mirum eſt, quod cùm ipſe de carne Chriſti, cap. 6. dixiſſet; Mutuum debitum eſt inter ſe natiuitati cum mortalitate, forma moriendi, cauſa naſcendi C eſt. *Et de Anima cap.* 50. Publicâ totius generis humani ſententiâ, mortem naturæ debitum pronunciamus. Hoc ſtipulata Dei vox. Hoc ſpopondit omne quod naſcitur, &c. tranſlatus eſt Enoch & Helias, nec mors eorum reperta eſt; dilata ſcilicet. Cæterùm morituri reſeruantur, vt Antichriſtum ſuo ſanguine extinguant. Obiit & Ioannes, quem in aduentum Domini remanſurum fruſtra fuerat ſpes. *Certè de fide eſt quod habet Paulus.* Statutum eſt omnibus hominibus ſemel mori. *Et rurſum*: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit. *Et pſaltes:* Quis eſt homo qui viuet & non videbit mortem? *Et iterum*: Deus noſter. Deus D ſaluos faciendi: & Domini Domini exitus mortis. *Vbi Auguſt. in Pſalm.* 67. Multum, inquit, gratia commendatur. Quis enim ſaluus eſſet, niſi ipſe ſanaret: Sed nè occurreret cogitationi, cur ergo morimur, ſi per eius gratiam ſalui facti ſumus? Continuò ſubiecit: Et Domini Domini exitus mortis. Tanquam diceret, quid indignaris humana conditio, habere te exitum mortis? Et Domini tui exitus non alius quàm mortis fuit. Potius ergo conſolare, quàm indignare, &c. licet nullo peccato eſſet debitor mortis, & Dominus eſſet, à quo nemo tolleret, ſed ipſe eam à ſemetipſo poneret, etiam ipſius fuit exitus mortis, &c. Deus eſt ſanitatum noſtrarum, & Deus eſt ſaluos faciendi; ſed propter hu- E militatis, & patientiæ documentum, & ſanguine ſuo delendum noſtrorum chirographum peccatorum Coloſſ. 2. Etiam ſuum eſſe voluit exitum mortis, nè mortem iſtam timeremus, ſed illam potius, vnde nos liberauit per iſtam.

S. Aug.

Sed vnde ergo Tertullianus credidit aliquos non morituros? An quia 2. *Timoth.* 4. 1. *Paulus.* Teſtificor ait, coram Deo, & Ieſu Chriſto, qui iudicaturus eſt viuos, & mortuos, per aduentum ipſius, & regnum eius? *Vel vt habet tranſlat. Syr.* In reuelatione regni ſui. *Vel quòd ſcribat Roman.* 14. 9. In hoc enim Chriſtus mortuus eſt, vt & mortuorum, & viuorum dominetur. *Vel quòd Petrus Actorum* 10. Quoniam, inquit, ipſe eſt qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum & mortuorum. *Et prima epiſt.* 4.

Reddent rationem ei qui paratus eſt iudicare viuos & mortuos. *Sicut & habet Symbolum Apoſtolorum, Nicænum, & Athanaſii. Sed quomodo? Cum iudicium vniuerſale ſupponat reſurrectionem præcedentem, & omnes proinde viuos ſit iudicaturus? Theophilactus refert Methodium, per viuos, animas immortales ſemperque viuentes intellexiſſe, per mortuos, corpora mortalia; Chriſtumque de geſtis, tam animâ, quàm corpore, iudicaturum. Chryſoſtomus, per viuos, iuſtos & fideles, per mortuos, accipit peccatores. Græci cum Tertulliano, per viuos, volunt intelligi, adhùc ſuperſtites in aduentu Domini. D. Thomas in 2. Timoth. 4. lect.* 1. Viuos dicit illos qui viui reperientur in aduentu eius: qui morientur quidem, ſed quia in modico tempore reſurgent, dicuntur viui. Vel viuos dicit bonos, ſcilicet qui viuunt vitâ gratiæ. Mortuos, 1. Io. 3. qui non diligit, manet in morte. *Auguſtinus in Enchir. ad Laur. cap.* 54. Duobus modis accipi poteſt, quòd viuos & mortuos iudicabit: ſiue vt viuos intelligamus, quos hîc nondum mortuos, ſed adhuc in hac carne viuentes inuenturus eſt eius aduentus. Mortuos autem, qui de corpore, priuſquam veniat, exiere, vel exituri ſunt: ſiue viuos iuſtos, mortuos autem iniuſtos, quoniam iuſti quoque iudicabuntur *ſed quid plenius ſenſerit Auguſtinus, infra videbimus. Nunc alium ſcripturæ locum diſcutiamus de nuditate, vel veſte, in qua iudex deprehendet iudicandos. D. Thomas, lect. 1. in 2. Cor.* 5. Si, inquit, præmium Sanctorum eſt admirabile & deſiderabile, quia gloria cœleſtis eſt, ideo ſubiongit deſiderium Sanctorum ad ipſum præmium, dicens: Nam in hoc Ingemiſcimus, &c. vbi tria facit. Primò exprimit deſiderium gratiæ, ad præmium ipſum. Secundò oſtendit quòd deſiderium gratiæ retardatur ex deſiderio naturæ: Ibi: nam & qui ſumus in tabernaculo, &c. Tertiò oſtendit quòd deſiderium gratiæ vincit deſiderium naturæ: Ibi: audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominum. Sed deſiderium gratiæ, eſt cum feruore, nam in hoc ingemiſcimus. Quaſi dicat, hæc eſt vera probatio, quod habemus domum non manufactam, quia ſi deſiderium naturæ non eſt fruſtra, multò minus deſiderium gratiæ fruſtra eſt, Cùm igitur nos habeamus feruentiſſimum deſiderium gratiæ, de gloria cœleſti, impoſſibile eſt quòd ſit fruſtra, &c. Hæc autem duo coniungit, dicens: ſuperindui habitationem. Per quod oſtendit, illud deſiderium eſſe aliquid inhærens, quia induitur: & aliquid continens & excedens, quia inhabitatur. Sed quia non ſimpliciter dixit indui, ſed, ſuperindui; rationem ſui dicti ſubdit dicens: Si tamen veſtiti, & non nudi inueniamur. Quaſi diceret, ſi anima indueretur habitatione cœleſti, quæ non exueretur habitatione terrena; id eſt, non corrumperetur corpus noſtrum per mortem, ſed cœleſtis adeptio illius habitationis eſſet ſuperinduitio (*Quod elicit in fauorem erroris ſui ex hoc loco Pauli Tertullianus.*) Sed quia oportet quòd euacuetur habitatione terrena, ad hoc quod induatur cœleſti; non poteſt dici ſuperinduitio, ſed induitio ſimplex. Et ideo dicit, ſi tamen veſtiti, & non nudi inueniamur. Quaſi diceret, ſuperinduceremur quidem, ſi inueniremur induti, & non nudi. Nudus enim non dicitur ſuperindui, ſed indui tantùm. Gloſſa verò aliter exponit de veſtimento ſpirituali. (*Sicut ſupra Macarius, & Paulinus*) quaſi diceret, nullos ad illam gloriam peruenire, niſi habeat virtutes. Quæ quidem expoſitio non videtur concordare intentioni Apoſtoli, &c. Conditio autem deſiderij eſt naturalis, retardans deſiderium gratiæ: quia vel-

S. Aug.

A lemus inueniri veſtiti, & non nudi. Id eſt, ita vellemus quòd anima perueniret ad gloriam, quòd corpus non corrumperetur per mortem: cuius ratio eſt, quia naturale deſiderium ineſt animæ, eſſe vnitam corpori: aliàs mors non eſſet pœnalis, &c. Quia non poſſumus peruenire ad gloriam, niſi deponamus corpus; quod eſt ita contra naturale deſiderium, vt dicit Auguſtinus, quòd nec ipſa ſenectus, à Petro timorem mortis auferre potuit. (*Alius cinget te cùm ſenueris, & ducet te quò tu non vis*) Et ideo dicit, nolumus ſpoliari, ſcilicet tabernaculo terreno, ſed ſuperueſtiri, gloria ſupercæleſti. Vel ſecundùm gloſſam, corpore glorioſo. Sed quia poſſet videri indecens, quòd corpus ex vna parte eſſet corruptibile, ex ſui natura, ſi non fuiſſet an-

B te diſſolutum; & ex parte gloriæ, eſſet glorioſum ſubdit modum quo vellet fieri, dicens, vt abſorbeatur, &c. Non ſic ſuperueſtiri volumus, quòd corpus remaneat mortale, ſed ita, quòd gloria ex toto auferat corruptionem corporis, abſque corporali diſſolutione. *Sed conditionale tantùm eſt Pauli deſiderium. Si fieri poſſet, vt veſtitus, ſuperne iret, hoc cuperem. Ex quibus conſtat, exertè non poſſe concludi ex præmiſſis Apoſtoli verbis, aliquos non eſſe morituros: non enim abſolutè dicit veſtitos inueniēdos, hoc eſt adhuc corporeis lutos; ſed conditionaliter, & ſecundùm deſiderium naturale, quo* nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri. *Vnde dixit:* Si tamen veſtiti, & non nudi in-

C ueniamur.

Nec magis fauet Tertulliano locus 1. Theſſ. 4. Nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentum Domini. *Et rurſum:* Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur. *Vbi Paulus non imminentem diem iudicij credidit; cùm in ſecunda ad Theſſal. expreſſè dicat, præceſſura multa; diſceſſionem, & defectum Imperij Romani, & regnum Antichriſti, &c. Sed induit perſonam electorum ſuturorum hoc tempore. Et licet in ictu oculi reſurrectio fiat, ordo tamen ſolùm penſandus eſt, inter reſurrectionem aliquorum, & raptum omnium, vt hic notat D. Thomas. De non morituris autem aliquibus, vt ſupra præſcripſi, S. Iuſtinus q.* 109. *omnino*

D *cenſuit. Auguſtinus aliàs, propter diuerſos Pauli locos, nunc mortem omnibus certam aſſerentis, nunc vt ſupra diximus, conditionaliter, & ſecundùm naturæ deſiderium id optantis, nunc reliquos & reſiduos viuentes in aduentu Domini ſupponentis, haſitauit, nec quicquam certi determinauit. Sicut libro de Octo Dulcitij quæſtionibus quæſt.* 3. Reuerà quantum ad verba B. Apoſtoli pertinet, videtur aſſerere, quoſdam in fine ſæculi, adueniente Domino, cùm futura eſt reſurrectio mortuorum, non mortuos, ſed viuos repertos, in illam immortalitatem, quæ ſanctis etiam cæteris datur, repentè mutandos, & ſimul cum illis rapiendos, ſicut dicit, in nubibus. Nec aliquid aliud mihi viſum eſt quotiens de his verbis volui cogitare. Sed vellem hinc potius audire doctiores:

S. Auguſt.

E ne illis etiam qui putant aliquos morte non præcedente viuificatos, ad vitam tranſituros perpetuam, dicere inueniatur Apoſtolus, 1. Cor. 15. ſtulte, tu quod ſeminas, non viuificatur, niſi prius moriatur. Nam & illud quod in pleriſque codicibus legitur, omnes reſurgemus. Vnde fieri poterit, niſi omnes moriamur? Reſurrectio quippe, niſi mors præceſſerit, nulla eſt. Et quod nonnulli codices habent, omnes dormiemus; multo facilius, & apertius id cogit intelligi: & ſi quid aliud tale in ſanctis libris inuenitur, ad id videtur impellere, vt nullos hominum exiſtimemus immortalitatem, niſi mors præceſſerit, adepturos. Proinde vbi dixit Apoſtolus, & nos viuentes qui reliqui ſumus in aduentu Domini, &c. Deinde nos viuentes, qui

reliqui ſumus, &c. vellem de his verbis, vt dixi audire doctiores, &c. & corrigere quod hinc aliquando aliter ſenſi. Neque enim debemus eſſe indociles Doctores. Et certè melius homo corrigitur prauus, quàm frangitur durus. Cùm iis quæ deſcripſimus, ita noſtra, vel aliorum exerceatur, vel erudiatur infirmitas, vt tamen in eis nulla velut canonica conſtituatur authoritas. *Miror Doctoris omnium excellentiſſimi modeſtiam, & obtupeſco hodiernorum ſciolorum ſuperbiam, qui cùm nec ſancti, nec docti ſint, priuatas ſuas ſententias Sanctorum Patrum volunt doctrinæ præponi. Subiicit dicta Pauli verba videri clamare,* quod futuri ſint in fine ſæculi, & ſecundo aduentu Domini, qui non expolientur corpore, ſed ſuperinduantur immortalitate, vt abſorbeatur mortale à vita: huic ſententiæ, proculdubiò conueniet, quod in regula fidei confitemur, venturum Dominum iudicaturum viuos & mortuos: vt non hîc intelligamus viuos iuſtos, mortuos autem iniuſtos: quamuis iudicandi ſint, & iuſti, & iniuſti: ſed viuos, quos nondum exiiſſe; mortuos autem, quos iam exiiſſe de corporibus, aduentus eius inueniet. Quæ ſi ita eſſe conſtiterit, illa verba excutienda erunt; quomodo ſic accipiamus, tu quod ſeminas, non viuificatur, niſi prius moriatur. Et illud; omnes reſurgemus, &c. Ego quod confitendum eſt charitati tuæ, plus amo diſcere, quàm docere. Nam hoc admonemur, etiam dicente Apoſtolo Iacobo. cap. 1. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Vt ergo diſcamus, inuitare nos debet ſuauitas veritatis: vt autem doceamur cogere neceſſitas charitatis.

S Auguſt.

Nec morandum quod lib. 2. de peccat. meritis, cap. 31. quaſi certò, & abſque dubio determinaſſe viſus eſt aliquibus. vbi ait, quantò eſt maius, quantò fortius, quantò laudabilius, ita credere, vt ſe ſperet moriturus ſine fine victurum? *(quam credere, ſe non moriturum, videndo non mori eos qui crederent.)* Denique hoc quibuſdam in fine largietur, vt mortem iſtam repentinâ commutatione non ſentiant, ſed ſimul cum reſurgentibus, rapiantur in nubibus, &c. Et rectè, illis, quia non erunt iam poſteri, qui propter hoc credant, non ſperando quod non vident, ſed amando quod vident. *Non enim de hoc agebat ex profeſſo, ſed tantùm, ne homines ad baptiſmum currerent, & fidem amplecterentur, ob vitam temporalem, ſi viderent baptizatos ſolos à morte eximi; ſicut vt videbimus ſuo loco, in omniloquio rationali, Menander promittebat, ſuo Baptiſmo tinguendis. Ipſe etenim Auguſtinus quod hîc ſcripſerat, ita libro 2. retract. cap. 33. explicat.* In ſecundo, inquit, libro *(de peccatorum meritis & baptiſmo paruulorum)* in quodam loco, hoc quibuſdam, inquam, in fine largietur, vt mortem repentinâ commutatione non ſentiant. Seruans locum diligentiori de hac re inquiſitioni. Aut enim non morientur, aut de vita iſta in mortem, & de morte in æternam vitam celerrimâ commutatione, tanquam in ictu oculi transeundo, mortem non ſentient.

S Auguſt.

Cæterùm diligentiori inquiſitioni vacans, cùm ſcriberet libros de ciuitate, poſterius quidem, præfatis libris; ſicut etiam poſt collationes cum Donatiſtis, & poſt librum de natura & gratia, vt patet ex ipſius verbis, libro ſecundo retract. cap. 43. vbi tamen dicit; ſe hoc grande opus, aliis occupationibus interruptum tandem abſoluiſſe, libro itaque vigeſimo de Ciuitate cap. 20. fusè diſcutit dictum Apoſtoli locum 1. Theſſ. 4. Nec diffitetur viuos, in aduentu Domini reperiendos morituros tamen vel in ipſo raptu, & ſtatim reſurrecturos ad immortalem vitam. Quæri ſolet, inquit,

S Auguſt.

A vtrum illi quos hîc inuenturus eſt Chriſtus, quorum perſonam in ſe, atque illos qui tunc ſecum viuebant, transfigurabat Apoſtolus, numquam omnino morituri ſint: an ipſo temporis puncto, quo cum reſurgentibus rapientur in nubibus obuiam Chriſto in aëra, ad immortalitatem per mortem mirâ celeritate tranſibunt. Neque enim dicendum eſt, fieri non poſſe, vt dum per aëra in ſublime portantur, in illo ſpatio, & moriantur, & reuiuiſcant. &c. Ad hunc autem ſenſum, quo exiſtimemus, etiam illos quos hic viuos inuenturus eſt Dominus, in ipſo paruo ſpatio, & paſſuros mortem, & accepturos immortalitatem, ipſe Apoſtolus nos videtur vrgere, vbi dicit: in Chriſto omnes viuifi-

B cabuntur: Cùm alio loco de ipſa loquens Reſurrectione corporum, dicat: tu quod ſeminas non viuificatur, niſi moriatur. Quomodo igitur, quos viuentes hîc Chriſtus inueniet, per immortalitatem in illo viuificabuntur, Etſi non moriantur; cùm videamus propter hoc eſſe dictum; tu quod ſeminas, non viuificatur, niſi priùs moriatur? *De hinc obiicit ſibi, dicentem, incongruè dici, ſeminari in aere, nec poſſe in eo morientibus conuenire communem pœnam omnium in Adam pronuntiatam. Terra es, & in terram ibis.* Non vtique ſeminantur, quia nec eunt in terram, nec redeunt: Siue nullam prorſus experiantur mortem, ſiue paululum in aëre moriantur. Sed aliud rurſus occurrit, quod idem dicit Apoſtolus, cùm de reſurrectione corporum

C ad Corinthios loqueretur: omnes reſurgemus: vel ſicut alii codices habent, omnes dormiemus. Cùm ergo nec reſurrectio fieri poſſit, niſi mors præceſſerit; nec dormitionem poſſimus illo loco intelligere, niſi mortem: quomodo omnes vel dormient, vel reſurgent, ſi tam multi, quos in corpore inuenturus eſt Chriſtus, nec dormient, nec reſurgent? *Tum verò dubium ſoluit, & vtroſque conciliat locos.*

Si ergo, inquit, ſanctos qui reperientur Chriſto veniente, viuentes, eique in obuiam rapientur, crediderimus in eodem raptu de mortalibus corporalibus exituros, & ad eadem mox immortaliaredituros, nullas in verbis Apoſtoli patiemur an-

D guſtias, ſiue vbi dicit, tu quod ſeminas, &c. ſiue vbi dicit, omnes reſurgamus: &c. quia nec illi per immortalitatem viuificabuntur, niſi quamlibet paululum tamen moriantur: ac per hoc, & à reſurrectione non erunt alieni, quam dormitio præcedit, quamuis breuiſſima, non tamen nulla. Cur autem nobis incredibile videatur, illam multitudinem corporum in aëre quodammodo ſeminari, atque ibi protinus immortaliter, atque incorruptibiliter reuiuiſcere; cùm credamus; quod idem ipſe Apoſtolus alibi apertiſſimè dicit, in ictu oculi futuram reſurrectionem, & in membra ſine fine victura, tantâ facilitate, tamque inæſtimabili velocitate rediturum antiquiſſimorum cadauerum

E puluerem?

Pergit reſpondere, etiam in aëre impleri communem illam mulctam, de reditu omnium in terram, cui & accinit Pſaltes: Exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam. *Supple omnis homo. Et rurſum.* Auferes Spiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur. *Quod tam in aëre, aqua, igni, quàm in ipſa terra fieri poteſt. Soluto enim compoſito, animâ ſeparatè à Carne, quid eſt homo, niſi terra & puluis, vbicumque ſoluatur? Sic itaque Auguſtinus:* Nec ab illa, inquit, ſententia, qua homini dictum eſt; terra es, & in terram ibis, futuros illos ſanctos arbitremur immunes, ſi eorum morientium in terram non recident corpora: ſed

Aug.

ſicut

ſicut in ipſo raptu morientur, ita & reſurgent, dum feruntur in aëra. In terram quippe ibis, eſt, in hoc ibis, amiſſâ vitâ, quod eras antequam ſumeres vitam, id eſt, hoc eris exanimis, quod eras, antequam eſſes animatus. Terræ quippe inſufflauit Deus in faciem flatum vitæ, cùm factus eſſet homo in animam viuam tanquam diceretur; terra es animata, quod non eras: terra eris examinis, ſicut eras. Quod ſunt, & antequam putreſcant, omnia corpora mortuorũ; quod erunt & illa ſi morientur, vbicumque moriantur, cũ vita carebunt, quam continuò receptura ſunt. *Vbi, licet multum inclinet, & probabilius ſentiat, omnes morituros, vt omnes vere dici poſſint reſurgere: recolens tamen ſupra memoratum Pauli dubium verbum.* Si tamen veſtiti, & non nudi, inueniamur: *Nil audet certò definire, ſed ait,* ſi morientur.

B *Quia tamen magis inclinat, & longe probabilius in hanc partem, nec aliorum Patrum vult arguere ſententiam, S. P. N. Auguſtini ſecutus modeſtiam, eos ſic explicabo, vt dicam Chryſoſtomum Hom. 42. in 1. Cor. & Homil. 7. in primam Theſſ. Origenem lib. 5. contra Celſum, Theodoretum, Theophilactum, Oecumenium, Hiero. Ep. 152. ad Minerium, citantem etiam pro hac ſententia Theodorum Heracleotem, & Apollinarium. Et Epiſt. 148. ad Marcellam quæſt. 3. dicentes electos abſque morte, in gloriam tranſituros, qui in aduentu Chriſti fuerint ſuperſtites; ſic intelligendos eſſe, quod ſine vltima conflagratione, quod probabilius eſt, faciem iudicis præcedente, ſiue in raptu, tam modico temporis ſpatio in morte futuri ſint, vt quaſi pro viuis, à Patribus* C *fuerint reputati. Omnes enim omnino, in Adam mori, & in Chriſto viuificari exertè pronuntiauit Apoſtolus. Nec reſurgit niſi quod moritur. Ita D. Thomas, 1. 2. quæſt. 81. a. 3. ad 1. & Theologi in 4. diſt. 43. D. Etiam Thomas Lect. 2. in 1. Theſſ. 4.* Occaſione, inquit, horum verborum. Deinde nos qui viuimus, &c. Crediderunt aliqui, quod futuri in fine, numquam morientur, vt dicit Hieronymus, in Epiſtola. Aliàs enim fruſtra diſtingueret viuentes à morientibus. Sed contra, 1. Cor. 15. Omnes quidem reſurgemus. Item, ſicut in Adam &c. Ergo mors ad omnes pertranſiit; ergo dicendum eſt, quod aliqui inuenientur viui in tempore illo quo Chriſtus veniet ad iudicium: ſed in illo momento temporis morientur, & ſtatim reſurgent. Et ideo propter modicam interpolatio-

A nem reputantur viuentes, &c. & duplex hic opinio. Quidam enim dicunt quod reſurrectio non erit ſimul, ſed primò mortui venient cum Chriſto, & tunc in aduentu Chriſti, viui rapientur in nubibus, & in illo raptu morientur & reſurgent. Et ideo quod dicitur eſſe in momento, intelligitur, quod in modico tempore fiet, vel momentum non refertur ad generalem omnium, ſed ſingularium, quæ fiet in inſtanti. Alii volunt denotari ordinem dignitatis, non temporis, ſed contra multi ſub Antichriſto paſſi, digniores erunt multis prius defunctis. Ideo videtur aliter eſſe dicendum, quod omnes morientur, & omnes reſurgent, & quod ſimul. Apoſtolus ergo non ponit ordinem reſurrectionis, ad reſurrectionẽ: ſed ordinem ad raptũ, vel ad occurrentiam. Nam primò veniente Domino mo-
B rientur, qui inuenientur viui; Et tunc ſtatim cum illis qui prius mortui fuerant reſurgentes, rapientur in nubibus. Eſt autem hæc inter bonos & malos differentia, quod mali remanebunt in terra quam dilexerunt; boni rapientur ad Chriſtum quem quæſierunt. *Vnum miror nec ipſum* Doctorem *Angelicum ſuperſtitum mortem conflagrationi vniuerſi imputaſſe Cum & elementa calore ſoluenda ſint, & prædixerit Pſaltes*, Ignis ante ipſum præcedet. *Et rurſum Pſal. 59* Deus manifeſtè veniet, Deus noſter & non ſilebit. Ignis in cõſpectu eius exardeſcet, *quem locum & Auguſtinus de iudicio explicat.* Deus inquit, ipſe veniet, ſed manifeſtus, non adhuc illudendus, non adhuc alapandus, non adhuc flagel- Aug.
C landus, &c. quia vero ad iudicium veniet, ſequentia docent. Ignis ante præibit. Timeamus, mutemur, & non timebimus. Ignem palea timet, auro quid facit? *Purgabit certè & filios Leuiſi quid ſordium admixtum habuerint. Sed ignis præcedet iudicium, & mors per ignem viuentibus in aduentu Domini, id eſt modicum ante aduentum* Domini. *Non dormient autem illi in puluere qui iuxta Eſtium conflagrationis igne morientur, vt habet in 2. Tim. 4. & in 1. Theſſ. 4 non dormient ſicut illi, Dan. 12. in puluere terra, ſed breuiſſimè dormitabunt; Et Chriſto dicente, Venite Benedicti, poſt reſurrectionem & examen rapientur in aëra, ſubito agilitatis motu Nubes autem illa poſt ignem, erunt ex aëre denſato & ſplendido. Et ex his habes contra Tertullianum, omnes omnino morituros,*

NVPTIÆ SECVNDÆ, PRO CONFVSIS, INHONESTIS, ſpurcis, prohibitis à Paracleto, & pro ſtupris habitæ.

Propter hunc errorem cautè legendus totus liber de Monogamia, & de exhortatione caſtitatis.

1. 1. *Ad vxo. cap. 1. circa f.*

CÆterùm Chriſtianis [1] ſeculo digreſſis, nulla reſtitutio nuptiarum in die reſurrectionis repromittitur, tranſlatis ſcilicet in Angelicam qualitatem, & ſanctitatem. [2] Proinde ſollicitudo [3] nulla quæ de carnis zelo venit, etiam illam ſeptem maritorum, reſurrectionis dies [4] offendet, nec quiſquam illam [5] confuſurus expectat. Quæſtio Sadducæorum ceſſit ſententiæ Domini. Nec me putes propter [6] carnis tuæ integritatem [7] mihi perſeruandam, [8] de contumeliæ [9] dolore ſuſpectum, inſinuare iam hinc tibi conſilium viduitatis. Nihil tunc inter nos [10] dedecoris voluptuoſi reſumetur. Non enim tam friuola, tam ſpurca Deus ſuis pollicetur. Math. 22. 30.

2. *Et de velandis virg. cap. 10. à m.*

Non enim, & continentia virginitati antiſtat, [1] ſiue viduorum, ſiue qui ex [2] conſenſu contumeliam [3] communem iam [4] recuſauerunt? [5] Nam virginitas [6] gratia conſtat, continentia verò [7] virtute.

3. *Et ibid. cap.* II. *circa f.*

Si autem ad [1] deſponſationem velantur, quia & corpore, & ſpiritu maſculo [2] mixtæ ſunt per oſculum, & dexteras, per quæ primùm reſignarunt [3] pudorem ſpiritus, per commune [4] cõſcientiæ pignus, quo totam condixerunt [5] confuſionem, quantò magis [6] tempus illas velabit, ſine quo [7] ſponſari non poſſunt, & quo [8] vrgente, ſine [9] ſponſalibus virgines deſinunt eſſe?

4. *Et cont. Hermog. cap.* I. *in m.*

Præterea pingit [1] illicitè, [2] nubit aſſiduè: [3] legem [4] Dei in libidinem defendit, [5] in artem [6] contemnit: [7] bis [8] & [12] falſarius, & [14] cauterio, & ſtilo: totus [9] adulter, & prædicationis, & [10] carnis. Siquidem & nubentium [11] contagio [11] fœtet.

5. *Et de pudic. cap.* I. *in f.*

[1] Nobis autem maxima, aut ſumma [2] ſic quoque [3] præcauentur, dum nec ſecundas quidem poſt fidem [4] nuptias permittitur noſſe, [5] nuptialibus & dotalibus ſi fortè tabulis à mœchia & fornicationis opere diuerſas. Et ideo duriſſimè, nos [6] infamantes Paracletum diſciplinæ [7] enormitate, digamos foris [8] ſiſtimus, eundem limitem liminis mœchis quoque & fornicatoribus figimus, [9] jeiunas pacis lachrymas profuſuris, nec amplius ab Eccleſia, quam publicationem dedecoris relaturis.

6. *Et* I. *cont. Marc. cap.* 29. *in m.*

Sed & ſi nubendi iam [1] modus ponitur, quem quidem apud nos ſpiritalis ratio, Paracleto auctore, [2] defendit, vnum in [3] fide matrimonium præſcribens; [4] ejuſdem erit modum figere, qui modum aliquando diffuderat: is colliget, qui ſparſit: is cædet ſiluam, qui plantauit: is metet ſegetem, qui ſeminauit: is dicet, [a] *Supereſt vt & qui vxores habent, ſic ſint*
a 1. Cor. 7. 29. *quaſi non habeant*, cuius & retro fuit; b *Creſcite, & multiplicamini*: eiuſdem [5] finis, cuius & initium. Non tamen, vt [6] accuſanda cæditur ſilua, nec vt damnanda [7] ſecatur ſeges; ſed vt
b Gen. 1. 28. [8] tempori ſuo & [9] parens. Sic & connubij [10] res, non vt mala, ſecurem & falcem admittit ſanctitatis; ſed vt [11] matura [12] defungi, vt ipſi ſanctitati reſeruata, cui, [9] cædendo, præſtat & eſſe.

7. *Et de Monog. cap.* I. *in p. ad m.*

HÆretici [1] nuptias auferunt, [2] Pſychici ingerunt. [3] Illi nec ſemel, iſti non ſemel nubunt. Quid agis, Lex [4] Creatoris? Inter [5] alienos ſpadones, & [6] vrigas tuos, tantundem quereris [7] de domeſtico obſequio, quantum de faſtidio [8] extraneo; [9] proinde & te lædunt qui [10] abutuntur, quemadmodum qui non [11] vtuntur. Verùm neque continentia eiuſmodi laudanda, quia hæretica eſt; neque licentia defendenda, quia pſychica eſt, illa blaſphemat, [12] iſta luxuriat, [13] illa deſtruit [14] nuptiatum Deum, iſta confundit. [15] Penès nos autem, quos Spiritales meritò dici facit [16] agnitio ſpiritalium chariſmatum, continentia tam [17] religioſa eſt, quàm licentia [18] verecunda, quandoquidem ambæ cum [19] Creatore ſunt. Continentia legem nuptiarum honorat, licentia [20] temperat. Illa non [21] cogitur, iſta [22] regitur. Illa arbitrium habet, hæc modum. Vnum matrimonium nouimus, ſicut vnum Deum. [23] Magis honorem refert lex nuptiarum, vbi habet [24] & pudorem. Sed Pſychicis non recipientibus [25] ſpiritum, ea quæ ſunt ſpiritus non placent.

8. *Et de Monog. cap.* 3. *à p.*

a 1. Cor. 7. 1. [a] *Bonum*, inquit, *homini mulierem non contingere.* Ergo [1] malum eſt contingere. Nihil
b 1 Cor. 7. 29. enim bono contrarium, niſi malum. Ideoque [b] *ſupereſſe, vt & qui habeant vxores ſic ſint, quaſi non habeant*; [2] quò magis qui non habent, habere non debeant.

9. *Et ibid. in m.*

Quid nunc, ſi omnem [1] indulgentiam nubendi, [2] de ſuo, id eſt, de humano ſenſu accom-
a 1 Cor. 7. 6. & 9. modat ex neceſſitate qua diximus, [a] *Quia melius ſit nubere quàm vri?*

10. *Et de Monog. cap.* 3. *in f.*

Ioan. 16. 13. Si [1] omnia iſta oblitterant [2] licentiam nubendi, & conditione [3] licentiæ inſpecta, & prælatione continentiæ impoſita; cur non potuerit poſt [4] Apoſtolos idem ſpiritus [6] ſuperue-
a Eccl. 3. 17. niens ad [5] deducendam diſciplinam in omnem veritatem, per gradus temporum, ſecundùm quod Eccleſiaſtes, [a] *Tempus omni rei, inquit*, ſupremam iam carni [7] fibulam imponere;
b 1. Cor. 7. 29. iam non [8] obliquè à nuptiis auocans, ſed exertè; [9] quum magis [10] nunc, [b] *tempus* [11] *in collecto*

factum ſit, annis circiter CLX. [12] exinde productis? Nonnè ipſe apud te [13] retractares, Vetus
[14] hæc diſciplina eſt, præmonſtrata iam tunc in carne Domini, & [15] voluntate; dehinc in
Apoſtolorum eius tam [16] conſiliis, quàm exemplis.[17] Olim [18] ſanctitati huic deſtinabamur.
Nihil noui Paracletus [19] inducit. Quod [20] præmonuit, definit: [21] quod ſuſtinuit, [22] expoſcit.[23]
Et nũc recogitans iſta, facilè tibi perſuadebis multò magis vnicas nuptias competiſſe Pa-
racleto [24] prædicare, qui potuit & nullas: magiſque credendum, [25] temperaſſe illum, quod
& abſtuliſſe decuiſſet, ſi quæ velit [26] Chriſtus, intelligas. In hoc quoque Paracletum agnoſ-
cere debes aduocatum, [27] quòd à tota continentia infirmitatem tuam excuſat.

11. *Et de Monog. cap. 5. in. p. ad. m.*

Hæc, quantum ad [2] primordiorum teſtimonium, & [3] originis noſtræ patrocinium &
diuinæ inſtitutionis [4] præiudicium. Quæ vtique lex eſt, non monimentum; quoniam ſi ita Mat.19.
factum eſt à primordio, inuenimus nos ad [5] initium dirigi à Chriſto: ſicut in quæſtione [6] re- 8.
pudii, dicens illud propter duritiam ipſorum à Moyſe eſſe permiſſum; ab initio autem non
ita fuiſſe; ſine dubio ad initium reuocat matrimonij [7] indiuiduitatem. Ideoque quos Deus
ab initio conjunxit in vnam [8] carnem duos, hodie homo non ſeparabit. Dicit & Apoſtolus
ſcribens ad Epheſios, Deum [a] *propoſuiſſe in ſemetipſo ad diſpenſationem adimpletionis temporum,* a Eph.1.
ad caput, id eſt, *ad initium reciprocare* [9] *vniuerſa in Chriſto, quæ ſunt ſuper cælos & ſuper terras in* 9.10.
ipſo. Sic & duas [10] Græciæ litteras, ſummam, & vltimam ſibi induit Dominus, initij & fi-
nis concurrentium in ſe figuras: vti quemadmodum [α] ad [ω] vſque voluitur, & rurſus [ω] ad
[α] replicatur, ita oſtenderet in ſe eſſe & initij decurſum ad finem, & finis recurſum ad ini- Apoc.1.
tium; vt omnis [12] diſpoſitio in eum [13] deſinens, per quem cœpta eſt, per [11] Sermonem ſcili- 8.18. &
cet Dei, qui [b] *caro factus eſt*, proinde deſinat quemadmodum & cœpit. Et adeo in Chriſto 22. 13.
omnia reuocantur ad initium, vt & fides reuerſa ſit à circumciſione, ad [14] integritatẽ [15] car- b Io.1.14.
nis illius, ſicut ab initio fuit; & libertas [16] ciborum, & ſanguinis ſolius abſtinentia, ſicut ab Gal. 4. 4.
initio fuit; & matrimonij indiuiduitas, ſicut ab initio fuit, & repudij cohibitio, quod ab 5.
initio non fuit; & poſtremo totus [17] homo in paradiſum reuocatur, vbi ab initio fuit. Cur Act.15.
ergo vel Monogamum [19] illo non [18] debeat Adam [20] referre, qui non poteſt tam integrum 28.
præſtare, quàm inde miſſus eſt? Quantum pertinet itaque ad initij reſtitutionem, id à te Math.19.
exigit & diſpoſitionis [22] & [23] ſpei tuæ ratio, quod ab initio fuit, ſecundùm [24] initium quod 8.
tibi & in Adam cenſetur, & in [25] Noë [26] recenſentur.

12. *Et de Monog. c. 5 in. f. & 6. in p. ad vlt. 1. m.*

Vides igitur quemadmodum etiam in Chriſto [1] nouans cenſum, non poſſis eum ſine
Monogamiæ profeſſione [2] deferre, niſi carne [3] ſis, quod [4] ſpiritu ille eſt, licet & quod fuit in Cap. 6.
carne, [5] æquè eſſe debueris. Sed adhuc nobis quæramus aliquos originis principes. Non Mat.23.
placent enim quibuſdam Monogami parentes, Adam & Noë, fortaſſe nec Chriſtus. Ad 9.
Abraham deniq; prouocant, [6] prohibiti [7] patrem alium præter Deum agnoſcere. Sit [8] nũc
pater noſter Abraham, ſit & Paulus. [a] *In Euangelio*, inquit, *ego vos generaui*. Etiam Abrahæ a 1. Cor.
te filium exhibe. Non enim [9] paſſiuus tibi cenſus eſt in illo. Certum tempus eſt, quo tuus 4.15
pater eſt. Si enim ex fide filij deputamur Abrahæ, vt Apoſtolus docet, dicens ad Galatas,
[b] *Cognoſcitis nempe, quia qui ex fide, iſti ſunt filij Abrahæ*; quando [c] *credidit Abraham Deo, & de-* b Gal. 3.
putatum eſt ei in iuſtitiam? opinor adhuc in Monogamia, quia in circumciſione [10] nondum. 7.
Quod ſi poſtea in vtrumque mutatus eſt, & in Digamiam per ancillæ [11] concubinatum, & c Gen. 15.
in Circũciſionem [12] per teſtamenti ſignaculum, non potes illum patrem agnoſcere, niſi 6.
tunc, cùm Deo credidit; ſiquidem ſecundũ fidem filius eius es, non ſecundùm carnẽ. Aut Gen.16.3.
ſi poſteriorẽ Abraham patrem ſequeris, id eſt Digamũ, recipe [13] & Circumciſum. Si reijcis Gen. 17.
Circumciſum, ergo recuſabis & Digamũ. Duas diſpoſitiones eius binis inter ſe modis di- 10.
uerſas, [14] miſcere nõn poteris. Digamus cum Circumciſione eſſe orſus eſt, Monogamus Gen.15.6.
cum [15] Præputiatione. Recipis Digamiam, admitte & Circumciſionem. Tueris Præputia-
tionem, teneris & Monogamiæ. Adeo autẽ Monogami Abrahæ filius es, ſicut & Præpu-
tiati, vt ſi circumcidaris, iam non ſis filius; quia non eris ex fide, ſed ex [16] ſignaculo fidei in
præputiatione iuſtificatæ. Habes [17] Apoſtolũ, diſce cum Galatis. Proinde etſi [18] Digamiam Gal. 3. 6.
tibi intuleris, non es illius Abrahæ filius, cuius fides in Monogamia præceſſit. Nam etſi
poſtea pater multarũ nationum nuncupatur, ſed earũ quæ ex fide Digamiam præcedente
filij [19] habebãt deputari Abrahæ. [20] Exinde res viderint. Aliud ſunt figuræ, aliud [21] formæ
[22] imagines, aliud [23] definitiones. Imagines tranſeunt adimpletæ, definitiones permanent
adimplendæ. Imagines [24] prophetant, definitiones [25] gubernant. Quid Digamia illa Abra-
hæ portendat, idem Apoſtolus edocet, interpretator vtriuſque Teſtamenti, ſicut [26] idem
ſemen noſtrum in Iſaac vocatum determinat. Si ex [27] libera es, ad Iſaac pertinens, hic certè
vnum matrimonium [28] pertulit. Iſti itaque ſunt, vt opinor, in quibus [29] cenſeor. [30] Cæteros
neſcio.

13. Et de Monog. cap 7. à p.

Si ergo, quoniam in lege[1] præcipitur, [a] *vt quis fratrú ſui vxorem ſine liberis defuncti in*
a Deut. 25.5. Mat. 22. 24. *Matrimonium adſumat, ad ſuſcitandum fratri ſuo ſemen*; idq; ſæpius euenire[2] in vnam[3] perſo-
nam poteſt, ſecundùm[4] callidam illam quæſtionem Sadducæorum, ideo & aliàs putant
permiſſam frequentiam nuptiarum, intelligere debebunt, primò[5] rationem ipſius præce-
pti, & ita ſcient illam rationem iam ceſſantem, ex eis eſſe, quæ[6] euacuata ſunt legis. Ne-
ceſſariò ſuccedendum erat in matrimonium fratris ſine liberis defuncti. Primùm, quia
adhuc vetus illa benedictio[7] decurrere habebat. [b] *Creſcite, & redundate;*[8] Dehinc, quoniã
b Gen. 1. 28. patrum delicta etiam de[9] filiis exigebantur: Tertiò, quoniam ſpadones & ſteriles[10] igno-
miniosi habebantur. Itaq; ne proinde maledicti iudicarentur, qui non naturæ[11] reatu, at
Exo. 20. 5. mortis[12] præuentu[13] orbi deceſſiſſent, ideo illis ex ſuo[14] genere, vicaria,[15] & quaſi poſtuma
Iſ. 31 9. ſoboles ſupparabatur. At vbi &,[16] [c] *Creſcite & redundate*, euacuauit extremitas temporum
c Gen. 1. 28. inducente[17] Apoſtolo, [d] *Supereſt, vt & qui habent vxores, ſic ſint, ac ſi non habeant, quia tẽpus in*
[18] *collecto eſt*, & deſiit, *vua* [e][19] *acerba à patribus manducata, filiorum dentes obſtupefacere: vnuſquiſ-*
d 1. Cor. 7. 29. *que enim in ſuo delicto morietur*, & ſpadones non tantùm ignominia caruerunt, verùm & gra-
e Hier. 31. 29. tiam[20] meruerunt, inuitati in regna cœlorum,[21] ſepulta lege ſuccedendi in matrimonium
fratris, contrarium eius obtinuit[22] non ſuccedendi in matrimonium fratris. Et ita, vt præ-
Iſa. 56. 4. diximus, quod ceſſauit valere, ceſſante ratione, non poteſt alij[23] argumentationem accom-
Hier. 21. 30. & Iſa. 4. 1. Leu. 20. 21. modare. Ergo non nubet[24] defuncto viro vxor, fratri[25] vtique nuptura, ſi nupſerit.

Et ibidem cap. 9. in m.

Videamus quid ſit matrimonium[1] apud Deum, & ita cognoſcemus quid ſit æque adulte-
rium. Matrimonium eſt, cùm Deus iungit duos in vnam carnem, aut[2] iunctos deprehendẽs
[3] in eadem carne, coniunctionem[4] ſignauit. Adulterium eſt cùm[5] quoquomodo diſiunctis
duobus, alia caro, imò[6] aliena miſcetur, de qua dici non poſſit: [a] *Hæc eſt caro ex carne mea, &*
hoc os ex oſſib. meis.[7] Semel enim hoc & factum & pronuntiatum, ſicut ab initio, ita & nunc
in aliam carnem non[8] poteſt conuenire. Itaque ſine cauſa dices, Deum viuo marito, nolle
a Gen. 2. 23. repudiatam alij viro iungi, quaſi mortuo velit;[9] quando ſi mortuo non[10] tenetur,[11] proinde
nec viuo; tam repudio matrimonium dirimente[12] quàm morte, non tenebitur ei, cui[13] per
quod tenebatur, abruptum eſt; adeo non intereſt, viuo an mortuo viro nubat[14]. Neque enim
in illum delinquit, ſed in ſemetipſam. [b] *Omne delictum quod admiſerit homo, extra corpus eſt,*
b 1. Cor. 6. 18. *qui autem adulteratur, in corpus ſuum delinquit.* Adulteratur autem, ſicut ſuprà[15] præſtruximus,
qui aliam carnem ſibi immiſcet ſuper illam priſtinam, quam Deus aut coniunxit in duos:
aut coniunctam deprehendit.

14. Et de exhort. caſt. cap. 2. in. p.

a Iob. 1. 21. Quàm[1] modeſta illa vox eſt, [a] *Dominus dedit, Dominus abſtulit: vt Domino viſum eſt, ita*
factum eſt? Et ideò ſi nuptias[2] ſublatas reſtauremus, ſine dubio contra[3] voluntatem Dei
nitimur, volentes habere rurſus, quod habere nos noluit. Si enim voluiſſet, non abſtuliſ-
ſet.[4] Niſi ſi, & hoc, voluntatem Dei interpretamur, quaſi & rurſus nos voluerit habere,
quod iam noluit. Non eſt bonæ & ſolidæ fidei, ſic omnia ad voluntatem Dei referre, &
ita adulari ſibi vnumquemque, dicendo nihil fieri ſine nutu eius, vt non intelligamus eſ-
ſe aliquid in[5] nobis ipſis. Cæterùm, excuſabitur omne delictum, ſi contenderimus nihil
fieri in nobis ſine Dei voluntate; & ibit definitio iſta in diſtructionem[6] totius diſciplinæ,
etiam ipſius Dei, ſi aut, quæ non vult, de ſua voluntate producat; aut[7] nihil eſt, quod Deus
non vult. Sed quando vetat quædam, quibus etiam ſupplicium æternum comminatur; vti-
que enim quæ vetat, non vult, à quibus & offenditur: ſicut è contrario quæ vult, & præ-
cipit, &[8] acceptò facit, & æternitatis mercede[9] diſpungit.

15. Et de exhort. caſt. cap. 4. à p. ad. vltra m.

a 1. Cor. 7. 25. Multum intereſt inter Dei præceptum, & conſilium hominis. [a] *Præceptum*[1] *Domi-*
ni, inquit, *non habeo; ſed conſilium do, quaſi miſericordiam conſecutus à Domino, fidelis eſ-*
ſe. Cæterùm, neque in Euangelio, neque in ipſius Pauli Epiſtolis, ex præcepto Dei in-
uenias permiſſam matrimonij[2] ſeparationem. Vnde[3] vnum habendum confirmatur;
quia quod à Domino[5] permiſſum non inuenitur, id[4] ignoſcitur. Adde quòd & hæc ip-
ſa humani[6] conſilij interiectio, quaſi iam recogitationem[7] exceſſus ſui paſſa, ſtatim ſe

refrenat, & reuocat, quum ſubiungit: b *Veruntamen huiuſmodi, preſſuram carnis habebunt:* b Ib. 28.
quum c *parcere ſe eis* dicit; quum d *tempus in collectum eſſe* adiicit, *quo oporteat etiam ha-* c & ibid.
bentes [8] *Matrimonia pro non habentibus agere*: quum ſollicitudinem [9] nuptorum & innu- d & 29.
ptorum committit. [10] Per hæc enim docens, cur non expediat nubere, diſſuadet ab eo
quod ſuprà indulſerat. Et hoc de primo matrimonio; quanto magis de ſecundo? Quum Ibid. 7.
vero nos ad exemplum ſuum hortatur, vtique oſtendens quid nos velit eſſe, id eſt con-
tinentes, pariter declarat quid nos eſſe nolit, id eſt [11] incontinentes. Ita & ipſe quum a-
liud vult, id quod non vult, nec ſponte, nec [12] veritate permittit. Si enim vellet, non
permiſiſſet, [13] imo imperaſſet. Sed ecce rurſus, e *Mulierem marito defuncto dicit nubere* e Ib. 39.
poſſe, ſi cui velit, tantùm in Domino. At enim felicior erit, inquit, ſi ſic permanſerit ſecundùm
meum conſilium. f *Puto autem, & ego Dei* [14] *ſpiritum habeo.* Videmus [15] duo conſilia, quo ſu- f Ib. 40.
prà nubendi veniam facit, & quo poſtmodum continentiam nubendi indicit. Cui ergo,
inquis, adſentabimur? Inſpice, & lege. Quum veniam facit, hominis prudentis conſilium
adlegat. Quum continentiam [17] indicit, Spiritus ſancti conſilium adfirmat. Sequere admo-
nitionem cui [18] diuinitas patrocinatur.

16. *Et Ibid. cap. 5. à M.*

a *Erunt duo*, [1] *in vnam carnem*, ſecundùm ſpiritales [2] nuptias Eccleſiæ, & Chriſti; vnus a Gen. 2. 24.
enim Chriſtus, & vna eius Eccleſia; agnoſcere debemus duplicatam & exaggeratam eſ-
ſe nobis vnius matrimonij legem, tam ſecundùm [3] generis fundamentum, quàm ſecun- Eph. 5. 32.
dùm [4] Chriſti Sacramentum. De vno matrimonio [5] cenſemur vtrubique, & carnaliter in
Adam, & ſpiritaliter in Chriſto. Duarum natiuitatum, vnum eſt monogamiæ præſcriptum.
In vtraque degenerat, qui de monogamia exorbitat.

Nuptiæ ſecundæ habitæ pro confuſis, inhoneſtis, ſpureis, prohibitis, tanquam ſtupris. Schol.

[1] SÆCVLO DIGRESSIS, *vel per abrenuntiatam* A *mundi voluptatem, vel exceſſum ex hac vita, nullæ niſi agni nuptiæ expectandæ ſunt; dicente Chriſto:* Neque nubent, neque vxores ducent, ſed erunt ſicut Angeli Dei in cælo. [2] SANCTITATEM, *caſtitatem.* [3] SOLLICITVDO, *inquietudo nulla iam eſt Chriſtianis, qualis fuit Sadducæis curioſè inquirentibus de zelo ſeptem maritorum circa vnam viduam.* [4] OFFENDET, *punget vel inueniet zelantem.* [5] CONFVSVRVS, *viduam illam nullus ſeptem maritorum poſtpoſitus eam confundet & pudore reſperget.* [6] CARNIS TVÆ, *conuertit ſermonem ad vxorem propriam, cuius ex conſenſu à thoro ſeparatus, Sacerdotium induerat.* [7] INTEGRITATEM, *vt mihi vnicè nupſeris, nec alteri poſt obitum meum nubas.* [8] PERSERVANDAM, *exactè ſeruandam, in viduitatis ſtatu firmiſſimo.* [9] CONTVMELIÆ, *quaſi iniuriam mihi irroges, quod oblita mariti prioris affectum, alterius amori captaris. Vel proſequitur quod ſupra dixerat de zelo ſeptem maritorum in iudicio.* 10 DEDECORIS VOLVPTVOSI, *voluptas carnis indecora & indecens eſt & indigna reſurrectionis & incorruptibilitatis gloria.*

2. 1. ANTISTAT, *præcellit.* [2] EX CONSENSV, *iuxta Paulum*, vt vacent orationi. [3] CONTVMELIAM COMMVNEM, *omnibus ſcilicet nuptis ex pudenda concubitu. Hic error eius patet, quòd vſurpet vocem in honeſto nuptiarum coitu, qua Paulus innuitur in peccata contra naturam:* Vt contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis. [4] IAM, *ante reſurrectionem, vel alterutrius coniugis mortem.* [5] RECVSAVERVNT, *tanquam iam indebitam copulam, ſi conſenſus abſtinendi ab ea datus ſit ad vitam omnem. Non quòd liceat debitum recuſare, quod Paulus iubet vtrimque reddi.* [6] GRATIA CONSTAT, *magis lucet, cuius flos illibatus eſt gratior.* [7] VIRTVTE, *maior eſt virtus & fortitudo recuſantis expertas iam delitias, quàm eius qui nunquam eas expertus eſt.*

3. 1. AD DESPONSATIONEM. *Si virgines adhuc corpore, dum vel nuptias vel ſponſalia contrahunt, velum imponunt capiti.* [2] MIXTÆ SVNT, *affectu iam maritali conſpirant in copulam; & ipſum animum in oſculo ſpirant in ſe inuicem, ſicut & corpora iam tradunt mutuo per conſertas manus in ſignum conſenſus.* [3] RESIGNARVNT, *ſoluerunt hac libertate animi verecundiam.* [4] CONSCIENTIÆ PIGNVS, *vtroque conſcio coniugalis amoris & conſenſus in copulam ſuo tempore.* [5] CONDIXERVNT CONFVSIONEM, *pactũ iam inierunt miſcẽdi ſeminis; vel pudorẽ intelligit quo vxor verecundior ex ſexu, marito velatur.* [6] TEMPVS, *pubertatis ſcilicet.* [7] SPONSARI, *non hic ſumit pro ſponſalibus, ſed pro ipſo Matrimonij contractu.* [8] QVO VRGENTE, *per motus laſciuos, & concubitus appetitum.* [9] SINE SPONSALIBVS, *& ſi matrimo-* B *nium non contrahant, aliquatenus deſinunt eſſe virgines, inferiori parte, &* membrorum lege, mentis legi repugnante. *Non quòd virginitas amittatur, ſi non conſentiatur; ſed quòd innocens, iam talis non ſit, qualis erat ante pubertatem.*

4. 1. PINGIT, *Hermogenes ſcilicet.* [2] ILLICITE, *Alij legunt*, licitè. *Quam artem licitam deſeruit, vt otioſus errore ſuo ſeduceret populum. Non quòd ars liberalis ſit alicui inhibita; ſed quia vir lubricus erat, pro more pictorum nuda corpora, & fortè complexus pingebat impuros, vel idola.* [3] ASSIDVE, *quod plures duxiſſet vxores* [4] LEGEM DEI, *quæ præſcripſit initio mundi neceſſariam generis humani multiplicationem: dum ait:* Creſcite & multiplicamini. [5] DEFENDIT, *petulanter allegat, ad velamen aſſumit effrenis ſuæ li-* C *bidinis.* [6] IN ARTEM, *picturam quaſi artem licitam & honeſtam pro libito exercendam.* [7] CONTEMNIT, *ſcilicet legem Dei vetantem idola repræſentari etiam in pictura.* [8] BIS FALSARIVS, *dupliciter conuincitur de crimine falſi*, cauteriatam habens conſcientiam, *& ſtilo ſuo, id eſt libro ſcripto de materia Deo coæua & neceſſaria ipſi ad opificium mundi.* [9] ADVLTER, *quia*

corrupit veritatem falſo ſuo dogmate, quod prædicationis nomine intellexit. [10] ET CARNIS, *ob frequentes & aſſiduas nuptias, quas Tertull. vt ſtupra condemnat.* [11] FOETET, *vt homo mali odoris ſit hirco ſimilis.* [12] CONTAGIO, *quaſi peſte ſe alijs communicante.* [13] BISFALSARIVS, *rurſum dico falſos Deos pingendo, & de materia ſcribendo falſa.* [19] CAVTERIO, *quo ſcripturam ſacram eraſit & peruertit, ſicut & ſtilo dogma falſum ſcribendo, vel quòd, vt de Gnoſticis tradit Irenæus & ſub Aniceto Marcellina Romæ factitauit; diſcipulos ſuos fortè Hermogenes in aure dextra cauterio ſignaret.*

5. 1 NOBIS, *Montaniſtis ſelectis ex populo Chriſtiano.* [2] SVMMA, *capitalia & mortalia peccata.* [3] SIC QVOQVE, *inter cætera grauium peccatorum remedia præſeruatiua, antidota.* [4] POST FIDEM, *ſuſceptam in baptiſmo, vel datam primæ coniugi.* [5] NVPTIALIBVS, *&c. hic error eius, quaſi in nullo differant ſtupra & adulteria à ſecundis nuptiis, quàm quia in illis tabulæ, id eſt contractus Matrimonialis fidem mutuam à coniugibus exigunt, & dotem aſſignant vxori, quam mœchi non curant.* [6] INFAMANTES, *famoſum reddentes Montanum, & eius pudicitiam omnibus commendantes.* [7] ENORMITATE, *propter præcellentiam inacceſſibilem Pſychicis, grauitatem mollibus eorum humeris inſupportabilem ſeueritatem legis noſtræ.* [8] DVRISSIME FORIS SISTIMVS, *Bigamos ab vnitate virginitatis Eccleſiæ diſcedentes, ſeueriſſimè abſque ſpe veniæ excludimus, eliminamus ab Eccleſia, non ſecus ac mœchos.* IEIVNAS PACIS, *&c. adeò vt nec erga eos fuſis lachrymis, compaſſione moueamur, & à participatione pacis & Sacramentorum Eccleſiæ eos abigimus, à qua nihil expectare debent, quàm publicam & plenam pudore cenſuram impudicitiæ ſuæ.*

6. 1 NVBENDI MODVS, *vt ſemel tantùm apud nos Montanum ſequentes, liceat nubere.* [2] DEFENDIT, *tuetur & præſcribit eſſe ſeruandum.* [3] IN FIDE, *in profeſſione noſtra & diſciplina, vel vt ſemel cum fideli Matrimonium contrahamus.* [4] EIVSDEM ERIT, *ſcilicet Paracleti legem reſtringere. Ad eundem ſpiritum pertinebit, qui in veteri lege eam relaxauerat, vel eiuſdem Pauli erit, qui cùm licentiam nubendi dediſſet dicens:* Nubat qui volet, tantùm in Domino, *poſtea, dixit,* reliquum eſt vt & qui vxores habent, tanquam non habentes ſint. [5] EIVSDEM FINIS, *vt finem imponat multinubentiæ, iis* ad quos fines ſæculorum deuenerunt. [6] ACCVSANDA, *tanquam ſterilis & inutilis, quæ domos ædificat.* [7] DAMNANDA *quaſi malè merita, quæ homines alit.* [8] TEMPORI SVO, *maturitati cedit, & meſſis tempori. Quia ergo tempus reſurrectionis propè eſt, quo* non nubent, &c. tempus putationis aduenit. [9] CÆDENDO, *amputando licentiam nubendi ſæpius in extremo ſæculi, vt caſtitati demus operam, & orationi vacemus.* [10] MATVRA DEFVNGI, *iam tempeſtiua caſtitas eſt, iam tempus eſt, vt ſecundæ nuptiæ quaſi mortuæ & defunctæ ſepeliantur. Sic enim cædendo & reſecando ſecundas nuptias, eas reſtringendo, ipſa reſtrictio dat caſtimoniæ locum.* [11] TEMPORI PARENS, *cedens.* Omnia enim tempus habent, &c. tempus nubendi, tempus longè fieri ab amplexibus. [12] CONNVBII RES, *copula carnalis.* [13] MATVRA DEFVNGI. *Iam ætate ſæculi graui, iam in ſenecta mundi non neceſſariâ multiplicatione, ſecundæ nuptiæ ceſſare debent, & colligi, iam tempore collecto & breuiato. Vel vt ait Paulus:* Tempus breue eſt; reliquum eſt, &c. *quaſi diceret; quid reſtat niſi vt & ipſi coniuges ſemel nupti, & habentes vxores ſuperſtites, ex conſenſu vxores non cognoſcant; iam effœta viribus natura, iam matura ſylua & ſegete proximè cadenda, falce mortis; vel Angelo noui teſtamenti Paulo falcem tenenti ce-*

A *dat, & libenter patiatur cadi, vt inter tigna* domorum cedrina, *hoc eſt cæleſtium corporum & incorruptibilium, inter* laquearia cypreſſina, *(cypreſſus enim olim in cœmeteriis plantabantur quod hæc arbor ſucciſa non repullulet, ſic nec cæſa per mortis ſecurim prima Matrimonia, in ſecunda debent reſurgere) mereantur computari: Et cum mundo tritico valluto iuſtis, Angelis ſuis conſortibus in horreum Domini congregari.*

7. 1. HÆRETICI, *Marcioniſtæ, aliique quos nouiſſimis temporibus prædixerat Paulus prohibituros nubere, quaſi mala eſſent nuptiæ.* [2] PSYCHICI, *animales, dicti iuxta Paulum, cogitantes quæ ſunt mundi quomodo placeant coniugi, non percipientes quæ ſunt ſpiritus, id eſt Montani.* [3] INGERVNT *plurie. nubere ſuadent; in hoc aduerſarij Marcioniſtarum, qui nec*

B *ſemel nubere permittunt, damnantes nuptias quaſi malas.* [4] LEX CREATORIS, *dum iubet in veteri lege:* Creſcite & multiplicamini. [5] INTER ALIENOS SPADONES, *hæreticos ab Eccleſia ſeparatos, continentes.* [6] ET AVRIGAS TVOS, *Catholicos, vredine concupiſcentiæ, & calore libidinis in plura Matrimonia exæſtuantes. Alij legunt,* aurigas, *qui vt ſæpè abripiuntur ab equis indomitis, ſic iſti prætextu frenandæ concupiſcentiæ, ad ſecundas nuptias conuolant, impetu libidinis abripiuntur in præceps.* [7] DE DOMESTICO OBSEQVIO, *quia domeſticis tuis nimis obſequuntur præcepto multiplicationis iam non neceſſario.* [8] DE FASTIDIO EXTRANEO, *quòd hæretici nuptias tanquam malas faſtidiant & reſpuant.* [9] PROINDE, *ſimiliter & æqualiter.* [10] QVI ABVTVNTVR, *licentia data nubendi ſæpius.*

C [11] NON VTVNTVR, *abſtinent tanquam à re illicita.* [12] BLASPHEMAT, *contra Deũ bonum Creatorem à quo nihil mali procedit; quaſi ſit author malarũ nuptiarũ.* [13] LVXVRIAT. *Hic erras quod nuptias à fornicatione nõ diſtinguat.* [14] DESTRVIT, *euertit templũ gloriæ Dei, Deum negat ſummè bonum, quem mali fingit authorem.* [15] CONFVNDIT, *pudore ſuffundit, dum ipſam caſtitatem & virginitatem prædicat libidinis actus fauere, & fouere luxuriam.* [16] AGNITIO, *receptio dogmatis Montani.* [17] TAM RELIGIOSA, *cultus diuini, & templi corporis immaculati conſeruatrix, vt ſemel nubere permittat.* [18] LICENTIA VERECVNDA, *vt vix ſine rubore vtatur licentia ſemel nubendi.* [19] CVM CREATORE, *Apud Scripturas Creatoris: qui vnius & caſti coniugij, ſic continentiæ coniugalis & vi-*

D *dualis eſt author.* [20] TEMPERAT, *moderatur, limites ponit in primo coniugio.* [21] NON COGITVR, *lex matrimonij nullam neceſſitatem imponit, alias qui virgines, aut innubi fuerunt, quales Melchiſedech, filia Iephte, Enoch, & Elias, peccaſſent. Nec vltimus iſte, ideo* curru igneo raptus fuiſſet in cælum, *vt docet Ambroſius.* [22] ISTA REGITVR, *recipit moderationem licentia nubendi, vt intra primum Matrimonium coërceatur. Vt ſic quoque Tertullianus ex erroris ſui mente diceret;* In chamo & freno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te: Incorruptio enim facit proximum Deo. [23] HONOREM REFERT, *debitum legi Dei. Quia Paulus dixit,* honorabile in

E omnibus coniugium: *Vel ipſi Deo, ob cuius commendationem nuptias vt bonas recipit.* [24] VBI HABET ET PVDOREM, *cùm ſobriè & modeſtè data à Deo & Paulo licentia ſemel vtitur. Sicut qui accumbens menſæ principis, contentus eſt ſemel manum in diſcum mittere, & parum guſtare.* [25] NON RECIPIENTIBVS, *reijcientibus dogma Montani.*

8. 1. ERGO MALVM, *conſequentia non eſt vera, ſed erronea. Licet enim melius ſit abſtinere à nuptiis, quam iis indulgere, non eſt tamen malum, ſed bonum eſt, ad ſocietatem, prolem, libidinem compeſcendam, nubere.* Propter fornicationem, ait, Paulus, vnuſquiſque

vxorem habeat. [2] QVO MAGIS, *nec iſta electio valet. Nuptis enim qui ex conſenſu abſtinent a copula, legem non imponunt innuptis qua teneantur nunquam nubere. Sic enim cum Montaniſtis prohibet nuptias.*

9. 1. INDVLGENTIAM. *Licentiam quam dat Paulus dicens:* Nubat qui volet, [2] DE SVO, *blaſphemat. Quaſi Paulus de ſuo & non de ſpiritu Dei, quidquam ſcripſerit in Epiſtolis ſuis: Quod autem Tertul. mouit vt ſic loqueretur, fuit illud quod ait Paulus dum continentiam ſuaderet;* puto autem quod & Spiritum Dei habeam.

10. 1. SOMNIAISTA, *argumenta quæ prius reſulerat pro neceſſitate Monogamiæ ſuadenda.* [2] OBLITERANT, *reuocant & retractant ſæpius nubendi permiſſionem.* [3] CONDITIONE LICENTIÆ Quòd melius ſit nubere quam vri. [4] POST APOSTOLOS. *His mundo ereptis, in quos primum de cælo in linguis igneis miſſus erat Spiritus ſanctus.* [5] AD DEDVCENDAM DISCIPLINAM, *ad mores Eccleſiæ ſtrictius & melius reformandos* [6] SVPERVENIENS, *abundantiori gratia in Montanum, quàm in Apoſtolos.* [7] SVPREMAM FIBVLAM, *ad conſtringēdam arctius datam prius ſæpius nubendi libertatem.* [8] NON OBLIQVE, *indirectè, vel obſcure.* [9] EXERTE, *palam & aperte.* [10] MAGIS NVNC, *quàm Apoſtolorum ætate.* [11] TEMPVS IN COLLECTO, *iuxta Paulum:* Tempus breue eſt, *vſq; ad iudicium, quod Eccleſia Patres quaſi proximum expectabant.* [12] EXINDE, *à tempore quo Spiritus ſanctus deſcendit in Apoſtolos, cùm fluxerint circiter 160. anni vſque ad Tert. hæc ſcribentem, vel Montanum hæc de nouo dogmatizantem.* [13] RETRACTARES, *recogitares.* [14] VETVS HÆC &c. *Nihil noui tanquam de ſuo, & non ex Dei ſpiritu Montanus præſcripſit: hæc intemperantiæ carnis frenandæ doctrina non eſt recens; ſiquidem & Chriſtus ipſe carnem de virgine matre & Monogama ſumpſit, & ipſe primus ſummus & Catholicus, hoc eſt vniuerſalis & pro omnibus immolatus agnus & Pontifex,* Epiſcopus animarum noſtrarum, vnius vxoris, id eſt Eccleſiæ vir: cui vni viro virginem caſtam Paulus deſponſauit Eccleſiam.

Auguſt [15] ET VOLVNTATE, *antecedente, ſicut & exemplo, & doctrina de* Eunuchis propter regnum cælorum caſtratis *declarauit.* [16] CONSILIIS, *ſicut Paulus.* Conſilium autem do, tanquam miſericordiam cōſecutus. *Et rurſum,* ſecundum conſilium meum. *Sic Petrus filiæ ſuæ Petronillæ: ſic Matheus Iphigeniæ filiæ Regis virginitatis conſilium dedit.* [17] EXEMPLIS, *Apoſtoli enim omnes aut virgines, aut cælibes vixerunt.* [18] SANCTITATI HVIC. *Caſtimoniæ*, ſine qua nemo videbit Deum. *De qua & Ioannes.* Qui habet ſpem hanc in eo, ſanctificat, caſtificat ſeipſum (*vt legit Aug. & Tho.*) ſicut & ille ſanctus eſt. [19] PARACLETVS. *In Montano ſuperabundans.* [20] QVOD PRÆMONVIT, *primò per Apoſtolos conſuluit.* [21] DEFINIT, *præſcribit quaſi neceſſariū.* [22] QVOD SVSTINVIT, *patienter expectanis dans indulgentiā nubendi ſæpius, annor. 160. ſpatio.* [23] EXPOSCIT, *exigit nunc quaſi præceptum pro conſilio priori, impoſitum.* [24] PRÆDICARE, *docere ſeruandas vnicas nuptias.* [25] TEMPERASSE, *reſtrinxiſſe ad vnicū coniugiū.* [26] VELIT CHRISTVS, *intelligi ſcil. dum ait de Spiritu S.* Deducet vos in omnem veritatem. *Vel,* vt intelligamus quæ ſit volūtas Dei bona, & beneplacens & perfecta. [27] ADVOCATVM, *quod ſonat vox Paracleti, quaſi etiā in hoc quod ſemel, nubere Montani dogma permittat, aliquid carnis infirmitati indulgeat, eamque conſoletur, ei patrocinatus.*

11. 1. HÆC, *quæ prius diximus.* 2 PRIMORDIORVM, *generis humani exordiū, in quo primus homo ſemel, & vnica nupſit vxori.* 3 ORIGINIS NOSTRÆ. *vt ſuadeat Monogamiā origo generis humani ex vno Adæ & Euæ connubio.* [4] PRÆIVDICIVM, *debemus enim ab ipſo initio cenſere, iā inde prædicaſſe Deum, & inſtituiſſe, vt homines poſtremis ſæculis vnico coniugio obſtringeret.* [5] AD INITIVM DIRIGI, *Chriſti doctrinā, ad illa principia prima voluiſſe nos reducere.* [6] QVÆSTIONE REPVDII, *qua Apoſt. quæſierunt*, ſi liceat homini dimittere vxorē. [7] INDIVIDVITATEM, *vt ſoluto morte coniugis Matrimonio, coniux ſuperſtes, maneat in carne vna, quā ſecundis nuptiis diuidere non debet, factus ſecunda caro, ex copula cum altera carne.* [8] IN VNAM CARNEM. *dum ait:* Erunt duo in carne vna. [9] RECIPROCARE, *alias dicit,* recapitulare. *Vulgata.* inſtaurare. 10 DVAS LITERAS. *α & ω, ſibi applicanis.* 11 SERMONEM. *Verbū per quod facta ſunt omnia.* 12 DISPOSITIO *Ordo prouidētiæ Dei Creatoris circa genus humanū multiplicandum initio mundi, & proceſſu tēporis per plures nuptias: dehinc circa finem virtutibus augēdu per Chriſtum.* 13 IN EVM DESINENS, *Chriſtū ſcil. in cuius aduentu & ortu de virgine, compreſſa libidine, cæpit virginitas, caſtimonia, continentia, cōmendari, & ab omnibus ſpiritalibus coli.* 14 INTEGRITATEM CARNIS, *quia ab initio, & ante Abrahā primò circumciſū, caro hominū incircumciſa & integra erat) & ſacrificio aliquo pro expiatione peccati originalis Deus contentus erat: ſic Chriſto circūciſo. finis impoſitus eſt circumciſioni carnali.* [15] CARNIS ILLIVS, *præputij.* 16 LIBERTAS CIBORVM, *quæ tot exceptionibus in veteri lege coërcebatur; reddita eſt, vt pro libito quiſq; quod vellet, ederet, excepto ſuffocati animalis & ſanguinis eſu.* [17] TOTVS HOMO, &c. *ad ſtatū vitæ innocentiæ & virginitatis, ſicut prius erat in paradiſo terreſtri. Vbi innuit Eccleſiā fuiſſe figuratam per terreſtrem Paradiſum, Chriſtumq; eius plantatorem: ſicut & Adā Monogamus cum Eua de coſta eius formata coniugiū vnicū, vmbra erat & ſignum, ſiue Sacramentum vnici Chriſti cū Eccleſia connubij, quæ ex eius in cruce dormientis, id eſt, mortui latere formata eſt.* 18 NON DEBEAT, *Chriſtus, vel paracletus ab eo in Montanū abundantius miſſus.* [19] ILLO, *in paradiſum eiuſq; ſtatum redigere.* 20 ADAM, *id eſt hominem, humanū genus, ſaltem quoad Monogamiæ obſeruationē.* 21 TAM INTEGRVM, *incorruptū ob virginitatem ſeruatā quādiu fuit in paradiſo. Neq; enim antea dicitur,* Adā cognouit vxorem ſuā; *donec eiectus eſt ex paradiſo.* 22 DISPOSITIONIS, *quia ſic diſpoſuit Deus ab exordio, vt ſine permiſſu repudij, vnus vnā duceret.* 23 ET SPEI TVÆ. *In paradiſum cæleſtem, cū carne glorioſa & incorruptibili tranſeundi.* [24] INITIVM, *cum ab Adā monogamo ducas originem, hac tibi à protoplaſti exemplo præſcribitur.* [25] ET IN NOE, *poſt diluuium reparante genus, rurſū productus es.* [26] RECENSETVR, *indicitur tibi lex radix Monogamiæ, cū reſtaurator hominū cū filiis ſuis Monogamus inueniatur.*

12. 1. NOVANS CENSVM, *aſſumens nouā generationem Chriſtiani per fidem, qua* poteſtatem dedit filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. [2] DEFERRE, *dignè ferre, vel referre & exprimere. Vnde & Paulus:* Filioli quos iterū parturio donec formetur in vobis Chriſtus. [3] CARNE. *vnicæ vxori initia.* [4] QVOD SPIRITV, *ſanctus & caſtus iunctus Eccleſiæ coniugio ſpiritali.* [5] IN CARNE, *ſūpta ex matre virgine & Monogama, vt tu etiā virginitatem, nedum Monogamiā amplecti debueris.* [6] PROVOCANT, *recurrunt libidinoſi pſychici & animales ad Abrahæ polygami exēplum.* [7] PROHIBITI, *à Chriſto dicente:* Nolite vobis Patrē vocare ſuper terram, vnus enim eſt Pater veſter qui in cælis eſt; *vtiq; incorruptus.* [8] SIT NVNC. *Eſto, Patrem habe, quem etiam imiteris, Abrahā. Sit Paulus Pater qui dixit:* Per Euangelium ego vos genui. [9] PASSIVVS, *origo promiſcua vel indeterminata pro quocumq; tempore. Nec enim ſecundum carnem Abrahā orti ſumus Hebræi, ſed Gentiles, ſed ſi eius fidem imitemur Paulo dicente:* Qui ex fide ſunt, hi filij ſunt

Abrahæ. *Et cum de illo ſcribit*: Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam; *Adhuc erat Monogamus & vnius vxoris Saræ vir.* [10] IN CIRCVMCISIONE NONDVM, *necdum a.ceperat à Deo mandatũ circũcidendi ſeipſum.* [11] CONCVBINATVM, *tunc licita erat ob propagationem generis Abrahæ pluralitas vxorum, quæ, excepta prima, quæ erat cæterarum domina, concubinæ dicebantur* [12] TESTAMENTI, *pacti cum Deo fœderis, circumciſio ſignum erat.* [13] RECIPE CIRCVMCISVM. *Imitare eum circũcidendo te.* [14] MISCERE, *ſimul iungere.* [15] CVM PRÆPVTIATIONE, *dum integer eſſet, incircumciſo præputio, Monogamus erat.* [16] EX SIGNACVLO, *ex circumciſione quæ fuit ſignum & probatio fidei quam Deus exegit ab Abrahamo, cùm illi præcepit vt ſe ipſum circũcideret. Si* [...] *circumcidaris, non eris filius Abrahæ ex ipſa fide,* [...] *circumciſione quæ fuit ſignaculum fidei: cum tamen* [...] *ſicauerit Deus, & laudauerit fidem Abrahæ dum adhuc incircumciſus erat & Monogamus.* [17] HABES APOSTOLVM, *Gal.* 3. 6. Abraham credidit Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, cognoſcite ergo quia qui ex fide ſunt, ij ſunt filij Abrahæ. Prouidens autem ſpiritus, quia ex fide iuſtificat gentes Deus, (*tranſl. Syr. cum præſciret Deus per fidem iuſtificatum iri Gentes*) prænuntiauit Abrahæ: quia benedicentur in te omnes gentes, [18] DIGAMIAM INTVLERIS, *polygamiam tibi ex Abraha exemplo vſurpaueris.* [19] HABEBANT, *debebant reputare, & inter veros per fidem filios computari.* [20] EXINDE RES VIDERINT, *quid opus habeo referre ipſas res noui teſtamenti, quas vetus figurabat?* [21] FORMÆ, *res ſolidæ, per* vacua & egena elementa, *per vmbras & figuras delineata.* [22] IMAGINES, *obſcuræ, euaneſcenda.* [23] DEFINITIONES, *clara & expreſſa legis Euangelicæ diſciplina.* [24] PROPHETANT, *prædicunt quæ nunc obſeruanda ſunt.* [25] GVBERNANT, *obligant, & regunt ſicut freno indomitam carnem.* [26] IDEM SEMEN, *quo ex Abraham & Iſaac Chriſtus natus, & nos in eo per fidem, de quo Paulus*; & eſtis in illo benedicti. [27] SI EX LIBERA. *Sara matre Iſaac, Monogama Monogami.* [28] PERTVLIT, *quaſi iugum graue: Vnde dictum eſt coniugium. cuius comparatione leue eſt iugum Chriſti, & ſuaue virginitatis.* [29] CENSEOR, *originem duco,* [30] NESCIO, *non agnoſco Patres niſi Monogamos.*

13. [1] IN LEGE. *Moyſi alibi citata & expoſita.* [2] EVENIRE. *Eadem obligatio accidere.* [3] IN VNAM, *vt accidit ſepties viduæ de qua Math. 22. 24.* [4] CALLIDAM QVÆSTIONEM, *quia vt Phariſæi, ſic & Sadducæi Dominum Ieſum* capere volebant in ſermone: *quærentes quis ſeptẽ maritorum in reſurrectione duceret viduã tot virorum decedentium, & ſuccedentiũ ſibi inuicem iure propinquitatis.* [5] RATIONEM PRÆCEPTI, *cur, & quo fine Deus iuſſerit fratri ſuperſtiti, vt defũcto ſuſcitaret ſemen ex vidua.* [6] EVACVATA SIC, *vocat Paulus legẽ elementorum vacuorum datam paruulis ſub legis pædagogia, iuxta quam olim* abundantius æmulator paternarum traditionum, ſapiens vt paruulus *dicit poſt tranſitum ſuum ad legem Euangelicã,* euacuaſſe quæ erant paruuli, dum eſſet ſub elementis mundi huius ſeruiens, necdum filius liberæ, ſed ancillæ *litera, & pædagogi legis, virga timoris armati.* [7] DECVRRERE HABEBAT, *debebat perſeuerare, vſq; dum Chriſtus vacuam impleret, ſubſtituta multiplicatione ſpiritalium filiorum pro carnalibus.* [8] REDVNDATE, *abundate, multiplicamini.* [9] DE FILIIS, *viſi*tans iniquitatẽ Patrum in filios. *Itaut ſi defunctus, reus alicuius delicti apud Deum deceſſiſſet ſine liberis, frater defuncti ei ſuſcitaret ſemen, in quod* Deus vltionum Dominus *vindictam exerceret,* [10] IGNOMINIOSI, maledicti, ſterilis quæ non paris. [11] NATVRÆ REATV, *per ſterilitatem à Deo inflictam ob*

A *peccatum Adæ; cũ poſt peccatum mulieri dixerit Deus,* multiplicabo conceptus tuos. [12] MORTIS PRÆVENTV, *morte præueniente virum ante prolem editã.* [13] ORBI, *illiberi ſine filiis.* [14] SVO GENERE, *cognatione, progenie, fratre ſuperſtite.* [15] VICARIA, POSTVMA SVPPARABATVR, *poſtrema, vel poſt inhumatum fratrem defunctum, proles vicem gerens propriorum liberorũ ſubſtituebatur.* [16] ET CRESCITE, *illud Dei mandatum, quo iuſſit nubere, ad ſpeciei multiplicationem eiuſdemq; conſeruationem, tempore Chriſti, ſub finem ſæculorum, quæ in ſe Paulus cum ſuis coætaneis deueniſſe dicebat;* in quos fines ſæculorum deuenerunt, *vacuum & nullius obligationis fuit.* [17] INDVCENTE, *ſuperaddente Apoſtolo, quaſi colorem eximium virginitatis & caſtimoniæ. ſuper rudimenta, vmbras, linea-*

B *menta craſſiora legis naturæ, & Moyſi,* [18] IN COLLECTO, *vulgata,* tempus breue eſt. [19] VVA ACERBA, *necdum matura fructus virginitatis & continentiæ; donec de cæli horreo in terram cecidit* frumentum electorum, & vinum geminans virgines, quod eſt bonum eius & pulchrum eius. *De vna ſic Ier.* 31. 29. In diebus illis non dicent vltra: Patres comederũt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt. Sed vnuſquiſq; in iniquitate ſua morietur: omnis homo qui comederit vuam acerbam obſtupeſcent dentes eius. 70. *nil differunt, niſi quod non habent,* non dicent vltra, *ſed ſimpliciter,* dicent. [20] MERVERVNT. *Iſa.* 56. 4. Hæc dicit Dominus Eunuchis, qui cuſtodierint Sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum; dabo eis in domo

C mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus: Nomẽ ſempiternum dabo eis, quod non peribit. 70. *parum differunt*, & in muro meo locum nominatum, meliorem filiis & filiabus, &c. [21]. SEPVLTA LEGE, *cum ipſo fratre defuncto.* [22] OBTINVIT, *præualuit continentiæ lex,* [23] ARGVMENTATIONEM, *quà polygamia ſe defendat & tueatur contra Monogamos,* [24] NON NVBET, *en vt hæreticus contra Paulum inſurgit non audentem præcipere, ſed contentum conſulere.* Non ſecundum Imperium, [25] FRATRI VTIQVE, *i. Chriſtiano & fideli. Sed hoc non reſpicit Chriſtianiſmũ, licet vt diximus verbo* nuptiæ cum infideli, *vetitum ſit, vt periculoſum cum ethnico contrahere. Vnde Paulus*: Nubat, inquit, qui volet; tantum in Domino. In Chriſto dico, & in Eccleſia.

D *Sed alludit ad veterem legem, quam ait ſecundò nubentem videri reſtituere velle, quæ iubebat fratri, defuncti fratris vxorem ducere.*

ET IBIDEM. *ſcil. lib. de Mon cap. 9. num.* 1. APVD DEVM, *in Scriptura & Eccleſia* [2] IVNCTOS, *coniugatos.* [3] DEPREHENDENS, *cùm adhuc infideles contraxiſſent, Deus eos ad fidem, Eccleſiam, baptiſma vocat,* [4] CONIVNCTIONEM SIGNAVIT, *connubium confirmauit appoſito fidei ſignaculo, baptiſmo ſc. Sacramento; quo ſuſcepto, atque inuicem conſenſu dato, eleuatur contractus ciuilis ad dignitatem Sacramenti Matrimonij,* [5] QVOQVOMODO, *diſiuncti, ſiue repudio, ſiue diuortio: vel ex mutuo conſenſu, vel tandem morte ſolu-*

E *to Matrimonio. Et hic eſt eius error. Cùm certum ſit, quandiu vir viuit, quòd nulli ſub pœna adulterij ad alterius thorũ liceat accedere.* [6] IMO ALIENA, *quaſi aliquid addit ſuper aliam. Vult enim ita diſiuncto per coniugis mortem, omnino abdicare nuptias quaſi extraneas à fideli, tanquam hoc ethnicum eſſet, & à vero Chriſtiano alienum. Vt ſicut olim Hebræis non licebat ethnicis mulieribus commiſcere; ſic nec modo fideli ſit licitum vxori alienæ coniungi. Quam quidem alienam vocat, non quaſi qui iam alteri viuenti coniunctam ducat; ſed quòd alteri, iam defuncto viro, nupſerit: vel quòd cum ipſa adhuc eſſet innupta, alteri viro deſtinaretur à Deo, qui nondum nupſiſſet. Quo*

ſenſu

ſenſu Dido dicebat apud Virgilium.

Ille meos primus qui me ſibi iunxit, amores
Abſtulit, ille habeat ſecum, ſeruetque ſepulchro.

Sed Paulus ſapientior dicit, lege viri, per mortem, ſolutam eſſe viduam, & reddita ſui corporis poteſtate dicit: Nubat cui volet, tantum in Domino. SEMEL ENIM, *à Deo dictum:* Erunt duo in carne vna. [5] NON POTEST CONVENIRE, *vir aut vxor in ſecundas nuptias.* [9] QVANDO, *quandoquidem.* [10] NON TENETVR *ſeruare fidem, & integram carnē.* [11] PRO-INDE NEC VIVO, *falſa conſequentia, tenetur enim lege Dei & matrimonij quãdiu ambo viuunt.* [12] TAM DIRIMENTE, *& hoc falſum. Cùm expreſſè de repudio dixerit Chriſtus:* qui dimiſſam duxerit, mœchatur. *De morte autem apertè Paulus.* lege tenetur, quamdiu vir eius viuit; morte, lege viri ſoluta eſt. 13 PER QVOD, *ſupple,* id per quod. [14] NVBAT, *alteri ſc. viro,* 15 PRÆSTRVXIMVS. *Definiuimus, tanquam poſito totius diſputationis fundamento.*

Ex cap. 11. de Monogam.

HÆC; *ſecunda coniugia Catholici Rom. ſecundũ animal ſapientes, in ſua fomenti libidinis Pauli verba pertrahunt.* 1. *Cor.* 7. 39. Mulier alligata eſt legi quanto tẽpore vir eius viuit; quòd ſi dormierit vir eius, liberata eſt: cui vult nubat, tantum in Domino. IN TOTVM, *prorſus, omninò non aduertiſſe quæ Deus initio præſcripſit, exemplo vnici coniugij Adæ.* OBNOXIVM C EST. *Indifferenter ſe habet ad omnẽ numerũ.* DIVERSA SVNT, *ab hac ſententia, vel ei aduerſa.* AD DOCTRINAM, *tam quoad Pauli documenta, quã ſecundùm ipſius propenſionẽ.* PROPRIAM DISCIPLINAM, *morẽ viuendi & vſum ipſius.* AD INITIVM, *ad mundi, & primi coniugij primordia.* RECOLLIGI, *recapitulari, inſtaurari.* SEMEN NOSTRVM, *fideles, qui ſunt ſemen Abrahæ per Iſaac.* AVTHORE, *patre & origine, ob Chriſtum ex eo naſciturũ, benedicto.* TOTVM ORDINEM ECCLESIÆ, *quæ polygamos à ſacris ordinibus excluſit, dum vult in ſũmo, cæteros eminenter continente, Monogamiã obſeruari, dum vult Paulus* Epiſcopum vnius vxoris virũ. TOTVM ORDINEM, *vt & viduas ſexaginta annorũ, electas in* Diaconiſſas *comprehẽdat:* D Vidua eligatur, non minus ſexaginta annorũ, quæ fuerit vnius viri vxor. HÆC DISCIPLINA, *obſeruãtia caſtitatis & continentia in coniugatis, dum adhuc ſunt laici.* PROFICIT, *procedit & creſcit.* ELAPSOS, *tanquam ex carcere & vinculis quibus veluti ſerui ſunt nec ſui corporis domini, dicente Paulo.* Vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier. A FRVCTV, *à fruendo dicto, ab vſu actus coniugalis.* Reliquum eſt vt qui vxores habent, tanquã non habentes ſint. FACILIVS EST. *Non infertur violentia ſenſus Pauli, in libidinis defenſionẽ.* SAPIAT, *conſentiat:* IN IPSA MATERIA, *coniugij, quod Paulus ad plures nuptias extendebat, ob Iudæos & Gentiles recenter cõuerſos ad fidẽ, qui non poterant adhuc ſapere, quæ erãt ſpiritus, quibus tum proinde aliquid in hac materia indulgendũ erat, ne rigidiorem Eccleſiæ diſciplinam auerſati, auocarentur à fide.* DEPREHENSI, *conuerſi ad fidem, quam non aliquo præcedenti merito vel ſolicitudine quæſierant, ſed Deo præueniente illuminati fuerant. Qui vtriq; coniuges, vel eorum alteruter, contractu ciuili Matrimonij obſtricti erant antequam baptiſma ſuſcepiſſent.* IN CARNEM SANCTAM, *virginẽ Chriſti carnem & de matre virgine natam.* EXINDE, *poſt fidẽ ſuſceptam* SI SIC PERMANEAT, *i. perſeueret in ſtatu Matrimonij, quod iam bona fide humana contraxerat, antequam fidem Chriſti profiteretur; nec propter Eccle-*

Err. Tertull.

A *ſiæ ingreſſum, vinculũ connubiale ſolueret, quaſi indigna eſſet deinceps caro ethnica, commixtione cum Sancta carne, fidelis, lota in baptiſmo.* POST FIDEM PRIMA EST. *Primò quia eadem eſt vxor quæ antea, ſi eã non dimittat.* Secundò *quia* ſanctificatur mulier infidelis per virum fidelẽ. *Exemplo bono & conuerſatione ſancta, & à ſimplici contractu ciuili tranſit & leuatur Matrimonium in ſtatum ſacramentalẽ,* ſi conſentit habitare cum illo. *Conſenſus enim per verba vel ſigna de præſenti, & de nouo exhibitus matrimoniũ primum facit, & illam primam vxorem. Atq; ob nouum hominem indutum in baptiſmo Chriſtum, capitis Eccleſiæ membrum efficitur, nullá præter conſenſum nouũ ad valorem Matrimonij Eccleſiæ ceremoniò requi-* B *ſita.* CENSETVR, *incipit recenſeri & numerari; quia* iuſtus ex fide viuit, *iuſtificatus in baptiſmo, & tum viuere incipit, tum fit Chriſtianus.* Dicente *Ioanne:* Vita erat lux hominum, *i. vera vita hominum, lux fidei eſt. Nec coram Deo anni vitæ ante fidem computantur.* Numerus menſium eius apud te eſt. *Hoc eſt in Eccleſia quæ eſt domus Dei.* Ecce, inquit pſaltes, menſurabiles poſuiſti dies meos, & ſubſtantia mea (*lumen naturæ, ſanitas & vita, bona temporalia, abſq; fide, quæ ſubſtantia eſt rerum ſperandarum*) tanquam nihilum ante te. *Et rurſum:* Et ſubſtantia mea apud te eſt. *i. in Eccleſia tua, vbi habitas, ô Magiſter bone, Nec ante lucem, & primum diem fidei Moyſes quidquam computat.* Dies formabuntur, & nemo in eis *reputabitur niſi in fide transfigatur.* In libro tuo om- C nes ſcribentur, *tam in fide quã in gentilitate tranſacti,* & nemo in eis *ad mercedem æternam recipiendam ſine fide æſtimabitur. Si enim* omnia opera noſtra, operatus eſt in nobis, *ſi ipſe eſt* qui operatur in nobis velle & operari pro bona voluntate, *profectò* omnia opera eius in fide, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo. PRESSVRAM CARNIS, tribulationem carnis habebunt huiuſmodi. PRÆ ANGVSTIIS, *ob proximã perſecutionem Antichriſti, de qua Chriſtus;* Væ prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus, *& propter alia matrimonij onera, quibus impediti, difficilius* in terris preſſuram gentium à *Chriſto inuectam, ſuſtinebunt vxorati, quàm cœlibes pro ſe ſolũ ſolliciti; cũ alij vxorum & liberorum curis implicentur.* DE DO- D MINO SOLICITVDINEM, *de qua Paulus:* Mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo. *Cum nupti cogitent quæ ſunt mundi, quomodo vxor viro, vir vxori complaceant. Et ob hanc ad inuicem complacentiam, fidem facilius abnegent, ſicut Adam vt complaceret Euæ, neue, vt ait Auguſtinus,* contriſtaret delitias ſuas, *Dei præceptum contempſit.* REVOCAT. *Paulus indultam prius renubendi licentiam reſtringit, tempore collectiore & anguſtiore facto: hoc eſt perſecutione tyrannorum iam graſſante in fideles.* DORMIERIT, *obdormierit in morte.* INVENTA, *deprehenſa à fide, vt ſupra expoſuimus.* PRISTINVM PRÆCEPTVM, *in veteri lege præſcri-* E *ptum, quod Chriſtus inſinuauit, dum ait de repudio ante legem Moyſi, ob duritiam cordis, Iudæis indulgentiæ manduta.* Ab initio non fuit ſic, &c. Et qui dimiſſam duxerit mœchatur. IN GRÆCO AVTENTICO, *originali teſtamento Græco. Nullibi tamen aliter legi ſcriptum quam ſic:* ἐὰν ϗ κοιμήθῃ: *ſi vero dormierit, forte authenticum quod habebat Tertull. ſic retulit in præterito (cum nos legamus in futuro)* ἐὰν ϗ κοιμηθῇ: *Si dormierit.* IN VANVM EXIIT. *Aliter quàm ſonat vox Græca, tranſlatum eſt.* DVABVS SYLLABIS, ϗ *ſcilicet, & κα* SIMPLICITATE, *ignorantiá vel indagandi incuriá.* IAM IN FIDE, *iam facta Chriſtiana.* EMISSA LICENTIA. *Laxatis habenis nubendi toties quoties.*

DEUISSET, *ducere permiſiſſe.* ETHNICIS, *congruente. Quos tamen puderet toties nuber.* TANTVMOSM ET FVTVRVM, *ſi velint pſychici, illud verbum* dominiceit, *in futuro poſitum in Græco accipere, perinde res ſe habebit, ſi vir eius deceſſerit priuſquam fidem ſuſciperet; quocumque modo id accipias, ſiue præteritum, ſiue futurum, parum intereſt, dummodo cætera verba Pauli & ſenſum eorum non perturbes & euertas.* ET ILLA, *verba Pauli.* CADANT, *ſuccedant, & conſentiant ſententia Pauli, vt eadem & vniformis mens eius fuiſſe cognoſcatur; vt vnuſquiſque in vocatione, ſiue ſtatu maneat, in quo ad fidem à Deo vocatus eſt, ſiue ſeruus, ſiue liber, ſiue incircumciſus, ad baptiſmum venerit, 1. Cor. 7. 17. & ſeq.* Vnicuique ſicut diuiſit Dominus, vnumquemque ſicut vocauit Deus, ita ambulet, & ſicut io omnibus Eccleſiis doceo. Circumciſus aliquis vocatus eſt, non adducat præputium. (*Clarius tranſlat. Syr. ne reuertatur ad præputium,*) in præputio aliquis vocatus eſt, non circumcidatur. Circumciſio nihil eſt, (*iam poſt legem gratia*) & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum Dei. Vnuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat. Seruus vocatus es? non ſit tibi curæ: ſed & ſi potes fieri liber, magis vtere. (*Poteſtate ſcilicet libertatis.*) Qui enim in Domino vocatus eſt ſeruus, libertus eſt Domini: ſimiliter qui liber vocatus eſt, ſeruus eſt Chriſti, pretio empti eſtis, oolite fieri ſerui hominum. QVIBVS CONCVRRIT. *Eodem ſenſu Paulus antea dixit verſu* 10. Iis autem qui Matrimonio iuncti ſunt, præcipio, non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere. (*tranſlat. Syr. non ſeparetur, &c.*) Nam cæteris ego dico, noo Dominus, (*non quod Paulus à ſe quidquam edicat, ſed quod nihil Chriſtus in hac cauſa ſuo in Euangelio præcipiat.*) Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam. CVSTODIENDVM, *ſcrupuloſè nimis penſitandum, modo id vnum curetur, ne idem author, & maximè Apoſtolus ſibi ipſi contradicere inueniatur.*

Ex cap. 12. de Monog.

E CONTRARIO, *aduerſus ea quæ pro Monogamia ſcripſimus.* SVBTILISSIMAM, *ironicè, cum ſupra ſimplicitatem noſtram arguat.* INQVIVNT, *pſychici.* IVGO *legi continentiæ.* QVIA ET EPISCOPIS. *Ita planè vult Tertullianus. Sed non ſequitur, laicos in longè inferiori gradu Eccleſiæ conſtitutos, iiſdem legibus obſtringi, quibus Epiſcopi tenentur.* IN CLERVM, *ſubaudi aſſumuntur.* ALIQVI, *aliquis.* AULECTIO, *aſſumptio, electio.* QVIA SACERDOTES, Apocal. 16. fecit nos regnũ & Sacerdotes Deo & Patri ſuo. *Sed multum differt orationis aut mortificationis ſacrificium à verè & propriè dicto miſſæ ſacrificio, quod ſoli Epiſcopi & Sacerdotes celebrant, & cui miniſtrat clerus.* PERÆQVATIONEM, *ſimilem obligationem legi Monogamiæ.* DEPONSMVS INFVLAS, *tam ſublimi Magiſtratu, & Regali ſacerdotio noſipſos abdicamus.* DE ECCLESIASTICIS ORDINIBVS. *Sic inducit reſpondentes ſibi pſychicos, & bene quidem & acutè obijcientes. Paulus, inquiunt, tunc tantum agebat de Epiſcopis & Clericis ordinandis.* OPORTEBAT, *igitur. Reſpondet Tertullianus. Si ita eſt, eo ipſo quod Paulus primò creatos prælatos plebi præſidentes, & in honoris*

A *loco conſtitutos obligauit pudicitiæ legibus, eo ipſo omnes laicos iiſdem obſtrinxit, vt cùm ex ſtatu laico aſſumantur Clerus & Epiſcopi, ſciant dum adhuc in laicali ſtatu viuunt, non poſſe ad hos gradus promoueri, niſi Monogamos.* EVM ORDINEM, *diſciplinam Monogamiæ.* SVA FRONTE, *ab exordio. Vel debebat Paulus primò obligare Epiſcopos, qui capita ſunt populi, & veluti frons, vbi ſedes eſt pudoris, vt pudicitiæ legibus, vinctos ſe ſcirent, qui ad hunc honorem aſpirare volebant, vt hac lege pœnali, quaſi freno coërceretur ambitio priuilegij & loci blandientis.* OMNIA LICENT, 1. *Cor.* 6. 12. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, ſed ego ſob nullius redigar poteſtate. *Ergo nec ambitioni ſeruiam, nec ventri, aut libidini. Vnde Paulus ſubijcit.*
B Eſca ventri, & venter eſcis: Deus autem hunc & has deſtruet: Corpus autem non fornicationi (*ſeruiet, nec ſub eius redigetur poteſtate.*) Sed Domino: & Dominus corpori. *Scilicet imperabit. Rurſum Paulus,* 1. *Cor.* 10. 23. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant. EPISCOPSS. *Sic carpit clerum Eccleſiæ Romanæ. Sic imponit, Epiſcopis Digamis licere ad hunc apicem & ſummum gradum ſcandere. Et dat exemplum cuiuſdam Epiſcopi Africani, cui & pederaſtiam imponit.* VTHINENSIS, *vthina Africæ oppidum eſt, colonia Romanorum; cuius Epiſcopum notat, præpoſteræ libidinis, dum ait:* NEC SCANTINIAM TIMVIT. *Legem à Scantinolatam, qua gra-*
C *ui ſupplicio afficiebantur pæderaſtæ, impuri puerorum amatores de qua Iuuenalis Satyr.* 2. Quod ſi vexantur leges, ac iura, citari ante omnes debet ſcatinia. PRÆSIDENT, *in gradu Clericali, Sacerdotali, Epiſcopali regunt plebem.* INSVLTANTES APOSTOLO, *præſcripta à Paulo in perſona Timothei & Titi tranſgrediuntur, Monogamiam, ab eo impoſitam non obſeruantes.* SVB ILLIS, *ipſis præſentibus, & præſidentibus leguntur Epiſtolæ Pauli ad Timotheum & Titum, ipſa inter Miſſarum ſolemnia, & Monogamiam indicentes audiuntur.* EXCEPTIONEM, *vt præter Epiſcopos aliis liceat plures nubere, cũ Paulus de ſolis Epiſcopis ſit expreſſè locutus, vel ad ſummum in his clerum comprehenderit: vel literalius: dic tu laice tibi*
D *nihil Paulum imponere Chriſtianæ diſciplinæ, nihil bonorum morum præſcribere, quia cùm Epiſcopum exigit eſſe Monogamum, vult etiam eumdem irreprehenſibilem, ſobrium &c. vt ſi laicos exemit à Monogamia, eos quoque cæterarum virtutum Epiſcopis conuenientium, obligatione liberauerit.* PRÆSCRIBE, &c. *Hic inſultat pſychicus.* ILLI SOLI CHRISTIANI, &c. *ſi ita eſt, vt ſolis Epiſcopis ſimul cum Monogamia cætera virtutes imponantur, ſoli profectò Epiſcopi Chriſtiani dicendi ſunt, qui virtutes Chriſtianis proprias exercere debeant. Locum Pauli referam,* 1. *Timoth.* 3. 2. *& ſequent.* Oportet ergo Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum (*tranſlat. Syr.*) *oportet autem Pres-*
E *byterum talem eſſe vt nauus in eo non reperiatur: & fuiſſe maritum vnius vxoris, &c.*) ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, doctorem, non viuolentum, non percuſſorem, &c. oportet autem illum & teſtimonium habere bonum ab iis qui foris ſunt, &c. Diaconos ſimiliter pudicos, non bilingues, &c. Diaconi ſint vnius vxoris viri.

Et de Monog. cap. 13.

VVLT IVVENCVLAS. 1. *Timoth.* 5. 14. Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matres familias eſſe (*Syr. gubernare ædes ſuas,*) nullam occaſionem dare aduerſario maledicti gratia. Iam enim quædam conuerſæ ſunt retro Satanã. *Hunc locum*
S. Aug. *citat Aug. l. de bono viduit. c.* 8. Dixit, ſi ſe non continent, nubant. Sed poſt reſurrectionem prædicationemque Chriſti, quando iam ex omnibus gentibus filiorum ſpiritaliter gignendorum tanta ſuppetit copia, tale officium ceſſet, ex carne filios propagare, quale primis temporibus fuit. Et quod alibi dicit: Volo igitur iuniores nubere, &c. Nuptiarum bonum Apoſtolica ſobrietate, & authoritate commendat, non procreandi officium, etiam eis quæ continentiæ bonum capiunt, ad obſequelam legis imponit. Denique cur hoc dixerit, pandit, cùm adiungit & dixit nullam occaſionem date aduerſario &c. vt his verbis eius intelligamus, eas quas nubere voluit, melius poſſe continere, quàm nubere: ſed melius nubere, quàm retro poſt Satanam ire: id eſt, ab illo excellenti virginalis, vel vidualis caſtitatis propoſito, in poſteriora reſpiciendo cadere & interire. DEPREHANSÆ, *dum adhuc infideles, ad fidem conuerſæ ſunt, & vidua aliquandiu permanſerunt.* POSQVAM IN DELICIIS, 1. *Timoth.* 5. 11. Adoleſcentiores autem viduas deuita: cùm enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt: habentes damnationem quia primam fidem irritam fecerunt. *D. Thom. lect.* 3. Luxuria, inquit, quandoque ſumitur pro omni ſuperfluitate rerum corporalium, & ſic ſumitur hic; ſi adoleſcentes aſſumantur ad ſuſtentationem Eccleſiæ, liberantur ab opere manuum, & ſic cùm habuerint ſuperabundantiam per ſuffra-
Aug. gium Chriſti, tunc nubere volunt. *Aug. autem ſupra:* Proinde, inquit, quæ ſe non continent, nubant antequam continentiam profiteantur. (*Hinc D. Th. ſupra, notat viduas ab Eccleſia ſuſtentatas, non admiſſas niſi voto obſtrictas.*) Antequam Deo voueant, quod niſi reddant, iure damnantur. Alio quippe loco de talibus dicit: Cùm enim in deliciis egerint in Chriſto, nubere volunt, habentes damnationem, &c. id eſt, voluntatem ad nuptias, à propoſito continentiæ deflexerunt. Irritam quippe fecerunt fidem qua prius vouerant, quod perſeuerantiâ implere noluerunt. Nuptiarum igitur bonum ſemper eſt quidem bonum. Sed in populo Dei fuit aliquando legis obſequium: nunc eſt infirmitatis remedium: in quibuſdam verò humanitatis ſolatium. Filiorum quippe procreationi operam dare, non canino more, per vſum promiſcuum fœminarum, ſed honeſto ordine coniugali, non eſt in homine improbandus affectus: ipſum tamen laudabilius tranſcendit & vincit, cæleſtia cogitans animus Chriſtianus. Sed quoniam vt ait Dominus, non omnes capiunt verbum hoc, quæ poteſt ergo capere capiat: quæ ſe non continet, nubat; quæ non cœpit, deliberet: quæ aggreſſa eſt, perſeueret: nulla aduerſario detur occaſio: nulla Chriſto ſubtrahatur oblatio. In coniugali quippe vinculo, ſi pudicitia conſeruatur, damnatio non timetur; ſed in viduali, & virginali continentia, excellentia muneris amplioris expetitur. Qua expetita, & electa, & voti debito oblata, iam non ſolùm non capeſſere nuptias, ſed etiam ſi non nubatur, nubere velle, damnabile eſt. *Errat ergo Tertullianus volens omnem fidelem ab initio & vnſquam ethnicam primæ viduitati ſub pœna damnationis*

A *tionis obſtrictam, niſi eam ex voto ſpecialiter profeſſa ſit. Spiritali porro ſenſu, nec temnendo viduas iuniores in deliciis Chriſtum habere dicit, cuius ſpiritales amplexus, virorum complexibus anteponunt.* AD ROMANOS. *Hunc etiam locum corrupit & peruertit inſenſum hæreticum, & ipſe nimis hæret littera: quaſi lex vetus tantum, & non noua ſecundas nuptias licitas faceret, quas ipſe ſub lege gratiæ & ſpiritus, in corpore Chriſti quod eſt Eccleſia, tanquam adulteras reprobat.*

Melior ſenſu Aug. l. 83. *qq. q.* 66 Apoſtolus, inquit, in hac ſimilitudine, in qua de viro & muliere loquitur, quoniam mulier tenetur lege viri; tria S. Aug
quædam conſideranda commendat, mulierem, virum & legem. Mulierem ſcilicet ſubiugatam viro
B per vinculum legis, quo vinculo morte viri liberata eſt, (*euacuata eſt vt ipſe cum Tertulliano ſubijcit, & vulgata, ſoluta eſt*) vt cui vult nubat, &c. huc vſque ſimilitudo eſt. Deinde incipit rem loqui, in qua etiam re tria ſimiliter appendenda ſunt, homo, peccatum, lex. Tandiu enim dicit ſub lege eſſe hominem, quamdiu viuit peccato: quemadmodum tandiu mulier ſub lege viri eſt, quandiu viuit vir. Hoc autem peccatum hic intelligendum eſt, quod acceſſit per legem, (*per quam cognito peccati quod ignoratum ante legem minus erat*) quod peccatum dicit ſupra modum eſſe, quoniam cum iam appareat eſſe peccatum, fit tamen, & adiuncta præuaricatione cumulatius, &c. Vbi ergo non eſt gratia liberatoris,
C auget peccandi deſiderium, prohibitio peccatorum. Quod quidem ad hoc vtile eſt, vt ſentiat anima ſeipſam non ſibi ſufficere ad extrahendum ſe de ſeruitute peccati, atque hoc modo detumeſcente atque extincta omni ſuperbia ſubdatur liberatori ſuo, ſinceriterque homo dicat, adhæſit anima mea poſt te: quod eſt iam non eſſe ſub lege peccati, ſed in lege iuſtitiæ, &c. In illa ſimilitudine vir moritur, vt nubat mulier cui volet, & à lege viri ſoluatur: hic autem ipſa anima moritur peccato, vt nubat Chriſto. Cùm autem moritur peccato, moritur etiam legi peccati. (*Id eſt concupiſcentiæ occaſionem ſumenti ex lege prohibente.*) Has dicit paſſiones, quæ per legem ſunt operatæ in membris noſtris, vt
D fructum ferrent morti. Sub iſtis paſſionibus tanquam ſub viro dominante, agebat anima antequam veniret gratia per fidem. His paſſionibus moritur, qui iam ſeruit mente legi Dei, quamuis ipſæ paſſiones nondum mortuæ ſint, quandiu carne ſeruit legi peccati, &c. Ex quo comprehendimus quatuor eſſe differentias etiam in vno homine, &c. Prima eſt actio ante legem, ſecunda ſub lege, tertia ſub gratia, quarta in pace. Ante legem actio eſt, cùm peccatum ignoramus, & ſequimur carnales concupiſcentias. Sub lege eſt actio, cùm iam prohibemur à peccato, & tamen conſuetudine eius victi peccamus, quoniam nos nondum adiuuat fides, (*qua liberatorem inuocemus.*) Tertia actio eſt, quando iam
E pleniſſimè credimus liberatori noſtro, nec meritis noſtris aliquid tribuimus, ſed eius miſericordiam diligendo, iam non vincimur delectatione conſuetudinis malæ cùm ad peccatum nos ducere nititur: ſed tamen adhuc eam interpellantem patimur, quamuis ei non tradamur. Quarta eſt actio, cùm nihil omnino eſt in homine quod reſiſtat ſpiritui, ſed omnia ſibimet concorditer iuncta & connexa, vnum aliquid firma pace cuſtodiunt. Quod fiet mortali corpore viuificato, cùm corruptibile hoc induerit incorruptionem. *Vide etiam quod habet l. expoſit. quarumdam propoſit. in Ep. Rom. prop.* 36. *tomo* 4.

Ex cap. 14. de Monog.

IN FIDE. *Iam fidelem factum* AMISSO *per mortem ſoluto. Eſto, inquit, permiſerit Apoſtolus iam factis Chriſtianis, & primo Matrimonio per mortem diſiuncto liberis, ſecundas nuptias contrahere: dicam eum circa talem diſpenſationem ita ſe geſſiſſe ſicut in cæteris, quæ contra proprium genium & doctrinam fecit. Ille enim qui Galatas arguebat quòd ad veteres legis ceremonias rediſſent, & legi nouæ eas ſuperinducerent, Timotheum circumcidit, ne offenderet fratres ſuperinductitios, id eſt Chriſtianos qui adhuc in fide Christi & noua lege infirmi, legis onera ſuperinducere volebant ſuaui iugo Chriſti. Sicut & legitur in Actis idem Apoſtolus raſos in templum adduxiſſe, vt ad tempus ſe Iudæis aptaret.* Vt omnibus omnia fieret, vt omnes Chriſto lucrifaceret. *De raſis habes Act. 21. 24. vbi dixerunt fideles Paulo.* Fac quod tibi dicimus: ſunt nobis viri quatuor votum habentes ſuper ſe; his aſſumptis ſanctifica te cum illis, & impende in illis (*tranſlat. Syr. expende pro eis expenſas*) vt radant capita: & ſcient omnes quia quæ de te audierunt falſa ſunt, ſed ambulas & ipſe cuſtodiens legem. PER VENIAM, *Indulgentiam, ſicut de licentia nubendo dixit*: Ego autem vobis parco. *Et rurſum*, ſecundùm indulgentiam dico, & non ſecundùm Imperium. AB ALIA VIRTVTE, *alio principio & patre miſſus, ſicut Marcion cenſebat, quàm Moyſes, qui à Deo Creatore, medius & ſequeſter inter ſe & populum fuerat conſtitutus.* ABSTVLIT, *repudium ſcilicet.* PARACLETVS, *Montanus. O blaſphemiam! non modo Paulo, ſed & Chriſto Montanum adæquat. Quaſi idem Spiritus ſanctus quo plenus erat Chriſtus, quique per os Pauli ſuperabundantius cæteris Apoſtolis laborantis loquebatur, cum ampliori plenitudine in Montanum Hæreſiarcham & fidei corruptorem defluxerit.* SVPERDVCITVR, *Maioris eſt perfectionis, ſuper alia facilia præcepta à Montano iubetur.* QVASI SPIRITVS ALIENVS, *ab altero quàm à Spiritu ſancto motum Montanum dicere non poſſumus; licet perfectiora iuſſerit quàm Apoſtolus.* TEMPORE EXPLETO, *legis Moſaica, duro vſque tempore, duro corde & ceruico populo, in duro lapide præſcripta.* DISCVTERE, *excutere, repellere ab allegatione ſua, & appellatione ad infirmitatem carnis. Vel diſcutere, examinare, & probare, quantum poſſit adiuta & roborata à Spiritus fortitudinis.* APVD SÆCVLVM, *apud Gentiles.* IN BONA DISCIPLINA, *inter præcepta virtutum moralium.* CONCORDIÆ NOMINE *propter pacem coniugalem & concordiam ſeruandam inter affines, Romani repudium abſtulerunt, vt alibi vidimus.* PVDICITIÆ, *vt & pudore naturali à Polygamia abſtinuerint Ethnici.* VSQVE AD CHRISTVM, *qui abſtulit repudij legem.* AD PARACLETVM. *Montanum, in quo loquebatur ſpiritus, per quem Monogamiam innexit.* REPVDIVM PRIORIS, *ſcilicet Matrimonij. Quod licet tanquam malum non reſpuat, ſicut Marcion, tamen virginitatem, & plenam ſpiritus & carnis integritatem perſuaſit clarius; noua Montani doctrina ſecundas nuptias abſtulit, ſicut Chriſtus abſtulerat repudium. Secundum autem Matrimonium auferendo, non minus repudiauit & primum, non quidem tanquam malum, ſed maioris boni virginitatis impedimentum.* SIBI PAVLVM DEFENDIT, *Infirmitas carnis aſſumit ſibi Paulum in defenſorem & patronum; quia dixit*: Nubat cui volet. QVAM ILLA, *duritia cordis, cui ceſſit Moyſes, dum conceſſit Iudæis vti libello repudij. Quorum duritia non ſic refugit ad Moyſem, ſicut* A *infirmitas carnis ad Paulum, tanquam ad aſylum recurrit, vtpotè indulgentem, non tantùm primò & ſemel, ſed ſecundò & pluries nubere.* PRÆSCRIBENTEM. Vellem omnes eſſe ſicut & ego: *Et rurſum*, Melius facit ſi ſic permanſerit; *In ſtatu viduitatis; ſed errat. Neque enim præſcribit, ſed conſulit, non præceptum habens à Chriſto & Spiritu ſancto, ſed conſilium tantum.* POTIORES, *perfectiores.* PERPETVAS, *propoſito vel voto in virginitate perſeuerandi, ſicut ipſe.* PRÆSTARE, *ſalutaria eius monita ſequendo.* INFIRMITAS, *carnis clamantis ſe continere non poſſe.* IN QVEM DILATA. *Donec in Montanum Paracletus ſuperueniret abundantius.* SVSTINERI, *quia Chriſtus dixerat*: Multa habeo vobis loqui, ſed non poteſtis portare modo. *Ita & Paulus*: Non potui vobis loqui tan-
B quam ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus. NON DEEST. *Benè, & iuxta Auguſtinum meliori ſenſu*: Nec aliquid impoſſibile potuit imperare qui pius eſt. *Et rurſum*: Non ſubtrahet ſe, vt cadas. DIMISSVS EST, *relictus eſt ſuæ libertati. Nullum enim cogit gratia, ſed ſuauiter inclinat & flectit.* POSSE TE SI VELIS, *ſupple adiutus Dei gratia, quæ ex nolente volentem facit, ſecundum Auguſt. iuxta Paulum*, Deus operatur in nobis velle & operari pro bona voluntate. DVRITIA CHRISTO. *Aug. ſic de Capharnaitis dicentibus*: Durus eſt hic ſermo, &c. Ipſi, inquit, duri erant, non ſermo. ECCE POSVI. *Eccl. 15. 17. & ſeq.* Appoſuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam: ante hominem vita & Auguſt
C mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi.

De Monog. cap. 15. in. p.

QVÆ HIC DVRITIA. *Seueritas in pſychicos.* RENVNTIAMVS, *eos deſerimus, eo quod nolint perfectam Dei ſequi voluntatem.* IVXTA ADVLTERIVM, *tanquam adulterinas*, IN TOTVM, *abſolute, prorſus* prohibentes nubere. *Et qui cibos tanquã malos interdicebant.* SÆPIVS IEIVNAMVS, *ob duplicem Quadrageſimam, de qua infra.* MODVM NVBENDI, *reſtringendo ad Monogamiam.* IN ALIA CAVSA, *quando ſuccumbis vi tormentorum & impellitur lin-*
D *gua ad negationem, non recipitur ad veniam.*

Ex cap. 16. de Monog. in. m. ad circa f.

SOLITVDINEM OBTENDAT, *obijciat, deſertam domum abſque ſocietate coniugis, niſi renubat; Quaſi verò, inquit*, FREQVENTIAM PRÆSTET, *numeroſam ſocietatem exhibeat vnius mulierculæ præſentia.* AD FVGAM, *perſecutionis. Duo carpit in pſychico, ſtultitiam & puſillanimitatem. Tum quod in vna vxore magnam ſocietatem collocet, tum quod ingruente perſecutione quam imbellis ferre non poteſt, onus coniugis & liberorum ſuperaddat, fugæ expeditæ*
E *incongruum.* HABET VIDVAM, *Diaconiſſam ſexaginta annorum, ſi de ſolitudine queritur. Nec vnam tantum, ſed & plures huiuſmodi habere poteſt, quibus victum & veſtitum ſubminiſtret.* VXOREM, *non quam ducas, cui nubas, ſed cuius conſortio caſto ad menſam & colloquium fruaris.* QVIBVS OCVLIS, *retroſpiciens amiſſa.* DE PRIORE, *prima vxore.* EXHÆRES *qui totius mundi bonis, & pompis, & delitiis, renuntiauit.* HABET FRATRES, *pauperes fideles; quos Chriſtus hoc nomine dignatur.* HABET ECCLESIAM, *ruinoſam, abſque ornamentis & fundationibus; cuius in vtero, fonte dico baptiſmatis, renatus eſt, & lacte ſan-*

ctiſſimi Sacramenti nutritus, & Patri cœleſti, vt prodigus, per Sacramentum Pœnitentiæ reconciliatus. Vel, per Eccleſiam, intellige cœtum fidelium indigentium. Apvd Christvm, *in Schola Chriſti, vel apud tribunal eius.* Legibvs Ivliis, *quibus ſub graui mulcta proles generanda indicebatur: de quibus Ambroſius:* Virginitatis, inquit, & viduitatis ſtatoere pœnas. *Vide alibi dicta.* Orbos, *ſine vxore & liberis.* Solidvm, *integram & plenam hæreditatem. Imò verò ex vtroque teſtamento* nomen accipiunt melius à filiis & filiabus, *vt ſupra diximus*, nomen vtique Patris, & agni ſcriptum in frontibus. Centuplum & vitam æternam. Hæreditatem *quam vocat Petrus* incorruptibilem, incontaminatã, immarceſſibilem, confirmatam in cælis, in vobis qui in virtute Dei cuſtodimini. *Virtus autem Dei, & donum eius, continentia eſt.* Confvsione carnis, *pudore, ex libidine carnali contracto, de quo dixit ſupra, deſponſatos* totam condixiſſe confuſionem. Vltimo exitv, *fine mundi.* Sodoma. *En vt exaggerat & æquat Sodomitico peccato ſecundas nuptias.* Dilvvii dies. Sicut in diebus Noë erant edentes & bibentes & nuptui tradentes, *vel vtrumq; refert ad exitũ, & exitum repentinũ.* Tertivm dictvm, *ſententia Epicuræorum, ſuper eſum & potum, nuptias quotidianas, frequenter repetitas;* Væ illvd, *quo Chriſtus ait non tam comminans ruinam Ieruſalem, quàm euerſionem totius orbis.* Væ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.

14. *De exhort. caſt. cap. 2. in p.*

Modesta [1] vox. *Qua moderatus eſt impatientiã ſuaſam à diabolo per iacturas & damna:* Sicut Domino placuit, ita factum eſt. [2] Svblatas, *ſolutas morte.* [3] Contra volvntatem, *& hoc falſum. Licet enim voluntate Dei, ſine qua nec capillus de capite cadit, primo vxor mortua ſit, non prohibuit tamen ſecundam ducere.* [4] Nisi si, *ironicè dicta.* [5] In nobis ipsis, *in noſtra libera voluntate, quæ diuinæ ſe conformare debet.* [6] Destrvctionem ipsivs Dei. Cui idem eſt eſſe quod velle, *vt ait Bernardus. Eſſe autem Dei, eſt ſummè bonum. proinde & voluntas optima, cui malum imputari non poteſt. Vnde non ſolum omnem diſciplinam, id eſt bonos mores, & omne virtutum meritum, ſed & Dei naturam euertit, qui voluntati eius peccatum imputat.* [7] Avt nihil est. *Supple ſi nihil eſt.* [8] Accepto facit, *teſtatur ſibi gratum & acceptum.* [9] Dispvngit, *quaſi debitum, tanquam acceptum æterna mercede remunerat. Computat enim, & in libro ſuo ſcribit quaſi ſibi creditum, quod ex pacto & promiſſo debet. Pulchrè*

Aug. *Auguſt.* Debitorem, inquit, ſe fecit Deus, non accipiendo, ſed promittendo.

15. *De exhort. caſtit. cap. 4. à p.*

1. Præceptvm Domini. De virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do tanquam miſericordiam conſecutus à Domino, vt ſim fidelis. [2] Separationem. Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. *Et Paulus:* Noli quærere ſolutionem. [3] Vnde vnvm, &c. *Mala conſequentia. Quamuis enim ſimul & ſemel duas habere ſit vetitum, ne ſic vnitas carnis diuidatur, & per hoc ſoluatur ſignum* Sacramenti magni in Chriſto & in Eccleſia. *Succeſſiuè tamen poſt deceſſum vnius coniugis alteram ducere vir non prohibetur.* [4] Ignoscitvr. *Dicente Paulo:* Parco autem. *Ergo & culpa imputatur? Sed & quæ ſi quæ ſit, maximè venialis, ex aliqua intemperantia, non mortalis.* [5] A Domino, *per Paulum:* Nubat cui volet. *Sed ſi à Paulo, certè & à Domino. Qui ex Aug. in Ep. ad Honoratum.* Fidelis eſt diſpenſator noui teſtamẽti. [6] Consilii interiectio. *Quæ Paulus interſerit, 1. Cor. 7. conſilium ſe dare, & non præcipere continentiam.* [7] Recogitationem, &c. *Ipſe Paulus facta reflexione ſuper indulgentiam datam nubendi, ſtatim coërcet hanc licentiam, præmonens nubentes* tribulationem carnis habituros, *cum ait ſe* illis parcere, tempus breue eſſe, habentes vxores, quaſi non habentes *agere debere.* [8] Habentes Matrimonia, *coniugatos.* [9] Sollicitvdinem, *qua nupti* cogitant quæ ſunt mundi, & diuiſi ſunt *variis curis.* [10] Committit, *opponit inter ſe inuicem.* [11] Incontinentes, *error eſt, licet enim minor ſit continentia coniugalis abſtinens adulterio, & fidem coniugalem, & thorum immaculatum ſeruans, viduitate, & virginitate ſit inferior merito; incontinentia tamen propriè non eſt.* [12] Veritate, *in veritate. Verè Ergo mentitus eſt Paulus; vel fictitiè locutus, laqueum iniecit iis quibus permiſit nubere cum ait, Patrem bene facere ſi virginem ſuam filiam nuptui tradit, ſicut & virginem ſponte ſua nubentem.* [13] Imperasset, *ſed contra:* Non, inquit, ſecundum Imperium dico. 14 Dei spiritvm *donum conſilij.* [15] Dvo consilia, *vnicum planè. Pauli enim conſilium quod vocat ſuum, idem eſſe ſubiicit, quod conſilium Dei. Quod enim dono accepimus à Deo,* Dei eſt. [16] Adsentabimvr, *aſſenſum dabimus, adblandiemur.* 17 Indicit, *& hoc falſum eſt, non enim præcipit, ſed tantum conſulit.* [18] Divinitas, *id eſt ipſum veri Dei conſilium ſuffragatur.*

5. Aug.

16. *Ibid. cap. 5. à M.*

In [1] carnem vnam. *In carne vna.* [2] Spiritales, *Chriſti nuptias cum Eccleſia, quarum, Matrimonij Sacramentum ſignum eſt De quo Paulus:* Sacramentum hoc magnum, in Chriſto dico & in Eccleſia. [3] Generis fvndamentvm. *Principium & originem ex Adam & Eua Monogamus.* [4] Sacramentvm. *Matrimonium cum Eccleſia.* Censemvr vtrvbiqve, *vtrobique originem carnalem & ſpiritalem ducimus ex Monogamia.*

Ex cap. 7. in. f. de caſtit. exhort.

Nvlla necessitas, *quæ prætenditur, quæque poteſt non eſſe, non habet locum excuſationis.* Noli digamvs, *ne renubas, cùm poſſis cum Dei gratia abſtinere, ſi impedimentum & irregularitatem bigamiæ non vis incurrere, vt non pecces in adminiſtratione vel ſuſceptione ſacrorum ordinum; Ne renubas prætextu neceſſitatis, vitandæ fornicationis, aut alicuius incommodi rei domeſticæ, maximè ſi velis ex conditione laica in ſtatum Clericalem aſſumi.* Devs vvlt. *Et hic errat. Non enim vult Deus omnia Sacramenta, etiam ordinis, promiſcuè ab omnibus fidelibus ſuſcipi, & miniſtrari. Neque etiam omnibus licet hunc ſibi in Eccleſia gradum ſumere, contradicente Apoſtolo:* Nemo ſibi aſſumit honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. *Tantum enim periculi eſt in hoc honoris faſtigio, vt opus ſit aliquo velut ſigno & portento, quo Deus ſuam, vel per Prælatos & ſuperiores tanquam organa* ſpiritus qui loquitur in eis *declaret voluntatem; ſicut columna ignea D. Gregorium Magnum in monte Soacte latentem fugientemque Epiſcopatum*

Sic hæreſim ſuam proternè tuetur & proſequitur : res ſiquidem tam matrimonio quàm ſtupro communis, & negotium, eſt copula carnalis, cuius concupiſcentiam Chriſtus pariter interdixit. Et hoc falſum. Non enim cuiuſcumque, nec qualemcumque concupiſcentiam inhibuit, ſed viro iam coniugem habenti, vel ſoluto, non in finem Matrimonij, ſed fornicationis, vel adulterij, concupiſcere prohibuit, & ipſam ſolam concupiſcentiam, adulterio iam commiſſo adæquauit. Etenim in corde iniquitates operamini. QVÆ RES ADEST, &c. *cuius res alterius cauſa initur matrimonium, aut ſtuprum committitur, quam cauſa percipiendæ voluptatis? Et hoc erroneum. Sunt enim alij legitimi fines ſecundi Matrimonij vt & primi : ſocietas indiuidua vitæ, ſuſcipiendorum liberorum cauſa, litium inter familias componendarum ratio, &c.* ERGO IAM ET PRIMAS. *Optima conſequentia quam pertinax hæreticus admittit, contra id quod alibi ſanæ mente dixerat, primas & vnicas nuptias tanquam bonas approbans.* PRÆIVDICABVNT, *patrocinabuntur.* PRÆTENDI, *allegari poſſint ad cauſam omnimodæ continentiæ etiam o primo & vnico Matrimonio: multò magis in medium adduci poſſunt pro ſecundo non contrahendo.*

A

B

Tria ex omnibus præmiſſis textibus Tertulliani colligo. Primò ex locis Pauli ipſum concludere non modo non expedire, ſed & illicitum eſſe ſecundò nubere. Secundò actum coniugij per ſe eſſe inhoneſtum, & nihil differre ab actu fornicationis. Tertiò iteratas nuptias, malas, damnabiles, ſtupro non diſſimiles per ſe. Quibus, vt Aug. verbis reſpondeamus.

C

Primò differentiam expedientis, & liciti, apud eum lege tom. 6. lib. 1. de adulterinis coniugijs ad Pollentium, cap. 14. & ſeq. vbi primò refert locum Pauli, 1. Aug. *Cor. 9. quo abuſus eſt Tert.* Numquid non habemus licentiam ſororem mulierem circumducendi ſicut & cæteri Apoſtoli, & fratres Domini, & Cephas? *& paulo infra ex 1 Cor. 6. Item alio loco de quibuſdam quæ ad eſcam pertinent.* Omnia, inquit, mihi licita ſunt, ſed non omnia expediunt, &c. & 1. *Cor.* 10. Omnia, inquit, mihi licita ſunt, ſed non omnia ædificant, &c. *Atque vt oſtenderet vnde loqueretur*; omne, inquit, quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes, (*an immolatum fuerit idolis*) propter conſcientiam. (*Ne ſcrupulum vobis ingerat.*) *& tamen alibi dicit*, non manducabo carnem in æternum, vt non fratrem meum ſcandalizem, &c. Ita oſtendit ea quæ licita ſunt, id eſt, nullo præcepto Domini prohibentur, ſicut expedit, potius eſſe tractanda, non præſcripto legis, ſed conſilio charitatis. Hæc ſunt quæ amplius erogantur ſaucio, (*opera ſupererogatoria charitatis compatientis puſillorum & infirmorum ſcandalo.*) Qui curandus ad ſtabulum, Samaritani illius miſeratione, perductus eſt. Et ideo dicuntur non à Domino præcipi, quamuis à Domino moneantur offerri, vt tantò intelligantur eſſe gratiora, quantò magis oſtenduntur indebita.

D

E

Aug. *Et cap. 15. ſic proſequitur.* Sed ea quę in his talia ſunt; vt quamuis ſint licita, non expediant, non in eis dici poteſt, bonum eſt hoc, ſed illud melius: Sicut dictum eſt, 1. Cor. 7. qui dat nuptum, benè facit : & qui non dat nuptum, melius facit. Ibi enim, vtrumque licet, & hoc aliquando, aliquando illud expedit. Nam illis qui ſe non continent, vtique expedit nubere, & quod licet, expedit. Quæ autem vouerunt continentiam, nec licet, nec expedit. Porro diſcedere ab infideli coniuge, licet, ſed non expedit. Aug. *Infra cap. 18.* Prohibet, inquit, Apoſtolus conſilio charitatis, quod non prohibet Dominus præcepto legis: quia infidelibus affert impedimentum ſalutis: non ſolùm quia perniciosiſſimè ſcandalizantur offenſi, verùm etiam, quia inutilia coniugia, cùm ceciderint, viuentibus eis à quibus dimittuntur, adulterinis nexibus colligati, difficilius reſoluuntur. *Sic autem proſequitur ſupra capite 15.* Manere autem cum illo, ſi cohabitare conſentit, & licet & expedit: quia ſi non liceret, expedire non poſſet. Poteſt ergo aliquid licere, & non expedire: Expedire autem, quod non licet, nō poteſt. Ac per hoc non omnia licita expediunt, omnia verò illicita non expediunt. *Et cap. 17.* Ea, inquit, mihi videntur licere, & non expedire, quæ per iuſtitiam quidem quæ coram Deo eſt, permittuntur; ſed propter offenſionem hominum, nè ob hoc impediantur à ſalute, vitanda ſunt. Ea verò non licere, & ideo non expedire, quæ ſic ipſa iuſtitia vetantur, vt facienda non ſint, etiam ſi ab eis, quibus in notitiam fuerint perlata, laudentur. S. Aug.

S. Aug. *Et cap. 18. vbi tractat. de conſilio Pauli*, Cùm inquit dixiſſet, 1. Cor. 7. de muliere cuius vir mortuus fuerat : beatior autem erit ſi ſic permanſerit, (*vidua ſcilicet ſecundò non nubens*) ſecundùm conſilium meum: nè quis hoc conſilium tanquam humanum, non diuinum, contemnendum putaret, adiecit: puto autem quod & ego ſpiritum Dei habeam. Proinde intelligendum eſt, etiam ipſa quæ non à Domino iubentur, ſed à Sancto eius famulo vtiliter ſuadentur eodem Domino inſpirante ſuaderi. Abſit enim vt quiſquam Catholicus dicat quando ſuadet Spiritus ſanctus, non Dominum ſuadere, cùm & ipſe Dominus ſit, & inſeparabilia ſint opera Trinitatis, dicit tamen; de virginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium autem Deo, non vt hoc conſilium alienum exiſtimemus à Domino; cùm continuò ſequatur & dicat; tanquam miſericordiam conſecutus à Domino, vt fidelis eſſem. Secundùm Deum ergo dat fidele conſilium in eo ſpiritu, de quo ait, puto autem quod & ego Spiritum Dei habeam. Veruntamen aliud eſt Domini iubentis Imperium, aliud conſerui ſecundùm miſericordiam charitatis, quę eſt illi à Domino inſpirata atque donata, fidele conſilium. Ibi aliud facere non licet, hîc autem licet, &c. cùm dat conſilium non nubendi Apoſtolus virginibus, vnde præceptum Domini ſe non habere teſtatur; licet aliud facere, id eſt nubere, (*ſicut & renubere*) & minus quàm continentiæ, bonum tamen tenere nuptiarum. Ipſumque licitum etiam expedit: quoniam in vetita & illicita ruituram carnis infirmitatem ſic excipit honeſtate nubendi, vt neminem impediat ad ſalutem: quamuis magis expediret, magiſque honeſtum eſſet, ſi virgo (*adiecit & viduam Paulus, 1. Cor. 7.*) conſilium quò præceptum eam non compellit, arriperet. Tunc autem non expedit id quod licitum eſt, quando permittitur quidem, ſed vſus ipſius poteſtatis, aliis affert impedimentum ſalutis.

S. Aug. *Secundò quòd non ſint inhoneſtæ ſecundæ nuptiæ propter copulam carnalem, ſoluto morte primo matrimonio, repetitam; probat idem Aug. lib. 14. de ciuit. cap. 17.* Meritò, inquit, huius libidinis maximè pudet, meritò & ipſa membra quæ ſuo quodam vt ita dixerim iure, non omnimodo ad arbitrium noſtrum mouet, aut non mouet, pudenda dicuntur; quod antè peccatum hominis non fuerunt. Nam ſicut ſcriptum eſt nudi erant, & non confundebantur, non quòd eis ſua nuditas eſſet incognita, ſed turpis nuditas nondum erat, &c. vt pœnâ reciprocâ inobedientia plecteretur, extitit in motu corporis quædam impudens nouitas, vnde eſſet indecens nuditas, & fecit attentos, reddidit-

que confuſos, &c. *& Paulum infra de ſuccinctoriis*
S. Auguſt. *nuditatem primorum parentum tegentibus.* Quod, in-
quit, aduerſus damnatam culpa inobedientiæ vo-
luntatem libido inobedienter mouebat, verecun-
dia pudenter tegebat. Ex hoc omnes gentes, quo-
niã ab illa ſtirpe procreatæ ſunt, vſque adeò tenent
inſitum pudenda velare, vt quidam Barbari illas
corporis partes, nec in balneis nudas habeant. *Et*
cap 18. vbi de ipſo actu: Opus ipſum, inquit, quod
libibine tali peragitur, non ſolum in quibuſque
ſtupris, vbi latebræ ad ſubterfugienda humana iu-
dicia requiruntur; verùm etiam in vſu ſcortorum,
quam terrena ciuitas (*Babylonis*) licitam turpitu-
dinem fecit: quamuis id agatur, quod eius ciuita-
tis nulla lex vindicat, deuitat tamen publicum
etiam permiſſa atq; impunita libido conſpectũ: &
verecundiâ naturali habent prouiſum lupanaria
ipſa ſecretum; faciliuſque potuit impudicitia
non habere vincula prohibitionis, quam impuden-
tia remouere latibula illius fœditatis, &c. Quid
concubitus coniugalis, qui ſecundùm matrimonia-
lium præſcripta tabularum, procreandorum ſit
cauſa liberorum? Nonne & ipſe quanquam ſit lici-
tus & honeſtus, remotum ab arbitris cubile con-
quirit? &c. Et quoniam ſicut ait quidam Romani
maximus author eloquij (*Cicero ſcilicet 3. Tuſc.*
quaſt.) omnia rectè facta in luce ſe collocari vo-
lunt, id eſt appetunt ſciri: hoc rectè factum ſic ap-
petit ſciri, vt tamen erubeſcat videri, &c. Cùm a-
gitur vnde filij naſcantur, nec ipſi filij, ſi qui inde
iam nati ſunt, teſtes fieri permittuntur. Sic enim
hoc rectè factum ad ſui notitiam lucem appetit
animorum, vt tamen refugiat oculorum. Vnde
hoc? niſi quia ſic geritur quod deceat ex natura,
vt etiam quod pudeat, comitetur ex pœna. *Ex qui-*
bus patet, ex natura ſua, decorum eſſe, & honeſtum
concubitum nuptialem, etiam in ſecundis nuptiis;
quem vt licitum permittit Paulus, licet ſit minus ho-
neſtus quam continentia vidualis.

Tertiò bonas eſſe nuptias, actumque coniugalem ho-
S Aug. *neſtum, probat Aug. tom. 3. lib. 9. de Gen. ad lit. cap.*
7. Vtriuſque ſexus infirmitas propendens in rui-
nam turpitudinis rectè excipitur honeſtate nu-
ptiarum, vt quod ſanis (*continentes intelligit,*
cum integro ſtatu innocentia) poſſit eſſe officium, ſit
ægrotis remedium. Neque enim quia incontinen-
tia malum eſt, ideo connubium, vel quo inconti-
nentes copulantur, non eſt bonum; Imo vero non
propter illud malum, culpabile eſt hoc bonum; ſed
propter hoc bonum, veniale eſt illud malum. Quo-
niam id quod bonum habent nuptiæ, & quo bonæ
ſunt nuptiæ, peccatum eſſe numquam poteſt. Hoc
autem tripertitum eſt, fides, proles, Sacramentum.
In fide attenditur, nè præter vinculum coniugale,
cum altera vel altero concumbatur. In prole, vt
amanter ſuſcipiatur, benignè nutriatur, religiosè
educetur. In Sacramento autem, vt coniugium
non ſeparetur, & dimiſſus, aut dimiſſa, nec cauſâ
prolis alteri coniungatur. Hæc eſt tanquam regu-
la nuptiarum, qua vel naturæ decoratur fœcundi-
tas, vel incontinentiæ regitur prauitas. *Et tom. 4.*
lib. de bono viduitatis; quem vt alibi diximus, genui-
S. Aug *num vt opus Aug. Louanienſes admittunt, & vt talem*
ſæpius Beda citat in Paulum cap. 4. De illo, inquit,
immodico carnis vſu, qui in infirmitate coniugum
agnoſcitur, & interuentu boni nuptialis ignoſci-
tur, ait Apoſtolus, 1. Cor. 7. ſecundùm veniam di-
co, non ſecundùm Imperium. Item cum dicit: *mu-*
lier alligata eſt, quamdiu vir eius viuit; quòd ſi
mortuus fuerit vir eius, liberata eſt: cui vult nubat,
tantùm in Domino: Beatior autem erit ſi ſic per-

A manſerit ſecundùm meum conſilium: ſatis oſten-
dit beatam eſſe in Domino, etiam poſt mortem vi-
ri iterum nubentem fidelem, ſed in eodem Domino
viduam beatiorem, hoc eſt, vt ſcripturarum non
tantùm verbis, verùm etiam exemplis loquar; bea-
tam eſſe Ruth, ſed Annam beatiorem. Quapropter
hoc primum oportet vt noueris, bono quod elegi-
ſti, non damnari ſecundas nuptias, ſed inferius ho-
norari: Nam ſicut bonum ſanctæ virginitatis, quod
elegit filia tua, non damnat vnas nuptias tuas, ſic
nec viduitas tua, cuiuſquam ſecundas. Hinc enim
maximè Cathaprygarum ac Nouatianorum hæ-
reſes tumuerunt, quas buccis ſonantibus non ſa-
B pientibus etiam Tertullianus inflauit, dum ſecun-
das nuptias tanquam illicitas maledico dente con-
cidit, quas omnino licitas Apoſtolus ſobria mente
concedit.

Tertullianum porro & eius ſimiles Catharos dam- S. Aug.
nat idem Aug. lib. de hæreſ. hæreſi 86. Tertullianiſtæ
à Tertulliano, cuius multa leguntur opuſcula elo-
quentiſſimè ſcripta, vſque ad noſtrum tempus
paulatim deficientes, in extremis reliquiis durare
potuerunt in vrbe Carthaginenſi: me autem ibi
poſito ante aliquot annos, quod etiam te memi-
niſſe arbitror, omni ex parte conſumpti ſunt. Pau-
ciſſimi enim qui remanſerunt, in Catholicam
tranſierunt, ſuamque baſilicam, quæ nunc etiam
notiſſima eſt, Catholicæ tradiderunt. Tertullianus
C ergo, ſicut ſcripta eius indicant, animam dicit im-
mortalem quidem, ſed eam effigiatum corpus eſſe
contendit: neque hanc tantùm, ſed ipſum etiam
Deum corporeum eſſe dicit, licet non effigiatum.
Nec tamen hinc hæreticus creditur factus. Poſſet
enim quoquo modo putari, ipſam naturam ſub-
ſtantiamque diuinam corpus vocare, non tale cor-
pus cuius partes aliæ maiores, aliæ minores, va-
leant vel debeant cogitari, qualia ſunt omnia quæ
propriè dicimus corpora: quamuis de anima tale
aliquid ſentiat, ſed potuit, vt dixi, propterea putari
corpus Deum dicere, quia non eſt nihil, non eſt
inanitas, non eſt corporis vel animæ qualitas, ſed
vbique totus, & per locorum ſpatia nulla partitus:
D in ſua tamen natura atque ſubſtantia immutabili-
ter permanet. Non ergo ideo eſt Tertullianus fa-
ctus hæreticus; ſed quia tranſiens ad Cataphryges
quos antè deſtruxerat, cœpit etiam ſecundas nu-
ptias contra Apoſtolicam doctrinam tanquam ſtu-
pra damnare, & poſtmodum etiam ab ipſis diuiſus,
ſua conuenticula propagauit. Dicit ſanè ipſe ani-
mas hominum peſſimas poſt mortem in dæmones
verti, ſtatum autem animæ credit per traducem
propagari. *Quod ait animas peſſimas in dæmones*
verti, non legi in libris qui nunc extant. Sed perijt Aug.
codex, in quo id legerat Aug. Sicut multi libri quos à
ſe compoſitos citat ipſe Tertull. iniuria temporum in-
tercepti ſunt. Nec enim veritatis amantiſſimus Aug.
E *tam expreſſè dixiſſet:* dicit ſane ipſe, *niſi ipſe legiſſet:*
& ibidem hæreſi 26. vbi de Cataphrygibus, Montano
& prophetiſſis eius. Secundas, inquit, nuptias pro
fornicationibus habent, *& hæreſ. 38.* Cathari, qui
ſeipſos iſto nomine, quaſi propter munditiam ſu-
perbiſſimè atque odioſiſſimè nominant, ſecundas
nuptias non admittunt. Pœnitentiam denegant: Aug.
Nouatum ſequentes hereticum. *& tom. 10. ſer. 191.*
de temp. Anathema dicit huiuſmodi hereticis. Execra-
mur blaſphemiam eorum qui dicunt impoſſibile
aliquid homini à Deo eſſe præceptum, & mandata
Dei non à ſingulis, ſed ab omnibus in commune
poſſe ſeruari: vel qui primas nuptias cum Mani-
cheis, vel qui ſecundas cum Cataphrygibus dam-
nant. *Concludo ergo cum ipſo, tam de ſecundis, quàm*
de

Aug. *de primis nuptiis, tom. 7. lib. 2. de peccat. originali cap.* A 34. Bonum ergo ſunt Nuptiæ in omnibus, quæ ſunt propria nuptiarum. Hæc autem ſunt tria; generandi ordinatio, fides pudicitiæ, connubii Sacramentum. Propter ordinationem generandi ſcriptum eſt, 1. Timoth. 5. volo iuniores nubere, filios procreare, matres familias eſſe: propter fidem pudicitiæ, 1. Cor. 7. vxor non habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir: ſimiliter & vir &c. propter connubii Sacramentum. Matth 19. quod Deus coniunxit, homo non ſeparet &c. propter hæc omnia honorabiles nuptiæ in omnibus, & thorus immaculatus. In quantum enim nuptiæ bonæ ſunt, in tantum faciunt pluriorum boni, etiam de libidinis B malo: quoniam libidine non benè vtitur libido, ſed ratio. Libido eſt autem illa, quam vocat Apoſtolus Roman. 7. repugnantem legi mentis inobedientium legem membrorum. Ratio verò benè vtens libidine, ipſa eſt in lege nuptiarum. Nam ſi nullum de malo bonum fieri poſſet, nec Deus ex adulterino concubito hominem conderet. Sicut ergo adulterii damnabile malum, quando & inde

A homo naſcitur, non imputatur Deo, qui certè in opere hominum malo, facit ipſe opus bonum: Ita quidquid eſt pudendum in membrorum illa inobedientia, de qua erubuerunt, qui poſt peccatum foliis ficulneis eadem membra texerunt, non nuptiis imputatur; propter quas concubitus coniugalis non ſolùm eſt licitus, verùm etiam vtilis & honeſtus; *(vt ſupra ex Hebr. 13. probauit. honorabiles nuptiæ in omnibus, & thorum immaculatum)* ſed imputatur peccato inobedientiæ, cuius hæc pœna eſt conſecuta, vt homo inobediens Deo, ſua quoque ſibi inobedientia membra ſentiret: de quibus erubeſceret; quòd non ad arbitrium voluntatis B eius, ſed ad libidinis incentiuum, velut arbitrio proprio mouerentur, quæ pudenda iudicauit, operienda curauit. Non enim confundi debuit homo de opere Dei, aut vllo modo fuerant creato erubeſcenda, quæ inſtituenda viſa ſunt Creatori. Itaque nec Deo, nec homini illa ſimplex nuditas diſplicebat, quando nihil erat pudendum, quia nihil præceſſerat puniendum. *Et hæc de nuptiis ſecundis licitis, & honeſtis, contra hereſim Tertulliani.*

PARACLETVS MONTANVS HABITVS.

1. *De anima cap. 55. circa f.*

AGnoſce[1] differentiam ethnici, & fidelis, in morte. Si pro Deo occumbas, vt[2] Paracletus monet, non in mollibus febribus & in lectulis, ſed in martyriis; ſi crucem tuam tollas & ſequaris Dominum, vt ipſe præcepit, tota[3] paradiſi clauis tuus ſanguis eſt.

2. *Et ibid. cap. 58. circa f.*

Hoc etiam Paracletus frequentiſſimè commendauit, ſi quis[1] ſermones eius ex agnitione[2] promiſſorum chariſmatum admiſerit.

3. *Et de Reſur. cap. 11. à p.*

[1] De quibus luculenter & Paracletus per prophetidem[2] Priſcam,[3] *Carnes ſunt, & carnem oderunt.*

4. *Et ibid. cap. 63. in f.*

[1] Iam omnes retro[2] ambiguitates, & quas[3] volunt parabolas, aperta atque perſpicua totius[4] ſacramenti prædicatione[5] diſcuſſit, per nouam[6] propheriam de Paraclero inundantem; cuius ſi hauſeris fontes,[7] nullam poteris ſitire doctrinam; nullus[8] te ardor exuret quæſtionum; reſurrectionem quoque carnis[9] vſquequaque potando, refrigerabis.

5. *Et 1. cont. Marc. cap. 29. V. ſupra Nuptiæ 2. n. 6.*

6. *Et cont. Prax. cap. 1. in m.*

[1] Idem tunc[2] Epiſcopum Romanum, agnoſcentem[3] iam prophetias Montani, Priſcæ, Maximillæ, & ex ea agnitione, pacem[4] Eccleſiis Aſiæ & Phrygiæ inferentem, falſa de ipſis Prophetis, & Eccleſiis eorum adſeuerando, &[5] præceſſorum eius auctoritates defendendo, coëgit & litteras pacis reuocare iam emiſſas, & à propoſito recipiendorum[6] chariſmatum[7] conceſſare. Ita duo negotia diaboli Praxeas Romæ procurauit, prophetiam expulit, & hæreſim intulit;[8] Paracletum fugauit, & Patrem[9] crucifixit.

7. *Et ibid. circa f.*

[1] Denique cauerat priſtinum[2] doctor de emendatione ſua; & manet[3] chirographum apud pſychicos, apud quos tunc geſta res eſt,[4] exinde ſilentium. Et nos quidem poſtea agnitio Paracleti, atque defenſio, diſiunxit à pſychicis.

8. *Et cont. prax. cap. 13. à p.*

[1] Qui & tempora, &[2] cauſas ſcripturarum per Dei gratiam inſpicimus, maximè Paracleti, non hominum diſcipuli.

9. Et de Monog. cap. 2. per totum, & 3. in p.

Monogamiæ [1] diſciplinam, in hæreſim [2] exprobrant. Nec vlla magis ex cauſa [3] Paracletum negare coguntur, quàm dum exiſtimant nouæ diſciplinæ inſtitutorem, & quidem duriſſimæ illis, vt iam de hoc primum [4] conſiſtendum ſit in generali retractatu; An [5] capiat Paracletum aliquid tale docuiſſe, quod aut nouum deputari poſſit aduerſus Catholicam traditionem, aut oneroſum aduerſus leuem ſarcinam Domini? De vtroque autem ipſe Dominus [6] pronuntiauit. Dicens enim, a *Adhuc multa habeo quæ loquar ad vos, ſed nondum poteſtis portare ea: quum venerit Spiritus ſanctus, ille vos ducet in omnem veritatem*; ſatis
a Io. 16. 12. vtique prætendit ea acturum illum quæ & noua exiſtimari poſſint, vt nunquam retrò edita, & aliquantò oneroſa, vt idcirco [7] non edita. Ergo, inquis, hac argumentatione, quidvis nouum & oneroſum Paracleto adſcribi poterit, etſi ab [8] aduerſario ſpiritu fuerit. Non [9] vtique. Aduerſarius enim ſpiritus ex diuerſitate prædicationis appareret, primò regulam [10] adulterans fidei, & ita [11] ordinem adulterans diſciplinæ; quia cuius [12] gradus prior eſt, eius [13] corruptela antecedit, id eſt fidei, quæ prior eſt diſciplina. Antè quis de [14] Deo hæreticus ſit neceſsè eſt, & [15] tunc de inſtituto. Paracletus autem multa habens edocere, quæ in [16] illum diſtulit Dominus, ſecundùm præfinitionem, ipſum primò Chriſtum, [17] conteſtabitur, qualem credimus, cum toto ordine Dei Creatoris, & ipſum [18] glorificabit, & de ipſo commemorabit; & ſic de principali regula agnitus, [20] illa multa quæ ſunt diſciplinarum reuelabit, fidem [21] dicente pro eis, integritate prædicationis, licet nouis, quia nunc reuelantur; licet oneroſis, quia nec nunc ſuſtinentur; non alterius tamen Chriſti, quàm qui habere ſe dixit, & alia multa, quæ à Paracleto edocerentur; non minus iſtis [22] oneroſa, quàm illis [23] à quibus nondum tunc ſuſtinebantur. Sed an oneroſa Monoga-
Cap. III. mia, viderit adhuc [24] impudens infirmitas carnis. An autem noua, de hoc interim [25] conſtet. Illud enim amplius dicimus, etiamſi totam, & ſolidam virginitatem, ſiue continentiam Paracletus hodie [26] determinaſſet, vt nè vnis quidem nuptiis feruorem carnis deſpumare permitteret, ſic quoque [27] nihil noui inducere videretur.

10. Et de ieiun. cap. 1. in m.

[1] Hi Paracleto [2] controuerſiam faciunt; propter hoc, nouæ prophetiæ [3] recuſantur; non quod alium [4] Deum prædicent Montanus & Priſcilla, & Maximilla, nec quod Ieſum Chriſtum [5] ſoluant; nec quod aliquam fidei aut ſpei regulam euertant; ſed quod [6] planè doceant [7] ſæpius ieiunare, quàm [8] nubere.

11. Et de ieiun. cap. 12. in f. & 13. in p.

Quid ergo [1] ceſſatis Paracletum, quem in [3] Montano negatis, in [2] Apicio credere? Præ-
Cap. XIII. ſcribitis, [4] conſtituta eſſe ſolennia huic fidei, ſcripturis, vel traditione maiorum, nihilque obſeruationis amplius adiiciendum, ob illicitum innouationis. [5] State in iſto gradu, ſi poteſtis.

12. Et de pudic. cap. 21. circa m.

Hoc [1] ego magis & agnoſco, & diſpono, [2] qui ipſum Paracletum in [3] Prophetis nouis habeo dicentem; [4] *Poteſt Eccleſia donare* [5] *delictum, ſed* [6] *non faciam, nè & alia delinquant.*

13. Et ibid. in f.

Nam & Eccleſia [1] propriè, & principaliter ipſe eſt Spiritus, in [2] quo eſt Trinitas vnius diuinitatis, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. [3] Illam Eccleſiam congregat, quam Dominus in tribus poſuit. Atque ita [4] exinde etiam numerus omnis qui in hanc fidem conſpirauerint, Eccleſia ab auctore & conſecratore cenſetur. Et ideo Eccleſia quidem delicta donabit; ſed Eccleſia [6] Spiritus, per ſpiritalem [7] hominem; non Eccleſia, numerus Epiſcoporum.

14. Et de Monog. cap. 14. in m.

Regnauit [1] duritia cordis vſque ad Chriſtum, regnauerit & infirmitas carnis vſque [2] ad Paracletum. Noua lex abſtulit repudium, habuit quod auferret. Noua [3] prophetia, ſecundum matrimonium, non [4] minus repudium prioris.

15. Et ibid. circa f.

Tempus [1] eius, donec Paracletus operaretur, fuit, in quem dilata ſunt à Domino, quæ tunc
Io. 16. 12. ſuſtineri non poterant, quæ iam nemini competit portare non poſſe; quia per quem datur portare poſſe, non [2] deeſt.

16. *Et de fuga in perſec. c. 1. à p. Vide ſupra V. Ecſtaſis.*

Procuranda autem [1] examinatio penès vos, qui, ſi fortè, Paracletum non recipiendo deductorem omnis veritatis,[2] meritò adhuc etiam aliis quæſtionibus obnixi eſtis.

Paracletus Montanus habitus à Tertulliano.

1. [1] DIFFERENTIAM, *quaſi verò in hoc differant, & non fide, & infidelitate. Licet enim* idē exitus ſit hominis, & iumenti, *quòd tam brutum animal, quàm rationale morti ſubiaceant; & qui ſecundùm rectam rationem viuit, pariter cum agente vitam animalem occumbat; quia omne animal eſt mortale: longe tamen vtriuſque finis diuerſus eſt. Non enim de ſolis martyribus, ſed quibuſcumque fidelibus ſcriptum eſt,* Beati mortui qui in Domino moriuntur, &c. *id eſt in eius gratia, & non tantùm pro Domino & eius cauſa, quod martyribus congruit.* [2] VT PARACLETVS. *Spiritus ſanctus in Montano prę Apoſtolis illuminato loquitur.* [3] TOTA CLAVIS, *imò non ſola; nam etiam ex Aug.* Oratio iuſti clauis eſt cæli. *Dicente Domino.* Pulſate, & aperietur vobis. *Et rurſum:* Quærite primum regnum Dei, &c.

2. [1] SERMONES EIVS, *doctrinam & ſcripta, paracleto inſpirante à Montano dictata.* [2] EX AGNITIONE, *modo oculos habeat, & legat promiſſa à Chriſto Spiritus ſancti dona. multò ampliora Montano, & prophetiſſis eius effuſa, quàm Apoſtolis; quæ fidem faciunt doctrinæ eius, vt ab omnibus admitti, & recipi debeat.*

3. [1] DE QVIBVS, *hæreticis, carnis reſurrectionem negantibus, eamque tanta gloria indignam cenſentibus.* [2] PRISCAM, *vnam ex prophetiſſis Montani, de quibus ſupra. & in omniloquio dicemus. Cuius ore Spiritus ſanctus vſus eſt, contra eos dicens.* [3] CARNES SVNT. &c. *ſicut & cæteri homines carne conſtant, & tamen oderunt reſurrectionis gloriam; cùm ex Paulo* nemo carnem ſuam, odio habuit.

4. [1] IAM, *cùm amplior effuſa ſit gratia Spiritus in Montanum.* [2] RETRO AMBIGVITATES, *quæ primò dubia eſſe poterant, & parabolicè, ſeu figuratè dicta intelligi.* [3] QVAS VOLVNT, *ſupple hæretici, negantes reſurrectionem, vt Marcionitæ.* [4] TOTIVS SACRAMENTI, *myſteriorum fidei.* [5] DISCVSSIT, *quàſi Sol nebulas* [6] NOVAM PROPHETIAM. *Montani, abundantiorem Apoſtolicâ, vel veterum Prophetarum.* [7] NVLLAM DOCTRINAM: *quia à Chriſto dictum Montaniſtis applicat:* docebit vos omnem veritatem. [8] NVLLVS ARDOR, *ſitis & curioſitas diſcendi.* [9] VSQVEQVAQVE POTANDO, *ad ſatietatem vſque innatum deſiderium vehemens beatè & ſemper etiam ſecundùm carnem glorioſam viuendi, refrigerabis, totam reſurrectionis doctrinam à Montano diſcendo, donec torrente voluptatis inebrieris in cœlo.*

6. [1] IDEM. *Praxeas ſcilicet.* [2] TVNC EPISCOPVM, *qui tum præerat Eccleſiæ Romanæ.* [3] AGNOSCENTEM, *recipientem nouas Montani prophetias.* [4] PACEM, *reconciliationem, cùm antea eſſent extra communionem Eccleſiæ Romanæ.* [5] PRÆCESSORVM, *Pontificum qui eos excommunicauerant.* [6] RECIPIENDORVM, *approbandorum.* [7] CONCESSARE, *ſimul abſtinere, vt eas prophetias quas probauerat, poſtea reprobaret.* [8] PARACLETVM, *in Montanū & eius prophetiſſas illapſum.* [9] PATREM CRVCIFIXIT, *quia perſonas non diſtinguebat; & Patrem crucifixum dicebat; vnde & diſcipuli Praxeæ dicti ſunt Patripaſſiani.*

7. [1] CAVERAT PRISTINVM. *Praxeas ſcil. de futuro ſibi timebat, memor iam ſemel ſe fuiſſe caſtigatum.* [2] DOCTOR, *cautior factus.* [3] CHIROGRAPHVM, *teſtimonium propria eius manu ſcriptum, quo hæreſim ſuam eiurauerat.* [4] EXINDE SILENTIVM, *deinceps ſuppreſſa eſt rei geſtæ memoria.* [5] DISIVNXIT, *Montani & dogmatum eius ſuſceptio, Tertullianum à communione fidelium Eccleſiæ Romanæ ſeparauit. Siue eos ſponte deſeruerit, ſiue tanquam membrum putridum Anathematis gladio fuerit ab Eccleſia Romana præciſus.*

8. [1] QVI ET TEMPORA, *de ſe & Montaniſtis hæc loquitur, & magna gratia Dei imputat, quòd Spiritus ſancti in Montano locuti ſit diſcipulus, nec proinde ſectator hominis, ſed ipſius Paracleti. Vnde ſuperbè inſultat Catholicis Eccleſiæ Romanæ, quaſi hominum auditoribus & diſcipulis, ſeque Apoſtolo comparat dicenti de Euangelio ſuo.* Neque per hominem, neque ab homine illud didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. [2] TEMPORA ET CAVSAS SCRIPTVRARVM *Quo tempore, qua occaſione, quo fine Spiritus ſanctus per Prophetas, aut Apoſtolos ſcripturam ſacram dictauerit.* Neque enim ab homine allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati ſancti homines Dei. &c. *Verùm ipſe Tertull. factus Montaniſta, proprio ſenſu, ſicut Magiſter eius, Scripturam interpretatus eſt.*

9. 1. DISCIPLINAM, *doctrinam, & neceſſitatem monogamiæ, à Montano inductam.* [2] IN HÆRESIM, *pſychici tanquam erroneam, & hæreticam cenſurâ notant.* [3] PARACLETVM NEGARE. *Spiritum ſanctum in Montano locutum.* [4] DE HOC CONSISTENDVM. *Vt hic primò hæreamus, tractaturi de Monogamiæ lege, à Spiritu ſancto præſcripta per Montanum; & conuincamus pſychicos, ideo maximè reprobare Montanum, quòd ipſis voluptati carnis affixis, tam duram & difficilem continentiam imponat, nec tribuat viduis renubendi licentiam.* [5] AN CAPIAT, *non poſſe fieri, vt nec animo rationali, & fideli concipi, quod Spiritus ſanctus aliquid docuerit noui contra traditionem Eccleſiæ Catholicæ, cuius eſt ſponſus immutabilis & fidelis: vel quod ſit adeo graue, vt contra Domini ſententiam iugo eius ſuaui, & oneri leui repugnet.* [6] PRONVNTIAVIT, *iudiciaria ſententia difficultatem ſoluit, cum ait:* Multa habeo vobis loqui, ſed non poteſtis portare modò. *& hoc eſt quod Tertullianus ſupra dixit numero 8. ſe vt Paracleti, & non hominis diſcipulum, ex dono intelligentiæ Scripturarum, ad verum earum interpretationem, tempora & cauſas diſpicere; quando, quomodo, cur, talis, vel talis licentia data fuerit; & quomodo & quibus rigidior diſciplina, & lex difficilior, vt ad maiorem perfectionem obligans, data ſit.* [7] IDCIRCO RETRO, *ideo prius non edita, quia oneroſa fuiſſet infirmioribus humeris.* [8] AB ADVERSARIO *diabolo, ſpiritu mendacij,* qui in veritate non ſtetit: & qui dum mendacium loquitur, ex propriis loquitur. [9] NON VTIQVE. *Reſpondet Tertullianus pſychicæ obiectioni.* [10] REGVLAM. *Symbolum Apoſtolorum, quod non corrupit Montanus.* [11] ORDINEM DISCIPLINÆ, *morum compoſitorum doctrinam non euertit, ſed confirmauit, & inſuper ampliauit, ad perfectiorem caſtitatem obligans.* [12] GRADVS PRIOR, *fides, boni mores, & virtutum opera præcedit, ſine qua nulla virtus eſt, quæ*

S. Aug. *ex Auguſt.* eſt ordo amoris, *qui iuxta eundem doctorem à fine ad finem vltimum dirigitur. Vnde frequenter verba Pauli;* Omne quod non eſt ex fide peccatum, *ſic exponit, vt omnia infidelium virtutum moralium opera defectu fidei peccata ſint, ex amore proprio, aut humana laudis fine procedētia.* [13] EIVS CORRVPTELA ANTECEDIT, *id eſt prius fides, quam eius effectus & fructus, bonorum ſcilicet operum doctrina corrumpi debet. Quo poſito, Montano non poteſt obijci quòd alterauerit, ſiue corruperit diſciplinam Catholicam: quia prius fidem in Apoſtolorum Symbolo contentam corrumpere ſtuduiſſet.* [14] DE DEO HÆRETICVS. *Apoſtata à Deo, contra Dei fidem dogma hæreticum inuehens.* [15] ET TVNC. *& poſtea nihil mirum ſi contra eius inſtitutum & ordinem diſciplinæ ab ea tradita quid egiſſet.* [16] IN ILLVM DISTVLIT, *ab eo conuenientiori tempore docenda, vt Chriſtus ipſe prædixerat.* [17] CONTESTABITVR, *teſtimonium feret Spiritus ſanctus de Chriſto, & eum ipſum eſſe Dei Creatoris filium, cum toto ordine quem Creator circa incarnationis, natiuitatis, vitæ, mortis & reſurrectionis eius myſteria ſeruaturus erat; qualem omnino nos Montaniſtæ, abſque vlla diuerſitate à Catholicis Eccleſia Romana confitemur.* [18] IPSVM GLORIFICABIT, *id ipſum verba Chriſti ſonant.* Ille teſtimonium perhibebit de me, &c. ille me clarificabit. *Gloria enim, clara eſt cum laude notitia.* [19] COMMEMORABIT. Annuntiabit vobis. *In memoriam reuocabit omnia quæ fecit & docuit Chriſtus. per os ſpiritualiū hominū, quibus abundantiora chariſmata largietur, enarrabit.* [20] ET SIC AGNITVS, *Paracletus ſc. & ſpiritus veritatis, ſic ex eadē omnino regula, & ſymbolo veræ fidei, ſpiritus veritatis cognitus, illa multa quæ ad mores perfectiores, & virtutum eminentiorum praxim attinent, quā tunc Apoſt. portare non poterant, Spiritus ſanctus Montano reuelare debebat. Quaſi verò Chriſtus qui nondum glorificatus, necdum proinde ſpiritum cum omni plenitudine ſua dediſſet, ipſis non promiſiſſet:* Cùm venerit Paracletus Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem; de meo accipiet & annuntiabit vobis. *In quo licet aduertere ſpiritum erroris & vertiginis in Tert. Cùm enim prius dixiſſet:* Quaſi aliquid latuerit Petrum, &c. *Dum contra hæreticos ſcriberet; poſtea factus hæreticus, Petrum, cæteroſque Apoſt. præ Montano, ignorantes cenſuit.* [21] FINEM DICENTE, *&c. dum à Montaniſtis incorrupta fidei regula prædicatur, ipſa eius prædicatio ſincera & in nullo adulterata, fidem præſtat, patrocinatur, quaſi fideiuſſor & cautio accedit, quibus probatur præcepta diſciplinæ rigidioris, quanquam noua & oneroſa pſychicis videantur, ſicut tunc dura & importabilia putata fuiſſent ab Apoſtolis; non ab altero Chriſto, vel Deo (quos Marcion inuexit) ſed ab eodem, & per eundem ſpiritum imponi.* [22] ISTIS ONEROSA, *pſychicis.* [23] QVAM ILLIS, *Chriſti diſcipulis.* [24] IMPVDENS INFIRMITAS, *ſæpe idexprobrat fidelibus Eccleſiæ Romanæ: quaſi in defenſionem polygamiæ allegarent illud Chriſti, nihil in hanc rem faciens, ſed eorum Apoſtolorum ſomnolentiam excuſans,* ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. [25] DE HOC CONSTET. *Ex dictis ſatis conſtare debet.* [26] DETERMINASSET, *ſanxiſſet neceſſariam.* [27] NIHIL NOVI, *cùm iam in veteri lege ſapiens commendaret,* caſtam generationem cum claritate, & incorruptionem proximam Deo, *& Propheta* Eunuchis ſuis nomen melius à filiis & filiabus, *promitteret.*

10. 1. HI, *pſychici.* [2] CONTROVERSIAM. *In dubium vocant dogma noſtrum, quod à Spiritu ſancto per Montanum & duas eius propheteſſas accepimus.* [3] RECVSANTVR, *nō admittuntur ab illis. ſuſpectum eſt ipſis teſtimonium eorum.* [4] ALIVM DEVM, *vt docuit*

A *Marcion.* [5] SOLVANT, *duos Chriſtos inducendo, ſicut Marcionitæ.* [6] PLANE, *apertè.* [7] SÆPIVS IEIVNARE, *per duarum Quadrageſimarum indictionem.* [8] QVAM NVBERE, *quia ſecundas nuptias tanquam malas interdicunt.*

11. 1 CESSATIS, *à pſychici, animales, ventres pigri, pergite vos* quorum Deus venter eſt, *ſi non dicere, quod pudor aliquis & verecundia prohibuit hactenus, ſed corde credite,* quorum ſpiritus Dominus, eſt culinæ ardor, & condimenta chariſmata, *ſicut alibi debacchatur.* [2] IN APICIO, *famoſo illo ventricola, de quo Martialis:*

Dederas Apici, bis ſeſtertiū̃m ventri;
Sed adhuc ſupererat centies tibi laxum:
Hoc tu grauatus, ne famem & ſitim ferres,
B Summa venenum potione duxiſti.

[3] IN MONTANO, *homine ſobrio duas Quadrageſimas commendante* [4] PRÆSCRIBITIS, *contra noſtrum nouum inſtitutum duplicis Quadrageſimæ; illicitum eſſe, aliquid nouum in Eccleſiam introducere, contra, vel præter ius diuinum poſitiuum, vel antiquam traditionem Eccleſiæ, à quibus ſolemnia ieiunia præſcripta ſunt, obſeruanda fidelibus: Maximè cùm Petrus dicat in Actis:* Iudicauimus nihil vltra imponere vobis oneris. *Ne onus Chriſti lene, ſupergrauetur.* [5] STATE, &c. *duplicem hæc verba ſenſum patiuntur. Primò quaſi diceret; cùm fragilis ſit humana natura, proni ſenſus in malum; & vnicum vnius Quadrageſimæ vallum, vix diu poſſit arcere ab anima impetus carnis, continuò rebellantis: ſtate, ſi poteſtis vnico muro* C *protecti, ſine antemurali ſecundi ieiunij. Secundus ſenſus erit vt dicat:* State, ſi poteſtis; *in illa ſententia, quæ dicit illicitum eſſe aliquid ſupra veterem Eccleſiæ traditionem, vel ius ſcriptum, rigidioris & perfectioris diſciplinæ introducere. Ego vos hinc depellam, & multa circa mores in Eccleſia innouata probabo; licet circa regulam & articulos fidei, ſcriptum ſit:* Qui appoſuerit ad hæc, apponet Deus ſuper eum plagas contentas in libro hoc. *Aliquid intellige contrarium. Licet enim addere gloſſam, & expoſitionem locis obſcuris, ſicut fecere Patres, & Doctores, dono Spiritus, de quo Paulus:* alij interpretatio ſermonum, *quæ non humano ſenſu, vel vt ait Petrus.* Propria interpretatione non fit; ſed Spiritu ſancto inſpirati D Sancti viri, &c. *id eſt Eccleſiæ Doctores ab eo docti locuti ſunt nobis & interpretati: ſicut Chriſtus duobus diſcipulis Emmaũs,* incipiens à Moyſe interpretabatur ſcripturas.

12. 1 HOC, *dogma de non recipiendis poſt primam pœnitentiam lapſis in mœchiam.* [2] DISPONO, *probare ſc. pulchro ordine, & multiplici ratione.* [3] IN PROPHETIS NOVIS, *Montano, Priſca, Maximilla.* [4] POTEST ECCLESIA, *non nego poteſtatem clauium à Chriſto datam Eccleſiæ ad ſoluenda peccata.* [5] DONARE, *condonare, remittere.* [6] SED NON FACIAM, *non vtar, ſeu potius, abutar hac licentia.* [7] NE ALIA DELINQVANT. *peccata peccent, id eſt multiplicent ſub ſpe veniæ. Hac phraſi vtitur & Scriptura:* Peccatum E peccauit Ieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. *Thren. c. 8. Sept.* in fluctuationem facta eſt. *Pagn. ex Hebr.* in deriſionem fuit.

13. 1 ECCLESIA PROPRIE EST SPIRITVS, *quia Spiritus ſanctus, eſt ſpiritus vnus, ſpiritus vnitatis & concordiæ; in quo vt ait Dominus,* ſi duo conſenſerint ſuper terram, *exaudietur Eccleſia à Patre.* [2] IN QVO EST TRINITAS, *ſc. perſonarum, per identitatem eſſentiæ, & attributorum diuinorum. In vnaquaque enim perſona ſunt aliæ per circuminceſſionem. Vnde & D. Fulgentius noſtri Eremitani ordinis lux fulgida:* Nullus horum extra quemlibet illorum eſt. *Dicente Chriſto:* Neſcitis quia ego in Patre, & Pater in me

eſt ? *de Spiritu ſancto*: Spiritus Paracletos quem ego mittam vobis à Patre. [t] ILLAM ECCLESIAM, *noua ſecta Montani, applicat illud Chriſti* vbi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo, &c. *Vt Eccleſiam dicat à Spiritu ſancto collectam in Montano & duabus propheti ſſis eius. Puſillum nimirum gregem qui nihil timeat à pſychicis lupis.* [4] EXINDE, *qui deinceps cum tribus illis in doctrina noua conſenſerint, à Spiritu ſancto vera fidelium Eccleſia congregata reputabitur.* [5] ET IDEO ECCLESIA, *noſtra ſc. noua, abſoluet à peccatis.* [6] ECCLESIA SPIRITVS, *à Montano collecta* [7] PER SPIRITALEM, *miniſtrum nouæ prophetia.* [8] NON ECCLESIA, *pſychicorum animalium cuius Synodi & Concilia non paruo numero laicorum puſillum gregem componentium, ſed magno Epiſcoporum conflata conſtant. Quaſi diceret Tert.* vbi multitudo, ibi confuſio.

14. [t] DVRITIA CORDIS, *ob quam Moyſes conceſſit libellum repudij.* [2] AD PARACLETVM, *ſuperuenientem abundantius in Montanum.* [3] NOVA PROPHETIA, *eiuſdem.* [4] NON MINVS, *prohibendo ſecundas nuptias, ipſo facto primas etiam reiecit, non tanquam abſolute malas, ſed vt bonis virginitatis, aut caſtimonia impeditiuas. Vel referendum eſt* repudium prioris, *vt fiat ex mutuo conſenſu ſeparatio à thoro, quò mens ſine impedimento in oratione vacet Deo, cui ſoli placere intendat. Vel* repudium prioris, *id eſt primi matrimonij; quod noua prophetia ideo repudiat, quòd non ſecus ac ſecundum, vt plurimum, carnali concupiſcentia contrahatur.*

C

15. [1] TEMPVS AIVS, *licentia data carni, ad nuptias iterandas, donec ſpiritus in Montano ad opera caſtimonia maioris obligaret. Vnde & Chriſtus,* multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. [2] NON OBEST, *gratia præſentiſſimus ſpiritus.*

16. [1] EXAMINATIO, *ô pſychici, recogitate, vos qui Paracletum non recipitis, quando, quo fine, &c. Chriſtus permiſerit fugere.* - MERITO ALTIS &c. *propter incredulitatem ſpiritus in Montano clarius quàm in Apoſtolis loquentis, dubij ſemper interrogabitis, cùm nos deducat in cognitionem omnis veritatis. Hæreſim Tertull. circa Paracletum damnauit Aug. duobus in locis, primò quidem lib. de Agone Chriſtiano cap. 28.*

D

Auguſt. *vbi ait,* nec eos audiamus qui Spiritũ ſanctũ, quem Dominus promiſit diſcipulis, aut in Paolo Apoſtolo veniſſe, aut in Montano & Priſcilla, ſicut Cataphryges dicunt, aut in neſcio quo Manite vel Manichæo, ſicut Manichæi dicunt. Tam enim cæci ſunt iſti, vt ſcripturas manifeſtas non intelligant, aut tam negligentes ſalutis ſuæ, vt omnino non legant. Quis enim cùm legerit, non intelligit, vel in Euangelio quod poſt Domini reſurrectionem ſcriptum eſt, dicente Domino; Ego mittam promiſſum Patris mei in vos; Vos autem ſedete hic in ciuitate, quouſque induamini virtute ab alto ? Et in Actibus Apoſtolorum, poſteà quam Dominus abceſſit à diſcipulorum oculis in cælum, decem diebus peractis, die Pentecoſtes, non attendunt apertiſſimè veniſſe Spiritum ſanctum: & cùm eſſent illi in ciuitate, ſicut eos ante monuerat, impleuiſſe illos, ita vt loquerentur variis linguis. Nam diuerſæ nationes quæ tunc aderant, vnuſquiſque audientium ſuam linguam intelligebant. Sed iſti homines decipiunt eos qui negligentes ſunt in Catholica fide, & ipſam fidem ſuam quæ in ſcripturis manifeſta eſt, nolunt diſcere, & quod eſt grauius & multum dolendum, cùm in Catholica fide negligenter verſentur, hæreticis diligenter accommodant. *Et lib. de hæreſ. hær.* 26. Cataphryges ſunt

Aug. quorum authores fuerunt Montanus tanquam Paracletus, & duæ prophetiſſæ ipſius, Priſca & Maximilla. His nomen Prouincia Phrygia dedit, quia ibi extiterunt, ibique vixerunt: & etiam nunc in eiſdem partibus populos habent. Aduentum Spiritus ſancti à Domino promiſſum, in ſe potius quàm in Apoſtolis eius fuiſſe aſſerunt redditum. Secundas nuptias pro fornicationibus habent: & ideo dicunt eas permiſiſſe Apoſtolum Paulum, quia ex parte ſciebat, & ex parte prophetabat: nondum enim venerat quod perfectum eſt. Hoc autem perfectum in Montanum, & in eius prophetiſſas veniſſe delirant. *Vide ſupra. Verbo. Ecſtaſis. Mira Tertulliani inſania, Paracleti nomen, hoc eſt conſolatoris, Eccleſiæ deſolatori Montano tribuentis; cùm ſolis perſonis Trinitatis id verè & propriè congruat. De*

B

Patre enim Apoſtolus: Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos, in omni tribulatione noſtra. *De filio Auguſtin.* S. Aug. *tract. 74. in Io.* Quod ait, rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis: oſtendit, & ſeipſum eſſe Paracletum. Paracletus enim latinè dicitur aduocatus, & dictum eſt de Chriſto, 1. Io. 2. aduocatum habemus ad Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum. *De Spiritu ſancto item tract. 94. in Io.* Conſolator S. Auguſt. ille vel aduocatus, vtrumque enim interpretatur, quod eſt Græcè Paracletus, Chriſto aſcendente fuerat neceſſarius, & ideo de illo non dixerat ab initio, quando cum illis erat, quia eius præſentia conſolabantur, &c. Videbat vtique quid illa ſua

C

verba in eorum cordibus agerent: ſpiritalem quippe nondum interius habentes conſolationem, quam per Spiritum ſanctum fuerant habituri, id quod exterius in Chriſto videbant, amittere metuebant, & quia ſe amiſſuros eſſe illum vera denuntiantem, dubitare non poterant, contriſtabatur humanus affectus, quia carnalis deſolabatur aſpectus. Nouerat autem ille quid eis potius expediret, quia viſus interior, ipſe eſt vtique melior, quo eos conſolaturos fuerat Spiritus ſanctus, non cernentium corporibus ingeſturus corpus humanum, ſed ſeipſum credentium pectoribus infuſurus, &c. Chriſto autem diſcedente corporaliter, non ſolùm Spiritus ſanctus, ſed & Pater & Filius illis affuit

D

ſpiritaliter. Nam ſi ab eis ſic abſceſſit Chriſtus, vt pro illo, non cum illo, in eis eſſet Spiritus ſanctus, vbi eſt eius promiſſio dicentis, ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi: & veniemus ad eum ego & Pater, & manſionem apud eum faciemus ? cùm & Spiritum ſanctum ita promiſerit ſe eſſe miſſurum, vt cum eis eſſet in æternum: ac per hoc, cùm ex carnalibus, vel animalibus, eſſent ſpiritales futuri; profectò & Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum capacius fuerant habituri, &c. Vbi enim eorum quilibet vnus, ibi Trinitas Deus vnus. *Valde quidem inſaniit Tertull. Montanum & duas prophetiſſas eius, Apoſtolis præferendo, & tres inſanos, Trinitati ſapientiſſima comparando; qua Apoſtoli, omni veritate & conſolatione ſpiritali, in ſuperabundanti Spiritus ſancti gratia impleudi erant.*

Idem Auguſt. ſer. 194. de temp. Hoc, inquit, quod S. Aug. dicitur, expedit vobis, &c. Si autem abiero, mittam eum ad vos: non minorem, quod abſit, indicat Spiritum ſanctum, ſed ſimpliciter, abſque adulatione, vnitatem atque concordiam indicat voluntatis. Attendite autem quod dixit, expedit vobis, vt ego vadam: nam ſi non abiero, Paracletus non veniet ad vos. Quomodo expedit diſcipulis, vt ab illis Chriſtus aſcendat ad Patrem, ſi minor eſt ille qui pro Chriſto ad diſcipulos eſt mittendus ? Sed expedit diſcipulis, vt ab eis Chriſtus aſcendat, quia

æqualis eſt Patri & Filio, Spiritus ſanctus, qui ad diſcipulos venturus eſſe promittitur. Quòd autem Paracletus dicitur Spiritus ſanctus, proprietas operationis eius exprimitur. Paracletus enim Græcè, Latinè dicitur conſolator. Et benè ipſe pro Chriſto ad diſcipulos mittitur, vt eos conſoletur, inter omnes tribulationes quas ipſi erant confeſſione paſſuri.

Quantum ad locum quem in hac ſua hæreſi ſæpius inculcat Tertull. ex Io. 16. ta. Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo: (*Syr. capere nunc*) cùm autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: (*Syr. deducet vos in omnem veritatem*) non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcumque audiet loquetur, & quæ
S. Aug. ventura ſunt, annunciabit vobis: *Auguſt. fusè proſequitur tract. 96. 97. & 98. in Io. 16. vbi inter cætera tract. 96.* Prius, inquit, quærendum illud occurrit, quomodo ſuperius dixerit, omnia quæ audiui à Patre meo nota feci vobis Io. 15. 15. Et hic dicat, adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Verùm illud quomodo dixerit, quod nondum fecerat, tanquam fecerit, ſicut ea quæ futura ſunt, Deum feciſſe Propheta teſtatur dicens, qui fecit quæ futura ſunt, iam cùm ipſa verba tractaremus vt potuimus expoſuimus. *Dixerat autem tract. 86. in Io. 15.* Quo pacto, inquit, intel-
S. Aug. lectori ſumus omnia eum nota feciſſe diſcipulis, quæcumque audiuit à Patre, cùm propterea quænam multa, non dicat, quia ſcit eos modo portare non poſſe? Sed nimirum quod facturus eſt, feciſſe ſe dicit, quia ea quæ futura ſunt fecit. Sicut enim dicit per Prophetam, foderunt manus meas, & pedes meos: nec ait, foſſuri ſunt: velut præterita dicens, & ea tamen futura prædicens: ita & hoc loco ait: omnia ſe nota feciſſe diſcipulis, quæ ſe nouit nota eſſe facturum in illa plenitudine ſcientiæ de qua dicit Apoſtolus, 1. Cor. 13. Cùm autem venerit quod perfectum eſt, quod ex parte eſt euacuabitur, &c. Itaque ſicut immortalitatem carnis, & ſalutem animarum futuram expectamus, quamuis iam pignore accepto ſalui facti eſſe dicamur: ita omnium notitiam, quæcumque vnigenitus audiuit à Patre, futuram ſperare debemus, quamuis hoc iam ſe feciſſe dixerit Chriſtus.

Atque vt retundam inſolentiam Tertulliani ſuum
S. Aug. *Montanum ſuper Apoſtolos extollentis, Auguſt. verbis tract. 96. in Io. 15.* Quis, inquit, noſtrum audeat eorum ſe dicere iam capacem, quæ illi capere non valebant? &c. Quænam ſint iſta quæ ipſe non dixit, temerarium eſt velle præſumere, & dicere. Nam & mori pro Chriſto nondum erant idonei tunc Apoſtoli, quibus dicebat Io. 14. non poteſtis me ſequi modo. Vnde primos eorum Petrus, qui hoc iam ſe poſſe præſumpſerat, aliud expertus eſt, quàm putabat: & tamen poſtea & viri & mulieres, pueri & puellæ, iuuenes & virgines, ſenes cum iunioribus, innumerabiles martyrio coronati ſunt; & paucæ inuentæ ſunt oues, quod tunc quando iſta Dominos loquebatur, nondum poterant portare Paſtores, &c. Cùm autem venerit ille ſpiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Sic vtique demonſtrans illos ideo quæ habebat dicere portare non poſſe, quia nondum ad eos venerat Spiritus ſanctus, &c. *Subijcit Iudæos ferre non poſſe*, quòd filius Dei ſit, qui eo modo quo ipſi celebrant Sabbatum ſoluit: ſicut Sabellianí, quia Trinitas eſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus: ſicut Arriani, quia æqualis eſt Patri Filius, & Patri ac Filio Spiritus ſanctus: ſicut Photiniani, quia non homo tantùm ſimilis nobis, ſed etiam Deus Deo Patri æqualis eſt Chriſtus: ſicut Manichæi, quia Chriſtus Ieſus,
A per quem liberati ſumus, naſci in carne, & de carne dignatus eſt: & cæteri omnes peruerſarum, ac diuerſarum ſectarum homines, vtique ferre non poſſunt, quicquid in Scripturis ſanctis & in fide Catholica reperitur, quod contra eorum proferatur errores, ſicut nos ferre non poſſumus eorum vanitates & inſanias mendaces. Quid eſt enim ferre non poſſe, niſi æquo animo non habere? Sed omnia quæ poſt aſcenſionem Domini canonica veritate atque authoritate conſcripta ſunt, quis fidelis, vel etiam Catechumenus, antequam Spiritum baptizatus accipiat, non æquo animo legit, atque audit, etiamſi nondum ſicut oportet intelligit? Quomodo ergo aliquid eorum quæ poſt aſcenſionem
B Domini ſcripta ſunt, non poſſent ferre diſcipuli, etiam nondum ſibi miſſo Spiritu ſancto, cùm omnia nunc ferant Catechumeni nondum accepto Spiritu ſancto? quia etſi non eis fidelium Sacramenta produntur, non ideo fit, quia ea ferre non poſſunt, ſed vt ab eis tantò ardentius concupiſcantur, quantò eis honorabilius occultantur, &c. Sed ſi ille Magiſter interior, qui cùm adhuc diſcipulis exterius loqueretur, ait, adhuc multa habeo, &c. Vellet nobis id quod de incorporea Dei natura dixi, intrinſecus ita dicere ſicut ſanctis Angelis dicit, qui ſemper vident faciem Patris, nondum ea portare poſſemus. Proinde quod ait, docebit vos omnem veritatem, vel deducet vos in omni veritate,
C non arbitror in hac vita, in cuiuſquam mente poſſe compleri. Quis enim viuens in hoc corpore quod corrumpitur, & aggrauat animam, poſſit omnem cognoſcere veritatem, cùm dicat Apoſtolus. 1. Cor. 13. ex parte ſcimus? Sed quia per Spiritum fit, vnde nunc pignus accepimus, vt ad ipſam quoque plenitudinem veniamus, de qua idem dicit Apoſtolus, tunc autem facie ad faciem. Et nunc ſcio ex parte, tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum: non quod in hac tantum vita, ſed totum quod vſque ad illam perfectionem futurum eſt, nobis Dominus promiſit per charitatem Spiritus, dicens: docebit vos omnem veritatem. *Et tract. 97.* Adhuc multa habeo. &c. ipſe, inquit, Spiritus ſanctus & Aug.
D nunc docet fideles quanta quiſque poteſt capere, & ſpiritalia eorum pectora deſiderio maiore ſuccendit, ſi quiſque in ea charitate proficiat, qua & diligat cognita, & cognoſcenda deſideret, itaut ea quoque ipſa quæ nunc quomodocumque cognoſcit, nondum ſe ſcire ſciat, ſicut ſcienda ſunt in ea vita quam nec oculos vidit, &c. quo ſciendi modo, ſi nunc ea vellet interior Magiſter dicere, id eſt noſtræ menti aperire atque monſtrare, humana infirmitas portare non poſſet, &c. Non vt in his Domini verbis neſcio quæ ſecreta nimis abdita ſuſpicemur, quæ cùm à docente poſſint portari, à diſcente non poſſint: ſed ea ipſa, quæ doctrina religionis, in quorumlibet hominum notitia legimus &
E ſcribimus, audimus & dicimus, ſi vellet eo modo nobis Chriſtus dicere, ſicut ea dicit Angelis ſanctis, in ſeipſo vnigenito Verbo Patri coæterno, quinam portare homines poſſent, etiam ſi iam eſſent ſpiritales, quales adhuc Apoſtoli non fuerunt, quando iſta eis Dominus dixit, quâleſque poſtea veniente ſancto Spiritu facti ſunt? Nam vtique quicquid de creatura ſciri poteſt, minus eſt ipſo Creatore, qui ſummus, & verus, & immutabilis eſt Deus. *Faceſſat ergo Tertullianus cum Montano ſuo Paracleto, homine ſpiritali, & ſomniculoſis propheteſſis ſuis, Apoſtoli* primitias Spiritus habentes *poſt eius aduentum omnem veritatem edocti, portauerunt quicquid humana capacitas in hac vita ferre poteſt, & ipſe Paulus in raptu portauit &* audiuit arcana verba quæ non licet homini loqui.

PSYCHICI, SIVE ANIMALES, CATHOLICI nominati, quoties leguntur toto libro, de ieiuniis aduerſus Pſychicos, inſcripto, iam corruptum Tertullianum notant, vt & vbicumque eos ſic nominat.

1. 4. *Cont. Marc. cap. 22. à p.*

DE quo inter nos, & Pſychicos, quæſtio eſt.

2. *De ieiun. cap. 1. in p.*

[1]Mirarer Pſychicos, ſi ſola luxuriâ tenderentur, [2]qua ſæpius nubunt; & non etiam ingluuie[3] lacerarentur,[4]qua ieiunia oderunt.

3. *Et de ieiun. cap. 11. in p.*

[1]Omnia autem iſta credo ignota eis, qui [2]ad noſtra turbantur, aut ſola forſitan lectione, non etiam intentione comperta, ſecundùm maiorem [3]vim imperitiorum, apud gloriosiſſimam[4] ſcilicet multitudinem Pſychicorum. *Et ibidem* : Spiritus[5] diaboli eſt, dicis, ô Pſychice.

4. *Cont. Prax. c. 1. Vide ſup. V. Paracletus, n. 7.*

5. *Et de Monog. cap. 1. in p.*

[1]Hæretici nuptias auferunt, [2]Pſychici ingerunt, &c. neque licentia[3] defendenda, quia Pſychica.

6. *Et ibid. in m.*

Penes nos autem, quos ſpiritales merito dici facit [1] agnitio ſpiritalium chariſmatum, continentia tam [2] religioſa eſt, quàm licentia [3] verecunda.

7. *Et ibid. à m.*

Sed Pſychicis non recipientibus ſpiritum, ea quæ ſunt ſpiritus non [1] placent. Ita, dum quæ [2] ſunt ſpiritus non placent, ea quæ ſunt carnis placebunt, vt contraria ſpititui.

8. *Et de Monog. cap. 11. à p.*

[1]Quo autem ſenſu Apoſtolus ſcripſerit, ita relucebit, ſi prius conſtet, non hoc illum ſenſu ſcripſiſſe, quo Pſychici vtuntur.

9. *Et ibid. à p.*

[1]Hæc ſi diuerſa [2] ſunt ei capitulo, de quo [3]agitur, conſtabit, [4] vt diximus, non hoc illum ſenſu ſcripſiſſe, quo Pſychici vtuntur.

10. *Et ibidem circa f.*

Licet nec hoc Pſychici curent.

11. *Et de Monogam. capite 16. à p.*

[1] Spititum à Deo non habet, iam nec [2] Pſychicus, quia non de afflatu Dei Pſychicus.

12. *Et de pudic. cap. 1. circa m.*

Erit igitur hic aduerſus Pſychicos titulus.

13. *Et ibid. cap. 6. in m.*

[1] Habuerint priſtina tempora omnis impudicitiæ, ſi [2] volunt Pſychici, etiam [3] poteſtatem.

14. *Et de pud. cap. 10. in m.*

Hoc volunt Pſychici, vt Deus [1] iuſtus iudex, eius [2] peccatoris pœnitentiam [3] malit, quàm mortem.

15. Et de pudic. cap. 16. in f.

Sed eſt hoc [1] ſolenne peruerſis, & idiotis, & hæreticis, iam & pſychicis vniuerſis; [2] alicuius capituli ancipitis occaſione, aduerſus exercitum ſententiarum inſtrumenti totius armari.

16. Et de pud. c. 21. circa f.

Quid [1] nunc & ad Eccleſiam, & quidem tuam, pſychice?

Pſychici, ſiue animales, à Tertulliano reputati, & dicti Catholici, reſpectu Montaniſtarum ſpiritalium. Schol.

A 2. [1] MIRARER PSYCHICOS, *quia vt alibi dixit:* Monſtrum videretur libido ſine gula. 2 TENDERENTVR, *diſſoluerentur, extendendo licentiam renubendi plurie; vel, gloriarentur, inflarentur, inſultarent nobis Montaniſtis non renubentibus.* 3 INGLVVIE, *gula.* [4] LACERARENTVR, plures enim occidit gula, quam gladius. *Vel exulcerarentur contra ſobriam æquè ac pudicam Montani doctrinam: quæ ad faciliorem continentiam, duplicem præcipue quadrageſimam.*

3. 1. OMNIA ISTA, *ſobrietatis, abſtinentia, ieiuny ſeruandi teſtimonia quæ præ oculis, apud Scripturam nobis ipſiſque communia habent inſtrumenta non aduertunt.* [2] QVI AD NOSTRA, *prophetica Montani oracula, quaſi noua, exaudita, & gula quam colunt Pſychici, aduerſa turbantur; non attendentes finem glorioſum quo Montaniſta integram Deo gulam immolant abſtinentiâ cibi & potus, & per duplicata ieiunia carnem coërcentes, ſubtractis alimentis liberius orationi vacant, faciliuſque à ſecundis nuptiis ſe abſtinent.* B 3 MAIOREM VIM, *multitudinem ignorantium apud Pſychicos.* [4] GLORIOSISSIMAM, *ironicè; quia pauci Montaniſtæ inſultãt multitudini fidelium.* [5] SPIRITVS DIABOLI, *non Chriſti, Montano hæc dogmata ſuggeſſit.*

5. 1 HÆRETICI. *Marcionitæ nuptias tanquam omnino malas prohibent.* 2 PSYCHICI INGERVNT, *Catholici iterant & multiplicant.* [3] DEFANORNOA, *tuenda non eſt licentia renubendi; quia carnem, & brutum animal ſapit.*

6. 1 AGNITIO, *approbatio prophetiarum Montani.* [2] RELIGIOSA, *quò, propter Deum & cultum eius, animique in oratione libertatem, ſecundis nuptiis renunciamus.* 3 VERECVNDA, *vt vel ſemel nupſiſſe pudeat, vel permiſſione accepta nubendi ſemel, parcè vtimur, qua abutuntur pſychici, ad multiplicandas ſine pudore nuptias.*

C 7. 1 NON PLACENT, *Abutitur hic Paulo, contra nos dicente:* Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. *Et rurſum:* hæc enim ſibi aduerſantur, &c. *ſed non aduertit, quod quando Paulus innebitur & ait.* Non potui loqui vobis tanquam ſpiritalibus, ſed tanquam carnalibus. *Et quando exprobrat diuiſionem eſſe & ſchiſmata inter fideles propter zelum Magiſtrorum ſuorum; inſinuauit, ſpiritales velut aues in ſacrificio Abrahæ, iuxta Auguſtini interpretationem, nuſquam eſſe contentionibus diuiſos, cum alij ſicut tria animalia terreſtria diuidantur,* D *vel pro capra luxuria, vel pro vacca lucri, vel pro ariete ſuperbia. Aries quippe inter ea quæ ſuperbè gradiuntur, à Salomone recenſetur.* [2] QVÆ SVNT SPIRITVS, *intelligit ſpiritalia chariſmata Montani.*

8. 1 QVO SENSV, *Paulus nubendi, aut renubendi licentiam dederit, clarius elucebit, cum primò probauerimus pſychicos alio longe ab Apoſtolo ſenſu ſolitos verba eius interpretari ad ſua fomenta libidinis.*

9. 1 HÆC, *quæ ex Paulo in ſuam cauſam proferunt pſychici.* 2 DIVERSA, *contraria.* 3 DE QVO AGITVR, *licitane ſint ſecundæ nuptiæ.* [4] CONSTABIT, *ſupra dixit,* elucebit &c.

11. 1 SPIRITVM, *Animam ipſam puto rationalem, animales iſtos à Deo non accepiſſe, nec ex Dei afflatu eorum animas proceſſiſſe.* [2] IAM NEC PSYCHICVS, *id eſt nec meretur vocari animalis homo: quoniam ex Dei afflatu,* factus eſt homo in animam viuentem. *Vitâ ſcilicet rationali, homini propriâ. Pſychici autem non viuunt vita rationali, ſed prorſus animali, ſenſuali, carnali; multò minus ſpiritali, & ſecundùm imaginem Dei. Et cum inferiores ſint in vſu cibi & veneris, beſtiis; rectè ſenſu contra huiuſmodi Epicuream animam dictum eſt in Cant.* Egredere & abi poſt veſtigia gregum tuorum, & paſce hœdos tuos iuxta tabernacula Paſtorum; *qui ſcilicet paſcunt ſemetipſos, & ſenſus ſuos. Cùm ergo, iuxta Bernardum, homo viuit vt iumentum, & fit ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus:* Ecce, inquit, quomodo de grege facta eſt egregia creatura: *(id eſt ex animalium grege diſtincta, & eleuata per rationis vſum)* an non tibi videtur ipſis quodammodo beſtiis beſtialior eſſe homo ratione vigens, & ratione non viuens? dicerent puto iumenta ſi loqui poſſent: Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, &c. melius erat, ſi non natus fuiſſet homo ille, ſed iumentum; quod quia iudicium non haberet, ad iudicium non veniret, nec per hoc ad ſupplicium.

13. 1 PRISTINA TEMPORA, *quæ aduentum Montani præceſſerunt.* [2] POTESTATEM, *licentiam tradendi ſe omni impudicitia.* 3 SI VOLVNT PSYCHICI, *ex abundanti in Catholicos odio ſcripſit hæc.*

14. 1 EIVS PECCATORIS, *in Mœchiam lapſi poſt primam pœnitentiam.* [2] POENITENTIAM MALIT, *& hoc veriſſimum eſt, quidquid oblatret hic Tertull. de omni peccatore, exceptis ijs qui finaliter peccant, de quibus Paulus:* qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ. 3 IVSTVS IVDEX. *Vel ironicè dicit, quaſi indulgens infirmitati carnis; cui cum iuſtus ſit, facilius parcit quàm peccatis malitia. Vel non attendit, quod non tantum iuſtus Iudex, ſed & miſericors ſit Pater: & quod iuſte & abſque tantula iniuſtitia nota, remittere poſſit quantalibet grauia debita & delicta.*

15. 1 SOLEMNE, *familiare, commune, frequens.* [2] ALICVIVS CAPITVLI ANCIPITIS, *ſi in aliquo capite vel ſententia Scripturæ plures ſenſus & expoſitiones diuerſas patiente, aduertant aliquid ſua gula aut luxuria aliquomodo fauere; ſolent ſtatim ex eo occaſionem arripere & pertinaciter inſurgere contra multitudinem locorum & textuum veteris & noui teſtamenti aduerſantium praua ſua propenſioni.*

16. 1 QVID NVNC, &c. *carpit & hic Sacerdotes Eccleſiæ Romanæ. Prius enim dixerat, Petro quidem iuſſum, vt contra ſe relabentem fratrem vſque 77. ad pœnitentiam reciperet, eique debita donaret: de peccatis autem contra Deum admiſſis, nihil tale præceptum*

vel

vel indultum à Chriſto fuiſſe. Inde ſic concludit: quid nunc ad Eccleſiam, & quidem tuam pſychice? *Quid ergo perperam hæc verba Chriſti ad Petrum, applicas poteſtati Eccleſiæ tuæ Romanæ tradita, ad delicta etiam in Deum commiſſa remittenda detorques? Sicut Eccleſiæ id datum eſſet, Montani certi paracleti fore conceſſum:* quia ſpiritalis diſcernit & diiudicat omnia. *Vos autem animales, ſpiritum non habentes, animalem conflatis Eccleſiam. Et tamen, ô Tertulliane, immemor es dicti Apoſt. Galat. 6.1.* Fratres & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in Spiritu lenitatis. (*tranſl. Syr. erigite eum ſpiritu manſueto.*) Conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. *Amneſtia laboras, nec recolis, inſufflato ſpiritu, Chriſtum dixiſſe Apoſtolis:* Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, &c. *Nec diſtinxiſſe, an contra Deum, an contra proximum eſſent commiſſa. Nec aduertis lædi non poſſe proximum ſine graui primum offenſa Dei prohibentis, cuius in hoc mandatum prætergreditur.*

Mirum, quòd cum Tertull. exploſerit Valentinianos, quòd ab Eccleſia ſeparati, facta diſtinctione ſeminis animalis & ſpiritalis, ſibi vindicarent ſpiritalem, cæteris relinquentes animalem; Ipſe qui Catholicos animales dixit, Montaniſtas pariter ſolos voluerit eſſe ſpiritales. In quo errore, ſe etiam parem fecit Sethianis;

Aug. *de quibus Auguſt. lib. de hæreſ. hæreſi* 19. Sethiani, inquit, nomen acceperunt à filio Adæ, qui vocatus eſt Seth. Eum quippe honorant; ſed fabuloſa & hæretica vanitate, dicunt enim eum de ſuperna matre natum, quam perhibent conueniſſe cum ſuperno Patre: Vnde diuinum ſemen aliud naſceretur, tanquam filiorum Dei. *Si cum Montaniſtis Dei Filium facit, viuentem ſecundum imaginem eius qui creauit illum, hoc eſt ſecundum ſpiritum, quem inſufflauit; ſibi blanditur Tertull. & quoniam. Io. 4.* Deus ſpiritus eſt, & eos qui adorant, oportet in ſpiritu adorare, *ſe inter ſpiritales collocat. Sed eo ipſo quod ſeipſum à Catholicis, tanquam animalibus ſegregat, cum ſuo Paracleto & ſpiritu Montano, factus eſt hæreticus animalis. Sic enim tales ſeipſos ſeparantes impio ſchiſmate, vel hæreſi, vocauit Apoſtol. Iudas Thadæus in Ep. ſua verſu* 19. Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes. *De*

Aug. *quo loco Auguſt. tom. 1. lib. 2. Retract. cap. 27. vbi agit de ſcriptis contra Donatiſtas.* Illud quod commemoraui Iudæ Apoſtoli teſtimonio, vbi ait, Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, &c. Adiunxi etiam dicens, de quibus Apoſtolus Paulus dicit, 1. Cor. 2. Animalis autem homo. non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei: Non ſunt iſti, illis æquandi, quos omnino ab Eccleſia ſchiſma præcidit. Iſtos quippe quidem Apoſtolus Paulus, 1 Cor. 3. paruulos dicit eſſe in Chriſto, quos nondum eſcam valentes capere, lacte nutrit tamen. Illi autem non in filiis paruulis, ſed in mortuis & perditis computandi ſunt: Et ſi quis eorum correctus, Eccleſiæ fuerit copulatus, rectè de illo dici poteſt Luc. 15. mortuus erat, & reuixit. *Et ſer. 11. de verbis Dom. vbi de blaſphemia in*

Aug *Spiritum ſanctum agit, in quem blaſphemant, vt infra videbimus, qui negant Eccleſiam habere poteſtatem quæcumque peccata dimittendi. hic autem contra recedentes ab vnitate Eccleſiæ ſic fatur:* Quemadmodum tunc ille apparebat accepiſſe Spiritum ſanctum qui loquebatur linguis omnium Gentium: ita ſe nunc ille agnoſcat accepiſſe Spiritum ſanctum, qui tenetur vinculo pacis Eccleſiæ, quæ diffunditur in omnibus gentibus. Vnde dicit Apoſtolus Epheſ. 4. Studentes ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, &c. vnde dicit Roman. 8. quiſquis

A autem ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Ad quem ergo in Trinitate (*nota ſupra Tertullianum poſuiſſe Eccleſiam in tribus, & propriè in Spiritu*) propriè pertineret huius communio ſocietatis (*id eſt Eccleſiæ pacificæ & concordis*) niſi ad eum Spiritum qui eſt Patri filioque communis? Hunc ſpiritum quòd illi non habeant qui ſuut ab Eccleſia ſegregati, Iudas Apoſtolus apertiſſimè declarauit dicens; qui ſeipſos ſegregant, animales, ſpiritum non habentes, vnde in ipſa Eccleſia etiam illos qui per nomina hominum quamuis in vnitate eius conſtitutorum, quædam ſchiſmata moliebantur, Paulus Apoſtolus arguens inter cætera ait, 1. Cor. 2. Animalis autem homo non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei: ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt in-

B telligere, &c. Atque idipſum planius aperiens, 1. Cor. 3. Cùm enim quis dicat, ego inquit ſum Pauli, alius autem Apollo, nonne homines eſtis, &c. hi ergo, id eſt Paulus, & Apollo, concordes erant in vnitate ſpiritus & vinculo pacis, & tamen quia eos iſti inter ſe diuidere, & pro altero inflati aduerſus alterum cœperant, dicuntur & homines carnales & animales, non valentes percipere quæ ſunt ſpiritus Dei, & tamen quia non ſunt ab Eccleſia ſegregati, paruuli appellantur in Chriſto, quos vtique vel Angelos, vel Deos eſſe cupiebat, quos arguebat quia homines erant, id eſt in his contentionibus, non quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum ſunt ſapiebant. De illis vero qui ſunt ab Eccleſia ſegregati, non dictum eſt, ea quæ ſunt ſpiritus non per-

C cipientes, ne ad ſcientiæ perceptionem referrentur; ſed dictum eſt: ſpiritum non habentes.

Quòd ſi carnales & animales vere dicti ſunt qui pro coniunctiſſimis in Eccleſia Apoſtolis inter ſe diuiſi erãt: quàm animalis & ſpiritum prorſus non habens Tertullianus, qui pro Montano hæreſiarcha, & ſchiſmate ab Eccleſia diuiſo, ſeipſum præcidit ab vnitate Eccleſiæ? Iam quis ſit animalis homo dicendus, docuit Aug. tom. 4. lib. 83. qq. quæſt. 67. vbi tract. verba Pauli: S. Aug. Omnis creatura congemiſcit & dolet vſque adhuc. (*Vulgata: Ingemiſcit & parturit*) Omnis, inquit, creatura in homine numeratur: non quòd in eo ſint omnes Angeli, & ſupereminentes virtutes, ac poteſtates; aut cœlum, aut terra, & mare, & omnia quæ in eis ſunt: ſed quia omnis creatura partim

D ſpiritalis eſt, (*ſicut Angeli*) partim animalis (*ſicut animalia*) partim corporalis. (*Sicut elementa & mixta.*) Quod vt ab inferioribus conſideremus, corporalis creatura per loca tenditur, animalis autem viuificat corporalem, ſpiritalis animalem regit, & tunc benè regit, cùm ipſa ſe regendam ſubjicit Deo. Cùm autem tranſgreditur præcepta eius, laboribus & ærumnis per eadem ipſa quæ regere poterat, implicatur. Qui ergo viuit ex corpore, carnalis homo, vel animalis vocatur: Carnalis, quia carnalia ſectatur, animalis autem, quia fertur diſſolutâ laſciuiâ animæ ſuæ (*intelligit ſenſitiuã, ſiue appetitũ inferiorem.*) Quam non regit ſpiritus, neq;

E coërcet intra metas naturalis ordinis; quia & ipſe non ſe ſubdit regendum Deo. Qui autem ſpiritu animam regit, & per animam corpus, quod facere non poteſt, niſi Deum habeat ipſe rectorem, quoniam ſicut caput mulieris vir, ita caput viri Chriſtus eſt; vocatur ſpiritalis. Quæ vita cum aliqua moleſtia nunc agitur, poſt autem nullam patietur. Et quoniam ſummi Angeli ſpiritaliter viuunt, infimi autem animaliter. *De quo lib. 1. retract. cap. 26.* Quod dixi, inquit, ſpiritaliter ſummos Angelos viuere, infimos verò animaliter audacius dictum eſt de infimis, quàm vt poſſit vel ſcripturis ſanctis, vel ipſis rebus oſtendi: quia & ſi forſitan poteſt, diffi-

Aug. cillimè poteſt. *Sic excuſo Auguſt. per inſimos ſcil. ob amiſſam gratiam, intelligendo dæmones, quos alibi, vt ſupra notaui, dixit animalia aërea)* beſtiæ verò & omnia pecora carnaliter; corpus autem non viuit *(ex ſe ſcilicet, ſed ab anima)* ſed viuificatur: omnis creatura in homine eſt, quia & intelligit ſpiritu, & ſentit anima, & localiter corpore mouetur.

Supereſt vt dicamus quomodo ſpiritalis dijudicet S. Aug. *omnia; quod ſic reſoluit Auguſt. lib. 13. confeſſ. cap. 23.* Quod, inquit, iudicat omnia quæ vtique iudicanda ſunt, ipſe autem à nemine iudicatur, *1.* Cor. 2. *15.* hoc eſt quod habet poteſtatem piſcium maris, & volatilium cœli, & omnium pecorum & ferarum, & omnis terræ, & omnium repentium quæ repunt ſuper terram. Hoc enim agit per mentis in- B tellectum, per quem percipit quæ ſunt ſpiritus Dei. Alioqui homo in honore poſitus non intellexit, comparatus eſt iumentis inſenſatis & ſimilis factus eſt illis. Pſal. 48. Ergo in Eccleſia tua, Deus noſter, *(non in Eccleſia Montani)* ſecundùm gratiam tuam quam dediſti ei, quoniam tuum ſumus figmentum, creati in operibus bonis: Epheſ. 2. non ſolùm qui ſpiritaliter præſunt *(quaſi viri)* ſed etiam hi qui ſpiritaliter ſubduntur, *(ſicut fœmina)* eis qui præſunt. Maſculum enim & fœminam feciſti hominem, hoc modo in gratia tua ſpiritali, vbi ſecundùm ſexum corporis, *(qui non attenditur in fœcunditate bonorum operum, ex Dei gratia productorum.)* Non eſt maſculus, & fœmina, quia neque Iudæus C neque Græcus, neque ſeruus, neque liber. Galat. 3. Spirituales ergo, ſiue qui præſunt, ſiue qui obtemperant, ſpiritaliter iudicant: non de cognitionibus ſpiritalibus, quæ lucent in firmamento cœli, *(id eſt de Deo & Angelis)* non enim oportet de tam ſublimi authoritate iudicare; neque de ipſo libro tuo, etiam ſi quid ibi non lucet, quoniam ſubmittimus ei noſtrum intellectum, certumque habemus, quod clauſum eſt aſpectibus noſtris, rectè veraciterque dictum eſſe. Sic enim homo, licet iam ſpiritalis, & renouatus in agnitionem Dei, ſecundùm imaginem eius qui creauit eum, factor tamen legis debet eſſe, non iudex. Iac. 4. Neque de illa diſtinctione iudicat, ſpiritalium videlicet, atque carnalium ho- D minum, qui tuis Deus noſter oculis noti ſunt, & nullis adhuc nobis apparuerunt operibus, vt ex fructibus eorum cognoſcamus eos: Sed tu Domine, iam ſcis eos, & diuiſiſti, & vocaſti in occulto antequam fieret firmamentum. *Quando dixit fiat lux, id eſt filij lucis; & diuiſit lucem à tenebris. Deinde proſequitur:* Neque, inquit, de turbidis huius ſæculi populis, ſpiritalis homo diiudicat; quid enim de his quæ foris ſunt iudicare? ignoranti quis inde venturus ſit in dulcedinem gratiæ tuæ; *(ex abyſſo, & mari peccati, quo malum & amarum eſt, dereliquiſſe Dominum)* & quis in perpetua impietatis amaritudine remanſurus. Ideoque homo quem feciſti ad imaginem tuam, non accepit poteſtatem E luminarium cœli, neque ipſius occulti cœli, neque diei & noctis, quæ ante cœli conſtitutionem vocaſti; neque congregationis aquarum *(id eſt electorum & reproborum)* ſed accepit poteſtatem piſcium maris & volatilium cœli, & omnium pecorum, &c. *(Vbi per piſces in aqua natos, baptizatos; & inter eos Chriſtum in Euchar. ſumptum)* Qui, inquit, ille piſcis exhibetur, quem leuatum de profundo *(ſuſ-* A *citatum à mortuis & ex inferis reducem)* terra pia comedit. *Id eſt plebs Eccleſia.* Iudicat, inquit, etiam ſpiritalis, approbando quod rectum, improbando autem quod perperam inuenerit in operibus moribuſque fidelium, & eleemoſynis, tanquam terra fructifera; & de anima viua manſuefactis affectionibus, *(paſſionibus, tanquam pecoribus domeſticis, vel feris animalibus,)* in caſtitate, in ieiuniis, *ſicut Tertullian. ſe ſpiritalem fingens, de ſecundis nuptiis, & vnica Eccleſiæ quadrageſima, & iterata Mœchorum pœnitentia factus animalis ſegregans ſe ab Eccleſia temerè iudicauit.)* In cogitationibus piis, de his quæ per ſenſum corporis percipiuntur. De his enim iudicare nunc dicitur, in qui- B bus & poteſtatem corrigendi habet. *Vt in melius reformetur.*

Clarius adhuc idem Auguſtin. lib. de vera Religione, cap. 31. Vt, inquit, nos, & omnes animæ rationales, ſecundùm veritatem de inferioribus rectè iudicamus, ſic de nobis, quando eidem cohæremus, ſola veritas iudicat, *(id eſt filius)* de ipſa verò nec Pater. Non enim minus eſt quàm ipſe. Et ideo quæ Pater iudicat, per ipſam iudicat, &c. Pater ergo non iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit filio. Et ſpiritalis homo iudicat omnia, *(de filio quidem Dei omnem poteſtatem in cælo & terra habente, naturali omnium Iudice, pſaltes cecinit; Deus iudicium tuum regi da: de homine* C *autem ſpiritali, ſecundum imaginem eius creato, & facto adoptiuo, ſubiecit: & iuſtitiam tuam filio Regis. Qui & cum Paulo Angelos reprobos iudicaturus eſt, & ſeſſurus cum Apoſtolis, iudicantibus duodecim tribus Iſrael.)* Ipſe autem à nemine iudicatur. Id eſt à nullo homine: ſed à ſola ipſa lege *(de qua pſaltes, & lex tua veritas)* ſecundùm quam iudicat omnia, &c. Omnia ergo iudicat, quia ſuper omnia eſt; quoniam cum Deo eſt. Cum illo eſt autem quando puriſſimè intelligit, & tota charitate, quod intelligit, diligit. Ita etiam quantum poteſt, lex ipſa etiam ipſe fit *(verè & ſincerè, vt Eccleſia fides docet, credendo & viuendo.)* Secundùm quam iudicat omnia: & de quo iudicare nul- D lus poteſt. Sicut in iſtis temporalibus legibus, quanquam de his homines iudicent, *(diſcutiendo an iuſta ſint)* cùm eas inſtituunt: tamen cùm fuerint inſtitutæ atque firmatæ, non licebit iudici de ipſis iudicare, ſed ſecundùm ipſas. Conditor tamen legum temporalium, ſi vir bonus eſt & ſapiens, illam ipſam conſulit æternam, *(legem)* de qua nulli animæ iudicare datum eſt: vt ſecundùm eius incommutabiles Regulas, quid ſit pro tempore iubendum, vetandumque diſcernat. Æternam igitur legem mundis animis fas eſt cognoſcere, iudicare non fas eſt. *Quibus poſitis, quàm impudens Tertullianus, qui Chriſti Eccleſiam, ſupremam ſedem quæ à nemine iudicatur, iudicare præ-* E *ſumpſit! qui nec puriſſimè intellexit, imò turbata mente, in tot errores impegit; nec tota charitate Patrem veracem, filium veritatem, ſpiritum veritatis, eiuſque ſponſam Eccleſiam columnam & firmamentum veritatis non dilexit, ſed ab ea ſe voluit ſegregare, non iam ſpiritalis, ſed animalis factus, ius omne de verè ſpiritalibus & non pſychicis iudicandi pſychicus ipſe factus amiſit.* Aug.

QVADRAGESIMA DVPLEX OBSERVANDA.

Hac de cauſa ſcriptus liber de ieiuniis, de ieiun. c. 14. in f. & 15. in p.

SEd & hic [1] inæqualitas veſtra ridebitur, cùm vetuſtatum [2] formam nobis exprobratis, in quo cauſam nouitatis accuſatis. [3] Reprobat etiam illos qui iubebant cibis abſtinere, ſed de [4] prouidentia Spiritus ſancti, prædamnans iam hæreticus [5] perpetuam abſtinentiam præcepturos, ad [6] deſtruenda, & deſpicienda opera creatoris: quales inueniam apud Marcionem, apud Tatianum, apud [7] Iouem hodiernum, de Pythagora hæreticum, non [8] apud paracletum. Quantula eſt enim apud nos interdictio ciborum? duas in anno [9] hebdomadas xerophagiarum, nec [10] totas, exceptis ſcilicet ſabbatis & dominicis offerimus [12] Deo abſtinentes ab eis, quæ non [11] reiicimus, ſed differimus. [13] Atquin ad Romanos ſcribens, vos nunc compungit detractores huius officii. [14] a *Ne propter* [15] *pabulum ſolueritis*, inquit, *opus Dei*. Quod opus? de quo ait, b *Bonum eſt carnem non edere, & vinum non potare*. Nam qui in iſtis ſeruit, placabilis & propitiabilis Deo noſtro eſt. 1. Tim. 4. Ro. 14. 20. b Et ſeq.

Quadrageſima duplex obſeruanda. Schol.

[1] INÆQVALITAS VESTRA, *Pſychicos alloquitur, & eorum inconſtantiam, vel iniquitatem arguit; quòd veterem legem, quoad ceremonias abrogatam reſpuentes, & nouam ſectantes; Montaniſtas carpant quaſi nouorum ieiuniorum introauctores.* [2] VETVSTATVM FORMAM *Antiqua exempla, mores, & veterem Eccleſiæ traditionem, vnam Quadrageſimam præſcribentem. Montaniſtæ per noua ieiunii præcepta conuellunt.* [3] REPROBAT ETIAM, *Paulum inſuper pro ſe allegant iidem Pſychici, omni ciborum vſu & eſu frui volentes, quòd 1. Timoth 4. 3. pungat hæreticos futuros, nuptias, & cibos, tanquam malos ex natura ſua, condemnaturos.* In nouiſſimis, inquit, temporibus diſcedent quidam a fide, attendentes ſpiritibus erroris, *(tranſl. Syr. ſecuturos ſpiritus impoſtores,)* & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentes ſuam conſcientiam *(tranſl. Syr. qui habitu mentito imponent.)* Prohibentium nubere, abſtinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & eis qui cognouerunt veritatem. Quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur: Sanctificatur enim per Verbum Dei & orationem. [4] SED DE PROVIDENTIA, &c. *Tertullianus reſpondet obiectioni Pſychicorum, prouide à Spiritu ſancto diſpoſitum hunc locum Pauli, vt præmoneret venturos hæreticos, qui id prohiberent. Et quidem verſu primo ſic incohat.* Spiritus autem manifeſtè dicit, quia in nouiſſimis temporibus, &c. [5] PERPETVAM, *quod Montaniſtæ non faciebant, niſi duplicis quadrageſimæ tempore.* [6] AD DESTRVENDA, *condemnanda opera Dei, ſicut Marcionitæ, Tatiani diſcipuli, Encratitæ, & ante eos Simoniani, Saturniani, Ebionitæ. Et poſt Tertullianum Manichæi, qui à Deo malo, nuptias, & cibos conditos blaſphemabant. De Tatio quidem & eius ſectatoribus Tatianis, ſic diſſerit Auguſt. lib. de hæreſibus hæreſ. 25.* Tatiani à Tatio quodam inſtituti, qui & Encratitæ appellati ſunt, nuptias damnant, atque omnino pares eas fornicationibus, aliiſque corruptionibus faciunt: nec recipiunt in ſuorũ numerũ coniugio vtentem, ſiue marẽ, ſiue fœminam: non veſcuntur carnibus, eaſq; omnes abominantur: prolationes quaſdã fabuloſas ſæculorum etiam ipſi ſapiunt: ſaluti primi hominis contradicunt. Epiphanius Tatianos & Encratitas ita diſcernit, vt Encratitas Tatiani ſchiſmaticos dicant. [7] APVD IOVEM HODIERNVM DE PYTHAGORA HÆRETICVM. *Quis ille ſit, nec ipſe Tertullianus, nec quiſquam eius Interpres hactenus, quod ſciam, dixit. Itaque diu multumque vt fatear, huius in loci expoſitione ſudans; quam ſi veram lector cenſuerit, ſequatur; ſin meliorem forte repererit, gratulanter vt humilis diſcipulus excipiam a Magiſtro. Conycio itaque, & Iouem hodiernum, id eſt craſtinum Tertulliano, & de Pythagora diſcipulo, factum hæreſiarcham, Valentinum æſtimo, Iouem quidem, qui ſe pro Deo, & ſacro numine haberi voluerit, & ſummum Deum imitari, qui tot cibos in veteri lege interdicebat. Iupiter autem, & Pythagoras in hoc conſonant; quòd ſicut ille multiformis in ſuis Metamorphoſibus, ſic Pythagoras in diuerſis ſuis tranſmigrationibus. Vnde Tertull. Apol. 21. Iouem vocat* Squamatum, aut cornutum, aut plumatum amatorem, aut in aurum conuerſum Danaidis. *Et Naz. orat. 2. in Lucianum:* Omnia, inquit, factus eſt propter mulieres, & Phrygibus pueris Aquila amatrix. *Et Cypr. Ep. ad Donatum:* Exprimunt, inquit, Iouem illum ſuum, non magis regnis quam vitiis principem, in terrenos amores cùm ipſis fulminibus ardentem, nunc in plumas Oloris albeſcere, nunc aureo imbre defluere, nunc in puerorum pubeſcentium raptus *(ſicut Ganymedem in Aquila rapuit)* miniſtris auibus proſil[illegible]c.

De Pythagora autem Hieronymus contra Rufinum c. 10. Pythagoram vult eſſe primum authorem immortalitatis animæ, apud Græcos; ſed eam [illegible] dixit de corporibus in corpora; & quidem de [illegible] loquens, ait ſe fuiſſe primò Euphorbum, ſecundò C[illegible], tertiò Hermotimum, quartò Pyrrhum, tandem Pythagoram. De eodem Tertull. lib. de Anima c. 31. Cum Pythagoram mihi Euphorbum opponit, &c. Sed & Pyrrhus ille fallendis piſcibus agebat, Pythagoras contra, nec edendis, vt animalibus abſtinens, &c. *Ideo autem teſte Lactantio lib. 3. c. 1[illegible]. abſtinebat, propter tranſmigrationem animarum in corpora beſtiarum: Vnde vt ſuaderet abſtinentiam, induxit tranſmigrationem. Ind. & Porphyr. lib. 3 [illegible] animalium formis induebat, & vt honorarentur animalia, & ab eorum eſu homines abſtinerent. Et infans Iouis [illegible] cornua arietis imponebant. Pythagoras porro ex familiari cum Diis [illegible] Diis habitus. Vnde apud Philoſtratum lib. 1. de vita Apollonii c. 1. Iactat Pythagoras, ſe cum Apolline, Pallade, & Muſis conuerſatum.* Illud quoque inter Pythagoræ laudes numerant, quidquid ab eo iuſſum prolatumque eſſet, id tanquam legem ab eius diſcipulis obſeruari conſueuiſſe, ipſumque tanquam ab Ioue

A profectum venerabantur. At ſilentium, pro re diuina ab illis colebatur. *Alibi legi diſcipulos tuos primo decennio ſummo in ſilentio eius dogmata excepiſſe. Quid hæc ad Valentinum? Aduerte primò multiformem argui Valentinum, qui Pythagoræ ſectator fuerit; qui abſtinentiam à cibis tanquam malis, & à malo principio productis indixerit; qui ſummo ſilentio ſuos diſcipulos obligauerit; qui ex Bytho, hoc eſt profundo, ſiue alto æthere ſeu Ioue, & ſilentio, omnia orta dixerit; qui, vt notat Tertull. lib. de praſcr. cap. 49. coniugationes triginta Æonum innexerit; quorum poſtremus cùm vellet videre Bythum, defecit, & ex paſſionibus deſiderij, materias edidit, ex quibus cælum terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt, infirma, mortalia, mala produxit. Tandem, ſicut alibi ex Propheta, Tertullianus Deum immortalem non eſurire dixit; proindeque homines abſtinentes, in hoc cum Deo componit.*

B *Et lib. de Anima c. 28.* Sermo, inquit, Pythagoricus, vt volunt quidam, diuinus. *Sic Valentinus, non homo, ſed Iupiter hodiernus haberi volebat. Qui de Pythagorico, factus erat hæreticus. Nec prætereundum quod habet in Oſeam Hieronymus:* Nullus, inquit, hæreſim ſtatuere poteſt, niſi qui ardentis ingenij eſt, & habet dona naturæ, quæ Deo artifice ſunt creata: talis fuit Valentinus, talis Marcion; quos doctiſſimos fuiſſe legimus. *Quod dixit, ardentis ingenij, Iouem inſinuat Valentinum. Ita enim idem Hieronymus de iudicio tractans:* Exhibebitur, inquit, cum ſua prole, (*id eſt tot Æonibus ab eo ſictis*) igneus Iupiter: adducetur cum ſuis ſtultus Plato diſcipulis: Ariſtotelis argumentatio non proderunt. *Tandem Philaſter de quo Auguſt. in Epiſt. ad*

C S. Auguſt. *Quod vult Deum Diaconum: ſententiam noſtram confirmat. De eo ſic fatur Auguſt.* Philaſtrius quidam Brixienſis Epiſcopus, quem cum ſancto Ambroſio Mediolani etiam ipſe vidi, ſcripſit hinc librum, (*ſupple de hæreſibus*) nec illas hæreſes prætermittens, quæ in populo Iudæo fuerunt ante aduentum Domini: eaſque 28. commemorauit: & poſt Domini Aduentum 128. *Et lib. de hæreſibus.* Philaſter continuatim ponit ambos ſub ſingulis & proprijs numeris quaſi hæreſes duas; cùm dicat Photinum in omnibus Pauli ſecutum fuiſſe doctrinam. *Paulum Samozatenũ intellexit, hæreſi 44. At hær. 53. cum de Encratitis, ſiue Apotacticis continentibus dixiſſet, quos Epiphanius ab eſcis carnium non abſtinere narrauit:* Philaſter, inquit, & hanc eis tribuit abſtinentiam. *Itaque Philaſtrius, ſiue Philaſter, in dicto de hæreſibus libro, noſtra, in hoc loco Tertulliani exponendo, ſententiæ plurimum fauet, cum de Valentino ſic ſcribit:* Poſt Ebionem Valentinus quidam ſurrexit, Pythagoricus magis, quàm Chriſtianus: vanam quandam & perniciosam doctrinam eructans, &

D velut Arithmeticam, (*cuius ſcientiſſimus erat Pythagoras.*) Id eſt numeroſitatis nouæ fallaciam prædicans, (*in triginta Æonum coniugationibus.* Et primùm quidem fuit in Eccleſia, (*id eſt Catholicus*) clarior autem, (*quod voluit Tertullianus, per ſuperbiam ſic elatum, vt non tantum pro Pythagora, ſed pro Ioue*

E *ipſo haberi vellet*) factus poſtmodum, errore non paruo deceptus eſt. *Dum qui tot Æonas coniugabat, nuptias reſpuit, & cibos tanquam malos à malo Deo, & poſtremo Æone ex materia mala productos eſſe dogmatizauit. Sed ipſe Tertullianus Pythagoram ſe probauit, & in ſimilem Valentino hæreſim impegit, dum nuptias ſecundas à D. Paulo conceſſas vt honeſtas, reſpuit; & præter ieiunia ab Eccleſia impoſita, nouam præter veterem quadrageſimam à Montano inuentam, neceſſariò obſeruandam cenſuit; & proinde hoc ſaltem tempore, cibos vt malos & prohibitos inhibuit; & Montanum pro Deo & Spiritu ſancto, haberi voluit. De Pythagoricis numeris idem Tertullianus lib. de Anima c. 37.* Qui numeros ratiocinantur, decurialem numerum, vt exinde reliquorum parentem colunt, denique perfectiorem natiuitatis humanæ; Ego ad Deum potius argumentabor hunc modum temporis, &c. diſciplinæ numero, quadragenario ſcilicet, &c. *Quaſi velit, quater repetito denario, quadrageſimam ieiunij confici, vt pro delictis contra decalogum admiſſis, per ieiunium quadrageſimale, ſatisfaciamus, vt in paſchate ſpiritaliter renaſcamur.* [8] NON APVD PARACLETVM, *in diſciplina Montani, non reijciuntur cibi tanquam mali nec indicitur perpetua à carnibus abſtinentia.* [9] DVAS HEBDOMADAS, *quadragenas intelligit, & hebdomadam ſumit pro ſeptẽ ſeptimanis duplicatis, quibus Montaniſtæ Xerophagijs, hoc eſt crudis & aridis abſq; vino eſcis vtebãtur. Pamelium hic ego ſecutus ſum, qui hebdomadam non pro ſeptem diebus, ſed pro totidem hebdomadibus ſumpſit, quas Montanus, præter communem cæteris quadrageſimam, induxerat Tertullianus immediatè præmiſerat,* quantula eſt apud nos interdictio ciborum? duas in anno hebdomadas Xerophagiarum offerimus Deo. *ſic integras hebdomadas nihili pendebat homo auſteritatis amantiſſimus: Nec inuenio quid reprehendendum ſit propterea Pamelius: maximè cu Lacerda in aduerſarijs ſacris, c. 160. num. 18. aduertat iuxta Conc. Laodicen. can. 50. tota Quadrageſima eſſe ſeruatam Xerophagiam. Et Balſamo etiam ad cano. 69 Apoſtolorum, notet non ſolum in quadrageſima. ſed etiam quarta & ſexta feria vſurpandam Xerophagiam. Adeò vt ne ægrotis quidem aliud quam piſces adminiſtrari fas ſit etiam in vitæ periculo. Quid magnum ergo præ Apoſtolis Paracletus ille magnificus inſtituiſſet, ſi quindecim tantùm ante Paſcha diebus, Xerophagiam indixiſſet* [10] NEC TOTAS, *id eſt non integras, quia tunc, præter Dominicam, etiã Sabbato, in Africa ieiunium non obſernabatur Tertulliani tempore.* [11] NON REIICIMVS, *cibos tanquã malos, ſed differimus, ſumendos poſt quadrageſimas duas.*

Auguſt. epiſt. 86. ad Caſulanum, circa finem: vbi quærenti quid ſit obſeruandum circa ieiunium Sabbati, & Dominica, reſpondet, vnicam per orbem fidem eſſe Eccleſiæ Romanæ, ſed obſeruationes plerumque diuerſas. Sit, inquit, vna fides vniuerſæ quæ vbique dilatata, Eccleſiæ, tanquam intus in membris, (*id eſt fidelibus & Eccleſijs particularibus ſiue Diœceſibus toto terrarum orbe diſperſis*) etiam ſi ipſa fidei vnitas quibuſdam diuerſis obſeruationibus celebratur, quibus nullo modo quod in fide verum eſt, impeditur. Omnis enim pulchritudo filiæ Regis intrinſecus; illæ autem obſeruationes quæ variè celebrantur, in eius veſte intelliguntur. Vnde ibi dicitur, in fimbriis aureis, circũamicta varietate. Sed ea quoque veſtis ita diuerſis celebrationibus varietur, vt non aduerſis contentionibus diſſipetur, &c. *De Dominico die, nulla varietas recipienda. Ita enim ibidem fatur Auguſt.* die Dominico ieiunare ſcandalum eſt magnum, maximè poſteaquam innotuit deteſtabilis, multumque fidei Catholicæ, ſcripturiſque diuinis apertiſſimè contraria hæreſis Manichæorum, qui ſuis auditoribus ad ieiunandum iſtum tanquam conſtituerunt legitimum diem, per quod factum eſt, vt ieiunium dici Dominici horribilius haberetur. *Paulò inferius ab hoc dehortatur.* Nec illum moueat quòd Priſcillianiſtæ Manichæorum ſimillimi, ad ieiunandum die Dominico, ſoleat teſtimonium de Apoſtolorum Actibus adhibere, cùm eſſet Paulus in Troade. Sic enim ſcriptum eſt Act. 20. In vna autem Sabbati (*id eſt prima, ſcilicet Dominico die*) congregatis nobis fran-

Aug.

Auguſt.

gere panem, Paulus diſputabat, &c. abſit vt hoc ſic accipiatur, tanquam ſolerent Apoſtoli Dominico die ſolemniter ieiunare, &c. Eadem nocte fractu-rus panem, ſicut frangitur in Sacramento corporis Chriſti, produxit ſermonem vſque ad medium noctis, vt poſt Sacramenta celebrata, rurſus, atque ad diluculum alloquens congregatos, quoniam multum feſtinabat, luceſcente proficiſceretur Dominico die, &c. *Apud Græcos, diebus ieiunij Miſſa non celebrabatur, quòd crederent ſtationem, ſiue ieiunium ſolui, accepto corpore Chriſti, quòd refellit Tertullian. lib. de Oratione cap. vlt. de ieiunio autem Sab-* Aug. *bati, Auguſt. in fine dictæ Epiſtolæ, notat Romæ ieiunium obſeruatum, non autem Mediolani; quod reſpondit Ambroſius, ob dubium Monicæ, quia Tagaſtæ ieiunium Sabbati celebatur. Paulò circa finem eiuſdem Epiſtolæ, in Oriente dicit propter requiem Chriſti in ſepulchro ab opere redemptionis, relaxatum ieiunium Sabbato, Romæ autem, & in aliquibus Occidentis Eccleſiis ieiunium ſeruabatur propter humilitatem mortis Chriſti. Sabbato autem ante Paſcha, vniuerſaliter ieiunium obſeruatum, ob memoriam luctus Apoſtolorum. Sed non multo poſt B. Innocentius epiſt. ad Decentium, c. 4. præcepit ieiunium Sabbati, quòd Apoſtoli in mœrore mortis Domini fuerint, & occultati propter metum Iudæorum. Deinde, idem mandatum fuit in Conc. Agathenſi c. 12. prout citatur cap placuit, de conſ. diſtinctione tertia.* [12] OFFERIMVS, *vt ſacrificium laudis.*

C *Vnde Auguſt. in præfata Epiſtola, vbi reſpondet cui-* Aug. *dam Vrbico, Tertulliano non abſimile:* Ingerit, inquit, teſtimonia, à cauſa, quam defendendam ſuſcepit, aliena: Immola, inquit, Deo ſacrificium laudis, &c. Vtique, inquit, non ſanguinis, aut ebrietatis conuiuium, quo non laudes debitæ Deo, ſed blaſphemiæ diabolo ſuffragante ſyluéſcunt. O improuidam præſumptionem! Non ergo immolatur ſacrificium laudis Dominico die, quia non ieiunatur, ſed agitur ebrietatis conuiuium, & blaſphemiæ diabolo ſuffragante ſyluéſcunt. Quod ſi nefas eſt dicere, intelligat non ieiunium ſignificare in eo quod ſcriptum eſt, immola Deo ſacrificium laudis. Ieiunium quippe certis diebus & maximè feſtis non agitur. Sacrificium verò laudis ab Eccleſia toto orbe diffuſa diebus omnibus immolatur, &c. [13] ATQVIN, *atqui, tantum abeſt vt Paulus condemnet noſtram abſtinentiam, quin potius vos pſychicos pungit, noſtra ieiunia decrotantes.* [14] OFFICII, *obſequij quod præſtamus Deo exhibentes ei, per ieiunium corpora noſtra tanquam hoſtiam viuam, &c.* [15] NE PROPTER PARVVLVM. *Rom. 14. 20.* Noli propter eſcam deſtruere opus Dei. Omnia quidem ſunt munda, *(id eſt cibi ex natura ſua boni ſunt)* ſed malum eſt homini qui per offendiculum manducat. Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur. *Ineptè hoc loco contra pſychicos abutitur; nam Paulus, per* opus Dei *non intelligit ieiunium, multominus duas quadrageſimas, ſed opus Dei, & primus ſpiritus fructus, eſt charitas, & vnio cum proximo; quem ſchiſma & nouum dogma Montani grauiter offendit. Agit ergo ibi Paulus de dilectione proximi, quem neque abſtinentia noua, neque cibo vetito debet ſcandalizare. Sic enim verſu 6.* Qui ſapit diem, *(id eſt ex tranſl. Syr. qui eligit diem, quo ſc. Deum colas ieiunio, ſiue ſacrificio,)* Domino ſapit. Et qui mandocat, Domino manducat. Gratias enim agit Deo; & qui non manducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo. *Et ſupra verſu 3.* Is qui manducat, non manducantem non ſpernat, & qui non manducat, manducantem non iudicet, &c.

A *De quo ſic Auguſt. præcit. Epiſtol.* In ieiunio Sabbati ſiue prandio, nihil mihi videtur tutius pacatiuſ- S. Aug. que ſeruari, quàm vt qui manducat manducantem non iudicet, &c. cuſtodita ſcilicet eorum inter quos viuimus, & cum quibus Deo viuimus, in his rebus inoffenſa ſocietate. Sicut enim, quod ait Apoſtolus verum eſt, malum eſſe homini qui per offenſionem manducat: Ita malum eſt homini qui per offenſionem ieiunat. *Offendit ergo Tertull. cum ſuo Paracleto Montano, qui contra morem vniuerſalis Eccleſiæ, & priuatarum Africæ, præter vnam quadrageſimam aliam annexit, & vt neceſſariam obſeruari voluit. Duas quadrageſimas non ſeruandas præclarè* S. Aug. *docuit Auguſt. tom. 4. lib. qq. in Exod. q 169. vbi ex* B *Gen. 50. 3. de Ioſeph ſepeliente Patrem ſuum, in hæc verba:* Præcepit ſeruis ſuis Medicis, vt aromatibus condirent Patrem, quibus iuſſa explentibus, tranſierunt quadraginta dies: iſte quippe mos erat cadauerum conditorum. *Sic myſterium numeri explicat:* Quadraginta, inquit, dies ſepulturæ, quos commemorat Scriptura, fortè ſignificant aliquid pœnitentiæ, qua peccata ſepeliuntur. Non enim fruſtra etiam quadraginta dies ieiuniorum ſunt conſtituti, quibus Moyſes & Elias, & ipſe Dominus ieiunauit: & Eccleſia præcipuam obſeruationem ieiuniorum quadrageſimam vocat. Vnde & in Hebræo; de Niniuitis apud Ionam Prophetam ſcriptum perhibent, quadraginta dies, & Niniue euer-
C tetur; *(commemoratorie dictum, niſi, ſupple, pœnitentiam egerit: Atque vt Propheta fidelis inueniretur; iuxta Auguſtin. merito ieiunij & fletus, euerſa eſt in malo, ædificata in bono.)* Vt per tot dies accommodatos videlicet humiliationi pœnitentium, intelligatur in ieiuniis ſua defleuiſſe peccata, & impetraſſe miſericordiam Dei. Nec tamen putandum eſt iſtum numerum luctui pœnitentium tantummodo conuenire: alioquin non quadraginta dies feciſſet Dominus poſt reſurrectionem, intrans cum eis & exiens, manducans & bibens; qui dies vtique magnæ lætitiæ fuerunt, &c. *(ſubijcit 70. Interpretes Hebrææ linguæ peritiſſimos, triduum poſuiſſe: Adhuc tres dies, & Niniue ſubuertetur)* vt in Domini noſtri
D Ieſu Chriſti clarificatione intelligerentur diſſolui aboleriſque peccata; de quo dictum eſt, Qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram; clarificatio autem Domini in reſurrectione, & in cœlum Aſcenſione cognoſcitur. Vnde & bis numero, quamuis vnum & eundem Spiritum ſanctum dedit, primò poſtquam reſurrexit, iterum poſteaquam aſcendit in cœlum. Et quoniam poſt triduum reſurrexit, poſt quadraginta autem dies aſcendit, vnum horum quod poſterius factum eſt, per numerum dierum, codices Hebræi ſignificant: alterum autem de triduo, quod ad eandem etiam rem pertineret, ſeptuaginta commemorare, non interpretationis
E ſeruitute, ſed prophetiæ authoritate voluerunt. *Ex quibus aduerte Spiritum, in quo clamamus Abba Pater, remiſſorem eſſe peccati, pro te pœnitentibus, & ieiunantibus. Verùm vnum quæro, nec inuenio, quando nam ſecundam ſuam quadrageſimam obſeruârit cum Montano Tertullianus, (& tertiam Hieronymus ep. 54. dicit inſtituiſſe Montanum.) dicam quod ſentio; vt magis aduerſaretur praxi Eccleſiæ, octimo poſt Paſcha conſtituiſſe ſecundum quadrageſimale ieiunium; cùm enim ſe ſupra Apoſtolos extolleret, qui præſente ſponſo Chriſto, non in luctu, ſed in lætitia poſt reſurrectionem ei conuiuebant, nec ieiunio vacabant; Montanus contrà, quem Tertull. Paracletum vocabat; non tantùm quod præ Apoſtolis abundantiorem Spiritus ſancti effuſionem accepiſſet; ſed quod vel in ipſum Spi-*

ritum ſanctum quodammodo tranſformatum, vel à A *Spiritu ſancto hypoſtaticè aſſumptum crederet, quem & ipſam columbam in Chriſtum deſcendentem, ſic aſſumpſiſſe dixerat: ideo ante feſtum Pentecoſtes, ſecundam quadrageſimam ſibi ſuiſque indixit: Cæterùm quem Tertullianus pro Paracleto recepit, eiuſque duas prophetiſſas, Priſcam ſiue Priſcillam, & Maximillam, (quas teſte Hieronymo epiſt. ad Cteſiphon. potentes & diuites à ſuis maritis abduxerat) ſpiritu propheticà plenas cenſuerat, & per eas multas Aſiæ Eccleſias auro hæreſique corruperat; ipſe cum illis arreptitius, & ſpiritu diabolico impulſus, cum Maximilla laqueo ſe ſuſpendit, vt refert Euſebius ex Claudio Apollinari Epiſcopo Hierapolitano, Miltiade, Apollonio, & Serapione, ita Euſeb. 5. hiſt. cap. 15. vbi & ſuperaddit, Theodotum quemdam, primum Montani hæreſis procuratorem, in ſublime elatum à diabolo, præcipitio miſerrimè eliſum.*

REMISSIO PECCATI MOECHIS RELAPSIS neganda. Totus liber de pudicitia, cautè legendus plenus hoc errore.

1. De pud. c. 1. à p. & ſeq.

AVdio etiam [1] edictum eſſe propoſitum, & quidem [2] peremptorium, Pontifex ſcilicet Maximus, quod eſt, [3] Epiſcopus Epiſcoporum, edicit: [4] Ego & mœchiæ, & fornicationis delicta, [5] pœnitentiâ functis dimitto. O edictum, cui [6] adſcribi non poterit bonum factum! Et vbi [7] proponetur liberalitas iſta? [8] Ibidem, opinor, in ipſis libidinum ianuis, ſub ipſis libidinum titulis. [9] Illic eiuſmodi pœnitentia promulganda eſt, vbi [10] delinquentia ipſa verſabitur. Illic legenda eſt venia, quò cum ſpe eius intrabitur. Sed hoc in [11] Eccleſia legitur, & in Eccleſia pronuntiatur, & virgo eſt. Abſit, abſit à ſponſa Chriſti tale præconium. Illa quæ vera eſt, quæ pudica, quæ ſancta, carebit etiam [12] aurium macula? [13] Non habet. quibus hoc repromittat. [14] Et ſi habuerit, non repromittit; quoniam & [15] terrenum
Mat 21. 13. Dei templum [16] citius ſpelunca latronum appellari potuit à Domino, quàm mœchorum & fornicatorum. Erit igitur & hic aduerſus Pſychicos [17] titulus, aduerſus meæ quoque [18] ſententiæ retrò [19] penes illos ſocietatem, quo [20] magis hoc mihi in notam leuitatis obiectent.

Et ibid. à m.

Sed iã hæc [1] gloria extinguitur, & quidẽ per [2] eos, quos tantò conſtantius oportuerat eiuſmodi [3] maculis nullam ſubſcribere veniam, quantò propterea quotiens volunt, nubunt,
a 1. Cor. 7. 9. ne mœchiæ & fornicationi [4] ſuccidere cogantur: quoniam a *melius eſt nubere quàm vri.* Nimirum [5] propter [6] continentiam incontinentia [7] neceſſaria eſt, incendium ignibus [9] extinguetur. Cur ergo & [10] crimina poſtmodum indulgent pœnitentiæ nomine, quorum [11] remedia præſtituunt multinubentiæ iure. Nam & [1] remedia vacabunt cum crimina indulgentur: & crimina manebunt, ſi remedia vacabunt. Itaque [2] vtrobique de ſollicitudine & negligentia ludunt, præcauendo vaniſſimè quibus parcunt, & parcendo ineptiſſimè quibus præcauerunt; cum aut præcauendum non ſit, vbi parcitur; aut parcendum non ſit, vbi præcauetur. Præcauent enim, quaſi nolint admitti tale quid, indulgent autem quaſi velint admitti; quando ſi admitti nolint, non debeant indulgere; ſi indulgere velint, non debeant præcauere. *Vide cætera fuſiſſime à cap. 2. de pudic. vſque ad cap. 20. incluſiuè quorum ſcholia conſequuntur: textum autem hic non ſubijcio repetitionis prolixioris cauendæ cauſa, cùm in hoc tomo textus integer habeatur. Proinde & abſtinui à numeris præfigendis ſingulis verbis expoſitis; quod eorum textus fuerit prætermiſſus.*

Remiſſionem peccati negandam Mœchis poſt primam pœnitentiam & baptiſmum lapſis in Mœchiam. 1. Schol.

1 [1] EDICTVM. *Edicta principũ ſunt generales leges, quæ omnes populos & Prouincias tenent, l. 3. C. de legibus.* [3] PEREMPTORIVM. *Aduerte apud Iuriſconſultos edictorum aliud eſſe monitorium, aliud citatorium, aliud denique peremptorium, de quibus conſule l.* ad peremptoriam. cum ſeq. iunct. glo. *peremptorium autem eſt inſtar trium aliorum, l. 8. & l. 9. C. quomodo & quando l. 72. § 1. de Iudic.* Peremptorium autem dicitur quod vim habeat perimẽdi. *Quod malo ſenſu Tertullianus torquet in ſummum Pontificem, quaſi recipiendo quoſcumque lapſos poſt primam pœnitentiam, & decernens quoſcumque pœnitentes abſoluendos; non Pater, ſed peremptor haberi debeat cùm tamen pœnitentia ſit Sacramentum mortuorum, quibus infuſa gratiâ, vita æterna reddi-* B *tur:* Gratia enim Dei vita æterna. *Vlpianus, ff. de iudicijs, l.* & tertium: peremptorium, inquit, edictum dicitur, quod tribus edictis propoſitis, vel vno pro tribus, fieri ſolebat: Et quod perimat diſceptationem inter litigatores: hoc eſt, non patiatur aduerſarium tergiuerſari: qui vero ſpernebat, contumax dicebatur. *Peremptoriæ exceptiones dicuntur, quæ ſemper agentibus obſtant, & rem de qua agitur perimunt. Licet ironicè id dicat Tertullianus, edicto tamen peremptorio, non tam Pontificis, ſed ipſius Chriſti, in quacumque peccata ſoluenda ius Petro & Eccleſiæ perpetuum datum eſt, quo peremit diſceptationem omnem hæreticorum aduerſus Eccleſiam, nec eos vllo modo tergiuerſari permittit: dum ait.* tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcumque ligaueris ſuper ter-

tam, &c. & quodcumque ſolueris, &c. [3] EPISCOPVS EPISCOPORVM, *bene quod ab hæretico teſtimonium habemus, Pontificem Romanum eſſe Epiſcopum Epiſcoporum, & verum Petri ſucceſſorem; qui non agnot modo, id eſt Eccleſia ſil os, ſed & oues hoc eſt Epiſcopos, & Patres paſcat. Vide dicta. Verbo* Papa, *in Omniloquio.* [4] EGO &c. *ſic, inquit, edictum ſuum pronunciat Pontifex.* [5] POENITENTIA FVNCTIS, *id eſt, vt ſcribi ſolet in Bullis Indulgentiarum*: Vere pœnitentibus. *Non immeritò quidem, inter errores Tertulliani, & hæreſes, retulimus ſeueritatem illam nimiam, qua Adulteros perpetua excommunicatione ligari, & extrema vſque ad mortem pœnitentia addici volebat: Non quod primis temporibus, & ad ſuam vſque ætatem rigor iſte circa Mœchos non perdurauerit; ſed quod D. Petri ſucceſſori S. Zephyrino, eadem cum Petro, quæcumque in terris ligandi, atque ſoluendi poteſtate prædito, ab vnitate Eccleſiæ deficiens inſultauerit. Cùm enim S. hic Pontifex, animarum zelo, & proinde Spiritu ſancto impellente ductus, videret plurimos adulteros hac ſeueriore ſententia, qua vſque ad mortem, irremiſſibiliter grauiſſima pœnitentiæ ſubiacerent, nec in morte ſaltem ad Eccleſiæ pacem, & corporis Chriſti communionem admitterentur; ſpem omnem ſalutis abijcientes, non modo ſecundum Apoſtolum*, deſperantes ſemetipſos, omni ſe impudicitiæ tradebant: *Sed etiam plurimi ad partes Gentilium, & omnium criminum caput & vt ipſe Tert. loquitur*, in principale ſcelus generis humani, *idololatriam, apoſtantes à fide, præcipites ibant. Edictum itaque in remedium promulgauit, quod ei libro de pudicitia Tertullianus vt probroſum, & priſtinæ Eccleſiæ conſuetudini è diuerſum opponit* · Ego Mœchis, & fornicationi. pœnitentiâ functis veniam do. *Et licet non proprio nomine Pontificem hunc vocet, probabiliſſimum tamen eſt, eum ſcripſiſſe librum de pudicitia ſub Zephyrino; qui cùm vndecim poſt Victorem diebus, Pontifex creatus fuerit, Anno Chriſti 203, & vixerit vſque ad Annum 221. quo 26. Aug. martyrio coronatus eſt; Tertull. autem ſecundùm Baronium aliosq; Chronologos, Anno Chriſti 201 ad Montanum defecerit, & ad Annum vſque 216. ſcripſerit contra Catholicos, per conſequens, cùm Zephyrinus ſedem Pontificiam tenuerit, ab Anno Chriſti 203. ad vſque annum 221. nulli alteri Pontifici, in hac cauſa, vel alia potuit inſultare. Circa annum enim 197. ſcripſit præclarum illum librum de præſcriptionibus contra hæreticos, cùm eſſet Chriſtianiſſimus. Eleutherius autem mortuus anno 194. ſucceſſorem habuit S Victorem Africanum, & ipſum mortuum anno 203. quo electus eſt Zephyrinus. Hieron. item libro de Script. Eccl. in Gaio: & Euſebius l. 6. hiſt. cap. 14 narrant Gaium Romæ coram Zephyrino & tota Eccleſia diſputaſſe contra Proclum inter Cataphrygas celeberrimum Montani diſcipulum, ſuper noua Paracleti prophetia. quem conuicit Gaius, conuictumque cum ſuis aſſeclis, & ipſum inter alios Tertullianum percuſſit Anathemate Zephyrinus. De quo ipſe Tertull. libro de ieiun. cap. 1. & 13. Dehinc Tertull. ſcripſit de Monogamia contra ſecundas nuptias, & de ieiuniis, deque pudicitia. In quo vocat Zephyrinum Epiſcopum* Epiſcoporum, *iuxta receptam ab omnibus, Pontificis Romani appellationem, Sic enim & in Actis Sanctorum Sebaſtiani, & ſociorum Martyrum, Caius Papa à Tiburtio Chromatij filio vocatur*, Epiſcoporum Epiſcopus. *Scripſiſſe autem Tertull. dictum librum de pudic. contra Zephyrinum anno Chr. 216. Zephyrini 14. Antonij Caracalla 4 teſtatur Baron. an Chr. 216*

Edictum porro Zephyrini de recipiendis Mœchis, ſupponit contrarium ipſum conſuetudini iuſta de can- A *ſa derogaſſe. Quæ quidem conſuetudo ab Cypriano viguiſſe longe ante ſua tempora declaratur. Ita enim in prolixa illa Ep. 52. ad Antonian. in Numidia Epiſcopum, inter cætera queritur & miratur, quod totius Eccleſia conſenſus, de recipiendis Mœchis non ſe ſubijciat*: & quidam, inquit, apud anteceſſores noſtros, (*id eſt ante Zephyrinum*) de Epiſcopis iſtis in Prouincia noſtra, dandam pacem Mœchis non putauerunt, & in totum, pœnitentiæ locum contra adulteros clauſerunt.

Concil. porro Elibertinum in Hiſpania ſecundùm Baronium celebratum anno Chr. 305. Marcelli anno 2. Conſtantij, & Galer Imp. an. 2. lapſis nec in fine dandam communionem ſtatuit Canonibus 1. 2. 3. 6. 8. 12. B 17. 18. 63 64 65. 71 *Conc. item Ancyran. in Galatia celebratum anno Chriſti. 314. & approbatum poſtea à* Conc. *Gener. Niceno contra lapſos a fide ad communionem ſine digna pœnitentia non recipiendos. Inter cætera autem idem* Concil. *can.* 20. *vt & Vuormacenſe can* 24. Adulter ſeptem annis pœniteat. *Elibertinum c. 63.* Si qua mulier abſente marito, ex adulterio conceperit, & prolem occiderit, nec in fine etiam detur communio, *& c. 47.* Si quis poſt Mœchiæ lapſum pœnituerit, iterumque fuerit fornicatus, nec in fine communionem ſortiatur. *Ancyranum item can. 21.* De mulieribus quæ fornicantur, & partus ſuos necant, ſed & de his quæ agunt ſecum, vt vtero conceptus excutiantur, antiqua quidem definitio eſt, vſque ad exitum vitæ eas ab Ec- C cleſia remoueri. Humanius autem nunc definimus vt eis decem annorum tempus tribuatur.

Cum igitur viderent adulteri nullum ſibi Eccleſia patere aditum, primis illis feruentis Eccleſiæ temporibus, ante edictum Zephyrini confugiebant ad martyres, vt per eorum merita, per libellos ſupplices, indulgentiam conſequerentur, de quo & conqueſtus eſt Tertull. [6] ADSCRIBI BONVM FACTVM. *Imputari bonus & verus pœnitentiæ fructus, ſc. vt ipſe alibi dicit*, emendatio, cui Deus cato ſeuit, *tanquam arborem fructuoſam, vel* adſcribi, *id eſt inſcribi. Hæc enim erat communis edictorum præfatio benè apprecans ſubditis, ſicut aduertit Turnebus l. 3. Aduerſar. cap. 12.* Quòd veteres boni ominis cauſa, bonum factum D præfari ſolebant, in edictis, ex illo Plauti, in Penulo. Bonum factum eſt, edicta vt ſeruetis mea. [7] PROPONETVR LIBERALITAS, *affigetur, exponetur omnibus legenda indulgentia data a Pontifice.* [8] IBIDEM, *vbi Mœchia ipſa & fornicatio committitur, in proſtibulorum veſtibulis & portis.* [9] SVB TITVLIS, *in quibus ſcriptum erat pretium & forma meretricum.* [10] DELINQVENTIA, *peccatum exercebitur.* [11] IN ECCLESIA, *quæ virgo eſſe debet, inter cuius membra, iuxta Paulum, nec fornicationis nomen audiri debuit. Quaſi diceret, longè conuenientius tale edictum in lupanaribus, quàm in Eccleſiis exponeretur.* [12] AVRIVM MACVLA, *vt nec auditu luxuria nominis polluatur illa Eccleſia virgo, de qua Paulus*: Deſpondi vos vni viro virginem caſtam, exhibere Chriſto. *Quam accepit Chriſtus*, vt exhiberet eam ſibi glorioſam, non habentem maculam, ne- E que rugam: *eius ſponſus in Cant.* Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te, &c. Murenulas aureas faciemus tibi, *cui Pſal.* 44. Audi filia & vide, &c. [13] NON HABET. *Mœchos ſc. Et quidem in virgineo Eccleſiæ corpore, membra fornicationi addicta eſſe non deberent.* [14] HOC REPROMITTAT, *veniam ſcil. & remiſſionem.* [15] TERRENVM, *manu puri hominis Salomonis, & terrenis materiis extructum: cum Paulus dixerit*: In quo (*ſc. fundamento. Chriſto,*) coædificamini tanquam ſpiritales domus

[16] CITIVS LATRONVM, *quòd Mœchia, ſine adulterium ſit maius furtum, quàm fraudatio, vel rapina bonorum.* Iam enim non ſunt duo, ſed vna caro, *qua viri quę proximus, & maius bonum eſt, quàm quacumque externa.* [17] HIC TITVLVS. *Librum hunc de pudicitia intelligit: Iam enim alium de ieiuniis aduerſus Pſychicos inſcripſerat.* [18] MEÆ SENTENTIÆ, *dum eſſem Catholicus, conſentiebam Pſychicis, de venia danda relapſis in Mœchiam.* [19] RETRO PENES ILLOS, *priuſquam Montano, & Nouat. adhærerem, quando cum eiſdem in fide, doctrina, diſciplina ſocietatem habebam.* [20] QVO HOC MIHI. *Non enim curo, quòd confitentem reum habeant, leuitatem meam incuſent, quòd ſententiam mutauerim factus Montaniſta.*

Et ibid. Ex cap. 1. de pud. à m.

HÆC [1] GLORIA EXTINGVITVR, *pudicitia ſcil. ſplendor obſcuratur, cuius deberet eſſe* lumen inextinguibile: *propter quod Salomon exclamat:* O quã pulchra eſt caſta generatio cum claritate. [2] PER EOS. *Pſychicos.* [3] EIVSMODI MACVLIS, *ſordibus Mœchia tanto magis veniam negare deberent, quanto ipſi venia nubendi ab Apoſt. data, ad fornicationem euitandam abutuntur.* [4] SVCCIDERE, *ſuccumbere.* [5] NIMIRVM *ironicè.* [6] PROPTER CONTINENTIAM *abſtinentiam à Mœchia.* [7] INCONTINENTIA, *quæ in nuptiis maximè ſecundo matrimonio inuenitur oſtenditur.* [8] INCENDIVM, *vnius adulterij.* [9] IGNIBVS, *Polygamia* [10] CRIMINA, *fornicationis & Mœchia.* [11] REMEDIA PRÆSTITVVNT. *Si, inquit, pro præſeruatiuo tantorum criminum ſibi arrogant ius & licentiam nubendi ſæpius, vt hinc ſibi prouideant remedia coërcenda libidini; cur eadem poſtea commiſſa abſoluunt merito pœnitentia? Indigni planè ſunt venia, qui cum poſſent tam facili remedio abſtinere, relabuntur tamen in eadem crimina. Sic Chryſoſt. comparat adulteros naufragantibus in portu, quibus non ita miſericordiam impertimur, ſicut illis qui ſolutis lege coniugij, & vxores non habentes, hinc inde ventis & fluctibus concupiſcentia impelluntur.*

Remiſsio Mœchis relapſis neganda. 2. Schol.

Ex cap. 1. de pud. à m.

[1] REMEDIA VACABVNT, *fruſtra ferentur leges contra Mœchos alioſque peccatores, ſi nouerint, & experiantur viam ſibi patere venia, nec vitam corrigent.* [2] VTROBIQVE LVDVNT, *non agunt ſeriò Pſychici Prælati, fingunt enim ſollicitè ſe agere, & præcauere relapſum peccatorum, dum pœnas præſcribunt ſubeundas Mœchis, & negligentes ſunt obſeruantia legis, dum faciliùs indulgent.*

Ex cap. 2. de pudic.

MISERICORDIÆ PLVRIMVS. *Ioel. 2. 13.* Benignus & miſericors eſt, patiens & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia. *Sanct. Pagn.* & pœnitens ſuper malum: 70. *autem*: Pœnitens ſuper malitiis. ANTEPONIT, *Oſee* 6. 6. Miſericordiam volui, & non ſacrificium, & ſcientiam Dei plus quàm holocauſta. 70. Miſericordiam volo, quàm ſacrificium. NON TANTI. *Ezech.* 33. 11. Nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat, 70. Non volo mortem impij, ſicut conuerti impium à via ſua, & ipſum viuere. SALVIFICATOR, 1. *Timoth.* 4. 10. Speramus in Deum viuum, qui eſt Saluator omnium hominum, maximè fidelium. *In quem locum D. Thomas lect.* 2. Chriſtus, inquit, eſt Saluator, quia ſaluat ſalute corporali quoad omnes, & ideo dicit, omnium hominum: Item ſpirituali, & ideo dicit maximè fidelium. *Vnde & Aug. in Pſal.* 35. Homines & iumenta ſalues facies Domine, ſicut multiplicata eſt miſericordia tua Deus. Et hanc das, & hominibus, & iumentis. Salus enim hominum à quo? à Deo. Numquid ſalus iumentorum à Deo non eſt? Qui enim fecit hominem, ipſe fecit & iumenta; quia vtrumque fecit, vtrumque ſaluat: ſed ſalus iumentorum temporalis eſt. Sunt autem qui pro magno hoc petunt à Deo, quod dedit iumentis. Multiplicata eſt miſericordia tua Deus, vt non ſolùm hominibus, ſed & iumentis detur: quæ datur hominibus? iſta carnalis & temporalis. Ergo homines non habent aliquid apud Deum exceptum, quod iumenta non mereantur, & quo iumenta non perueniant? Habent planè: Et vbi eſt quod habent? filij autem hominum ſub tegmine alarum tuarum ſperabunt. *Doctor item Angelicus in locum Pauli Hebr.* 9. 28. Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata. Ideo, inquit, dicit ad multorum exhaurienda peccata, id eſt remouenda, nec dicit omnium: quia mors Chriſti etſi ſit ſufficiens pro omnibus; non tamen habet efficaciam, niſi quantum ad ſaluandos. Non enim omnes ſubiiciuntur per fidem, & bona opera. *Sic exponit* ſaluandos, *nec enim pro ſolis electis mortuus eſt efficaciter, ſed & pro quibuſcumque etiam reprobis, qui fidem Chriſti & aliquod donum ſupernaturale per Chriſti merita acceperunt. Nec iſta D. Thomæ propoſitio concurrit cum quinta, ab Innoc.* 10. *damnata, quæ ſic habet:* Semipelagianum eſt; dicere, Chriſtum pro omnibus omnino hominibus mortuum eſſe, aut ſanguinem fudiſſe. *Neque enim hoc dicit D. Thomas eſſe Semipelagianum. Imò verò expreſsè dicit, mortem Chriſti ſufficientem eſſe pro omnibus. Ego verò, cum Paulo credo, Chriſtum pro omnibus omnino, etiam in indiuiduo hominibus mortuum, quantum ad ſufficientiam: & pro ipſo etiam Iuda, quem iuxta Auguſtinum in Pſal.* 10. Traditorem ſuum tantâ patientiâ pertulit, vt ei primam Eochariſtiam confectam manibus ſuis, & ore ſuo commendatam, ſicut cæteris Apoſtolis traderet. *Sed valde ponderanda ſunt verba Sacroſancti Conc. Trid. ſeſſ.* 6. *cap.* 3. Verùm etſi ille pro omnibus mortuus eſt, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt, ſed ij dumtaxat, quibus meritum Paſſionis eius communicatur. *Quod idem eſt, quod habet D. Thomas*, non tamen habet pro omnibus efficaciam. *Quod mille locis teſtatur Auguſt. quos breuitatis cauſà prætereo, l. 6. cont. Iulianum cap.* 15. Scimus, ait Apoſtolus, quod à nobis ſæpiſſimè repetendum eſt, quoniam vnus pro omnibus mortuus eſt; ergo omnes mortui ſunt, &c. quod apertiùs ita dicitur: illi ſunt liberati à peccato, pro quibus mortuus eſt, qui nonquam fuerat in peccato. Et cùm ſemel ſit mortuus, tamen pro vnoquoque tunc moritur, quãdo in eius morte, quantælibet ætatis fuerit, baptizatur, id eſt, tunc ei proderit mors eius qui fuit ſine peccato, quando in eius morte baptizatus, mortuus fuerit etiam ipſe peccato, qui mortuus fuerat in peccato. *S. Auguſtinus ſæpiſſimè, & exertè probat, ex Apoſt. quidem, Chriſtum pro omnibus mortuum; mortis ſua beneficium tamen non omnibus* com-

Aug.

Aug.

municare, quod & Conc. Trid. expreſſè docet. Sic ita- Aug. *que inter cætera, lib. 6. contra Iulianum, cap 5.* Propter hoc, inquit, vinculum, quod connectitur ex primo Adam, nec ſolui poteſt niſi in ſecundo Adam: propter hoc, inquam, vinculum mortis, mortui reperiuntur infantes, non illa morte nouiſſima, quæ à corpore animam ſeparat, ſed ea morte, qua tenebantur omnes pro quibus eſt mortuus Chriſtus. Scimus enim, ait Apoſtolus 1. Cor. 5. quod à nobis ſæpiſſimè repetendum eſt, quoniam vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt: & pro omnibus mortuus eſt, vt qui viuunt iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro omnibus mortuus eſt, & reſurrexit. Illi ergo viuunt, pro quibus, vt viuant, mortuus eſt qui viuebat. Quod apertius ita dicitur: Illi ſunt à mortis vinculo liberi, pro quibus mortuus eſt inter mortuos liber. Pſal. 87. Vel ſic multò apertius: Illi ſunt liberati à peccato, pro quibus mortuus eſt, qui nunquam fuerat in peccato. Et cùm ſemel ſit mortuus, tamen pro vnoquoque tunc moritur, quando in eius morte, quantælibet ætatis fuerit, baptizatur: id eſt, tunc ei proderit mors eius qui fuit ſine peccato, quando in eius morte baptizatus, mortuus fuerit, etiam ipſe peccato, qui mortuus fuerat in peccato. ITAQVE OPORTEBIT. *Ironicè dicta contra Epiſcopos, & Sacerdotes nimium indulgentes peccatoribus relapſis; qui huiuſmodi locis abutuntur, vt conniueant peccatis.* FVTILIA EORVM. *non quod futiles Scripturas ſacras æſtimauerit, ſed quia perperam allegantur. Alij legunt,* ſparſilia, *ſparſim & paſſim effuſa.* ADVLANTVR, *Deo blandiuntur de magna miſericordia.* SIBI LENOCINANTVR, *velut lenones, & pellices ſeipſos alliciunt, & prouocant ad peccandum liberius, ſub præſumptione obtinendæ facilè veniæ.* VIGORANTIA, *mores Chriſtianos, & benè compoſitos, in vigore conſeruantia, & augentia.* REPERCVTERE, *ſententias Dei ſeueritatem comminantes in contrarium opponere.* CONSTANTIAM PROVOCENT, *hortentur, & vrgeant nos timore ſalutari, vt conſtanter & perſeueranter in virtute incedamus.*

3. Ex cap. 2. à p. ad vltra m. de pud. & in f.

ET IVSTVS, *vt alibi dixit:* De noſtro iuſtus, de ſuo bonus. EX CAVSA. *ſcil. propria bonitate benefacit nobis: ſicut iuſtitia vindicatiua cauſam, ſumit ex nobis.* DEVS IVSTVS, *Pſal. 7. 12.* Deus Iudex iuſtus, fortis & patiens. SANARE NOVIT, *Deut. 32.* 39. Ego occidam, & ego viuere faciam; percutiam, & ego ſanabo. FACIENS PACEM, *Iſa. 45. 7.* Ego Dominus, & non eſt alter. Formans lucem, & creans tenebras, & faciens pacem, & creans malum, *id eſt bellum, malum contrarium bono pacis. Vel ſimpliciter malum, quia in ſe inuoluit bonorum omnium ſpiritualium & corporalium ruinam.* POENITENTIAM MALENS. *Ezech. 33. 11.* Viuo ego dicit Dominus Deus, nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat. SI IEIVNAVERINT, *Ier. 14. 11. & 12.* Et dixit Dominus ad me: Noli orare pro populo iſto in bonum, (70. *in bona*) cùm ieiunauerint, non exaudiam preces eorũ; etſi obtulerint holocauſtomata & victimas nõ ſuſcipiã eas (70. *Non placebo mihi in eis*) quoniam gladio & fame & peſte conſumam eos, 70. *autem,* & in morte ego conſummabo eos. MISERICORDIÆ PRÆLATOR, *Oſee 6. 6.* Quia miſericordiam, volui, & non ſacrificium, 70. *vero:* Quia miſericordiam volo, quàm ſacrificium, *id eſt magis quàm ſacrificium.* NE ADORAVERIS, *Ier. 7. 16.* Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis lau-

Err. Tert.

A dem & orationem, & non obſiſtas mihi, quia non exaudiam te. 70. *non legunt* adorare. *Sed quia os ad os cum Deo orando loquimur, & cum tanta maieſtatis Rege tractaturi, prius eum adoramus.* ADFLICTATIONEM, *afflictionem, & duram corporis in pœnitentia habitu tractationem.* ZELOTES, *præter Exodi 20. 5. vbi ſeipſum Deus zelotem vocat: Ezech. 8. 5.* Ecce ab Aquilone portæ altaris, idolum zeli in ipſo introitu. *Quod idololatria Deo zelum prouocet.* NASO, *Ezech. 8. 17. 18.* Ecce applicant ramum ad nares ſuas. Ergo & ego faciam in furore, non parcet oculus meus, neque miſerebor. *Sanct. Pagn. ex Hebr.* Ecce mittunt fœtorem ad nares ſuas. *Quod fœtcat Dei naribus ramus oblatus Idolis. Vbi nam*

B *verſu 16.* Inter veſtibulum & altare quaſi 25. viri dorſa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum Solis, *quaſi ramorum & arborum parentem, 70. autem 20. ponunt,* & hi adorant Solem, &c. & ipſi quaſi ſubſannantes, *videm fit ſubſannare ſiue irridere Deum, & ramum naribus applicare. Paulus autem Galat. 6. 7.* Nolite errare, Deus non irridetur, quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet. PER ISAIAM, *cap. 42. 14.* Tacui ſemper, ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar: diſſipabo, & abſorbebo ſimul, deſertos faciam montes & colles, & omne gramen eorum exſiccabo. EXVRET. Inflammabit in circuitu. OCCIDENS, *Math. 10. 28.* Timete eum qui po-

C teſt animam & corpus perdere in gehennam. IVDICANTIAVS, *deprauat ſenſum Mat. 7. 2. Intelligens de iudicio pœnitentiæ quod ad literam de iudicio temerario dictum eſt, & de menſura ſimili rependenda.* QVOD FRATRES, 1. *Cor. 6. 1.* Audet aliquis veſtrum habens negotium aduerſus alterum iudicari apud iniquos (*iudices Gentiles*) & non apud ſanctos, *Fideles, & verſu 6.* Frater cum fratre iudicio contendit; & hoc apud infideles. ADIICIENS, *imò præmittens, cap. 5. 12.* Quid enim mihi de iis qui foris ſunt (*id eſt infideles, extra Eccleſiam poſiti*) indicare? Nonne de iis qui intus ſunt (*fidelibus & Eccleſiæ Iuriſdictioni ſubditis*) vos iudicatis? Nam eos qui foris ſunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex

D vobis ipſis. *Tranſlat. Syr.* Deus iudicat, (*quia qui non credit iam iudicatus eſt*) tollite autem ſceleratum è medio veſtri, *id eſt ſeparate à conſortio veſtro.* IN CAVSA FORNICATIONIS, *quia ibidem agit de inceſto Corinthio, quem ipſe excommunicauerat.* QVÆ QVIS IN FRATREM, *abutitur & Interrogatione Petri.* Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? *Quaſi non acceperit Petrus poteſtatem remittendi quæcumque peccata etiam in Deum commiſſa.* FVNEM CONTENTIOSVM, *comparat diſputantes ex aduerſo & controuertentes ex Scriptura teſtimoniis, pueris hinc inde funem trahentibus.* VT HÆC, *teſtimonia allata à Tertulliano, iuſtitiæ Dei rigorem in peccatores inflexibilem atteſtantia, ſtrictiori*

E *nos vita, & venia peccatoribus recuſanda obſtringere videantur.* ILLA LAXARE, *quæ ad indulgendum lapſis promiores, in medium proferunt, rigorem iſtum remittere.* QVASI INCERTÆ, *ſupple videantur. Subtiliter Auguſtinus in Pſal. 50.* Ecce enim veritatem dilexiſti, incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti. Veritatem, inquit, dilexiſti, id eſt impunita S. Aug peccata eorum, quibus ignoſcis, non reliquiſti, &c. Sic miſericordiam prærogaſti, vt ſeruares & veritatem. Ignoſcis confitenti, ignoſcis: ſed ſeipſum punienti. Ita ſeruatur miſericordia, & veritas. Miſericordia, quia homo liberatur; veritas, quia peccatum punitur, &c. quæ occulta? quæ incerta? quia Deus ignoſcit & talibus; Nihil tam occultum, nihil tam incertum (*quia nemo ſcit vtrum*

A *amore vel odio dignus ſit*) ad hoc incertum Niniuitæ pœnitentiam egerunt. Dixerunt enim, quamuis poſt minas Prophetæ, &c. quis nouit ſi Deus flectat in melius ſententiam ſuam, & miſereatur? Incertum erat, cùm dicitur, quis nouit? de incerto pœnitentiam egerunt, certam miſericordiam meruerunt. PROSTERNERE, *facilè reddere, vel humiliare & viliſicare pœnitentiæ ſubſidium, nimia lenitas miniſtrorum Eccleſiæ ſolet. Tamen ad pacem cum Deo conciliandam verus Salomon princeps pacis; &* vt filia Babylonis miſera tranſeat in partem ſortis Sanctorum *anima peccatrix, ſed pœnitens cum filiabus Ieruſalem compuncta, aſcendit* in ferculum Salomonis per aſcenſum purpureum media charitate conſtratum, *vt dum purpureus pudoris color, turturis gemebunda genas rubricat, media Sacerdotum charitas ſternat aſcenſum purpureum ſanguinis Chriſti.* B *Vt ſicut de Magdalena pœnitente, ſic de qualibet anima peccatrice ſeriò cogitante & dolente pro peccato ſuo, dicat & ſponſus: Non tantùm*, capilli tui ſicut greges caprarum quæ aſcenderunt de monte Galaad. *Sanct. Pagn.* Quæ aſpiciunt, 70. Quæ reuelatæ ſunt de Galaad, *id eſt de acervo teſtimonij. vel cumulo teſtium: Quòd dum reuelat cogitationes ſuas turpes confeſſori ſuo, aſcendit de valle peccati, cogitans tantum acervum teſtimoniorum Scripturæ; quibus, ſicut & exemplis, venia pœnitenti certa promittitur; vt de ipſa deſperatione aſcendat in ſpem, & peccata priora contra ſe teſtantia, quaſi tumulo ſepeliat. Sed & exclamet ſponſus:* Comæ tuæ (*id eſt cogitationes tuæ recogitantes omnes annos viſa in amaritudine animæ tuæ*) C ſicut purpura regis (*Chriſti charitas operiens multitudinem peccatorum, & nuditatem Adam*) iuncta, vel vincta canalibus. *Vel vt alij legunt:* rex ligatus in canalibus. *In aquaductibus ſcil. gratiæ, quæ ſunt Sacramenta, maximè pœnitentia, & Euchariſtia quibus certam veniam & gratiam verbo ſuo infallibili Chriſtus alligauit. Prodigo pœnitenti dans vitulum ſaginatum.*

HANC DIFFERENTIAM, *grauitatis aut leuitatis peccatorum, quorum alia in Deum ab hominibus irremiſſibilia, alia in homines ab hominibus remiſſibilia ſunt. Errat turpiter, nullum enim præter deſperationem, & finalem impœnitentiam eſt irremiſſibile poteſtati Eccleſiæ à Chriſto traditæ, ad omnia ſine exceptione dimittenda.* D STATV, *natura, grauitate.*

Ex cap. 3 per totum de pudic.

EX DIVERSO, *ex aduerſo Pſychicorum argumento.* VSVRPAVERVNT, *impiè & blaſphematoriè, neque enim Eccleſia inuaſit violenter, nec ſurripuit fraudulenter, ſed accepit humiliter à Chriſto in Petro, & cæteris Apoſtolis, à quibuſcumque peccatis abſoluendi poteſtatem, dum, quam promiſerat dicens:* Tibi dabo claues regni cælorum, &c. quæcumque ſolueris, &c. *Sic exhibuit dicens:* Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittun- E tur eis. QVANTVM AD ILLOS, *Pſychicos, pœnitentia infructuoſa pro delictis in Deum commiſſis agitur fruſtra, à quibus non diuinam, ſed humanam tantùm veniam & reconciliationem pœnitens conſequitur.* CONCEDERE, *condonare.* REMISSA, *dum nos remittere pœnitenti recuſamus, quem ad Deum remittimus. Vt quid ergo Paulus ſe ſuoſque comminiſtros dixit*, pro Chriſto legatione fungi, qui poſuit in ipſis verbum reconciliationis? PROSTRATA, *cum Publicano à longè ſtante.* ECCLESIÆ ERVBESCERE, *coram Eccleſia, pro foribus templi, intrantibus cæteris, excommunicato Mœcho, & à Sacramentorum parti-*

A *cipatione ſine ſpe vlla reconciliationis excluſo.* NOTÆ SVÆ, *vtique probroſæ, in habitu pœnitentis.* ADVOCAT, *apud Deum mediatrices, mouet, & excitat.* REDIT, *cum publicano iuſtificatus.* PLVS NEGOTIATA, *Maiori lucro reportato ex compaſſione fratrum, quibus pœnitens ſe ingerere non audet, quàm ſi abſolutus & reconciliatus, cum eis communicares.* HIC, *apud Eccleſiam,* NON METIT, *ex lachrymarum ſemine.* AB OFFICIO, *pœnitentiæ actibus, & tota vt alibi dicit,* humilificandi hominis diſciplina. NEC DISCIPLINA, *rigor Sacerdotum recuſantium pacem & reconciliationem.* ADSVMENDO, *arrogando ſibi indebitum.*

Ex cap. 4. de pud. in p.

B DEMANDATA, *quaſi profundè iacta in corde petra fundamentali, qua nititur rigor Mœcho relapſo non indulgens.* POENITENTIÆ, *pro peccato remiſſibili, vel irremiſſibili.* CENSVM, *ſeriem, Cathegoriam, grauitatem, vel leuitatem. Qua videlicet cenſenda ſint peccata remiſſibilia, vel non.* QVOD MOECHIAM, *quòd adulterium vocitemus, ſimplicem fornicationem, vſus communis & promiſcuus horum nominum inualuit.* FIDES QVORVMDAM, *confœderatio, propinquitas, affinitas vocum fundata in praxi rerum quas ſignificant, facit vt communiter & familiariter loquendo, vna vox pro alia vſurpetur. Hinc & nos in hoc de pudicitia libro, promiſcuè fornicationem pro Mœchia ſumimus.* C CÆTERVM, *& quanquam fortè fornicationem ſimplicem nomine ſtupri vel adulterij vocuerim, perinde mihi eſt. Nota enim vna eſt omnibus peccatis carnalibus, quod eam contaminent & polluant.* NEC INTEREST, *imò plurimum. Nuptam enim & vxorem alterius tangere, contra iuſtitiam eſt: viduam autem lege viri ſolutam, non tam graue.* DVM NON SVAM: *Cùm, inquit, vidua proximi defuncti, ſua non ſit vxor, alius ſenſus erit, ſi dicas de coniugato poteſtatem ſui corporis non habente, & alterius viduam cogneſcente. Ipſe enim adulter eſt, propria fidem coniugi non ſeruans.*

Ex cap. 5. de pud. in f.

D MOLLISSIMA. *Notat hic Presbyteros Eccleſiæ Romanæ, & laxiorem eius morem in lapſis recipiendis.* OMNIBVS, *abſque diſcrimine irremiſſibilium: quòd beatitudinis illis participare velis; quia dixit Chriſtus:* Beati pacifici, NOSTRA ESSE, *nobiſcum ſentire, vel à nobis Nouatianis, hunc rigorem ſumere,* SEMEL DAMNAS, *condemnas, ſemel tantum excommunicas, ſemel agendæ pœnitentiæ locum præſtas, abſque ſpe pœnitentiæ & veniæ, ſi relabatur in homicidium, & idololatriam.* DE MEDIO, *cenſus enim, ſeries, & ordo peccatorum ſic in Decalogo texitur, vt media ſit inter idololatriā, & homicidium, Mœchia. Prima enim præcedit idololatria; Mœchia autem ſuccedit* E *homicidium. Vnde medium ab vtroque extremo participat.* PERSONÆ ACCEPTATIO. *Sic inducit Romanos loquentes contra ſe. quaſi ſis perſonarum acceptator, & non diſcriminator criminum. Dixit enim Sapiens:* Accipere perſonam in iudicio non eſt bonum. *Iudicium autem eſt in foro pœnitentiæ, in quo peccatoris cauſa diſcutitur.* MISERABILIORES, *commiſeratione digniores, quia fragilitas carnis excuſabilior in fornicatoribus & Mœchis, quàm in idololatris, & homicidis.* RELIQVISTI, *contempſiſti: nec eorum reſpectu, ad veniam peccatores fragilitate lapſos, recipere voluiſti.*

A

Ex cap. 6. de pud. in p.

PLANE, *reſpondet Tert.* DE QVIBVS PATROCINIIS. *Si proferas mihi in patrocinium cauſa Mœchorum, quam defendis; quibus exemplis & præceptis diuinis tuam fulcias ſententiam*, vt aperias portas iuſtitiæ, *& veniæ. Mira Tert. cæcitas, cum tota Scriptura ſit plena, & vnicum ſimul in Dauide adultery & homicidy exemplum ſufficiat. Audiat clamantem auribus Nathan. Sacerdotem Eccleſiæ Romana figurantē, qui confitenti ſibi, & dicenti:* peccaui Domino: *quaſi abſoluens, dixit*: Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum à te. *Et quidem in Euangelio, nil pœnitentia inexpiabile, vel regnum cœli claudens*; Pœnitentiam, inquit, agite, appropinquat enim regnum cælorum. *De quo & Chriſtus, expulſo, peccato regnante, per pœnitentiam*: Regnum Dei, inquit, intra vos eſt. SOLI MOECHIÆ: *Non autem idololatriæ, & homicidio.* ET IN EA, *& cum ea. Quæ ipſi affinis eſt, vel quæ ſub eius nomine intelligitur.* AD HANC LINEAM, *Metam, terminum, coërceo & reſtringo diſputationem noſtram.* NE IN TERGA, *veteris teſtamenti præteritas figuras & teſtimonia recurras.* ET SI A LEGE. *In qua texui ex Exodo & Deuteronomio ſeriem & cenſum horum trium peccatorum.* DEMONSTRANDO MOECHIAM. *Mediam inter idololatriam & homicidium.* MERITO, *non fruſtra grauitatem Mœchiæ irremiſſibilem diximus, ſicut & alia duo.* STATV, *ordine Decalogi, quod Chriſtus* non venit ſoluere, ſed adimplere. OBLITI POSTERIORVM, *cæteros locos alibi retulimus. Hunc ſic habet Paulus, Phil. 3. 13.* Fratres ego me non arbitror comprehendiſſe, (*tranſl. Syr. aſſecutum fuiſſe*) vnum autem: quæ quidem retrò ſunt obliuiſcens, ad ea verò quæ ſunt priora extendens meipſum; ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu, *tranſ. Syr.* Vnum autem ſcio, quòd quæ à tergo ſunt, dem obliuioni; ad ea verò quæ à fronte ſunt, enitar. Itaque decurro ad metam, vt accipiam victorioſum præmium ſupernæ vocationis Dei, &c. *Verum quidem eſt*, quòd Deus non vocauit nos in immunditiam, *nec in homicidium, aut idololatriam,* D *ſed* venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, *qui* non venit iuſtos vocare, ſed peccatores.

Ex cap. 6. de pud. circa m.

DABIS ERGO, *tu ergo, Romana Eccleſiæ Presbyter, æquabis te Deo, qui prius in veteri teſtamento tot exempla indulgentiæ ſuæ dedit erga populum Hebræum, identidem in peccatum idololatriæ relabentem. Si enim mecum abſoluas eique tribuas pœnitentiæ, & veniæ locum; cur non dabis, idololatræ & homicidæ*: RESTITVTVM, *in pacem & gratiam Dei.* COMMVNICABIS, *ad communionem quam recipies & homicidam.* NABVTHÆ, *Naboth, cuius vt vineam Ieſabele ſuadente inuaderet Achab, falſis teſtibus accuſatum lapidari iuſſit, tanquam blaſphemum in ſe &* E *Deum.* CVM INCESTO, *neſcius Iudas cum Thamar nuru ſua concubuit, quam meretricem putabat.* DE PROSTITVTIONE, *propter proſtitutam ductam ab Oſea in vxorem.* FREQVENTATAS, *ſæpius repetitas.* SEMEL, *ſimul plures.* PROPTER PATRES, *Patriarchas, qui ſimul cum vxore præcipua plures ad multiplicationem prolis ducebant vxores concubinas.*

Ex cap. 6. de pud. in f.

QVI OILLAM. *Carnem, ob eius infirmitatem excuſas à grauitate criminis, in Mœchiam lapſam:* DE PRISTINO, *vel à veteri teſtamento exempla veniæ ſument, vel infirmitatis excuſationē ex veteri culpa Adam, & relicto etiam poſt baptiſmū fomite peccati,* & lege membrorum repugnante legi mentis. *Nonne caro facta eſt corpus Chriſti, & membrum eius, dum corpori eius per baptiſmi Sacramentum agglutinata eſt? vel adhuc literaliter: quid carnem ex-* B *cuſas, quòd ante Chriſti aduentum in carnem, ante baptiſmi lauacrum, fornicationi ſubiaceret? Quaſi iam poſt ſuſceptam à Verbo carnem, noſtramque lotam in baptiſmo, ulla valeat excuſatio? Eſto, in veteri lege ante Chriſti aduentum excuſabilis facta ſit infirmitas; nondum humanum corpus, membrum erat Chriſti, templum ſpiritus non vocabatur, vt poſtea à Paulo vocatum eſt.* EXINDE QVO STATVM VERTIT, *ex quo, mutatus eſt carnis ſtatus, & promotus ex vilitate pulueris & limi, ad tantam dignitatem, vt aſſumeretur à Verbo in vnitatem perſonæ; ex quo* Verbū caro factum eſt, & habitauit in nobis, *tanquam in templo, de quo Salomon ait:* Sapientia ædificauit ſibi domum; *da exemplum aliquod datæ Mœchis relapſis veniæ poſt baptiſmum in Chriſto ſuſceptum; oſtende præceptum dandæ Mœchis veniæ.* TEMPORIS DEFI- C NITIONEM. *Quod iam determinaui, ſc. ab aduentu Chriſti, vel à tempore quo Paracletus in Montanum ſe effudit abundantius.* AETAS QVÆSTIONIS. *Quando, vel qua ætate hæc quæſtio venerit in cor & os hominum; dandane an neganda ſit Mœchis venia.*

Ex cap. 7. in p. de pud.

A PARABOLIS, *Per me, inquit, licet vt probationem dandæ adulteris veniæ, ordiaris à parabolis in Euangelio ſcriptis; inter quas eſt illa, Lucæ 15. 5.* PROCEDANT PICTVRÆ. *Producite etiam eandem Parabolam pictam in vitreis calicibus boni Paſtoris, ouem humeris in ouile reportantis imaginem.* PERLV- D CEBIT, *in vitro ſc. & chryſtallo ſplendenti & pellucido. Eodem alluſit noſter author, & eodem errore debacchatus eſt in Eccleſiam hoc ipſo lib. de pud. c. 10. vbi ſic inuehitur in Mœchum, eique indulgentem Romanæ Eccleſiæ Presbyterum.* Cui ille ſi fortè patrocinabitur Paſtor, quem in calice depingis, &c. De quo nihil libentius bibas, quàm ouem pœnitentiæ ſecundæ, *id eſt ouem ſecundò in ouile reductam, & admiſſam, poſt relapſum in errorem, ad pœnitentiam ſecundam. Dehinc proſequitur.* At ego eius Paſtoris Scripturam haurio, (*reprobat librum Apocryphum inſcriptum nomine Paſtoris, cui opponit Chriſtum Paſtorem bonum, quem vult, non fidelem & baptizatum, ſed Gentilem humeris baiulaſſe poſt errorem: ſed & in hoc errat quod hæc ouis à proprio eius ouili, & grege aberrauerat*) qui non poteſt frangi. *Vnde duo colligo. Primò ex hæretico, contra hæreticos pro calicibus &* E *ſacris vaſis, teſtimonium. Secundò calices id temporis fuiſſe vitreos & chryſtallinos, in quibus pingi ſolebat imago Paſtoris boni: quod & contra eoſdem ætatis noſtræ hæreticos, imaginum vſum reprobantes, torqueri poteſt. Materia fragilis fuiſſe calices ſatis indicat, quod ait*: Qui non poteſt frangi. *Tum temporis Eccleſiæ imperabat Zephyrinus Pontifex, qui ſtatuerat vt omnia Eccleſiæ vaſa eſſent vitrea; vel, ex Martino Polono, ſtannea. Poſt hæc tamen argentea, & aurea fuerunt, vt teſtatur Ambroſius l. 2. offic. c. 28. vt pa-*

tet ex paſſione B. Laurentij, qui vno circiter menſe ante B, Cypr. Martyrio coronatus eſt, Idem refert Optatus Milen. lib. 1. contra Parmen. Noſter autem Aug. l. 3. contra Creſc. Gramm. c. 29. Vbi de inquiſitione facta ſacrorum vaſorum per Zenophilum, & Feliceem qui erat flamen perpetuus curator: Paulo Epiſcopo dixit: proferte Scripturas legis, & ſi quid aliud hic haberis, vt præcepto & iuſſioni parere poſſitis &c. Contra ſcribente Victore Aufidij in breue ſic: Calices duo aurei, item calices ſex argentei, &c. De restitvtione, *in veniam & gradum.* Conlinset, *blandietur, fauebit illa pictura.* Præscribimvs, &c. *Supponimus tanquam certum & indubium ex ipſo natura ductu & ſenſu communi, ſecundum quod voces auribus ſonant, & prout lingua eas pronuntiare ſolet; eos qui rectè ſapiunt, & ſano rationis vſu potiuntur, reſpondere ſolitos directè & præciſè ad interrogationem factam ab aduerſario vrgente vt ſibi abſque vlla tergiuerſatione reſpondeatur. Agebatur id loci, vt proſequitur Tert. de murmure Phariſ. in Chriſtū, qui Publicanos & peccatores ethnicos recipiebat, & familiariter communicabat cum eis, quibus Chriſtus reſpondit:* Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. *Verùm & hic errat Tertul. Primò quia Chriſtus omnes venerat ſaluaturus, tam Gentiles quam Iudaos. Secundò quia dum Cananæam Gentilem repulit, ſatis probauit præcipuè peccatores Iudaos ſe veniſſe ſaluare, dum ait:* Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. *Vnde & per ſe vix vnum aut alterum Gentilem in gregem adduxit. Et dum viueret, Apoſtolis cauit:* in viam Gentium ne abieritis. *Dehinc aſcenſurus in cælum:* Euntes, inquit, docete omnes gentes, &c. *Vnde peremptoriè contra Tertull. concludo, Chriſtum aduerſariis Phariſæis directè reſpondiſſe, allata parabola ouis, de grege ſuo proprio, de ouili Iudæo, non Gentili, ouem aberratam reuexiſſe.*

Duo nobis ſuggerit vno hoc loco Tertull. argumenta, contra nouatores, myſterij altaris, & ſacrarum imaginum impugnatores. Calicis enim à tempore cœna Dominica ad annum vſque ſuum vſitati, & imaginis Paſtoris boni in eo picta mentionem facit. Cuius & Conc. Triburienſe Prouinciale, celebratum ſub Imperatore Arnolpho, à 22. Epiſcopis Germanorum Ann. Dom. 895. memoriam recolit, can. 18. vbi de vaſculis, in quibus myſteria ſacra conficiuntur. Vaſa in quibus Sacroſancta conficiuntur myſteria, calices ſunt, & patenæ: de quibus Bonifacius Martyr & Epiſcopus interrogatus, ſi liceret in vaſculis ligneis Sacramenta conficere, reſpondit: quondam Sacerdotes aurei, ligneis calicibus vtebantur: nunc è contra lignei Sacerdotes, aureis vtuntur calicibus. Zephyrinus 14. Romanus Epiſcopus, patenis vitreis Miſſas celebrari conſtituit. Nos ſtatuimus, vt deinceps nullus Sacerdos ſacrum myſterium Corporis & Sanguinis Domini in ligneis vaſculis vllo modo conficere præſumat. *Can. autem 19. repetit Canonem 32 Sexta Synodi Generalis, in qua Armeni, ex praua interpretatione loci Chryſoſt. contra Hydroparaſtarum hæreſim agentis, qui ſola aqua ſacrificium offerebant; vbi aquam remouit à ſacrificio; non ita tamen, vt non miſceretur vino calicis, quod in eius Eccleſia, ſicut & alibi agebatur. Dehinc dicta Synodus,* in omni Eccleſia vbi ſpiritualia luminaria refulſerunt, hic ordo diuinitus traditus ſeruatur. Nam & Iacobus Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundùm carnem frater, & Baſilius Cæſarienſis Archiepiſcopus, cuius gloria omnem terrarum orbem peruaſit, myſtico nobis inſcripto tradito ſacrificio, ita peragendum in ſacro myſterio, ex aqua &

A vino ſacrum poculum ediderunt. Et qui Carthagine conuenerunt ſancti Patres, ita apertè tradiderunt. Si quis ergo Epiſcopus, vel Presbyter, non ſecundùm traditum ab Apoſtolis ordinem facit, deponatur, vt imperfectè, ac ſimpliciter myſterium enuntians, & quæ tradita ſunt innouans. *Imperfectionem hanc aperit can. 19. Concil. Triburienſis.* Non debet, inquit, in calice Domini aut vinum ſolum, (*vt Armeni Chryſoſt. loco abutentes*) aut aqua ſola offerri: (*vt faciebant Hydroparaſtæ*) ſed vtrumque permixtum: quia vtrumque ex latere eius profluxit; ſed ſic vt duæ partes ſint vini, tertia verò aquæ, quia maior eſt maieſtas ſanguinis Domini, quàm fragilitas populi, qui per B aquam deſignatur, iuxta illud Apocal. 7. populi multi, aquæ multæ. *De quo apud Carthaginenſes more, Cyprianus lib. 2. ep. 3. quæ eſt 63.* Admonitos nos ſcias, vt in calice offerendo Dominica traditio ſeruetur, neque aliud fiat à nobis, quàm quod pro nobis Dominus prior fecerit: vt calix qui in commemorationem eius offertur, mixtus vino offeratus. *Et rurſum ibidem in hac ad Cæcilium epiſt.* Calicem, inquit, ſub die Paſſionis accipiens, benedixit, & dedit diſcipulis ſuis dicens: bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Qua in parte inuenimus calicem mixtum fuiſſe, quem Dominus obtulit, & vinum fuiſſe quod ſanguinem C ſuum dixit. *Vbi aduerte paulò ſupra dixiſſe,* nec nos ſanguinem Chriſti poſſemus bibere, niſi Chriſtus calcatus prius fuiſſet & preſſus, & calicem prior biberet, quem credentibus propinaret. Et alibi Iſaias: Si ſitierint, inquit, per deſerta, adducet illis aquam; de petra producet illis, findetur petra, & fluet aqua, & bibet plebs mea. Quod in Euangelio adimpletur, quando Chriſtus qui eſt petra, finditur ictu lanceæ in Paſſione, qui & admonens clamat & dicit; ſi quis ſitit veniat ad me. *Et concludit:* Vnde apparet, ſanguinem Chriſti non offerri, ſi deſit vinum calici; nec ſacrificium Dominicum legitima ſanctificatione celebrari, niſi oblatio & ſacrificium noſtrum reſponderit paſſioni. *Neque verò* D *reſpondet, niſi aqua miſceatur in ſignum eius quæ Dominico fluxit ex latere. Non quidem quòd irritum ſit, hoc eſt nullum ſine admixtione aquæ ſacrificium, ſed quod mortale ſit peccatum, ritum à Chriſto ſeruatum & ab Apoſtolis traditum, vtpote Paſſionis Chriſti, & vnionis Eccleſiæ cum ipſo ſignum prætermittere. Irenæus quoque l. 5. aduerſus hæreſ. c. 2.* Quando, inquit, mixtus calix, & fructus panis percipit verbum Dei (*formam ſiue verba conſecrationis ore Chriſti prolata*) fit Eucharistia corporis & ſanguinis Chriſti: *& Athanaſius Apol. 2. ſolis miniſtris altaris id licere ſcribit:* Solùm, inquit, veſtrum eſt propinare ſanguinem Chriſti, & præterea nullius. Cæterum, vt impius eſt, qui hunc myſticum calicem E frangit: ita multo magis impius eſt, qui ſanguini Chriſti contumeliam facit: Contumeliam autem facit, qui præter Eccleſiaſticam inſtitutionem calice illo abutitur. *Abutitur autem rectè ſenſu qui participans calici Chriſti, bibit de calice meretricia Babylonis. Hinc Chryſoſt. hom. 14. in ep. ad Epheſ.* Tu es his vaſis ſanctior, & multo ſanctior: cur ergo te ipſum polluis & inquinas? *& homil. 51. in Matth.* Animarum ergo munditia opus eſt, propter quas, Deus etiam hęc vaſa recipit. *Tandem abutitur, qui Paſtorem in calice pictum, & ſuum pro oue ſanguinem fundentem, & propinantem cernens, luxuriat in pratis, nec mortificationi vacat Paſtoris morti reſpondens. Vnde Hier. ep. 20. ad Marcellum:* Calices, inquit, mortificationem carnis oſtendunt, & ſemper

animum ad martyrium præparatum.

Sed ad calicem redeo & vaſorum ſacrorum vſum. Damaſus Papa in Pontificali meminit eorum ſub S. Vrbano circa Annum Chr. 130. Sixtus, inquit, conſtituit, vt miniſteria, ſiue vaſa ſacra non tangerentur, niſi à miniſtris ſacratis. Vrbanus fecit miniſteria ſacrata, omnia argentea, patenas argenteas 25. appoſuit. Sylueſter donauit Eccleſiæ Romanæ patenam argenteam penſantem lib. 20. Ex dono Auguſti Conſtantini: dedit & ſcyphos argenteos duos, qui penſarunt ſinguli libras denas, calicem aureum penſantem libras duas, calices miniſteriales quinque penſantes ſingulos binas libras, &c. patenam argenteam chriſmalem auro incluſam, penſantem libras quinque. B *Concilium Roman. c. 9.* Nullus lector vel Oſtiarius ſacra vaſa contingat. *Conc. Agathenſe c. 66.* Non oportet inſacratos miniſtros licentiam habere in ſecretarium quod Græci Diaconiam vocant, ingredi & contingere vaſa Dominica. *Auguſt. in Pſal. 113. conc. 2.* Pleraque, inquit, inſtrumenta & vaſa ex huiuſmodi materia, vel metallo habemus, in vſum celebrandorum Sacramentorum, quæ ipſo miniſterio conſecrata ſancta dicuntur, in eius honorem cui pro ſalute noſtra inde ſeruitur. *Et Conc. Carthaginenſe 4. c. 5. cui ſubſcripſit Auguſt.* Subdiaconus cùm ordinatur, quia manus impoſitionem non accipit, patenam de manu Epiſcopi accipiat vacuam, & calicem vacuum: de manu verò Archidiaconi Vrceolum cum aqua, & manutergium. C *Nec præteribo quod narrat Beda in deſcriptione locorum terræ ſanctæ c. 2. Calicem quo vſus eſt Chriſtus in inſtitutione myſterij altaris fuiſſe argenteum, habentem duas hinc inde anſulas continentem quaſi ſextarium Gallia, ſuo adhuc tempore Ieroſolymis extantem, quem peregrini magna reuerentia videbant. Quid ad hæc teſtimonia reſpondent, & antiquitatis monumenta Nouatores?*

Aug.

Ex cap. 7. in m. de pud.

PROINDE IN DRACHMÆ. *Multis interiectis, quæ alibi expoſui, ſimiliter, inquit, prouoco & vrgeo,* D *vt mihi & aliæ ex eodem Euangelio Parabolas adſtruant, in exemplum danda Chriſtianis Mœchis venia. Nempe illam proferent qua ſe Dominus comparat mulieri de drachma inuenta ſibi cum vicinis gratulanti: ſed ethnicum, non autem Catholicum, in drachma perdita figuratum dico: Imò verò Catholicum expreſſit, non foris, ſed in domo propria, hoc eſt Eccleſia perditum. Notatu dignum quòd cùm Tertul. adhuc Catholicus parabolas ouis errantis & filij prodigi aptaſſet Chriſtiano poſt baptiſmum lapſo lib. de pœnitentia c. 8. Vbi & de drachma perdita, vt peccatorem in ſpem veniæ excitaret, & ad pœnitentiam ſubeundam induceret: tamen hæreticus factus lib. de pudicitia c. 7. & ſeq. eaſdem Parabolas non fideli, ſed ethnico voluit applicari. Et licet ad extremum, eas concedat intelligi etiam de Chriſtiano in alia etiam crimina prolapſo, nullam tamen Mœchis & fornicatoribus voluit tribui veniam.* E Condico, inquit, Chriſtianum iam peccatorem in parabola vtraque portendi, non tamen ideo eum adfirmandum, qui de facinore Mœchiæ, & fornicationis reſtitui per pœnitentiam poſſit. Licet enim periſſe dicatur, erit & de perditionis genere retractare: quia & ouis non moriendo, ſed errando; & drachma non intereundo, ſed latitando perierunt. *Et quia obijci poterat de prodigo dictum, mortuus erat, & reuixit, reſpondet cap. 8. non eadem caligine circa duorum filiorum comparationem exorbitare; & plus gentili quàm Chriſtiano quadra-*

A *re prodigum.* DEI VERBVM, *de quo Pſ. 118.* Lucerna pedibus meis verbum tuum. IN DEI LVCE, *fidei lumine.* VNVS ERROR, *communis eſt. Quia vtraque erat perdita. Quidquid dicat de magna domo mundi, de lucerna tenebras illuminante, gratis & ſine fundamento aſſerit.* Quis enim, inquit, cæcus niſi populus meus? *Et cum Paulus dicat:* Siquis ſuorum & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior, *ſi de Eccleſia miniſtris dici poteſt, quid de Chriſto ſentiemus, ſi neglecta Iudæorum cura, ſolùm veniſſet ad Gentes in ſuum ouile deducendas.*

B *Ex cap. 10. à m. de pud.*

CEDEREM TIBI, *concederem, relapſos recipiendos ad pacem & Sacramentum corporis Chriſti ſi liber inſcriptus* Paſtor, *cuius, ex Origene in epiſt. ad Rom. c. 16. Hermas author eſt Philipopolis Epiſcopus, ab Eccleſiis omnibus vt Apocryphus non reijceretur.* DIVINO INSTRVMENTO. *Inter libros ſacros recenſeri.* MOECHOS AMAT, *quos recipit ad veniam & communionem.* ADVLTERA. *Falſa, & corrupta.* SOCIORVM. *Mœchorum* INITIARIS, *imbueris eius doctrina falſa.* PASTOR IN CALICA, *Vide dicta ſupra,* PROSTITVTORIS, *quòd quaſi pellex, pellicere videatur ſpe veniæ, ad Mœchiam.* EBRIETATIS IDOLVM. *Alludit ad Paulum dicentem iuxta D.* C *Thom.* alius quidem ebrius eſt. *Dum de communione ſub vtraque ſpecie loquitur, in qua diuites multum vinum conſecrandum offerebant, nec pauperibus propinabant.* MOECHIÆ ASYLVM. *Quod relapſi hac pictura Paſtoris in calice, præſumerent de aſylo miſericordiæ, vt ouem ſecundò relapſam, de pane & calice Paſtoris ſecuram redderet, ſe rurſum bibituram ex eo.* POST CALICEM, *quia ebrietatem ſequitur luxuria ſicut videbimus verbo* luxuria.

Ex cap. 9. à m. de pud.

QVIS CVRABIT, &c. *Quis certus veniæ ſemper* D *ſibi ab Eccleſia paratæ, ſollicitus erit gratiæ conſeruandæ, & ad finem vſque perſeuerantiæ?* QVOD NON PERPETVO, *id eſt ſpem veniæ, quam ſemel adeptus non poterit in perpetuum amittere; & proinde ſemper, & vltra 77. viam ſibi poſt tot relapſus, ad pœnitentiam, & per hanc ad indulgentiam, apertam fore ſibi promittet, & ideo præſumet peccandi licentiam, vt & de Deo facili miſericordiam, & gratiam.* SECVRITAS DELICTI, *qui enim de venia conſequenda ſecurus & certus eſt, ſine cura delicti vitandi viuit, ſitque ipſa ſecuritas, incentiuum & irritamentum peccati.* APOSTATA, *à ſtatu gratiæ excidens poſt primã pœnitentiã, qui deſertâ cum prodigo paternâ domo, recipiet ſtolam primam charitatis à Patre operiente nuditatem filij.* INDVMENTVM SPIRITVS. *De quo Chriſtus:* Induemini virtute ex alto. *Obumbrante ſe rurſum columba ſine felle.* ANVLO DENVO. *Rurſus,* E *vt prodigo reddetur annulus, ſymbolum libertatis, & exitus à peccato, quo pœnitentiæ merito abſoluetur reuerſus ad Patrem.* SIGNACVLVM LAVACRI, *baptiſmi, qui eſt* fons ſignatus, *ob characteris indelebilis impreſſionem.* MACTABITVR CHRISTVS, *per vitulum ſaginatum expreſſus.* IN THORO, *accumbet menſa Regis, de qua alia eſt in Euãgelio parabola.* INDIGNA VESTITI. Et certè, inquit, Auguſtinus, vnus erat: vidit enim ibi rex vnum hominem non veſtitum veſte nuptiali. NEQVM SPOLIATI. *Vt non tantùm omnino ſpoliati & nudi, qualis erat prodigus,*

S. Aug.

ſed etiam minus dignè, au'a & thoro Regio veſtiti, eijciantur à conuiuio in pœnas, abſque ſpe veniæ. Vnde Paulus: Si tamen non nudi, ſed ſuperueſtiti inueniamur. *Videlicet cum domeſticis, ſapientia, per mulierem fortem adumbrata*, qui veſtiti ſunt duplicibus. *Hoc eſt byſſo innocentiæ, & purpura charitatis, quæ eſt vera veſtis nuptialis, portanda in nuptiis agni: Itaus ad vitulum ſaginatum Euchariſtia, & participationem Sacramenti pacis, in quo pax ipſa ſumitur, admittendi non ſint, qui cognoſcunt ſe eſſe nudos, & à fructu ligni vitæ, & Paradiſo Eccleſiæ, proijciantur, qui carnalis concupiſcentiæ cibum vetitum, fornicando, & mœchando guſtauerint; ſicut Adam idololatriæ reus, & homicidij omnium filiorum, aliquid etiam Mœchiæ paſſus, poſt ſeductam adulterã cum ſerpente Euam; motus ſicut, & ipſa libidinis, vel inuitus ferens, loco tam Sancto, Paradiſum cæleſtem figurante*, quo nihil coinquinatum intrabit, *tanquã indignus eſt proiectus, & vt ait alibi Tertull. de tunicis pelliceis, quibus Deus eorum verenda contexit*, pellitus, inquit, orbi ceu metallo damnatus, *vt longam Deo in ſqualore & ſudore pœnitentiam immolans, veniam à Deo conſequeretur. Hinc Sap.* 10. 1. Hæc (*ſapientia*) illum qui primus formatus eſt à Deo Pater orbis terrarum, cùm ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit, & eduxit illum à delicto ſuo, & dedit illi virtutem continendi omnia. EXINDE, *deinde.* SI FACTIS *exemplis, vt parabolis, & verbis probauit Chriſtus ſuam in peccatores lenitatem.* INAVGVRANTI, *incipienti, præuenienti. Dicente* Chriſto: ad ſepeliendum me fecit.

A B C

Ex cap. 11. per totum de pud.

SEXTO MATRIMONIO. *Hic renouat errorem ſuum quo ſupra damnauit iteratas nuptias.* PROSTITVTÆ. *Non iam ſimpliciter adulterã, ſed & proſtitutam vocat ſexto Matrimonio: cùm quinque legitimis viris mortuis, fornicatorem haberet, cui non erat iuncta Matrimonio. Sic contra verba expreſſa Chriſti perperam ſcribit.* Viros enim quinque, ait Samaritanæ Chriſtus, habuiſti; hunc autem quem iam habes non eſt tuus vir. QVOD NEMINI FACILE, *non tantùm delicta pepercit, ſed & quod paucis diſcipulis, quis & quantus Meſſias eſſet, mira facilitate, & familiaritate declarauit* ETSI IAM CHRISTIANÆ, *etſi illis peccatricibus iam conuerſis ad Chriſtum, & poſt acceptam fidem relapſis, data ſit indulgentia, nihil hæc exempla conferrent cauſæ Romanorum* NVNC ENIM. *Iam Nouat. facti dicimus, id ſoli Chriſto Deo licitum fuiſſe. Non aduertit Author, quod quanquam impia cogitationis murmurantium dixerit apud ſe:* Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus? *Dictum eſt tamen ab Euãgeliſta, quod* videntes turbæ timuerunt & glorificauerunt Deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus. HODIE OPERETVR, *ironicè dicit: Agite Romani; vſurpate poteſtatem eius, & ſicut ille indulſit, indulgete relapſis.* AD ILLA TEMPORA. *Nos, inquit, definimus, & ſtatuimus, illam indulgentiam Chriſti, duraſſe tantùm pro tempore quo vitebat in terris. Nec præiudicium inde ſumi debere, ſi non tantùm Gentilibus, ſed etiam Iudæis frequentes relapſus obnoxiis pœnitentibus parceret.* A NOVATIONE. *Chriſtiana diſciplina ſumpſit exordium à tempore quo Chriſtus nouo teſtamento condito, veteris legis ceremonias abrogauit.* CENSETVR, *computatur, vel exordium ſumit. Et tamen tam ante paſſionem, quàm poſt reſurrectionem Chriſtus dicit Apoſt. & in his, omnibus Eccleſiæ, Sacramentorum* Miniſtris idoneis noui teſtamenti: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. A NOVATO, *melius dixiſſet, & noua eius doctrina, cœpiſſe eſſe pœnitentiam relapſis denegari,* ANTE REPERTVM ORDINEM FIDEI. *Ab oculato videlicet Nouato, qui etiam profunda Dei ſcrutatus, acri ſui ſpiritus indagine, reperit hunc ordinem diſciplinæ fidei Chriſtianæ; vt poſt primam pœnitentiam, nullus Mœchus, quantumuis pœnitens, reciperetur ad veniam.* RESVMPTVM, *vnde venerat.* Nemo enim aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, ſecundus Adam de cælo cæleſtis REPRÆSENTATVM, *datum in linguis igneis*, qui inſcribetet legem nouam in tabulis cordis carnalibus, *qui prius in igne ſe Moyſi præſentem exhibuerat, cùm legem digito ſcriberet, ſiue vt ait Paulus*, literis deformatam in lapidibus populo duræ ceruicis, & incircumciſi cordis *traderet. Sed heu, quomodo Spiritus ſanctus*, abſtulit à Nouatianis cor lapideum? quomodo indidit cor carneum? quomodo inuenit eos filios Ieſſe, id eſt, incendij, ſcilicet charitatis in peccatores ſecundùm cor Dei, *qui inflexibiles & rigidi ſunt ad veniam?*

Ex cap. 12. in p. de pud.

ITAQVE ISTI *Eccleſiæ Romanæ Preſbyteri.* ALIVM PARACLETVM. *Aduocatum conſolatorem peccatorum*, in quo clamamus Abba Pater, *de quo & Paulus rurſum:* Qui poſtulat pro nobis (*id eſt ex Aug. poſtulare facit.*) Gemitibus inenarrabilibus, *quem à Patre promiſit Chriſtus*, alium Paracletum dabit vobis. *Longè certè alium ab eo quem Montanus, & Nouatianus ſe accepiſſe gloriantur. Quem in perſona Eccleſiæ poſtulabat Dauid:* Spiritum rectum innoua in viſceribus meis; *quem proinde promiſſum ſperabat:* Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, qui praua in directa faceret, & aſpera in vias planas. *Iuxta ſponſorem Chriſtum*, deducturus erat Apoſtolos in omnem veritatem. IN PROPHETIS, *ſuum Montanum, & propheteiſſas eius intelligit; quos vult proprius & perfectius ipſis Apoſtolis, plenos Paracleto. Veteres enim Prophetæ intercedebant pro delictis populi, ad flectendam Dei iuſtitiam.* IAM NVNC IN APOSTOLIS, *quaſi in Montano & Nouato ſuperabundans, Apoſtolorum ipſorum indulgentiam abrogaſſet.* AGE, *agite nunc. Vel age, quiſquis es Romanus Preſbyter, qui tueris peccatorum cauſam.* DE APOSTOLICO INSTRVMENTO, *de nouo Teſtamento ab Apoſt. conſcripto, probate mihi peccata carnis fœdata huiuſmodi ſordibus poſt baptiſmum, pœnitentiâ poſſe deleri. Quàm longè à ſeipſo aberrat Author; qui prius ſana mente, & Catholico ſenſu, ſpem peccatoris relapſi erigens dicebat:* Iteratæ valetudinis, (*infirmitatis*) iteranda medicina eſt; pigeat iterum naufragari, ſed non pigeat iterum liberari.

Aug.

D E

Ex c. 13. de pud. à p.

AD EXORANDAM FRATERNITATEM. *Ad flectendam Eccleſiam, cœtumque fidelium.* CONCINERATVM, *cinere reſperſum. Pulchrè deſcribit habitum pœnitentis.* CONCILICIATVM, *ſacco, & cilicio indutum.* DEDECORE, *pudore.* LACINIAS, *extremas veſtes.* HOMINI EXITVM, *Mœchum ab excommunicationis vinculo abſoluendum.* INLECEBRIS, *illecebris, quicquid potes in concione tua, Pontifex Maxime (Zephyrinum Papam, vel Epiſcopum quemcunque alloquitur.)* BENEDICTVS. *Licet ironicè dicat, ab Eccleſia iam extraneus, morem tamen antiquum ſeruat, quo ſummus Pontifex, vel benedi-*

ctus, vel Beatus, vel Sanctus, iam olim vocabatur. PAPA, *hic Pater, & agnorum ſc. & ouium; hoc eſt plebis, & Epiſcoporum, quos etiam frequenter in epiſt. Aug. Papa nomine vocitari legimus. Vel ſuperbiam Prælatorum mordet, quaſi & ipſi* Patrem miſericordiarum, & Deum conſolationis *æmulari velint; de quo Paulus* 2. *Cor.* 1. 3. Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum, &c. CAPRAS, *carpit fœtorem Mœchorum.* IN PARABOLA OVIS, *quæ tibi blanditur de exemplo Chriſti, errantem ouem propriis humeris reportantis.* TVA OVIS, *id procurat concione tua, admonitione tua, indulgentia tua, vt mota cætera oues tanta bonitate, ouile non tranſiliant, huius exemplo, & eas exterres ipſa indulgentia. Ironicè. Quaſi verò, inquit, indulgentia tua, & clementia, timoris habenâ coërceat; & non potius frenum laxet in omnem libidinem proruendi* [illegible] *licentia, ſpe veniæ.* NEC SEMEL. *Qui nunquam licuit peccare vel ſemel.* APOSTOLVS VARBO. *Paulus inceſtum Corinthium cum tanta ignauia, non excepit, ad veniam non admiſit.* HABITVM IEOATVM, *ſquallidum habitum pœnitentis, qui tanquam legatus & orator meus, tacitè rogat pro peccatore pacem & veniam.* QVEM AB IPSO, &c. *Si Paulus pœnitentia habitum induxiſſet iſti Corinthio, id abſque dubio ſcriptum in ſua Epiſt. reliquiſſet, qua te ad ſuum exemplum imitandum excitaſſet.* NIHIL COMMINATVS. *Imò verò comminatus eſt:* vultis in virga veniam ad vos? NIHIL ALLOCVTVS. *Et tamen multa ſcribit in hanc rem.* QVINIMO. *Hic inducit Presbyterum Romanum obycientem* CONSTITVERENT, *ſupple, vt,* QVASI SATISFACIENS, *id eſt compenſans & contemperans dulcedinem commendata in eum fratribus dilectionis, ad rigorem diſciplinæ, qua eum tradiderat Satanæ dulcorandam. Vel melius ad mentem Tertull. ipſe loquitur, & ait: Verum eſt, fateor Apoſtolum hunc inceſtum commendaſſe dilectioni fidelium: ſed non quaſi ipſi peccatum relaxaret, ſed charitatis & compaſſionis obſequia exigeret à fratribus; reſeruatâ tamen cenſurâ anathematis peccatori inflictâ:* NON COMMVNICATIONEM, *& in his omnibus, quibus commendat charitatem, non lego ipſis permiſiſſe cum excommunicato communicationem.* QVOD ET AD THESS. 2. *Theſſ.* 3. 14. Quod ſi quis non obedit verbo noſtro per Epiſtolam, hunc notate, & non cõmiſceamini cum illo, vt confundatur: & nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem. *Vbi tranſlat. Syr. legit:* Quod ſi quis non obedit iſtis ſermonibus qui Epiſtolâ continentur, ipſe ſeparetur à vobis, neque conuerſamini cum eo, vt pudore ſuffundatur. Neque tanquam inimicum habeatis eum, ſed admonete eum vti fratrem. DE ANIMO. *Nuſquam Paulum lego, quidquid dicat Tertull. vel quempiam ſanæ mentis & fidei authorem, quantumuis magnum peccatorem niſi deſperatæ ſalutis, & in peccato mortali manifeſtò mortuum, ex animo & corde proyciendum eſſe.* DE MEDIO, *non vt eum occiderent, ſed communione ſua excluderent.*

Ex cap. 13. in f. de pudic.

SED VEREBATVR. *Ironicè dicta.* DEVORARETVR. 2. *Cor.* 2. 7. E contrario magis donetis, (*tranſ. Syr. oportet vt remittatis ei.*) Ne fortè abundantiori triſtitia abſorbeatur qui eiuſmodi eſt, propter quod obſecro vos, vt confirmetis in illum charitatem. HIC, *hoc Apoſt. loco, per carnis interitum intelligunt Pſychici impoſitam ab Apoſtolo carnis afflictionem inceſto, in officio & actibus ſeueræ pœnitentiæ, in habitu ſqualido, neglecto prorſus omni corporis cultu.* NON IN PERDITIONEM. *Damnationem animæ, ſed interitum carnis; nec enim* mortem peccatoris volebat, ſed magis vt conuerteretur & viueret. IGI-

A TVR ET CONSECVTVM. *Quis dubitet quod verè pœnitens fuerit conſecutus.* EMERGVNT, *recipiuntur ad veniam.* SI DIXIT. 1. *Tim.* 1. 20. *vbi Paulus de hæret. loquens:* Ex quibus eſt Hymenæus & Alexander, quos tradidit Satanæ vt diſcant non blaſphemare. DE CÆTERIS DIXIT. *Vt eorum exemplo cauerent incidere in blaſphemiam. Sed errat. Nam de ipſiſmet loquitur, vt reſipiſcerent. Vnde tranſ. Syr. legit* ne ſint maledici. SIC IGITVR. *Ita tuetur errorem ſuum volens Paulum excommunicaſſe inceſtum abſque ſpe veniæ, qui iam ſupra blaſphemos & hæreticos damnauerat.* IPSAM SVBSTANTIAM, *carnem ſc. non in pœnam tantùm, ſed in mortem tradens, per cuius laſciuiam à gratia & caſtitate exciderat, fruſtra ſuſcepto baptiſmate.* DE HOC QVÆRATVR. *Imò non dubitatur per*
B *pœnitentiam quodcumque dimitti peccatum.* CONTRARIA INTERPRETATIO, *hæreticorum ſc. qui negant carnis reſurrectionem.* SPIRITVM IN ECCLESIA. *Intelligit Eccleſiam Montan. ſpiritalem, mundam ſc. vtpotè quæ in perpetuum eiectis fornicatoribus & Mœchis, ſuos fideles à contagione & communicatione eorum ſeruet.* POENAM SINE CARNE. *Et hic error eſt alter Authoris, animam ſine corpore nihil poſſe pati.* SALVVS IN POENA, *id eſt integer maneat & immortalis, vt aliqui exponunt Paulum,* ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, *ſed vt re per pœnam carnis & pœnitentiam ſit anima ſalua.*

Ex cap. 15. à p. de pud.

C COMPARA, *Pſychice, prone ad veniam: confer Paulum indulgentem, cum inexorabili & ſeuero. Reſponde ſi potes, an Paulus eodem modo ſe gerat erga peccata leuia & remiſſibilia, & grauia, & irremiſſibilia.* PROPTEREA HABENTES, &c. 2. *Cor.* 4. 1. *Ideo habentes adminiſtrationem,* iuxta quod miſericordiam conſecuti ſumus, non deficimus, ſed abdicamus occulta dedecoris. *Tranſ. Syr.* Propterea tædium non eſt nobis in hoc miniſterio quod amplectimur iuxta miſerationes quæ fuerunt ſuper nos. Sed execrati ſumus occultamenta dedecoris. SED ET SCELERIS. *Inceſti Corinthij.* DEDAMMAVERIT. *Frequens eſt, vt ſæpè monui, in compoſitis quæ affectat: pro, damnauerit,* tradiderit in interitum carnis Satanæ. AN EIVSDEM *ſit, an conueniat virgi-*
D *nem Paulum, & omnis caſtimoniæ præconem, cuicumque ſpeciei fornicationis parcere.* INTER TITVLOS, *honorificos.* POST ANGVSTIAS CASTIMONIAM. *Exaggerat commendationem caſtitatis, quaſi eminentioris cæteris laboribus eius, ieiuniis, vigiliis, &c. Quæ media & adiumenta ſunt ordinata in finem ſeruandæ caſtitatis.* QVÆ SOCIETAS. 2. *Cor.* 6. 15. Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas luci ad tenebras? quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? qui autem conſenſus templo Dei cum idolis? *Quanta & quam indigna tanto viro inconſtantia & animi leuitas, vt factis contrariis propria ſcripta condemnaret.* NONNE CONSTANTER. *An non Paulus patien-*
E *ter audire debebit obiurgationem iſtam?* QVOMODO DISCERNIS, &c. *Separas tanquam omnino inter ſe contraria, iuſtitiam ab iniuſtitia, reſtituens & recipiens ad veniam & in fidelium ſocietatem, inceſtum virum, quid omnia prædicta ſeparas, & in illo vno reconciliationis actu, rurſum coniungis quæ diſcreuiſti, deſtruens quæ ædificaſti.* VIDERINT IDOLA, *phraſis Authori communis. Viderit Paulus, cur templum Dei ab idolorum cultu diſcreuerit.* IN TEMPLVM CONVENIT, *ſimul cum aliis fidelibus intrat in Eccleſiam.* NAM ET HIC, 1. *in ipſomet c. verſ.* 16. INHABITABO, quoniam inhabitabo in illis, & inambu-

labo inter eos, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus, &c. & ſeparamini dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis. O APOSTOLE. *Ironicè torquet in Roman.* MANVM TRADIS, *quaſi victus, pœnitentia Mœchi.* IMO, *Imò verò, tantum abeſt vt cedas ſed ſuper adycis.* 2. *Cor.* 7. 1. Has ergo habentes promiſſiones chariſſimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei. *Tranſ. Syr.* Operemos ſanctimoniam cum timore Dei. EVOLVIS, *ex veteri lege. Leu.* 26. 12. Ambulabo inter vos, & ero Deus veſter, voſque eritis populus meus. INFIGIT, *inculcat,* configens timore Dei carnes noſtras. NVNC, *cùm iam abuteris poteſtate clauium quâ toties relapſis pandis ianuam indulgentia, Pauli indulgentiæ exemplum vi detorquens ad hac tua tempora.* PRÆTERITIS, *præceſſoribus noſtris, ita & ſucceſſoribus. Vel literaliter;* HÆC *teſtimonia ſc. quæ proximè ex Apoſt. retulimus, præteritis locis, id eſt, vel prætermiſſis, vel alibi relatis, ſic & mox referendis, præiudicium ſternunt & præparant intellectum noſtrũ, quomodo interpretari debeat quæ ſequuntur.* HVMILIET ME DEVS. 2. *Cor.* 12. 11. *omiſſis,* apud vos. SVPER IMMVNDITIA, *& fornicatione,* & impudicitia, quam geſſerunt. ET VILITATE. *Iuxta Prophetam.* Vilis facta es nimis iterans vias tuas. NON VTIQVE. *Per hæc verba non definit Paulus fornicatores fuiſſe ad pacem, & communionem recipiendos ſi pœnitentiam egiſſent.* IN ECCLESIA, *iam reconciliatos, & participantes communioni fidelium.*

Ex cap. 16. *in p. de pud.*

PRIMVS OMNIVM. *Paulus ſc.* 1. *Cor.* 3. 16. Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? SANCIENDO, *decernendo corpus noſtrum eſſe templum Dei.* ÆDITVALEM LEGEM. *Tanquam curator & ædilis huius templi; vide dicenda in hunc locum.* SI QVIS, *ibid verſu* 17. Si quis autem templum Dei violauerit (*tranſl. Syr. corrumpit, &c. perditurus eſt eum Deus*) diſperdet illum Deus. Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. *Vide Verbum Pauli virtutes. Numer.* 4. *in f.* SVBSTRVXERIT, *ſubiunxerit, ad ſtabiliendum dictum ſuum.* DEO REDINTEGRAVIT, *reſtituit in gratiam. Imò verò,* vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia: & erit gloria maior nouiſſimæ domus, quàm primæ. Et erunt lebetes in phialas aureas plenas odoramentorum; & nigra prius, formoſa fiet, *& vaſa ſordida & denigrata igne concupiſcentia* ſicut nix dealbabuntur. NEMO SEDVCAT. 1. *Cor.* 3. 18. Nemo ſe ſeducat. NE ERRAVERITIS. 1. *Cor.* 6. 9. *& ſeq.* Nolite errare: neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, (*Syr. corruptores*) neque maſculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque raptores, regnum Dei poſſidebunt. *Et id fatemur ſi cum peccato mortali, in finali impœnitentia moriantur* ACCEPTO FACIT. *Imputat Paulus ſatisfactum iuſtitia Dei per primam pœnitentiam ante baptiſmum, vt Deus illam ratam habeat & acceptam pro peccatis ante baptiſma commiſſis.* DENVO ABLVI, *quia vt vnus baptiſmus, ſic vnica illa eſt pœnitentia; vnde & de illa Paulus loquens ad Hebræos:* Impoſſibile eſt, eos qui ſemel illuminati ſunt, &c. ruſum renouari per pœnitentiam. *Quod & fatemur. Sed non eſt par ratio de pœnitentia ſacramento, quod relapſis poſt baptiſma toties quoties apertum eſt peccatori pœnitenti. Cæterum, quod baptiſma ſuſcepturus fornicator, non minus arceatur, quàm idololatra niſi eum præteritis pœniteat, vitamque emendare ſpondeat in melius, atteſtatur Aug. tom.* 4. *lib. de fide & operibus c.* 12. *inf. vbi prædictos à Tertull. locos Pauli refert:* Cur ergo, inquit, ad baptiſmum idolis ſeruientes non admittimus, & fornicatores admittendos putamus, cum & his, & cæteris malis dicat, & hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, &c. Quid igitur cauſæ eſt, vt cùm poteſtas pateat vtrumque prohibendi, venientem ad baptiſmum permittam fornicarium permanere, & non permittam idolis ſeruientem; cùm & illis & iſtis dici audiam, & hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis? Sed eo mouentur iſti qui putant eſſe in tuto ſalutem eorum, quamuis per ignem, qui in Chriſtum crediderint, (*alludit ad locum Pauli: ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, ob fundamentum fidei*) Sacramentumque eius acceperint, id eſt baptizati fuerint, etiamſi morum corrigendorum ita negligentes fuerint, vt nequiter viuant. *Deinde fuſè probat præter fidem ante baptiſma, exigi ab adultis etiam bona ſecundùm fidem opera, & inter cætera cap.* 13. *initio à minori ad maius ſic argumentatur.* Nunc in hac quæſtione adhuc verſor, in qua eis videtur baptizatos admonendos eſſe de moribus ad Chriſtianam vitam pertinentibus; baptizandis autem ſolam inſinuandam fidem. Quod ſi ita eſſet, præter tam multa quæ diximus, non Ioannes Baptiſta ad baptiſmum ſuum venientibus diceret, Matth. 3. Generatio viperarum, quis oſtendit vobis fugere ab ira ventura? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ, &c. quæ vtique non de fide, ſed de bonis operibus admonet. *Vnde patet quam ſtultè Tertull. de ſecunda, & tertia, & millena pœnitentia aperta peccatori explicet, quod de prima baptiſmum præcedente intelligendum eſt.*

Aug.

Ex cap. 16. *à m. de pud.*

EXEMPLO EIVS. *Volo enim omnes vos eſſe ſicut meipſum: ſed* vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo. *Tranſ. Syr.* Siquidem ego velim omnes homines eſſe ſicuti ſum puritate. DEFICERENT *animo, & putent ſe coniugio abſtinere non poſſe.* PRÆEST. *Melius eſt.* CONCVPISCENTIÆ, *ad libidinem prouocantis.* AN POENÆ, *infernus. Scriptum eſt enim, quod* ſagittas ſuas ardentibus effecit. Paleas autem tradet igni inextinguibili. *Vnde Hieron.* O ignis infernalis luxuria. NON VRIT CONCVPISCENTIA, *non torquet animum igne compunctionis, ſi præſumere poſſit de ſpe veniæ.* POENÆ IGNIBVS PROVIDERE, *præcauere, vt Deo remittente peccatorem abſoluendum, retentâ in eum latâ excommunicationis cenſurâ, Sacerdos ſua ſeueritate cogat eum pœnitere,* vt tradito fornicatore Satanæ in interitum carnis, ſpiritus ſaluus fiat in reuelatione iudicij, *in quo Chriſtus* manifeſtabit abſcondita cordis. SI POENA EST, *compunctionem & dolorem cordis intelligit: eo enim ipſo quod peccatum concipitur, dolor & pœna concipitur.* Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. *Et cùm in conceptu mulier non dolorem patiatur, ſed experiatur voluptatem, in peccato idem eſt conceptus, & partus.* Qui enim viderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. NON HABET VENIAM. *Apud Nouatianum ſc. Vel meliori ſenſu:* Vermis peccatorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et pœna ſibi ipſi eſt omnis inordinatus animus, & peccatum meum contra me eſt ſemper: Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum. DIVORTIVM PROHIBENS: *Paulus quaſi procurator*

tor Chriſti, diuortium ſicut ipſe, probibet, dum non vult mulierem dimittere virum, ſed manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. A PRO SO AVT VIOVITATIS, &c. Loco diuortij, ſi mors matrimonium ſoluerit, & vxoeem à viro ſeparauerit; quod videtur ſonare vox viduitatis; ſed melius, vt ſequentia docent, per viduitatem accipio ſeparationem à thoro, in qua ſe habet tanquam vidua caſtimoniam colens. RAMBOIA; *praſeruatiua ſubinde ſubminiſtrat* præparans no:e languorem medicinā. *Sic enim Auguſt. de Spiritu ſancto loquitur:* Ecce, inquit, noua iterum *(poſt Chriſti Medici aduentum)* noua de cœlis Medicina; Ecce iterum famulos ſuos pee ſeipſam maieſtas viſitare dignatue. *Et hoc per Apoſt. linguā ſuâ Medicinali inſtructos, & igaeo, vel amoris, vel zeli* B *iuſtitia canterio, à corruptione, & ſætore carnis praſeruante.* DENVO NON VVLT: *Imò toties quoties, &* quacunique hora iogemuerit peccator, Spiritu poſtulante, *id eſt ad poſtulandum* gemitibus inenarrabilibus *impellente.* SIC ESSE, ſi ſic permaneant. OPORTVNITATEM, *placendi Deo, & collectiori animo orationi vacandi.* ET NIC, *etiam hoc loco dat veniam Paulus, non tantùm virgini vt nubat, ſed primò matrimonio ſuncta, vt renubat. Contra id quo ſecundas nuptias vt ſtupra damnauerat: genio videlicet hæretici, & ſpiritus mēdacij ſibijpſi contradicentis. Apertè ſiquidem de ſecundis nuptiis loquitur hic Paulus:* Alligatus es vxori, noli quærere ſolutionem. Solutus es ab vxore *(vinculo Matrimonij per mortem)* noli C quærere vxorem. Si autem acceperis vxorem, *(ſecundam,)* non peccaſti. Et ſi nupſerit virgo, non peccauit: tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi, ego autem vobis parco. *Quod in rem præſentem concludere vult Author, illud eſt, quòd licet Paulus, vt veniali peccato parcat vidua renubenti, ad vitandum maius fornicationis peccatum; nullam tamen legitur fornicatori, & Moecho, veniam dediſſe, nullo inceſto peperciſſe.*

Ex cap. 17. in f. de pud.

QVÆ MEMBRA. *Corpus peccati luxuria componunt.* D MORTIFICATE. *Col. 3. 5.* Mortificate ergo mēbra veſtra quæ ſunt ſuper terram: fornicationē, immunditiam, libidinē, *(Tranſ. Syr. perturbationes)* concupiſcentiam malam, & auaritiā, quæ eſt ſimulachrorum ſeruitus. *Tranſ. Syr.* Quæ eſt reuerentia idolorum, *id eſt cultus.* VNVM ILLVO, *dubium & vtrimque interpretabile de Corinthio, poſt anathema ad veniam* CONCEDE. *Cede, quaſi victus & conuictus, vtpote obrutus tot ſententiis, vni aut alteri, cui mordicus hæres, præualentibus.* ADVMBRANTVR. *Adeo vt penè non appareāt, ſed lateāt in tenebris, quaſi oppreſſa à nube teſtimoniorū aduerſantium.* DONASSET, *cōdonaſſet.* ETIAMSI, &c. ESSET ALIVD, &c. E *Quaſi diceret: dato & conceſſo, Paulum certiſſimè indulſiſſe illi Corinthio inceſto; hoc eſſet exemplum ſecundum, quo probaſſet interdum cedendum eſſe tempori, & aliquid relaxandum; ac cùm totus rigor diſciplina Chriſtiana ſeruatur, ab infirmioribus, initio conuerſionis Eccleſia deſeratur.* CONTRA INSTITVTVM, *vt enim, licet conſtituiſſet non redeundum eſſe baptizatis ad onera veteris legis; tamen vt parceret ex Iudaiſmo conuerſis, & nullam contra ſe dares occaſionem ſcandali, vnicum Timotheum circumcidit: ſic licet omnem fornicationem vt irremiſſibilem regno Dei, ſic ab Eccleſia abſque ſpe veniæ & reſtitutionis ad communionem eliminaſſet, huic vni Corinthio pepercit poſt pœnitentiam.*

Ex cap. 18. à p. ad m. de pud.

SEO, &c. INQVIT, *ſc. conglobata de luxuria ſpeciebus, probans interdictam omnem impudicitiam & impoſitam obligationem ſeruanda omnis pudicitia.* INQVIT. *Sic inducit obijcientem ſibi Pſychicum.* SALVO TAMEN, &c. *Modo tamen intelligatur ſpem non abſtuliſſe excommunicato.* NON STATIM. *Non eo ipſo excluditur, licet omnia carnis membra reſciſſioni & anathemati condemnet.* SI DELICTA. *Si enim huiuſmodi peccata ſic condemnantur, & horum criminum rei tali cenſurà caduntur, qua eos ab omni ſpe indulgentia excludat, quomodo concordabis tempus veniæ? Quis locus erit indulgentia, ſi talis cenſura ſemper inflexibilis & immota perdurat, quando veniet tempus veniæ? ſi traditā carne in interitum Satanæ, vt illam vexet, poſſidens vel obſidens peccatorem, factā immiſſione per Angelos malos: quando ſpiritus, carnis illecebra, ad violandum Dei mandatum fornicationem prohibens excitatus, ſaluus fiet? An expectanda erit ad talem abſoluendum ſpecialis reuelatio Ieſu Chriſti?* SEQVERATVR, &c. *Expectabam, inquit, reſponſuros hoc Pſychicos.* ANTIQVITVS. *In veteri lege.* PAROEMIAS. *Vox Græca quæ ex donato,* eſt accommodatum rebus temporibuſque prouerbium. SALOMON. *Prou. 6. 32.* Qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam perdit animam ſuam. Turpitudinem & ignominiam congregat ſibi, & opprobrium illius non delebitur. Quia zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cuiuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima. IAM AVDISTI, *à Paulo ſupra.* PER CASSVM, *fruſtra, & ipſe fruſtra textu Salomonis abutitur; ad literam enim agit non de Deo, ſed de viro ad veniam adulteri inexorabili.* HABES STATIM. *In primo verſu pſalterij.* CVIVS. *Pſalteri, ſc.* VT SOLVS PLVRES, *vnus Dauid multos textus eodem collimantes referat.* HINC, &c. *Hic locus ex veteri Teſtamento perlectis Paulus inſtructus, Moechorum tanquam excommunicatorum ſocietatem euitandam monuit. Verum cùm aduerteret Tertull. ipſum de fornicatoribus mundi, hoc eſt Gentilibus locutum; & exeundum potius ex hoc mundo, i. conuerſatione dominorum ſiue amicorum,* quoniam qui non credit iam iudicatus eſt, *niſi videl. conuertatur ad fidem, ſine qua æterna damnationi eſt addictus: locum expreſſiorem adiecit de fratre ſc. Chriſtiano fornicatore, tanquam excommunicato vitando.* TAM CONIVNCTVM, *vt patet in Salomone ad idola concubinarum conuerſo; vel quia poſt idololatriam, Moechia ſubnectitur in Decal.* TAM PROPINQVVM. *qui enim fraudem facit, & vxorem fide debita fraudat, fraudis maxima reus arguitur.* NEDVM EVCHARISTIAM. *Si enim omnem cibum cum fornicatore ſumere prohibet, quantò magis Eucharisticum? vt hinc probet à participatione Sacramentorum arcendum.* DESIPIT. *ſuo ſapore conſpergit. Locus Pauli. 1. Cor. 5. 9.* Ne commiſceamini fornicariis, non vtique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis ſeruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exiiſſe. Nunc autem ſcripſi vobis, non commiſceri; ſi is qui frater nominatur, eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum eiuſmodi nec cibum ſumere. Quid enim mihi de iis qui foris ſunt *(Gentilibus)* iudicare? Nonne de iis qui intus ſunt *(foro veſtro ſubditi, ſoletis iudicare)* vos iudicatis? Nam eos qui foris ſunt, Deus iudicabit. *(Cuius Iuriſdictioni omnes ſine exceptione ſubditi ſunt.)* Auferte malum ex vobis ipſis. *Tranſ. Syr.* Tollite autem ſceleratum è medio veſtri.

Ex cap. 18. circa f. de pud.

CONCIPIAS. *Si propona apud te ſic reſpondere.* AD PRÆBENS, *ad aliquod tempus, prout ex Auguſtino alibi vidimus. Epiſcopis videbatur expedire.* EX AMBITV. *Solebant quippe pœnitentes ambire à cœtu fidelium veniam, omnium fratrum poplitibus adgeniculari, multo fletu, cinere, cilicio, ambire pacem & reconciliationem.* PVLSANDVM EST, *concutiendum, donec vſque ad fundamentum inea exinanire poſſimus, iniuriam Dei iuſtitia, quam peccatores relapſu prouocant; & miſericordia, quam præſumptione ſua grauiter exacerbant.* SI ITA COMPETISSET, *ſi indicaſſet Paulus conueniens eſſe, & congruum diuina clementia, vt eam Deus non tantùm ethnicis dum conuertuntur ad fidem; ſed etiam Chriſtianis poſt fidem ſuſceptam relapſis in Mœchiam exhiberet; profectò conditionem aliquam & modum temporis excommunicationi in eos lata ſubieciſſet: nec dixiſſet abſolutè; nolite communicare, &c. recedite &c. diſperdet illum Deus. Sed & tempus præſcripſiſſet hebdomade, menſis, anni, &c. & conditionem, niſi reſipuerint, & ſe correxerint.* CALIGAS OSTERSERINT, *amplexando lutulentas & puluerulentas,* FOCORVM CINERES, *aſperſos capiti.*

Ex cap. 19. per totum de pud.

QVONAM VSQVE. *Quid tandiu immoror, in refellendis Pauli locis qua pro ſua in Mœchos lenitate & indulgentia tuenda proferunt, cùm & ipſe Ioannes Euang. eis in hac cauſa blandiri videatur?* IN APOCALYPSI MANIFESTE. *In lib. licet obſcuriſſimo, clarè ponit conditionem pœnitentia, quam niſi impleuerit Mœcha Ieſabel, comminatur Angelus ſe eam graui morbo afflicturum. Apoc. 2. 20. Angelo Thyatira Eccleſia ſcribitur:* Habeo aduerſos te pauca, quia permittis mulierem Ieſabel quæ ſe dicit Prophetem, docere & ſeducere ſeruos meos, fornicati & manducare de Idolothytis. Et dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere à fornicatione ſua. Ecce mittam eam in lectum: & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt niſi pœnitentiam ab operibus ſuis egerint. BENE, *nobiſcum agitur quod Paulus Ioanni & cateris Apoſtolorum ſcriptis, & eorum fidei & doctrina conſentanea ſcribit.* SIC, *vniformiter, abſque diuerſitate.* TOTIVS SACRAMENTI, *fidei idipſum docentis per diuerſos Apoſt.* A IOANNE CONCESSVM, *ſicut tempus agendi pœnitentia illi Ieſabeli indulſit.* HANC ÆQVALITATEM, *conſonantiam eiuſdem ſpiritus.* DEOVCETVR. *Intelliget quo ſenſu, licet verbis fortaſſè diuerſis dictata, accipienda ſint, vt mera veritas ex illis eliciatur.* HÆRETICAM, *vtpote tenentem doctrinam Nicolaïtarum.* IN ECCLESIAM, &c. *Duplex horum verborum ſenſus. Primus eſt vt de Ieſabele accipiatur:* quæ ſicut ſerpens mordet in ſilentio, *ſic occultè & ſubdolè virus hoc hæreticum, in Eccleſiam Thyatiram ſuggerebat. Secundus, vt Angelus eam abſque ſcandalo per pœnitentiam in Eccleſiam reuocare vellet. Et vt pœna reſponderet culpa, eam, niſi reſipiſceret, qua laſciuierat in ſtratis, miſſurum eſſe in lectum morbo grauiſſimo plectendam; inde efferendam in tumulum, vbi caro vermibus, & anima in infernum vbi ſulphureis ignibus inextinguibilibus traderetur.* MERITO AD POENITENTIAM: *Ne ſc. perſeuerans in doctrina peſtifera Eccleſia tradenda, totum eius corpus tabe conficeret. Vnde vrgebat eam vt pœniteret, non tam pri-*

A *uata eius ſalutis, quàm illius Eccleſia ſollicitus.* CVS ENIM OVIVM, *ſenſus priorum literalior eſt, quo Tertull. admittit, manifeſtum fieri ex hoc exemplo ſc. noua hæreſi deceptum, vt Nicolaïtarum inſtinctu, & diſciplina mulier hac ſeducta fuerat.* COGNITO CASV, *agnita culpa in quam lapſus eſt, & pœnitentia pro ea exſoluta, in Eccleſiam recipi & fratrum communionē.* SVPER ETHNICVM. *Sufficit tamen Chriſto dicere:* ſi Eccleſiam non audierit, *(fidei autem ex auditu)* ſit tibi ſicut ethnicus. PER BAPTISMA VERITATIS *verum. Quaſi hæreticorum falſum eſſet. De hoc eius errore conſule ſupra dicta, Verbo baptiſmus hæreticorum.* VTROQVE HOMINE. *Cùm vnus*
B *duorum elogio notetur, & hæretici, & ethnici. Vtroque homine, & externo ſiue extraneo in quantum ethnicus; & interno, in quantum prius fuerat in Eccleſia Chriſtianus.* ADMITTITVR. *In Eccleſiam & Sanctorum. i. fidelium communionem.* IN HÆRESIM, *ſubaudi lapſam. Melius* POST FIDEM VIVAM. *Qua iuſtus ex fide viuit; vel poſt fidem & bona opera in gratia & charitate facta, in hæreſim expiraſſe, dū Apoſtatauit à fide viua, in hæreſim lapſa & mortua quaſi in tumulū fidem proiecit, emiſſo & amiſſo ſpiritu fidei de quo Paulus:* Alij fides in eodem ſpiritu. VENIAM VINDICES, *adiudices, quaſi debitam pœnitentia merito.* SANE AGAT, *ſi ſit ita. Detur ei pœnitentia locus quaſi peccatrici fideli, & non tam hæretica vel ethnica: tanquam domeſtica, non vt extranea.* SED IN FINEM MOECHIÆ. *Ita tamen licebit ei concedere locum*
C *pœnitentia; non vt poſt eam peractam aliquo tempore poſſit reſtitui participationi Sacramentorum; ſed vt reſipiſcendo finem imponat adulterio, numquam ad illud reditura.* MVLTO MAGIS, *quàm ipſi Pſychici.* SED DE VENIA, *quantum ad veniam dandam pœnitenti, ius diuinum non vſurpamus: Nam huiuſmodi caſus foro eius reſeruatos non inualidimus.* DENIQVE EA, *ſupra memorata à Ioanne in Apoc.* IN POSTERIORIBVS, *ſub finem libri; videl. cap. 21.* PROFVOIOSOS. *Impudicos.* TALE QVID IN FIDE, &c. *Qui cum Chriſtiani eſſent, talibus ſe criminibus polluerint.* DECREVIT, *ſententiam abſolutam tulit, & abſque vlla conditione in iudicio Ieſabelis poſita:* niſi pœnitentiam egerint. NON VIDEBITVR, *rectè ſentienti & exponenti congruè poſtremum hunc locum.* DE ETHNICIS
D SAPERE. *Ioannes per huiuſmodi reos ſulphureis ſtagno damnandos, ethnicos intelligere; cùm verſu immediatè præcedenti, de electorum vtique fidelium mercede dixerit. Apoc. 21. 7.* Ego ſitienti dabo de fonte aquæ vitæ, gratis, qui vicerit, poſſidebit hæc, & ero illi Deus, & ille erit mihi filius, *verſu vero 8.* Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure: quod eſt mors ſecunda. QVI EX PRÆCEPTIS AGVNT. *Qui ambulant in lege Domini, & actus ſuos componunt ad regulam mandatorum Dei.* FORAS DARI. *Mitti, proijci.* QVI INTVS FVERVNT, *qui per baptiſmi ianuam & fidem, intra Eccleſiam fuerant recepti.* CÆTERVM PRÆCESSERAT. *Ioannis ſententiam id quod dixerat Paulus: nullam in extraneos ethnicos ſe habere Iuriſdictio-*
E *nem, aut poteſtatem excommunicandi eos cum quibus nulla fuerat communicatio, ſc. enim. 1. Cor 5. 12.* Quid enim mihi de iis qui foris ſunt iudicare? CARPVNT STATIM. *Auidi Pſychici colligunt hunc locum. 1. Io 1. 7.* Sanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni delicto. *Vtpotè ſua ſententia fauentem pro venia dāda.* SEMPER ERGO *ſic infert Tertull. ſemper. i. abſq; vlla diſcretione temporis, perſonarum, criminum remiſſibilium vel irremiſſibilium.* OMNIFARIAM DELINQVENTES, *omni crimine ſordidatos.* POST FI-

dem ſuſceptam in baptiſmo, &c. Cui nos reſpondemus, & ſemper, donec veniam conſequantur pœnitentes excipimus, & ab omni quantumuis horrendo peccato abſoluimus, cùm Chriſtus ipſis ſanguinem ſuum effuderit, & pro eis obtulerit in lauacrum; quia nimirum copioſa apud eum redemptio *cuius cenſuris non minuitur.* VNDE EXORSVS EST. *Primo ſ. rat enim verſ.* 5. Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ. Si dixerimus quoniam ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur & veritatem non facimus. EMVNDABITVR *ſine dubio; quamuis peccatum illuminati fide Chriſtiani, ſit grauius peccato ethnici; pœnitentiâ tamen eſt delebile.* NON IN LVMINE EST. *Certum eſt, eo enim ipſo, quòd lumen rationis, fidei, inſpirationis peccando extinguit, non eſt in lumine.* AGI NON POTEST. *In ſenſu compoſito. Nec enim ſimul, & eiuſdem reſpectu, in tenebris & in lumine verſari poteſt.* NON QVIA DELINQVAMVS, *non vt peccemus, & peccato polluti agni ſanguine diluamur, ſed vt à peccati relapſu nos cum Dei gratia præſeruemus, & perſeuerantes in ea ex Dei dono, mundi maneamus.* NON DEPOSITO, *in ſecundo pœnitentiæ lauacro, peccato; ſe nunquam poſt acceptum baptiſma commiſſo.* SI PERSEVERAVERINT. *Vt hinc diſcamus donum perſeuerantiæ nobis à Deo dari, non noſtro, ſed ſanguinis Chriſti merito; quo, cuius poſtes fuerint irrigati, nihil ab Angelo exterminatore timeat. Pro ſingulis enim fidelibus, ſic voce pſaltis orat Eccleſia* Dominus cuſtodiat introitum tuum, & C exitum tuum, ex hoc nunc & vſque in ſæculum. *Vnde magno myſterio, ſanguis pueri Moyſi circumciſi, legem veterem exprimentis, & Chriſtum non à legi latorem, fluxit vſque ad pedes, nec ſtetit donec pedes contigiſſet; quia lex Circumciſionis vſque ad Chriſtum perſeuerauit, dicente Paulo:* finis legis Chriſtus, in iuſtitiam omni credenti. *Cuius ſanguis totum Eccleſiæ corpus irrigat, donec vſque ad pedes, hoc eſt finem & conſummationem, ipſi fidei, & virtutum omnium perſeuerantiam exoret.* Illam veſtit podere & talari tunica, in conſummatione virtutis, *hoc eſt finali perſeuerantia, ex Greg.* QVID ERGO FIET? *quid dicet, cum pergens vlterius in lect. Ioannis, inuenies in lumine ambulantes, omnino non delinquere? Sed intelligit* D *de peccato mortali, quod in quantum iuſti, & in Dei gratia & dilectione manentes committere non poſſunt.* PLVRIMVM TRACTAT, *multis rationibus perſuadet, & concludit, nullum peccatum graue veniam conſecuturum.* IN QVO NOS SANSVS, *In quo quidem loco, ſenſus verus & applicatio litera, nos ſpecialiter armat aduerſus omnem fornicationis ſpeciem.* DEMANDAT *commendat caſtimonia virtutem.*

Locum integrum. 1. *Io* 1. 6 *& ſeq. ſic integrum refero.* Si dixerimus quoniam ſocietatem habemus cum eo & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus, ſicut & ipſe eſt in luce, ſocietatem habemus E ad inuicem & ſanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & mundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccauimus, *Syr. nos non peccare* mendacem facimus eum, & verbum eius non eſt in nobis. *Tum c.* 2. *verſu* 1. *& ſeq.* Filioli mei, hæc ſcribo vobis vt non peccetis, ſed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris; non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi. *Et de caſtit. c.* 3. 3. Omnis A qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe, (*Syr. purificat ſe*) ſicut & ille Sanctus eſt. Omnis qui facit peccatum & iniquitatem facit, & peccatum eſt iniquitas. Et ſcitis quia ille apparuit, vt peccata noſtra tolleret: peccatum in eo non eſt. Omnis qui in eo manet, non peccat. & omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eum, &c. qui facit peccatum ex diabolo eſt: quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera diaboli. Omnis qui natus eſt ex Deo peccatum non facit: quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt. In hoc manifeſti ſunt filij Dei, & filij diaboli. DONATO CHIROGRAPHO, *obligat. mortis.* 1. *Col.* 2. 14. B Delens quod aduerſus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci. *In quem locum Aug. in Pſal.* 88. *vbi explicat verſum* Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum: Humiliaſti, inquit, te, & humiliatus es. Superbus enim per ſuperbiam ſuperbos tenebat. Humiliatus eſt magnus, (*Chriſtus*) credens autem in eum factus eſt paruus, (*humiliando intellectum fidei.*) Dum nutritur paruus exemplo magnificati parui, (*Chriſti poſt crucis humiliationem exaltati*) perdidit diabolus quod tenebat, quia ſuperbus nonniſi ſuperbos tenebat. Dato tanto humilitatis exemplo, didicerunt & homines damnare ſuperbiam ſuam, imitari Dei humilitatem. Ita ergo ille perdendo quos tenebat, etiam ipſe humiliatus eſt, non correctus, ſed proſtratus. Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum. Humiliatus es & humiliaſti; vulneratus es, & vulneraſti. Neque enim eum non vulnerauerat ſanguis tuus qui fuſus eſt, vt deleret chirographum peccatorum. Vnde enim ſuperbiebat, niſi quia cautionem contra nos tenebat? hanc tu cautionem, hoc chirographum, tuo ſanguine deleuiſti; illum ergo vulneraſti, cui tot abſtuliſti. Vulneratum enim intelliges diabolum, non penetrata carne quam non habet, ſed percuſſo corde, vbi ſuperbus eſt. *De eo autem quod ex Ioanne retulit,* omnis qui in ipſo manet, non peccat: In quantum, inquit, tract. 4. in ipſo manet, in tantum non peccat, &c. erit perfecta noſtra iuſtitia, cùm videbimus per ſpeciem, modò non relinquimus eam iuſtitiam quæ eſt ex fide, quoniam iuſtus ex fide viuit, ſicut ait Apoſtolus, Rom. 1. omnis qui manet in ipſo non peccat: Nam omnis qui peccat non vidit eum, (*ſicuti eſt*) neque cognouit eum. Non credidit iſte qui peccat? ſi autem credidit, quantum ad fidem eius pertinet, non peccat. HACTENVS ADMITTENDA, *vt ſciamus nulla poſt baptiſmum peccata grauia admittenda eſſe.* NON PVDICVS, *ſupple eſt* IAM DESIIT, *ſupple eſſe filius Dei, ſed rurſum fiet per pœnitentiam; vt qui creatus fuerat in illo in operibus bonis per aquam baptiſmi; in pœnitentia reſtituatur per aquam refectionis, & ſic ad communionem recipiatur, præcinente pſalte:* ſuper aquam refectionis educauit me, (*pane ſui corporis*) animam meam conuertit; deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ.

S. Aug.

S. Aug

IVXTA EST. *Sic tacitè nos inducit obijcientes ſibi, ex allatis Ioannis textibus, proximè colligi, Ioannem memoria lapſum, ſibi hac in materia contradicere. Cùm enim in prima ſua Epiſt. cap.* 1. *verſu* 8. *&* 10. *neget nos eſſe ſine peccato,* & nos ipſos ſeducere, ſi dixerimus quia peccatum non habemus: *Capite tamen* 3. 6. *& ſeq. dicit nos omnes ſine delicto eſſe.* ABSIT, *tantum virum lapſum memoria, cùm & nos meminerimus diſtinctionis à nobis data, peccati de venia blandientis hoc eſt venialis & remiſſibilis, & mortalis exclusi à ſpe*

nia. QVOTIDIANÆ INCVRSIONIS. *In qua venia-liter quotidie incurrimus.* In multis enim offendimus omnes. OBIECTI, *ſubiecti.* INIQVE. *Vnde Chriſtus dixit :* Qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa. *Poteſt enim cum cauſa quis iraſci, ex zelo iuſtitiæ, cum magno merito. Hinc pſaltes:* Iraſcimini & nolite peccare. VLTRA SOLIS, &c. Sol non occidat ſuper iracundiam. MANVM IMMITTERE, *ferire proximum ex primo iracundiæ motu.* FACILE MALEDICERE, *imprecari proximo ex facilitate & loquacitate mobilis linguæ.* TEMERE IVRARE. *Abſque iudicio, & ex inaduertentia.* FIDEM PACTI, *fidelitatem promiſſi non tenere in rebus leuis momenti.* NECESSITATE, *officioſo mendacio. Nulla autem eſt neceſſitas mentiendi, vel cùm omne peccatum vitari poſſit, in indiuiduo.* QVANTA TENTAMVR. *Pro, quantis. Quàm variis peccatis ſubditi ſumus, vel diabolo ſuggerente, vel dum* vnuſquiſque tentatur à propria concupiſcentia abſtractus & illectus. PER EXORATOREM, *aduocatum apud Patrem, à quo* cum clamore valido & lachrymis exauditus eſt pro ſua reuerentia. NEGATIO, *Dei & Chriſti coram Tyrannis.* EXORATOR NON ERIT. *Chriſtus, non erit aduocatus relapſo poſt baptiſmum.* Voluntariè enim peccantibus nobis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia, ſed terribilis quædam expectatio iudicij, &c. NON FVTVRVS, *ſic excludis ab omni ſpe filiorum & hæredum Dei, & cohæredum Chriſti.* IOANNI CONSTABIT, *ſic vtraque Ioannis propoſitio ſine contradictione conciliabitur, & patebit ipſum diſtinxiſſe peccata venialia, à mortalibus.* PROSPICIEBAT CLAVSVLAM, *præſciebat quid in fine eiuſdem Epiſtolæ concluſurus eſſet : Nempe peccatum eſſe ad mortem, hoc eſt mortale & irremiſſibile, pro quo nec ipſi Chriſtus orare deberet. Locos hic relatos alibi expoſitos quæras lector.*

Ex cap. 20. per totum de pud.

ANTISTITEM. *Vel pudicitiam intelligit quam vt iam vidimus, vocauit* templi Dei ædituam & Antiſtitam, *vel Epiſcopos monet, vt ab Eccleſia, omnes immundos arceant: qui cùm in proprium corpus peccent, quod eſt templum Dei, & in membra Chriſti per baptiſmum facta, à templo materiali, quo myſticum conuenit, hoc eſt corpus cœtuſque fidelium, eijciantur abſque expectatione veniæ, & reſtitutionis in gratiam & pacem.* EX REDVNDANTIA, *teſtimoniorum Scripturæ. Præter Apoſt. Epiſtolas & ſcripta, etiam alicuius diſcipuli Apoſtolorum ſuperadde ſuffragium.* DE PROXIMO IVRE, *quia diſcipuli proximi ſunt authoritate Apoſt. Imò idem ius diuinum ab eodem ſpiritu vtriſque datum eſt. Hic Barnabam intelligit, cui adſcribit Epiſtolam inſcriptam ad Hebræos.* SATIS AVTHORITATIS. *Vt qui comes fuerit peregrinationis Pauli.* IN ABSTINENTIÆ TENORE. *Non tantum intelligit, eandem tenuiſſe normam cum Paulo in parcitate victus; ſed & maximè quòd cum Paulo abſtinuerit à licentia communi cæteris Apoſt. circumducendi mulierem ſororem, hoc eſt Diaconiſſam, ad parandа neceſſaria victus, ſicut ſupra vidimus.*

RECEPTIOR BARNABÆ, &c. *Præfert, & iure quidem, Epiſtolam ad Hebræos, libro Apocrypho, in quo agitur cauſa Mœchorum recipiendorum ad veniam. Quid de hac Epiſtola ſenſerint Doctores, breuiter expono. Primò Canonicam negant Marcion & Arrius, Lutherus & Magdeburgenſes. Sed Canonicam eſſe, eſt de fide, iuxta Conc. Florentinum in inſtructione Armenorum & Trid. ſeſſ. 4. Longè ante, Canones Apoſt. Canone vlt. Innoc. 1. Ep. ad Exuperium Epiſcopũ Toloſanum, Conc. Laodicenum. Can. 59. Conc. Carth. 3 Can. 47. Secundò ex Patribus, Clem. Alex. & Orig. relatis ab Euſebio lib 6. hiſt. cap. 11. & 12. Hie. Ep. ad Dardanum. Athan. in Synopſi Auguſt. tom. 3. lib. 2. de doct. Chr. c. 8. vbi recenſet libros Canonicos, & inter eos ponit Epiſtolam ad Hebræos, quam Paulo adſcribit. Et concludit :* In his omnibus libris, timentes Deũ, & pietate manſueti quærunt voluntatem Dei. Cuius operis & laboris prima obſeruatio eſt, vt diximus, noſſe iſtos libros : & ſi nondum ad intellectum, legendo tamen vel mandare, memoriæ vel omnino incognitos non habere. *Pauli eſſe, Patres Græci, & Latini communiter ſentiunt, licet in ea nomen ſuum ſicut in cæteris Apoſt. non præmiſerit ſalutans Hebræos. Cuius ratio datur à Clem. Alex. loco Euſebij prӕcitato, quòd apud Hebræos male audiret nomen Pauli, & ab his Saulus vocabatur, & quòd partes Gentilium præ Iudæis compatriotis tueretur, hoſtis legis Moſaycæ. Vel ex eodem Clem. Alex. & Theod. quòd Chriſto miſſo primùm ad oues perditas domus Iſrael, in Epiſt. ad Hebr. præ cæteris commendato, vt & primo eius Vicario Petro, circa Hebræos cederet; cui rurſum, vt authori eiuſdem Epiſtolæ adgratulatus eſt Petrus. 2. Petr. 3. 15.* Chariſſimus frater noſter Paulus ſecundùm datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis, &c. *Scribebat autem diſperſis Hebræis, Ponti, Galatia, Cappadocia, Aſia, & Bithynia. 1. Petr. 1. 1. Iiſdem porro & ſecundam ſcripſit, vt patet. 2. Petr. 3. 1.* Hanc ecce vobis chariſſimi ſecundam ſcribo Epiſtolam. *Epiſtolam porro ad Hebræos lingua Græca ſcriptam à Luca, vel Clemente, ſtilo elegantiori, licet tam ipſa quàm ſenſus eius à Paulo conceptus ſit, teſtatur Clem. Alex. & Orig. apud Euſeb. ſupra. Hieron. tamen in Catal. Scriptorum Eccl. Theod. & Oecum. Hebraico ſtilo corrupto, ſiue Syriaco quo Hebræi vtebantur, poſt capt. Babyl. à Luca translatam in Græcum, vt multò ſentiunt.* NEC RVRSVS FVNDAMENTA. *Tertull. notat in hac Epiſtola omiſſa fuiſſe ab authore eius omnia initia conſueta in Epiſtolis. Fundamenta autem ſalutis intelligit primam illam pœnitentiam, baptiſmo præmitti ſolitam. De qua ſic Paulus Hebr. 6. 1. & ſeq.* Quapropter intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem, *(Syr. omittamus initium ſermonis Meſchiche, id eſt Catechiſmum de fide Chriſti, vel ſermonem de pœnitentia; à qua Chriſtus, & Ioannes Baptiſta cœperunt)* ad perfectiora feramur, non rurſum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum. *(Syr. ad fidem quæ in Deum eſt, & ad doctrinam baptiſmi, & impoſitionis manus, & ad reſurrectionem, quæ fit ex domo mortuorum)* baptiſmatum doctrinæ, impoſitionis quoque manuum & reſurrectionis mortuorum, & iudicij æterni. Et hoc faciemus ſi quidem permiſerit Deus. Impoſſibile eſt enim eos qui ſemel ſunt illuminati *(Syr. qui ſemel ad baptiſmum deſcenderunt.* Guſtauerunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti : guſtauerunt nihilominus bonum Dei verbum virtuteſque ſæculi venturi, & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam; rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes. *(Syr. ignominia afficient.)* Terra enim ſæpè venientem ſuper ſe bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis à quibus colitur: accipit benedictionem à Deo : proferens autem ſpinas ac tribulos, reproba eſt, & maledicto proxima: cuius conſummatio in combuſtionem. *Syr. ſed finis eius eſt combuſtio.*

Quem locum refert Auguſt. lib. de fide & operibus cap. 11. Ad hoc, inquit, pertinet quod à Petro dictum eſt Act. 2. Agite pœnitentiam, & baptizetur

vnuſquiſq; veſtrum in nomine Domini Ieſu Chriſti: tanquam diceret; recedite ab Aegypto, & per mare rubrum tranſite. Vnde & Epiſtola quæ ad Hebræos inſcribitur, cùm eorum qui baptizantur, commemorarentur initia, poſita eſt ibi pœnitentia à mortuis operibus. (*Tum refere locum Pauli, dehinc ſubijcit*) hæc igitur omnia pertinere ad initia Neophytorum ſatis aperteque Scriptura teſtatur. Quid eſt autem à mortuis operibus pœnitentia, niſi ab his quæ oportet mortificari, vt viuamus: Quæ ſi adulteria, fornicationeſque non ſunt, quid iam inter opera mortua nominandum eſt? Sic autem non ſufficit profeſſio receſſionis à talibus; niſi etiam lauacro regenerationis cuncta præterita, quę velut perſequuntur peccata deleantur: ſicut non ſufficit Iſraelitis recedere ab Ægypto, niſi ea quæ inſequebatur hoſtium multitudo, eiuſdem maris fluctibus interiret, qui Dei populo tranſituro liberandoque patuerunt. Qui ergo profitetur ab adulterio nolle ſe mutare, quomodo per mare rubrum ducetur, cùm ex Aegypto adhuc recuſet abſcedere? OCCIDENTE IAM ÆVO, *ſub finem mundi.* IN SEMETIPSOS. *Quia vt Iudæi dixerunt*: Sanguis eius ſuper nos, &c. AB APOSTOLIS DIDICIT. *Barnabas eorum diſcipulus.* AD HANC FACIEM. *Rigoris in relapſos tenendi, facis figura leproſi. Leu. 13. 12.* Si autem efflorue rit diſcurrens lepra in cute, & operuerit omnem carnem à capite vſque ad pedes, quidquid ſub aſpectum oculorum cadit (*70. ſecundùm totum aſpectum Sacerdotis*) conſiderabit eum Sacerdos, & teneri lepra mundiſſima iudicabit, eo quod omnis in candorem verſa ſit, & idcirco homo mundus erit, (*& videbit Sacerdos, & ecce operuit lepra omnem cutem carnis, & mundabit eum Sacerdos in tactu, quoniam omnem mutauit album, mundum eſt.*) Quando verò caro viuens in eo apparuerit, tunc Sacerdotis iudicio polluetur, & inter immundos reputabitur: caro enim viua ſi lepra aſpergitur, immunda eſt. Quòd ſi rurſum verſa fuerit in alborem, & totum hominem operuerit, conſiderabit eum Sacerdos & mundum eſſe decernet. DE PRISTINO, *id eſt de peccato carnali prius admiſſo, varioque, & multiplici colore cuiuſuis peccati, in album, candidum, ſimplicem, vniformem fidei Chriſtianæ conuerſum hominem in baptiſmo figurabat, hic leproſus.* TOTVM NOVATVM, *innouatum & mutatum. Quæ quidem fidei ſimplicitas apud Gentiles iniuſta honori macula reputabatur.* IAM NON SIT VARIVS. *diuerſicolor, claudicans in duas partes, animal Amphybium, reprobum, excluſum a templo, modo caſtus, poſthac impudicus.* DE PRISTINO ET NOVO, *adhuc reuerſus ex homine renouato in veterem, in morbum priſtinum relapſus.* EMORTVVM DELICTO. *Extinctum, emundatum.* NEC EXPIARI IMMVNDABILE. *Iam poſt relapſum purgari deinceps à Sacerdote non poſſe.* EXCLVSA, *ſi. Mœchia, quam lepra comparat, foras mittenda.*

Auguſt. tom. 4. lib. 3. in Leu. cap. 46. Si poſt alios

Aug. ſeptem dies viderit eum Sacerdos, & ecce commutata eſt ſignificatio, id eſt ſignum in cute, & non ſtetit in illa ſanitate in qua eum viderat poſt primos ſeptem dies: & inquinabit illum Sacerdos. (*id eſt inquinatum declarabit*) lepra eſt enim. Iam hic quoniam illud quod viſum fuerat poſt primos ſeptem dies ſanum non ſtetit in ſuo (*vniformi colore*) ſed mutatum eſt in priſtinum vitium, lepra pronunciatur. ITEM DE DOMO. Cuius in parietibus etiam lepra à Sacerdote diſcernebatur. CAVOSITATES, *vt pars vna depreſſior apparens altera, à domino domus fuiſſet relata Sacerdoti.* IMMVNDA NON

A FVTVRA, *modo vaſa omnia & tota ſupellex domus ante ingreſſum Sacerdotis in eam, ipſo iubente efferrentur ex domo, pro non immundis habebantur.* VIRIDICANTES, *ſubuiridem colorem exhibentes.* HVMILIOREM, *depreſſiorem aliis eminentibus.* CITRA PARIETINAM FORMAM, *præter rectam parietum planiciem.* SECERNERET DOMVM, *ſepararet eam ab aliarum communicatione, & vicinis prohiberet eius introitum.* TACTVM ILLVM, *contagionis ſpeciem.* PVLVERE ALIO INLINI, *noua arena & calce, vel luto parietes omnes induci. Locus citatus habetur Leuit. 14. 37.* Præcipiet vt efferant vniuerſa de domo priuſquam ingrediatur eam, & videat vtrum leproſa ſit, ne immunda fiant omnia, (*70. videat*

B *tactum*) quæ in domo ſunt, intrabitque poſtea, vt conſideret lepram domus, & cum viderit in parietibus illius quaſi valliculas pallore ſiue rubore deformes, & humiliores ſuperficie reliqua, egredietur oſtium domus, & ſtatim claudet illam ſeptem diebus. Reuerſuſque die ſeptimo conſiderabit eam: ſi inuenerit creuiſſe lepram: iubebit erui lapides in quibus lepra eſt, & proijci eos extra ciuitatem in locum immundum; domum autem ipſam radi intrinſecus per circuitum, & ſpargi puluerem raſuræ extra vrbem in locum immundum: lapideſque alios reponi pro his qui ablati fuerint, & luto alio liniri domum. Sin autem poſtquam eruti ſunt lapides, & puluis eraſus, & alia terra lita; ingreſſus

C Sacerdos viderit reuerſam lepram, & parietes reſperſos maculis, lepra eſt perſeuerans & immunda domus: quam ſtatim deſtruent, & lapides eius ac ligna, atque vniuerſum puluerem proijcient extra oppidum in locum immundum. SVMMVM SACERDOTEM. *Qui ſeipſum Patri obtulit. In quo velut ſummo & capite omnium Pontificum, vt in ſumma lampade candelabri aurei omne oleum, chriſma, vnctio ſpiritus, in cæteros Sacerdotes eius miniſtros deriuatur.* De cuius plenitudine omnes accepimus. DE DOMO NOMINIS NOSTRI. *De carne, hominis interioris, id eſt animæ domicilio.* TEMPORE HEBDOMADIS. *Septem diebus, quibus tota hominis vita voluitur. Vel ſeptimana hebdomadarum, quibus circiter*

D *ante Paſcha, vel Pentecoſtem, baptiſma ſolemne ſuſcipiebatur.* PRIVS, *ante baptiſma per quadrageſima ieiunium & pœnitentiam Catechumenos emundari conſuetum erat.* SERMONIS DEI. *Verbi incarnati, quod poſt pœnitentiam & baptiſma domum animæ & carnis à peccatis omnibus ornis in nos ingreſſum impedientibus expurgatam, per Sacram ſua carnis & ſanguinis participationem introire debebat.* ET VBI INTRVIERIT, *poſtquam ingreſſus fuerit per fidem habitaturus in corde.* SI INVENERIT MACVLAS, *virides quidem duc & peſte, vel lepra carnis, rubeas autem crudelitate homicidij, debent ſtatim extrahi.* NAM ET APOCAL. 6. 4. Exiuit alius equus rufus: & qui ſedebat ſuper illum, datum eſt ei vt ſumeret pacem

E de terra, & vt inuicem ſe interficiant, & datus eſt ei gladius magnus. *Et ibidem 8.* Et ecce equus pallidus: & qui ſedebat ſuper eum, nomen illi mors. *Viridem dixit Tertull. virorem palleſcentem.* IN COMPAGINEM, *vt corpori virgini & miti ſponſa Eccleſia coaptetur de quo pſalmis voce Chriſtus:* corpus autem aptaſti mihi, *id eſt Eccleſiam.* ET FIRMOS. *Contra relapſum, & depreſſionem id eſt inclinationem in priſtina vitia.* QVALES. *lapides ſc.* IN ABRAHÆ, *filios euadunt*: Potens eſt enim Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. HABILIS DEO, *aptus Dei cultui, & templo eius extruendo, poſt recuperationem ſanitatis, & reformationẽ morum corruptorum.* SCABRA, *ſcabroſa & inæqualia.* NEC MOLLIS,

pergit in errore de indulgentia neganda à Sacerdote A *Mœchis poſt baptiſmum relapſis.* SIC ET DE FAMVLÆ. *Subijcit aliud exemplum ex Leuit. cap. 19. 20.* Homo ſi dormierit cum muliere coitu ſeminis, quæ ſit ancilla etiam nubilis, *(70. & hæc fuerit famula reſeruata homini, Chald. autem & ipſa eſt Ancilla deſponſata viro, ſicut & Sanct. Pagn. ex Hebr. tranſtulit)* & tamen pretio non redempta nec libertate donata: vapulabunt ambo, & non morientur, quia non fuit libera, 70. quia in libertatem vindicata non eſt. NONDVM CARO MANVMISSA. *Figuram applicat humanæ carni, dum adhuc diabolo ſeruiret ante baptiſmum, vel Gentili, vel Iudææ ante Chriſti aduentum, quæ Chriſto in ſponſam deſtinabatur:* ſponſabo te mihi in fide. IMPVNE. *Vide ergo mundus diluuio perijt? Pentapolis igni ſulphureo concinerata? Dauid adulter morte filij punitus, filij Heli in bello occiſi? &c.* MAGIS NOTANT, *figuras veteris teſtamenti, veritatem Chriſtianæ diſciplinæ adumbrantes.* MAGIS CVRABANT, *exacte ſeruari. Proindeque in peccata carnis duri & auſteri erant.*

REMISSIBILIA QVIDEM PECCATA AB HOMINE in hominem commiſſa, non autem contra templum Dei per fornicationem admiſſa, nec ab ipſo Petro.

1\. *De pud. cap. 21. per totum.*

SEd & in hunc iam [1] gradum decurram, excernens [2] inter doctrinam Apoſtolorum & poteſtatem. Diſciplina hominem gubernat, [3] poteſtas adſignat, [4] ſeorſum quod pote-
a Io. 4. ſtas, *a ſpiritus autē Deus*. Quid autem [5] docebat? *b non cōmunicandum operibus tenebrarum*. Ob-
24. ſerua quod iubet. Quis autem poterat donare delicta? hoc [6] ſolius ipſius eſt. *c Quis enim di-*
b Eph. 5. *mittit delicta, niſi ſolus Deus?* & vtique mortalia quæ in ipſum fuerint admiſſa, & in tem-
11. plum eius. Nam tibi quæ [7] in te reatum habeant, *d etiam ſeptuagies ſepties*, iuberis indulge-
c Marc. re in perſona Petri. Itaque ſi & ipſos beatos Apoſtolos tale aliquid indulſiſſe conſtaret,
2. 7. cuius venia à Deo, non [8] ab homine, competeret; non [9] ex diſciplina, ſed ex poteſtate fe-
d Mat. 18. ciſſe. Nam & mortuos ſuſcitauerunt, quod Deus ſolus; & debiles redintegrauerunt, quod
22. nemo niſi Chriſtus: imò & plagas inflixerunt, quod noluit Chriſtus. Non enim decebat eum ſæuire, qui pati venerat. Percuſſus eſt Ananias & Elimas; Ananias morte, Elimas cæcitate: vt & hoc ipſo probaretur, Chriſtum & hæc facere potuiſſe. [10] Sic & Prophetæ cædem, & cum ea mœchiam pœnitentibus ignouerant, quia [11] & ſeueritatis documenta fecerunt. [12] Exhibe igitur & nunc mihi, Apoſtolice, prophetica exempla, & agnoſcam diuinitatem, & vindica tibi delictorum eiuſcemodi remittendorum poteſtatem. Quod ſi diſ-
ciplinæ [13] ſolius officia ſortitus es, nec imperio præſidere, ſed miniſterio, quis aut quantus
Act. 5. 5: [14] es indulgere? qui neque Prophetam, nec Apoſtolum exhibens, cares ea virtute, cuius eſt
& 13. 11. indulgere. Sed habet, inquis, poteſtatem Eccleſia delicta donandi. hoc ego magis & agnoſco & diſpono, qui ipſum Paracletum in Prophetis nouis habeo dicentem, poteſt Eccleſia donare delictum, ſed non faciam, ne & alia delinquant. *Vide cætera ſupra, libro de pudic. cap. 21. & 22. per totum, nec require, vt monui ſupra, numeros præfixos vocibus quorum hic integrum, breuitatis cauſa, præterij textum.*

Remiſſibilia quidem. Schol. 3.

Ex cap. 21. per totum de pudic.

[1] IN HVNC GRADVM, *hoc etiam modo contra Pſychicos puſillanimiter miſericordes congrediar.* [2] EXCERNENS, *diſcernens inter Apoſtolicum doctrinam & eorundem poteſtatem.* [3] POTESTAS ADSIGNAT. *Dat characterem, quo Apoſtoli participes facti poteſtatis Chriſti, & Spiritus ſancti, & totius Trinitatis, quæ ſpiritus & Deus eſt; vt quæ ſupra hominem ſunt, exequantur.* [4] SEORSVM QVOD POTESTAS, *longè diſtat quod poſſunt Apoſtoli poteſtate delegata, à poteſtate diuina & abſoluta, vel a doctrina. Poteſt enim ſpiritus, id eſt Deus quidquid vult, propria & abſoluta poteſtate: Apoſtoli autem poteſtas ſuis finibus circumſcripta ſuis.* [5] QVID DOCEBAT? *ſupple Apoſtolus Epheſ. 5. 11. Vbi, cum ſuperius eliminaſſet à regno Dei fornicatores & immundos, ſic concludit.* Nolite communicare infructuoſis operibus tenebrarum magis autem redarguite. OBSERVA, *Sacerdos Pſychice, quod præcipit Apoſtolus. Hæc eſt doctrina eius quæ iubet non indulgeri fornicatoribus, qui ad communionem recipiendi non ſunt, ſed grauiter ar-* B *guendi.* [6] SOLIVS IPSIVS. *ſpiritus ſcil. id eſt Dei, in quem, vt & in corpus quod eſt templum eius, peccata carnis mortalia committuntur.* QVÆ IN TE, *ſupple commiſerit frater.* NON AB HOMINE, *in quantum homines.* [9] NON EX DISCIPLINA, *doctrina eorum longè diuerſa, ſed ex poteſtate delegata. Quod ſi Apoſtoli vel Prophetæ grauia peccata remiſerunt, etiam in Deum commiſſa, id præſtiterunt accepta poteſtate diuina, quà & miracula fecerunt, curando morbos, ægros reſtituendo priſtinæ ſanitati, mortuos ſuſcitando. Qui etiam miracula patrarunt ſæuiendo, ſicut Petrus Ananiam & Saphiram morte, Paulus Elymam magum cæcitate percuſſit.* [10] SIC ET PROPHETÆ. *Nathan indulſit Dauidi cum homicidio adulterium.* [11] QVIA ET SEVERITATIS, *quaſi dicat eos poſſe indulgere qui & ſeueritatis exempla & documenta præſtiterunt.* [12] EXHIBE APOSTOLICE, *tu Pſychice, qui tibi poteſtatem Apoſtolicam & diuinam arrogas, ſi præſumis peccata grauia remittere, exemplis & operibus miraculoſis fidem perhibentibus, proba mihi tuam hanc poteſta-*

tem Apoſtolicam & diuinam peccata remittendi accepiſti. [14] QVANTVS ES INDVLGERE, *vt tibi impudenter vſurpes hanc poteſtatem, qui diuinis operibus non repraſentas in te perſonam Prophetæ & Apoſtol.* VIRTVTE, *poteſtate diuina. Cum hæc opera miraculoſa ſint ſigillum & character huiuſmodi diuinæ poteſtatis. Inde ſupra dixerat:* Poteſtas adligatas. CVIVS EST. *Supple proprium. Ad quem pertinet poſſe peccata remittere.* DISPONO, *propono, ſuſtineo, Montani Eccleſiam, &c. Vide ſupra explicata.* QVID SI PSEVDOPROPHETICVS. *Inducit obijcientem Pſychicum; ſed ſi hæc ſententia à diabolo per falſum Prophetam prolata fuit?* ATQVIN, *reſpondet Tertullianus quinimo ſi ſpiritus malus qui Zizanijs ſuperſeminatis ſuffocat triticum, hoc Montano inſpiraſſet, ſtuduiſſet magis, & ſuo regno conſuluiſſet aptius pluresque ſibi ſubditos clementi indulgentiâ, quàm rigore inflexibili ad vitam comparaſſet: feciſſet melius, ſuadendo, Eccleſiam non modo poſſe, ſed & debere quantumlibet grauia peccata etiam in Deum commiſſa condonare, vt ſpe impunitatis & veniæ faceret homines magis idoneos & pronos ad peccandum.* SECVNDVM SPIRITVM VERITATIS, *ſi dæmon mendacij ſpiritus, geſtiens ſe conformare clementiæ ſpiritus veritatis, vt ab eo edita crederentur prophetica oracula Montani, fatendum eſt Spiritum ſanctum per miniſtros ſuos poſſe quidem etiam grauia peccata dimittere, ſed non vult eos vti iſta poteſtate, ne vni, aut alteri collata venia, in multorum damnum cedat; dum ſpe, ſeu potius præſumptione veniæ, impunè cum omni licentia ſe tradant impudicitiæ,* vt contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis. Qui enim fornicatur in proprium corpus peccat, tollens membrum Chriſti, & faciens membrum meretricis: *Diuidens enim ſe ab vnitate & charitate cum Chriſto, iure promeritus eſt diuidi à corpore eius quod eſt Eccleſia, gladio Anathematis præciſus vt membrum putridum, ne exemplo ſuo multos pertrahat in ruinam.* DE TVA NVNC SENTENTIA. *Noſtram enim nouâ Montani prophetiâ probauimus; Eccleſia nempe noſtra hoc ius relictum à Spiritu ſancto quo tamen abuti nolumus, in plurium ruinam. Sed tu Pſychice, quo iure Eccleſiæ tuæ Romanæ hanc poteſtatem arrogas? Erras enim, ſi quod perſonaliter Petro tribuit, vt ſuper eum ædificaret Eccleſiam, eique claues traderet regni cælorum, ad ligandum & ſoluendum quodcumque peccatum, putas eo ipſo datas cuicumque Eccleſiæ ſocietatem & communionem fidei habenti cum Petro. Sed infra videbimus ex Auguſt. toti Eccleſiæ in perſona Petri traditas claues.* NON QVÆ SOLVERINT. *Imò verò ante & poſt paſſionem omnibus dictum eſt Apoſt.* quæcumque ſolueritis ſuper terram, &c. CLAVEM INDVIT, *poteſtatem clauis perſonaliter accepit.* VIDE, QVAM. *Lege quid de hac claui ipſemet Petrus in Actis ſentiat cap.* 2. 21. Viri Iſraëlitæ, &c. pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrûm in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum. ET NVNC, INQVIT, *Act.* 15. 10. Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque Patres noſtri, neque nos portare potuimus? Sed per gratiam Domini Ieſu Chriſti, credimus ſaluari, quemadmodum & illi. HÆC SENTENTIA SOLVIT, *id eſt abſoluit à ceremoniis legis, ſicut & ligauit quæ ſeruata ex ea ſunt, nempe abſtinere à ſanguine & ſuffocato.* ADEO NIHIL, &c. *ſupple faciunt aut conſeruat huiuſmodi claues ad ſoluendos relapſos, & manumittendos à ſeruitute peccati.* VTIQVE NIHIL POSTEA, *quinimò cum iuſſerit Petro Math.* 18. 22. Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque 77. *Remitteret ſc. in ſe peccanti fratri, prius dixerat Mat.* 16. 19. Tibi dabo claues, &c. & quodcumque ſolueris, &c. & *Math.* 18. 18. *Omnibus*

A *Apoſt.* Quæcumque alligaueritis, &c. *ſicut & poſt reſurrectionem. Io.* 20. 23. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, &c. PRÆIVDICATVR ENIM, *quia eo ipſo quod Chriſtus Petro quærenti, iuſſit toties fratri, id eſt omni homini in ſe peccanti, vt parceret, quoties ipſe relapſus eſſet; colligitur ex illa reſtrictione, potuiſſe Petrum commiſſa in hominem, non in Deũ, peccata relaxare.* QVID ENIM NVNC. *Sed hæc nihil poteſtatis, Eccleſiæ tuæ tribuunt, ô Pſychice, vt inde præſumat admiſſa contra Deum peccata dimittere. Vide ſequentia, ſupra expoſita in errore de Eccleſia in tribus.* DOMINI ENIM IVS. *Poteſtas plena iudicandi & abſoluendi ad Dominum Ieſum pertinet, cui Pater omne iudicium dedit, cùm ſerui poteſtas ſit limitata.*

B

Ex cap. 22. per totum de pud.

IAM ET IN MARTYRAS, &c. *Præterea ô Pſychice, & hanc in Martyres tuos extendis veniæ obtinendæ poteſtatem.* VT QVISQVE. *Statim atque veſtrum quilibet conſenſit pro fide ligari quantuliſcumque vinculis: cùm primùm fama percrebuit, quempiam ex veſtra communione carceri recenter traditum, ſtatim per eius merita vt ſuffragia, Mœchi excommunicati ſupplices pacem & indulgentiam poſtulant ab Epiſcopis.* NEC VLLI MAGIS, &c. *Et illi maximè qui ob grauiora ſcelera carceri mancipari debuerant, eius ingreſſu, tali veniæ ambitu ſe liberant,* C *quàm qui ab Eccleſia excommunicationis ſententia præciſi fuerunt.* IN TENEBRIS. *Obſcuris locis.* Oculus enim adulteri obſeruat caliginem: *licet propter frequentia adulteria in illis commiſſa, notis.* AB HIS, *quos Martyres vocas, propter trium aut quatuor dierum carcerem, & vincula mollia & lenia.* QVI DE SVA PERICLITANTVR, *cùm nondum fortè certamen inierint,* nec vſque ad ſanguinem reſtiterint aduerſus peccatum repugnantes, *maximè infidelitatis, & negationis.* ALII. *Scelerati, & ob crimina grauia Anathemate percuſſi, vt reſciuerint aliquos ad metalla damnatos, confeſtim ad eos tanquam ad aſylum confugiunt, & inde ad communionem & participationem Sacramentorum reſtituti redeunt.* VBI D IAM, &c. *Hic pungit Martyres, quos irridet propter nudam ac ſimplicem carceris, aut in metallis fodiendis cuiuſcumque laboris tolerantiam, poſſe grauia delicta, qualia ſunt idololatria, & negationis, vt tormentorum expreſſa, indulgere, cùm ipſi fortè indigeant grauiori ſanguinis Martyrio, ad propria diluenda delicta, poſt leue martyrium commiſſa.* QVIS MARTIR SÆCVLI INCOLA? *quis tam glorioſum martyris nomen promeretur, quandiu adhuc viuit in terris?* pretioſa certè in conſpectu Domini mors Sanctorum eius, *pro Chriſto & fidei eius confeſſione vſque ad mortem ſubeundam certandum eſt, quam niſi ſubierit, coronam & palmam, donec viuit, periclitatur amittere:* tentatio eſt enim vita hominis ſuper terram. DENARIIS SVPPLEX. *Qui poteſt à præfecto Gentili, auariori, quàm crudeli, libertatem aut vitam pecuniâ redimere. Qui etiam morbos in diutino carcere metal-* E *liſque contractos, aut vulnera in flagellatione torturaque inflicta, Medicorum & Chirurgorum ope curare.* ET FOENERATORI, *qui propter relaxationem carceris, aut pœnæ, magnum fœnus à pecunia creditore exigitur ſoluere, pro redimenda à præfecto, vel cuſtode carceris vexatione.* PVTA NVNC. *Sed eſto, ſit talis, cuius ceruici iam gladius carnificis immineat.* IN PATIBVLO, *equuleo vel cruce.* IN STIPITE, *alligatum, à Leone ſoluto iam diſcerpendum & vorandum.* IN AXE. *Vnde ſemiaxios & ſarmentitios vocat in Apolog. Chriſtianos, quòd in dimidio & ſemifracto axe curru, vel ſtipite vincti circumpoſitis ſarmentis & li-*

A gnis, iam applicato igni cinerandi eſſent. IN IPSO DICO, &c. *Iam corona Martyrij parata, de qua ſit ipſe ſecurus.* QVIS PERMITTIT. *Nullus hoc priuilegium Martyri concedere poteſt, vt in Deum perpetrata crimina poſſit indulgere, aut ſuis meritis apud Epiſcopos pro abſoluendis relapſis efficaciter exorare.* SINE EXCVSATIONE, *abſque exceptione.* APOSTOLI QVOD SCIAM, &c. *Magna Apoſtolorum gloria, quòd omnes Martyrium ſubierint, & licet Ioannes ſit diuinitus erutus à feruentis olei dolio, Martyrij palmā non amiſit, voluntariè Calicem Domini bibiturus, ſi eum guſtare mortem voluiſſet.* IAM AD BESTIAS. *Damnatus fuerat Paulus, 1. Cor. 15. 32.* Si ſecundùm hominem (*Syr. tanquam inter homines obiectus ſum feris beſtiis Epheſi*) Ad beſtias pugnaui Epheſi, quid B mihi prodeſt ſi mortui non reſurgunt? *Nec tamen Paulus qui ibidem paulò ſupra dicebat, verſu 30.* Vt quid & nos periclitamur omni hora? quotidie morior, per veſtram gloriam, fratres, (*Syr. iuro per gloriam veſtram*) quam habeo in Chriſto Ieſu Domino noſtro. *Tanta paſſus, tantus martyr, non præſumpſit abſoluere inceſtum Corinthium, ſed potius eum tradidit Satanæ.* NISI SOLVS. &c. *Chriſtus Dei filius. Sed longè diſpar ratio ipſius, & Apoſtolorum eius: Chriſtus enim morte ſua nos ſoluit à morte corporis & animæ, promerendo nobis reſurrectionem ad vitam æternam.* OMNIA SANCTVS. *Per omnia, vel in omnibus: frequens eſt Author in Helleniſmis.* OLEVM FACVLÆ. *Paruæ lampadis tuæ. Alludit ad* prudentes virgines dicentes: ne fortè non ſufficiat nobis C & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. *Sed nemo vendit, nemo dat gratis, niſi ſolus Deus.* Venite, inquit, & emite abſque argento & abſque vlla commutatione. *Adeò* petra Chriſtus fundit nobis riuos olei, vt ſugamus mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo. *Ipſe enim eſt figuratus in Aſer, de quo ſcriptum eſt:* ferrum & æs calceamentum eius, vt tingat in oleo pedem ſuum. *Clauis enim fixi pedes ſanguinem fuderunt in oleum,* quo exhilarat faciem noſtram. *Hic carpit Martyres imprudentia, quod ſibi tribuant copioſam redemptionem ſoli Chriſto debitam.* HABEO QVO PROBEM CHRISTVM, *id eſt poteſtatem abſoluendi communicaſſe Martyribus.* SI IN MARTYRE. *ſi, inquit, Chriſtus in Martyribus tanquam in membris ſuis chariſſimis* D *eſt per inhabitantem Spiritum peccatorum omnium remiſſorem, vt habeant poteſtatem æqualem Chriſto, omnia etiam in Deum & corpus ſuum templum eius peccata commiſſa remittendi, probet id mihi, occulta cordis reuelando, paralyticoſque curando, vt ſimilis Chriſto ſananti Paralyticum dicat:* vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris? *Vtpotè qui* videret cogitationes eorum. CHRISTVS EST, *eum vt alterum Chriſtum honorabo, quia Chriſtus hæc operatur in illo.* CVRAVIT. *Adeò ſollicitus fuit, vt pro tuenda & teſtificanda poteſtate abſoluendi peccata, duos teſtes veræ diuinitatis adhibuerit, nempe reuelationem cogitationum cordis, quarum Iudex eſt à Patre conſtitutus, & miraculum curationis Paralytici. Quis ergo ægrè* E *ferat me exigere ab homine eoſdem teſtes, vt credam à Chriſto plenam & Deo ſoli competentem abſoluendi peccata in Deum commiſſa, accepiſſe poteſtatem.* QVI PRÆSVMIS ALIENO. *Alterius martyrio poſſe deleri.* QVOD SI EST, *ſupple. verum.* Ens enim & verum conuertuntur. MARTVRIVM ALIVD BAPTISMA. *Doctò equidem. Quaſi vellet; quòd ſicut Chriſtus duplex baptiſma ſubijt, fluminis ſcil. & ſanguinis, ad noſtram iuſtificationem, vt nos abſolueret à peccatis: ſic & nos poſſe ab omnibus, etiam in Deum commiſſis criminibus abſolui baptiſmo aquæ, pœnitentiâ in adultis præcedente; & ſi relapſi fuerimus, baptiſ-*

A *mo ſanguinis; ita tamen vt ſanguis Martyrum nihil poſſit ad aliena peccata ſoluenda, ſed tantum ad propria: Itaut vnuſquiſque ſuis delictis, ſuo ſanguine ablutus abſoluatur. Fatemur enim, nec omnes ſimul Martyres, vel vni peccatori gratiam poſſe de condigno promereri, ſed tantum ſuffragando & impetrando de congruo, ſolus enim Chriſti ſanguinis eſt, cuicumq; peccatori de condigno conferre gratiam.* PARATVRA, *præparatio fluxit, vel ſignificatio. Vt in aquæ fluente de latere* Chriſti, *baptiſmus aquæ; in ſanguine, ſanguinis & Martyrij baptiſmus expreſſum intelligamus.*

DEBEO ERGO, *ſic loquens induit Martyrem, eiuſque perſonam in ſe transfigurat. Si Martyrio, quod eſt ſecundum baptiſma, poſſum alium præter me pec-* B *catorem abſoluere à Mœchia, &c.* Debeo, *& poſſum aquæ baptiſmo, & ipſâ pœnitentiâ quæ baptiſmi lauacrum antecedit. Si enim ſecundum, & non propriè dictum id poteſt, cur non & primū?* INGERAMVSQVE. *Oportet vt id ſapiùs inculcem Pſychicis, vt eos conuincam, quacūque tandem authoritate & ratione fulti præſumant relapſos abſoluere, & reſtituere paci Eccleſiæ; onde ratio & authoritas non debebit in homicidium & idololatriam relapſo, eandem indulgentiam denegare, ſi pœnitentiam egerit.* CERTE NEGATORI, *& præ cæteris ei qui vi tormentorum Chriſtum negare compulſus eſt.* MORTI PRÆVERTIT, *prapoſuit, prælegit dicens:* Miſericordiam volo & non ſacrificium. *Et rurſum:* Nolo mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur & viuat. REDEANT, *ad* C *communionem Eccleſiæ, ab excommunicationis cenſura abſoluti.* SVBANDO, *porcorum & ſuum more, in libidinem exardeſcendo.* CECIDERVNT, *relapſi ſunt in Mœchiam.* VRGET DICERE INDIGNITAS. *Verecundiæ terminos excedo, vtendo ſubandi verbo; ſed indignitas relapſus in ſordes carnis nos compellit; de quibus Petrus, vt canibus, & ſuibus ſic loquitur:* Canis ad vomitum, & ſus lota in volutabro luti. *Vt & vxor Loth in relictam Sodomam retroſpiciens, & Iſraëlita corde reuerſi in Ægyptum.* CONTAMINATA. *Conſpurcata per Mœchiam.* QVAM CRVENTATA, *per tormentorum paſſionem.* CORPORA REVOCABIS. *Ad introitum Eccleſiæ Virginis.* MISERABILIOR, *compaſſione & venia dignior.* TITILLATAM, *delectatione carnali blandiente ſub-* D *actam.* VOLVNTARIVS, *ſponte & ex animi propenſione, & abſque vlla coactione.* INVITVS PECCATOR. *Qualis eſt qui vi tormentorum inuitus Chriſtum negat.* NVLLA VIS. *Ipſa libido & voluptas, nulla vi maiori quàm propriâ impellitur.* QVODLIBET, *id quod placet, blanditur, delectat, non cogit, aut vi compellit.* INGENIA, *artes nouæ crudelitatis.* CHRISTVM AMITTIT, *fidem Chriſti & gratiā. De qua Auguſtin.* Nemo te amittit, niſi qui dimittit. LVSIT, *ludo carnalis voluptatis. Ita enim ipſe Tertull. expoſuit illud Exodi:* Surrexit populus mā-ducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Ludum, inquit, niſi impudicum ſcriptura non denotaſſet. E CHRISTIANO PRÆLIO. *Pro fide Chriſti ſuſcepto. De quo Apoſt.* Certamen fortè ſuſtinuiſtis paſſionum. INVIDIOSÆ, *quæ Chriſtum ipſum ob imitationem eius, quaſi ad æmulationē quandam prouocare videntur. Quod & alibi, ait de carne excarnificata Martyrum.* Nec glorioſa illa caro eniſa reddere Chriſto vices ſuas, nedum per eadem, ſed & per atrociora genera tormentorum. Vt hoc illi debeat, quod debere deſierit. *Debebat enim rependere ſanguinem pro ſanguine.* APVD CHRISTVM. *Chriſti domeſticos qui certatim lectulum Salomonis hoc eſt crucem ambiunt, omnes tenentes gladios bis acutos vtriuſque teſtamenti, ſuper femur, ad carnem mille modis cru-*

. . . ndi . . . bella pro ſuſtinenda fide doctiſſimi. VI- A
. ISSE . . . ERVNT, aureolam Martyrij conſequi ardentiſſimè . . . lnerunt. QVIA CESSERVNT, nimiæ ſuppli . . . rum feritati. IN QVAS SVSPIRAT. ob quas pro . . . . ſuſceptas ingemi . . . it inuidia tabeſcès diabolus. SED CASTA, mœchos in hoc diabolo ſubijcit. quod caſti non ſint, . . . tamen infœlices & miſeri. CVM POENITENTIA MOERENTE, quia dolet quidem diabolus & . . . . eſt, ſicut & reprobi in inferno, pœnitentiã agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes, zelo æſtuant contra iuſtos, quos inter filios Dei computatos vident. Sed non erubeſcit de venia ad Dominũ, & præ ſuperbia corã Deo peccatum ſuum non accuſat, nec de eo conuictus . . . . ſit. Dolet igitur, ſed amore proprio, de ſuo l . . . a gratia & fœlicitate iam tã poſſidenda, & æternam miſeriam & pœnã. Hic aduerte vel memoria turpiter lapſum Tert. vel heretici more ſibyſi contradicentem. Qui enim Angelos malos appetitu fœminarũ la . . os & damnatos, pluries dixit, quomodo caſtam infœlicitatẽ habere potuit, vt mœchos inferioris à dæmo . . . . meritũ à venia per pœnitentiam obtinenda exclu- . . . ideo Eccleſiæ Romanæ Presbyteros arguat, quòd . . . ptis ad pœnitentiam & veniam Mœchis, inexorabil . . . nt circa eos qui vi ſuppliciorũ pro Chriſto paſ . . . fidem negatã, extra Eccleſiæ fores cũ pœnitentia . . . . , ſed ſte . . ls remanebant. Quomodo deniq; cælam dicit pœnitentiam dæmonum, qui ſemel quidẽ lapſi ſũt, ſed ab initio vſq, nunc peccant, immundi ſpiritus dicũtur, in gregem porcorum ſibi, teſte Chryſologo, cognatum mitti poſtulant, inter cadauera in monumentis domicilium eligũt, incubi & ſuccubi, ſexum vtrumq; fallũt, in vtrumq; transformabiles, & ex Aug. maximè delectantur cœno & ſordibus carnalium voluptatum, qui faces libidinis in humana carne ſuccendunt, quia verbum caro factum non Angelos, ſed Abrahæ ſemen apprehendit. DENVO DIMITTITVR. i. relapſis in Mœchiam: cuius, vtpotè innuptus & incorporeus, reus eſſe non poteſt diabolus. QVI PIACVLARITER, inexpiabiliter quia indigni venia ſpontè peccauerunt, factis & negotiis impudicis Chriſtũ negant, quẽ voce confeſſi ſũt, & tamen relapſi abſoluuntur: cũ Martyres factis heroicis confeſſi, . . tantum non corde, inuiti & coacti, non ſpontanei fidei negatores, ſine venia remittantur. SOLIS ILLIS, mœchis pro excuſatione & venialitate, carnis infirmitas allegata patrocinatur, & non multo dignius tot pro Chriſto tormenta perpeſſis. NVLLA TAM FORTIS, quia ſi ſpiritum promptum & dominari præceptum carni, ſubtus te erit appetitus eius & tu dominaberis illius. Caro ad terrena oblectamenta depoſitum ſibi ſubſternendo conculcat; profectò non infirma, ſed præualida eſſe conuincitur.

HACTENVS, Tert. errores expoſuimus & refutauimus. Supereſt vt & hunc de peccatis carnis irremiſſibilibus, ſecundùm Aug. tractemus, & probemus nullũ quantumuis graue, inexpiabile eſſe, nec ſoli Petro, ſed & Apoſt. omnibusq; legitimè conſecratis & approbatis confeſſoribus, ad omnia peccata ſoluenda traditas fuiſſe Eccleſiæ claues. Præmitto tamen Epiph. qui hæreſ. 59. hæc habet l. 2. cont. hær. aduerſus Cathar. ſcribes hær. 59. Cathari quidam appellati, exorti ſunt à Nouato quodam, velut frequens fama refert. Hic Nouatus Romæ fuit tempore perſecutionis, quæ ante Maximinum prima fuit. Fortaſſis Decij tunc erat, vt puto, aut Aureliani. Cæterùm ab occaſione eorum qui in perſecutione lapſi ſunt, arrogantiâ elatus cum ſociis ſibi allectis, noluit ſocietatem habere cum pœnitentiam agentibus à perſecutione, & ad hanc hæreſim conuerſus eſt: dicens non eſſe ſalutem, ſed vnam pœnitentiam. Poſt lauacrum autem non poſſe amplius miſericordiam conſequi

Err. Tert.

A lapſum. Sed & ipſi dicimus vnam eſſe pœnitentiam (tam baptiſmum præcedentem intelligit, quàm vnicam etiam ſ. Publicam lapſis poſt baptiſmum) & per lauacrum regenerationis huius, fieri ſalutem. Verùm non tollimus Dei benignitatem gnari prædicationis veritatis, & miſericordiæ Domini, & naturæ venia dignæ: & ſcientes animæ inſtabilitatem, carnis debilitatem, ſenſuum humanorum profunditatem. Quoniam nemo ſine peccato eſt, & purus à ſorde, etiamſi vna ſit dies vitæ . . . ſuper terram. Et perfecta quidem pœnitentia in lauacro eſt. Si verò quis lapſus eſt, hunc non perdit ſancta Dei Eccleſia. Dat enim & reuerſionem, & poſt pœnitentiam, pœnitentiam. Nam ad Cain Domi-
B nus dixit: Peccaſti, quieſce. Et ad Paralyticum: Ecce ſanus factus es, ne amplius pecces. Et Petrum reuocat Dominus poſt abnegationem, & pro tribus abnegationibus, per ipſum prouocat ad confeſſionem: diligis me Petre? Et ait, paſce oues meas. (Hoc eſt & in errantibus compatere, & ad pœnitentiam inuita, & tolle humeris, & ſinu foue, ſicut fecit Paſtor bonus,) Seducit autem ipſos dictum ab Apoſtolo relatum: fieri non poteſt, vt qui ſemel fuerint illuminati, guſtauerintque bonum Verbum Dei, virtuteſque futuri ſæculi, ſi lapſi fuerint, denuò renouentur, rurſus crucifigentes filium Dei, & ludibrio exponentes, &c. Etenim reuerà ſimul renouatos, & collapſos, renouare impoſſibile eſt. Ne-
C que enim amplius gignetur Chriſtus vt crucifigatur pro nobis, qui non amplius crucifigitur, neque poteſt quis ſecundum lauacrum accipere; vnum enim eſt baptiſma, & vna innouatio. Verùm ſtatim infert ſanctus Apoſtolus horum ſanationem Eccleſiæ medens, & membrorum ipſius curam gerens & dicit: Cæterùm credimus de vobis, dilecti meliora, & cum ſalute coniuncta, etiam ſi ſic loquamur: Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri boni. Et vides quomodo innouationem non poſſe iterum fieri perfectè, pronuntiauit: Verùm à ſalute non amouit, adhuc pœnitentiam agentes, ſed & cum ſalute coniunctos eſſe dicit, & Deum ſuſceptorem bonorum operum ipſo-
D rum eſſe, . . . etiam à delictis perfectiſſimè pœnitentiam agunt, reue . . untur ac reſipiſcunt. Suſcepit igitur ſancta doctrina, & ſancta Dei Eccleſia pœnitentiam, non d . luta fiens, neque ſegnes curſum facientes efficiens, ſed Dei gratiam & benignitatẽ reflectens, modum vero vniuſcuiuſq; ſcopi ſciens.

Deinde aptiſſima ſimilitudine vtitur: Sicut, inquit, qui virginitatem amiſit, corporaliter ipſam recuperare non poteſt: cùm id naturæ impoſſibile ſit: ſic etiam qui à lauacro in magna delicta collapſus eſt. Et quemadmodum qui à virginitate lapſus eſt, ſecundum honorem, continentiam habet: Ita & à lauacro, in maiori delicto conſtitutus, ſecundam medelam habet, non eam virtuoſam ve-
E lut primam, verùm non reiectam à vita, habet ſecundam, quam acquiſiuit, non reprobat itaque diuina ſcriptura mercedem eorum, qui in pœnitentia laborant.

Dehinc cùm Catharorum, hoc eſt vt ait, purorum appellatione, impurorum vero re & veritate, errorem de ſecundis nuptiis reiectis exploſiſſet, quòd id quod Epiſcopis, Preſbyteris, Diaconis, & Subdiaconis, de Bigamia interdicitur, contra Apoſtolicum indultum, ad omnes fideles extendant; ſimiliter & in reiectâ pœnitentia, eodem abutuntur: ſic concludit: Non vtique dixiſſet Apoſtolus viduis: nubant, liberos pariant, familiam gubernent. Neque rurſus dixiſſet viro Patris vxorem habenti, & Satanæ tradito in inte-

T

ritum carnis, vt ſeruetur ſpiritus in die Domini, non dixiſſet inquam; confirmate erga ipſum charitatem, vt ne ob ampliorem mœrorem conſumatur talis. Dixit enim rurſus: Cui quid condonatis, & ego condono. Nam ſi quid condonaui, propter vos condonaui in conſpectu Chriſti, vt ne circumueniamur à Satana. Non enim ipſius cogitationes ignoramus, & vides quomodo dat pœnitentiam etiam poſt delicta, &c. Sed & in alio loco ſic dixit: Lugeo multos ingenuos, qui lapſi ſunt, & pœnitentiam non egerunt. Velut oſtendens, quòd etiamſi lapſi eſſent, & pœnitentiam egiſſent, acceptabiles hi fiant, & non reijciantur; cùm Dominus ſciat quid cum ſingulis facturus ſit. Et quod quidem canon veritatis talem characterem ac formam habet, omnibus manifeſtum eſt. Poſt primam enim pœnitentiam per lauacrum regenerationis, in qua pœnitentia renouatus eſt omnis homo, ſecunda quædam, talis non eſt. Non enim duo ſunt baptiſmata, ſed vnum: neque bis crucifixus eſt Chriſtus, ſed ſemel. Et huius gratiâ nos muniri oportet, ve ne lapſi, coronam renouationis perdamus. Sed ſi quis lapſus fuerit, & in quodam delicto præoccupatus, velut Apoſtolus dicit, vos ſpirituales perficite talem in ſpiritu manſuetudinis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Si quis igitur præoccupatus fuerit, in quocumque ſanè delicto, pœnitentiam agat, etiam poſt baptiſma ſi quis lapſus erit, &c.

Dehinc idipſum probat ex verbis ſponſi, lapſam ad pœnitentiam pluries inuitantis: Surge, veni propinqua mea, pulchra mea, columba mea, quia hyems præterit: triſtitia videlicet ac obſcura, nubila, & horrenda Flores apparuerunt in terra noſtra, tempus ſectionis venit, vox turturis audita eſt in terra noſtra, &c Ficus quondam maledicta groſſos profert fructus pœnitentiæ, &c. Et dixit ſurge, veni! Surge à mortificatione peccatorum, & veni in iuſtitia. Surge à delicto, & veni in fiducia. Surge à peccatis, & veni ad pœnitentiam. Surge à membrorum reſolutione, & veni in perfectionem. Surge à mutilatione, & veni in ſanitate. Surge ab incredulitate, & veni in fide. Surge à perditione, & veni in inuentione. Quandoquidem verò nouerat totum oraculum, quòd poſt primam pœnitentiam, & poſt primam vocationem, ac ſanationem, multa delicta humanæ naturæ accidunt, rurſus dicit: Surge veni tu columba mea. Iterum hanc vocat, & non ſemel. Secunda autem vocatio, non eſt æqualis primæ. In priori enim vocatione, ſic dicit: Surge veni, propinqua mea, pulchra mea, columba mea. Et non dixit, & veni tu: Deinde apponit vocem, tu: vt oſtendat vocationem ſecundam immutatam, poſt priorem à delictis reſurrectionem, rurſus porrigentem manum benignam & cæleſtem. Et veni, inquit, tu columba mea in tegmine petræ contiguæ muro; in tegmine petræ, in benignitate Chriſti, & in miſericordia Domini. Hoc eſt tegmen petræ, tegmen ſpei, & fidei ac veritatis. Contiguæ muro: hoc eſt priuſquam claudatur porta: priuſquam rea (*ſtans retro parietem, & pulſans*) intra mœnia conſtitutus, non amplius admittat poſt diſceſſum hinc & mortem: quando non amplius contiguæ muro, ſed concluſæ ſunt portæ, & non amplius licet corrigere. In futuro enim ſæculo, poſt hominis mortem, non ieiunij ſuppeditatio, non pœnitentiæ vocatio, non eleemoſynæ oſtentatio, &c. Cùm autem adhuc ſunt omnes in certamine, etiam poſt caſum eſt reſurrectio, adhuc ſpes, adhuc medela, adhuc confeſſio, etiam ſi non perfectiſſimè, (*vt in baptiſmo*) attamen aliorum

A ſalus non eſt deſperata, &c. Age itaque ſerui Dei, vos filij ſanctæ Dei Eccleſiæ, qui certam regulam nouiſtis, & viam veritatis inceditis, ne retrahamini vocibus, & vniuſcuiuſque confictæ profeſſionis verbis: erroneæ enim ſunt horum viæ, & acutis callis adulteratæ ipſorum intelligentiæ. *Auguſtinum nunc accipite. Exordior ab eximia figura, qua ipſe orditur tom. 7. lib. 4 contra Donatiſtas cap. 1* Eccleſia, inquit, paradiſo comparata, indicat nobis, poſſe quidem eius baptiſmum homines etiam foris accipere, ſed ſalutem beatitudinis extra eam neminem vel percipere, vel tenere. Nam & flumina de fonte Paradiſi ſicut Scriptura teſtatur, Geneſ. 2. Etiam foras largiter manauerunt. Nomina iam

B quippe commemorantur, & per quas terras fluant, & quia extra Paradiſum conſtituta ſunt omnibus notum eſt. Nec tamen in Meſopotamia vel Ægypto, quò illa flumina peruenerunt, eſt fœlicitas vitæ quæ in Paradiſo commemoratur. Ita fit, vt cum Paradiſi aqua ſit extra Paradiſum, beatitudo tamen non ſit niſi intra Paradiſum. Sic ergo baptiſmus Eccleſiæ poteſt eſſe extra Eccleſiam, munus autem beatæ vitæ, non niſi intra Eccleſiam reperitur, quæ ſuper petram etiam fundata eſt, quæ ligandi & ſoluendi claues accepit. Hæc eſt vna, quæ tenet & poſſidet omnem ſui ſponſi & Domini po-

C teſtatem, per quam coniugalem poteſtatem etiam de ancillis (*vt Sara de Agar*) filios parere poteſt: qui ſi non ſuperbiant, in ſortem hæreditatis vocabuntur: ſi autem ſuperbiant, extra remanebunt. *Eccleſia ergo Paradiſus eſt, in qua qui peccat, non deſperandus eſt. Licet enim & fons ſignatus ſit, ob characterem baptiſmi non repetendum*, puteus eſt aquarum viuentium & fons patens in ablutionem menſtruatæ, *hoc eſt animæ peccatricis, relabentis in peccatum. Et Epiſt. 48. ad Vincentium leniter vult cum peccatoribus agi.* Si, inquit, quod veritas habet & quod Eccleſia meritò tenet, rectè pœnitentibus adulteris pax dabatur, illi qui totum locum pœnitentiæ contra adulteros claudebant, impiè vtique agebant, qui membris Chriſti ſanitatem negabant, & claues Eccleſię pulſantibus ſubtrahebant, Aug.

D & miſericordiſſimæ patientiæ Dei, quę illos propterea ſinebat viuere vt pœnitendo ſanarentur ſacrificio contriti ſpiritus & contribulati cordis oblato, dura crudelitate contradicebant. *Et hom 28. lento gradu ad excommunicationem peccatorum procedendum eſſe docet exemplo ſuo.* Quando, inquit, aliquid pungitur & dolet, aut ſanum eſt, aut eſt in illo ſpes aliqua ſanitatis: quando autem tangitur, pungitur, vellicatur, nec dolet, pro mortuo habendum eſt, aut de corpore præcidendum. ſed aliquando nos parcimus, & non nouimus niſi loqui. Excommunicare, de Eccleſia proijcere pigri ſumus. Aliquando enim timemus, ne ipſo flagello peior fiat, qui cæditur. Quamuis qui tales ſunt,

E iam in anima mortui ſunt, tamen quia medicus noſter Omnipotens eſt, non eſt deſperandum de eis, ſed totis viribus ſupplicandum, vt aures cordis, quas clauſas habere probantur, Dominus aperire dignetur.

Contra Nouatianos, à ſpe veniæ excludentes relapſos, & Montaniſtas & Catharos ſecundas nuptias condemnantes, ſic innuebitur Auguſtin. libr. de Agone Chriſtiano cap. 31. Nec eos, inquit, audiamus, qui Aug negant Eccleſiam Dei omnia peccata poſſe dimittere. Itaque miſeri, dum in Petro petram non intelligunt, & nolunt credere datas Eccleſiæ claues regni cœlorum, ipſi eas de manibus amiſerunt. Iſti ſunt qui viduas, ſi nupſerint, tanquam adulteras damnant, & ſuper doctrinam Apoſtolicam ſe præ-

dicant eſſe mundiores. Q[illegible] nomen ſuum ſi vellent agnoſcere, mundanos ſe potius quàm mundos vocarent. (*Cathari, id eſt mundi dicti ſunt.*) Nolantes enim ſi peccauerint corrigi, nihil aliud delegerunt, niſi cum hoc mundo damnari. Nam quibus veniam peccatorum negant, non eos aliqua ſanitate cuſtodiunt, ſed ægris ſubtrahunt medicinam, & viduas [illegible] vri cogunt, quas nubere non permittunt. Non enim prudentiores habendi ſunt, quàm Paulus Apoſtolus, qui ait, malo eas nubere quàm vri. *Et idem ipſe August. tom. 3. lib. de Agone Chriſtiano cap* 30. Nuſquam, inquit, tam vigere debent viſcera miſericordiæ, quàm in Eccleſia Catholica, vt tanquam vera mater nec peccantibus filiis ſuperbè inſultet, nec correctis difficile ignoſcat. Non enim ſine cauſa inter omnes Apoſtolos huius Eccleſiæ Catholicæ perſonam ſuſtinet Petrus: huic enim Eccleſię claues regni cælorum datæ ſunt; cùm Petro datæ ſunt, & cùm ei dicitur, ad omnes dicitur, amas me, paſce oues meas. Debet ergo Eccleſia Catholica, correctis, & pietate firmatis filiis libenter ignoſcere, cùm ipſi Petro, perſonam eius geſtanti, & cùm in mari titubaſſet, & cùm Dominum carnaliter à paſſione reuocaſſet, & cùm aurem ſerui gladio præcidiſſet, & cùm ipſum Dominum ter negaſſet, & cùm in ſimulationem poſtea ſuperſtitioſam lapſus eſſet, videamus veniam eſſe conceſſam, eumque correctum atque firmatum, vſque ad Dominicæ Paſſionis gloriam perueniſſe. Itaque poſt perſecutionem quę per Arrianos hæreticos facta eſt: & poſtea quàm pax, quam quidem Catholica in Domino tenet, etiam à principibus ſæculi reddita eſt: Epiſcopi, qui perfidiæ Arrianorum in illa perturbatione conſenſerant, multi correcti redire in Catholicam delegerunt; damnantes ſiue quod crediderant, ſiue quod crediſſe ſimulauerant. Hos Eccleſia Catholica materno recipit ſinu, tanquam Petrum poſt fletum negationis per Galli cantum admonitum: aut tanquam eundem poſt prauam ſimulationem, Pauli voce correctum. Hanc illi matris charitatem ſuperbè accipientes, & impiè reprehendentes, quia Petro poſt Galli cantum ſurgenti, non gratulati ſunt, cum Lucifero, qui mane oriebatur cadere meruerunt. *Reſpondet autem homil. 23. Tertulliano murmuranti quod præſumant homines à peccatis abſoluere, vbi & locum Euangelij ab eo citatum retulit.* Melius, inquit, Iudæis quàm hæreticis apparuit intellectus. Iudæi dixerunt, quis eſt hic qui etiam peccata dimittit? audet ſibi homo hoc vſurpare, &c. O homo, quando ego à Iudæis putatus ſum homo, dimiſſionem peccatorum fidei dedi. *Quia Phariſæo nudum hominem ſe eſſe putante, peccatrici dixit, fides tua te ſaluam fecit, &c. Deinde inducit hæreticos longè remotos à Tertulliano, præſumentes ſe in quantum homines poſſe peccata dimittere.* Si non dimittunt homines peccata, falſum eſt quod ait Chriſtus: quæ ſolueritis in terra, &c. Neſcis quare hoc dictum ſit, quomodo dictum ſit. Daturus erat Dominus hominibus Spiritum ſanctum, & ab ipſo Spiritu ſancto, fidelibus ſuis dimitti peccata, non meritis hominum, volebat intelligi, dimitti peccata. Nam quid eſt homo niſi æger ſanandus? vis mihi eſſe medicus, mecum quære Medicum. Nam vt hoc euidenter oſtenderet Dominus, à Spiritu ſancto quem donauit fidelibus ſuis, dimitti peccata, non meritis hominum, quodam loco ſic ait, reſurgens à mortuis, accipite Spiritum ſanctum: & continuò ſubiecit; ſi cui dimiſeritis peccata, dimittuntur ei: hoc eſt ſpiritus dimittit, non vos. Spiritus autem Deus eſt. Deus ergo dimittit, non vos.

Aug.

Aug.

A Sed audi Spiritum, (*in Paulo loquentem*) qui eſtis vos? neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Et iterum: Neſcitis quia corpora veſtra templum ſũ Spiritus ſancti, quem habetis à Deo? Deus ergo habitat in templo ſuo, hoc eſt in ſanctis ſuis fidelibus, in Eccleſia ſua: per eos dimittit peccata, quia viua templa ſunt. Sed qui dimittit per hominem poteſt dimittere & præter hominem, neque enim minus eſt idoneus per ſe dare, qui poteſt per alium dare. *Et quoniam Tertullianus gratia poſt baptiſmum peccata commiſſa, irremiſſibilia cenſuit, ab Auguſtino conuincitur eius blaſphema hæreſis; docuit enim hoc verbum eſſe in Spiritum ſanctum, quo quis dixerit in Eccleſia non eſſe poteſtatem quæcumque peccata remittendi, & vnicum* B *hoc irremiſſibile declarauit.*

Audite ergo & legite quid ſcripſerit, tom. 10. ſer. 11. de verbis Domini, circa finem. vbi cùm ex Luca 12. dixiſſet, qui negauerit me coram hominibus, denegabitur coram Angelis; Et ne, inquit, ex hoc, Apoſtoli Petri deſperaretur ſalus, qui eum coram hominibus ter negauit, continuò ſubiecit; & omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittetur ei; ei autẽ, qui in Spir. ſ. blaſphemauerit, non remittetur, illa ſcil. blaſphemia cordis impœnitentis, quâ reſiſtitur remiſſioni peccatorum, quæ fit in Eccleſia per Spiritum ſanctum. Quam blaſphemiam Petrus non habuit, quem mox pœnituit, quando amarè fleuit, victoque ſpiritu qui in ſeipſum diuiſus eſt, (*quia vt præſumptionem, ſic deſperationem miſe-* C *ricordia hominis perſuadet,*) & qui eum vexandum popoſcerat, contra quem pro illo Dominus rogauit, ne deficeret fides eius: accepit etiam ipſum cui non reſtitit Spiritum ſanctum, vt non ſolùm ei remitteretur peccatum, ſed per eum prædicaretur & daretur remiſſio peccatorum. *Fuſè deinde differit Chriſtum ſumpſiſſe occaſionem tractandi de hac blaſphemia irremiſſibili, quòd dicerent Iudæi eum in principe dæmoniorum eijcere dæmonia:* Non quia, inquit, eſſet blaſphemia quæ non remittitur; cùm & hæc remittatur, ſi recta pœnitentia conſequatur: Sed quòd hinc, vt dixi, cauſa extitit, vt à Domino illa ſententia proferretur facta mentione ſpiritus immundi, quem aduerſum ſeipſum diuiſum Domi- D nus oſtendit; propter Spiritum ſanctum, qui non ſolum aduerſum ſe diuiſus non eſt, ſed etiam quos colligit efficit indiuiſos, peccata quæ aduerſum ſe diuiſa ſunt dimittendo, eoſque mundatos (*ab immundo diuiſionis ſpiritu, maximè hæreſis & ſchiſmatis*) inhabitando, vt ſit, quemadmodum ſcriptum eſt in Actibus Apoſtolorum, multitudinis credentium cor vnum & anima vna. Cui dono remiſſionis non reſiſtit, niſi qui duritiam cordis impœnitentis habuerit. *Et rurſum*, qui vnitati Eccleſiæ corde impœnitenti reſiſtit, vbi in Spiritu ſancto, fit remiſſio peccatorum. Hunc enim Spiritum non habent, vt iam dictum eſt, qui etiam Chriſti Sacramenta portantes (*vt baptizati,*) atque tractantes, (*vt miniſtri*) ab eius congregatione ſeiuncti ſunt, &c. Qui non eſt mecum, inquit, contra me eſt, & qui non congregat mecum, ſpargit, &c. congregatur quippe in Spiritu ſancto, qui non eſt contra ſeipſum diuiſus, ſicut ille immundus ſpiritus. Et propterea omnes congregationes vel potius diſperſiones quæ ſe Chriſti Eccleſias appellant, & ſunt inter ſe diuerſæ atque contrariæ, & vnitatis congregationi quæ vera eſt Eccleſia eius, inimicę, non quia videntur eius habere nomen, idcirco pertinent ad eius congregationem, &c. ſi quiſquam ita ſit contrarius veritati, vt Deo loquenti, non in Prophetis, ſed in vnico filio, cùm

S. Aug.

S. Aug.

propter nos, eum, vt nobis in eo loqueretur, filium hominis eſſe voluit, reluctetur, remittetur ei, cùm pœnitendo conuerſus fuerit ad Dei benignitatem. qui cùm mortem impij nollet, quantum vt conuertatur & viuat; dedit Eccleſiæ ſuæ Spiritum ſanctum, vt quicumque (*legitimus ſcil. Sacramentorum Eccleſia diſpenſator*) in eo peccata dimitteret, dimitterentur ei. Qui verò huic dono extiterit inimicus, vt non illud per pœnitentiam petat, ſed ei per impœnitentiam contradicat, fit irremiſſibile, non quodcumque peccatum, ſed contempta, vel oppugnata ipſa remiſſio peccatorum: atque ita dicitur verbum contra Spiritum ſanctum, cum ea diſperſione, (*id eſt hæreſi vel ſchiſmate, maximè Tertulliani & Nouati*) ad congregationem (*vnitatem Eccleſiæ*) nunquam venitur, quæ ad remittenda peccata accepit Spiritum ſanctum. B Ad quam congregationem, etiam ſi per malum Clericum, ſed tamen Catholicum miniſtrum, reprobum & fictum, aliquis acceſſerit corde non ficto, in ipſo Sancto ſpiritu remiſſionem accipit peccatorum: qui Spiritus in ſancta Eccleſia, etiam iſto tempore quo velut area cum palea trituratur, (*dum boni mixti ſunt malis*) ſic operatur, vt nullus veram confeſſionem aſpernetur, nullus ſimulatione (*ficti & hypocrita Sacerdotis*) fallatur: atque ita reprobos fugiat, vt etiam per eorum miniſterium probos colligat. Vnum ergo ſuffugium eſt, ne ſit irremiſſibilis blaſphemia; vt cor impœnitens caueatur: nec aliter pœnitentia prodeſſe credatur, C niſi vt teneatur Eccleſia, vbi remiſſio peccatorum datur, & ſocietas ſpiritus in pacis vinculo cuſtoditur.

Quid acutius contra hæreſim Tertulliani, qui in Eccleſia Montani, & Paracleto ſuo peccata dimitti voluit, non autem in Eccleſia Catholica, quæ in Petro & Apoſtolis claues & poteſtatem ab omnibus peccatis abſoluendi accepit? à qua ſeparatus, blaſphemiam irremiſſibilem in Spiritum ſanctum pronuntiauit. Idem S. Aug. *Auguſt. tom. 9. tract. 121. in cap. 20. Ioannis.* Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Æqualem Patri filium nouimus, ſed hic verba mediatoris agnoſcimus. Medium quippe ſe oſtendit dicendo, ille me, (*miſit*) & ego vos; (*mitto.*) D Hæc autem cùm dixiſſet inſufflauit, & dixit eis, accipite Spiritum ſanctum. Inſufflando ſignificauit Spiritum ſanctum, non Patris ſolius eſſe Spiritum, ſed & ſuum. Quorum remiſeritis peccata, &c. Eccleſiæ charitas, quæ per Spiritum ſanctum diffunditur in cordibus noſtris, participum ſuorum peccata dimittit: eorum autem qui non ſunt eius participes, tenet; ideo poſteaquam dixit; accipite Spiritum ſanctum: hoc continuò de peccatorum remiſſione ac detentione ſubiecit. *Et tract. 50. in cap. 12. Io.* S. Aug. Si in Petro, inquit, non eſſet Eccleſiæ Sacramentum, non ei diceret Dominus, tibi dabo claues, &c. Si hoc Petro tantum dictum eſt, non facit hoc Eccleſia ſi autem E & in Eccleſia fit, vt quę in terra ligantur, in cælo ligentur, & quæ ſoluuntur, &c. quia cùm excommunicat Eccleſia, in cęlo ligatur excommunicatus: cum reconciliatur ab Eccleſia, in cælo ſoluitur reconciliatus. Si hoc ergo in Eccleſia fit, Petrus quando claues accepit, Eccleſiam ſanctam ſignificauit. *Similiter & tom. 3. lib. 1. de doctr. Chriſt. c. 17.* S. Auguſt. Quoniam, inquit, in via ſumus, nec via iſta locorum eſt, ſed affectuum quam intercludebant quaſi ſepta quædam ſpinoſa præteritorum malitiæ peccatorum; quid liberalius, & miſericordius facere potuit, qui ſeipſum nobis, quo rediremus, ſubſternere voluit, niſi vt omnia donaret peccata conuerſis, & grauiter fixa interdicta reditus noſtri, pro nobis crucifixus euelleret? Has igitur claues A (*quibus ianua nobis panderetur*) dedit Eccleſiæ ſuæ; vt quæ ſolueret in terra, ſoluta eſſent in cælo, &c. ſc. vt quiſquis in Eccleſia eius dimitti ſibi peccata non crederet, non ei dimitterentur: quiſquis autem crederet, ſeque ab his correctus auerteret, in eiuſdem Eccleſię gremio conſtitutus, eadem fide atque correctione ſanaretur. Quiſquis enim non credit dimitti ſibi poſſe peccata, fit deterior deſperando: quaſi nihil illi melius, quàm malum eſſe remaneat, vbi de fructu ſuæ conuerſionis infidus eſt.

Et tract. 118. in cap. 19. Io. vbi de tunica Chriſti quadripartita. Aug. Quadripartita, inquit, veſtis Domini Ieſu Chriſti, quadripartitam figurauit eius Eccleſiam, toto ſcil. qui quatuor partibus conſtat, B terrarum orbe diffuſam, & omnibus eius partibus æqualiter, id eſt concorditer diſtributam, &c. Tunica vero illa ſortita, omnium partium ſignificat vnitatem, quæ charitatis vinculo continetur, &c. Si ergo charitas & ſupereminentiorem habet viã, & ſupereminet ſcientiæ, & ſuper omnia præcepta eſt (*& operit multitudinem peccatorum,*) meritò veſtis qua ſignificatur, deſuper contexta perhibetur. Inconſutilis autem, ne aliquando diſſuatur; & ad vnum peruenit, quia in vnum omnes colligit. Sicut in Apoſtolis (*accepto Spiritu ſancto remiſſore peccatorum, per quatuor mundi partes miſſis*) cum eſſet etiam ipſe numerus duodenarius, id eſt quadripartitus in ternos; & omnes eſſent interrogati, C ſolus Petrus reſpondit, Tu es Chriſtus filius Dei viui: & ei dicitur, tibi dabo claues, &c. tanquam ligandi & ſoluendi ſolus acceperit poteſtatem: cùm & illud vnus pro omnibus dixerit, & hoc cum omnibus tanquam perſonam gerens ipſius vnitatis, acceperit. Ideo vnus pro omnibus, quia vnitas eſt in omnibus. Vnde & hîc cum dixiſſet, deſuper contexta, addidit, per totum: quod ſi referamus ad id quod ſignificat, nemo eius eſt expers qui pertinere ad totum (*Eccleſiam Catholicam & vniuerſalem intellige*) inuenitur; à quo toto, ſicut Græca indicat lingua, (*in qua legitur: ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου. Deſuper contexta per totum.*) Catholica vocatur Eccleſia. In ſorte autem, quid niſi Dei gratia com- D mendata eſt? ſic quippe in vno ad omnes peruenit, cùm ſors quoque omnibus placuit; quia & Dei gratia in vnitate ad omnes peruenit. Et cùm ſors mittitur, non perſonæ, vel cuiuſcumque meritis, ſed occulto iudicio Dei ceditur. *Viden quàm aptè reſpondeat ſingulis Tertulliani erroribus, qui ab huius tunica vnitate præciſus, vni Petro & ſoli perſonaliter claues datas aſſeruit. Et tr. 124. in Io. c. 21. vbi de remiſſione peccatorum.* Aug. Hoc, inquit, agit Eccleſia ſpe beata in hac vita ærumnoſa, cuius Eccleſiæ Petrus propter Apoſtolatus ſui primatum, gerebat figuratâ generalitate perſonam. Quod enim ad ipſum propriè attinet, naturâ vnus homo erat, gratiâ vnus Chriſtianus, abundantiore gratia, vnus idem- E que primus Apoſtolus: ſed quando ei dictum eſt, tibi dabo claues, &c. Vniuerſam ſignificabat Eccleſiam, quæ in hoc ſæculo diuerſis tentationibus velut imbribus, fluminibus, tempeſtatibuſque quatitur, & non cadit; quoniam fundata eſt ſuper petram (*petra autem erat Chriſtus*) vnde & Petrus nomen accepit.

Et homil. 45. vbi de viſione lintei miſſi Petro de cælo: Aug. Vas, inquit, illud Eccleſiam ſignificat. Quatuor lineæ quibus dependebat, quatuor partes orbis terrarum, per quas extenditur Eccleſia Catholica, quæ vbique diffuſa eſt. Quicumque ergo voluerit ad partem ire, & per aliquam hæreſim ab vniuerſo conſcindi (*ſicut in partem Montani & Nouati abijt Tertullianus*) non pertinet ad quatuor li-

nearum Sacramentum. Si autem ad viſionem Petri non pertinet, nec ad claues quæ ſibi datæ ſunt, pertinebit. (*Vnde ergo præſumis datas Eccleſiæ Montana, &c.*) Omnes ergo gentes quæ immundæ erant erroribus, & ſuperſtitionibus, & concupiſcentiis, &c. Iam poſt remiſſionem peccatorum, quare non recipiantur in corpus Chriſti quod eſt Eccleſia Dei, cuius perſonam Petrus geſtabat, &c. Si Petrus figuram geſtabat Eccleſiæ, & Eccleſia corpus Chriſti eſt; recipiebat in ſe quaſi in eſcam ſuam iam mundatas Gentes, quibus peccata dimiſſa ſunt, &c. *Cur porro Petro traditæ ſint claues, præclarè declarat Auguſtinus ſermon. 124. de temp.*

Aug. Credendæ, inquit, erant Petro Apoſtolo claues Eccleſiæ: Imò creditæ ſunt ei claues regni cœlorum. Credenda quoque ei erat populorum innumera multitudo, quæ eſſet pro ſuæ naturæ vitiis, paſſionibus, culpis inuoluta, atque peccatis. Denique ſic ad eum Saluator dicit: Tibi, inquit, dedi claues regni cælorum. Deinde ſequitur dicens: quæcumque ligaueris, &c. videlicet vt in clauibus fidelis ianitor, in ſententiis eſſet clementiſſimus diſpenſator. *Subiecit Petri duritiem in amputata Malchi auricula, & concludit:* Hic, inquit, igitur tam durus, tamque ſeuerus, ſi donum non peccandi a Domino fuiſſet indeptus, quæ venia commiſſis populis donaretur? Sed idcirco diuinæ prouidentiæ ſecretum ita temperauit atque permiſit, vt primus ipſe laberetur, ac rueret in peccatum, quo erga peccantes duriorem ſententiam proprij caſus intuitu temperaret, &c. Videte ergo fratres chariſſimi, quemadmodum exiguæ culpæ permittitur ſubiacere tantus Apoſtolus, vt emendatus elationis vitio atque correctus, integro veſtiatur moderationis, & clementiæ indumento. *Idem cùm ſcriberet in verba. 2 Cor. 5.* Pro Chriſto legatione fungimur: *Circa medium homilia 49. de iiſdem clauibus Eccleſiæ datis in perſona Petri., quibus & fideles in Mœchiam poſt baptiſma lapſi, abſolui poſſunt modo pœnitentiam agant, & peccatum confiteri non erubeſcant, ſic fatur.*

Aug. Quid vobis, inquit, facio qui fideles eſtis, & audiſtis me? ſi fortè talia commiſiſtis, (*adulteria, de quibus immediatè loquebatur.*) nolite addere, & vt Deus vobis ignoſcat, orate. Si non potuiſtis habere, vel noluiſtis, pudicitiam coniugalem, ſeu continentiam, & deuiaſtis à propoſito, vel vinculo coniugali, vel deuotione continentiæ; ſit in vobis dolor, & humilitas pœnitentiæ. Apertius dico, nemo dicat non Intellexi: qui poſt vxores veſtras, vos illicito concubitu maculaſtis, ſi præter vxores veſtras cum aliqua concubuiſtis, agite pœnitentiam, qualis agitur in Eccleſia, vt oret pro vobis Eccleſia. (*Intelligit hic pœnitentiam Publicam, poſt baptiſmum; non ſecretam & auricularem; ab vtraque autem Tertullianus excludebat Mœchos*) nemo ſibi dicat, occultè ago, apud Deum ago; nouit Deus qui mihi ignoſcit, quia corde ago. Ergo ſine cauſa dictum eſt, quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt in cælo? Ergo ſine cauſa ſunt claues datæ Eccleſiæ Dei? fruſtramus Euangelium Dei? fruſtramus verba Chriſti? promittimus vobis, quod ille negat? Nonne vos decipimus? Iob dicit, ſi erubui in conſpectu populi, confiteri peccata mea. Talis iuſtus, theſauri diuini obriſi, tali camino probatus iſta dicit: & reſiſtit mihi filius peſtilentiæ, & erubeſcit genu figere ſub benedictione Dei, (*id eſt abſolutione Epiſcopi, pro Chriſto legatione fungentis, & Dei perſonam agentis,*) quod non erubuit Imperator, erubeſcit nec Senator, nec tantum curialis? ſuperba ceruix, mens tortuoſa. Fortaſſis, imò quod non dubitatur, propterea Deus voluit, vt Theodoſius Imperator ageret pœnitentiam Publicam in conſpectu populi, maximè quia peccatum eius celari non potuit: & erubeſcit Senator, quod non erubuit Imperator, &c. erubeſcit plebeius, ſiue negotiator, quod non erubuit Imperator. Quæ iſta ſuperbia eſt? nonne ſufficeret gehennæ (*ferenda, tanta ſuperbia, vel ſola*) etiam ſi adulterium nullum eſſet?

Et homil. 50. circa finem à deſperatione venia, in quam præcipites agit hæreſis Tertulliani, erigit, exemplo Niniuitarum, & Dauidis pœnitentium, Petri quoque pœnitentis, & Pauli fideles relapſos in Mœchiam, ad pœnitentiam inuitantis. Noli, inquit, contemnere, noli deſperare, clama etiam de profundo ad Dominum, & dic ei; De profundis clamaui, &c. quoniam apud te propitiatio eſt: de tali profundo Niniuitæ clamauerunt, & hanc propitiationem inuenerunt. Faciliuſque eſt euacuata comminatio prophetæ, quàm humiliatio pœnitentię. Hic fortaſsè dicit, (*hæc obiectio ſit, iuxta hæreſim Tertull. baptizatis relapſis in Mœchiam indulgere prohibentis:*) ſed ego iam baptizatus ſum in Chriſto, à quo omnia mihi peccata præterita dimiſſa ſunt; vilis factus ſum nimis iterans vias meas. Ierem. 2. 36. & canis horribilis oculis Dei, conuerſus ad vomitum ſuum. Quo ibo à Spiritu eius, & à facie eius, quo fugiam? quò, frater, niſi ad eius miſericordiam pœnitendo, cuius poteſtatem peccando contempſeras? Nemo enim rectè fugit ab illo, niſi ad illum, ab eius ſeueritate, ad eius bonitatem, &c. Intuere Dauid Regem, iam vtique & ipſe illius temporis Sacramenta perceperat. (*Circumciſus, ſicut tu baptizatus.*) Iam circumciſus erat, vtique, quod Patres noſtri (*ſecundum fidem*) pro baptiſmo habebant. Nam ad hoc dicit Apoſtolus, Rom. 4. Sanctum Abraham ſignaculum iuſtitiæ fidei recepiſſe. Iam etiam vnctus erat vnctione venerabili, qua regale Sacerdotium præfigurabatur Eccleſiæ. Repente autem factus eſt & adulterij & homicidij reus. Non fruſtra tamen de tam immani & abrupto profundo ſceleris pœnitens clamauit ad Dominum dicens: Auerte faciem tuam à peccatis meis, &c. *Confeſſus eſt coram Nathan, & ab eo vice Sacerdotis abſolutus eſt. Et rurſum:* Petrus, inquit, iam erat fidelis, iam in Chriſto & alios baptizauerat. Intuere ergo Petrum præſumentem accuſatum, (*ſi oportuerit me mori tecum. &c. Antequam Gallus cantet, ter me negabis*) timentem vulneratum, (*timuit enim vel ancillulæ vocem, & trina negatione vulneratus eſt*) flentem ſanatum. Iam etiam poſt aduentũ de cælo Spiritus ſancti, quidam Simon pecuniâ voluit eundem Spiritum ſanctum emere, ſceleratiſſimum & impium mercimonium cogitans, iam baptizatus in Chriſto; & tamen pœnitentiæ conſiliũ ab ipſo Petro correptus accepit. Act. 8. Dicit etiam Apoſt. Paulus 2. Cor. 12. qui vtique fidelibus mittebat Epiſtolas; ne iterum (*pondera rurſum peccãtes poſt baptiſmum alloqui, & peccato carnis; quod tantùm auerſabatur Tert.*) cum venero ad vos, humiliet me Deus, vt lugeam multos ex his, qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam, (*i. iuxta ipſum Tert. vitam in melius non emendauerunt*) ſuper immunditia, & luxuria, & fornicatione quàm geſſerunt. Circumſtant ergo nos, & præcepta recta faciendi, & exempla non tantum rectè facientium, ſed etiam ad recipiendam ſalutem pœnitentium, quæ fuerat amiſſa peccando. *Quid expreſſius ſcribere potuiſſet Aug. ad refellendãm hæreſim Tert. qui poſt baptiſma relapſos in immunditiam, recipi nolebat ad pœnitentiam & veniam?*

S. Aug.

APPENDIX EX PATRIBVS, de poteſtate clauium Eccleſiæ tradita ad remiſſionem omnium peccatorum, contra errorem Tertulliani, Montaniſtarum, & Nouatianorum.

L*Vbet ordiri hunc aduerſum Tertullianum Montani diſcipulum & Nouati, in reyciendis poſt baptiſmum lapſis aſſeclam, tractatum, S. Paciani Barcinonenſis Epiſcopi verbis Epiſt. 3. ad Sympronianum.* Audite, inquit, & totum ordinem veſtri erroris aduertite Cornelius iam Romæ Epiſcopus, à ſedecim Epiſcopis factus, locum Cathedræ vacantis acceperat, & in illa qua fuit præditus caſtimonia virginali, crebras perſecutiones irati principis ſuſtinebat. (*In perſecutione ſub Decio primum mota & tunc vigente ſub Gallo & Voluſiano Imperatoribus.*) Tum fortè quidam Presbyter Nouatus ex Africa fraudatis in Carthaginenſi Eccleſia viduis, ſpoliatis pupillis, pecunia Eccleſiæ denegata, proiecto extra domum Patre, & eodem fame mortuo, nec ſepulto, vxoris grauidæ vtero calce percuſſo, partuque eius effuſo, Romam venit. Et cùm apud Carthaginem, vrgentibus in Eccleſia fratribus dies cognitionis ipſius immineret, & hic latitauit: nec multò poſt Nouatianum iſtum Epiſcopatu Cornelij anxium, nam ſibi ſperauerat, cum aliquantis, vt in tali re ſolet, ex ſua parte fautoribus nutantem impellit; dubitantem fouet, vt magnum aliquid ſperet, hortatur. Inuenit aliquos ex eorum numero qui tempeſtatem perſecutionis illius euaſerunt, apud quos hanc ipſam de lapſis receptis Cornelio conflaret inuidiam. Dat eorum Epiſtolas ad Nouatianum. Ille ex authoritate Epiſtolarum, ſedente iam Romæ Epiſcopo, aduerſum fas Sacerdotij ſingularis, alterius Epiſcopi alibi nomen aſſumit. Cornelium lapſis communicaſſe arguit, ſe vendicat innocentem.

Dehinc inducit pro Nouato cæteriſque lapſis à remiſſione peccati reycientibus loquentem. Negantem inquis Dominus negat: tu negantem nolo fateatis, *Cui reſpondet*: Quis eum negantem confitetur? qui ad pœnitentiam cogit, obiurgat, crimen oſtendit, vulnera aperit, ſupplicia æterna commemorat, interitu carnis emendat? (*tradendo Satanæ & excommunicando*) hoc caſtigare eſt, non fateri. (*Blandiri quaſi bono & fideli*) vides non proculcari à nobis ſententiam Domini, ſed probari; non abijci ſeueritatem, ſed voluntatem eius aperiri. Sed pœnitenti, inquies, peccata dimittis, cùm tantùm in baptiſmate tibi liceat relaxare peccatum Non mihi planè, ſed Deo ſoli, qui & in baptiſmate donat admiſſum, & pœnitentium lacrymas non repellit. Cæterùm quod ego facio, id non meo iure, ſed Domini. Dei ſumus adiutores, inquit, Dei ædificatio eſt, &c. quare ſiue baptizamus, ſiue ad pœnitentiam cogimus, ſeu veniam pœnitentibus relaxemus, Chriſto id authore tractamus. Tibi videndum eſt, an Chriſtus hoc poſſit, an Chriſtus id fecerit, &c. *Fruſtra me poſuiſſe aſſeris illud exemplum quod Deus dixerit*; malo pœnitentiam peccatoris, quàm mortem. *Ezech. 18. quid ſi adiecissem illud Eſaiæ*; cùm conuerſus ingemueris, tunc ſaluaberis, & ſcies vbi fueris. *Quid ſi id Apoc. 2.* Memento vnde cecideris, & age pœnitentiam, & fac priora opera? *Hæc inquies dicta ſunt gentibus ante baptiſmum: Audi Apoſtolum, Rom.* Scimus autem quoniam quæ-

A cumque lex dicit, iis qui in lege ſunt dicit, & loquitur. Ergo eos qui ſine lege vixerunt, pœnitendi conditio non tenebit: qui etſi pœnituiſſent, libera id fide fecerant, non impoſito per legem vinculo pœnitendi. Ergo & vel Iudæi, inquies, qui ante baptiſmum pœnituerunt, poſt baptiſmum pœnitere non poſſunt. Quis hoc te docuit, frater Semproniane? quis ſuaſit, vt qui ante pœnituit, poſtea pœnitere non debeat?

Deinde inducit Sympronianum eadem prorſus cum Tertulliano argumenta Nouatianorum proferentem, quæ diſertiſſimè diluit, ex quibus ſelectiora decerpo ad confutationem huius hæreſis apertiſſima. Videamus, inquit, quid dicas: ſi Deus ſæpius iubet hominem
B pœnitere, inquis, ſæpius peccare permittit. Quid ais? Ergo qui ſæpius remedium criminis monſtrat, crimen oſtendit. Et medicus ille cùm curat, aſſiduè, vulnerari docet Deus nec peccare vult hominem ſemel, & tamen liberat à peccato. Nec vtique cùm liberat, peccatum docet: ſicut nec qui ab incendio liberat, incendium monſtrat; nec qui naufragum eripit ſcopulis, in ſaxa compellit. Aliud eſt de periculo liberari, aliud ad periculum cogi. Et fortaſsè pateret hoc credi, ſi pœnitentia deliciæ putarentur, cui labor tantus imponitur, cui carnis interitus imperatur, cui iuges lacrymæ, cui gemitus ſempiterni. Volet ergo ille ſanatus, iterum ſe ſecari, rurſus exuri? Volet peccare iterum & iterum pœnite-
C re, cùm ſcriptum ſit Io. 5. noli adijcere peccatum, ne quid tibi deterius contingat. Et adhuc Eccl. 12. 3. aſſiduè peccanti non miſereor. (*Vulgata legit, non eſt enim ei benè qui aſſiduus eſt in malis.*) Quòd ſi vt, ais, ad peccatum cogitur, cui pœnitentiæ medicina, monſtratur, quid tandem ille facturus eſt, cui pœnitentia ipſa præcluditur, cui deſperato remedio totum vulnus aperitur, cui prorſus ex integro vitæ aditus denegatur?

Proſequitur aliud argumentum ſoluere. In baptiſmo inquies, ſemel morimur: Sicut ait Apoſtolus Roman. 6. 3. An neſcitis, quoniam quicumque baptizati eſtis in Chriſto Ieſu, in morte eius baptiſzati eſtis? Conſepulti ergo eſtis ei per baptiſmum
D in mortem, vt ſicut Chriſtus reſurrexit ex mortuis, ſic & vos in nouitate vitæ ambuletis. Quid mirum? docebat Apoſtolus quod eſſemus noui, vt nemo peccaret. Sequebatur tamen, vt qui peccauerat, pœniteret. Hic integer, ille curatus viueret: Innocens coronam, pœnitens veniam ſubiret: ille præmium, iſte medicinam acciparet, &c. Quod ſi gentilem populum non paſſus eſt mori, multò magis redemptum non patietur extingui. Nec abiiciet quos magno redemit; nec enim leuis illi eſt iactura famulorum, &c. Reſponde frater, an famulos Dei diabolos poſſit opprimere, an non poſſit Chriſtus abſoluere? Petri pœnitentiam dicis ante Domini paſſionem fuiſſe? Et tamen Petrus iam ba-
E ptizatus erat: huic enim dixerat Dominus, qui lotus eſt ſemel, non neceſſe habet iterum lauari, accepit tamen poſtea remedium Chriſti, ſed ante pœnituit, (*tamen poſt Chriſti reſpectum*) & ante ſanctua eſt habitus quàm ad remedium perueniret. Nec pœnitentia eius in memoriam ſcriberetur, niſi profuiſſet aliquid pœnitenti. Fleuit, inquit, amariſſimè. Non vis facere fidelem, quod Petrus fecit? non vis prodeſſe nobis quod Petro profuit? Age, Thomas meus nonne poſt Domini Reſurrectionem, de reſurrectione dubitauit? Nonne perfidiæ reus notatur à Domino? cùm illi clauorum notæ, cùm perfoſſæ manus, cùm lateris vulnus oſtenditur, cùm ſic ad eum ait Dominus, noli eſſe incredulus, ſed fidelis? Quid ergo? erubuit pœnitere? nonne humi-

batus eſt? Nonne Deum & Dominum ſuum illicò confitetur? Numquid non illum Exomologeſis iſta commendat?

Tum verò de poteſtate ligandi atque ſoluendi Eccleſiæ tradita: Iam quàm argutè capot illud abſoluis, quod ego poſui datam Epiſcopi poteſtatem, vt quæ ligaſſent in terra, ligata eſſent & in cælis. Dicis hoc non ad fideles, ſed ad Catechumenos pertinere, vt baptizandis adhuc ſcil. populis ſoloi liceret crimina, vel teneri, &c. Vt hoc dimittere, vel ligare ad gentes quæ baptizandæ erant, pertinuiſſe videatur, &c. Quid quòd apud Mathæum ipſum ante paſſionem ſuam dixerat Dominus: quæcumque ligaueritis in terra, &c. Ipſo referente Matthæo paulò ſuperios ad Petrum locutus eſt Dominus, ad vnom ideo, vt vnitatem fundaret ex vno, mox idipſum in commone præcipiens. Qualiter tamen ad Petrum incipit; & ego dico tibi qoia tu es Petrus, &c. & tibi dabo claues, &c. Et quæcomque ligaueri, &c. Dic frater de ſolis gentibus. (*id prorſus Tertullianus aberrans ſenſit de ethnicis*) hoc locutus eſt, ſuper hanc ædificabo Eccleſiam meam? Eccleſiam non baptizatas gentes vocas? homo necdum renatus, corpus eſt Chriſti? Quid ſoluo gentibus, qood non eſt ligatum? quid alligo, quod nullo iure conſtringo? Gentili homo, liber eſt legi. Vide nunc è contrario, an in baptizatum vtraque conueniant. Soluitur veniâ, quia peccato tenebatur; ligatur anathemate, quia ſolutus fuerat fide, & per gratiam liberatus. Quòd ſi ad gentes hanc ſoluendi licentiam, vel ligandi, ſpectaſſe concedam, multò magis ad baptizatos pertinuiſſe conuincam. Nam ſi is ſolui potuit vel ligari qui non habuit vinculum, quantò magis ille, quem fidei iura tenuerunt?

Pergit ad aliud argumentum Tertulliani de Petro iuſſo in ſe peccata vſque 77. remittere. Ais poſuiſſe Matthæum: ſi peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum ſolus cum ſolo: ac ſtatim ſubiunxiſſe Dominum, quæcumque ſolueris in terra, &c. vt ad fratris offenſam pertinere videatur. Age, non vides quod ſupra dicit, ſi in te peccauerit frater tuus; hic verò addit, Amen dico vobis, quæcumque ſolueritis, &c. Illud vni iuſſit, hoc pluribus relaxauit: illud ipſe ſoluit, in quem admittitur, hoc verò Eccleſia; illud ſine Sacerdote, ſine fratribus, hoc ab omnibus impetratur. Quæcumque ſolueritis, inquit, omnino nihil excipit. Quæcumque, inquit, vel magna, vel modica. *Poſtea inducit aduerſarium cum Tertulliano obijcientem*: Attende quòd ad Petrum dicat inferius, id quod peccatum in hominem, ſeptuagies & ſepties relaxandum; vt oſtendat, aliàs (*in Deum ſcilicet commiſſa*) vel ſemel poſſe. *Cui reſpondet Pacianus*: Tamen, qui in Petrum peccat, Dominum lædit: ſicut ad Samuel ipſe ſignificat: non te nullius momenti fecerunt, ſed me. Conceditur ergo vel ſemel Eccleſiæ, quod nobis ipſis toties imperatur?

Et ne quid deſit confutationi argumentorum Tertulliani, eaſdem Parabolas quas ethnico voluit aptari, etiam Christiano applicat Pacianus. Ad erraticam, inquit, ouem, drachmam illam, & adoleſcentiorem filium reuertamur: quæ ego exempla, cùm ſtrictim ſcripto priore tetigiſſem, tu plena repetiſti, edocens & oſtendens, drachmam, & ouem, & filium minorem, ad Publicanos & peccatores, hoc eſt humilem populum, (*gentilem Iudæo contemptibilem*) non ad Chriſtianæ plebis imaginem, nec ad formam fidelium pertinere. Gratulor me doceri, intellectum verò non eſſe, moleſtè fero, &c. Certè

A ipſe adnuis, ad Publicanos & peccatores, hoc eſt humilem populum, & ideo ... orem ... dictata. Dic ergo; an populus Chriſtianus ... An in radicem cohæſerit. An ... membra compegerit, ædificatus, vt ſcriptum eſt, in fundamentis Apoſtolorum, &c. An Iudæorum Deus tantum? Nonne & gentium? Imò & gentium. Siquidem vnus Deus, qui iuſtificat impium ex fide, & præputium per fidem. Certe ille humilis populus, quem Deus drachmæ, filio minori, & ouiculæ conferebat, Eccleſia fuit. (*ex duobus parietibus in vno angulari lapide poſitus*) vnde Apoſtoli, vnde omnis turba credentium, vnde populus Chriſtianus.

B Huic corpori noſtra etiam membra coniuncta ſunt, & totæ credentium portiones, vt in bonam oliuam ex oleaſtro gentium conuenirent, ſicut Apoſtolus dicit Roman. 11. 17. participes pinguedinis eius effectę, atque ita vnum omnes eſſemus in Chriſto, Iudæus & Græcus, ſeruus & liber, &c. Ita omni corpori nuntiatum eſt quicquid de corporis parte prædicatum eſt, dicam adhuc planius: ille poſterior populus, ille pauper, ille mediocris, imago Eccleſię fuit, anima humilis & modeſta, anima liberata per Chriſtum, &c. Hæc eſt ouis illa quæ humeris reportatur, hoc eſt nixu & vigore patientię. Hæc eſt drachma quæ quæritur, & vicinis inuenta monſtratur. Vides formam eius ſimilitudini pœnitentium conuenire? Vides miſericordiam vſque ad hoc tempus extendi? Vides quęcumque

C Eccleſiæ naſcenti dicta ſunt, ad plenitudinem Eccleſiæ pertinere, &c. Si ſigotis in ordinem recurrentibus, nonaginta nouem ſanæ, omnis Eccleſia eſt, vna verò erratica delinquentium portiuncula eſt: ac drachma quæ periit, miſer ille peccator eſt: rediens poſt mala ſua filius, redempto illi ſimilis æſtimatur, &c. Quicquid de Publicanis & peccatoribus dictum eſt, ad ęgros omnes, & omnes miſeros pertinebit.

Ne ſuperſit quid obiectionum Tertulliani. Poſt hæc proponis, & dicis ſcriptum eſſe per Dominum: Omne peccatum, & blaſphemia remittetur hominibus. Qui autem in Spiritum ſanctum peccauerit, non dimittetur ei, neque hic neque in

D futuro. Math. 12. 31. Aut ego fallor, aut iſtud exemplum contra te valet. Nam ſi omne peccatum & blaſphemia relaxabitur, vides veniam pœnitentibus non negari: ergo omne peccatum, ergo ipſa quoquè blaſphemia. Habes additum ſecundùm Lucam; & qui in filium hominis peccauerit, remittetur ei. Quid hoc amplius de miſericordia Dei, de clementia iudicantis? &c. In cæteris peccatis aut errore labimur, aut metu frangimur, aut carnis infirmitate ſuperamur. Hęc cæcitas eſt, non videre quod videas, & ſancti Spiritus opera diabolo deputare, eumque gloriam Domini quâ diabolus ipſe ſuperatur, diaboli appellare virtutem. Hoc eſt ergo quod non dimittetur: reliqua bonis pœnitentibus frater Sympronianæ, donantur.

Nec præterit quod & Tertullianus obiecit. Eli Sacerdos, ais, loquitur, & dicit: ſi vir in virum pec-

E cauerit, orabunt pro eo, ſi autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo? Ioannes itidem: ſi quis ſcit peccare fratrem ſuum peccatum non vtique ad mortem, poſtulabit pro eo, & dabit illi vitam Deus: eſt autem peccatum quod ad mortẽ ducit, non pro illo dico vt depreceris. Vides hoc totum ad peccata manentia pertinere, non ad eos qui aliquando peccauerint, & cœperint pœnitere, antequam quiſquam pro illis roget, &c. quare ſicubi conſtitutam peccantibus pœnam probaueris, hoc

A tenebis, aut peccatis perſeuerantibus conſtitutam, aut libertatem Deo relictam mutandæ ſi pœniteas, ad meliora ſententiæ.

Tum de obiectione manus & pedis ſcandaloſi præſcindendi, & fratre iuxta Deuteronomium ad idololatriam ſuadente deferendo & occidendo, & reſpondit: Vides, inquit, non de pœnitentibus dictum, ſed de his qui non ſolum in facinore perſeuerant, verum etiam nos ſcandalizare non deſinunt? Hi quamlibet chari ſint, relinquendi, quamlibet vtiles, deſerendi ſunt. *Tum de Apoſtolo iubente, auferri malum ex vobiſipſis, & rurſum cum eiuſmodi nec cibum ſumere qui ſit fornicator, &c.* Vides non ſine cauſa eſſe poſitum, & ſit: id eſt, qui necdum pœniteat, qui necdum improbus eſſe deſierit, &c. Reſ-
B ponde frater, an nullus huiuſmodi veſtra pace teneatur, &c. *Subdit de Corinthio tradito Satanæ.* Vides quòd ipſe peccator inceſtus non morti traditur, ſed Satanæ, ad emendandum, ad colaphizandum, ad pœnitendum. Denique ait, ad interitum carnis, non tamen animæ, non etiam ſpiritus, ſed ad ſolius carnis interitum, tentatione ſcil. carnis anguſtias, detrimenta membrorum. Vis hoc ſcire? in ſecunda Corinthiorum hunc ipſum impium idem Paulus abſoluit. Donetis & conſolamini ne fortè maiore triſtitia abſorbeatur, &c. Obſecro vos vt conſtituatis in eum charitatem. Si cui autem aliquid donaſtis & ego. Nā & ego quod donaui propter vos in perſona Chriſti, vt non poſſideatur
C à Satana. Vides Apoſt. mitiſſimā indulgentiā, proprias etiā ſententias tēperantē? Vides mitiſſimā lenitatem, longè à veſtro ſupercilio ſeparatā, longe à Nouatiani fronte diſſimilē? &c. Iam vulneratum illum à Leuita & Sacerdote prætetitum, per Chriſtum poſſe curari, iam Eccleſiæ preces humilibus non negandas, iam manus Sacerdotum miſerandis fratribus exigendas, &c. Supra dixerat, age, non habet Deus in ſua poteſtate mutare ſententiam? Non Rabab, non Nabuchodonoſor Regem, non Gabaonitas, non Niniuitas, non Segor à prædicto interitu liberauit? Non per ipſum Ioel vates hæc intulit: conuertimini ad Dominum veſtrum, &c. quia miſericors eſt, patiens, magnanimus, & multæ
D miſerationis, & pœnitens in malitiis, &c.

Tandem & nominatim hic Tertullianum ſuggillat, Catharos & puros ac ſine macula in Montani Eccleſiam admittentem, qui ante hæreſim peccata ab Eccleſia Romana dimitti poſſe ſcripſerat. Tertullianum, inquit, poſt hæreſim, nam multa inde ſumpſiſtis, ipſum Epiſtola ſua, & ex ipſa quam Catholicus edidit, audies confitentem poſſe Eccleſiam peccata dimittere. Vides ergo Eccleſiam eſſe reginam in veſte aurata & variegata, multorum vtique corporum, multorumque populorum varietate compoſitam. Non eſt coloris vnius iſta pictura, nec in vno habitu emicat tanta diuerſitas. Pars illa indumenti tegit, iſta componit: nonnulla pectori adhæret, aliqua vltimo ſinu trahitur, & inter veſtigia ipſa ſordeſcit. Quædam purpuræ martyrum comparatur, aliqua ſerico virginali; nonnulla ſinu pli-
E cante ſubſuitur, aut acu inſerente reparatur. Alius enim ſic, alius autem ſic; & tamen vna in omnibus: Ergo eadem fœcunda vitis & locuples, plures habens ramos, multo palmitum crine diſtentior, nihilne ex iſtis hyberno frigore laborauit? Nihil aſperas grandines pertulit? Nihil torridas incuſauit æſtates? aſperior eſt hæc gemma palmitibus, iſta fortior, illa ſincerior; hæc ſe diffundit in fructus, hæc in ſolas exuberat frondes.

Prætereram quod obycient, Cypriánum arguentem lapſos ad martyrum ſupplicationem, pacem petentes: A Ille, inquit, cùm lapſos ad pœnitentiam cogeret, qui pœnitere nolebant, dicentes à confeſſoribus, ſiue martyribus accepiſſe ſe pacem, docuit & oſtendit quod nec Patriarchæ illi (*Noë, Iob, & Daniel,*) pro non pœnitentibus impetrarent. Etenim quis liberare poſſit inuitum? quis pro ſuperbis humiliari? quis pro non pœnitentibus impetrare? quod vtique cùm diceret, ad pœnitentiæ cogebat remedia. *Et hæc ex S. Paciano tomo 4. Bibliotheca P. P. ad euertenda omnia Tertull. argumenta, contra poteſtatem Eccleſiæ traditam ad ſoluenda quæcumque peccata, dicta ſufficiant.*

Supereſt vt aliqua ex antiquis Patribus pro eadem ligandi & ſoluendi poteſtate proferam; & primo qui-
B *dem S. Dionyſium de Eccleſiaſt. hierarch. c. 7.* Antiſtites, inquit, habent poteſtatem ſegregandi, tanquam Interpretes diuinarum iuſtificationum, non quòd irrationabilibus motibus ſapientiſſima diuinitas ſeruiliter, vt honeſte dicetur, obſequatur, ſed quòd ipſimet ſpiritu myſteriorum principali, à quo ad interpretandum mouentur à Deo, pro meritis iudicatos ſecernant. Accipite enim, inquit, Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Io. 20. Quin & ei qui diuinas reuelationes à ſupremo Patre didicerat, dicitur: quodcumque ligaueris, &c. Ita vt ille, omniſque Pontifex illi ſimilis, iuxta reuelationes paternarum iuſtificationum ſibi indultas, quaſi interpres ac portitor, Deo cha-
C ros admittat, & impios excludat. Neque enim ſanctam illam Dei profeſſionem, (*pondera maieſtatem verbi, vt tanquam dij ſint, Denmque ipſum referant Epiſcopi & Sacerdotes in ſuo miniſterio ligandi atque ſoluendi* (vt eloquia teſtantur.) *verba Chriſti ad Petrum*) motu proprio, carneue, aut ſanguine reuelantibus, ſed à Deo ſpiritaliter illum imbuente perdoctus, pronuntiauit. (*Malim tamen per ſanctam Dei profeſſionem, intelligere confeſſionem Petri Chriſtum Dei filium profitentis.*) Quare ſanctis Antiſtitibus tam ſegregandi, quàm aliis ſacris facultatibus vtendum, prout ipſis diuinorum author myſteriorum diuinitus inſpirarit. Pontifices autem ita cæteris ſunt obſeruandi in iis quæ vt Pontifices
D gerunt, tanquam ipſi à Deo moueantur. Qui enim, inquit, vos ſpernit, me ſpernit. Luc. 10.

Cypr. lib. 5. Epiſt. 6. ad lapſos: Dominus, inquit, noſter, cuius præcepta metuere & obſeruare debemus, Epiſcopi honorem, & Eccleſiæ rationem diſponens in Euangelio, loquitur & dicit Petro: ego dico tibi quia tu es Petrus, &c. Et tibi dabo claues, &c. & quæ ligaueris, &c. Inde per temporum & ſucceſſionum vices, Epiſcoporum ordinatio, & Eccleſiæ ratio decurrit, vt Eccleſia ſuper Epiſcopos conſtituatur, & omnis actus Eccleſiæ per eoſdem præpoſitos gubernetur. *Et expreſſius in Epiſt. 73. ad Iubaianum, de hæreticis baptizandis; non ſoli Petro, ſed & aliis Apoſtolis, & Epiſcopis traditam docet abſoluendi & ligandi poteſtatem.* Petro, inquit, primùm Dominus, ſuper quem ædificauit Eccleſiam, & vnde vnitatis originem inſtituit & oſten-
E dit, poteſtatem iſtam dedit, vt id ſolueretur in cælis, quod ille ſoluiſſet in terris. Et poſt reſurrectionem quoque, ad Apoſtolos loquitur dicens: ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Hoc cùm dixiſſet, inſpirauit, & ait illis: Accipite Spiritum ſanctum: ſi cuius remiſeritis peccata, remittentur illi: ſi cuius tenueritis, tenebuntur. Vnde intelligimus, non niſi in Eccleſia præpoſitis, & in Euangelica lege, ac Dominica ordinatione fundatis, licere baptizare, (*in hoc errauit. ſanctum Pontificem Stephanum arguens, quòd validum cenſeret baptiſ-*

foi i

ma hæreticorum) & remiſſam peccatorum dare; foris autem nec ligari aliquid poſſe, nec ſolui, vbi non ſit qui aut ligare poſſit aliquid, aut ſoluere. Nec hoc, frater chariſſimè, ſine ſcripturæ diuinæ authoritate proponimus, vt dicamus, certa lege, ac propria ordinatione diuinitus cuncta eſſe diſpoſita; nec poſſe quenquam contra Epiſcopos & Sacerdotes vſurpare ſibi aliquid, quod non ſit ſui iuris & poteſtatis. *Et apud eundem Cypr. Ep.75. quæ eſt Firmiliani ad Cypr. Vbi notat, non tantum Petro, ſed & Apoſtolis, Epiſc. & Eccleſiis id conceſſum. Locis prætatis ex Matth. & Io.* Poteſtas ergo peccatorum remittendorum Apoſtolis data eſt, & Eccleſiis quas illi à Chriſto miſſi conſtituerunt, & Epiſcopis, qui eis ordinatione Vicariâ ſucceſſerunt.

Athanaſius in verba Matth.21. Inuenietis pullum alligatum, &c. Inueſt gemus, inquit, verum noſtrum Regem Ieſum Chriſtum, noſq; ipſos examinemus, num ſoluta ſint vincula noſtra, vt in melius proficiamus. Quòd ſi nondum ſoluta ſint vincula, tradas teipſum diſcipulis Ieſu. Adſunt enim qui te ſoluant, pro poteſtate ea quam à Saluatore acceperunt. Quæcumque enim ligaueritis, inquit, &c. [illegible] ſi quibus remiſeritis peccata, &c. Beati quorum [illegible] iſſæ ſunt iniquitates, &c. *Et lib. de variis & nec* [illegible] *quæſtionibus, ad Antiochum principem, q. 29* [illegible] ſflauit in diſcipulos ſuos Chriſtus, dicēs, acc[illegible] ritum ſanctū? reſpondeo. Quemadmodum [illegible] xlo ſecit lutum, & eius oculos illiniuit vt n[illegible], quòd ipſe ſit qui ab initio formauit hom[illegible] utn: ad eundem modum flauit etiam in diſc[illegible], declarans ſe eſſe qui ſpiritum det & vitam h[illegible] minibus, per primitiuam illam inſpiratio nem, quæ in Adam eſt, inſpirauit, Quod autem inquit, acci[illegible] ite Spiritum ſanctum: dedit ipſis per illam inſpirationem, poteſtatem & donum peccata remitt[illegible].

A[illegible] *cont. Nouat. in verſ. Pſ.38.* Remitte mihi vt refrigerer prioſquā eam, & amplius nō ero. Remitte mihi, inquit, hoc eſt, hic mihi remitte, vbi pe[illegible] Niſi hic remiſeris mihi, ibi remiſſionis requi[illegible] nuenire non potero. Quod enim in terra ligatum manſerit, ligatū manebit in cælo, quod ſolutū in terra fuerit, ſolutum erit in cælo. Propheta enim & prædicator Eccleſiæ congregandæ, Euangelico ſpiritu indulgētias Domini prædicebat, & præcipiēda Apoſt. ei Dominus reuelabat. Imò hæc erat vetus ſententia, vt qui ſe ligaſſet in terris, vinctus mi[illegible] ta corpore. Ideo Dñs, quod ante erat iudicij [illegible] ii. Apoſt. peccata remittendi æquitatē, (vt m[illegible] *ſaret abſoluēda*) ne citò ſoluēda, dio ligata[illegible] ret. Denique audi dicentē: tibi dabo claues, [illegible] Q[illegible] d. umq; ligaueris, &c. tibi, inquit, dabo, [illegible] Vt Io[illegible] as, & liges. Hoc Nouatian' nō audiuit, [illegible] Eccleſia Dei audiuit. Ideo ille in lapſu, nos in [illegible] miſſione. Ille in impœnitētia, nos in gratia. Quod [illegible] tio dicitur, Apoſtolis dicitur: Nō poteſtatē vſurpamus, ſed ſeruim imperio; ne poſtea cū venerit Dominus, & ligatos inuenerit quos oportuit ſolui, commoueatur aduerſus diſpenſatorē, qui ligatos ſeruauerit ſeruos, quos Dominus iuſſerat ſolui, dicēs Luc. 12. quoniā qui cognouit voluntatē Domini ſui, & non fecit ſecundū voluntatē eius vapolabit multū, &c. Meritò ergo Dauid remitti ſibi poſtulat, quod [illegible] ebat non eſſe iis quæ ſecundū Aaron erant Sacer[illegible] bus attributū, ſed Euang. reſeruatum. Cui ergo [illegible] ittitur, in exilio eſt, in peregrinationis iniu[illegible] releuetat. Hic ergo petēda eſt venia. Hic. n. di[illegible] eſt, beati qui nūc fletis quia ridebitis. Hic locus Err. Tert.

eſt veniæ poſtulādæ. Deploremus igitur in terris, vt mereamur indulgentiā: niſi remiſsū peccatum hic fuerit, non habebimus requiē. Si requies non fuerit, nō erit vita æterna. Si vita æterna nō fuerit, non erimus. Ideo petit remitti ſibi antequā eat, vt ſit. Si. n. remiſſum nō fuerit, non ero, inquit, cū iis qui in Paradiſū merentur aſcendere. Qui autē non eſt, conſumetur cum deſcendentibus in lacum, qui in catenis & carcere fuerit detēctus, &c. cùm tu remiſeris, non ero peregrinus, ſed ciuis ero Sanctorum tuorum, &c. Ero domeſticus Dei, vt pœnam non timeam, gratiam merear per Dominum N. Ieſum Chriſtum.

B *Et Ofton. to. in Pſ.118.* Homo, inquit, ſpirito Dñi perfectionem vitę, conſommationemq; virtutis accepit, &c. Propterea imago (*filius*) ad eum qui ad imaginē, venit: & quęrit imago eum qui eſt ad ſimilitudinem ſui, vt iterum ſignet, vt iterū conformet, quia amiſiſti quod accepiſti. Inſufflauerat enim tibi Deos, vt inſpirationis ſuæ dono haberes gratiā, quam tibi tua culpa ſuſtulerat: factus eras in animam viuentē. Audi quid dicat, non in carnem, ſed in animam viuentem, (*Vita gratia, vita æterna*) Sed quia peccator ſignaculum tenere non potuit, & in crimine poſitus non ſapiebat quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum; propterea venit Dñs noſter Ieſus Chriſtus, & à mortuis reſurgens cùm clauſos diſcipulos repeririſſet, clauſtis ingreſſus eſt manentibus, & di-

C xit, pax vobis; ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Cumq; hoc dixiſſet inſufflauit, & dixit: accipite Spir. S. Videſne quæ manus fecerint hominem, aut quem hominem fecerint? Illum vtiq; quem ſecundùm Chriſtum induimus, expolliantes veterem &c. Accepimus Spir. S. qui non ſolùm noſtra peccata dimittit, ſed etiā nos facit Sacerdotes ſuos aliis peccata dimittere, &c. Iſtæ ſont ergo manus quæ hominem parauerunt, Chriſtus, & Spiritus. *Et rurſum idem Ambr. lib. de fide c.6. agens de poteſtate clauium, de ſeruitute peccati ſoluente reos, & in regnum educente, probat filij idem eſſe regnum cum Patre, vbi de latrone in Paradiſum inducendo.* Quid eſt, inquit, eſſe in regno Dei, niſi æternam neſcire mor-

D tem? Qui autem neſciunt æternam mortem, vident filium hominis venientem in regnum ſuum. Quomodo ergo poteſt non in poteſtate habere, quod donat, dicens tibi dabo claues regni cælorum? Et videte diſtantiam. Seruus aperit, Dominus largitur. Iſte per ſe, ille per Chriſtum. Famolus claues accipit, Dñs ordinat poteſtates. Aliud ius donantis, aliud diſpenſantis obſequium eſt. *Et lib.3. de Spir. ſanct. c.19. eius diuinitatem probat eandem cum Patre, & Filio, ex remiſſione peccatorum.* Vt doceamus quia non peccauit Spiritus ſanctus, ſicut de filio lectum eſt, quia peccatum non fecit, ſcriptum eſt Sap. 7. quia in ſapientia eſt Spiritus intelligentiæ ſanctus, vnicus, multiplex, ſubtilis, benè mobilis, diſertus,

E immaculatus. Immaculatum dicit ſcriptura: Numquid mentita eſt de filio, vt de ſpiritu credas eſſe mentitum? Dixit enim Propheta iu eodem loco, de ſapientia; quia nihil maculoſum in illam incurrit. Ipſa immaculata eſt, & immaculatus eius eſt ſpiritus. Ergo ſi peccatum non habet ſpiritus, Deus eſt. Sed quomodo reus poteſt eſſe peccati, qui donat ipſe peccata? Ergo peccatum non fecit. Et quia ſine peccato eſt, creatura non eſt.

Omnis enim creatura, peccatorum capacitati obnoxia eſt: ſola autem eſt à peccato immunis & immaculata ſempiterna diuinitas Nunc videamus vtrum peccata donet Spiritus. Sed hinc dubitari non poteſt, cùm ipſe Dominus dixerit: accipite

V

A Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt. Ecce quia per Spiritum ſanctum peccata donantur. Homines autem in remiſſionem peccatorum, miniſterium ſuum exhibent, uoo ius alicuius poteſtatis exercent. Neque enim in ſuo, ſed in Patris, & Filij, & Spiritus ſancti nomine, peccata dimittuntur. Iſti rogaot, (*aduerte tamen non ſolùm deprecatoriam, ſed & iudiciariam eſſe Sacerdotis ſententiam; ſed Deo tribuit plenitudinem originalem poteſtatis.*) diuinitas donat: humanum enim obſequium, (*ſupple eſt*) ſed munificentia ſupernæ eſt poteſtatis, &c. Ergo ſi peccatum non habet Spiritus, cùm ſcriptum ſit, quis poteſt dimittere peccata niſi vnus Deus? Vtique qui noo poteſt ab vnitate naturalis nominis ſeparari, non poteſt etiam à B Dei poteſtate ſecerni. Si autem à Dei non ſecernitur poteſtate, quomodo à Dei appellatione ſecernitur?

Concludo cum eodem Ambroſio mira contra Tertullianum torquenda differente contra Nouatianum, eiuſque ſequaces l. 1. de pœnit. cap. 1. Reſicit, inquit, Dominus Ieſus, non excludit, neque abiicit: meritoque tales diſcipulos elegit, qui Dominicæ voluntatis interpretes plebem Dei colligerent, non repudiarent. Vnde liquet, eos inter Chriſti diſcipulos non eſſe habendos, qui dura pro mitibus, ſuperba pro humilibus ſequenda opinantur: & cùm ipſi quærant Domini miſericordiam, aliis eam denegant: vt ſunt Doctores Nouatiauorum, qui mundos ſe appellant, &c. Quid autem durius, C quàm vt indicant pœnitentiam, quam non relaxent, cùm vtique veniam negando, incentiuum auferaot pœnitentiæ? Nemo enim poteſt benè agere pœnitentiam, niſi qui ſperauerit indulgentiam, &c. Dominus crimen nullum excepit, qui peccata donauit omnia. *Et c. 2. refellit eorum reſponſiones ſpecioſas, validiſſimis argumentis.*

Sed aiunt, inquit, ſe Domino deferre reuerentiam, cui ſoli remittendorum criminum poteſtatem reſeruent. Imò nulli maiorem iniuriam faciont, quàm ei, cuius volunt mandata reſcindere, commiſſum munus refundere. Nam cùm ipſe in Euangelio ſuo dixerit Dominus Ieſus; accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, &c. Quis eſt qui magis honorat, vtrum qui mandatis D obtemperat, an qui reſiſtit? Eccleſia in vtroque ſeruat obedientiam, vt peccatum & alliget, & relaxet. Hæreſis in altero immitis, in altero inobediens, vult ligare quod non reſoluat, non vult ſoluere quod ligauit: In quo ſe ſuâ damnat ſententiâ. Dominus enim par ius & ſoluendi eſſe voluit, & ligandi, qui vtrumque pari conditione permiſit. Ergo qui ſoluendi ius non habet, nec ligandi habet. Sicut enim ſecundùm Dominicam ſententiam, qui ligandi ius habet, & ſoluendi habet: iſta illorum aſſertio ſeipſam ſtrangulat, vt quia ſoluendi ſibi ius negant, negare debeant & ligandi. Quomodo igitur poteſt alterum licere, alterum non li- E cere? Quibus datum, vtrumque eſt licere; quibus non datum, vtrumque non licere. Certum aſt Eccleſiæ vtrumque licere, hæreſi vtrumque non licere. Ius enim hoc ſolis permiſſum Sacerdotibus eſt. Rectè igitur hoc Eccleſia vendicat, quæ veros Sacerdotes habet: hæreſis vendicare non poteſt, quæ Sacerdotes veros non habet. Non vendicando autem, ipſa de ſe pronuntiat, quòd cùm Sacerdotes non habeat, ius ſibi vendicare non debeat Sacerdotale. Ita in impudenti contumacia, pudentem cernimus confeſſionem. Specta etiam illud, quoniam qui Spiritum ſanctum accipit, & ſoluendi peccati, & ligandi poteſtatem accipit. Sic enim ſcriptum eſt: Accipite Spiritum ſanctum: qoorum remiſeritis, &c. Ergo qui ſoluere non poteſt peccatum, non habet Spiritum ſanctum. Munus Spiritus ſancti eſt officium Sacerdotis; ius autem Spiritus ſancti, in ſoluendis ligandiſque criminibus eſt. Quomodo igitur munus eius vendicant, de cuius diffidunt iure & poteſtate? Quid quòd inſolentiores ſunt. Nam cùm ad miſericordiam promptior, quàm ad ſeueritatem ſit ſpiritus Dei, quod ait ſe velle, id nolunt: quod nolle, hoc agunt: cùm vindicare iudicis ſit, remittere, miſericordis. Tolerabilius igitur, Nouatiane remitteres, quàm ligares. Aliud enim quaſi delinquendi parcus vſurpares, aliud quaſi ærumnæ compaſſus ignoſceres.

Tum vero iuxta Tertullianum diſcernentem inter remiſſibilia venialia, & irremiſſibilia peccata ad mortem, Nouatianis reſpondet. Sed aiunt, ſe exceptis grauioribus criminibus, relaxare veniam leuioribus. Non hoc quidem Author veſtri erroris Nouatus, qui nemini pœnitentiam dándam putauit; ea ſcilicet contemplatione, vt quod ipſe non poſſet ſoluere, non ligaret: ne ligando, ſperari à ſe faceret ſolutionem. In eo igitur Patrem veſtrum propria damnatis ſententia, qui diſtinctionem peccatorum facitis, quæ ſoluenda à vobis putetis, & qoæ ſine remedio eſſe arbitremini. Sed Deus diſtinctionem non facit, qui miſericordiam ſuam promiſit omnibus, & relaxandi licentiam Sacerdotibus ſuis ſine vlla exceptiooe conceſſit. Sed qui culpam exaggerauit, exaggeret etiam pœnitentiam. Maiora enim crimina, maioribos abluuntur fletibus. Ita nec Nouatus probatur, qui veniam intercluſit omnibus; nec vos imitatores eiuſdē & condemnatores, qui ibi minuitis ſtudia pœnitentię vbi augeri oportet: quia grauiora peccata maioribus ſuſtentanda fulcris docuit Chriſti miſericordia. Quæ autem iſta peruerſitas eſt, vt vobis vendicetis poſſibilia conceſſa, Deo, vt dicitis, impoſſibilia reſeruetis? Hoc eſt ſibi eligere cauſas ignoſcendi, Deo materiam relinquere feriendi. *Probat denique remiſſionem peccatorum negantes à regno excluſos, Petro & Paulo, & ipſi Domino aduerſos, cap. 6. vbi ſic Chriſtum affatur.* Quod iſti poſſont conſortium tecum habere, qui claues regni cælorum non ſuſcipiont, negantes quòd dimittere peccata debeant? quod quidem rectè de ſe fatentur: non habent enim Petri hæreditatem, qui Petri fidem non habent, quam impia diuiſione diſcerpunt. Sed hoc improbè, quòd etiam in Eccleſia donari peccata negant poſſe, cùm Petro dictum ſit: tibi dabo claues, &c. Cùm & ipſe vas electioois Dominicæ dicat: ſi cui aotem quid donaſtis, & ego. Nam & ego qood donaui propter vos, in perſona Chriſti. Cur igitur Paulum legunt, ſi eum tam impiè arbitrantur erraſſe, vt ius ſibi vendicaret Domini ſui? Sed vendicauit acceptum, non vſurpauit indebitum. *Poſtremò cap. 7. Non tantum Chriſtum probat ius ſuum communicaſſe Apoſtolis, ſed & electum Apoſtolum miſiſſe ad diſcipulum cæcitate ſoluendum.* Vult, inquit, Dominus plurimum poſſe diſcipulos ſuos, vult à ſeruolis ſuis ea fieri in nomioe ſuo, quæ faciebat ipſe poſitus in terris. Denique ait; & maiora his facietis: dedit vt mortuos ſuſcitarent. (*Ee mortuum Lazarum figuram putridi peccatoris ſoluerent*) & cum ipſe Saulo reddere poſſet vſum videndi, eum tamen ad Ananiam diſcipulum ſuum miſit, vt eius benedictione Saulo refunderentur oculi, quos amiſerat, &c. Dedit etiā diſcipulis, vt lux mūdi eſſent per gratiam, qui ipſa erat lux mundi per na-

reram, &c. Omnia ergo dedit: ſed nulla in his hominis poteſtas eſt, vbi diuini muneris gratia viget, &c. In baptiſmo vtique remiſſio peccatorum omnium eſt. Quid intereſt, vtrum per pœnitentiam, an per lauacrum, hoc ius ſibi datum Sacerdotes vendicent? Vnum in vtrumque myſterium eſt. Sed dices, quia in lauacro operatur myſteriorum gratia. Quid in pœnitentia? Nonne Dei nomen operatur? Quid ergo? vbi vultis, vendicatis vobis Dei gratiam, vbi voltis, repudiatis? Sed hoc inſolentis arrogantiæ, non ſancti timoris eſt, vt faſtidio vobis ſint qui volunt agere pœnitentiam. Perpeti videlicet flentium lacrymas non poteſtis. Non ferunt oculi veſtri vilia veſtimentorum, illuuiem

A ſordidatorum, ſuperbo oculo & tumido corde, delicati mei, arroganti voce dicentes ſinguli. Eſa. 65. noli me tangere, quia mundus ſum. Dixit quidem Dominus ad Mariam Magdalenam: noli me tangere: ſed non dixit, quia mundus ſum, qui mundus erat. Tu audes Nouatiane mundom te dicere. *(Et tu Tertulliane Pſychicorum inſultator)* qui etſi operibus mundus eſſes, hoc ſolo verbo fieres immundus, &c. Vos quis ferat, qui putatis vobis opus non eſſe mundari, per pœnitentiam, quia mundatos vos dicitis per gratiam, quaſi iam peccare vobis impoſſibile ſit. *Atque hæc ſatiatiſſimè dicta ſint ad refellendum Tertull. & ſimilium de non recipiendis ad pœnitentiam & veniam lapſis errorem.*

RESVRRECTIO BEATAS MVLIERES REPRODVcet in ſexu virili.

1. *De cultu fem. cap. 2. à m.*

ET [1] vobis eadem [2] tunc ſubſtantia Angelica repromiſſa, idem [4] ſexus qui & viris, eandem [3] iudicandi dignationem pollicetur.

Reſurrectio beatas mulieres, &c. Schol.

ET [1] VOBIS. *Non tantùm viris, ſed & vobis mulieribus, habitus corporis, & ornamentorum contemptricibus, ſtatus reſurrectionis, Chriſto pollicente, & Apoſtolo, tria promittit ſubſtantiam Angelicam, iudiciariam poteſtatem, ſexum virilem.* [2] SVBSTANTIA, *non quòd humana ſubſtantia ſit in Angelicam transmutanda, ſed in dinitiæ gloria Angelis pares, & veſtes ſerica, ſint mutanda in corporis beati claritatem, agilitatem, ſubtilitatem, incorruptionem.* [3] IVDICANDI. *Mirum, cum à iudiciaria poteſtate ſexus excludat mulieres; tum ob infirmitatem iudicij, tum ob flexibilitatem & mollitiem naturæ; quæ vel ab imponendis pœnis grauibus, pro ſcelerum merito abhorret: tum muneribus facilè corrumpitur; adeò vt cum vnica populum Hebræum iudicaſſe Debbora, in ſcriptura referatur; in iudicio omnes ſanctæ mulieres, quæ pro Chriſto omnia reliquerunt, & ipſum ſecutæ ſunt, cum Apoſtolis* ſedeant ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. *Benè hactenus Tertullianus; ſed cum Magis Ægyptij, in tertio ſigno deficientibus, errauit.* IDEM [4] SEXVS. *Virilis. Hunc errorem ex duobus ſcripturæ locis malè intellectis, in eius animum irrepſiſſe conſtat. Quorum prior eſt Matth. 22. 29. Vbi de quæſtione propoſita Chriſto à Sadducæis, de muliere ſeptem fratribus ſucceſſiuè nupta: quærentibus:* In reſurrectione ergo, cuius erit de ſeptem vxor? Omnes enim habuerunt eam. Reſpondens autem Ieſus ait illis: Erratis, neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei. In reſurrectione enim, neque nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut Angeli Dei in cælo. *Atque vt Chriſtus oſtenderet, propter mortalitatem, & neceſſitatem conſeruandi generis humani ab exordio mundi, vſque ad reſurrectionem, neceſſarias eſſe nuptias, quibus non indigent Angeli, vtpote ſubſtantiæ ſpiritales, & immortales: dicit in reſurrectione factos homines immortales, ſimiles Angelis, nuptiis deinceps non vſuros. Vnde ſubijcit Chriſtus:* de reſurrectione autem mortuorum, non legiſtis quod dictum eſt à Deo, dicente vobis: *(Exo. ſc. 3. 6.)* Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. Non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium. *Non quòd mortuis non dominetur, cum dixerit Paulus, ipſum* mortuum, vt viuorum, &

B mortuorum dominetur; *ſed quòd magis iuxta pſaltem, ſuſcitatis mortuis ad vitam immortalem,* cognoſcetur Dominus iudicia faciens, *& tunc homines æquabit Angelis innuptis. In hoc ergo errauit Tertull. quòd ſicut Angelos corporeos credidit, & virorum forma; ſic fœminas in Angelos transformandas, & ſexum virilem, crudè locum explicans, æſtimauit.*

Secundus locus, quo deceptus eſt, literalius quàm par eſt, eum intelligens: ex Epheſ. 4. 13. Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filiorum Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. *Siue vt habet tranſlat. Syr.* donec ſimus omnes vnum quidpiam in fide, & in cognitione filij Dei, & vnus vir perfectus, in menſuram ſtaturæ plenitudinis eius. *Sed nil facit hic locus ad mentem Tertull. Nam per virum perfectum*

C *Paulus intelligit Chriſtum ipſum, vt caput eſt, & cum Eccleſia ſua corpore facit vnum virum perfectum; quotidie enim accedunt capiti & corpori, quaſi noua membra prædeſtinati, donec compleatur corpus Eccleſiæ in reſurrectione. Quod liquet ex ipſo contextu. Cùm enim egiſſet de Chriſti capitis noſtri aſcenſu in cælum. Epheſ. 4. 10.* Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cælos, vt impleret omnia. *(Syr. perficeret,)* & ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores. Ad conſummationem ſanctorum, *(hic eſt vir ille perfectus)* in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti. Donec occurramus omnes. &c. in virum perfectum, &c. *Quòd confirmat ſtatim ſubijciens verſu 15.* Veritatem autem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput

D Chriſtus: ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundùm operationem in menſuram in vniuſcuiuſque membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſui, in charitate. *Paulò clarius Syriaca, poſtrema transfert:* Iuxta donum quod datum eſt in menſura cuiuſlibet membri, ad incrementum ipſius corporis, cuius ædificium charitate perficitur.

Itaplanè S. Auguſtinus exponit, nec quidquam in S. Aug.

V ij

S. Aug. *rem Tertulliani virum illum perfectum facere probat, lib. 22. de Ciu. cap. 17.* Nonnulli, inquit, propter hoc quod dictum eſt, donec occurramus, &c. Nec in ſexu fœmineo reſurrecturas fœminas credunt, ſed in virili omnes aiunt, quoniam Deus ſolum virum fecit ex limo, fœminam ex viro. Sed mihi melius ſapere videntur, qui vtrumque ſexum reſurrecturum eſſe non dubitant. Non enim libido ibi erit, quæ confuſionis eſt cauſa. Nam priuſquam peccaſſent, nudi erant, & non confundebantur vir & fœminæ, corporibus ergo illis vitia detrahentur, natura ſeruabitur. Non eſt autem vitium ſexus fœmineus, ſed natura: quæ tunc quidem & à concubitu, & à partu immunis, &c. erunt tamen membra fœminea, non accommodata vſui veteri, ſed decori nouo, quo non alliciatur aſpicientis concupiſcentia, quæ nulla erit, ſed Dei laudetur ſapientia atque clementia: qui & quod non erat, fecit, & liberauit à corruptione quod fecit. Vt enim in exordio generis humani, de latere viri dormientis coſta detracta fœmina fieret, Chriſtum & Eccleſiam tali facto iam tunc prophetari oportebat. Sopor quippe ille viri, mors erat Chriſti: cuius exanimis in cruce pendentis latus lanceâ perforatum eſt, atque inde ſanguis & aqua profluxit: quæ Sacramenta eſſe nouimus, *(baptiſmi, in aqua; Euchariſtia, in ſanguine:)* quibus ædificatur Eccleſia. Nam hoc etiam verbo Scriptura vſa eſt, vbi non legitur, formauit, aut finxit, ſed ædificauit eam in mulierem. Vnde & Apoſtolus Epheſ. 4. ædificationem dicit corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia. Creatura eſt ergo Dei fœmina, ſicut vir: ſed vt de viro fieret, vnitas commendata eſt. *(Vnde in Actis: Ex vno fecit omne genus humanum.)* Vt autem illo modo fieret, Chriſtus, vt dictum eſt, & Eccleſia figurata eſt. Qui ergo vtrumque ſexum inſtituit, vtrumque reſtituet. Denique & ipſe Ieſus interrogatus à Sadducæis qui negabant reſurrectionem, cuius ſeptem fratrum erit vxor, quam ſinguli habuerunt, dum quiſque eorum vellet defuncti ſemen, ſicut lex præceperat, excitare: Erratis, inquit, neſcientes Scripturas, neque virtutem Dei, & cùm locus eſſet vt diceret: De qua me interrogatis, vir erit ipſa, non mulier; non hoc dixit, ſed dixit; in reſurrectione enim neque nubent, neque vxores ducent: ſed ſunt ſicut Angeli Dei in cælo. Æquales vtique Angelis, immortalitate, & fœlicitate, non carne: ſicut nec reſurrectione, quâ non indiguerunt Angeli, quoniam nec mori potuerunt. Nuptias ergo Dominus futuras in reſurrectione eſſe negauit, non fœminas: & ibi negauit, vbi talis quæſtio vertebatur, vt eam, negato ſexu muliebri, celeriore facilitate diſſolueret, ſi eum prænoſceret non futurum. Imò etiam futurum eſſe firmauit, dicendo, non nubent, quod ad fœminas pertinet; neq; vxores ducent, quod ad viros. Erunt ergo quæ vel nubere hîc ſolent, vel ducere vxores: ſed ibi hoc non facient.

S. Aug. *Eodem autem libro cap 18. locum Pauli in principio relatum à nobis, explicat, vt præmiſi.* Proinde, inquit, quod ait Apoſtolus, occurſuros nos omnes in virum perfectum, totius ipſius circunſtantiam lectionis conſiderare debemus, quæ ita ſe habet: qui deſcendit, inquit, &c. Ecce qui eſt vir perfectus, caput & corpus, quod conſtat omnibus membris, quæ ſuo tempore complebuntur. Quotidie tamen eidem corpori accedunt, dum ædificatur Eccleſia, cui dicitur: Vos autem eſtis corpus Chriſti & membra, &c. Sicut eſt ergo menſura vniuſcuiuſque partis, ita totius corporis, quod omnibus ſuis partibus conſtat, eſt vtique menſura plenitudi-

A nis, de qua dictum eſt: in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Quam plenitudinem etiam illo commemorauit loco vbi ait de Chriſto: & ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus eius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet. Verùm ſi hoc ad reſurrectionis formam, in qua erit vnuſquiſque, referendum eſſet, quid nos impediret, nominato viro, intelligere & fœminam; vt virum, pro homine poſitum acciperemus: ſicut in eo quod dictum eſt: Beatus vir qui timet Dominum; vtique ibi ſunt & fœminæ quæ timent Dominum. *Sic & in iure. ff. de verb. ſign.* Maſculinum, concipit aliquando fœmininum.

Miror Tertullianum in hunc errorem incidiſſe, cùm ipſemet lib. de reſurr. cap. 62. ſcripſerit, ex loco prætracto. Matt. 22. Si, inquit, Angeli facti tanquam homines, in eadem ſubſtantia ſpiritus, carnalem tractationem ſuſceperunt, *(excepti hoſpitio ab Abraham, loti, & paſti;)* cur non & homines facti tanquam Angeli, in eadem ſubſtantia carnis, ſpiritalem ſubeant diſpoſitionem, non magis ſolemnibus carnis obnoxij ſub Angelico indumento, quàm Angeli tunc ſolemnibus ſpiritus ſub humano? &c. Denique non dixit, erunt Angeli, ne homines negaret, ſed tanquam Angeli, vt homines conſeruaret. Non abſtulit ſubſtantiam, cui ſimilitudinem attribuit. *Hic autem aufert muliebrem, & eandem proinde carnis ſubſtantiam. Et quidem contra fidem reſurrectionis, quâ certum eſt, ſingulos non in alia, ſed propria carne ſurrecturos. Quod & fuſiſſimè*

C *eodem libro probauit Tertullianus.*

De hoc errore conſulendi Scholaſtici in 4. diſt. 44. In quo errore fuiſſe Origenem teſtatur Hieronymus in Ep. ad Pammachium, & Ep. 27. ad Euſtochium de obitu Paulæ, ſcribit quendam ex hac ſecta hæreticum, reſurrectionis impugnatorem, hoc argumento Paulam aggreſſum: Diuerſitas maris & fœminæ erit, aut non erit. Si erit, ſequentur & nuptiæ, & concubitus, ſed & generatio. Si non erit, ſublatâ diuerſitate ſexus, eadem corpora non reſurgent. *Vbi & ipſe Hieronym. ſic concludit pro reſurrectione in eodem ſexu:* ſi non reſurget mulier, vt mulier, neque maſculus vt maſculus, non erit reſurrectio mortuorum, quia ſexus membra habet, membra autem totum corpus efficiunt; ſi autem corpus & mem-

D bra non fuerint, vbi erit reſurrectio corporum, quæ ſine ſexu non conſtant, & membris? porro ſi corporum non fuerit reſurrectio, nequaquam erit reſurrectio mortuorum. *Et idipſum probat ex prædictis Matthæi verbis.* In reſurrectione non nubent, neque nubentur. Sexuum, inquit, diuerſitas demonſtratur. Nemo enim de lapide & ligno dicit, non nubent, neque nubentur, quæ naturam nubendi non habent; ſed de iis qui poſſunt nubere, & gratiâ Chriſti ac virtute, non nubant. *Vnde ſupra Chriſtus dixit Sadducæis, neſciſſe eos virtutem Dei. Ad hæc, Hieronymus ibid. ſupra:* ſi oppoſueris, inquit, quomodo erimus ſimiles Angelorum, cùm

E inter Angelos non ſit maſculus, & fœmina? breuiter auſculta, non ſubſtantiam nobis Angelorum, ſed conuerſationem, & beatitudinem nobis repromitti. Similitudo promittitur, non natura mutatur.

Quod & confirmat, ſcribens Pammachio, contra errores Ioannis Ieroſolymitani. Angelorum, inquit, nobis ſimilitudo promittitur, id eſt beatitudo illa, in qua ſine carne & ſexu ſunt Angeli, nobis in carne & ſexu donabitur, &c. Similitudo ad Angelos, non hominum in Angelos demutatio, ſed profectus immortalitatis, & gloriæ eſt. *Et libro 1. contra Iouinianum.* Reſurgentes, inquit, in proprio ſexu,

ſexus non fungemur officio. *Ita & Iuſtinus Martyr quæſt. 53. ad Orthod. Et Gennadius lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus cap. 77. apud Auguſt. tom 3.* Ipſa eſt (*caro ſcilicet*) quæ ſtabit ante tribunal Chriſti, in quo perferet anima propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum. In reſurrectione ex mortuis, ſexus forma non mutabitur, ſed vir mortuus reſurget in forma viri, & fœmina in forma fœminæ. Carens tamen ſexuum in hac vita conditione, non ſpecie naturali, ne non ſit vera reſurrectio, ſi nõ id reſurget, quod cadit. *Et apud eamdem Auguſtinum, verè Fulgentius lib. de fide ad Petrum Diaconum. cap. 3.* Iuſtæ, inquit, animæ, quas hic redemptor Deus gratis ex fide iuſtificauit, & iuſtificatis benè viuendi vſque in finem perſeuerantiam tribuit, in ipſis corporibus, in quibus hic iuſtificationis gratiam diuinitus acceperunt, in quibus iuſtificatæ per fidem, in charitate Dei proximique vixerunt, regni cæleſtis æternâ beatitudine potientur. Glorificatis etiam corporibus ſuis, quæ ſine dubio carnis naturâ quam Deus creauit, veraciter permanente, nnn ſicut hic animalia, ſed ſpiritalia tunc habebunt. Sanctorum enim ſeminatur corpus animale, ſurget ſpiritale. In his per illam immutationem quę ſolis dabitur iuſtis, implebitur quod oportere dicit Apoſtolus, vt corruptibile hoc induat incorruptionem, & mortale hoc induat immortalitatem. In quibus ſexus maſculinus, & fœmininus, ſicut eadem corpora creata ſunt, permanebit: quorum gloria erit pro factorum bonorum diuerſitate diuerſa. Omnia tamen corpora, ſiue maſculorum, ſiue fœminarum, quæcumque in regno illo erunt, glorioſa erunt. Ille autem iudex nouit quantum vnicuique ſit daturus gloriam, qui in hac vita per miſericordiam gratis iuſtificando præuenit, quos illic per iuſtitiam glorificare diſpoſuit. *Ambroſius* A *tract. in Symbolum Apoſtolorum cap. 24.* Quæritur, inquit, ſanè illuſoriè ab hæreticis, vtrum in reſurrectione diuerſitas erit ſexuum, id eſt an fœminæ à viris diſtinctæ reſorgent. Ignoraot perditi, non vident cæci ſententiam Domini dicentis: regina Auſtri ſurget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos. Ergo ibi erit diuerſitas ſexus. Nec mirum, quia vbi vera caro, ibi diſtinctio membrorum & perſonarum. Vbi verò talis diſtinctio, ibi proculdubio Ioannes, Ioannes eſt, & Maria, Maria eſt: veræ ergo carnis reſurrectio, ſine tamen operibus carnis erit: quia ſicut veritas ait: In reſurrectione neque nubent, neque nuptui tradentur, ſed erunt omnes ſicut Angeli Dei in cælo. Similitudo autem Angelica nobis promittitur, non ſubſtantia carnis negatur. Nam quando dicitur, neque nubent neque nuptui tradentur, deb[illegible] oſtenditur qni poſſunt nubere, & tamen non nub[illegible]. Nam B ſi hic in iſta miſerabili vita, quæ piraterium eſt t… per terram, multi propter regnum cælorum ſemetipſos caſtrantes non nubunt; nec viri tantum, ſed & fœminæ hoc ipſo Chriſtum iuuante faciunt; quanto minus talia hæc in illa beata vita nedum fieri, ſed nec cogitare licebit? Rectum ergo & Catholicum eſt, vtrumque ſexum in carnis reſurrectione, ſine ſexus operibus reſurrecturum confiteri: cùm, vt iam dictum eſt, ad huc in hac vita poſiti nitamur, cum Dei adiutorio, opera carnis, quæ contra ſpiritum concupiſcit, non implere: probante hoc Apoſtolo, & dicente: vos in carne non eſtis, ſed in ſpiritu: Et iterum: ergo fratres debitores ſumus non carni, vt ſecundùm carnem viuamus. Negando verò eos in carne, quos in carne eſſe conſtabat, non carnis ſubſtantiam, ſed peccata, id eſt, opera carnis damnauit.

Aug. (margin, beside "(caro ſcilicet)") — Aug. (margin, beside "nõ id reſurget")

TRINITAS.

1. Pater filio antiquior, generoſior, fortior, validior. cont. Hermog. c. 18. à m.

SI Sophia eadem Dei ſermo [1] eſt, ſenſu [2] Sophia, & [a] *ſine quo factum eſt nihil*: ſicut & diſpoſitum, ſine Sophia: quale eſt, vt filio Dei, ſermone vnigenito, & primogenito, a Io. c. 3. aliquid fuerit, præter Patrem, [3] antiquius; & hoc modo vtique generoſius, nedum quod innatum nato fortius, & quod infectum, facto validius? quia quod, vt eſſet, nullius eguit Auctoris, multo ſublimius erit eo, quod vt eſſet, aliquem habuit Auctorem.

TRINITAS. 1. Schol.

DEI [1] SERMO. *De quo Io. 1.* In principio erat Verbum. SENSV [2] SOPHIA. *Patris ſapientia increata, de qua Roman. 11. 34.* Quis cognouit ſenſum Domini? Syr. mentem Domini? PRÆTER PATREM [3] ANTIQVIVS. *Erroneè dictum. Vel ſaltem durè, vt ſuo loco iam diximus. V. creatio 5 circa ſ. Neque enim Pater antiquior eſt Filio, aut generoſior, aut fortior. Nec factor eſt filij qui infectus eſt, & genitus. Licet enim Pater ſit innatus, & ingenitus, fons & origo filij, eo tamen prior, aut antiquior non eſt, ſed ambo coæterni & conſubſtantiales, nec Pater vnquam dici potuit ſine filio, vt nec filius ſine Patre. Scio quidem hic Tertullianum cont. Hermogenem materiam ſuam innatam iactantem diſputaſſe, & nato filio eam præferri non tuliſſe. Sed zelo nimio, & non ſecundùm ſcientiam, terminos ſanæ fidei & Theologiæ exceſſiſſe, dum Patrem antiquiorem filio dixit. Proinde ſanus corrector eius Auguſtinus lib. 11. de Ciuit. cap. 24.*

Aug. Credimus, & tenemus, & fideliter prædicamus, quòd Pater genuerit Verbum, hoc eſt, ſapientiam, C per quam facta ſunt omnia, vnigenitum filium, vnus vnum, æternus coæternum, ſummè bonus, æqualiter bonum: & quòd Spiritus ſanctus ſimul & Patris, & Filij ſit Spiritus, & ipſe conſubſtantialis & coæternus ambobus. Atque hoc totum, & Trinitas ſit, propter proprietatem perſonarum, & vnus Deus propter inſeparabilem diuinitatem: ſicut & vnus omnipotens propter inſeparabilem omnipotentiam. Ita tamen, vt etiam cùm de ſingulis quæritur, vnuſquiſque eorum & Deus, & omnipotens eſſe reſpondeatur: cùm verò de omnibos ſimul, non tres dij, vel tres omnipotentes, (*vel tres æterni,*) ſed vnus Deus omnipotens: tanta ibi eſt in tribus inſeparabilis vnitas, quæ ſic ſe voluit prædicari. S. Auguſt. *Et libro 1. de Trin. cap. 6.* Quæro de quo dicat Roman. 11. quoniam ex ipſo & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, ipſi gloria in ſæcula ſæculorum. Amen? Si enim de Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, vt ſingulis perſonis, ſingula tribuantur: Ex ipſo, id eſt ex Patre: per ipſum, id eſt per Filium:

In ipſo, id eſt in Spiritu ſancto: manifeſtum quòd Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus vnus Deus eſt; quando ſingulariter intulit: ipſi gloria in ſæcula ſæculorum. Vnde enim cœpit hunc ſenſum, non ait: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Patris, aut Filij, aut Spiritus ſancti: ſed ſapientiæ & ſcientiæ Dei, &c. quis enim nouit mentem Domini, &c. quoniam ex ipſo, &c. ſi autem hoc de Patre tantummodo intelligi volunt, quomodo ergo omnia per Patrem ſunt, ſicut hic dicitur: & omnia per filium, ſicut. 1. Cor. 8. vbi ait, & vnus Dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia: Et ſicut in Euangelio Ioannis: omnia per ipſum facta ſunt? Si enim alia per Patrem, alia per Filium, iam non om- A nia per Patrem, nec omnia per filium. Si autem omnia per Patrem, & omnia per Filium, eadem per Patrem, quæ per filium. Aequalis eſt ergo Patris Filius, & inſeparabilis operatio eſt Patris, & Filij. Quia ſi vel filium fecit Pater, quem non fecit ipſe filius, non omnia per filium facta ſunt: at omnia per filium facta ſunt: ipſe igitur factus non eſt, vt cum Patre faceret omnia quæ facta ſunt. Quamquam nec ab ipſo Verbo tacuerit Apoſtolus, & apertiſſimè omnino dixerit Phil. 2. qui cùm in Dei forma eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis Deo: hic Deum propriè Patrem appellans: ſicut alibi, (1. *Corinth.* 11.) caput autem Chriſti Deus. *Vide quàm rectè Tert. emendet errorem.*

TRINITAS.

2. Tempus fuit quo filius non fuit. Cont. Hermog. c. 3. à p.

ET Pater Deus eſt, & Iudex Deus eſt; non tamen ideo Pater, & Iudex ſemper, quia Deus ſemper. Nam nec Pater potuit eſſe ante Filium, nec iudex ante delictum. Fuit autem tempus, cùm & delictum, & filius non fuit, quod iudicem, & qui Patrem Dominum faceret. Sic & Dominus, non ante ea, quorum Dominus exiſteret, ſed Dominus tantùm futurus quandoque, ſicut Pater per filium, ſicut iudex per delictum; ita & Dominus per ea, quæ ſibi ſeruitura feciſſet.

TRINITAS. 2. Tempus fuit quo filius, &c. Schol.

FILIVS NON FVIT. *Quidquid Pamelius in antidoto ad excuſationem Tert. referat, Hilarium. 12. de Trinit. dicentem,* ſolum Patrem æternum, filium autem illi coæternum: *Meliori ſenſu Hilarius, Patrem ſolum æternum dixit, ingens filium coæternum; quia Pater ingenitus eſt, & nullum habet originis ſuæ principium; cùm filius caput & principium originis ſuæ Patrem agnoſcat. Sed non video quomodo verè dici poßit, fuiſſe tempus, quo filius non fuit. Et duriſſimè dictum, emolliri non poteſt,* Patrem quandoque futurum per filium, ſicut Dominum per ſubiectas creaturas, & iudicem per delictum. *Niſi de filio incarnato, intelligatur,* qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundùm carnem. *Roman. 1. de quo tunc non erat ſermo. Agebat enim contra Hermogenem, & materiam ab eo fictam Deo coæternam. Errorem itaq; eius per ſanam Aug. doctrinam ſic corrigo, & Dei Filiũ & Verbum Patris Dei virtutem & ſapientiam æqualem & coæternam Patri. ſicut ſupra, ſic proſequor. Ex eod. l. 7. de Tr. c. 3.* Pater, inquit, eam dicit, vt Verbũ eius ſit; non quomodo profertur ex ore verbum ſonans, aut ante pronuntiationem cogitatur: ſpatiis enim temporum hoc completur: illud autem æternũ eſt, & illuminãdo, dicit nobis & de ſe, & de Patre, quod dicendum eſt de hominibus, &c. ſi enim hoc verbũ quod nos proferimus, temporale & tranſitorium, & ſeipſum oſtendit, & illud de quo loquimur; quanto magis Verbũ Dei per quod facta ſunt omnia? quod ita oſtendit Patrem, ſicuti eſt Pater: quia & ipſum ita eſt, & hoc eſt quod Pater, ſecundùm quod ſapientia eſt, & eſſentia. Nam ſecundũ quod Verbum, D non hoc eſt quod Pater, quia Verbum non eſt Pater. & Verbum relatiuè dicitur, ſicut filius, quod vtiq; non Pater. *(Quàm ad refutationem erroris appoſitè. Relatiua quippe ſunt & coæua in creaturis, & coæterna in diuinis)* & ideo Chriſtus virtus & ſapientia Dei, 1. Cor. 1. quia de Patre virtute & ſapientia, etiam ipſe virtus & ſapientia eſt: ſicut lumen de Patre lumine, & fons vitæ apud Deum Patrem, vtiq; fontem vitæ. Quoniã apud te, inquit, Propheta Pſ. 35. fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Quia ſicut Pater habet vitã in ſemetipſo, ſic dedit B filio habere vitã in ſemetipſo. Io. 5. & erat lumen verum quod illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundũ: & lumen hoc Verbum erat apud Deum, ſed & Deus erat Verbum. Io. 1. Deus autem lumen eſt, & tenebræ in eo nõ ſunt vllæ, 1. Io. 1. lumen verò non corporale, ſed ſpiritale. Neq; ita ſpiritale vt illuminatione factũ ſit, ſicut dictum eſt Apoſt. Mat. 5. Vos eſtis lumen mundi: ſed lumẽ quod illuminat omnẽ hominẽ, ea ipſa & ſumma ſapientia Deus, vnde nunc agimus, &c. Et ſicut vtrumque ſimul vnũ lumen, & vnus Deus, ſic vtrumq; vna ſapientia. Sed filius factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, quia tẽporaliter nos ad illũ conuertimur. i. ex aliquo tempore, vt cum illo maneamus in æternum: & ipſe ex quodã tempore, C Verbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis. *Sed expreßius de filij coæternitate l. 6. de Tr. c. 1.* Æqualitatẽ, inquit, Patris, & Filij, & Sp. ſ. putãt nõnulli ex hoc impediri quo minus intelligatur, quia ſcriptũ eſt. 1. Cor. 1. Chriſtũ Dei virtutem, & Dei ſapientiam: vt ideo non videatur æqualitas, quia non eſt Pater ipſe virtus & ſapientia, ſed genitor virtutis, & ſapientiæ, &c. Et hinc nonnulli noſtri aduerſũ Arrianos hoc modo ratiocinati ſũt, eos dũtaxat qui prius ſe aduerſum Catholicã fidem erexerunt. Nam ipſe Arrius dixiſſe fertur. ſi filius eſt, natus eſt: ſi natus eſt, erat tẽpus quando non erat filius: Non intelligens etiam natũ eſſe Deo, ſẽpiternum eſſe, vt ſit coæternus Patri filius; ſicut ſplendor qui gignitur ab igne, atq; diffunditur, coæuus eſt illi; & eſſet co- D æternus, ſi eſſet ignis æternus. Vnde quidẽ poſteriores Arriani abiecerunt iſtã ſententiam, faſſiq; ſunt, non ex tẽpore cœpiſſe filium Dei. Sed inter diſputationes quas habebant noſtri aduerſum eos qui dicebant, erat tempus quando non erat filius, hanc etiam nonnulli ratiocinationem inſerebant. Si Dei filius, virtus & ſapientia Dei eſt, nec vnquam Deus ſine virtute & ſapientia fuit, coæternus eſt Deo Patri filius. Dicit autem Apoſtolus Chriſtum Dei virtutem. & Dei ſapientiam: & Deum aliquando non habuiſſe virtutem aut ſapientiam, dementis eſt dicere. Non igitur erat tẽpus, quando non erat filius.

TRINITAS.

3. Spiritus ſanctus ſpecie columbæ ſuper Chriſtum baptizatum, de cælo delapſus, aſſumpſit hypoſtaticè eius ſubſtantiam, ſicut Verbum carnem. De carne Chr. c. 3. in f.

SI[1] ſcripturas opinioni tuæ reſiſtentes, non de induſtria alias reieciſſes, alias corrupiſſes, confudiſſet[2] te in hac[3] ſpecie Euangelium Ioannis, prædicans, a *Spiritum columbæ corpore delapſum,* [4] *deſediſſe ſuper Dominum.* Qui ſpiritus cùm hoc eſſet, tã verè erat & columba, a Io. 1. 32.
quàm & ſpiritus: nec interfecerat ſubſtantiam propriam, aſſumpta ſubſtantia extranea. Sed quæris corpus columbæ vbi ſit, reſumpto Spiritu in cælum: æquè & Angelorum. Eadem ratione interceptum eſt, qua & editum fuerat. Si vidiſſes cùm de nihilo proferebatur, ſciſſes cùm in nihilum ſubducebatur. Si non fuit initium viſibile, nec finis. Tamen corporis ſoliditas erat, quoquo momento corpus videbatur. Non poteſt non fuiſſe quod ſcriptum eſt.

Trinitas. 3. Spiritus S. hypoſtaticè vnitus eſt columba, ſicut Verbum carni. Schol.

SI[1] SCRIPTVRAS. *Loquitur Marcioni, & in eo* A *carpit more hæreticorum Scripturas ſacras corrumpentiũ.*[2] CONFVDISSET TE, *qui aſſeris carnẽ Chriſti phantaſticam, & non verã natamq. de virgine matre, nec à Verbo aſſumptam hypoſtaticè.*[3] IN HAC SPECIE, *in ſimili caſu.*[4] DESEDISSE, *ſediſſe, quieuiſſe. Sic Io. 1. 32.* Et teſtimonium perhibuit Ioannes dicẽs: quia vidi Spiritum deſcendentem quaſi colũbam de cælo, & manſit ſuper eum. *Mat. 3. 16.* Ecce aperti ſunt ei (*Chriſto*) cæli: & vidit ſpiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe. *Marc. autẽ 1. 10.* Et ſtatim aſcendens de aqua, vidit cælos apertos, & ſpiritum tanquam colũbam deſcendentem, & manentẽ in ipſo. *Solus Lucas de corpore columbæ expreſsè loquitur. Luc. 3. 22.* Ieſu baptizato & orante, apertum eſt cælum: & deſcendit Spir. ſ. corporali ſpecie ſicut columba in ipſum, &c. *Quod tamen per amniſtiam, Ioanni tribuit, cùm Marcion Euangel. Lucæ vnicum reciperet.* CVM HOC ESSET, *ſc. ſpiritus, & Deus verus.* TAM VERE ERAT ET COLVMBA. *Hoc eſt, non phantaſtica, ſed vera. Vt ſicut* Chriſtus *erat tam verè Deus, quam verè homo, humana natura non abſumente diuinam, ſed diuina perſona aſſumento naturam humanam & vniendo illam ſibi hypoſtaticè; ſic Spir. ſ. hypoſtaticè quoq; columbæ naturam verè corpoream aſſumpſit, abſq; detrimento propriæ ſubſtantiæ ſpiritalis,* NEC INTERFECERAT, *amiſerat. Vt de eo dicatur, quod dixit Aug. de Verbo.* Aſſumpſit quod non erat, manens quod erat. VBI SIT. *Quid de columba corpore factum ſit, poſtquam ſpiritus in Chriſtũ illapſus, ex oculis Ioannis euanuit,* ÆQVE ET ANGELORVM. *Idem quoq; poteſt quæri de corporibus Angelorum, quos in vera carne hominibus apparuiſſe ſupra cenſuit.* INTERCEPTVM, *diſſolutum diſparuit.* IN NIHILVM, *malim in aërem, aut aliud tenue corpus, vnde tam Angelorum quàm columbæ corpora formata ſunt, reſoluta.* CORPORIS SOLIDITAS, *corpus ſolidũ erat quod cernebatur à Ioanne, non phantaſticum: ſicut nec* C *Chriſti caro, in qua iuxta Baruch, poſt tot apparitiones in Angelis, ipſe in propria perſona;* poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. *Aug. l. 3. de Tr. c. 10. vbi agit de huiuſmodi apparitionibus:* nec in omnibus, inquit, quæ nobis à Domino Deo annuntiantur, ipſius Dei perſona ſuſcipitur, cùm autẽ ſuſcipitur, aliquando in Angelo demonſtratur, aliquando in ea ſpecie quæ non eſt Angelus, quamuis per Angelum diſpoſita miniſtretur. (*Sicut columba miniſterio Angelorum efformata*) rurſus cũ in ea ſpecie ſuſcipitur, quæ non eſt quod Angelus, aliquando iam erat ipſum corpus, & ad hoc demonſtrandum, in aliquam mutationem aſſumitur. (*Non ex nihilo de nouo producitur, vt vult erroneè Tert.*) aliquando ad hoc exoritur, & re peracta rurſus abſumitur. *Euaneſcit, redactum in corpus tenue vnde exortum & compactum fuerat, ſicut corpus columbæ. Cur autem Verbum in vera carne, & Spir. ſ. in ſpecie, ſiue repræſentatione columbæ, vel linguarum ignearum, apparuerint, breuiter ſic aperit Aug. tom. 4. l. 83. qq. q. 41.* Ille venit (*filius Dei*) vt exemplum viuendi demonſtraret hominibus: iſte (*Spiritus ſ.*) vt donum ipſum (*amor & ſimplicitas*) ad quod bene viuendo peruenitur, ſignificaret appàruiſſe. Vtrũq; autem viſibiliter factum eſt, propter carnales; ab iis quæ oculis corporeis cernuntur, ad ea quæ mente intelliguntur, Sacramentorum (*myſteriorum*) gradibus, traſferendos. *Videlicet vt ex Chriſti exẽplis, & carne eius viſibili ad fidem diuinitatis eius, & per eam ad videndam clarè in cælo faciem Patris eius; ſicut à ſpecie columbæ, & linguarum, per ſimplicitatem & innocentiã, perque doctrinam Apoſt. mente illuminati veritate, & corde ſuccenſi charitate, ad claram viſionem & amorẽ,* B *& fruitionem cum Cherubim & Seraphim transferamur. Quòd autem non expedierit, vt nec decens fuit Spiritui ſ. creaturas irrationales aſſumere hypoſtaticè; vt decuit Verbum humanam naturam ſuſcipere, ſuſè docuit Aug. l. 2. de Tr. c. 5. in f.* Si miſſus, inquit, dicitur in quantum apparuit foris in creatura corporali, qui intus in natura ſpiritali oculis mortaliũ ſemper occultus eſt, iam in promptu eſt intelligere etiã de Spir. S. cur miſſus & ipſe dicatur, &c. Facta eſt S. Auguſt.
enim quædam creaturæ ſpecies ex tempore in qua viſibiliter oſtenderetur Spiritus S. ſiue cùm in ipſum Dominum corporali ſpecie velut colũba deſcendit: ſiue cum decem diebus peractis poſt eius aſcenſionem, die Pentecoſtes factus eſt ſubito de cælo ſonus, quaſi ferretur flatus vehemens, & viſæ ſunt illis linguæ diuiſæ tanquam ignis, qui & inſedit ſuper vnumquemq; eorum. Hæc operatio viſibiliter expreſſa, & oculis oblata mortalibus, miſſio C Spir. ſ. dicta eſt: non ita vt appareret eius ipſa ſubſtantia, qua & ipſe inuiſibilis & incommutabilis eſt, ſicut Pater, & Filius: ſed exterioribus viſis hominum corda commota, à temporali manifeſtatione venientis, ad occultam æternitatem ſemper præſentis conuerterentur. Ideo autem nuſquam ſcri- S. Aug.
ptum eſt, quòd Deus Pater maior ſit Spiritu ſ. vel Spir. ſ. minor Deo Patre, quia non ſic eſt aſſumpta creatura, in qua appareret Spiritus ſ. ſicut aſſumptus eſt filius hominis, quâ forma ipſius Verbi Dei perſona præſentaretur: non vt haberet Verbũ Dei, ſicut alij ſapientes ſancti, ſed præ participibus ſuis. Non vtiq; quòd amplius habebat Verbum Dei, vt eſſet quàm cæteri excellentiore ſapientia, ſed quòd ipſum Verbum erat. Aliud eſt enim Verbũ in carne,

aliud Verbum caro.i, aliud eſt verbum in homine, alud verbum homo. Caro enim pro homine poſita eſt in eo quod ait, Verbum caro factum eſt: ſicut & illud. & videbit omnis caro pariter ſalutare Dei. Non enim ſine anima, vel ſine mente, ſed ita omnis caro, ac ſi diceretur, omnis homo. Non ergo ſic eſt aſſumpta creatura, in qua apparuit Spir. S. ſicut aſſumpta eſt caro illa & humana illa forma ex virgine Maria. Neq; enim colombam beatificauit ſpiritus, vel illum flatum, vel illum ignem, ſibiq; & perſonæ ſuæ in vnitatem habitumque coniunxit in æternum. Haud verò mutabilis & conuertibilis eſt natura Spiritus S. vt non hæc ex creatura fierent, ſed ipſe in illud atque illud mutabiliter verteretur, ſicut aqua in glaciem. Sed apparuerunt iſta ſicut oportunè apparere debuerunt, creaturâ ſeruiento Creatori, & ad nutum eius incõmutabiliter in ſeipſo permanentis, ad eum ſignificandum & demonſtrandum, ſicut & ſignificari & demonſtrari mor- B talibus oportebat, mutata atque conuerſa. Proinde quanquam illa columba ſpiritus dicta ſit, & de illo igne cùm diceretur; viſæ ſunt illis, inquit, linguæ diuiſæ velut ignis, qui & inſedit ſuper vnumquemque eorum, & cœperunt loqui linguis, quemadmodum Spiritus dabat eis pronunciare; vt oſtenderet per illum ignem ſpiritum demonſtratum, ſicut per columbam; non tamen ita poſſumus dicere Spiritũ S. & Deũ & columbam, aut & Deum & ignem, ſicut dicimus Filium & Deum & hominem: nec ſicut dicimus filium agnum Dei, non ſolum Ioanne Bapt. dicente, ecce Agnus Dei: ſed etiam Ioanne Euangel. vidente agnum occiſum in Apocal. Illa quippe viſio prophetica nõ eſt exhibita oculis corporeis per formas corporeas, ſed in ſpiritu per ſpiritales imagines corporum, columbam verò illam, C & ignem oculis viderunt, quicumque viderunt, &c. De illo ergo igne poteſt eſſe quæſtio quomodo viſus ſit, verum intus in ſpiritu tanquam foris, an verè foris coram oculis carnis. De illa verò columba quæ dicta eſt corporali ſpecie deſcendiſſe, nullus vnquam dubitauit, quòd oculis viſa ſit. Nec ſicut dicimus filium Petram; ſcriptum eſt enim, Petra autem erat Chriſtus, ita poſſumus dicere, Spiritum columbam vel ignem. Illa enim Petra iam erat in creatura, & per actionis modum nuncupata eſt nomine Chriſti quem ſignificabat: ſicut lapis ille, quẽ Iacob poſuit ad caput, etiam vnctionem ad ſignificandum Dominum aſſumpſit, ſicut Iſaac Chriſtus erat, cùm ad ſe immolandum ligna portabat. Acceſſit iſtis actio quædam ſignificatiua iam exiſtentibus; non autem ſicut illa colomba & ignis ad hæc tantummodo ſignificanda repente extiterunt. *Ecl. 4. de Trinit. c. 20. in f.* Verbo, inquit, Dei ad vnita-

S. Aug. tem perſonæ copulatus, & quodammodo commixtus eſt homo, cùm veniente plenitudine temporis miſſus eſt in hunc mundum, factus ex fœmina filius A Dei, vt eſſet & filius hominis propter filios hominum. Hanc perſonam Angelica natura figurare antea potuit, vt prænunciaret, non expropria re, vt ipſa eſſet. De ſenſibil. autem demõſtratione Spiritus S. ſiue per columbæ ſpeciẽ, ſiue per linguas igneas, cùm eius ſubſtantiam Patri & Filio coæternam, pariterq; incommutabilem ſubdita & ſeruiens creatura temporalibus motibus & formis oſtenderet, cùm ad eius vnitatem, ſicut caro quod Verbum factum eſt, non copularetur, non audeo dicere, nihil tale factũ eſſe antea, &c. Trinitas ſimul operata eſt, Aug l. c 21.

& vocem Patris, & carnem Filij, & columbam Spiritus S. cum ad ſingulas perſonas hæc ſingula referantur. Qua ſimilitudine vtcumq; cognoſcitur inſeparabilem in ſeipſa Trinitatem per viſibilis creaturæ ſpeciem ſeparabiliter demonſtrari, & inſeparabilem Trinitatis operationem, etiam in ſingulis eſſe rebus, quæ vel ad Patrem, vel ad Filium, vel ad Spiritum S. demonſtrandum propriè perti- B nere dicuntur. Si ergo à me quæritur quo modo factæ ſint vel voces, vel ſenſibiles formæ, atque ſpecies ante incarnationem Verbi Dei, quæ hoc futurum præfigurarent, per Angelos ea Deum operatum eſſe reſpondeo, quod etiam ſcripturarum ſanctarum teſtimoniis quantum exiſtimo ſatis oſtendi. Si autem quæritur iſta incarnatio quo modo facta ſit, ipſum Verbum Dei, dico carnem factum. i. hominem factum, non tamen in hoc quod factum eſt conuerſum atque mutatum: ita ſanè factum, vt ibi ſit non tantum Verbum Dei, & hominis caro, ſed etiam rationalis hominis anima, atq; hoc totum & Deus dicatur propter Deum, & homo propter hominem, &c. Si autem quæritur poſt incarnationem Verbi, quomodo facta ſit, vel vox Patris, vel C ſpecies corporalis, qua Spiritus ſanctus demonſtratus eſt, per creaturam quidem facta iſta non dubito: ſed vtrum tantummodo corporalem atque ſenſibilem: an adhibito ſpiritu etiam rationali, vel intellectuali, hoc enim quibuſdam placuit appellare, quod Græci dicunt, *νοερῷ*, non quidem ad vnitatem perſonæ, quis enim hoc dixerit, vt quidquid illud eſt creaturæ in quo per columbæ ſpeciem, vel per igneas linguas Spiritus ſanctus demonſtratus eſt, ita ſit Spiritus S. ſicut eſt Dei filius homo ille qui de virgine factus eſt: ſed tantummodo ad miniſterium peragendæ ſignificationis, ſicut oportuiſſe Deus iudicauit: An aliquid aliud intelligendum ſit, inuenire difficile eſt, & temerè affirmare non expedit. *Vide dicenda in hanc rem in noſtro Omniloquio, Verbo, Chriſti caro 12. in noſtris Schol. iuxta Aug. l. de Agone Chr. c. 22. vbi fuſè tractat, cur Spir. S. non fuerit vnitus columba hypoſtaticè. Et hæc aduerſus omnes Tert. errores & hæreſes in hoc Alphabeto exactè excuſſos & per S. Aug. refutatos tractaſſe ſufficiat, qui iure meritiſſimo à D. Bern.* perpetuus hæreticorum malleus *appellatur.*

Finis Alphabeti errorum Tertulliani.

INDEX LOCORVM SELECTIORVM
S. Scripturæ qui in Alphabeto Errorum & Hæreſeon Tertulliani expoſiti ſunt aut illuſtrati.

Prior numerus caput deſignat, poſterior verſum eiuſdem capitis: numeri poſt Textum notant Paginam & Columnam Alphabeti errorum.

GENESIS.

1. 27. MASCVLVM & fœminam creauit eos, 24. col. 2. per totam, vbi Auguſtinus contra Hermaphroditos Platonicorum,
6. 2. Videntes filij Dei filias hominum, 13. a. col. 1. & 15. per totam, 15. 10.
15. 10 Aues autem non diuiſit, 120. c. 1
21. 9. Luſus Iſmaëlis cum Iſaac, 50. 2
27. 33. Expauit Iſaac, 69. a. 1
32. 24. Ecce vir luctabatur cum eo, 7. col. 2. per totam, & 72. b. 2
49. 21. Nephtali ceruus emiſſus, 75. a. 1
50. 3. Tranſierunt 40. dies, 125. b. & ſeq. 2

Exodus.

3. 5. Solue calceamentum. Item 33. 20. non poteris videre faciem, 71. a. b. 1

Leuiticus.

13. 12. & 14. 57. De Iudicio Lepræ, 141. c. & ſequ.

Ioſue.

5. 2. Circumcide ſecundò filios Iſraël, 50. c. 1

Liber I. Regum.

15. 9. Nec voluerunt diſperdere ea, 81. c. 2 & ſequ.

Iob.

3. 13. Nunc dormiens ſilerem, vbi de tranſitu ad cœleſtem patriam in ſtatu innocentiæ, ſine morte. 82. c. 1. & ſequent.
7. 20. Factus ſum mihimetipſi grauis, 82. b. 1

Pſalmi.

4. 16. Singulariter in ſpe, 40. in fine 41. a. 1
6. 8. Turbatus eſt à furore oculus meus, 81. d. 2
35. 7. Homines & iumenta ſaluabis Domine, 128. a. b. 2
38. 14. Remitte mihi, vt refrigerer priuſquam abeam, 153. c. d. e. 1. & col. ſequ.
44. 3. Speciosus forma, 54. b. 2. & 55. c. 1. & c. 2. Item 57. d. 1
44. 5. Specie tua & cæt. procede & regna, 57. e. 1
44. 14. In fimbriis aureis, circum. var. 16. in templum regis, 17. pro patribus, 64. a. b. 2 & 152. d. 1
50. 8. Veritatem dilexiſti, 128. e. 2. & ſequ.
57. 3. In corde iniquit. operamini, 37. a. 1
67. 21. Domini, Domini exitus mortis, 9. a. b. 1. & 94. d. 2
67. 19. Accepiſti dona in hom. 68. d. e. 2. & ſeq. pag.
81. 8. Surge Deus iudica terram, 52. b. 2. & ſequ.
88. 11. Tu humiliaſti ſicut vuln. ſuperbum, 159. b. c. 2
89. 12. Dexteram tuam ſic notam fac. 65. f. 2
92. 1. Dom. regnauit decorem ind. eſt. indutus eſt fortitudinem, 57. a. 1
101. 5. Percuſſus ſum vt fœnum, 36. e. 2. & ſequ.
103. 4. Facis Miniſtros tuos ignem vrentem, 7. e. 1. item 9. d. 1. & ſequ. item. 10. b. 1
126. 2. 3. Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere. Ecce hæreditas Domini, 42. e. 2. & ſequ.

Eccleſiaſtes.

3. 19. Vnus interitus hominis & iumentorum, 115. a. 1.

Canticum. Cant.

1. 6. Vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam, 65. b. c. d. e. 2. & pag. ſequ.
2. 10. Surge, propera amica mea, 146. c. 1 & ſequ.
3. 9. Ferculum fecit ſibi Rex Salomon & cæt. cum alijs locis ex hoc capite & ſequ. 150. a. b. c. 1
5. 10. Dilectus meus candidus, &c. 60. a. 1

Sapientia.

1. 13. 16. De morte. 38. a. 1
8. 19. Puer eram ingenioſus, de Salomone & de Chriſto, 20. col. 2. ferè per totam & in principio ſequ.
10. 2. Dedit illi virtutem continendi omnia, 43. a. 2.

Iſaias.

42. 5. Flatus pro anima. Item, 57. 16. 22. a. 2
52. 14. Inglorius erit: & 53. 2. non eſt ſpecies ei, 54. a. b. 2. item 55. a. b. 1
61. 7. Duplicia poſſidebunt, 42. d. 1

Threni.

1. 8. Peccatum peccauit Ieruſalem; propterea inſtabilis facta eſt, 116. d. e. 2

Ionas.

3. 4. Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur, 125. 2. ferè per totam.

Matthæus.

1. 31. De blaſphemia in Spiritum ſanctum, 151. c. d. 2
22. 30. Erunt ſicut Angeli, 7. a. 1. Item 155. c. 1. & ſequ.
24. 20. Non fiat fuga veſtra hyeme vel ſabbato, 77. b. c. 1, 2, & a. 2

Marcus.

3. 27. Nemo poteſt vaſa fortis, &c. niſi prius fortem alliget, 91. c. 2. & ſequ.

Lucas.

10. 30. Semiuiuo relicto, 83. c. 2
23. 43. Hodie mecum eris in paradiſo, 43. b. c. 2

Ioannes.

1. 33. Et ego neſciebam eum, 79. c. 1. & ſequ.
5. 17. Pater meus vſque modo operatur, 35. b. 1. & a. 2
8. 56. Abraham exultauit vt videret diem meum, 72. c. 1. 2. 2
15. 15. Quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis & 16. 12. Non poteſtis portare modo, 118. fere per totam,
20. 21. & ſequ. inſufflauit, 148. c. d. 2

Actus Apoſtolorum.

2. 24. Solutis doloribus inferni, 39. c. 1. & ſequ. Item 43. d. c. 1
10. 11. Deſcendens vas quoddam, 148. c. 2. & ſequ.
20. 7. Vna autem Sabbati &c. vbi de ieiunio dominicæ, 124. c. 2. & ſequen.

Epiſtola Pauli, ad Romanos.

6. 18. Liberati à pecato, ſerui &c. 82. b. 2
7. 1. Viuente viro, alligata eſt legi, &c. 107. (male 105.) per totam, 2. col. vbi quatuor differentiæ in homine reſpectu legis & gratiæ.
11. 36. Ex ipſo &c. 257. d. 2. & ſequ.
14. 10. Noli propter eſcam deſtruere opus Dei, 125. d. 1. & ſequ.

Prima ad Corinthios.

1. 24. Chriſtum Dei virtutem & ſapientiam, 158. c. d. 2
2. 15. Spiritalis autem iudicat omnia, &c. 122. per totam vbi de lege æterna non iudicanda.
6. 12. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt, 111. c. 2, & ſequ. vbi de operibus quæ ſupra debitum erogantur.
7. 14. Alioquin filij veſtri immundi eſſent, 19. d. c. 2. 10. a. 1.
7. 40. Beatior autem, &c. 111. b. 2. & ſequ.
11. 7. Mulier gloria viri, 25. c. 2. & ſequ.
15. 44. Seminatur corpus animale, 34. c. 1
15. 54. Abſorpta eſt mors in victoria, 94. b. 2

Secunda ad Corinthios

5. 3. Si tamen veſtiti non nudi inueniamur. Item 5. 4. nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri 93. b. 1. 2. & 94. d. 1. & ſequent. Item 95. c. 1

Ad Epheſ.

4. 8. Dedit dona hom. 68. c. 2. & ſequ.
4. 10. Vt impleret omnia, 40. a. 1. 2
4. 13. In virum perfectum, 155. b. 2. & ſequ.

Ad Coloſſenſes.

2. 9. In ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, 36. a. b. 2

Prima ad Theſſalonicenſes.

4. 14. Nos qui viuimus, &c. 94. b. 1. & 95. c. 2. & ſequ.

Secunda ad Theſ.

3. 2. Non omnium eſt fides, 31. d. 1

Prima ad Timoth.

3. 2. Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, 106. d. c. 2
4. 10. Saluator omnium hominum, 118. 129
5. 11. Cum luxuriatæ fuerint in Chriſto &c. 107. (male 105.) per totam 1. col.

Ad Titum.

2. 14. Vt mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem, &c. 65. d. c. 1

Ad Hebræos.

1. 6. Adorent eum omnes Angeli, 9. c. d. 1
6. 1. 4. De pœnitentia ab operibus mortuis, 140. c. 2. & ſeq. 145. b. c. 2.
9. 27. 28. Statutum eſt hominibus ſemel mori &c. Sic & Chriſtus ſemel oblatus eſt, 37. in fine, & 38. vbi de iudicio priuato.
Notatu digna de hac epiſtola, 140. c. 1. & ſequ.

Prima Ioannis.

1. 7. Sanguis I. C. emundat nos ab omni peccato, cum ſequentibus verſibus huius capitis & ſequentium, 139. c. 1. & ſequ.

Apocalypſis.

5. 10. Feciſti nos Deo noſtro Regnum & ſacerdotes, 106. d. 1
6. 9. Vidi ſubtus altare, 41. c. 2
6. 11. Datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ, & dictum eſt illis vt requieſcerent. Item, 7. 9. & 14. de ſtolis albis, 42. c. 1. & ſequ.
24. 13. Amodo iam dicit Sp. vt requieſcant, 45 b. 2
20. 3. 4. 5. 6. Vbi de mille annis, 91. 92. 93

INDEX SELECTISSIMARVM quarumque rerum quæ in Alphabeto errorum Tertulliani reperiuntur.

A.

ABRAHAM.

SINVS Abrahæ alius eſt ab inferno, 43. 2. per totam fere col.

Adam.

Numerus myſticus in nomine Adam, 53.2.7.2
Cumplacentia Adami ad vxorem, 105.d 2
Adam ſpecioſus forma. Chriſtus tamen prę Adamo, 59.d. 1. & ſequ. Adam factus ad exemplar Chriſti, 59.d.2

Altare.

Dignitas altaris Chriſtianorum, 41. c.2 & ſequ.
In eo fit memoria ſanctorum, ibidem & 45. b. 2 item 92.d. 2

Angeli.

Quanam ratione formant ſibi corpora, & alios effectus mirabiles producunt, 8. per totam.
Nihil poſſunt creare virtute propria, ibid. col. 2.
Per eos prouidentia Dei cuncta gubernat & regit, 9. c. 1. & ſequ.
Virum incorporei ex Auguſtino & aliis, 9.10.11. item 38. a. 2. & ſequ.
Ex ſententia Eccleſiæ 11. col. 2. per totam.

Anima.

Creata ex nihilo, 16: c. 1. & ſequ.
Non eſt portio ſubſtantiæ Dei, 16. d. 2. & ſequ. item, 20. c. 1. & a. 2
Deo authore & volente facta, non ideo negandum ex nihilo factam, 17. per totam
Immortalis, ſed mutabilis, 17. b. c. 1
Animę origo ex Auguſtino & aliis, 20. & ſequ.
Anima ſignificat aliquando totum compoſitum, vel corpus, cuius eſt forma, 22. c. 2
Animas à Deo corporibus infundi definiuit Leo decimus, necnon alia ad animam pertinentia, 23. col. 2. fere per totam.
Euæ Anima ab Adamo, iuxta quoſdam ab Auguſtino reprehenſos, 25. c 1. & ſequentibus.
Spiritus ſæpe pro Anima apud ſacram ſcripturam, 29. b. 1
Anima propriè non eſt corpus, 34. col. 2. per totam & paginis ſequentibus, item 22. 1. item 39. c. 1. item 61. 2. per totam.
Quo ſenſu dici poteſt corpus, 34.2.2
Tota eſt in qualibet parte, 34.b.c.2
Patitur ſine corpore, vbi de igne inferni & ſupplicio dæmonum, 38, 2. & 39. per totam.
Anima ſeparata propriè non mouetur localiter, 39.c. 1
Beatitudo Animarum vera, ſed minur ante reſurrectionem, 44. per totam.
Vide *Deus*, infrà

De ſede Animarum poſt mortem.

Errores Philoſophorum, 41 c.1
Doctrina Auguſtini & aliorum, 41. c.2. & ſeq. paginis (vbi explicatur S. Doctor, & vindicatur ab oppoſitis aduerſariorum obiectionibus)
Item authoritas Apoſtoli, 44. c. 1
Definitio Eccleſiæ, 45.d. 2

Apparitiones.

Oniæ & Ieremię, 46.a b. 1
Samuelis. ibidem, c. d. e & col. ſeq.
Moyſis, ibidem d. 2
Sancti Felicis Nolani, c. 2
Variæ cauſæ huiuſmodi apparitionum, 47. per totam,.
Apparitiones, ſeu viſiones factæ cuidam puero Hipponenſi, c.d.2
Apparet Chriſtus modò ſtans, modò ſedens: cur ita? 71. c. 2. & ſequ.
De variis Apparitionibus factis in veteri teſtamento: an à filio Dei? an per Angelos, vel aliâ viâ? 72. per totam & pag. ſequ.a. 1. 2

Apicius.

Homo guloſus, 116.a. 2

Auguſtinus.

Ex Auguſtino maxima pars eorum quæ ſunt in hoc indice, deſumpta eſt: etiamſi breuitatis cauſa nomen taceatur.
Modeſtia Auguſtini, 35. b. 1. 95. c. 2. 96. a. b. c. 2
Auguſtinus tardus ad excommunicandum, 146. d. 2

B.

Baptiſmus Chriſti & aliorum.

Cur aperti cœli Baptizato Chriſto? 41. c. 1
Baptiſmus collatus ab hęreticis iterandus, vbi non eſt adhibita vera materia aut forma, aliàs non, 48. a. 2. & ſequ.
Diluuntur obiectiones contrariæ, 49. d. 2. & ſeq.
Generatio ſpiritalis in Baptiſmo collata cum generatione naturali, 50. c. d. e. 2
Non datur acceſſus ad Baptiſmum Idololatris & fornicatoribus, niſi emendationem ſpondeant, 136.2

C.

Calix.

Bonus paſtor olim depictus in Calice, 135. d. 2

e. 2. 132. e. 2
De Varia Calicum ſacrorum materiâ & antiquiſſimo vſu. 131. e. 1. & ſeq. vſque ad 133. incluſiue.
De aquæ miſcendæ vino in Calice & de munditia eorum qui ſacro Calici participant, 132. 2
De Calice in quo conſecrauit Chriſtus, 233. c. 1

Calliblepharum.

Quid intelligatur per Calliblepharum, 13. d. 2

Ceraunea.

Cerauneæ gemmæ, quæ? 38. c. 1

Chriſtus.

Non decimatus in lumbis Abrahæ, 21. c. d. e. 2. & 12. a. b. 1
De morte Chriſti diuerſa à noſtra, 38. 1
Mortuus eſt pro omnibus quoad ſufficientiam ex parte ipſius, quamuis efficientia mortis eius ad omnes non perueniat, 38. d. 1
Pleniſſimè etiam, 128. & 129. vbi probatur mortuus pro Iuda quantum ad ſufficientiam.
Quo tempore, quibus Conſulibus, qua ætate, qua denique die paſſus ſit, 51. a. b. c. 2. & ſequ. pag.
Corpus Chriſti collatum cum templo Iudaïco, eiuſque inſtauratione, 52. b. 1. & ſequ. item e. 2
Multiplex Chriſti ſpecies, ac pulchritudo quæ virum deceat aſſeritur, & contrariæ rationes atque authoritates diluuntur, 54. col. 2. & ſequ. vſque ad 60. laudabilis deformitas in paſſione 55. d. 2. & ſeq. & maximè, 56. b. 2.
Quibus oculis Chriſtus videtur ſpecioſus, 56. a. b. 2
De Chriſti Tunica, ſtatura & imagine, 56. c. d. 2
Homo formatus ſexto die reformatur à Chriſto venienti ſexto ſæculo, 57. a. 1
Nouiſſima eius verba magnifacienda, 64. e. 1
Quo ſenſu dicitur primogenitus, 88. c. d. 2
Summa lampas Candelabri aurei, 141. c. 2
Dat, vendit & fundit gratis oleum virginibus, 144. b. c. 1
Sanguis martyrum non habet efficaciam ſanguinis Chriſti, 144. a. 1

Crux.

Vinculum vniuerſi. 32. d. 2

S. Cyprianus.

Fauit rebaptizantibus, meritò tamen laudatur à S. Auguſtino, ob ſeruatam vnitatem 48. d. e. 2. & ſequ.

D.

Defunctorum Animæ.

Iuuantur precibus Eccleſiæ, 44. e. 1

Demoſthenes.

Demoſthenis fugientis dictum, 75. b. 2

Deus.

Ratio mouendi diuerſa in Deo, in anima, in corpore, 36. 1. per totam
Quo ſenſu videri non poteſt. 451 per totam.
Non idem Hæreticis & nobis, 48. d. e 1. & a. 2
Res omnes Deo comparatæ, nec pulchræ, nec bonæ; imò nullæ ſunt. 53. a. b. 2
Deus non eſt Corpus, etiamſi maximè ſit Ens & ſubſtantia, 61. 62. 63.
Si eſſet verè Corpus, eſſet mutabilis, ibidem, item 62. c. 2
Animæ incorporeitas nos ducit ad incorporeitatem Dei, & probatur ex ea, ibid. vbi de homine interiori & intimo.
Patris, Filij & Spiritus Sancti immenſitas & incorporeitas explicatur, 62
Quo pacto homo eſt proximus Deo, vel ab eo remotus, 62. c. 2. 63. a. 1

Diabolus.

Nihil poteſt in creaturis niſi Deo permittente, 8. d. e. & ſeq. col. 1 & 2 item 15. e. 2. a. 1
Impeditur ſæpe à potentioribus Angelis, ibid.
Verè torquetur igne inferni, 11. c. d. 1
De incubis & ſuccubis dæmonibus, 15. e 1. c. 1. & 16. a. 1. 2
Diabolus cur ſoluetur in fine mundi. 92. a. 2
De pœnitentia Diaboli, & an caſtus dici poſſit. 145. a. b. c. 1.
Vide Anima, ſuprà.

Doctores.

Debent eſſe Dociles, 96. a. 1

E.

Eccleſia.

Formoſa & dealbata, 58. a. 2
Non eſt præcipuè in Laïcis, ſed maximè in præcipuis partibus, 63. c. 1. & ſeq.
Prædicatores ſunt dentes corporis myſtici ſeu Eccleſiæ, 63. c. 1
Vbique terrarum abundanter diffuſa eſt Eccleſia 64. per totam & pag. ſeq. Illuſtris in Ægypto per Monachos, 66. a. b. 1
Mons & templum Dei in quo orantes exaudiuntur, 64. c. 2
Eccleſia etiam militans eſt regnum Dei, 94. b. c. 1. & ſequ.
Eccleſia Virgo. 117. e. 2
Eccleſia eſt paradiſus terreſtris, extra quam poteſt eſſe Baptiſmus, 146. a. 2. & ſeq.

Edictum.

De Varietate Edictorum, 126. b. 1. 2
Edicti præfatio, 127. c. 2
Edictum peremptorium Chriſti, ibid.

Endymion.

42. a. 1

Enoch.

De libro Enoch quid ſentiendum, 14. a. b. c. 1

Epiſcopi.

Papa eſt Epiſcopus Epiſcoporum, 63, c 1. a. d. 2 item 66. c. 1. & 68. b. 2. item 127. a. e. 1
Appellatur benedictus, & ſimilibus denominationibus, 135. a. 1
Epiſcopi oculi Eccleſiæ & præcipua eius membra. Succeſſores Apoſtolorum: patres noſtri, 63. c. 1 a. d. 2. 64. b. 2. 66. c. 1. 68. b. 2. 127. a. c. 1

Eorum dignitas & authoritas, maximè in Conciliis, 66. c. d. 1. & col. ſeq. item 151. d. 2. & ſeq.
Papæ aliquando appellati, 155 2.1

Ezechiel.

De Ezechiele tragœdo, 88.2.1

Extaſis.

De Extaſi, viſionibus & variis modis quibus ſpiritus S. afficit mentes hominum; item de diſcretione ſpirituum, 69. per totam.
Vide, ſupra *Apparitiones.*

F.

Fides.

Vera vita, ſine qua nullus æſtimatur ad vitam æternam, 105. b. c. 1

Filius Dei.

Non minus immutabilis quam Pater, 72. d. 1
Vide ſupra *Apparitiones,*

Fratres.

De Fratribus domini, 88. d. 1

Fuga.

Aliquado permiſſa exemplo Chriſti & Sanctorum, 76. c. 1. & ſeq. columnâ ac paginâ.

G.

Gratia.

Gratia Chriſti ſimilis aquis contradictionis, 86. b. 1. 2
Gratia non datur ſecundum merita, vbi de gratiæ neceſſitate, 83. a. b. 1. & ſeq. vſque ad 86
Non nos deſerit fons, ſi non deſeramus fontem, 83, c. 2
Superbi de ſe præſumentes, vt fonti Gratiæ ingrati puniuntur, ibid. & ſeq.
Tardius aliquando datur Gratia ad aliquod punctum perfectiouis: & quare, 84. b. 1. & ſeq.
Gratia non eſt pediſſequa, 65. b. 2
Deſiderium Gratiæ non eſt fruſtra, & vincit deſiderium naturæ, 95. c. 1. Vide *Libertas* & *præcepta* infrà

H.

Hæretici.

Fugiendi. 47. c. i. 1
De Cataphrygibus & Catharis, 112. a. 2. & ſeq.
De Patripaſſianis, 515. c. 1
De Montano & ſequacibus, 117. 118
Funeſtus Montani exitus, 126. a. 1. 2
De Sethianis, 121. b. 1
De Gnoſticis, 102. a. 1
De Tatianis ſeu Encratitis. 123. c. 1
De Valentino Pythagoræ ſectatore, & Ioue hodierno, 123. col. 2. & pag. ſeq.
De Nouatianis, 134. d. 2
Iterum de Catharis, Nouatianis & ſimilibus, 145. d. c. 1
Item col. & paginis ſeq. vſque ad 155.
Vide *Remiſſio peccatorum* infrà.
Vide etiam *Mille anni* infrà.

I.

Ianus.

Iani numiſma, 62. c. 1

Ignis.

Præcedens Iudicium, 97. b. c. 1
De Igne Inferni, Vide *Anima.*

Imago Dei.

In homine non eſt ſecundùm corpus, 24. a. b. 2. & 25. a. b. 1. 2
An mulier facta ſit ad imaginem Dei, 25. & 26
Duobus modis renouamur ad Imaginem Dei, 26. c. 1.

Infernus.

Non idem carcer omnibus, in partibus inferioribus, 41. a. b. 1

Ioannes Bapt.

Cur diſcipulos miſerit, ad Chriſtum & quid ignorauerit de illo, 79. c. d. c. 1. & ſeq.
Ioſephus, Vide *Maria,*
Iupiter hodiernus, Vide *Hæretici.*

L.

Libertas.

Manet quidem poſt lapſum Adæ, ſed imminutis viribus, vbi de eius infirmitate ad bonum & de gratiæ neceſſitate, 81. b. 1. & ſeq. vſque ad 86.
Voluntas manet libera à coactione & à neceſſitate, dum mouetur à Deo ſuauiter non ſolum vt à fine, ſed etiam vt à cauſa efficienti, 84. b. 2. & ſeq.
Explicatur illud Auguſtini: Deo volenti ſaluum facere, nullum hominum reſiſtit arbitrium, 85. c. 2

M.

Maria.

Comparatur eius vterus cum ſepulchro Chriſti, 52. a. 2
Mariæ laudabilis venuſtas, vbi de imaginibus Chriſti & Mariæ, 60. per totam.
Maria Chriſti ſponſa, 87. c. 1. & 89. a. 1
Quomodo dicatur terra aperta ob fœcunditatem, vbi exponuntur Patres duriùs hac de re loquuti, 87. c. 1. & ſeq.
Mariæ perpetua Virginitas & ſanctitas, 87. c. 1. & ſeq. vſque ad pag. 89.
Maria quaſi aurora peperit rorem, vbi confertur generatio Chriſti ex matre, cum natiuitate æterna ex Patre, 88. f. 2. & ſeq.
Connubium Mariæ & Ioſephi fuit ſtabile, incorruptum, verum, fidele, nulloque bono nuptiarum carens, 89. per totam.

Martyres.

Qua ratione vindictam petunt, 41. b. 1

Mille anni.

Vide indiculum præcedentem in Apoc. 20.
De vario intellectu huius loci, vbi de Millenariis, Chiliaſtis, Cerinthianis & aliis Hæreticis, 91. c. 1. & ſeq. vſque ad 93. pag.
Mille & centum pro vniuerſitate ponuntur, 92. c. 1

Mœchi.

Variȩ conſuetudines de Mœchis recipiendis, aut reiiciendis, 127. a. b. c. 2
Vide *Zephyrinus* infrà
Mœchia magnum crimen, quodammodo indignum venià, 128. a. c. 1.
Maius peccatum in Chriſtianis, 131. a. b. 2

Mors.

Mors & reſurrectio non ſolùm eſt corporum, ſed etiam animarum, 93. a. 1. 2
Mors omnibus ſubeunda, 94. c. 2. & ſeq. vbi explicantur varii Scripturȩ Sacræ loci de viuis & mortuis: item agitur de vitæ deſiderio, & de reſurrectione vſque ad pag. 97.

Mulier.

Quædam mulieres quatuor aut quinque fœtibus ſimul granidæ, 31. b. 2
Mulieres fortes in Chriſto, 26. b. 2. & pag. ſeq.
Mulieres ad iudicandum ineptæ, 255. b. 1

N.

Nuptiæ.

Coniugium fidelis cum infideli, poteſt eſſe Sacramentum, & quomodo, 105. a. 1
Nuptiarum finis, vbi de voto continentiæ, 107. (male 105) a. & ſeq. 1. per totum.
Secundum Matrimonium non eſt contra Dominum, ſed in Domino 110 (male 108) c. 1. item panis ſeq. 111. 112.
De diuortio Matrimonii cum infideli, 111. c. 1. & ſeq.
De honeſtate actus coniugalis, 111. c. 2. & ſeq. vbi etiam de pudore, item 113. per totum.
De triplici bono Nuptiarum, 112. d. c. 2. item 113. a. b. 1. 2

O.

Ordo.

Nemo niſi vocatus debet aſpirare ad ſacros Ordines, 109. (male 107) c. 2. & ſeq. pag.

P.

Papa.

Vide *Epiſcopi.*

Peccatum.

Liberè committitur, nulloſque cogitur aut neceſſitate impellitur ad peccandum, 81. b. 2. & 82. b. 1
Peccatum non debet imputari Deo 109. (male 107.) d. 1
Omne peccatum etiam veniale poteſt vitari in indiuiduo, 140. a. 1. Vide *Remiſſio peccatorum* infrà.
Peccatores non verè pœnitentes reiiciendi, 152. a. 2
Pœnitentia ſit conformis delicto, 154. c. 2

Petrus.

Petri primatus ex Auguſtino, 148. d. 2
Cur ipſi potius quàm aliis commiſſa Eccleſia, 149. a. 1. & ſeq.

S. Perpetua.

Somnium ipſius, 26. d. 2. & ſeq. ibid. plurima notatu digna de eadem & de ſancta Felicitate.
Non prodeſt *Felicitas* ſi *perpetua* non ſit, aut contra, 17. d. 2

Perſeuerantia.

Donum Dei datum virtute ſanguinis Chriſti, 149. b. c. 1

Præcepta diuina.

Non ſunt impoſſibilia, nec grauia, 80. d. c. 2. & ſeq. item 83. a. 2. & 108. (malè 106.) b. 2. & 112. c. 2. non poteſt aliquis vlla Dei præcepta bene, & vt Dei Filius, obſeruare, abſque gratià, 81. b. 1. & a. 2
Item 83. a. 2. & ſeq.
Ad præcepta plene adimplenda charitas requiritur, 83. d. 1

Pſeudoparacletus.

Vide *Hæretici.*

Pſychici.

Vide *Tertullianus.*

Pudicitia.

Æditua templi Dei, 140. c. 1

Pulchritudo.

Tria ad pulchritudinem concurrunt, 58. c. 1
Vide ſuprà *Chriſtus.*

Pythagoras.

De Variis eius opinionibus & moribus, 123. a. 2. & ſeq.

Q.

Quadrageſima.

Quadrageſima duplex Tertulliani quomodo intelligenda, 124. 2. & 125. 2

R.

Ratio.

Homo non ſequens Rationem ducem, peior beſtiis, 120. a. b. 2

Remiſſio Peccatorum.

De poteſtate data Eccleſiæ ad remittenda ſępius quæcunque peccata in perſona Petri de miſericordia peccatoribus exhibenda, 145. & ſeq. vſque ad 155.
Patres autem in teſtimonium adducuntur hoc ordine.
Epiphanius, 145. c. 1. & ſeq.

Auguſtinus 146. 2.& ſeq. qui præclara habet de blaſphemia in Spiritum Sanctum & de ſchiſmate, 147. 2. & 148. per totam.
Pacianus, 150. & ſeq.
Dionyſius. 151. b. c. 2
Cyprianus, 152. d. 2. & ſeq.
Athanaſius, 153 b.c.1
Ambroſius, 153. d. 1. & ſeq. qui præclara etiam habet de poteſtate ligandi, item de flatu Dei in hominem & Chriſti in Diſcipulos.

Reſurrectio.

Vterque ſexus in reſurrectione, 155.156.157.
Vide *Mors* ſuprà.

S.

Scantinia.

Lex, quæ? 106. b. 2

Spiritus ſanctus.

Non eſt minor patre aut filio, 117. c. 2.& ſeq.
Diuinitatis teſtimonium habet à poteſtate remittendi peccata, 153 d. 2. & ſeq.
De apparitione Spiritus ſancti in Columbæ ſpecie, 159. 160.

Status.

Status innocentiæ diuerſus à ſtatu naturæ lapſæ, 80. c. 1. & ſeq.
Vide *Libertas.*

Stellæ.

Vergiliæ & Suculæ, quæ? 54. a. b. 1

T.

Tertullianus.

Sibi contrarius in doctrina de Angelorum corporibus, 9. c. 2. & 10. a. 1. de caſtitate diaboli. 145. b. 1. de animæ cruciatu. 37. c. 2
De apparitionibus animarum, 45. d. 2. de ſexus mutatione, 156. b. 2
De Dei corporeitate, 61. c. 2
De morte omnium, 94. b. c. 2
De ſcientia Apoſtolis conceſſa, 116.
De venia peccatoribus danda, 133. d. 1. 134. d. 2
Eius ſuperbia, 115. b. d. 2
Tertullianus ſegregans ſe à Catholicis quos falſò Pſychicos appellat, ipſe animalis & Pſychicus, 121. c. 1. 2. b. c. 2. & 122. c. 2 vbi docemur quis ſit homo animalis factà diuiſione creaturæ in ſpiritalem, animalem & corporalem, ibidem 121. 122.

Timor.

Eſt fuga animi, vbi de mercenariis, 76. b. 2
Quo ſenſu pœnam habet, 76. d. 2

Traditiones.

Variæ circa ieiunia, Miſſam, & alia, 124. d. 2. & ſeq.

Trinitas.

De circuminceſſione, 116 c. 2
Vbi vna perſona, ibi aliæ, 117. c. d. 2.
Nomen Paracleti conuenit tribus perſonis, 117. b c. 2

V.

Veſtis.

De Veſte neceſſaria ad conuiuium Euchariſticum, 134. a. b. 1

Virginitas.

Confertur cum viduali continentia, 101. c. 1

X.

Xerophagia.

Vſus & eſus earum, 124. b. c. 2.

Zephyrinus.

Anathemate percuſſit Tertullianum, 127. d. 2
Edictum promulgauit de venia & pace Mœchis danda, 127. 1. per totam.

Errata in Alphabeto Errorum Tertulliani, eorumque Scholiis, ſic corriges.

Prior numerus Paginam, ſecundus Columnam indicat, cum litteris a. b. c. d. intermediis.

Pagina. 3. in p. eſſent 1 pag. 6. à p. Loth. 7 b. 1. cum Ioannes. ibid. c. 2. mutatum. 11. c. 1 tenet ſeptima. 15 a. 1. marceſcit. 19. a. 1. per mortem. ibid. à. 2. operiet te. ibid. b. 2. ἄρχητι 20. a. 2. operibus. 22. d. 1. patre. 27. b. 2. Perpetua. 31 a. 2. hebetudini. 32. a. 1. in ſingulis. ibid. c. 2. diſſeruerimus 33. b. 1. vna eundem. 38. a. 1. non mori. ibid. d. habens infinitam. ibid. c. 2. poteſt tamen apparere. 41. d. 1 Cæſaribus. 42. c. 1. prægrauatur, & mutatur. 45. a. 1. quam. 46 c. 2 Sirach. 48 a. 2. non cuſtodiunt. ibid. b. Hieronymum acerrimos. 49 c 1. pertractata. 54 b. 1. præcitato. 57. b. 2 appellauit. 59. b 2. vaſculorum. 66. a. 1. millibus 68 a. 1. quam 71. c. 2. Io. 12. 41. 75 b. 2. fugeret. 81 b. 1 obſequi, ſcilicet, vt ait Bonifacius 11. ſecundum Deum. 82. b. 1 ſollicitare. 87. c. 2. coruſcabant. 88 d. 2. omnis vt. c. 1. ἐδανείσατο 92. c. 1. quò 94. d. 1. animam tolleret. 96. a. 1. ſciolorum. ibid. c. 2. corporibus. 99. in p. exemplis? ibid. in m. recenſetur. 101. c. 2 coa oa. 105. a. 2. redditam. ibid c 1. illuminati. 115. c. 2. κοσμοδυναμικὸν). 106. b. 2. Vrbina. ibid. c. 2. Pæderaſtæ. nomen item à pagina. 107. vſque ad 110. ſunt falſi. 107. c 1. non ſolum capeſſere. 109. c. 2. Soracte. 110. a. 2. cap. 16 de Monog 112 a. 1 paulò 113. a. 1 omnibus. 125. c. 1. memoratus. 121. 6. 1. ſpiritualem, animale. 122. c 1. ſumptum intelligit. 123. c. 2. conuerſatum. 124 c. 2. conſtituerunt, tanquam. 126. in m. aurum macula 128. a 1. proximius. 129. a. 2. nota. 132. c. Armeni arguuntur. 133. d. 2. anulum denuò. 135. c. 1. dilatandum. ibid a. 2. tradidit. 137. b. 2. donato. 140. a. 1. veniæ. 142. a. 2. magis notant. ibid. b. 1. facti ſunt 143. c. 2. ab Eccleſia. 144. a. 2 circumque. 145. d. 1. illius caro 146. c. 1. triſtia. 153. c. 1. ſuper cœco. 153. c. 2. mentitam. 153 d. 2. menſuram vniuſcuiuſque 160. c. 2. ποιεῖν.

L. GOTTSCHE